
NAPOLI



Hic ille. magnis non minor Maioribus,
HARLÆVS, è Bulloniâ eq; Ambasiâ
Repullulascens surculus propagine:
Qui vel Iocusæ (sed Iocusa et auspice)
Suffectus alter alteri Atlanti Hercules:
Ingentis heres vnicus Perronis,
Dum Quæstiones, Gorgonæ instar, quaslibet,
Vel imparatus, est paratus soluere.

Sorbona cuius voce blandiùm fulminat:
Græcè explicantem quem poli mysteria
Franciscus ex ambone quondam vt audiit;
In ædem Athenas admigrasse credidit;
Linguaq; fari patriâ Dionysium.
Orbis Monarchas edocet qui reddere
ECCLESIÆ PACEM, atq; litteris decus.
Per quem TRIVMPHAT ROMA, PAVLVS PRÆDICAT.

Nec vota meliùs Africani Præsulis
Vllus repræsentauerit, quàm qui modò
Apollinari Præses in Panegiri,
Fauente Clero ac comprobante Gallico,
Denso adstupente litteratorum choro.
Ipsos Alumnos inter, ipsos in lares
Viuum reduxit Africanum Præsulem

Io. Bapt. Biletius.

FRANCISCI

ARCHIEPISCOPI

ROTHOMAGENSIS,

NORMANIÆ PRIMATIS,

APOLOGIA EVANGELII,

PRO CATHOLICIS,

AD IACOBVM MAIORIS BRITANNIÆ REGEM.

Εἰς ΑΠΟΛΟΓΙΑΝ τοῦ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ κεῖμαι.
Philipp. 1.



LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud ANTONIVM STEPHANVM, Typographum Regium, viâ Iacobæâ, ad insigne Oliuæ Roberti Stephani.

M. DC. XXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



EPIGRAMMA AVCTORIS.



NGLE faue: Nouus ingreditur tua templa Sacerdos,
Et reuocat gentis patria Sacra tua:
Sacra velut portans Solymis apicatus Aaron
Monstrat iter populis, nube tegente Deum.
PACIS amygdaleos fundam redeuntis honores,
Et mea adoptiuas Arca fouebit opes.
Quique videbatur durus DE SCHISMATE Codex,
Virga fit; ac frondens dum regit, apta regi.
Pande sinus, Gens Alma; auresq́; BRITANNICE CÆSAR:
Iam tua ceruleis ROMA TRIVMPHAT aquis.
In medio mihi PAVLVS erit, Templúmque tenebit,
PRÆDICET antiquis vt renouanda modis.
Sicque, quod optanti non contigit AVGVSTINO,
Hanc ROMAM, hunc PAVLVM secula nostra vident.





FRANCISCI
ARCHIEPISCOPI ROTHOMAGENSIS,
NORMANIÆ PRIMATIS;

AD JACOBVM MAIORIS BRITANNIÆ REGEM,

PROSPHONETICVS,
SIVE
PRÆFATIO SALVTATORIA.



SI quanta de te, MAXIME REX, ſperare iuſſit, poſt Iſaacum Caſaubonum, Cardinalis PERRONIVS, tanta nobis ante obitum maturè præſtitiſſet; non tam triſte auctoritatis & prudentiæ ſuæ deſiderium reliquiſſet: neque mihi aut ſcribendum, aut pluribus eſſet inſtituti mei ratio exponenda.

Duorum labori ego hominum parſiſſem lubens,
Mei te rogandi, & tui reſpondendi mihi.

Sed quoniam alter, magnâ ſapientum bonorumque penuriâ, vir egregius, coniunctiſſimuſque mecum conſiliorum omnium ſocietate, alieniſſimo Reipublicæ Chriſtianæ tempore, tibi, (vt quondam Iuniori Theodoſio Auguſtinus, periculoſiſſima Neſtorij tempeſtate, inſtante Epheſina Synodo, iam iamque Auguſtinum, nihilque, poſt vnum Cyrillum, Auguſtino maius exſpectante) extinctus eſt; alterius verò, id eſt, Caſauboni, grauiſſimo teſtimonio caream, cùm diligentiæ, tum charitatis; eſt aliqua mea pars virilis & muneri vicarium ſuccedere, & quid

verbis vltro citroque, de moderanda regni tui religione, cum Isaaco habitis, inter nos disputatum, ac pæne conclusum sit, apud te, SAPIENTISSIME REX, definire. Itaque diuturni silentij, quo eram his remporibus vsus, (quoniam verum & illud, tametsi
» à Photio responsum, Octauæ Synodi Actione Quinta: Vo-
» CEM VEL TACENTIS DEVS AVDIT; Τῆς φωνῆς, καὶ σιγῶντος, ὁ Θεὸς ἀκούει) non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia, finem hodiernus dies attulit; idémque initium, quæ vel-
» lem, quæque sentirem, meo more, dicendi. Cùm igitur fides (quod ad Nestorium scribit Cyrillus, vbi eum malè sentire resciuit, ἡνίκα ἔμαθεν αὐτὸν κακῶς φρονεῖν, siue, vt eum deprehendit, HOMINICOLAM, Ἀνθρωπολάτρην, quo Nestorium nomine post Concilium Ierosolymitanum, sub Hormisda & Ioanne, Synodicâ illâ ad Constantinopolitanum Ioannem, quæ Constantinopolitanæ Synodi sub Agapeto & Menna, Actione Quinta, exstat, Pontifex ille Max. Agatho, Sextæ Oecumenicæ Synodi Actione Quarta, vocat, cùm quædam ex secundo eius libro adfert, quem PRÆCLARAM INI-
» TIATIONEM, Ἐπιφανῆ Μύησιν, inscripserat,) tam insigniter læderetur,
» totque passim peruerterentur; quî tandem tacere hîc licuit? Annon
» ante tribunal Christi sistemur? An INTEMPESTIVI SILENTII ra-
» tionem reddituri, atque APOLOGIAM habituri non sumus; præ-
» sertim nos, qui ea de re hunc in locum ab eo euecti sumus, vt
» quæ oportet, prædicemus? Ecquid nunc, obsecro, consilij ca-
» piam? Tuam hîc namque pietatem appellare compellor: Πῶς οἷόν τε σιωπῆσαι, πίστεως ἀδικουμένης, καὶ τοσούτων διεστραμμένων; ἢ οὐ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ; οὐκ ΑΠΟΛΟΓΗΣΟΜΕΘΑ δὲ, τῆς ΑΚΑΙΡΟΥ
Esa.6. v.5. ΣΙΩΠΗΣ ἕνεκα; (iuxta diuinum illud oraculum, scilicet, VÆ MIHI QVIA TACVI) καί τοι γε τεταγμένοι παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸ λέγειν, ἃ δεῖ· τί δὲ
» ποιήσω νῦν; δεῖ γάρ με βουλεύσασθαι μετὰ τῆς σῆς θεοσεβείας. Vereamur (inquit Hormisdas Papa, Epistolâ ad Monachos secundæ Syriæ, quæ, Actione Quinta Concilij Constantinopolitani, sub Agapeto &
» Menna exstat) segniter declarare LEGES VERITATIS, cùm obsti-
» natè errores defenduntur: Αἰδεσθῶμεν νωχελῶς σαφηνίζεσθαι ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ, ὁπότε ἐπιμόνως διεκδικῶνται αἱ πλάναι.

Sed ad ordinem nos referamus, ad propositamque rationem tranquillè, quantùm quidem domus Dei patietur zelus, reuertamur. Mense Quintili superioris anni, quo mihi de eius morte est allatum, Idus integras Casaubonus consumpserat, litteris ad me scriptis, quibus planum facere summis argumentis niteretur, vt calamum in manus sumerem: me Latinè sibi videri satis commodè loqui; orationem meam canescere, habereque suam quandam maturitatem, & quasi senectutem: nec dubitandum, relictis Gallicis, ad Latina scripta conuolare, eo certè, cui præstò erat, doctissimo Rege digna; indignè nimirum passus, Heroëm illum nostrum PERRONIVM, vulgari sermone disputasse, Regiaque Opera, ac sua perquàm sanè egregia, aliâ, quàm, vt ita dicam, Catholicâ,

& eruditorum propria lingua edidisse. Atque etiam addebat, gra-
tiæ scilicet causa, audendum tandem hac ætate florentissima, hoc
laboriosissimo ingenio, quod posteritas, more Patrum, inter Anti-
quæ Linguæ scripta ac monumenta sua reconderet: ipsi demum
ECCLESIÆ, vel laboranti, vel certè quotidie MILITANTI, vt par est,
pro virili subuenirem. Ego contra obsistere ac reniti: causari ve-
rò potissimùm, vt hunc à me laborem deprecarer, vix ferendum,
maximè inter ipsa Pontificatus primordia, quæ SVB NOSTRO ILLO
VENERABILI SOCRATE, (vti de sancto Fulberto Carnotensi Episco-
po, ad condiscipulum Berengarium scribit Adelmanus, ex Schola-
stico Leodiensi, Episcopus Brixiensis) FRANCISCO DE IOIEVSA, Car-
dinali Rothomagensi, Legato Apostolico, qui, Socratico more, sa-
pienter ad Disciplinam, ac Mores, omnia conuertebat, felicissimè
auspicatus eram: Primùm, nunquam altercandum cum Principe;
nedum congrediendum cum Rege: Omnem præterea orationis
succum fundi, atque abire in preces & lacrymas, quas in ipso pri-
mariæ nostræ Rothomagensis ædis aditu, & ipsis adytis, vbique Re-
giæ atque antiquæ Anglicæ pietatis spirantia signa, ex adeuntium
oculis elicerent; ad eum planè modum, quo Gregorius Alter Pont.
Max. priore, περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων, siue De Sacris Imaginibus, ad Leo-
nem Isaurum Imperatorem, Epistola, de se scripsit: Nouit Charitas «
Christi, quòd quando Templum Sancti Principis Apostolorum Pe- «
tri ingredimur, & Sancti pictam imaginem contemplamur, com- «
punctione compellimur, & instar imbris pluente cælo, lacrymæ «
nostræ funduntur: Οἶδεν ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ὅταν εἰσέλθωμεν εἰς τὸν ναὸν «
τοῦ ἁγίου κορυφαίου Πέτρου, καὶ θεωρήσωμεν τὴν ζωγραφίαν τοῦ ἁγίου, εἰς κατάνυ-
ξιν ἐρχόμεθα, καὶ ὥσπερ ὑετὸς ἐκ τῆς τοῦ ἀέρος βροχῆς, οὕτω τὰ δάκρυα ἡμῶν κα-
ταχέονται. Præfandum denique honorem magni illius HENRICI MA-
GNI Doctoris, Hæreseosque & MORNÆI, Victoris ac Domitoris,
PERRONII: præcipuè quòd in his artibus pro mea parte versor, qua-
rum ille Princeps fuit, æquitate, industria, temperantia, defensione
miserorum, odio improborum. Quin etiam Sacris Theologis, (quos
passim Græco alio nomine Θεηγόρους, Latinò DEILOQVOS, Octaua
vocat Oecumenica Synodus, exemplo Septimæ, quæ extrema Actio-
ne quarta, sanctum Ioannem τὸν Θεολόγον, DEILOQVVM; & Actione
septima Gregorium Nazianzenum, τὸν τῆς Θεολογίας ἐπώνυμον, COGNO-
MENTO DEILOQVVM Latinè interpretata est; & Actione sexta: &
octaua. DEILOQVVM DAVID, τὸν Θεοφάντορα Δαβίδ) quod in Acto-
ribus Græcis quondam fieri didicimus, vsuuenturum credas: sæ-
pe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cùm possit
aliquantò clariùs dicere, quàm ipse primarum, multùm sum-
mittere, vt ille princeps quàm maximè excellat, cui primas si-
ne controuersia deferre, &, quod aiunt, duntaxat suffragari de-
bet. Neque mirum sanè (inquit de Cyrillo ad Cyrillum san- «
ctissimus Cælestinus Papa, is quem Epistola ad Imperatorem
Leonem, Episcopi Europæ, Ioannes Heracleæ, Theophronius

Aphrodisiadis, Theotechnus Cyclensis, & Babulas Nouæ Theodosiopolis, SVCCESSOREM SANCTI, ET VENERANDI, ET CVSTODIS
» CLAVIVM REGNI COELORVM PETRI, nominant) PROVIDENTIS-
» SIMVM CHRISTI SACERDOTEM, Fidei amore ac studio incensum,
» tanta virtute decertare: tum vt absurdæ aduersariorum temeritati
» obuiam eat, tum maximè vt curæ suæ concreditos eiusmodi ad-
» monitionibus confirmare queat: Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ΤΟΝ ΠΡΟΝΟΗΤΙΚΩΤΑΤΟΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΙΕΡΕΑ, ὑπὸ τοῦ τῆς πίστεως ἔρωτος, τοιαύτῃ διαμάχεσθαι ἀρετῇ· ὥστε τῇ ἀτόπῳ τῶν ἐναντίων τόλμῃ ἀνθίστασθαι δύνασθαι, καὶ τοὺς αὐτῷ ἐμπεπιστευμένους, τοιαύταις ὑπομνήσεσι βεβαιοῦν. Haudquaquam verò ijs propterea tacendum, qui proximas PERRONIO partes agerent:

Et Mæcenati, Maro cùm cantaret Alexim,
Nota tamen Marsi fusca Melænis erat.

Theologicorum enim cognatio studiorum & artium, quàm ista, quâ vos, aiebam, delectamini, Latini sermonis & eloquentiæ, longè præstantiùs est coniuncta. Cæterùm, nolle abduci ab illo variarum lectionum cursu, quo singula recenserem ac dispicerem, de quibus tandem aliquando iudicium ac sententiam ferrem: Me denique non cessarorem, sed spectatorem esse velle ac decrêsse: nec
2.Cor. 10. v. 12. » meo tempore, ac suo, IVVANDÆ ECCLESIÆ defuturum. Non
» enim audemus (quod ALTER SPONSI AMICVS, vt libro DE VNITATE ECCLESIÆ Augustino placet, Paulus noster scribendum do-
» cuit) inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos com-
» mendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparan-
» tes nosmetipsos nobis: aut, (quod significantiùs Græcè) Sed non
» intelligunt, quòd ipsi sese seipsis metiuntur; & sese sibi ipsis com-
» parant: ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς, ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν Maximè verò, ne, quod sapienter de Photio dictum est, apud me locum haberet: Doctor est constirutus antequam disceret; & priùs ILLVMINARE voluit, quàm ILLVMINARI: id quod Constitutio Catholica Romanáque Ecclesia auersatur: Πρὶν διδαχθῆναι, προεχειρίσθη Διδάσκαλος, καὶ ΠΡΙΝ ΦΩΤΙΣΘΗΝΑΙ, ΦΩΤΙΣΕΙΝ (elegans duplex allusio ad nomen tenebricosi Photij est) ἠθέλησε. Ταῦτα δὲ ἡ Καθολικὴ Διάταξις, καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία, ἐκτρέπεται, in Epistola Nicolai Pont. Max. ad Michaëlem Imperatorem, quæ lecta est Octauæ Synodi Actione quarta. Adolescentia enim, tanquam ver, significat, ostendítque fructus futuros, reliqua tempora demetendis fructibus & percipiendis accommodata sunt; & quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur, si matura & cocta, decidunt; sic doctrinam, vt vitam, adolescentibus vis aufert, senibus maturitas:

Vt esse Phœbi dulcius lumen solet
Iamiam cadentis, astra cùm repetunt vices,
Premiturque dubius nocte vicina dies.

Ac præterea desiderandum est, in hisce maximè fructibus ingenij,

quod dies atque ætas mitificet. namque
-hominis ſpeciem materna ſumit in aluo,
Perque ſuos intus numeros componitur infans,
Nec, niſi maturus, communes exit in auras.

Et certè faciliùs, ſicut in vitibus, reuocantur ea quæ ſeſe nimiùm profuderunt, quàm, ſi nihil valet materies, noua ſarmenta culturà excitantur: ſic in ſcriptore, ſiquidem ferreus eſſe nolit, vt de Attilio Licinius dicere ſolebat, præſtat eſſe tempore quod luxuriet, vnde aliquid amputes, quàm, quòd in eo ſuccus ſit, qui eſſe diuturnus nequit, vbi nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutus. Necdum certè rebar, feliciſſimum optatiſſimúmque illum illuxiſſe diem, quo poſſem, ſi maximè vellem: aut certè tam amans mei abſque riuali eram, vt me aliqua ex parte crederem aſſecutum, (quamuis, vt hæc nonnulla in me eſſe poſſent, magno ſtudio mihi à pueritia diu multúmque elaboratum ſit) nec primam illam iuſtamque modeſtiam exuerem animo, vt præcerperem fructus ſapientioris ætatis, niſi nobiſmetipſis accidiſſet, vt, quanquam eſſent multò magis alia lugenda, tamen hoc doleremus; quòd, quo tempore ætas noſtra perfuncta rebus ampliſſimis, tanquam in portum confugere deberet, non inertiæ neque deſidiæ, ſed Paſtoralis otij moderati atque honeſti; tum arma ſunt ea ſumpta, quibus PSEVDOAPOSTOLI, (qui Paulo noſtro OPERARII SVBDOLI, Ἐργάται Δόλιοι, dicti ſunt,) Paſtores illi-ipſi, qui didicerant iis vti PRO 2. Cor. 11.
CATHOLICIS glorioſè, quemadmodum ſalutariter vterentur, non v. 13.
modò ſcire non laborabant, ſed in TEMPORE TENTATIONIS poſtmodum receſſuri, futurique, vt iterum Paulus ait, FILII SVB- Hebr. 10.
TRACTIONIS, ſua priùs in CATHOLICOS, in ſuos, atque in ſe v. vlt.
arma conuertebant. Teſtari facilè ſuos quiſque poſſet, quod de Germanici exercitu Arminius olim Germanorum Proceres, Taciti Annalium ſecundo: Hos eſſe ROMANOS Variani exercitus FV- "
GACISSIMOS, QVI NE BELLVM TOLERARENT, SEDITIO- "
NEM INDVERINT. Hoc igitur, & vehementer quidem, vt aſſerto- "
res vnitatis vindicéſque libertatis decet, doluimus ac dolemus. En cur cæteri Reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur, ſi fœderum interpretes, Regnum Regis Regum, terreſtre illud Cælorum Regnum, Gigantæo more, at impunè, turbent; ac Regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet? Minor enim (inquit Pontifex Maximus "
Cæleſtinus, Epiſtola ad Ioannem Archiepiſcopum Antiochenum)
cura eſt obſidentis inimici, quàm intra mœnia debacchantis; leuiúſ- "
que ſollicitat Lupus, extra ouilia pererrans, quàm intra Gregem, lo- "
cum Paſtoris inuadens: quia bellum pluſquam ciuile eſt, cùm intra "
Eccleſiam, id eſt, intra ipſam Dei domum, tela ſectæ impiæ ia- "
ciuntur: Ἐλάττων γάρ ἐστιν ἡ φροντὶς, πολιορκοῦντος τοῦ ἐχθροῦ, ἢ ἔσω τειχῶν "
ἐκβακχεύοντος. καὶ κουφότερον περιοχλεῖ ὁ λύκος, ἐκτὸς τῆς ποιμνίου ἀποπλανώμενος, ἤπερ ἐν αὐτῇ τῇ αὐλῇ, τόπον ποιμένος ἐπιλαθόμενος. ἐπειδήπερ πλέον τοῦ ἐμφυλίου πολέμου ἐστιν, ὅταν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, τοῦτ' ἐστιν αὐτοῦ τοῦ οἴκου τοῦ

Θεοῦ, δόξαν ἀκοντίζωσι τῆς ἀσεβοῦς θρησκείας. quod more ſuo De vni-
» tate Ecclesiæ Cyprianus dixiſſet, Tanti meriti, (vt de
Baptiſmo contra Donatiſtas libro primo loquitur de eo Auguſti-
» nus) Tantæ Ecclesiæ, tanti pectoris, tanti oris,
» tantæ virtvtis Episcopvs, & (vt ſecundo libro idem Au-
» guſtinus) Tanto Excellentior, qvanto hvmilior:
» Plus metuendus eſt & cauendus Inimicus, cùm latenter obrepit: cùm
» per Pacis imaginem fallens, occultis acceſſibus ſerpit: Vnde et no-
» men serpentis accepit. Hæc Cyprianus : qui extremo libro
ſecundo contra Gaudentium, dictus eſt Lectissimvs testis
Catholici nominis. Videbam præterea Propheticos ſermo-
nes, hui! toties in Neſtoriano Schiſmate, ex Romani Pontificis ore
Hier. 5. v. ult. » fuſos : Horribilia facta ſunt ſuper terram : Prophetæ iniqvi-
» tates prophetizant:. Φοβερὰ ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς· Οἱ προφη-
Ezech. 13. v. 9. » ται ἀδικίαν προφητεύουσιν. ac rurſus: Extendam gla-
» dium meum (aliàs, manum meam) ſuper Prophetas, qui vident
» mendacia, & loquuntur vana. In Disciplina (Græcè, In scien-
» tia) popvli mei non erunt, neque in Scriptvra domvs
» Israel ſcribentur, & in terram Iſraël non intrabunt, quia Po-
» pulum meum ſeduxerunt : Ἐκτενῶ τὴν μάχαιράν μου (aliàs, χεῖρά μου)
ἐπὶ τοὺς Προφήτας, τοὺς ὁρῶντας ψευδῆ, καὶ λαλοῦντας κενά· ἘΝ ΤΗ ἘΠΙ-
ΣΤΗΜΗ ΤΟΥ ΛΑΟΥ μου οὐκ ἔσονται, οὐδὲ ἘΝ ΤΗ ΓΡΑΦΗ ΤΟΥ
ΟΙΚΟΥ ΙΣΡΑΗΛ γραφήσονται, καὶ εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ οὐκ εἰσελεύσον-
» ται, ὅτι τὸν λαόν μου ἠπάτησαν. Et quanquam (vt Alexandri Alexan-
» driæ Archiepiſcopi Encyclicæ verbis vtar) de eorum exitio per-
» magnum animis dolorem capimus ; & maximè, quòd Cvm Ec-
» clesiæ dogmata aliqvando didicissent, nvnc ab
» illis descivervnt: de illis tamen non magnopere miramur.
» idem namque non Hymenæo ſolùm & Phileto contigerat, ſed Iu-
» dæ etiam ante illos, qui Saluatoris Diſcipulus fuit, poſtea proditor
» & Apostata, ſiue deſertor illius factus. Atque iſtarum rerum
» neutiquam ignari aut imperiti fuimus. Dominus enim prædixe-
Marc. 13. v. 6. » rat: Videte, ne quis vos ſeducat; nam multi venient in nomine meo,
Luc. 21. v. 8. » dicentes: Ego ſum, & tempus appropinquauit, & multos ſeducent;
» ne eatis poſt illos. Pavlvs etiam, cùm iſta à Saluatore didiciſ-
1. Tim. 4. v. 1. 2. 3. » ſet, ſcripſit, quòd nouiſſimis temporibus, quidam deficerent à fi-
» de ſana ; attendentes Spiritibvs erroris, & doctrinis Dæ-
» moniorum Veritatem auerſantium : Λυπούμεθα μὲν οὖν, ἐπὶ τῇ ἀ-
πωλείᾳ τούτων, καὶ μάλιστα, ὅτι ΜΑΘΟΝΤΕΣ ΠΟΤΕ ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ
ΤΑ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, ΝΥΝ ΑΠΕΠΗΔΗΣΑΝ. οὐ ξενιζόμεθα
δέ· τοῦτο γὰρ καὶ Ὑμέναιος καὶ Φιλητὸς πεπόνθασι, καὶ πρὸ αὐτῶν Ἰούδας, ἀκο-
λουθήσας τῷ Σωτῆρι, ὕστερον δὲ προδότης καὶ ΑΠΟΣΤΑΤΗΣ γενόμε-
νος. καὶ περὶ τούτων δὲ αὐτῶν, οὐκ ἀδίδακτοι μεμενήκαμεν. ἀλλ' ὁ μὲν Κύριος
προείρηκε, Βλέπετε, μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνό-
ματί μου, λέγοντες, Ἐγώ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε, καὶ πολλοὺς πλανήσουσι· μὴ
πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν. ὁ δὲ ΠΑΥΛΟΣ μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ Σωτῆρος,

ἔγραψεν, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς, ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως τῆς ὑγιαινούσης, προσέχοντες ΠΝΕΥΜΑΣΙ ΠΛΑΝΗΣ, καὶ διδασκαλίαις Δαιμονίων, ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. Prodiit nimirum iste, non parandæ Pacis antistes, sed Schismatis inflammandi signifer: ac, quoniam apud Paulum Schismata sunt seditiones, tanquam alter Maronianus Drances, SEDITIONE POTENS, Antonius Spalatensis: (etenim de Mercenariis Pastoribus diligenter cauet, & sancit OEcumenici Sardicensis Concilij Synodica, τούτους μηδὲ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ ΟΝΟΜΑΖΕΙΝ, μηδὲ ὅλως ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ ΤΙΝΑ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥΣ ΕΧΕΙΝ, μηδὲ ΔΕΧΕΣΘΑΙ ΤΙΝΑ ΠΑΡΑ ΤΟΥΤΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΑ, μηδὲ ΓΡΑΦΕΙΝ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥΣ. « Istos neque EPISCOPOS APPELLARE, neque omnino aliquam « COMMVNIONEM CVM EIS HABERE, neque LITTERAS « AB IPSIS RECIPERE, neque AD ILLOS SCRIBERE) atque in fines fletúsque nostros derepentè irrumpens, aures tuas occupatissimas, dum aliquid illis dignum meditor, tot tantísque præjudiciis implet; vt, nisi constantiæ tuæ atque æquitati planè confiderem, desperarem prorsus mihi Orthodoxo Archiepiscopo viciniori, id est, REGVLÆ ECCLESIASTICÆ & Religionis iure, tuo, ac Fidei domestico, locum quem Sacri Canones postulant, ad dicendum superesse. Nos autem (vt cum Paulo Apostolicè loquar) non in « immensum gloriabimur: sed secundùm mensuram REGVLÆ, quâ « mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad vos. Non « enim, quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. Vsque « ad vos enim peruenimus in EVANGELIO Christi. Non in im- « mensum gloriantes in alienis laboribus; spem autem habentes, « CRESCENTIS FIDEI VESTRÆ in vobis magnificari, SECVNDVM « REGVLAM NOSTRAM, in abundantiam. Etiam in illa quæ vltra « vos sunt Euangelizare: non in Aliena Regula, IN IIS QVÆ PRÆ- « PARATA SVNT, gloriari. Sanè è Laïcis quilibet (vti ad quendam « Nestorij studiosum, scribit Alexandrinus Patriarcha) de sua duntaxat « vita rationem redditurus est: nos verò, quorum humeris Sacer- « dotij Liturgicum onus incumbit, non pro nobis tantùm, sed PRO « OMNIBVS CHRISTI FIDELIBVS, RATIONEM REDDITVRI, « siue, APOLOGIAM EDITVRI, SVMVS: Καὶ ἕκαστος μὲν ΤΩΝ ΕΝ « ΤΑΞΕΙ ΛΑΙΚΩΝ, τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ΥΠΕΡΑΠΟΛΟΓΗΣΕΤΑΙ, ἡμεῖς δὲ, οἱ ταῖς τῆς Ἱερωσύνης Λειτουργίαις πεφορτισμένοι, οὐχ ὑπὲρ μόνον ἑαυτῶν, ἀλλ' ΥΠΕΡ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΠΙΣΤΕΥΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΧΡΙΣΤΟΝ, ΑΠΟΛΟΓΗΣΟΜΕΘΑ. Quantùm, quæso, mutatus ab illo Spalatensi Archiepiscopo, cui BERNARDINVS nomen erat, VNITATIS præcone acerrimóque defensore; quem, in penultimo Concilio Generali, sub Iulio Secundo, Sessione Primâ, tanquam primo agmine, imperum primum facientem in Schisma, Synodali Sermone Primo, (PER QVEM DEFVNCTVS ADHVC LOQVITVR) inter sacra Missarum solennia adhuc cernimus, æternúmque cernemus, in Actis Decimi Septimi OEcumenici Con-

1. Cor. 11. v. 10.

1. Cor. 10. v. 14.

v. 15.

v. 16.

cilij, quod Vniuersale Lateranense Quintum est! Ast iste, suorum suique dissimilis Antonius, haud de ineunda reddendáve Christo ratione cogitans, sed Ecclesijs Christi nefariam pestem machinans, non Apologiam, sed Apostasiam edit, Regiosque, si queat, peruadere animos tentat, in suaque crudelia vota conuertere. Verùm, suam citiùs abijciet humanitatem, quàm extorquebit tuam. Dicam planè, INVICTISSIME REX, quod sentio: si in hac tanta tua gloria lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines, (intelligo quid loquar:

—nec te quisquam moderatiùs vnquam
Imperij potuit frena tenere sui;)

acerbissimo luctu redundaret ista, quam emissarij eius appellant, Victoria; quâ se anticipasse & vicisse Regium animum, prædicat
» ac triumphat. Hinc (vt olim Epistolâ ad Sanctum Proclum, sanctæ memoriæ Cyrillus vsurpasse fertur à Quinta Synodo, Collatione
» Quinta) SECVNDVM ILLVD QVOD ALICVBI A POETA DICTVM
» EST APVD GRÆCOS, QVOD OCCASIONE PATROCLI, SVAS CALA-
» MITATES VNAQVÆQVE LVGEBAT, natum, APOLOGIA EVANGELII, inscriptionis meæ argumentum; quo, labanti pæne in Philippensium animis Euangelio, PAVLVS humeros supponere visus est, & Pa-
ad Phil. c. 1. v. 15. 16. » storale munus cumulatissimè declarare. Quidam quidem, inquit, &
» propter inuidiam & contentionem: quidam autem & propter Bonam
» Voluntatem, Christum prædicant: quidam ex Charitate, scientes,
» quoniam in defensionem Euangelij positus sum; aut certè Græcè, Quoniam in APOLOGIAM EVANGELII positus sum; ὅτι εἰς ΑΠΟΛΟΓΙΑΝ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ κεῖμαι: quod Ambrosiano, in septimum Posterioris ad Corinthios caput, EXCVSATIONEM; at Interpre-
Phil. 1. v. 16. 2. Tim. 4. v. 16. 2. Cor. 7. 1. Petr. 3. v. 15. ti nostro apud Paulum, DEFENSIONEM; apud Petrum, SATISFACTIONEM sonat. Qui profectò verborum Apostolicorum sonitus, quem nostrûm non afficiat, fugere planè se ipse, & hominem ex homine exuens, pietatem ac naturam ipsam odisse videatur. Mihi verò vox illa semper esse grauissima visa est; & me monitoris loco, propter BRITANNICAM Insulam, velut in arce aut specula positum, & prope in litore ac portu constitutum, designare, vt me, quasi murum, op-
Galat. 6. v. 16. 1. Rom. 9. v. 3. ponam pro Domo Israël; & CATHOLICIS, ISRAËL DEI, qui sunt cognati mei secundùm Fidem, Fidei propugnaculo sim futurus. Ad quæ, cùm vel temporum necessitate, extincto PERRONIO, vel hominum inuidiâ, ANTONIO prodeunte, deposcerer; nihil mihi potius fuit, quàm vt te, IACOBE, conuenirem, Regem, & Prouinciæ,
» & Familiæ nostræ, iustis de causis, amicissimum. Nos (inquiunt, & nos cum illis, Ionathas summus Sacerdos, & Seniores Gentis, & Sacerdotes, & Reliquus Populus Iudæorum, Epistola illa ad Spartiatas, quos Arius Spartiatarum Rex, Epistola ad Oniam summum Sacerdotem, esse de genere Abraham docuerat; quarum Epistolarum vtraque
1. Mach. 12. v. 6. » priore Machabæorum libro extat) cùm nullo horum indigeremus,
» HABENTES SOLATIO SANCTOS LIBROS QVI SVNT IN MANIBVS

NOSTRIS, maluimus mittere ad vos, renouare fraternitatem & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis. multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos. NOS ERGO IN OMNI TEMPORE, SINE INTERMISSIONE, IN DIEBVS SOLEMNIBVS, ET CÆTERIS QVIBVS OPORTET, MEMORES SVMVS VESTRI IN SACRIFICIIS QVÆ OFFERIMVS, ET IN OBSERVATIONIBVS, SICVT FAS EST ET DECET MEMINISSE FRATRVM. Lætamur itaque de gloria vestra. Nos autem circumdederunt multæ tribulationes & multa prælia, & impugnauerunt nos REGES qui sunt in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis molesti esse, neque cæteris socijs & amicis nostris, in his prælijs. Habuimus enim de cœlo auxilium, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri. Desiderauit Ezechias Rex (vt Basileensi Sessione vltima, ex quarto REGVM, REGIOQVE REGVM PROPHETA ISAIA, appositè animaduersum est) vt fieret PAX & VERITAS in diebus suis: & nos desiderio desiderauimus vt PAX & VNIO, in qua Christiana Veritas est, Ecclesiæ, in diebus nostris, TE IVVANTE, detur. c. 2. v. 19. Is. 39. v. vlt. Porro, priscum illud Apologeticum scribendi genus secutus sum, (vtpote & Patientiæ Modestiæque Christianæ accommodatius, & Regum Majestate dignius, & nostro Pastorali officio, in Columbæ Christi gemitibus exprimendis, aptius atque sanctius) quò propiùs ad veterum illorum vtriusque Linguæ Patrum laudem, si fas esset, accederem: quam maximè meruerunt; dum apud Imperatores, PRO FINIENDA PERSECVTIONE; vel postmodum etiam apud Reges, PRO VNIENDA ECCLESIA, similibus votis, pro fratribus suspirarunt. Vnde cùm respirat Sanctus ille Xystus Tertius Pontifex Maximus (Epistolâ illâ ex qua mutuatur aduersùs Hæreses testimonium, verè Schismaticorum Hæreticorumque omnium ætatum Æternus Malleus, Vincentius noster Lirinensis) ad Archiepiscopum Antiochiæ Ioannem scribit: Non parum nobis oneris, non parum laboris incumbit, vt Ecclesiæ Domini macula desit & ruga. Quàm super hoc esse sollicitі nos debeamus, CLEMENTISSIMORVM & CHRISTIANISSIMORVM REGVM CVRA testatur. Aspice, frater charissime, cœlesti negotio quàm se vigilanter impenderint. Cogitationum furias nesciuerunt: NEC DIGNATI SVNT TERRENA CVRARE, NISI COELESTIBVS PARVISSENT. Quoties APOSTOLICAM SEDEM, quoties diuersos fratres eorum sermo commouit? impenderunt se eius negotio, qui se eorum nunquam negauit imperio. Sciat se illi fœnerare sollicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat vsura. De qua re nos conuenit gloriati, quia COELESTEM REGEM videmus FOEDERATOS REGES habere terrarum. Intelligunt, sicut ait Dauid, & eruditi sunt qui iudicant terram: Psal 2. v. 10. quando, sicut dicit alibi, ipsi, & omnes populi, laudant nomen Domini. Hactenus ille Xystus Pont. Max. Ac demum Hormisdas, eiusdem Primæ Sedis Antistes, Epistolâ ad Epiphanium Constantinopolitanum Patriarcham, QVA IPSI VICARIAM SEDIS APOSTOLICÆ PRÆFECTVRAM, IN RECIPIENDIS LAPSIS, DELE-

GAVIT, quæque Constantinopolitano Concilio, sub Agapeto & » Menna, Actione quinta, inserta est: Clara enim Cælestis miseri- » cordiæ demonstratio procedit, QVANDO REGES SÆCVLI, CAVSAS » DE FIDE CVM GVBERNATIONE POLITIÆ CONIVNGVNT, ET EC- » CLESIARVM DVCES CONFERENTIA AD PROPRIAM DISPENSATIO- » NEM, MEMORES OFFICII, IMPLENT. Talibus directoribus indige- » bat Christiana Religio, post procellas discordiæ, qui prouidentissi- » ma dispositione, conquiescentibus turbinibus, PACEM DIV PE- » REGRINATAM, extra posita hyeme, reducerent; & post hæc in fu- » tura sæcula, proprij propositi exemplaria extendentes, sibi-ipsis ad- » scribi indubitanter ostenderent, si quid Deo placitum posteri ab » ipsorum imitatione facerent: ΣΑΦΗΣ ΓΑΡ ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΤΗΣ ΟΥΡΑ-ΝΙΟΥ ΕΥΣΠΛΑΓΧΝΙΑΣ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΠΡΟΕΙΣΙΝ, ΟΤΑΝ ΚΑΙ ΟΙ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΤΑΣ ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ ΤΑΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΜΕΤΑ ΤΗΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ ΣΥΖΕΥΓΝΥΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΟΙ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ ΗΓΟΥΜΕΝΟΙ, ΤΑ ΣΥΝΤΕΙΝΟΝΤΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΝ, ΜΕΜΝΗΜΕΝΟΙ ΤΟΥ ΚΑΘΗΚΟΝΤΟΣ, ΕΚΤΕΛΩΣΙ. Τοιούτων ἔχρηζε, μετὰ τὰς τῆς διχονοίας καταιγίδας, ἡ Χριστιανικὴ θρησκεία, ἰθυντήρων, οἵτινες κατευνασθεισῶν, προνοητικωτάτῃ διαθέσει, τῶν θυελλῶν, ΤΗΝ ΕΠΙ ΠΟΛΥ ΞΕΝΩΘΕΙ-ΣΑΝ ΕΙΡΗΝΗΝ, ἐξωσθέντος τοῦ χειμῶνος, ἐπανάξουσι· καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας μετὰ ταῦτα αἰῶνας, τῆς ἰδίας προθέσεως τὰ ὑποδείγματα ἐπεκτείνοντες, ἑαυτοῖς ἐπιγεγράφθαι ἀναμφιβόλως ἐπιδείξουσιν, εἴ τι Θεῷ ἀρέσκειν οἱ μεταγενέστεροι, ἀπὸ τῆς αὐτῶν μιμήσεως ποιήσουσιν. Imò verò, saltem quod & ipsi Reges, ipsi Imperatores facere, lege Disciplinæ nostræ, non dubitant, id nos quoque, mutuo parique zelo, Pontificio iure, Catholico arbitrio, faciamus. Imperatores, Cæsares, Victores, Triumphatores, Maximi, Semper-Augusti, Theodosius & Valentinianus, quot quantique viri, cùm ad eum qui suprà, Antiochenum Ioannem, incredibili zelo, περὶ τῆς (vt loquuntur) Εἰρήνης, καὶ Ἑνώσεως τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν (vt nos Latinè) DE SANCTARVM ECCLESIARVM PACE AC VNIONE, publicè scriberent, palàm referrent! Is vero Iunior Theodosius fuit, quem nunc Græci in Beatorum ordinem referunt: quem septimo suo libro testatur Socrates, Regiam suam Monasterio constituisse similem: (οὐκ ἀλλοιότερα δὲ ἀσκητηρίου, inquit, κατέστησε τὰ Βασίλεια) quo denique regnante, ait, tota Constantinopolitana Ciuitas, VNA ECCLESIA facta est, καὶ ὅλη μὲν ἡ πόλις, ΜΙΑ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ἐγένετο: præcinente nimirum, cumque Populo, Pœnitentiam agente Rege. Valentinianus demum ille est, qui ὁ μέγας, atque MAGNVS, à Gregorio Secundo posteriore sua ad Leonem Isaurum De Sanctis Imaginibus Epistola, appellatus, à præclaro illo IVVANDÆ ECCLESIÆ studio institutóque, est. Quidni similiter audebimus? Numquid nostrûm quispiam, quod de carente sepulchro Priamo, queri veteribus in Tragœdijs solent,

--& flamma indiget,
Ardente Troja?

» Nam (vt Cyrilli verbis ad Nestorij studiosum vtar) si pro gloria

Dei veritatem prædicare formidauerimus, ne videlicet in aliquam molestiam incidamus; qua quæso fronte, Sanctorum Martyrum Certamina & Triumphos, apud Populum laudibus euehemus? quippe quos, vno hoc nomine præcipuè decantamus, quòd magna animi constantia præstiterunt hoc quod dictum est; Vsque ad mortem certa pro veritate: (Eccl 4. v. 33.) Εἰ γὰρ δεδίαμεν ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, ἵνα μὴ περιπέσωμεν ἀηδίαις, ποίῳ λοιπὸν προσώπῳ τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἐγκώμια ποιησόμεθα πρὸς τοὺς Λαούς; οὓς ἐπαινοῦμεν, ὅτι περ τετηρήκασι τὸ εἰρημένον· Ἕως θανάτου ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Dummodo non Theodosij, non Valentiniani desint, non deerunt per quos Pastoralis Cura Regium Principatum & molliat hominibus, & lucretur Deo: ne quando contingat, quod de furente exultanteque, ac in Clerum impotenter dominante Nestorio, reclamat Constantinopolitanus populus: Βασιλέα ἔχομεν, Ἐπίσκοπον οὐκ ἔχομεν: REGEM HABEMVS, EPISCOPVM NON HABEMVS; at memores simus illius Augustiniani Oraculi De Episcopatu Episcopalique Dignitate, libro De Gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo: Fratres mei, si Dominum cogitamus, LOCVS ISTE ALTIOR, SPECVLA VINITORIS EST, NON FASTIGIVM SVPERBIENTIS. Pontificium est facere quod iubeas, imitari quod doceas; semperque nostrum erit præuenire, de quo, tanquam de officio, exemplis Principum monendus sis. Cogunt certè exempla, ex & ab Regijs egregijsque officijs petita, qualia hæc profectò agnoscunt, testanturque ad Symeonem Stylitam Theodosius & Valentinianus ijdem, cùm se suosque, regnumque suum orationibus eius, epistolâ commendant, rogantque à Deo Opt. Max. impetret, Vti nobis, inquiunt, (id est sibi, id est, Regibus) præcipuè qui conuenientem curam DE PACE RELIGIONIS ipsius gerimus, bona ab ipsius potestate copiosè suppeditentur: πρὸς δὲ ἡμῖν ἐξαιρέτως τοῖς ποιουμένοις τὴν ἁρμόζουσαν ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΕΙΡΗΝΗΝ, τῆς αὐτοῦ ΘΡΗΣΚΕΙΑΣ φροντίδα, τὰ ἀγαθὰ παρὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἄφθονα χορηγεῖσθαι. Scilicet ex Diacono ac Archimandrita Basilio, Lectore & Monacho Thalassio, reliquisque Constantinopoli degentibus Monachis, in illa ad sese, de congreganda Synodo, (quæ posthac Magna Ephesina fuit) SVPPLICATIONE, audierant: Quamobrem iterum atque iterum, IMMORTALEM, pientissimamque FIDEM VESTRAM obtestamur (summa nimirum, secundùm Constantinopolitanos Monachos, Regum in Christo Majestas, Heroïca Fides. ac vtinam redeant felicissima illa sæcula, in quibus non VESTRA MAIESTAS, sed VESTRA FIDES, in Regum titulis reponatur! quemadmodum Constantinus ille cognomento Pogonatus, orthodoxæ religionis amantissimus, Epistolâ ad Donum Pont. Max. de conuocanda aduersùs Monothelitas, Eutychianorum traduces, Sexta Oecumenica Synodo, satis votum illud suum verè Regium hac inscriptione insinuat: IMPERATOR FLAVIVS CONSTANTINVS, FIDELIS, MAGNVS REX, Αὐτοκράτωρ Φλάβιος Κωνσταντῖνος, ΠΙΣΤΟΣ, ΜΕΓΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ:) ne ORTHODOXAM

» Ecclesiam Orthodoxi Pientiſſimique Regni veſtri tempori-
» bus, ab Hæreticis adulreratam, in poſterùm neglectui habeatis.
» Non expetimus, contumelias indignè nobis illatas vindicari; (Deus
» nouit) deſideramus autem, Chriſtianæ Fidei fundamenrum incon-
» cuſſum immotumque perſiſtere. Veſtra proinde Majeſtas ſacram
» & Oecumenicam Synodum, primo quoque rempore, huc coire
» iubeat; Quò, Præsente Synodo, Christus Dominus san-
» ctissimam Ecclesiam denvo vniat, popvlvmqve svvm,
» tam dispersvm, in vnvm redvcat; ac Sacerdotes Since-
» ræ fidei prædicatores, prinsqvam inivsta impiaqve il-
» la doctrina latius serpat, loco svo restitvat: Παρακα-
λοῦμεν οὖν τὴν ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΥΜΩΝ καὶ εὐσεβεστάτην ΠΙΣΤΙΝ, ὥστε μὴ
παριδεῖν ἐκ τοῦ λοιποῦ, τὴν ΟΡΘΟΔΟΞΟΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ, ΜΟΙΧΕΤΟΜΕ-
ΝΗΝ ΠΑΡΑ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ, ἐν τοῖς καιροῖς ὑμῶν τῶν ΟΡΘΟΔΟΞΩΝ, καὶ εὐ-
σεβεστάτων ΒΑΣΙΛΕΩΝ· οὐχ ὡς διὰ τοῦτο τὰς ὑμετέρας ὕβρεις βουλόμενοι ἐκ-
δικεῖν, (ὁ Θεὸς οἶδεν,) ἀλλ᾽ ὡς θέλοντες τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἀσάλευ-
τον μένειν· καὶ κελεύσῃ τὸ ὑμέτερον κράτος, τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνο-
δον παραγενέσθαι ἐνταῦθα ἤδη, ΙΝΑ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΗΣ,
ΤΗΝ ΑΓΙΩΤΑΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ Ο ΘΕΟΣ ΕΝΩΣΗ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΛΑΟΝ
ΣΥΝΑΞΗ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΙΕΡΕΑΣ ΑΠΟΛΑΒΕΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΗΣ ΑΛΗΘΙ-
ΝΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΚΗΡΥΓΜΑΤΙ ΠΟΙΗΣΗ, ΠΡΟ ΤΟΥ ΕΙΣ ΠΛΑΤΟΣ ΤΗΝ
ΑΔΙΚΟΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΝ ΕΛΘΕΙΝ. Et profectò Auguſtini Magi-
stralia verba ſunt, libro primo contra Duas Epiſtolas Gau-
» dentij, Donatiſtarum Thamugadenſis Epiſcopi: Verba Episto-
» læ; Ad docendum, inquit, Populum Iſraël, Omnipotens Deus
» Prophetis præconium dedit, Non Regibvs imperauit. Seruá-
» tor animarum Dominus Chriſtus, ad inſinuandam Fidem, Pisca-
» tores, non milites, miſit. Ad hæc responsio: Audite ergo
» Prophetas Sanctos, & Sanctos piscatores; & moleſtos non
» patiemini Religiosissimos Reges. Iam enim & ſuperiùs oſten-
» di, Ad cvram pertinvisse Regis, vt Niniuitæ Deum placa-
» rent, cuius itam Propheta annunciauerat. Qvandiv ergo vos
» non tenetis Ecclesiam qvam prænvnciavervnt pisca-
» tores, Apostoli plantavervnt; tamdiv Reges, qvi eam
» tenent, rectissime ad svam cvram ivdicant pertinere,
» ne vos adversvs eam rebelletis impvne. Nam Deus &
» Reges habuit inter Prophetas: Dauid quippe Sanctvs, quod
» non poteſtis ignorare, Rex fuit. Audite itaque Prophetantem
» Regem, & nullum Religiosvm Regem formidabitis Irascen-
» tem: Audite, inquam, Prophetam Regem dicentem de Chri-
Pſ. 71.8. » ſto; Dominabitvr a mari vsqve ad mare, et a flvmi-
» ne vsqve ad terminos orbis terræ: Et non timebitis Chri-
» ſtianum Regem ſuccenſentem vobis Hanc Ecclesiam blas-
» phemantibvs; qvæ, sicvt a Rege Prophetata est, exhi-
Dan. 3. v. 96. » betvr vsqve ad terminos orbis terræ. Quia & Rex Na-
» buchodonoſor, quamuis Propheta non fuerit, eos tamen qui
blaſphema-

« blasphemarent Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, RELIGIOSA SEVERITATE coërcuit. VERBA EPISTOLÆ: Mundanæ, inquit, militiæ, nunquam Deus exspectauit auxilium: qui solus potest de viuis & mortuis iudicare. AD HÆC RESPONSIO: NON MVNDANÆ MILITIÆ DEVS EXSPECTAT AVXILIVM, QVANDO REGIBVS LARGITVR POTIVS BENEFICIVM, QVI EIS INSPIRAT VT IN REGNO SVO CVRENT FIERI DOMINI SVI PRÆCEPTVM. QVIBVS ENIM DICTVM EST; ET NVNC, REGES, INTELLIGITE: ERVDIMINI QVI IVDICATIS TERRAM: SERVITE DOMINO IN TIMORE; SENTIVNT SVAM POTESTATEM ITA DOMINO SERVIRE DEBERE, VT EA POTESTATE PLECTANTVR QVI NOLVNT EIVS VOLVNTATI SERVIRE. QVOD AVTEM DE MILITIBVS FACIS INVIDIAM, SI VTIQVE ISTA CVRA, SICVT IAM DOCVIMVS IN SCRIPTVRIS SANCTIS (subaudi, AD REGES) PERTINERE DEMONSTRATVR; PER QVOS ID ACTVRI SVNT REGES ADVERSVS REBELLES CIRCVMCELLIONES, ET INSANOS EORVM SIVE PARTICIPES, SIVE PRINCIPES, NISI PER SVBDITOS MILITES? Et extremo libro secundo: Quamobrem secundùm verissimum hoc tuum testimonium, & tuam verissimam expositionem, quoniam Religio est quam Dulcitius Tribunus tenet: Profectò religio est, quâ te ad nostram communionem præceptum Imperatoris impellit. VNDE FIT CONSEQVENS, VT RELIGIO SIT ETIAM QVA CHRISTIANVS IMPERATOR AD CVRAM SVAM IVDICAT PERTINERE NE IN RES DIVINAS IMPVNE PECCETVR: A QVO TV NON VIS CVRARI, NISI EA QVÆ TERRENA REPVBLICA CONTINENTVR. Vnde & REGEM Niniuitarum oblitus quid legeris, Populo de agenda pœnitentia, non mandasse dixisti: (hæc enim verba tua sunt ad me.) Quid, inquis, miseros decipis? Ionæ Deus præcepit, PROPHETAM Dominus ad Populum misit. Nihil tale REGI mandauit. Aduerte ergo quid scriptum sit, & noli irasci tibi ipsi, qui vel diuina scripta non recolis, vel tu potiùs miseros decipis. Surrexit Ionas, & abijt in Niniuen, sicut locutus est Dominus. Niniue autem Ciuitas magna erat, quasi viæ tridui: & cœpit Ionas ingredi ciuitatem quasi vnius diei iter, & prædicauit, & ait; Adhuc triduum, & Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ Domino, & indixerunt ieiunium, & saccos induerunt à maiore vsque ad minorem. cúmque perueniisset sermo ad REGEM ciuitatis Niniue, surrexit de sede sua, & detraxit sibi vestimenta, & se circumdedit sacco, & consedit in cinere, PRÆDICATVRQVE A REGE ET A POTENTIBVS, DICENS: Homines & iumenta & oues & boues, non gustent quidquam, nec pascantur, & aquam non bibant. Et indui

Ps. 2. 10.

Ionæ 3. v. 3.

» sunt saccos homines, & iumenta proclamauerunt ad Domi-
» num impensè: & auersus est vnusquisque à via nequitiæ suæ, &
» iniquitatis quam in manibus habebat. AVDIS-NE TANDEM RE-
» GEM CVRASSE QVOD, AD REGVM CVRAM TIBI DISPLICEAT
» PERTINERE? CERTE VT IMPENSE AGERETVR, QVOD MINVS
» QVAM OPORTVERAT, AGEBATVR. Ideo ergo Niniuitæ non sunt
» exspoliationibus proscriptionibusque, vel terrore militum ad pœ-
» nitentiam, IMPERIO REGIS, arctari; quia OBEDIENTER iussa fe-
» cerunt. NON ITAQVE OSTENDIMVS POPVLVM ISTA PERPESSVM,
» QVIA NEC TV OSTENDIS REGEM FVISSE CONTEMPTVM. PROIN-
» DE CVM REGIBVS, EA QVÆ SECVNDVM DEVM SVNT, RELI-
» GIOSO TIMORE IVBENTIBVS, QVISQVIS OBTEMPERAT, TIMORE
» INCIPIENS, ET AD DILECTIONEM PROFICIENS, A DOMINO AC-
» CIPIT PACEM: NON SICVT PACEM DAT SÆCVLVM, QVONIAM
» SÆCVLVM DAT PACEM, PROPTER TEMPORALEM VTILITATEM;
» DOMINVS AVTEM PROPTER ÆTERNAM SALVTEM. Ergo quia
» ista RELIGIO est, in qua est Tribunus Dulcitius (neque enim
» verba tua negaturus es) SVPERSTITIO est pars Donati, vnde te
» vult erui huius religio: superstitio est, quòd te quæris occide-
» re; quòd valde prohibet huius religio: SVPERSTITIO EST, QVOD
» ERGA ISTA CVRAM IMPERATORIS REPREHENDIS; QVAM SVSCE-
» PIT EXSEQVENDAM HVIVS RELIGIO. Vnde Martyrius, Episco-
pus Gortynæ, in subscriptione Synodicæ Episcoporum Cretæ,
» ad Imperatorem Leonem, hæc addit: Incolumem Vestram Po-
» testatem, TVENTEM PACEM SANCTARVM DEI ECCLESIA-
» RVM, Sancta & VIVIFICATRIX Trinitas, omni tempore vitæ,
» conseruet, Piissime & CHRISTO-AMABILIS Imperator. Quibus
ex Patrum testimonijs, vtroque gladio & Bellum Christianum
geri, & Pacem Christianam quæri, eo duce, certum est, qui in
Libro SERMONVM Isaïæ Prophetæ, DE SACRA PONTIFI-
CVM AC REGVM CONCORDIA docturus, & Reges, NVTRI-
CIOS; Reginas, NVTRICES; & Ecclesiam, MATREM fecit. Vtrum-
que verò indicasse tum maximè visus est Christianorum Regum
& primus & summus, is qui plus Aris quàm Armis, MAGNI
cognomen sibi meruit, Constantinus; quique ex diligentissi-
ma IVVANDÆ ECCLESIÆ cura, à Mansueto, Mediolanen-
si Archiepiscopo, datâ ad Constantinum Pogonatum Episto-
lâ, diuino planè elogio, AVCTOR CHRISTIANÆ RELIGIONIS
dictus est; cùm sic vniuersam Christi Ecclesiam congregatam
» Niceæ, Oratione DE PACE, aggreditur: Ac tametsi, inquit,
» lætor equidem vehementer, cùm iam vestrum consessum in-
» tueor; tunc tamen arbitror me res maximè ex animi senten-
» tia gesturum, vbi omnes vos animorum coniunctione colliga-
» tos, & vnam, eamque communem inter omnes, & PACIFICAM
» SYMPHONIAM atque concordiam (QVAM QVIDEM VOS, CVM SITIS
» DEO CONSECRATI, ALIIS ETIAM A DEO, TANQVAM LEGATIONIS

MVNERE, PRO CHRISTO FVNGENTES IMPERARE CONSENTANEVM EST) TRIVMPHARE intellexero: Καὶ χαίρω μὲν ὁρῶν τὴν ὑμετέραν ὁμήγυριν· τότε δὲ μάλιστα κρίνω κατ' εὐχὰς ἐμαυτὸν πράξειν, ἐπειδὰν τὰς ψυχὰς ἀνακραθέντας ἴδοιμι τοὺς πάντας, μίαν τε κοινὴν ΒΡΑΒΕΥΟΥΣΑΝ τοῖς πᾶσιν ΕΙΡΗΝΙΚΗΝ ΣΥΜΦΩΝΙΑΝ, ΗΝ ΚΑΙ ΕΤΕΡΟΙΣ ΥΜΑΣ ΠΡΕΠΟΝ ΑΝ ΕΙΗ ΠΡΕΣΒΕΥΕΙΝ, ΤΟΥΣ ΤΩ ΘΕΩ ΚΑΘΙΕΡΩΜΕΝΟΥΣ. Faxit Deus Optimus Maximus, vt Regia tandem in te Maiestas sibi dicendum putet, quod olim Theodosio Magno scripsit Constantinopolitana Synodus: Initio quidem nostri ad TVAM PIETATEM scripti (Pietas enim, iuxta Constantinopolitanum Concilium, diuinus Regiæ Majestatis splendor) gratias agimus DEO, QVI TVÆ PIETATIS IMPERIVM CONSTITVIT AD COMMVNEM PACEM ECCLESIARVM, ET SANÆ FIDEI CONFIRMATIONEM: ΑΡΧΗ μὲν ἡμῶν τῶν πρὸς τὴν ΣΗΝ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ γραμμάτων, εὐχαριστία πρὸς τὸν Θεὸν, ΤΟΝ ΑΝΑΔΕΙΞΑΝΤΑ ΤΗΣ ΥΜΕΤΕΡΑΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, ΕΠΙ ΚΟΙΝΗ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ ΕΙΡΗΝΗ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΥΓΙΟΥΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΣΤΗΡΙΓΜΩ. Tunc enim, ex Chalcedonensi Actione quarta, vniuersi CATHOLICI atque Orthodoxi acclamabimus: Vnus Deus qui hoc fecit. Multi anni Regum; MAGNI NOMINIS REGVM (aliàs, MAGNORVM REGVM; quales profectò MAIORIS BRITANNIÆ REGES sunt) multi anni: Multi anni SENATVS: Multi anni IVDICVM: Orthodoxorum multi anni. HÆC INTEGRA ADVNATIO, HÆC PAX ECCLESIARVM: Εἷς Θεὸς ὁ τοῦτο ποιήσας. Πολλὰ τὰ ἔτη τῶν Βασιλέων· ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝΥΜΩΝ (aliàs, τῶν ΜΕΓΑΛΩΝ) ΒΑΣΙΛΕΩΝ, πολλὰ τὰ ἔτη· πολλὰ τὰ ἔτη ΤΗΣ ΣΥΓΚΛΗΤΟΥ· πολλὰ τὰ ἔτη ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ· τῶν Ορθοδόξων, πολλὰ τὰ ἔτη. ΑΥΤΗ ΤΕΛΕΙΑ ΕΝΩΣΙΣ· ΑΥΤΗ Η ΕΙΡΗΝΗ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ: Vel, ex Constantinopolitani Quarti, siue Oecumenici Octaui Concilij Actione decima, quod Basilio, Constantino, ac Leoni Impp. ac Eudoxiæ Augustæ acclamatum, in antiqua Anastasij Bibliothecarij Interpretatione legitur: Deus conseruet imperium vestrum; per VOS VNIVERSALIS ECCLESIA Pacem obtinuit. PRINCEPS PACIS Deus pacificet Imperium vestrum; CÆLESTIS REX TERRESTRES CONSERVET. Nam (vt magno Dei Spiritu, ad Imperatorem Leonem, Episcopus Philippopolis Valentinus scribit) COMPENSATIONEM IVSTITIÆ POTIVS, QVAM DONVM A CHRISTO, REGALIA SCEPTRA PERCIPIENTES; COMPENSATIONEM RVRSVS DEO REDDITIS VESTRVM IMPERIVM CONSERVANTI, DVM INCESSABILITER COGITATIS, QVATENVS SECVRAM AB OMNI HÆRETICA TEMPESTATE ECCLESIAM EIVS, ET SINE FLVCTVATIONE, SERVETIS. Talis à Nicolao Papa Quinto laudatus ille Angliæ Rex, abhinc ducentos ferme annos, in Pontificio illo Diplomate, Pro Bono Pacis, SVPER APPROBATIONE ACTORVM ET GESTORVM IN CONCILIO BASILEENSI, his verbis: Tractatuque Oratorum charissimorum in Christo filiorum Francorum, ANGLIÆ, & Renati Siciliæ, Regum; necnon Delphini Viennensis Primogeniti Francorum Regis illustris, PACEM ECCLESIÆ REDDITAM videbamus. Hoc ergo

Opus (quod qui, vt ſuum quondam Triſtium Ingenioſus Poëta, SCRIPTVM REGALE dixerit, & Regibus mecum gratulabitur, & Eccleſiæ gaudebit) DE TOLLENDO SCHISMATE, id eſt, DE PACE, in tres conieci Libros: quorum Primus, DE ECCLESIA; Secundus, DE DISCIPLINA ECCLESIÆ; Tertius, DE DOCTRINA ECCLESIÆ, antiquo more, ſed inuento planè nouo, & (vt norunt Fideles) meo, diſputabit. Quæ cùm liceat ſentire, & liceat dicere:

(Inuidia infelix furias amnemque ſeuerum
Cocyti metuet, tortoſque Ixionis angues,
Immanemque rotam, & non exſuperabile ſaxum.)

Præclarè enim & verè Claudianus Mamertus, Epiſcopus Viennenſis, (Eucherij ac Sidonij æqualis, quique, Sancto Sidonio oculato teſte, ſacri eius celeberrimi Eccleſiaſtici Hymni de Cruce, PANGE LINGVA GLORIOSI, quem poſtea imitatus legitur Diuus Thomas,
» auctor eſt) altero ſuo libro De Statu Animæ: Mortalium generi (in-
» quit) naturâ datum eſt, vt abſtruſa fortiùs quærat, vt negata magis
» ambiat, vt tardiùs adepta plus diligat; & eò flagrantiùs ametur veri-
» tas, quò vel diutiùs deſideratur, vel laborioſiùs quæritur, vel tardiùs
» inuenitur. Ac in Primo certè Libro, dum Eccleſiam in Angliam, quaſi ſacram quandam coloniam, Iſaias deducit, ac opus DE VNITATE ECCLESIÆ maiorem in modum complet; probatur, an po-
» tiùs (quia vt probatione egeat indignum eſt) illuſtratur, QVOD
» NEQVE CONTRA REGNVM, NEQVE CONTRA SACERDOTIVM, FAS
» SIT INSVRGERE; Ὅτι οὔτε ΒΑΣΙΛΕΙΑ, οὔτε ΙΕΡΩΣΥΝΗ θεμιτὸν ἐπανίστα-σθαι· quod libro quinto, capite ſecundo, inter Conſtitutiones Apoſtolorum, poſitum eſt; quæ à Sancto Clemente Pont. Max. conſcriptæ creduntur, quæ à veteribus Græcis quàm maximi fiunt, & quæ ab Eccleſijs Æthiopum, vt verè Apoſtolicæ, receptæ ſunt. Secundus, quoniam, vt in ætatibus Senectus, ſic in exemplis auctoritatem habet Antiquitas, antè exorſam, & potiùs detextam Anglicanam, ab vltima ſiue Tertia Conuerſione Britannorum, hoc eſt, à Conuerſione Anglorum, retexit Hiſtoriam;
2.Cor.13.v.9. ad veſtram, vt Doctor Gentium diceret, Κατάρτισιν (CONSVMMATIONEM vertit Interpres, nos REFORMATIONEM, ac INSTAVRATIONEM, & ad verbum, RECONCINNATIONEM, ſiue REDINTEGRATIONEM; Verbali deducto de Græco verbo, quo Matthæus
v.21 quarto Euangelij capite vtitur, cùm vetus vulgatum illud REFI-
v.19. CIENTES RETIA, quod Marci primo, COMPONENTES RETIA dicitur, è Græco fonte, καταρτίζοντες τὰ δίκτυα, hauſtum, atque Latinè expreſſum eſt.) idque, vt Beda, is qui Venerabilis vſurpatur, gloriari ſolet, ex Anglo-Romanis Commentarijs atque Actis. Tertium
2.Cor.12. » denique Librum PAVLVS PRÆDICANS, qui raptus eſt in Paradi-
v.4. » ſum, EIQVE VERBA INEFFABILIA SVNT CREDITA, (vt Galatarum Eccleſiæ, Parte tertia Actorum Concilij Chalcedonenſis, Synodicè declarant) tanquam in manus ſumit; ac vt Doctor Gentium, de ſcripto, ius & ſententiam de Controuerſis Quæſtionibus dicit.

HEREDITAS enim Christi (inquit libro primo contra Litteras Petiliani Donatistæ, Augustinus) in omnibus Gentibus constituta, aduersùs omnes EXHEREDATAS HÆRESES tuta est. Atque vt totius Operis ordinem sub vnum aspectum, tanquam summam, calculis quasi sublatis, ponam; hæc omnis ratio, hæc facies nostri instituti erit. Argumentum Apologetici, Reuersio potiùs quàm Conuersio Angliæ est ad Ecclesiæ Vnitatem, (siue, vt loquitur Augustinus libro secundo contra Litteras Petiliani Donatistæ, AD HANC EVIDENTISSIMAM TOTIVS ORBIS VNITATEM; & libro primo contra Gaudentium, Thamugadensem Episcopum, HOC EVIDENTISSIMVM DEI OPVS; vel, vt tertio contra Litteras Petiliani libro ait, VNITATEM SAGENÆ DOMINICÆ EX OMNI GENERE PISCIVM CONGREGANTIS) id est, ad Ecclesiasticam Pacem; ad Antiquitatem, id est, ad se, Pristinumque splendorem; ad Traditiones Patrum, id est, ad Apostolicam Doctrinam. Obstabit dissensione Schisma? Motus animorum, Regia res, Pacificatio componet, crebróque ingeret Regis Pacifici Propheticum illud, quod summum ac perpetuum Augustini in Schismate Donatistarum antidotum erat: FILIVS MALVS IPSE SE IVSTVM DICIT, EXITVM AVTEM SVVM NON ABLVIT. quod ex Græca illa Septuaginta insignium virorum Interpretatione conuersum est, Prouerbiorum vicesimo-quarto: Ἔκγονον κακὸν δίκαιον ἑαυτὸν κρίνει, τὴν δ' ἔξοδον αὐτοῦ οὐκ ἀπένιψεν. Quem locum Sanctus Hieronymus, libro primo aduersùs Pelagianos, sic extulit: FILIVS MALVS IVSTVM SE FACIT, ET NON LAVAT EXITVM SVVM. Exitus enim & Separationis ab Ecclesia, siue à Fratribus, quæ causa esse, quæ ratio Patri aut Matri reddi potest? Exitum, inquit, suum (ait Augustinus libro secundo contra Gaudentium) vtique illum de quo dicit Apostolus Ioannes; Ex nobis exierunt: OMNINO NON ABLVIT, NON DEFENDIT, NON EXCVSAT, NON PVRGAT. 1. Ioan. 2.
Quare & DE SCHISMATE, & DE OFFICIO PRINCIPIS CHRISTIANI, quod summum sedandi Schismatis atque Discordiæ remedium est; & de Isaïæ sacris laborantis ac MILITANTIS ECCLESIÆ Prognosticis; (quorum, ex interpretatione Hieronymi, vltimum de BRITANNICA ECCLESIA est) vno verbo, DE IVVANDA ECCLESIA, Liber Primus aget. Id autem IVVANDÆ ECCLESIÆ munus quantopere, dum Leoni Imperatori gratulantur, commendent Iulianus, Proclianus, Epiphanius, Daniel, Amatius, & Euphrasius, Primæ Galatiæ Episcopi, cum suo illo Metropolita Anastasio, Ancyrano Antistite, quis non videat, si modò hanc eorum Synodicæ sententiam legerit? Quapropter, mox vt Deus vos ad solium Imperiale perduxit, PRIMITIAS LARGITORI VESTRO CLARISSIMAS obtulistis, id est, LEGEM HANC ERRONEIS DOGMATIBVS RESISTENTEM, ECCLESIASTICÆ VERITATIS ADIVTRICEM. Noceat Angliæ, sensibus (quod 1. Cor. 14. v. 20. Apostolus vetat) repuerascere voluisse, ac ferme factam immemorem sui? In memoriam, & Britannicæ Ecclesiæ iura in veteri Romano iure, & facta parentum, Gregorio teste ac scriptore

digna, Consilium nostrum Regium, Secundo Libro habendum, reuocabit. Ergo CENTVM QVATVORDECIM Anglicæ Nouitatis, ceu horrendi, etiam Regno, cuiusdam monstri capita, Secundus notabit Liber; quæ manu tua, IACOBE REX, qui non sine causa gladium portas, strenuè sanctéque amputabit. Si quidem, vt (quod maximè cum Regibus faciendum est) philosophemur paucis; doceo Altero volumine, vel nunquam Anglos fuisse Christianos; vel eo prorsùs pacto debere esse, non quo sunt Nouatores Angli, sed quo sunt CATHOLICI Angli, qui fundatæ ac primò constitutæ Anglicanæ Ecclesiæ primas decisiones, velut recepti Euangelij certas conditiones appositas, hodieque sequuntur. Haud enim disputatione, sed consilio; neque contentione, at prudentia: sed nec, vt ita dicam, animis, verùm oculis, in hac parte, siue in lustranda ac repetenda veteri Anglorum Disciplina, est opus. Adeo longis ac peregrinis concertationibus hactenus contra ANGLICANVM CANONEM peccatum videtur; quia frustra toties aliâ viâ tentatum est, cùm Deus Opt. Max. vt vel inuitis ac renitentibus hominibus, conseruaret fundatam, fundatæ integras leges atque prima instituta, singulari Angliæ priuilegio, Arcanoque Prouidentiæ Miraculo, ad nostra vsque tempora, seruata indicarit. Hinc in Chalcedonensibus Actis Petrus ille, Rauennas Episcopus, Epistolâ ad Eutychem, ex Abbate Hæresiarcham factum:
» Triginta (inquit) annis Humanæ Leges Humanas adimunt Quæ-
» stiones; & Christi generatio, quæ diuina lege scribitur Inenarrabi-
» lis, post tot sæcula, DISPVTATIONE TEMERARIA ventilatur? Quid
» Origenes, PRINCIPIORVM SCRVTATOR, incurrerit; quomodo Ne-
» storius lapsus sit disputans de Naturis, non latet prudentiam
» tuam. Magi Christum in cunabulis, Deum mysticis muneribus
» confitentur: & SACERDOTES, Quis sit qui Virginali partu, de
» Spiritu Sancto natus est, DOCENDA INTERROGATIONE disqui-
» runt? Cùm vagitum daret Iesus in cunis, GLORIA IN EXCELSIS
» DEO, clamat cælestis exercitus: & modò, quando in nomine Iesu
» omne genu flectitur Cælestium, Terrestrium, & Infernorum,
» Originis eius quæstio commouetur? Nos, Frater, vnà cum APO-
2. Cor. 5. v. 16. » STOLO dicimus; Etsi nouimus Iesum SECVNDVM CARNEM, sed
» nunc iam non nouimus, nec possumus curiosè (aliàs, iniuriosè)
» perscrutari; qui iubemur HONOREM DARE ET TIMOREM RED-
» DERE; ET EXSPECTARE, NON DISCVTERE, QVEM IVDICEM CON-
» FITEMVR: Τριάκοντα ἔτεσιν, οἱ Ἀνθρώπινοι Νόμοι, τὰς Ἀνθρωπίνας ἀφαιροῦσι Ζητήσεις. ἡ τοῦ Χριστοῦ δὲ γένεσις, ἥτις τῷ θείῳ νόμῳ ἀνεκδιήγητος γέγραπται, μετὰ τοσούτους αἰῶνας ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΩ ΑΠΟΝΕΝΟΗΜΕΝΩ ἐρευνᾶται; Τί Ὠριγένης, ὁ ΤΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ (aliàs, ΑΡΧΩΝ) ΕΡΕΥΝΗΤΗΣ ὑπέμεινε· ποίῳ τρόπῳ Νεστόριος ὠλίσθησε, διαλογιζόμενος περὶ φύσεων· οὐ λανθάνει τὴν σὴν σύνεσιν. οἱ Μάγοι τὸν Χριστὸν ἐν σπαργάνοις, Θεὸν, μυστικοῖς δώροις, ὡμολόγουν, καὶ οἱ ΙΕΡΕΙΣ, τίς ἐστιν ὁ παρθενικῷ τοκετῷ, ἐκ πνεύματος ἁγίου τεχθεὶς ΕΠΙΠΟΝΩ (aliàs, ΛΥΠΗΤΕΑ) ΕΡΕΥΝΗΣΕΙ ἐκζητοῦσιν. ὅτε βοῶν ἐδίδου ὁ Χρι-

στὸς ἐν τοῖς σπαργάνοις, ΔΟΞΑ ΕΝ ΥΨΙΣΤΟΙΣ ΘΕΩ, ὁ οὐράνιος ἀνεβόα στρατὸς, καὶ νῦν, ὅτε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, τῆς Ἀρχαιογονίας αὐτοῦ ζήτησις κινεῖται. ἡμεῖς δὲ, ἀδελφὲ, μετὰ τοῦ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ λέγομεν, καὶ εἰ ἐγνώκαμεν Χριστὸν ΚΑΤΑ ΣΑΡΚΑ, ἀλλὰ λοιπὸν νῦν οὐ γινώσκομεν, οὔτε δυνάμεθα ἐφόβεισα, (aliàs, περιέργως,) ἐρευνᾶν, οἵτινες κελευόμεθα ΤΙΜΗΝ ΔΙΔΟΝΑΙ, ΦΟΒΟΝ ΑΠΟΔΙΔΟΝΑΙ, καὶ ΕΚΛΕΓΕΣΘΑΙ, ΟΥΚ ΕΡΕΥΝΑΝ, ΟΝ ΚΡΙΤΗΝ ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝ. Vtri verò, CATHOLICI-ne, an Nouatores, hanc Regulam Anglicanam seruent, vel ex sola singulorum, quæ apponimus, capitum lectione, & Regis, & cuiusvis, nunc satis superque auditis partibus, tandem, vt in sacro Regum Consistorio fit, facile, & vt vocant, de plano, ac summarium paternumque iudicium erit. Iam verò, vt Historicarum olim, quæ Secundo Libro explanantur; sic Rerum forsitan Controuersarum, obruet perturbatus ordo? Toto Tertio Libro, in Quatuor Apostolicos Locos ac Canones, DE SACRIFICIO, DE OPERIBVS BONIS, DE LIBERO ARBITRIO, ac DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA, mixta grauitati breuitate, Regia Majestas, quæ fideliter de iure controuerso audiet, sapienter distribuet, maturéque ac benignè interpretabitur. Itaque quemadmodum ECCLESIAM aduersùs Schisma Primo MILITANTEM Libro; in Secundo, de Nouitate ac Mendacio iure ac meritò TRIVMPHANTEM inducimus: sic Tertio ac extremo Libro, PAVLVM PRÆDICANTEM facimus; tanquam Primum Angliæ Patronum, cuius nomini Primum Anglicanum Templum, in honorem Dei, nuncupatum fuit; eumque, sub quo primùm Angli nomen Domini sacrificijs incruentis inuocare cœperunt. Præco enim PAVLVS & certaminis, & legitimè certandi, vsque in finem, Disciplinæ: qui proinde, quod aiunt, opus denique nostrum apud Regem coronabit; tametsi « IN CERTAMINIBVS IPSI AGONOTHETÆ SIVE MVNERARII, QVI PRÆSVNT ET MVNERA VICTORIBVS PROPONVNT, NON CITHAROEDIS NEGLECTIS, CITHARAS EORVM CORONANT, vt his Græcis verbis, Atheniensis Philosophus Christianus, Athenagoras in Apologia, quæ LEGATIO PRO CHRISTIANIS, Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν, inscripta est, expressit; οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν, παραλιπόντες οἱ Ἀθλοθέται τοὺς κιθαριστὰς, τὰς κιθάρας στεφανοῦσιν αὐτῶν. « Dicant etiam Ecclesiæ (inquit Augustinus libro ad Donatistas, post Collationem) ad quas PAVLVS APOSTOLVS scribit, ROMANORVM, Corinthiorum, Philippensium, Colossensium, Thessalonicensium: nam de Galatia & Epheso, iam supra dictum est. Dicant ergo & istæ; Litteras ad nos datas, Fratres, quotidie legitis, qui vultis adhuc esse de Parte Donati. IN IPSIS EPISTOLIS PER NOMEN PACIS NOS APOSTOLVS SALVTAVIT, DICENS; GRATIA VOBIS ET PAX A DEO PATRE ET DOMINO NOSTRO IESV CHRISTO. QVARE PACEM IN NOSTRIS EPISTOLIS LEGENDO DIDICISTIS, ET EAM NOBISCVM TENERE NOLVISTIS? Apposui verò, ex more quoque Theologorum Veterum, hanc PRÆFATIO-

NEM SALVTATORIAM, instar trinæ ORATIONIS illius SALVTATORIÆ, quæ ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ, De Recta Fide, cùm ad Imperatorem Theodosium, tum ad Reginas; hoc est, ad Imperij consortem σύμβιόνque Eudoxiam, & Pulcheriam Augustam sororem, à Principe Theologorum Cyrillo, (siquidem NOVVS PAVLVS, vt videbitur infra, ob præreptam omnibus, nimirum DE INCARNATIONE VERBI, quæ MATERIA MATERIARVM vocitari solet, ac Theologicarum omnium Quæstionum fons & caput est, palmam, ab vniuersa quondam Ecclesia renunciatus est) PROSPHONETICA, inquam, dicta, ac maximæ Ephesinæ Synodo, ante eiusdem Cyrilli nostri APOLOGETICVM ad eundem Imperatorem, tanquam stella quædam præuia, ac PERPETVÆ, vt Mathematici vocant, OSTENSIONIS, præmissa & quasi præfixa est. Nouum enim aliter videri possit, PROSPHONETICVM, siue SALVTATORIVM, ACCLAMATORIVM, atque ALLOCVTORIVM (triplex namque hæc, in Concilijs, eius vocis interpretatio est) dicendi Pontificium atque Theologicum genus (quo nimirum Patres, vt sancta quadam ac Theologica exercitatione, in congressibus conuentibusque, in salute danda, vtebantur; vt in ipso aditu ius ad adyta, communionemque eorumdem mysteriorum eiusdem Ecclesiæ, testificarentur ac mutuò significarent, tanquam arcanis diuinisque sermonibus, primo cuique doctori Orthodoxo, Spiritus Sancti scholam aperturi) nouum, inquam, erit, queis nouus erit longè antea dictus PROSPHONETICVS, siue SERMO PROSPHONETICVS, vel potiùs PRÆFATIO PROSPHONETICA, id est, SALVTATORIA, Constantini Augusti ad sanctam Nicænam Synodum, apud Gelasium Cyzicenum, in Actis Primi Concilij Niceæ habiti; ac vicissim Oecumenici Constantinopolitani Concilij, ad Imperatorem Theodosium Magnum; nec non & Chalcedonensis, ad Marcianum Augustum; itemque Sextæ Oecumenicæ Synodi, (quæ ALIVS SOL, ἄλλος ἥλιος, in Exemplari Synodicorum Theodori, Sanctissimi Ierosolymorum Patriarchæ, Septimi Generalis Concilij Actione tertia, dicta est) ad Imperatorem Constantinum Pogonatum; immò & Trullanorum Patrum Synodi Quinisextæ, ad Iustinianum PIVM: aut quibus videbitur noua Oratio vicesima quarta Orientalis Ecclesiæ Theologi, in Ægyptiorum, videlicet Episcoporum, aduentum; quam Græci SALVTATORIAM appellant. Mitto autem ad te hoc Scriptum, tanquam (vt diceret ad Reginas Cyrillus) SPIRITALE XENIVM, ξένιον πνευματικόν· MENTIS FIRMAMENTVM, ἔρεισμα νοῦ· ANIMÆ LVMEN, ψυχῆς ἀγλάϊσμα· CORDIS CORONAM, καρδίας στέφανον. ac si mauis, Tres Libros, velut Tres Legatos, iuxta Africanum illum præclarum ac Pacificum Canonem, Africani Concilij (quod ex Africanis omnibus Synodis, vndequaque, sub Bonifacio & Cælestino, cùm De modo prosequendæ Appellationis ad Sedem
» Apostolicam, ageretur, collectum est) Tricesimum Sextum: Dein-
» de Placuit, vt his peractis LEGATI etiam PRÆDICANDÆ PACIS,

ATQVE VNITATIS GRATIA, sine qua SALVS CHRISTIANA non «
potest obtineri, è numero nostro ad ipsorum Donatistarum, siue «
quos habent Episcopos, siue ad Plebes mittantur, per quos omni- «
bus in notitiam perferatur, QVAM NIHIL HABEANT QVOD AD- «
VERSVS ECCLESIAM CATHOLICAM IVSTE POSSINT DICERE: ma- «
ximè vt manifestum fiat omnibus, per Gesta etiam Municipalia, «
propter documentorum firmitatem, quid ipsi de Maximianistis «
SCHISMATICIS SVIS egerint; vbi eis DIVINITVS demonstratur si «
attendere velint, TAM INIQVE TVNC ILLOS AB ECCLESIÆ VNI- «
TATE PRÆCISOS, QVAM INIQVE NVNC CLAMANT A SE MAXI- «
MIANISTAS SCHISMA FECISSE: ex quorum tamen numero, quos «
iam PLENARII CONCILII SVI AVCTORITATE damnauerant, in «
suis Honoribus denuo receperunt, & Baptismum, quem damnati «
& exclusi dederant, acceptauerunt: vt videant, QVAM STVLTO «
CORDE RESISTANT PACI ECCLESIÆ TOTO ORBE DIFFVSÆ, CVM «
ISTA FACIANT PRO PARTE DONATI; NEQVE SE ISTORVM, «
QVOS ITA RECEPERVNT, COMMVNIONE, PROPTER INVITVM «
PACIS CONTAMINARI DICANT; ET NOS CONDEMNENT, (ID EST, «
ECCLESIAM CATHOLICAM, ET IAM IN EXTREMIS TERRARVM «
PARTIBVS CONSTITVTAM, PER EORVM COMMVNIONEM, IN- «
QVINATAM,) QVOS TVNC ACCVSANTES CONVINCERE NEQVI- «
VERVNT. Qui sanè Canon; DE MITTENDIS LEGATIS, adeo vete- «
ribus placuit, vt è Latino in Græcum conuersus, in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ, Capitulo sexagesimo nono, hunc in modum legatur: Ἤρεσεν ἔπειτα, ὥστε τούτων πραχθέντων, ΤΟΠΟΤΗΡΗΤΑΣ περὶ τοῦ ΚΗΡΥΞΑΙ ΕΙΡΗΝΗΝ, ΚΑΙ ΕΝΟΤΗΤΑ (ἧς τινος χωρίς, ἡ τῶν ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΣΩΤΗΡΙΑ κατέχεσθαι οὐ δύναται) πεμφθῆναι, ἐκ τοῦ ἡμετέρου ἀριθμοῦ, πρὸς τοὺς τῶν αὐτῶν Δονατιστῶν, εἴτε τινὰς ἔχουσιν Ἐπισκόπους, εἴτε λαούς· δι' ὧν ΤΟΠΟΤΗΡΗΤΩΝ, πᾶσιν ἐν γνώσει γένηται, ΠΩΣ ΟΥΔΕΝ ΕΧΟΥΣΙΝ ΕΥΛΟΓΟΝ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ· καὶ μάλιστα, ἵνα φανερὸν πᾶσι γένηται, διὰ τῶν Πολιτικῶν Πεπραγμένων, πρὸς πίστωσιν τῆς ἀποδείξεως. ἅπερ αὐτοὶ τῶν Μαξιμιανιστῶν, ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΣΧΙΣΜΑΤΙΚΩΝ, ἔπραξαν, ἔνθα αὐτοῖς ΘΕΟΘΕΝ ἀποδείκνυται, ἐὰν ἐπισκῆψαι θελήσωσιν. ΟΥΤΩΣ ΑΔΙΚΩΣ ΤΟΤΕ ΑΥΤΟΥΣ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΕΝΩΣΕΩΣ ΑΠΟΣΧΙΣΑΝΤΑΣ, ΩΣΠΕΡ ΚΡΑΖΟΥΣΙΝ ΑΔΙΚΩΣ ΑΠ' ΑΥΤΩΝ ΤΟΥΣ ΜΑΞΙΜΙΑΝΙΣΤΑΣ ΝΥΝ ΑΠΟΣΧΙΣΑΙ. ἐκ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ τούτων, οὕς τινας φανερᾷ ΤΗΣ ΟΙΚΕΙΑΣ ΒΟΥΛΗΣ ΑΥΘΕΝΤΙΑ, (id est, PROPRII AC DOMESTICI SENSVS AVCTORITATE OMNIMODA) κατεδίκασαν· μετὰ ταῦτα ἐν ταῖς ἰδίαις Τιμαῖς ἀνεδέξαντο· καὶ τὸ βάπτισμα, ὅ, οἱ παρ' αὐτοῖς καταδεδικασμένοι καὶ ἐκβεβλημένοι δεδώκασι, προσεδέξαντο, πρὸς τὸ δειχθῆναι, ΠΩΣ ΜΩΡΑ ΚΑΡΔΙΑ ΑΝΤΙΤΑΣΣΟΝΤΑΙ ΤΗ ΕΙΡΗΝΗ, ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΝΤΙ ΤΩ ΚΟΣΜΩ ΔΙΑΚΕΧΥΜΕΝΗΣ, ΤΑΥΤΑ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΜΕΡΟΥΣ ΤΟΥ ΔΟΝΑΤΟΥ, ΚΑΙ ΜΗ ΛΕΓΟΝΤΕΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΜΟΛΥΝΕΣΘΑΙ ΤΗ ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΙΣ, ΟΥΤΩΣ ΔΙΑ ΤΟ ΑΚΟΥΣΙΟΝ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ ΑΝΑΔΕΧΘΕΝΤΩΝ· ΗΜΙΝ ΔΕ ΦΙΛΟΝΕΙΚΟΥΝΤΕΣ, ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙ, ΤΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ

ΕΚΚΛΗΣΙΑ, ΕΤΙ ΜΗΝ ΚΑΙ ΤΗ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΣΧΑΤΟΙΣ ΜΕΡΕΣΙ ΤΗΣ ΓΗΣ ΚΑΘΕΣΤΩΣΗ, ΔΙΑ ΤΗΣ ΜΙΑΣ ΜΕΝ ΤΟΥΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ, ΩΝ ΤΙΝΩΝ ΠΡΩΗΝ ΚΑΤΗΤΙΩΝΤΟ ΠΑΝΤΕΣ, ΕΛΕΓΞΑΙ ΑΥΤΟΥΣ ΟΥΚ ΗΔΥΝΗΘΗΣΑΝ. Mitto igitur ad te tres hoſce admonitores, non nimis verecundos, quamuis Chriſtianam modeſtiam præferant. Noſti enim profectò os animumque Deo confidentis, ac pro miſeris atque miſerandis fratribus deprecantis Chriſtiani:

—qui timidè rogat,
Docet negare.—

Maximè verò ſolent, quorum inſtitutum Pax atque Vnitas eſt, CATHOLICI majoribus plerumque curis angi, qui procul abſentes rerum euentum audiunt, quàm qui ſemetipſos in certamina dederunt: quod olim Græcis verbis Concilium Epheſinum ſcripſit in Synodica ad Epiſcopos Conſtantinopoli repertos, Eulalium, Eutrechium, Acacium, Chryſaphium, Ieremiam, Theodulum, Iſaïam: Εἰώθασι γὰρ πλεῖον ὑπὸ τῆς μερίμνης πιέζειν, οἱ πόῤῥωθεν μανθάνοντες τὰ γενόμενα, ἢ οἱ τοῖς ἀγῶσιν ἐμβεβηκότες αὐτοῖς (aliàs, ἐμβεβληκότες ἑαυτούς·) Itaque metuo ne te fortè flagitent: ego enim mandaui vt rogarent. Nam ſi tu paulo tardiùs feceris, id eſt, vt ego interpretor, diligentiùs, imò prouidentiſſimè, quod poſtulabunt; nunquam tibi (quoniam CVNCTATIO, SERVILIS; STATIM EXEQVI, REGIVM VIDETVR: & vt Oedipus apud Tragicum ait,

—Veritas odit moras)

tuam ſcriptionem Regiam feliciter euenire credent. quæ quidem capeſſendæ iuuandæque veritatis, Regali illa ſpe, noſtris amicis, PERRONIO (qui ſanè, quod de Attico Archiepiſcopo Epheſino ſcribit ad Neſtorium Cæleſtinus Pontifex Maximus, ὁ διδάσκαλος τῆς καθολικῆς πίστεως, MAGISTER CATHOLICÆ FIDEI, mihi ſemper dicendus eſt) cæteriſque ætatis noſtræ Theologis, diuinis viris, ac mihi, litterarium aditum ad tuam cognitionem patefecit. Ac vtinam tantumdem mihi liceret quantùm cum Gaudentio, extremo ſecundo ſuo libro, Auguſtino licuit! Namque cum Auguſtino
» dicerem: Eia Frater Gaudenti, noli perdere occaſionem, quam tibi
» etiam per tuam linguam Dominus dedit. An fortè ad hoc iraſce-
» ris, quod Fratrem voco? Dum hæc Auguſtinus,

Pallada prætereo: res agit illa tuas.

Nouo tantùm dico, DOCTISSIME REX, virtute tua, REGIS PHILOSOPHI, hac ætate cui Doctrina pæne ſeruilis eſt, inuento, nouum quoque eſſe ſapientiâ tuâ debuiſſe admiſſionis atque introductionis genus.

Pagina iudicium DOCTI ſubitura mouetur
PRINCIPIS, vt Clario miſſa legenda Deo.

Ea autem DOCTORVM REGVM, Regiorumque Doctorum, in Scriptura diuinitus inſpirata laus, quòd huiuſcemodi à Deo vnicè diligi tradantur. En audis in Deboræ Cantico monentem Deum:
v.9. » COR MEVM DILIGIT PRINCIPES ISRAEL, Iudicum Quinto? At

Hebraïca Veritas, DOCTORES ISRAEL, (vt Paraphrasis Chaldaica,
SCRIBAS ISRAEL) habet: tanta est tamque Deo grata PRINCIPIS
DOCTORIS coniunctio. Ac ne Dauidem, (CVIVS TE IMITATOREM
ESSE DECET, OMNESQVE OPTANT, οὗ μιμητὴν εἶναί σε προσήκει, καὶ
πάντες εὔχονται, vt ad Imperatorem Constantium Athanasius in Apo-
logia dicebat) totum se, Regijs delicijs spretis, ad diuinorum Li-
brorum veras delicias transferentem, ex Psalmo centesimo duode-
vicesimo repetamus, dum canit: In iustificationibus tuis medita- v. 16.
bor; siue ἐμφατικώτερον, propriè, DELICIABOR; in diuina voce laten-
te quadam vi: præter Marcianum illum Imperatorem, cui in Chal-
cedonensi Synodo Vniuersus Orbis, Actione sexta, acclamat: SA-
CERDOTI IMPERATORI MVLTOS ANNOS: ECCLESIAS TV ERE-
XISTI, VICTOR BELLORVM, DOCTOR FIDEI: ΤΩ ΙΕΡΕΙ, ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ,
τὰς ἐκκλησίας σὺ ὤρθωσας, ΝΙΚΗΤΑ ΠΟΛΕΜΩΝ, ΔΙΔΑΣΚΑΛΕ ΠΙ-
ΣΤΕΩΣ: Alfonsum Aragoniæ Regem in medio ponimus, tantùm
voluptatis ex Diuinæ Scripturæ lectione capientem, vt vtrumque
Testamentum, cum Glossis & Commentarijs, QVATER-DECIES
perlegisse, proïndeque sacram Paginam memoriâ ita tenuisse, vt
non solùm res, sed & verba etiam ipsa, pluribus locis sine scripto
redderet; Antonius Panormita scripserit, eiusque Scholiastes Æneas
Syluius, qui tandem Pontificatum meruit, confirmârit. Et præ
omnibus, (vt Sextæ Synodi Actione quarta, de Imperatore Iusti-
niano, ad Imperatores scribit Summus Pontifex Agatho) æmula-
tor veræ & Apostolicæ fidei, piæ memoriæ Iustinianus Augustus:
cuius Fidei rectitudo, quantùm pro syncera confessione Deo pla-
cuit, tantùm REMPVBLICAM CHRISTIANAM exaltauit: Et vtique
ab omnibus gentibus eius religiosa memoria veneratione digna
censetur, CVIVS FIDEI RECTITVDO, PER AVGVSTISSIMA EIVS
EDICTA IN TOTO ORBE DIFFVSA, LAVDATVR: Καὶ ὁ ὑπὲρ πάντας
ζηλωτὴς τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, ὁ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ Ἰουστινια-
νὸς ὁ βασιλεὺς, οὗτινος ἡ ὀρθότης τῆς πίστεως, ὁπόσον ὑπὲρ τῆς εἰλικρινοῦς ὁμολο-
γίας τῷ Θεῷ ἤρεσε, τοσοῦτον ΤΗΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΚΩΤΑΤΗΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ
ὕψωσε, καὶ μέχρι τοῦ νῦν, ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν, ἡ αὐτοῦ θεοσεβὴς μνήμη προσκυνή-
σεως ἀξιοῦται. ΟΥΤΙΝΟΣ Η ΟΡΘΟΤΗΣ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΔΙΑ ΤΩΝ ΣΕΒΑ-
ΣΜΙΩΝ ΑΥΤΟΥ ΙΝΔΙΚΤΩΝ, ΕΝ ΟΛΩ ΤΩ ΚΟΣΜΩ ΔΙΑΧΕΘΕΙΣΑ, ΕΠΑΙ-
ΝΕΙΤΑΙ. Denique Constantinus ipse Pogonatus, quem Vniuersum
idem Concilium, nunc FIRMAMENTVM ECCLESIARVM, τὸ στήριγμα
τῶν ἐκκλησιῶν, Actione decima septima; nunc sequenti Actione, LV-
MINARIVM PACIS, τὸν φωστῆρα τῆς εἰρήνης, appellat; sua etiam Edicta
Sanctorum Patrum testimonijs refertissima restatissimaque exhi-
bet, ac promulgat: ne humana magis quàm diuina auctoritate, im-
perio potiùs quàm ratione, populum Dei regere, aut rursus con-
templationis & sanctorum scientiæ, Regium studium, artem,
vsumque negligere videatur. Atque vtinam quietis temporibus, at-
que aliquo, si non bono, saltem certo statu Ecclesiasticæ tranquil-
litatis Christianæque libertatis, hæc inter nos studia, quæ tuo

certè nomine ac Majeſtate digna ſunt, exercere poſſemus. Redirent magni illius Athenagoræ Philoſophica in Apologia vota, quæ
» PRO PRINCIPVM ÆQVITATE, AC FELICITATE SÆCVLI, ptoque
» Imperatoribus M. Aurelio Antonino, & L. Aurelio Commodo,
» Armeniacis, Sarmaticis, ET QVOD MAXIMVM EST, PHILOSOPHIS;
Αὐτοκράτορσιν Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, ΤΟ ΔΕ ΜΕΓΙΣΤΟΝ, ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ, nuncupabat. O vtinam, atque iterum vtinam, quod ad bellum ſacrum cordatè ſedatéque conficiendum, Oecumenica Synodus Lateranenſis Quarta, Primaque Lugdunenſis, excommunicatione ſanxit: Si quis Chriſtianæ Reipublicæ Principum, quominus pactæ eſſent inter ſe quadriennij induciæ, prohibuiſſet; id nunc honeſtæ diſputationis lege ſancias; quæ Regia & firma eſſe, niſi per te Doctiſſimum Principem, haud quaquam poteſt; ſalutaris, & rem infinitam (huius ſæculi Controuerſias) terminans, niſi tempore & loco præſtitutis, certis ac commodis, minimè, quo nullum animorum damnum atque detrimentum maius eſt, æſtimanda erit. Quamobrem ſolemnis ea fuit CONVENTIONIS DONATISTARVM forma, quæ Concilio Africano Primo ſub Innocentio præſcripta, Africano Concilio ſub Cæleſtino & Bonifacio incluſa, Africanæ tandem Eccleſiæ Iuri Ca-
» nonico affixa eſt: CONVENIMVS VOS, EX CONCILII NOSTRI CA-
» THOLICI AVCTORITATE MISSI, DE VESTRA CORRECTIONE GAV-
» DERE CVPIENTES, CONSIDERANTES DOMINI CHARITATEM, QVI
Matt. 5. v. 9. » DIXIT: BEATI PACIFICI, QVIA IPSI FILII DEI VOCABVNTVR:
» ET ADMONVIT PER PROPHETAM ETIAM HIS QVI DICVNT SE
Iſ 66. v. 5. iuxta LXX. » FRATRES NOSTROS NON ESSE, DICERE NOS DEBERE; FRATRES
» NOSTRI ESTIS. HANC ERGO PACIFICAM EX CHARITATE VE-
» NIENTEM COMMVNIONEM NOSTRAM CONTEMNERE NON DEBE-
» TIS: AT SI QVID VERITATIS HABERE VOS ARBITRAMINI, NON
» DVBITETIS ADSERERE, ID EST, VT CONGREGATO VESTRO CON-
» CILIO, DELIGATIS EX VOBIS QVIBVS CAVSAM ADSERTIONIS
» VESTRÆ COMMITTATIS, VT ET NOS POSSIMVS HOC FACERE,
» VT ETIAM DE NOSTRO CONCILIO DELIGANTVR QVI CVM EIS
» QVOS DELEGERITIS, CONSTITVTO LOCO ET TEMPORE, QVID-
» QVID QVÆSTIONIS EST, QVOD VESTRAM A NOBIS SEPARAT
» COMMVNIONEM, CVM PACE DISCVTIANT; ET TANDEM ALI-
» QVANDO, ADIVVANTE DOMINO DEO NOSTRO, FINEM VETER-
» NOSVS ERROR ACCIPIAT, NE PROPTER ANIMOSITATEM HO-
» MINVM, INFIRMI NOSTRI ET IGNARI POPVLI, SACRILEGA
» DISSENSIONE DISPEREANT. SI ENIM HOC FRATERNE ACCEPE-
» RITIS, VERITAS FACILE DILVCESCET: SI AVTEM HOC FACE-
» RE NOLVERITIS, DIFFIDENTIA VESTRA FACILE INNOTESCET.
Quæ pats quinquageſimi noni Africani Canonis in Codicis Africani nonageſimo ſecundo Capitulo, ſic Græcè reddita eſt: ΣΥΝΕΡΧΟΜΕΘΑ ΥΜΙΝ ΑΥΘΕΝΤΙΚΩΣ ΑΠΟΣΤΑΛΕΝΤΕΣ ΕΚ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ, ΕΠΙΘΥΜΟΥΝΤΕΣ ΧΑΡΗΝΑΙ ΠΕΡΙ

ΤΗΣ

ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΔΙΟΡΘΩΣΕΩΣ. ΕΠΙΣΤΑΜΕΘΑ ΓΑΡ ΤΗΝ ΑΓΑΠΗΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΕΙΠΟΝΤΟΣ, ΜΑΚΑΡΙΟΙ ΟΙ ΕΙΡΗΝΟΠΟΙΟΙ, ΟΤΙ ΑΥΤΟΙ ΥΙΟΙ ΘΕΟΥ ΚΛΗΘΗΣΟΝΤΑΙ. ΥΠΕΜΝΗΣΕ ΔΕ ΔΙΑ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ, ΩΣΤΕ ΕΤΙ ΜΕΝ ΚΑΙ ΤΟΙΣ [ΜΗ] ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙΣ ΛΕΓΕΣΘΑΙ ΑΔΕΛΦΟΙΣ ΗΜΩΝ ΛΕΓΕΙΝ ΗΜΑΣ, ΑΔΕΛΦΟΙ ΗΜΩΝ ΕΣΤΕ. ΤΑΥΤΗΝ ΤΟΙΝΥΝ ΤΗΝ ΕΞ ΑΓΑΠΗΣ ΕΙΡΗΝΙΚΗΝ ΕΡΧΟΜΕΝΗΝ ΗΜΕΤΕΡΑΝ ΑΝΑΜΝΗΣΙΝ, ΕΞΟΥΘΕΝΗΣΑΙ ΟΥΚ ΟΦΕΙΛΕΤΕ, ΙΝΑ, ΕΑΝ ΤΙ ΠΟΤΕ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΕΧΕΙΝ ΗΜΑΣ ΟΙΗΣΘΕ, ΑΝΤΙΛΑΒΕΣΘΑΙ ΤΟΥΤΟΥ ΜΗ ΑΜΦΙΒΑΛΗΤΕ· ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙΝ, ΙΝΑ ΣΥΝΑΧΘΕΙΣΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΥΜΩΝ ΕΠΙΛΕΞΟΙΤΕ ΕΞ ΥΜΩΝ ΑΥΤΩΝ ΤΟΥΣ ΟΦΕΙΛΟΝΤΑΣ ΤΟ ΠΡΑΓΜΑ ΕΜΠΙΣΤΕΥΘΗΝΑΙ ΤΗΣ ΤΟΙΑΥΤΗΣ ΗΜΩΝ ΔΙΚΑΙΟΛΟΓΙΑΣ· ΟΠΩΣ ΚΑΙ ΗΜΕΙΣ ΔΥΝΗΘΩΜΕΝ ΤΟ ΑΥΤΟ ΠΟΙΗΣΑΙ· ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙΝ, ΙΝΑ ΕΚ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΕΠΙΛΕΓΩΣΙΝ ΟΙ ΟΦΕΙΛΟΝΤΕΣ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΕΞ ΥΜΩΝ ΕΠΙΛΕΓΕΝΤΩΝ ΕΝ ΩΡΙΖΟΜΕΝΩ ΤΟΠΩ ΚΑΙ ΚΑΙΡΩ, ΠΑΝ ΤΟ ΤΗΣ ΖΗΤΗΣΕΩΣ ΕΧΟΜΕΝΟΝ, ΤΟ ΤΗΝ ΗΜΕΤΕΡΑΝ ΑΦ' ΗΜΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ ΧΩΡΙΖΟΝ, ΕΙΡΗΝΙΚΩΣ ΕΞΕΤΑΣΑΙ· ΚΑΙ ΚΑΝ ΟΨΕΠΟΤΕ ΤΗ ΒΟΗΘΕΙΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΘΕΟΥ, ΤΕΛΟΣ Η ΠΑΛΑΙΑ ΔΕΞΗΤΑΙ ΠΛΑΝΗ, ΜΗΠΟΤΕ ΔΙΑ ΠΕΙΣΜΑ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΑΣΘΕΝΕΙΣ ΨΥΧΑΙ, ΚΑΙ ΑΠΕΙΡΟΙ ΛΑΟΙ, ΙΕΡΟΣΥΛΩ ΤΙΝΙ ΧΩΡΙΣΜΩ ΑΠΟΛΩΝΤΑΙ. ΕΑΝ ΓΑΡ ΤΟΥΤΟ ΑΔΕΛΦΙΚΩΣ ΚΑΤΑΔΕΞΗΣΘΕ, ΕΥΧΕΡΩΣ Η ΑΛΗΘΕΙΑ ΔΙΑΦΑΝΗΣΕΤΑΙ· ΕΙ ΔΕ ΤΟΥΤΟ ΠΟΙΗΣΑΙ ΜΗ ΘΕΛΗΣΗΤΕ, Η ΑΠΙΣΤΙΑ ΥΜΩΝ ΕΥΘΕΩΣ ΓΝΩΡΙΣΘΗΣΕΤΑΙ. Futurum namque aliter eſt, quod de ijs quæ coram Tiberio aduersùs ambitum & potentium preces tam multa conſtituta ſunt, narrabat Tacitus, Annalium Primo: SED DVM VERITATI CONSVLITVR, LIBERTAS CORRVMPEBATVR. quodque conſectarium eſt, dictum illud de eodem Tiberio, ibidem, vbi renuiſſet quod inundante Tiberi, cenſuit Aſinius Gallus, nempe vt libri Sibyllini adirentur: PERINDE DIVINA HVMANAQVE OBTEGENS. Fructus enim ingenij, & virtutis, omniſque præſtantiæ & charitatis, tum maximè inter Chriſtianos capitur, cùm in proximum quemque, qui modò Patrum ritu, ſanctè de Deo philoſophari velit, confertur. Hinc demum plenâ illa officij & charitatis Epiſtola centeſima quadrageſima ſeptima, ad Proculeïanum, Partis Donatianæ Epiſcopum, Auguſtinus DE SCHISMATE FINIENDO agens, locumque illum ſapientiſſimè ſanctiſſiméque tractans, ait: Neque vllo modo poſſum tantam occaſionem BENIGNI ANIMI TVI deſerere, vt quantùm vires Dominus præbere dignabitur, QVÆRAM TECVM ATQVE DISCVTIAM, QVÆ CAVSA, QVÆ ORIGO, QVÆ RATIO IN ECCLESIA CHRISTI, CVI DIXIT; PACEM MEAM DO VOBIS, PACEM MEAM RELINQVO VOBIS, [Io. 14. 27.] TAM LVGENDÆ ATQVE PLANGENDÆ DISCESSIONIS EXTITERIT? Deinde, vt loquitur Scriptura, Sicut torrens in Auſtro diffunditur, [Pſ. 115. v. 4.] hac ſancta lamentatione Auguſtinus: Rogo te, quid nobis eſt cum veteribus diſſenſionibus, vt huc vſque

» vulnera illa durauerint, quæ animositas hominum superborum
» nostris membris inflixit? quorum vulnerum putrefactione ETIAM
» DOLOREM PERDIDIMVS, quo solet Medicus implorari. Vides
» quanta & quàm miserabili fœditate Christianæ domus familiæque
» turbatæ sint. Mariti & Vxores de suo lecto sibi consentiunt, & DE
» CHRISTI ALTARI dissentiunt: per illum sibi iurant vt inter se Pacem
» habeant, & in illo habere non possunt. Filij cum Parentibus vnam
» Domum habent suam, & Domum Dei non habent vnam. Succe-
» dere in eorum hereditatem cupiunt, cum quibus de Christi heredi-
» tate rixantur. Serui & Domini COMMVNEM DEVM DIVIDVNT, qui
Phil. 2. v. 7. » formam serui accepit, vt omnes seruiendo liberaret. HONORANT
» NOS VESTRI, HONORANT VOS NOSTRI; PER CORONAM NOSTRAM
» NOS ADIVRANT VESTRI; PER CORONAM VESTRAM VOS ADIV-
» RANT NOSTRI. Omnium verba suscipimus, neminem offendere vo-
» lumus: QVID NOS SOLVS CHRISTVS OFFENDIT, CVIVS MEMBRA
» LANIAMVS? Et homines quidem causas suas sæculares apud nos fi-
» nire cupientes, quando eis necessarij fuerimus, sic nos SANCTOS ET
» DEI SERVOS appellant, vt negotia terræ suæ peragant: aliquando
» agamus & nos NEGOTIVM SALVTIS nostræ & salutis ipsorum, non
» de auro, non de argento, non de fundis & pecoribus, pro quibus re-
» bus quotidie SVBMISSO CAPITE salutamur, vt dissensiones hominum
» terminemus: SED DE IPSO CAPITE NOSTRO TAM TVRPIS INTER
» NOS ET PERNICIOSA DISSENSIO EST. Quantumlibet capita submit-
» tant, qui nos salutant vt eos concordes in terra faciamus; de cælo
» vsque ad Crucem submissum est Caput nostrum, IN QVO CONCOR-
» DES NON SVMVS. Rogo te atque obsecro, SI EST IN TE ALIQVA
» HVMANITAS, QVAM MVLTI PRÆDICANT, HIC APPAREAT BONITAS
» TVA, SI NON PROPTER HONORES TRANSITORIOS SIMVLATVR: VT
» CONTREMISCANT IN TE VISCERA MISERICORDIÆ, ET VELIS ALI-
» QVANDO REM DISCVTI, INSTANDO NOBISCVM ORATIONIBVS, ET
» OMNIA PACIFICE CONFERENDO, NE MISERÆ PLEBES, QVÆ NO-
» STRIS HONORIBVS OBSEQVVNTVR, PREMANT NOS OBSEQVIIS
» SVIS IN IVDICIO DEI, SED POTIVS NOSTRA NON FICTA CHARITA-
» TE NOBISCVM REVOCATÆ AB ERRORIBVS ET DISSENSIONIBVS, IN
» VERITATIS ET PACIS ITINERA DIRIGANTVR. Ac ne (quia hæc de
quibus potissimùm agimus, spiritualia bona sunt) ab hac maximè
Christiana Regula eximi se sibi blandiantur Temporales Reges;
Christianam Charitatem, summa quidem commendatione Regum,
Iac. 2. v. 8. LEGEM REGALEM, ΝΟΜΟΝ ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ, in sua Catholica vocari,
te, IACOBE, IACOBVS docet. Vnde proximè à me allata Generalia
Concilia hanc in Reges DE SERVANDO PACIS QVADRIENNIO per-
» petuam clausulam piè inuiolatéque seruant: Quòd si fortè Censu-
» ram Ecclesiasticam vilipenderint, poterunt non immeritò formida-
» re, ne per auctoritatem Ecclesiæ, circa eos, tanquam PERTVRBATO-
» RES NEGOTII CRVCIFIXI, sæcularis potentia inducatur. Canon cer-
tè alter Oecumenicus Septimæ Synodi, rem vniuersam sic vniuersè

definit: Quoniam psallentes repromittimus Deo: In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos. OMNES QVIDEM CHRISTIANOS HOC SERVARE SALVBERRIMVM EST: sed præcipuè hos qui HIERARCHICAM consecuti fuerint DIGNITATEM. Vnde definimus, Omnem qui ad Episcopatus prouehendus est gradum, modis omnibus PSALTERIVM nosse: vt ex hoc, etiam omnis Clericus qui sub eo fuerit, ita moneatùr & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à METROPOLITA, si in promptu habeat legere SCRVTABILITER, ET NON TRANSITORIE, tam sacros CANONES & sanctum EVANGELIVM, quàm DIVINI APOSTOLI LIBRVM & omnem diuinam SCRIPTVRAM: atque secundùm Dei mandata conuersari, & docere populum sibi commissum. SVBSTANTIA ENIM SVMMI SACERDOTII NOSTRI, SVNT ELOQVIA DIVINITVS TRADITA, ID EST, VERA SCRIPTVRARVM DIVINARVM SCIENTIA: quemadmodum MAGNVS PERHIBET DIONYSIVS; quod si disceptauerit, hæsitauerit, ac non ita facere ac docere libenter voluerit, nullatenus CONSECRETVR. Ait enim PROPHETICE Deus; Tu Scientiam repulisti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi: Ἐπειδήπερ ψάλλοντες συνταττόμεθα τῷ Θεῷ· ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου. ΠΑΝΤΑΣ ΜΕΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥΣ ΤΑΥΤΑ ΦΥΛΑΤΤΕΙΝ ΣΩΤΗΡΙΟΝ, κατ' ἐξαίρετον δὲ τοὺς ΤΗΝ ΙΕΡΑΤΙΚΗΝ ἀμπεχομένους ΑΞΙΑΝ. ὅθεν ὁρίζομεν, πάντα τὸν προάγεσθαι μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμὸν, πάντως τὸ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ γινώσκειν, ἵνα ἐκ τούτου καὶ πάντα τὸν κατ' αὐτὸν κλῆρον, οὕτω νουθετῇ μυεῖσθαι· ἀνακρίνεσθαι δὲ ἀσφαλῶς ὑπὸ ΤΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ, εἰ προθύμως ἔχει ἀναγινώσκειν ΕΡΕΥΝΗΤΙΚΩΣ, ΚΑΙ ΟΥ ΠΑΡΟΔΕΥΤΙΚΩΣ, τούς ΤΕ ἱεροὺς ΚΑΝΟΝΑΣ καὶ τὸ ἅγιον ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, τήν τε ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΒΙΒΛΟΝ, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν ΓΡΑΦΗΝ, καὶ κατὰ τὰ θεῖα ἐντάλματα ἀναστρέφεσθαι, καὶ διδάσκειν τὸν κατ' αὐτὸν λαόν. ΟΥΣΙΑ ΓΑΡ ΤΗΣ ΚΑΘ' ΗΜΑΣ ΙΕΡΑΡΧΙΑΣ ΕΣΤΙ ΤΑ ΘΕΟΠΑΡΑΔΟΤΑ ΛΟΓΙΑ, ΕΙΤΟΥΝ Η ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΓΡΑΦΩΝ ΑΛΗΘΙΝΗ ΕΠΙΣΤΗΜΗ, καθὼς ὁ ΜΕΓΑΣ ΑΠΕΦΗΝΑΤΟ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. Εἰ δὲ ἀμφισβητοίη, καὶ μὴ ἀσμενίζοι οὕτω ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, μὴ ΧΕΙΡΟΤΟΝΕΙΣΘΩ. ἔφη γὰρ ΠΡΟΦΗΤΙΚΩΣ ὁ Θεός, Σὺ Ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε, τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι. Ex quo sanè olim in Oxoniensi Concilio, sub Honorio Tertio Pont. Max. & Stephano Archiepiscopo Cantuariensi, PRO REFORMANDA ECSIA ANGLICANA celebrato, nata Canonica illa singularis Anglicana lex: ET QVIA IVXTA SCRIPTVRÆ TESTIMONIVM, VOTA NOSTRA TENEMVR REDDERE DOMINO DEO NOSTRO, SALVBRITER DECERNIMVS ADVERTENDVM, VT EPISCOPI FORMAM SVÆ PROFESSIONIS IN SVA CONSECRATIONE PROLATAM, BIS IN ANNO CORAM SE LEGI FACIANT DILIGENTER, VT TANTO MELIVS PROFESSIONIS SVÆ RECORDENTVR, QVANTO SÆPIVS EORVM FVERIT AVRIBVS INCVLCATA. Inculcatur verò repeturque demum is Anglicanus Canon in Concilio Londinensi, sub Gregorio Nono & Otthone Sedis Apostolicæ Legato, ante quadringentos ferme annos, his verbis: Quid ad VENERABILES PATRES

Psal. 118. v. 117.

Os. 4. v. 6.

» Archiepiſcopos & Epiſcopos incumbat ex officio faciendum, no-
» men dignitatis eorum, quod eſt EPISCOPVS, id eſt, SVPERINTEN-
» DENS, exprimit euidenter. Intendere quippe habent, & ſupra gre-
Luc. 2. » gem ſuum, iuxta verbum Euangelicum, NOCTIS VIGILIAS
v. 8. » CVSTODIRE. Cùm igitur eſſe debeant forma gregis, ad
» quam ſe debent ſubditi reformare, quod nequit fieri, niſi om-
» nibus ſe exhibeant in exemplar; exhortamur eos in Domino
» & monemus, vt motam trahentes APVD CATHEDRALES EC-
» CLESIAS, congruenter ibidem MISSAS CELEBRENT, in præcipuis
« ſaltem ſolemnitatibus, & DIEBVS DOMINICIS, IN QVADRAGESI-
« MA ET ADVENTV: Circumeant præterea Diœceſes ſuas tempori-
» bus opportunis, corrigendo & reformando, CONSECRANDO EC-
» CLESIAS, & VERBVM VITÆ in agro Dominico ſeminando. AD
» QVÆ OMNIA MELIVS EXSEQVENDA, PROFESSIONEM QVAM IN
» SVA CONSECRATIONE FECERVNT, SALTEM BIS IN ANNO,
» ET IN MAIORI QVADRAGESIMA, FACIANT SIBI LEGI. Ita-
» que omnes, ac præſertim Reges, atque Nos, QVI (vt De Bono
Patientiæ, ex Minutij Felicis imitatione, Cyprianus Auguſtino di-
» ctus, libro ſecundo contra Creſconium Grammaticum, DEFENSOR
» CATHOLICÆ VNITATIS ET PACIS) PHILOSOPHI NON VERBIS,
» SED FACTIS SVMVS; NON VESTITV SAPIENTIAM, SED VERITA-
» TE PRÆFERIMVS; QVI VIRTVTVM CONSCIENTIAM MAGIS QVAM
» IACTANTIAM NOVIMVS; QVI NON LOQVIMVR MAGNA, SED VI-
» VIMVS; QVASI SERVI ET CVLTORES DEI, PATIENTIAM QVAM
» MAGISTERIIS CÆLESTIBVS DISCIMVS, OBSEQVIIS SPIRITALIBVS
» PRÆBEAMVS; nobiſque philoſophari ſanctè, & Chriſtianum &
» glorioſum eſſe ducamus. Hoc autem facit SANITAS PACIS, (in-
» quit De Baptiſmo contra Donatiſtas libro ſecundo Auguſtinus) vt
» cùm diutius aliqua obſcuriora quæruntur, & propter inueniendi
» difficultatem, diuerſas pariunt in fraterna diſceptatione ſententias,
» donec ad verum liquidumve perueniatur, VINCVLVM PERMA-
» NEAT VNITATIS; NE IN PARTE PRÆCISA, REMANEAT INSA-
» NABILE VVLNVS ERRORIS. Et ideo plerúmque DOCTORIBVS,
» minùs aliquid reuelatur, vt eorum PATIENS ET HVMILIS CHARI-
» TAS, in qua fructus major eſt, comprobetur, VEL QVOMODO
» TENEANT VNITATEM, CVM IN REBVS OBSCVRIORIBVS DIVER-
» SA SENTIVNT; VEL QVOMODO ACCIPIANT CHARITATEM, CVM
» CONTRA ID QVOD SENTIEBANT, DECLARATVM ESSE COGNO-
» SCVNT. Quorum duorum manifeſtatum tenemus VNVM in Beato
» Cypriano; id eſt, QVOMODO TENVERIT VNITATEM CVM EIS
» A QVIBVS DIVERSVM SENTIEBAT. Ait enim, (in Exordio vide-
licet Concilij Carthaginienſis, qui locus ab Auguſtino vrgeri ſo-
» let) NEMINEM IVDICANTES, AVT A IVRE COMMVNIONIS ALI-
» QVEM, SI DIVERSVM SENSERIT, AMOVENTES. ALTERVM au-
» tem, id eſt, QVOMODO ACCIPERE POTVERIT VERITATEM, CON-
» TRA ID QVOD SENTIEBAT, INVENTAM; etſi litteræ tacent, ME-

RITA CLAMANT: si Epistola non inuenitur, CORONA TESTATVR: «
si Concilium non indicat Episcoporum, Consortium indicat An- «
gelorum. Non enim paruum documentum est PACATISSIMÆ ANI- «
MÆ, in ea VNITATE Martyrium meruisse, VNDE SE, DIVERSVM «
SENTIENS, NOLVIT SEPARARE. Homines enim sumus. Vnde «
aliquid aliter sapere quàm se res habet, HVMANA TENTATIO est: «
NIMIS AVTEM AMANDO SENTENTIAM SVAM, VEL INVIDENDO «
MELIORIBVS, VSQVE AD PRÆCIDENDÆ COMMVNIONIS ET CON- «
DENDI SCHISMATIS VEL HÆRESIS SACRILEGIVM PERVENIRE, «
DIABOLICA PRÆSVMPTIO EST. In nullo autem aliter sapere quàm «
res se habet, ANGELICA PERFECTIO est. Qui itaque homines su- «
mus, sed SPE ANGELI sumus, quibus æquales in resurrectione fu- « Matt. 22.
turi sumus; QVAMDIV PERFECTIONEM ANGELI NON HABEMVS, « v. 30
PRÆSVMPTIONEM DIABOLI NON HABEAMVS. Ideo dicit Apósto- «
lus: Tentatio vos non apprehendat, nisi HVMANA. Humanum est « 1. Cor. 10.
ergo aliquid aliter quàm se res habet, sapere. Propterea dicit, alio « v. 13.
loco: Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus; & si quid aliter sapi- « Phil. 3. 15.
tis, hoc quoque vobis Deus reuelabit. Quibus autem reuelat, cùm «
voluerit, siue in hac vita, siue post hanc vitam, nisi AMBVLANTIBVS «
IN VIA PACIS, ET IN NVLLAM PRÆCISIONEM DEVIANTIBVS? «
Non quales isti sunt, qui VIAM PACIS non cognouerunt, nec pro- « Psal. 13.
pter aliud, Vnitatis vinculum diruperunt. Ideoque APOSTOLVS « v. 3. Ephes. 4.
cùm dixisset; Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis Deus reue- « v. 3.
labit: ne putarent, præter VIAM PACIS, quod aliter sapiebant, sibi «
posse reuelari, continuò addidit; Verumtamen in quod peruení- « Phil. 3.
mus, in eo ambulemus. In quo ambulans Cyprianus, perseuéran- « v. 16.
tissimâ tolerantiâ, fuso sanguine, SED IN VNITATE FVSO, (quia si «
traderet corpus suum vt arderet, & non haberet Charitatem, nihil « 1. Cor. 13.
ei prodesset,) per Martyrij confessionem, peruenit ad ANGELICAM « v. 3.
LVCEM; vt si non antea, ibi certè reuelatum agnosceret, quòd «
cùm aliter saperet, SENTENTIAM DIVERSÆ OPINIONIS, VINCVLO «
NON PRÆPOSVIT VNITATIS. Hæc nos cum Augustino, & nobis- «
cum Augustinus. Quemadmodum enim subterraneæ aquæ (inquit «
ad Constantinopolitanum Concilium Nazianzenus) partim in imo «
prorsus occultantur, partim in angustias redactæ ebulliunt, atque «
eruptionem iamiam quidem auribus pollicentur, cæterùm adhuc «
morantur, partim denique in altum erumpunt: ad eundem modum, «
eorum QVI DE DEO PHILOSOPHANTVR (vt eos, qui omnino im- «
probi ac perfidi sunt, missos faciam) alij abditam omnino atque «
occultam sibi ipsis pietatem habent, alij à partus doloribus non «
longè absunt: ij nimirum qui impietatem quidem fugiunt, sed pie- «
tatem libero atque intrepido animo minimè prædicant, siue consi- «
lio quodam ac dispensatione in Fidei doctrina vtentes; siue ob me- «
tum atque ignauiam, & fugientes, verùm & mente quidem & sen- «
tentia sani sunt, vt affirmant, cæterùm plebis sanitati minimè con- «
sulunt; perinde atque ipsi sese, non item alios, suæ curæ ac fidei «

» commiſſos habeant. Alij verò theſaurum quoque in medium pro-
» ferunt, pietatis fœtum, parturientium inſtar, retinere nequeuntes;
» nec quod ſoli ipſi ſalutem conſequantur, ſalutem exiſtimantes, niſi
» in alios quoque hoc bonum redundet. quo in numero vtinam ipſe
» collocer: ac ſi qui mecum LAVDABILI AVDACIA præditi, piam
» doctrinam profiteri non verentur: Ὥσπερ γὰρ τῶν βρυχίων ὑδάτων, τὰ μὲν ἐν βάθει κρύπτεται παντελῶς, τὰ δὲ παφλάζει συνεχόμενα, καὶ τὴν ἔκρηξιν ὑπισχνεῖται· οὕτω καὶ τῶν ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΝΤΩΝ ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ, ἵνα μὴ λέγω τοὺς παντελῶς ἀγνώμονας, οἱ μὲν πάντη κρύφιον καὶ λανθάνουσαν ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς τὴν εὐσέβειαν, οἱ δὲ τὴν ὠδῖνος ἔξω, ὅσοι τὸ μὲν ἀσεβὲς φθέγγουσι, τὸ δὲ εὐσεβὲς οὐ παρρησιάζονται· εἴτε οἰκονομίᾳ τινὶ χρώμενοι περὶ τὸν λόγον, εἴτε δειλίᾳ, πρὸς τοῦτο καταφθέγγουσιν. ἀλλὰ τὴν μὲν διάνοιαν ὑγιαίνουσιν, ὥς φασι, τὴν γλῶσσαν δὲ οὐχ ὑγιάζουσιν, ὥσπερ ἑαυτῶν, οὐκ ἄλλων προστασίαν ἐξελευθέντες· οἱ δὲ, καὶ δημοσιεύουσι τὸν θησαυρὸν, οὐ στέγοντες ΤΗΝ ΩΔΙΝΑ ΤΗΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ, οὐδὲ τὸ, μόνοι σώζεσθαι, σωτηρίαν νομίζοντες, εἰ μὴ καὶ ἄλλοις τὸ καλὸν ὑπερβλύσειε. μεθ' ὧν ἐγὼ ταττοίμην, ἤ, εἴ τινες μετ' ἐμοῦ ΤΗΝ ΚΑΛΗΝ ΤΟΛΜΑΝ τολμῶντες, ὁμολογεῖν τὴν εὐσέβειαν.

Haud ſecus ac fractæ rector ſi fortè carinæ,
Littoribus ſolus vacuis ex æquore ſoſpes
Adnatet, incerti trepidant tendántne, negéntve
Iactato dextras, ipſamque odere ſalutem
Vnius amiſſa ſuperantis puppe magiſtri.

Vt enim Leges omnium ſalutem ſingulorum ſaluti anteponunt: ſic Reges, & quiuis vir bonus, & ſapiens, & legibus parens, & ciuilis officij non ignarus, vtilitati omnium, pluſquam vnius alicuius, aut ſuæ conſulere debet; nec magis Patriæ proditor, quàm communis vtilitatis aut ſalutis, propter ſuam vtilitatem aut ſalutem, deſertor vituperandus eſt. Cùm enim Mundus Dei numine regatur, & quaſi communis vrbs ac ciuitas hominum cælitumque, immo verò vnuſquiſque noſtrum eius Mundi pars ſit; ex eo illud naturâ conſequitur, vt communem vtilitatem noſtræ anteponamus. Vnde in

1. Cor. 13. v. 5. » Regula Auguſtinus: Charitas, inquit, de qua ſcriptum eſt, quòd
» non quærit quæ ſua ſunt, ſic intelligitur, QVIA COMMVNIA PRO-
» PRIIS, NON PROPRIA COMMVNIBVS ANTEPONIT: & ideo quantò
» plus rem communem quàm propria veſtra curaueritis, tantò
» vos ampliùs profeciſſe noueritis; vt in omnibus quibus vtitur
» TRANSITVRA NECESSITAS, ſuperemineat QVÆ PERMANET
» CHARITAS. Ac omnium quidem ſapientiſſimè Apoſtolus, Ro-

Rom. 14. v. 16. » manam atque Apoſtolicam Eccleſiam docens: Non ergo blaſphe-
» metur BONVM NOSTRVM: (Græcè VESTRVM BONVM. quod in
» nonnullis etiam Latinis Codicibus legitur) Non eſt enim REGNVM
» DEI Eſca & Potus, ſed Iuſtitia & PAX, & Gaudium in Spiritu San-
» cto. Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet Deo, & probatus eſt
» Hominibus. Itaque QVÆ PACIS SVNT, ſectemur, & quæ Ædifica-
» tionis ſunt, in inuicem cuſtodiamus. Noli propter eſcam DESTRVE-
» RE OPVS DEI. Hactenus DE RERVM ORDINE: De ipſis Rebus
autem, ſæpenumero, DOCTISSIME REX, vereor ne reprehendar,

cùm hæc ad te ſcribam, qui tum in litteratura, tum in optimo genere litteraturæ, tantùm proceſſeris. Quod ſi facerem quaſi te erudiens, non hortans, iure reprehenderer:

(Scimus & ad noſtras cùm ſe tulit impetus artes,
Ingenij currant flumina quanta tui)

ſed ab eo plurimùm abſum : neque vt ea cognoſcas, quæ tibi notiſſima ſunt, ad te mitto; ſed, vt Paulus ait, TANQVAM IN MEMORIAM VOS REDVCENS; Rom. 15. v. 15. & quia facillimè in nomine tuo acquieſco, & quia te habeo æquiſſimum eorum Chriſtianorum ſtudiorum, quæ mihi de Rege Regum communia tecum ſunt, æſtimatorem & iudicem. Et mihi « Nulla eſt maior (quod quarto capite libri de Catechiſandis Rudibus tradidit Auguſtinus) ad amorem inuitatio, quàm præuenire amando. Et nimis durus eſt animus qui dilectionem ſi nolebat impendere, nolit rependere. » Tibi verò

Certiſſima eſt regnare cupienti via,
Laudare modica.—

Quemadmodum ergo « Agricolæ (vt altero ſuo ad Reginas libro ait is, qui Sextæ Synodi Actione quarta, CONSTANTISSIMVS ORTHODOXÆ FIDEI PRÆDICATOR, ὁ συστατικὸς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως κήρυξ, vocatur, noſter Cyrillus) fragrantiſſimos quoſque flores opportuno tempore ex agris decerpunt, decerptoſque ac ſcitè in calathis compoſitos, DOMINIS ſuis offerunt, quos illi mox beneuolè gratoque animo complectuntur, eorumdemque decôre ac venuſtate mirificè afficiuntur: ita nos qui docendi munus ſuſcepimus, ex Diuina Scriptura, veluti ex agro quopiam, non florum citò marceſcentium decorem ſpectandum exhibemus; ſed Sermonum ac MYSTAGOGIÆ, (ſiue Theologiæ Myſticæ) quæ per Spiritum Sanctum, pietatis in Chriſtum immarceſſibilem venuſtatem continet, magnaque ſuauitate & vbertate illius myſterium redolet, fragrantiam. Scriptum eſt enim, quod Chriſti bonus odor ſumus Deo: » 2. Cor. 2. v. 15. Γηπόνοι μὲν οὖν ἐξ ἀγρῶν, τὰ εὐοσμότατα τῶν ἀνθέων κατὰ καιροὺς ἀποκείραντες, εἶτα ταῦτα ταλάροις ἐνθέντες, ἀποφέρουσι τοῖς ΔΕΣΠΟΤΑΙΣ, οἱ δὲ καὶ λίαν ἀσμένως προσίενταί τε, καὶ τοῖς ἐξ ὡρῶν ἐπιγάνυνται)· ἡμεῖς δὲ, ὅσοι τὸ Διδασκαλικὸν ἔχομεν Ἐπιτήδευμα, καθάπερ ἐξ ἀγροῦ τῆς Θεοπνεύστου Γραφῆς, οὐκ εὐμάραντον Θείων προσκομίζομεν Ἀνθέων, Λόγους δὲ μᾶλλον, καὶ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΑΝ, τὴν διὰ τοῦ πνεύματος, ἀμάραντον ἔχουσαν τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας τὸ κάλλος, εὐωδιάζουσάν τε καὶ μάλα πλουσίως, τὸ αὐτοῦ μυστήριον. γέγραπται γὰρ, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ. Hæc ille (inquam) EPISCOPORVM PATER Cyrillus, quem, Paulo Emiſeno Epiſcopo in MAGNA ALEXANDRIÆ ECCLESIA De Natali Domini verbum prædicante, Populus, τὸν ἐπισκόπων τὸν πατέρα, media in concione appellauit, cùm exclamaret; EPISCOPORVM PATREM SERVA DOMINE, τὸν ἐπισκόπων τὸν πατέρα, Κύριε σῶσον, altera Homilià Pauli Emiſeni. Attendes igitur, vt ſoles, diligenter, eamque Controuerſiam DE PACE (vt loquuntur priſci illi propoſiti nobis Eccleſiarum Pacificatores) dijudicabis, quæ mihi fuit cum Caſaubono (heu quondam

tuo!) singulari certè tunc magnæque spei viro, ac de bono litterarum de bono Angliæ, serio, licet serò, cogitante; ni, tanquam Trojanus ille Palinurus, cælo nimiùm confisus sereno, in suorum
» ac suis, in Angliæ vndis periculisque, tandem dormitasset. Quid tu dicis, (ex Augustino inquiebam, Sermone Super Gestis cum Eme-
» rito) quando oras, togo te? Pater noster, qui es in cælis. DEO
» GRATIAS. Secundùm magisterium Domini nostri addidisti, Qui
» es in cælis. Singulos enim Patres habebamus in terris, VNVM in-
» uenimus simul in cælis. Pater noster qui es in cælis, ipsum inuo-
» cas Patrem. PATER NOSTER VNAM CONIVGEM VOLVIT HABE-
» RE. QVI ERGO ADORAMVS VNVM PATREM, QVARE NON AGNO-
» SCIMVS VNAM MATREM? Itaque si quis mei consilij causam rationemque cognouerit, is vnà & id quod facio, probabit, & in hac causa profectò neminem mihi esse præponendum actorem putabit, in qua PRO CATHOLICIS futurus sum RECTÆ ET IMMACV-
» LATÆ FIDEI ADVOCATVS; ὁ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως σύνηγο-
» ρος· vt de Archiepiscopo Cyrillo (qui in ijs, quæ pro Quinta Synodo scripsit Pelagius Secundus Pont. Max. DEFENSOR ECCLESIÆ dictus est) Chalcedonensis Concilij Actione tertia traditum est.
» Summitte ad ea QVÆ DE LIBRIS LOQVVTVRVS SVM, aures tuas: (quemadmodum posteriore suo ad Constantium Augustum libro,
» quem Constantino ipse tradidit, loquitur Hilarius) Fidem tuam ad
» Deum erigas. Audi quod proficit ad Fidem, AD VNITATEM, ad
» Æternitatem. Loquuturus sum tecum CVM HONORE REGNI ET
» FIDEI TVÆ, omnia AD ORIENTIS ET OCCIDENTIS PACEM
» profutura. Habebit, credo, suum & hîc locum illud Christiani Octauij apud Tertulliani æqualem, Minutium Felicem, insignem
» illum Romanum Causidicum Christianum, in Dialogo: BRITAN-
» NIA SOLE DEFICITVR, SED CIRCVMFLVENTIS MARIS TEPORE
» RECREATVR. Nam vt non minùs iucundè quàm verè, de Pacis
» spe ac Pace scripsit in Anacephalæosi Epiphanius; ET SIC NO-
» STRA MATER TENET ECCLESIA, QVÆ TRANQVILLVS EST PA-
Cant. 1. v. 13. » CIS PORTVS, HILARITAS SPIRANS CYPRVM VINEÆ, ET NOBIS
» EVLOGIÆ (id est, Euchatistiæ) BOTRVM FERENS, AC POTVM
» SOLVENTEM CVRAS, SCILICET MERVM VERVMQVE SANGVI-
» NEM CHRISTI QVOTIDIE DISPENSANS: Καὶ οὕτως ἔχει Η ΜΗΤΗΡ ἡμῶν ἐκκλησία, ὁ ΛΙΜΗΝ Ο ΕΥΔΙΟΣ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ, ἡ εὐφρασία ἡ πνέουσα τὴν κύπρον τῆς ἀμπέλου, καὶ βότρυν φέρουσα ἡμῖν τῆς ΕΥΛΟΓΙΑΣ, καὶ τὸ λυσίπονον ἡμῖν πόμα, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, αἷμα Χριστοῦ χαριζομένη, ἀκέρα-
» τον, ΑΛΗΘΕΣ. VOS ERGO (vt cum Augustino loquar libro tertio
» contra Litteras Petiliani Donatistæ) SANCTA GERMINA VNICÆ
» MATRIS CATHOLICÆ, quis demum erit totius nostræ Controuersiæ finis, MAGNO IACOBO prædicite; & si aditus vel auditus patet, Christiana mecum Libertate dicite. Is nempe, MAXIME REX, si rectè imitantur hamos dona; vt quemadmodum in fabulis, qui aliquandiu, propter ignorantiam stirpis & generis, in famulatu

fuerint, cùm cogniti ſunt, & aut Deorum, aut Regum filij inuenti, retinent tamen charitatem in Paſtores, apud quos patrium ſplendorem lucemque receperunt: ſic poſtquam & tibi, & quibus malueris Nouatoribus, parueris, (ſi te noſtrâ, quantulacumque eſt, operâ, eius Eccleſiæ filium, vbi Chriſtus, „ Quotquot receperunt „ eum, dedit eis poteſtatem FILIOS DEI FIERI: ac te, inquam, Sanctorum REGVM Veteris Anglicanæ Diſciplinæ, vt patriti illius & auiti Sceptri, ſucceſſorem inueneris) in ROTHOMAGENSES PASTORES, ſi modò te tuis veris certiſque Patribus Anglicanis CATHOLICIS reddiderint, eam ſemper charitatem retinebis, quam ſaluti tuæ paternè commodabunt. Ioan. 1. v. 12.

FINIS PROSPHONETICI.





APOLOGETICVS,

SIVE

APOLOGIA EVANGELII.

LIBER PRIMVS.

ECCLESIA MILITANS;

VEL,

DE IVVANDA ECCLESIA.



ATRVM nostrorum memoriâ, nihil Ecclesiæ intolerabilius, nihil populo Dei luctuosius aut funestius accidisse constat, quàm cùm Magnentius, dicis causâ se professus Christianum, ab Imperatore Constantio desciuisset: quandoquidem olim ne gregarius quidem miles, in Christianorum Annalibus, Tertulliano teste, inueniri potuerit, qui deficeret, & aduersùs Imperatores, quantumuis Ethnicos, Christianorum importunissimos ac infestissimos hostes, à partibus aliquando staret insurgentium Tyrannorum. Vnde CASSII ET NIGRI ET ALBINI? (inquit misso illo Romam ad Pontifices, sub ipsis Quintæ Persecutionis initijs, Apologetico) Vnde qui inter duas Lauros obsident Cæsarem? Vnde qui faucibus eius exprimendis palæstricam exercent? Vnde qui armati Palatium irrumpunt, omnibus * TOT SIGERIIS, atque Parthenijs audaciores? DE ROMANIS, NISI FALLOR, id est, DE NON CHRISTIANIS. atque adeo, CAP. I.

* Locus Tertulliani restitutus ex Vetustissimo Cod. MS. Bibliothecæ Puteanæ.

» omnes illi, sub ipsa vsque impietatis eruptione, & sacra faciebant
» pro salute Imperatoris, & genium eius deierabant, alij foris, alij
» intus; & vtique PVBLICORVM HOSTIVM nomen Christianis da-
» bant. Ac deinde, cùm suo Apologetico nihil se profecisse vide-
ret, libro pro tuenda saltem Africana Prouincia sua, moderanda-
que recrudescente Persecutione, ad Gentilem illum Præfectum
» Carthaginis Africæque Præsidem Scapulam, exclamat: Sic & circa
» Majestatem Imperatoris infamamur, tamen NVNQVAM ALBI-
» NIANI, NEC NIGRIANI, VEL CASSIANI, INVENIRI POTVERVNT
» CHRISTIANI: sed idem ipsi, qui PER GENIOS eorum in pridie
» vsque iurauerant, qui pro salute eorum hostias & fecerant, & vo-
» uerant, qui Christianos sæpe damnauerant, hostes eorum sunt re-
» perti. CHRISTIANVS NVLLIVS EST HOSTIS, NEDVM IMPERA-
» TORIS, QVEM SCIENS A DEO SVO CONSTITVI, NECESSE EST
» VT ET IPSVM DILIGAT, ET REVEREATVR, ET HONORET, ET
» SALVVM VELIT, CVM TOTO ROMANO IMPERIO, QVOVSQVE
2.Thess.2. v. 7. » SÆCVLVM STABIT: TAMDIV ENIM STABIT. COLIMVS ERGO ET
» IMPERATOREM SIC, QVOMODO ET NOBIS LICET, ET IPSI EX-
» PEDIT; VT HOMINEM A DEO SECVNDVM, ET QVIDQVID EST,
» A DEO CONSECVTVM, ET SOLO DEO MINOREM. Vnus inuen-
tus est Magnentius (quem ea re INFAMEM, Δυσώνυμον, Athanasius in Apologia ad Constantium appellat) eius partis Imperij quæ ad Occidentem colebatur, audacissimus prædo. Sed quod longè deploratissimum fuit, cœptum simul videri vtrinque Christiana agmina, & signum salutis, conciliationis & consociationis nostræ; signum, inquam, Crucis, Labarum, ex amborum præferri partibus, & sceleratissimi discordiæ ac tyrannidis sacrilegij vexillum impunè statui,

--infestisque obuia signis
Signa, pares Aquilas, & pila minantia pilis.

Quibus oculis existimas, OPTIME REX, vidit Pannonia, immo intueri potuit Christianus orbis, Cruci Crucem ferme contrariam, Christi nomen contra Christum in Labaro ventilatum, & cum Christianis Christianos ferino ritu congredi, & Christianum sanguinem fundere, pro quo seruando ipsius Christi fusus est sanguis? Rubebat nimirum Christianus ager, non sanguine martyrum, sed militum; non hostium, sed ciuium; non alienorum, sed fratrum; & Crucifixi auspicijs, non patientia, sed carnificina exercebatur.

CAP. II. QVÆ quamquam sunt per se magna, & talia, vt sola recordatione afficiant, eòque vehementiùs moueant, quò tum sensu tum memoria, quasi primo tam recordationis quàm doloris morsu, malorum initia acerbiora esse solent, (quæ præsertim in corpore Ecclesiæ mystico, pungunt ac conuellunt:) si tamen ad tempora nostra conferas, non modò non superiora cum præsentibus coæquabis; sed nihil veterum, quantacumque replices, cum hodiernis malis inuenies comparandum. Nunc enim VBI PRIMO (quod

(quod de Donatiſtis, libro DE VNITATE ECCLESIÆ, dixit, ex imitatione Optati, Auguſtinus) EPISCOPVM CONTRA EPISCOPVM LEVAVERVNT, dum violato fractoque Crucis Labaro, SACRILEGÆ DISSENSIONIS ALTARE contra Altare impunè (proh dolor!) ſtatuitur; Eccleſiam tot tantaque circumſiſtunt, vt hæ miſeriæ ac calamitates non ſolùm hominum, ſed etiam temporum noſtrorum eſſe videantur. Enimverò tam pugnantibus inter ſe placitis, & per breuia interſtitia facilè variantibus, Inconſutilem Chriſti Tunicam lacerant, (Io. 19. v. 23.) vt non ſine lacrymis, quod flens Hilarius ad Conſtantium de ſuis Nouatoribus ſcripſit, id de noſtris neceſſariò nunc dicendum ſit; factam ab eis fuiſſe fidem TEMPORVM, non EVANGELIORVM. Non poſſum diſpoſitè ſingula recenſere, aut omnia enumerare, ſi cupiam. Opus eſt non ſolùm ingenio, verùm etiam artificio quodam ſingulari. Vnum hoc malum videtur eſſe, & à me pro vno ponitur, DE SCHISMATE (bonâ veniâ me audies) ANGLICANO. Permittite hîc mihi, obſecro (inquit pro me, in Apologia, diuinus Philoſophus Athenagoras) dicendi, immo exclamandi altiùs, libertatem, QVAM MIHI CORAM REGIBVS PHILOSOPHIS DISSERENTI, ET APOLOGIAM STRVENTI, NON NEGATVM IRI SPERO: Ἐπιτρέψατε ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἐξακούστου μετὰ πολλῆς κραυγῆς γεγονότος, ἐπὶ παῤῥησίας διαγαγεῖν, ΩΣ ΕΠΙ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ ΑΠΟΛΟΓΟΤΜΕΝΟΝ. Plura ſunt, & prope infinita: ſed ea quo pacto diſtinguere ac ſeparare poſſum, neſcio. Tu, REX, ipſe doctiſſimus, id demonſtres. Eſt parricidij, quòd CONIVRATIONEM SVLPHVREAM ex Religionis diſſidio declaras eſſe ortam: eſt perduellionis, quòd coniuratos ciues in Principem pæne armauit: eſt maieſtatis, quòd Henrici Octaui regnum honore ſpoliauit; &, quod plus dolendum eſt, Imperij tui gloriam in inuidiam traxit: eſt ſceleris, quòd religiones maximas violauit: eſt crudelitatis, quòd in ciues, ſocios atque amicos nouum ac ſingulare ſupplicij genus excogitauit: eſt peculatus & impietatis, cùm quòd Chriſti BLASPHEMAT BONVM NOMEN QVOD INVOCATVM EST SVPER VOS; (Iac. 2. v. 7.) tum quòd publicè Populi Chriſtiani Signum, de præda hoſtium captum, poſitum Imperatoris noſtri nomine, multis in locis non dubitauit auferre. Inter quæ (vt Concilij Tyrij ad Conſtantinopolitanum ſub Hormiſda Synodicis verbis vtar, quæ Actione quinta Conſtantinopolitani ſub Agapeto & Menna, quemuis æquum lectorem Chriſtianum mouent) & VENERABILIS CRVX lapidata eſt ab his qui cum ipſo nidificant: Ἐφ' οἷς Ο ΤΙΜΙΟΣ ΣΤΑΤΡΟΣ ἐλιθάσθη, παρὰ τῶν ἐμφωλευόντων σὺν αὐτοῖς. Grauiora ſanè, quàm quæ deplorant, his

» verbis Sardicenſes Patres: Lectæ enim ſunt litteræ, quas Theo-
» gnius in fraudem Conſacerdotum noſtrorum, Athanaſij, Mar-
» celli, & Aſclepæ finxerat, vt etiam IMPERATORES in
» hos viros concitaret; & hoc ita eſſe, ij qui Theogniſ per
» id temporis miniſtri fuere, commonſtrarunt: vt interim omit-
» tamus Virginum denudationes, Eccleſiarum incendia, carce-
» res eorum qui in Sacris miniſtri erant. QVÆ SCELERA
» NVLLA ALIA DE CAVSA, QVAM OB INFAV-
» STAM ABOMINANDAMQVE ARIOMANITARVM
» (id eſt, Furentium Arianorum) HÆRESIM, COMMISSA
» SVNT. Omnia enim iſta mala coacti ſunt experiri, qui eo-
» rum communionem recuſabant. His igitur conſpectis, in an-
» guſtum cogebantur eorum conſilia, cùm facta ſua perpude-
» ret confiteri: Ανεγνώσθη γὰρ γράμματα τὰ παρὰ Θεογνίου, πλαττό-
μενα, κατὰ τῶν Συλλειτουργῶν ἡμῶν, Αθανασίου, καὶ Μαρκέλλου, καὶ
Ασκληπᾶ, ἵνα καὶ ΒΑΣΙΛΕΑΣ κατ' αὐτῶν κινήσωσι. Καὶ ταῦτα ἤ-
λεγξαν οἱ γενόμενοι τότε διάκονοι Θεογνίου. πρὸς τούτοις, παρθένων γυ-
μνώσεις, ἐμπρησμοὺς ἐκκλησιῶν, φυλακὰς κατὰ τῶν Λειτουργῶν. ΚΑΙ
ΤΑΥΤΑ ΠΑΝΤΑ ΔΙ' ΟΥΔΕΝ ΕΤΕΡΟΝ, Η ΔΙΑ ΤΗΝ
ΔΥΣΩΝΥΜΟΝ ΑΙΡΕΣΙΝ ΤΩΝ ΑΡΕΙΟΜΑΝΙΤΩΝ. οἱ γὰρ
παραιτούμενοι τὴν πρὸς τούτους κοινωνίαν, ἀνάγκην εἶχον πειραθῆναι τού-
των. ταῦτα τοίνυν συνορῶντες, εἰς στενὸν εἶχον τὰ τῆς προαιρέσεως. ἠσχύ-
» νοντο μὲν γὰρ ὁμολογεῖν, ἃ δεδράκασιν. Ac poſtea: Sed quia eorum
» SYCOPHANTIÆ, VINCVLA, CÆDES, VERBERA, FAL-
» SÆ EPISTOLÆ, CONTVMELIÆ, VIRGINVM DENV-
» DATIONES, EXTERMINATIONES, DEVASTATIONES
» ECCLESIARVM, INCENDIA, TRANSPOSITIONESQVE
» A MINORIBVS CIVITATIBVS AD MAIORES PAROE-
» CIAS, (id eſt, vt nunc loquimur, à Minoribus Epiſcopatibus, ad
Maiores: quia Eccleſiaſticus Canon vetat, ne extra Ciuitates Epi-
ſcopatus fierent; & à minùs amplis, ad pinguiora Sacerdotia, vel
lucri, vel ambitionis causâ. cuius facti quia Arianæ factionis ſi-
gnifer ac vexillarius Euſebius auctor ac princeps fuit, ideo Aria-
ni Schiſmatis ſpeciale peccatum ac ſingulare crimen & dicitur,
» & eſt) & quod grauiſſimum eſt, denuo per eoſdem excitata con-
» tra Rectam Fidem infeliciſſima Arianorum Hæreſis, reticenda
» non ſunt: Επεὶ οὖν οὐκ ἔδει παρασιωπῆσαι, οὐδὲ ἀνεκδικήτους ἐᾶ-
σαι τὰς συκοφαντίας, τὰ δεσμὰ, τοὺς φόνους, τὰς πληγὰς, τὰ παρὰ τῶν
πλαστῶν ἐπιστολῶν, τὰς αἰκίας, τὰς γυμνώσεις τῶν παρθένων, τὰς ἐξορι-
σίας, τὰς καταλύσεις τῶν ἐκκλησιῶν, τοὺς ἐμπρησμοὺς, τὰς ΜΕΤΑΘΕ-
ΣΕΙΣ (mirandus veterum Sacerdotalis vigor! & quando hæc
erunt, vt hoc pro crimine ſit! En, quod turpius eſt, nunc relictâ
& quaſi repudiatâ Sponsâ, ad Minora, ſed pinguiora, impunè
tranſitur!) ΑΠΟ ΜΙΚΡΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΕΙΣ ΜΕΙΖΟΝΑΣ ΠΑΡΟΙΚΙΑΣ, καὶ
πρό γε πάντων, τὴν κατὰ τῆς Ορθῆς Πίστεως ἐπαναστᾶσαν δυσώνυμον Αρειανὴν αἵ-

φειν, δι' αὐτῶν. Et hæc in celeberrima illa, quæ in altera Athanasij Apologia est, ad omnes Episcopos Synodica, Sardicense Concilium Oecumenicum, vbi respirare licuit, & omnium ætatis illius malorum radicem, si non exstirpare, at plangere Arianum Schisma. Hæc de Scripturis Sanctis documenta proferimus, (inquit secundo libro contra Epistolam Parmeniani, Augustinus) VT APPAREAT FACILE NON ESSE QVIDQVAM GRAVIVS SACRILEGIO SCHISMATIS, QVIA PRÆCIDENDÆ VNITATIS NVLLA EST IVSTA NECESSITAS, cùm sibi nequaquam spiritaliter nocituros malos ideo tolerent boni, ne spiritaliter seiungantur à bonis, cùm disciplinæ seueritatem consideratio custodiendæ pacis refrenat, aut differt; quam tamen Securitas exerit, CVM APPARET, SINE VVLNERE, SCHISMATIS, AD SALVBREM CORRECTIONEM POSSE ALIQVID ECCLESIASTICO IVDICIO VINDICARI. Dicimus enim, MAGNVM NOMEN DOMINI ESSE, CVM EIS QVI EVM METVVNT; QVAMVIS PERMIXTI SINT TVRBIS EORVM QVI EVM NON METVVNT. & illud quod APOSTOLVS ait: Nouit Dominus qui sunt eius; & recedat ab iniustitia omnis qui inuocat nomen Domini. Si enim BONO PACIS (ne ante tempus, cùm zizania colliguntur, eradicetur simul & triticum) necessitate cogitur quisquam esse inter iniustos, recedat ab iniustitia, & securus inuocet nomen Domini. SIMILITER ENIM ET AB INIVSTIS RECEDIT, ET AB EIS EXIT; ATQVE SEPARATVR INTERIM CORDE, VT ETIAM CORPORE A TALIBVS IN FINE SEPARARI MEREATVR. Illud verò quid sit, iam non queo dicere: quo nomine appellem, nescio; quod SEPARATIONIS (vt primo libro De Baptismo contra Donatistas loquitur Augustinus) IMMANISSIMVM SCELVS voluntates sic abalienat, & tanta dissensione disiungit, vt quamuis ipsum corpus, non sine maximo dolore, membrorum à se auulsionem patiatur, ipsaque membra, etiam auulsa, quadam vi penitus insitâ communionis naturæ, mutuo tamen sensu quandoque non priuentur aliorum, non modò cæterorum, sed nec quemquam sui habere curam sinat. Vnde libro primo DE SCHISMATE aduersùs Parmenianum, Sanctus Episcopus Mileuitanus, Optatus: CATHOLICAM facit simplex & verus intellectus, intelligere singulare ac verissimum Sacramentum, & Vnitas animorum. SCHISMA verò, sparso coagulo Pacis, DISSIPATIS SENSIBVS GENERATVR, LIVORE NVTRITVR, ÆMVLATIONE ET LITIBVS ROBORATVR, vt deserta Matre CATHOLICA, IMPII FILII DVM FORAS EXEVNT, ET SE SEPARANT (VT VOS FECISTIS) A RADICE MATRIS ECCLESIÆ, INVIDIÆ FALCIBVS AMPVTATI, ERRANDO REBELLES ABSCEDVNT. Scilicet Constantino Augusto experto credendum est, cùm rescribens ad Alexandrinam Ecclesiam, Ecclesiasticas Discordias, MORTIFERA VENENA, Θανάσιμα φάρμακα, appellat; & apud Socratem, Historiæ Ecclesiasticæ libro primo, ait: DISSENSIO-

2.Tim. 2. v. 19.

» NES AVTEM ANIMORVM, SCHISMATA, TVMVLTVS ILLOS, ET
» LETALIA DISCORDIARVM (VT ITA DICAM) VENENA, VERI-
» TATIS SPLENDOR, IVXTA CHRISTI MONITVM, PENITVS OBRVIT
» DELEVITQVE: ΤΑΣ ΔΙΧΟΝΟΙΑΣ, ΤΑ ΣΧΙΣΜΑΤΑ, τοὺς θορύβους ἐκείνους, καὶ ΤΑ ΤΩΝ ΔΙΑΦΩΝΙΩΝ, ἵν' οὕτως εἴπω, ΘΑΝΑΣΙΜΑ ΦΑΡΜΑΚΑ, κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ κέλευσιν, Η ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΕΝΙΚΗΣΕ ΛΑΜΠΡΟΤΗΣ. Nondum Anglia nomen Chriſto dederat, cùm tenuerunt fortè illum locum ac noſtrum ſerui, fugitiui, barbari, hoſtes, in quibus erant omnia quæ ſceleri propiora ſunt, quàm religioni: quorum nulli vim naturæ, quæ blanda eſt omnium conciliatrix, tantam inferre conati ſunt. Sed neque tam ſerui illi Dominorum, quàm Schiſmaticus opinionum ac libidinum: neque tam fugitiui illi à Dominis, quàm ille (qui, vt Schiſmaticorum Princeps Diabolus, DRACO, διὰ τὸ, Sancto Theophilo Patriarcha Antiocheno auctore, libro ſecundo ad Autolycum, ἀποδεδρακέναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, QVOD A DEO FVGERIT, ſiue, QVOD FVGITIVVS A DEO SIT, meritò dicendus eſt) à iure & à legibus: neque tam barbari lingua & natione illi, quàm iſte natura & moribus: neque illi tam hoſtes hominibus, quàm hic Deo eſt immortali. Quæ deprecatio eſt igitur ei reliqua, qui indignitate ſeruos, temeritate fugitiuos,

CAP. III. ſcelere barbaros, crudelitate hoſtes vicerit? PAVLO ante lacrymas in Magnentij defectione tyrannica, atque in miſero & indigniſſimo Chriſtianorum armorum conflictu, vix tenebamus, dum audita tantùm, & ab alijs accepta, dolenter diceremus: & rectè ac meritò, vel etiam præteritâ veterum ſociorum innocentium miſeriâ, commouebamur. Quid nunc noſtris temporibus, ipſis cernentibus oculis, in noſtro ſanguine, tandem facere debemus? Nam ciuium Chriſtianorum, (ferme dixi, Romanorum) multò magis quàm veterum, quod dicitur, Romanorum, SANGVIS CONIVNCTVS exiſtimandus eſt: quoniam id, & ſalutis omnium ratio, & veritas poſtulat. Omnes hoc loco ciues Chriſtiani, & qui adſunt, & qui vbicumque ſunt, PRO CATHOLICIS Tuis noſtram charitatem deſiderant, noſtram fidem implorant, noſtrum auxilium requirunt; omnia ſua iura, commoda, auxilia, totam denique libertatem in noſtris ſententijs, commiſeratione, atque APOLOGIA EVANGELII defenſioneque, apud te (quem in nos, non tam VNITATIS inimici, quàm SEDIS VNITATIS, ſiue PRIMÆ SEDIS, inuidi concitant, dum de Primatu contra Primatum am-

CAP. IV. bitiosè certant) verſari arbitrantur. HIC vetus illa Antoniana dicendi ratio atque auctoritas appoſitè proferretur: excitaretur Eccleſia, denudaretur à pectore, cicatrices numerarentur, ſimul & de illo vulnere quod illa in capite ab hoſtium duce accepit, multa dicerentur: vt cùm ſingula conueniant, cætera quoque, atque omnia, eſſent paria. Verùm ſi, vt in illo notiſſimo iudicio M. Aquillij, causâ prope peroratâ,

ipse suum Aquillium arripuit Antonius, constituitque in conspe-ctu omnium, tunicamque eius à pectore abscidit, vt cicatrices populus Romanus iudicesque aspicerent aduerso corpore exceptas: sic statuerem Ecclesiam, vt omnia quæ in Capite & in Membris, ab hostium ducibus ac satellitibus vulnera accepit, in medium proferrem, & singula digito orationeque demonstrarem; à suscepro munere procul abducerer, tamque otiosè in percurrendis ac recensendis malis, quæ omnium sub aspectum cadunt, vagaretur oratio, vt ad inuestiganda præscribendaque remedia, in quo quidem genere potissimùm versari ac totus esse debeó, nonnisi molestissimè reuocarer. Accedit quòd cùm nec declamatoriè, vt mihi gloriam quæsiisse videar; nec accusatoriè, vt alicui periculum creem, hoc perpetuo opere acturus sim, atque ab huiuscemodi rebus quàm-longissimè semper absim; mihi sic opportunè temperandum est, vt maximè vereat, ob illum SPALATENSEM ANTONIVM, ne, si aut aliquid casu reticeam, nouum aliquod Antonianum consultò omisisse; aut si cuncta expromam, cum stomacho commeminisse putidum sit: in quorum altero desideraretur officium nostrum, in altero rursus ad Philippicas redire videremur. DELIBERANDVM igitur CAP. V.
nobis vnum illud restat, Quæ & à Quo videlicet, huic morbo ac mortifero vulneri adhibenda est curatio atque medicina,

Dum trepidæ res, & medicinam vulnera poscunt.

Vnde APOLOGIA ad Constantium Athanasius: Ita quoque insidiantes Iosepho, ipsa conscientia redarguebat, & Labanis in IACOBVM malignitas ex fronte apparebat. Certè tu aduersariorum in fugiendo latitandoque conscientiam vides, NOSTRAM AVTEM, QVI APOLOGIAM EDIMVS, SIVE RESPONDEMVS, LIBERTATEM: non enim De possessionibus lis est, sed De Sententia Ecclesiæ. QVI LAPIDE FERITVR, QVÆRIT MEDICVM. Grauiores autem sunt Calumniæ, quàm lapidum plagæ. Est enim Calumnia CLAVA, & GLADIVS, & IACVLVM INCVRABILE, vt dixit Salomon: sed his Prou. 25. v. 18.
VERITAS mederi potest, QVÆ VBI NEGLIGITVR, VVLNERA ACCEPTA ACERBIORA FIVNT, NEQVE ALIVNDE CAVSAM TRAXIT ISTA PER OMNES ECCLESIAS TVRBATIO: Οὕτω τοὺς ἐπιβουλεύσαντας τῷ Ἰωσὴφ ἡ συνείδησις ἤλεγξε. Τοῦ δὲ Λάβαν ἡ κατὰ τοῦ ΙΑΚΩΒ πονηρία, ἐκ τοῦ προσώπου δέδεικται. ὁρᾷς γοῦν ἐκείνων μὲν τὴν ὑποψίαν, φευγόντων καὶ κρυπτομένων. ΗΜΩΝ ΔΕ ΤΗΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΝ ΑΠΟΛΟΓΟΥΜΕΝΩΝ· οὐ γὰρ περὶ κτημάτων νῦν ἡ κρίσις, ἀλλὰ περὶ δόξης τῆς Ἐκκλησίας. Ο ΛΙΘΩ ΚΡΟΥΟΜΕΝΟΣ, ΖΗΤΕΙ ΤΟΝ ΙΑΤΡΟΝ. Τῶν δὲ λίθων ὀξύτερα τὰ ἐκ τῆς Διαβολῆς ἐστι πλήγματα· ΡΟΠΑΛΟΝ ἐστὶν ἡ Διαβολή, καὶ ΜΑΧΑΙΡΑ, καὶ ΤΟΞΕΥΜΑ ΑΣΙΔΩΤΟΝ, ὡς εἶπε Σολομών· καὶ ταῦτα μόνη ἡ ΑΛΗΘΕΙΑ ἰᾶσθαι δύναται. ΤΑΥΤΗΣ ΔΕ ΠΑΡΟΡΩΜΕΝΗΣ, ΑΥΞΑΝΕΙ ΔΕΙΝΟΤΕΡΟΝ ΤΑ ΤΡΑΥΜΑΤΑ. ΔΙΑ ΤΑΥΤΑ ΠΑΝΤΑ, ΤΑ ΠΑΝΤΑΧΟΥ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ ΤΕΤΑΡΑΚΤΑΙ. Regium sanè munus. quod quidem tuum, IACOBE, satis intelligis, sancto, non profano illo Imperatoris Constantij obeundum more, de quo Hilarius; VNITATEM PRO-

CVRAT, NE PAX SIT: neu quis alius Æſculapius, qui ſpeculum inueniſſe, primuſque vulnus obligauiſſe dicitur, aut contempletur aut ſanet. Inducebat olim nobiliſſimus ſanctiſſimuſque ille MAGNIVOCVS, Μεγαλοφωνότατος, (ſic Actio ſexta Septimæ Synodi loquitur) Iſaïas vates, vt eſt conſuetudo Dialogorum, reſponſurum Fratrem;
Iſ.3. v.7. » Non ſum MEDICVS, & in domo mea non eſt panis, neque veſti-
8. » mentum: nolite conſtituere me PRINCIPEM Populi. Ruit enim
» Ieruſalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum, & adinuentiones
» eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos MAIESTATIS
» eius. Ex qua quidem ſententia ſacri huius alumni Regum, vnicuique noſtrûm reliquum eſſe conſtat, Medicum Regem vnum adhibendum, vnum eſſe oportere qui ad medicinam Reipublicæ accedat. Quam certè ſententiam Sexta Synodus Actione decima octaua, in Oecumenici Concilij SERMONE ACCLAMATORIO, qui PROSPHONETICVS dicitur, ad Imperatorem Conſtantinum Pogona-
» tum, ſic Latinè expreſſam habet: Vos enim per Chriſtum benignè
» regnatis, Chriſtus verò per vos Eccleſijs ſuis pacem delegit impar-
» tiri. Quæ quidem longè elegantiùs ſonat his ſuis Græcis verbis: Ὑμεῖς μὲν διὰ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΧΡΗΣΤΩΣ βασιλεύετε· Χριστὸς δὲ, δι' ὑμῶν ἀγαπᾷ ταῖς Ἐκκλησίαις αὐτοῦ τὴν εἰρήνην βραβεύεσθαι. Ac poſtea ibidem in fine, eâ Scripturæ interpretatione concludunt Conſtantinopolitani Patres, ſiue Concilium vniuerſam Eccleſiam repræſentans:
Habac.3. v.11. » Et Luna ſtetit in ordine ſuo; id eſt, Eccleſia & ſponſa Chriſti ſuo
» decore amicta eſt, & pietatem, tanquam virginitatis ſtolam, indui-
» tur: & orthodoxæ fidei pleniùs ſartâ PERPETVA PACE MVNDVM
» ILLVSTRAT. Audite hæc omnes qui terrenum hoc tabernaculum
» vos exuiſtis & qui poſtea naſcituri eſtis: PRÆSENTIBVS ENIM NON
» AVDITVS SED VISVS EST SATISFACTIO: & ſoli ſapienti & poten-
Luc.2. v.14. » ti Deo gratiarum laudes enixiùs offeramus, Gloria in excelſis Deo,
» & in terra Pax, decantantes, DVM CHRISTO OMNIPOTENTI COM-
» PLACVIT SVSCITARE PRINCIPEM DEO DILECTVM, QVI VNITA-
» TIS ECCLESIARVM MEDIATOR EFFECTVS EST: Καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς· ἡ Ἐκκλησία, φημὶ, καὶ νύμφη Χριστοῦ, τὴν ἑαυτῆς σεμνότητα περιβάλλεται, καὶ τὴν εὐσέβειαν, ὡς παρθενίαν καλλωπίζεται, καὶ τὴν τῆς ὀρθοδοξίας πληροφορουμένη φαιδρότητα, δᾳδουχεῖ ΤΩ ΚΟΣΜΩ ΤΗΝ ΕΙΡΗΝΗΝ, ΑΝΕΚΛΕΙΠΤΟΝ. Ἀκούσατε ταῦτα πάντες, ὅσοι τὸ γηΐνου τούτου σκήνους ἀπεξεδύσασθε, καὶ ὅσοι μεταπίκτεσθαι μέλλετε. ΤΟΙΣ ΕΝΕΣΤΩΣΙ ΓΑΡ ΟΡΑΣΙΣ, ΟΥΚ ΑΚΟΗ, Η ΠΛΗΡΟΦΟΡΗΣΙΣ. καὶ τῷ μόνῳ σοφῷ τε καὶ δυναμένῳ Θεῷ, ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ ΥΜΝΟΝ ἐκτενῶς ἀναπέμπωμεν· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς Εἰρήνη, προσᾴδοντες, ΤΩ ΕΥΔΟΚΗΣΑΝΤΙ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩ, ΑΝΑΣΤΗΣΑΙ ΒΑΣΙΛΕΑ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΝ ΤΗΝ ΕΝΩΣΙΝ ΤΑΙΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙΣ ΒΡΑΒΕΥΣΑΝΤΑ. Et profectò,

—alitur vitium, viuitque tegendo,
Dum MEDICAS adhibere MANVS ad vulnera PASTOR
Abnegat, & meliora Deos SEDET omnia poſcens.

Quantum enim Eccleſia Auctoritatis habet à Deo, tantumdem

certè Præsidij à Regibus, velut Dei administris, & quasi manibus, quærit: vt seditiones ac turbas ruinasque quas, vel excitant, vel edunt, tanquam seditiosi atque furiosi Tribuni, Pastores mercenarij, seu potiùs Lupi Rapaces; à corpore suo, vt periculum quod in omnes intenditur, propulset propellatque. Hinc primi Christianorum Principum ad Ecclesiam Nicomediensem contra Eusebium & Theognium illa vox: Nunc vestrum est ad Deum illa fide respicere, in qua semper vos fuisse constat, & in qua manere, omniaque pietatis officia exsequi consentaneum est. ita cùm Episcopos CASTOS, & ORTHODOXOS, & HVMANOS habemus, gaudemus: si quis autem ad illarum pestium vel memoriam, vel laudem, inconsulto ausu, accendatur, confestim eius audacia OFFICIO SERVI [AC MEDICI] DEI, id est, MEO, comprimetur: Νῦν ὑμέτερόν ἐστι, πρὸς τὸν Θεὸν ἐκείνῃ τῇ πίστει βλέπειν, ᾗ πάντοτε καὶ γεγυμνάσθαι, καὶ συνεστηκέναι, καὶ ἃ πρέπει, καὶ διαπράξασθαι. οὕτως Ἐπισκόπους ΑΓΝΟΥΣ τε, (PRIMO) καὶ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥΣ, (SECVNDO) καὶ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΥΣ, (TERTIO) ἔχοντες, χαίρομεν· Εἰ δέ τις ἢ πρὸς μνήμην τῶν λυμεώνων ἐκείνων, ἢ πρὸς ἔπαινον ἀπερισκέπτως ἐξαφθῆναι τολμήσει, παραχρῆμα τῆς ἰδίας τόλμης ΔΙΑ ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΡΑΠΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, τουτέστιν, ΕΜΟΥ, ΕΝΕΡΓΕΙΑΣ, ἀνασταλήσεται. Ac certè docet eadem Cyrillus ad Iuuenalem Ierosolymorum Episcopum, scribens hunc omnino in modùm: Oportet autem litteris ad CHRISTIANISSIMVM pientissimumque IMPERATOREM cæterosque in magistratu constitutos missis, iisdem persuadere; hinc quidem, ne pietati quæ est in Christum, vlla ratione hominem anteferat; inde verò, VT TERRARVM ORBI RECTÆ FIDEI STABILITATEM CONCILIET, QVÆQVE A MALO PASTORE LIBERET: nisi is tamen ita comparatus sit, vt omnium consilijs obsequi velit: Δεῖ δὲ ὑμᾶς ἀναγκαίως, καὶ ΤΩ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΩ, καὶ εὐσεβεστάτῳ ΒΑΣΙΛΕΙ, καὶ ἅπασι δὲ τοῖς ἐν τέλει, γράψαι, καὶ συμβουλεῦσαι, μὴ προτιμῆσαι τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας, ἄνθρωπον· ΑΛΛΑ ΧΑΡΙΣΑΣΘΑΙ ΤΗ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗ ΤΟ ΒΕΒΑΙΟΝ, ΕΙΣ ΠΙΣΤΙΝ ΟΡΘΗΝ, ΚΑΙ ΠΟΙΜΕΝΟΣ ΑΠΑΛΛΑΞΑΙ ΠΟΝΗΡΟΥ ΤΑ ΘΡΕΜΜΑΤΑ. εἰ μὴ ταῖς ἁπάντων εἴκει συμβουλαῖς. Quodquidem IVVANDÆ ECCLESIÆ præceptum ac munus cùm intelligerent Valentinianus & Marcianus Augusti, DEO-AMABILI, τῇ θεοφιλεῖ, Synodo, quæ Nicææ conuenerat, scribunt, vt Chalcedonem se transferat: hocque alterum Imperatorium Rescriptum ad EPISCOPALE CONCILIVM, (vt loquitur Sanctus Leo) quod postea Chalcedonense fuit, auream illam sententiam ac verè Regiam asseruat: Ea quæ expediunt VERITATI & ORTHODOXÆ FIDEI, atque PACI & DISCIPLINÆ ac QVIETI Sanctarum & CATHOLICARVM Ecclesiarum, omnibus præponenda esse censemus: Τὰ συμβαλλόμενα τῇ ΑΛΗΘΕΙ καὶ ΟΡΘΟΔΟΞΩ ΠΙΣΤΕΙ, καὶ τῇ ΕΙΡΗΝΗ, καὶ τῇ ΕΥΤΑΞΙΑ τῶν ἁγιωτάτων, καὶ ΚΑΘΟΛΙΚΩΝ Ἐκκλησιῶν, πάντων ἡγούμεθα προτιμότερα. postquam dixissent sanctissimi illi Imperatores: Vnde si placet Vestræ Pietati, ad Chalcedonensium ciuitatem transire dignemini: Illuc enim excurremus,

» licet hîc nos PVBLICÆ CAVSÆ tetineant: Ὅθεν, εἰ παρασταίη τῇ ὑμε-
τέρᾳ θεοσεβείᾳ, εἰς τὴν Χαλκηδονέων πόλιν παραγενέσθαι, καταξιώσατε· ἐκεῖσε
γὰρ ἐκδραμούμεθα, εἰ καὶ ἐνταῦθα ΔΗΜΟΣΙΑΙ ἡμᾶς ἐπέχουσι ΧΡΕΙΑΙ. Sic-
que relictis Heracleæ Bellicis, ad Ecclesiasticas curas, Chalcedonem,
tanquam ad Ecclesiæ MILITANTIS castra, sacri nostri Imperatores
sese contulerunt. Nec dubitandum quin certa ac prope infinita sit
vtriusque gladij conuenientia atque opportunitas, quamque saluta-
ria sint quæ à coniunctione philosophiaque illa communi, & verè
propriéque Christiana, remedia morbis animorum & petuntur &
adhibentur. Vnde ORIENTIS SVMMI SACERDOTES ET SACER-
DOTES, in Quaternionibus missis ad Septimam Synodum, oblatis-
que Actione tertia, Tarasio, Archiepiscopo Constantinopoleos: SA-
» CERDOTIVM enim IMPERII Sanctificatio & Constitutio; & IM-
» PERIVM, SACERDOTII FORTITVDO ET FIRMAMENTVM: de qui-
» bus SAPIENS QVIDAM PRINCEPS, ET IN SANCTIS REGIBVS BEA-
» TISSIMVS, AIT: MAXIMVM DONVM DEVS HOMINIBVS PRÆSTI-
» TIT SACERDOTIVM ET IMPERIVM: Illud quidem adornans &
» regens CÆLESTIA; hoc verò gubernans legibus iustis TERRE-
» STRIA. Nunc veraciter medius maceriæ paries solutus est, & Con-
» cordia Discordiæ principatur, & INCVRVATVR VNITATI DIVI-
Phil. 4. » SIO, & fugâ lapsa disparuit dissonantia: ET PAX DEI, quæ exsu-
v. 7. » perat omnem sensum, iucundo vultu triumphat, & fiducialiter
» conuersatur: ΙΕΡΩΣΥΝΗ γὰρ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ἁγιασμός ἐστι, καὶ ἀναστοιχείω-
σις, καὶ ΒΑΣΙΛΕΙΑ, ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ ΙΣΧΥΣ ΚΑΙ ΚΡΑΤΑΙΩΜΑ, περὶ ὧν
ΣΟΦΟΣ ΤΙΣ ΑΝΑΞ, ΚΑΙ ΕΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣΙΝ ΑΓΙΟΙΣ, ΕΦΗ, ΜΑΚΑ-
ΡΙΣΤΟΤΑΤΟΣ, ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΔΩΡΟΝ ΘΕΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΠΑΡΕ-
ΣΧΕΝ, ΙΕΡΩΣΥΝΗΝ, ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, τὴν μὲν ΤΑ ΟΥΡΑΝΙΑ κατακο-
σμοῦσαν, καὶ διέπουσαν, τὴν δὲ οἰακίζουσαν θεσμοῖς δικαίοις ΤΑ ΕΠΙΓΕΙΑ.
Νῦν ἀληθῶς τὸ μεσότειχον τοῦ φραγμοῦ διαλέλυται, καὶ Συμφωνία κα-
τάρχει Διαφωνίας, καὶ ΥΠΟΚΥΠΤΕΙ ΤΗ ΕΝΩΣΕΙ ΔΙΑΙΡΕΣΙΣ,
καὶ φροῦδος κατέστη διάστασις, καὶ Η ΕΙΡΗΝΗ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ἡ ὑπερέχου-
σα πάντα νοῦν, φαιδρῶς πομπεύει τῷ προσώπῳ, καὶ παρρησιαστικῶς πολι-
τεύεται. Quod cùm intelligerent Basilius Diaconus ac Archiman-
drita, Thalassius Lector atque Monachus, reliquique Christiani
Monachi, qui Nestorianis temporibus Constantinopoli degebant;
sic suam ad Imperatores ΔΕΗΣΙΝ, siue Libellum supplicem, (quo
enixè Theodosio & Valentiniano supplicant, vt ad restituendum
Ecclesiarum, quas Nestorius, quem IVDAICÆ INTELLIGENTIÆ,
vno verbo, Ἰουδαιόφρονα, Sextæ Synodi Actio decima octaua vo-
cat, discindebat, nexum & pacem, ad Synodum, quæ postea Ephe-
» si congregata est, Episcopos conuocaret) ordiuntur: Immensa illa
» Dei Optimi Maximi benignitas & clementia, quæ mortalium ge-
» nus suis donis & bonis nunquam cumulare desinit, in omnibus &
» super omnia conspicua est. Porro autem inter alia Dei beneficia
» non immeritò censenda est VERITATIS COGNITIO, & ODIVM
» FALSÆ COGNITIONIS: quo nimirum explorata perspectaque ha-

beamus Fidei Myſteria, iam inde ab initio, à Sanctis APOSTOLIS, «
MARTYRIBVS, CONFESSORIBVS, & EPISCOPIS, CONSPIRANTI- «
BVS AD ID QVOQVE RELIGIOSISSIMIS PRINCIPIBVS, Catholicæ «
Eccleſiæ tradita. Hauſimus autem hanc fidei notitiam, PRIMO «
quidem ab APOSTOLORVM PRINCIPE PETRO, ſecundùm RE- «
VELATIONEM, & COGNITIONEM, & CONFESSIONEM, & TRA- «
DITIONEM poſteris dicente, ac docente: Tu es Chriſtus Filius Dei « Matt. 16.
viui. DEINDE verò A IACOBO Apoſtolo & ARCHIEPISCOPO, « v.16.
Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta, reliquiſque EVANGELISTIS, MAR- «
TYRIBVS, CONFESSORIBVS, EPISCOPIS. POSTREMO autem ab o- «
mnibus Patribus, qui CONSVBSTANTIALI TRINITATI crediderunt «
& credunt: Η φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ, ἡ ἀναριθμήτων παρ' ἀνθρώποις κα- «
λῶν μετουσίας δωρησαμένη τε, καὶ δωρουμένη τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ἐν πᾶσι
καὶ ἐπὶ πᾶσίν ἐστιν. ἐν τούτοις δὲ ταῖς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δωρεαῖς, ἔνεστιν Η ΑΛΗΘΙΝΗ
ΓΝΩΣΙΣ, καὶ ΤΟ ΜΙΣΟΣ ΤΗΣ ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΥ ΓΝΩΣΕΩΣ. ὥστε εἰδέναι
ἡμᾶς, τὴν ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῶν ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ, καὶ ΜΑΡΤΥΡΩΝ,
καὶ ΟΜΟΛΟΓΗΤΩΝ, καὶ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΑΓΙΩΝ, ΣΥΝΕΡΓΟΥΝΤΩΝ ΚΑΙ
ΤΩΝ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, παραδοθεῖσαν τῇ ΚΑΘΟΛΙΚΗ Ἐκ-
κλησίᾳ πίστιν· ΠΡΩΤΟΝ, ΥΠΟ ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ, ΤΟΥ ΠΡΩ-
ΤΟΣΤΑΤΟΥ, εἰπόντος κατὰ ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΝ καὶ ΓΝΩΣΙΝ, καὶ ΟΜΟΛΟ-
ΓΙΑΝ, καὶ ΠΑΡΑΔΟΣΙΝ τοῖς μετὰ ταῦτα· ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ
τοῦ ζῶντος. ΚΑΙ ΙΑΚΩΒΟΥ τοῦ ἀποστόλου, καὶ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ (hinc
Apoſtolicis temporibus coæuam vides ARCHIEPISCOPI & dignita-
tem & nomen) καὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου, καὶ εὐαγγελιστοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν
ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΩΝ, ΜΑΡΤΥΡΩΝ, ΟΜΟΛΟΓΗΤΩΝ, ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, καὶ
πάντων τῶν πιστευσάντων, καὶ πιστευόντων ΤΗ ΟΜΟΟΥΣΙΩ ΤΡΙΑΔΙ. Hoc
eſt exhortationis exordium; hic verò epilogus: Rogamus proinde, «
vt magnificentiſſimi Præfecti Nouæ Romæ prouidentiâ, ij omnes «
qui aduersùs Orthodoxos inſurgunt, iuſtitiæque, quam iactant, præ- «
textu, non paucis inſultant; tantiſper compeſcantur, donec ea o- «
mnia quæ ad Fidem pertinent, corrigantur. Quòd ſi noſtram ſup- «
plicationem pro nihilo habueritis, Vos coram immortali ſæculo- « 1 Tim. 1.
rum REGE, inuiſibili, ſolo ſapiente Deo, qui noſtræ ſalutis causâ « v. 17.
deſcendit, & vt voluit, inter homines apparuit, & ad iudicandum « Act. 10.
viuos & mortuos iterum venturus eſt; cui etiam omne genu flecti- « v. 42.
tur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum, cui & omnis quoque « Phil. 2. v. 10.
lingua confitetur; INNOCENTIÆ NOSTRÆ TESTES APPELLAMVS. «
Conſtat enim de Oecumenica Synodo cogenda, quæ & FIDEM «
MVNIRE, & QVÆ HIC VEL FRACTA, VEL LABEFACTATA SVNT, «
CORRIGERE ET INSTAVRARE POSSET, (neque enim per Dei gra- «
tiam eiuſdemque tutelam, quæ potenter in nobis operatur, IN- « Matt 16.
FERNORVM PORTÆ, QVÆ SVNT HÆRETICORVM ORA, aduersùs « v. 18.
eam aliquando præualebunt, aut euertere illam poterunt) Maie- «
ſtatem veſtram omni contentione & ſtudio nos rogaſſe; QVO PA- «
CE ECCLESIÆ REDINTEGRATA, PRECES CONSVETAS PRO COM- «
MVNI OMNIVM SALVTE, VESTRIQVE REGNI INCOLVMITATE «

» PLACIDE, ET CATHOLICE, ET CONCORDI ANIMORVM CONSEN-
» SIONE, AD DEVM TRANSMITTERE LICEAT. AMEN : Ἀξιοῦμεν οὖν προνοίᾳ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἐπάρχου τῆς νέας Ῥώμης, κωλύεσθαι τινὰς κατὰ τῶν Ὀρθοδόξων ἐπιδημισαμένους, καὶ προφάσει δικαιολογιῶν, ὥς φασιν, ἐπιχειροῦντας κατά τινος, ἕως ὅτε τὰ τῆς πίστεως διόρθωσιν λάβοι. εἰ δὲ παρακούσητε, ἡμῶν ἀμελησάντων, διαμαρτυρόμεθα ὑμῖν ἐνώπιον τοῦ ΒΑΣΙΛΕΩΣ τῶν αἰώνων, ἀφθάρτου, ἀοράτου, μόνου σοφοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐλθόντος, καὶ ἐπιφανέντος, ὡς ἠθέλησε, διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ πάλιν ἐρχομένου κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκρούς, ᾧ κάμψει πᾶν γόνυ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ, ὅτι ἀθῷοί ἐσμεν. ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς παρεκαλέσαμεν περὶ Συνόδου Οἰκουμενικῆς, τῆς δυναμένης ἀκριβῶς κρατῦναι, καὶ ἀνορθῶσαι τὰ σαλευόμενα, εἴπου κατερραγμένα. οὐ κατισχύσουσι δὲ αὐτῆς, διὰ τῆς χάριτος, καὶ ἀντιλήψεως τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐνεργούσης ἐν ἡμῖν, κἂν ὦσι ΠΥΛΑΙ ΑΔΟΥ, ΑΤΙΝΑ ΕΣΤΙ ΤΑ ΣΤΟΜΑΤΑ ΤΩΝ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ. ἵνα τούτου τυχόντες, τὰς συνήθεις εὐχὰς ΕΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, ὑπὲρ τῆς Κοινῆς Σωτηρίας, καὶ τῆς Βασιλείας ὑμῶν, Εὐαρέστως, καὶ Ὀρθοδόξως, τῷ Θεῷ ἀναπέμπωμεν. Ἀμήν. SACRA verò IMPERATORIA, De indicenda Ephesina Synodo, ad Cyrillum Archiepiscopum, cæterosque Metropolewn Episcopos, missa, hanc omnium optimè sententiam
» declarat: Reipublicæ nostræ constitutio eâ quæ in Deum est pie-
» tate præcipuè nititur ; MVLTAQVE INTER HANC ET ILLAM CO-
» GNATIO AC FAMILIARITAS INTERCEDERE SOLET. Nam & ex se
» inuicem pendent, & vtraque prosperis alterius successibus incre-
» menta sumit : quandoquidem VT VERA RELIGIO IVSTA ACTIO-
» NE PERFICITVR, ITA RESPVBLICA EX VTROQVE SPLENDESCIT.
» Cùm itaque Deus Imperij habenas nobis tradiderit, iisque qui im-
» perio nostro parent, PIETATIS ET SECVRITATIS quoddam quasi
» VINCVLVM nos esse voluerit; harum inter se societatem, partim
» quidem priuatâ nostrâ prouidentiâ freti, partim quoque humano
» præsidio vsi, indiuulsam perpetuò conseruare enixè contendimus:
» ad eumque modum promouendæ pietati, propter Reipublicæ salu-
» tem, incumbimus, vt in omnibus ferè subditorum nostrorum
» commodo intenti, vnum hoc perpetuò vrgeamus contendamus-
» que sedulò; vt piè religiosèque priuatim viuant omnes, &, vt pios
» decet, in Republica versentur vniuersi. Denique vtrique, quàm
« par est, curam impendere non desistimus. Fieri enim vix potest,
» vt qui alteri seriò inuigilant, alterius curam negligant : Ἤρτηται τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἡ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κατάστασις, ΚΑΙ ΠΟΛΥ ΤΑΥΤΗΣ ΕΝΕΣΤΙ ΤΟ ΣΥΓΓΕΝΕΣ ΤΕ ΚΑΙ ΠΡΟΣΦΥΕΣ. Ἔχεται γὰρ ἀλλήλων, καὶ ἑκάτερα τῇ τῆς ἑκατέρας συναύξεται προκοπῇ. ΩΣΤΕ ΤΗΝ ΜΕΝ ΑΛΗΘΗ ΘΡΗΣΚΕΙΑΝ, ΤΗ ΔΙΚΑΙΟΠΡΑΓΙΑ, ΤΗΝ ΔΕ ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ ΥΠ' ΑΜΦΟΤΕΡΩΝ ΣΥΓΚΡΟΤΟΥΜΕΝΗΝ ΕΚΛΑΜΠΕΙΝ. βασιλεύειν οὖν τεταγμένοι παρὰ Θεοῦ, ΣΥΝΔΕΣΜΟΙ τε τῆς τῶν ὑπηκόων ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΤΕ ΚΑΙ ΕΥΠΡΑΓΙΑΣ τυγχάνοντες, ἀρραγὲς ἀεὶ τὸ προσφυὲς τούτων φυλάττομεν, τῇ τε προνοίᾳ καὶ ἀνθρώποις μεσιτεύοντες, κἀκείνῃ μὲν ὑπουργοῦμεν, εἰς τὴν τῆς πολιτείας αὔξησιν, διὰ πάντων δὲ, ὡς εἰπεῖν, τῶν ὑπηκόων γιγνόμενοι, τοῦτ' ἔστιν ΕΥΣΕΒΕΙΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΥΕΣΘΑΙ, κατὰ τὸ εὐσεβέσι πρέπον, παρασκευά-

ζομένων, ἑκατέρου τε δεόντως ἐπιμελούμενοι. οὐδὲ γὰρ ἔνεστι τοῦ ἑτέρου μεταποιούμενον, μὴ ὁμοίως καὶ τοῦ ἑτέρου φροντίσαι. Denique ALTISONA ECCLESIÆ TVBA, Sanctus videlicet Sedis Apostolicæ Papa, Leo; Cuius sententiam (inquit Hadrianus Pont. ad Imperatorem Basilium scribens, in Apostolico illo Breui, quod Actione prima, inter Acta Synodica Concilij Generalis Octaui, relatum ac recitatum est) quidquid vbique Catholicum est, velut cæleste miratur, celebrat, & veneratur oraculum; Epistolâ ad Pulcheriam Augustam, contra Secundam Pseudosynodum Ephesinam, de Iuniore Theodosio Imperatore loquens: Quod vt obtinere, inquit, mereamur, probatissimæ nobis fidei Pietas tua, QVÆ LABORES ECCLESIÆ SEMPER ADIVVAT, supplicationem nostram apud Clementissimum Principem, sibi specialiter à Beatissimo PETRO Apostolo legatione commissa, dignetur asserere: vt priusquam ciuile, hoc est, exitiale bellum intra Ecclesiam conualescat, REDINTEGRANDÆ VNITATIS COPIAM, Deo auxiliante CONCEDAT; sciens Imperij sui viribus profuturum, quidquid CATHOLICÆ LIBERTATI, benigna ipsius fuerit dispositione collatum. Hactenus APOSTOLICÆ MEMORIÆ, ὁ τῆς ἀποστολικῆς μνήμης, atque Apostolicus Pater, ὁ ἀποστολικὸς πατὴρ, vt Actione quarta Sextæ Synodi nuncupatur, in Epistola Agathonis Pont. Max. ad Imperatorem & Augustos. Postremò Iustinianus Imperator, Constitutione contra Anthimum, Seuerum, Petrum, & Zoaram; quæ in fine Actorum Concilij Constantinopolitani sub Agapeto & Menna, interque Nouellas, exstat: Rem non insolitam Imperio, inquit, & nos facientes, ad præsentem venimus legem. Quoties enim SACERDOTVM SENTENTIA quosdam, indignos Sacerdotio, DE SACRIS SEDIBVS deposuit, quemadmodum Nestorium, Eutychem, Arium, Macedonium, & Eunomium, ac quosdam alios, ad iniquitatem non minores illis; toties IMPERIVM eiusdem sententiæ & ordinationis cum SACERDOTVM AVCTORITATE fuit. SICQVE DIVINA PARITER ET HVMANA CONCVRRENTIA, VNAM CONSONANTIAM RECTIS SENTENTIIS FECERE: Πρᾶγμα οὐκ ἀηθὲς τῇ Βασιλείᾳ καὶ ἡμεῖς πράττοντες, ἐπὶ τὸν παρόντα ἐληλύθαμεν νόμον· Ὁσάκις γὰρ Η ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΨΗΦΟΣ, τινὰς τῶν οὐκ ἀξίων τῆς ἱερωσύνης, τῶν ΙΕΡΑΤΙΚΩΝ κατεβίβασε ΘΡΟΝΩΝ, (ὁποῖον δὴ Νεστόριόν τε, καὶ Εὐτυχῆ, Ἀρειόν τε καὶ Μακεδόνιον, καὶ Εὐνόμιον, καὶ ἄλλους δή τινας, τοὺς εἰς κακίαν οὐκ ἐλάττους ἐκείνων,) τοσαυτάκις Η ΒΑΣΙΛΕΙΑ σύμψηφος γέγονε τῇ ΤΩΝ ΙΕΡΕΩΝ ΑΥΘΕΝΤΙΑ, ΩΣΤΕ ΤΑ ΘΕΙΟΤΕΡΑ ΤΕ ΚΑΙ ΑΝΘΡΩΠΙΝΑ ΣΥΝΔΡΑΜΟΝΤΑ ΜΙΑΝ ΣΥΜΦΩΝΙΑΝ ΤΑΙΣ ΟΡΘΑΙΣ ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ ΨΗΦΟΙΣ. Est enim quædam Medicina certè (quam idem sanctus ROMÆ ARCHIEPISCOPVS, Leo ille Magnus, Epistolâ ad Oecumenicam Synodum, nondum Nicæâ Chalcedonem translatam; MEDICINAM IVSTITIÆ, τῆς δικαίας θεραπείας· Sacrum verò Pogonati Rescriptum ad Leonem Secundum Pont. Max. Sextæ Synodi Actione decima octaua, PIETATIS DOGMATA ET CATAPLASMATA, τὰ εὐσεβείας δόγματά τε καὶ ΚΑΤΑΠΛΑΣΜΑΤΑ,

appellat.) nec tam fuit hominum generi infenſa atque inimica Natura, vt corporibus tot res ſalutares, animis nullam inuenerit. Hinc profectò Cæleſtinus Papa, Epiſtolâ ad Clerum Populumque Conſtantinopolitanum, cùm de Neſtoriana Perſecutione, cum
» Clericis Cõſtantinopolitanis agit, ait: Curare nunc veſtrum eſt
» quodcumque vulnus inflixit, & his præbere medicinam qui eius
» ſermonibus ſauciati ſunt: Νῦν ὑμέτερόν ἐστι θεραπεῦσαι ὃ τῷ ἐκείνου τραῦμα, καὶ ἰάσασθαι τοὺς ῥήματι τετρωμένους τῷ αὐτοῦ. De animis ergò Natura eſt hoc etiam merita meliùs, quòd corporum adiumenta adhibentur extrinſecùs, animorum ſalus incluſa in his ipſis eſt. Sed quò maior eſt in eis præſtantia & diuinior, eò maiore indigent diligentia. itaque bene adhibita ratio cernit quid optimum ſit; neglecta multis implicatur erroribus:

Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
  Arida nec ſitiens ora lauabis aqua:
Vt valeas animo, quidquam tolerare negabis?
  At pretium pars hæc corpore maius habet.

Ad te igitur, Reipublicæ Medicum, mihi iam conuertenda omnis oratio eſt. Omnia ſunt excitanda tibi, CLEMENTISSIME REX, vni, quæ iacere ſentis Schiſmatis impetu, quod neceſſe fuit, perculſa atque proſtrata: conſtituenda iudicia, reuocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda Religio, inſtauranda Diſciplina, reſarcienda FRATRVM CONCORDIA; omnia quæ dilapſa iam fluxe-
» runt, ſeueris legibus vincienda ſunt: Vt (quod olim, anno Pontificatus tertio, Gregorius Decimus Pont. Max. Michaëli Palæologo, Græcorum Imperatori, paulò poſt Concilium Lugdunenſe, ſcripſit)
» & de tuo AD SINVM VNITATIS ECCLESIASTICÆ reditu indubi-
» tatum exſpectare valeas præmium, & de alijs per te redeuntibus ti-
» bi plenioris debeatur retributionis augmentum. Perſta ergo: &
» quod cœpiſti, ſollicitè cum omni diligentia & ſollicitudine proſe-
» quaris, efficacem pro poſſe daturus operam, vt nec in aliquibus
» eiuſdem Schiſmatis reliquiæ qualeſcunque ſuperſint. Non fuit recuſandum in tanto ciuili bello, tantoque animorum ardore & armorum, quin quaſſata Reſpublica, quicumque tandem euentus fuiſſet, multa perderet & ornamenta dignitatis, & præſidia ſtabilitatis ſuæ: multaque ex vtraque parte quiſque faceret iratus, quæ idem ſedatus fieri prohibuiſſet. VTRISQVE (quod de Romanis Germaniſque crudeliter aperto Marte, contraria acie certantibus, Annalium Secundo Tacitus ſcribit) NECESSITAS IN LOCO, SPES IN VIRTVTE, SALVS EX VICTORIA; vtrinque forſan,

—nec ſat rationis in Armis.

Quæ quidem nunc tibi omnia belli vulnera curanda ſunt, quibus, præter te, mederi nemo poteſt.

--cur, vni patriam ſi affligere fas eſt,
Vni ſit ſeruare nefas?--

» Nam afflictionum genera quibus (ab Henrici Octaui temporibus,)

vexati

vexati sumus (vt Constantinopolitanum Concilium verbis Synodicis loqui nos quondam docuit, in Epistola ad Damasum, Ambrosium, Brittonem, Valerianum, Acholium, Anemium, Basilium, cæterosque Sanctos Episcopos qui Romæ congregati erant) vix numero comprehendi possunt : propterea fortasse quòd pœnæ peccatis debitæ nobis persoluendæ erant : fortasse autem, quòd benignus Deus per ingentem rerum aduersarum multitudinem nos exercere volebat. Pro quibus Deo certè agendæ sunt gratiæ, qui per tot cruciatus erudiuit seruos suos, & secundùm multitudinem miserationum suarum rursus eduxit nos in refrigerium. Nobis quidem diuturno otio, & multo tum tempore tum labore, AD ECCLESIARVM EMENDATIONEM opus erat, VT CORPVS EARVM, TANQVAM DIVTVRNO MORBO VEXATVM, CVRATIONIBVS PEDETENTIM ADHIBITIS RECREANTES, TANDEM AD PRISTINAM PIETATIS SANITATEM REDVCAMVS. Nam etsi maximè videmur persecutionis asperitate liberati, & Ecclesias diu ab Hæreticis occupatas modò recuperare; tamen Lupi nobis permultum facessunt molestiæ : ac licet ab ouilibus abacti sint, in syluis tamen greges diripere, conuentus contrarios nobis audacter opponere, POPVLORVM SEDITIONES CONCITARE NON CESSANT; denique nihil omnino prætermittunt, quod Ecclesijs quidquam adferre possit incommodi : Πᾶσαι γὰρ ὄντως ἐφ' ἡμᾶς αἱ θλίψεις ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν. ἴσως μὲν, ὑπὲρ δίκης ἁμαρτημάτων ἐπάγομεν· ἴσως δὲ, καὶ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, διὰ τοῦ πλήθους τῶν παθημάτων ἡμᾶς γυμνάζοντος. τούτων μὲν οὖν τῷ Θεῷ χάρις, ὃς καὶ διὰ τοσούτων θλίψεων τοὺς ἑαυτοῦ δούλους ἐξεπαίδευσε, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ, πάλιν ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. ἡμῖν δὲ μακρᾶς μὲν ἔδει σχολῆς, καὶ πολλοῦ χρόνου, καὶ πόνου, ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΝ, ΙΝ' ΩΣΠΕΡ ΕΚ ΜΑΚΡΑΣ ΑΡΡΩΣΤΙΑΣ, ΤΑΙΣ ΚΑΤΑ ΜΙΚΡΟΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΙΣ ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΕΚΝΟΣΗΛΕΥΟΝΤΕΣ, ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΡΧΑΙΑΝ ΤΗΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΥΓΙΕΙΑΝ ΕΠΑΝΑΓΑΓΩΜΕΝ. καὶ γὰρ, εἰ τὰ μάλιστα δοκοῦμεν τῆς τῶν διωγμῶν ἀπηλλάχθαι σφοδρότητος, καὶ τὰς ἐκκλησίας χρονίως παρὰ τῶν αἱρετικῶν κατασχεθείσας, ἀρτίως ἀνακομίζεσθαι· πλὴν ἀλλὰ βαρεῖς ἡμῖν Λύκοι, καὶ μετὰ τὸ τῆς μάνδρας ἐξωθῆναι, κατὰ τὰς νάπας τὰ ποίμνια διαρπάζοντες, Ἀντισυνάξεις τολμῶντες, ΔΗΜΩΝ ΚΙΝΟΥΝΤΕΣ ΕΠΑΝΑΣΤΑΣΕΙΣ, ὀκνοῦντες οὐδὲν εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν βλάβην.

REGIA illa Regis Regum & soror, & coniux, quæ in Canticis, In vno oculorum, in vno crine colli, cor ipsius Domini, temporibus Regis Salomonis, vulnerabat; nunc tuis, IACOBE, qui non modò SERENISSIMVS, cum Regibus cæteris; sed præ cæteris, vt ille, PACIFICVS, tuo voto singularique elogio, nuncuparis; apto, ac inuento ad Serenitatem ac Tranquillitatem & Clementiam Pacificationemque ingeniosè declarandam & augendam vocabulo, (vt cùm in Chalcedonensibus Actis, Epistolâ De conuocando in Italia Concilio, ad Iuniorem Theodosium

CAP. VI.

Cant. 4. v. 9.

Leo Magnus dixit; TRANQVILLISSIME PRINCIPVM, Γαληνότατε Βα-
Cant.5.v.7. σιλεῦ) vulnerata atque deformata iaceat? INVENERVNT ME, inquit, CVSTODES QVI CIRCVMEVNT CIVITATEM, (Londinum, si auscultasses, nominasset.) PERCVSSERVNT ME: (& id fers vt onus, & pateris vt iniuriam, & sinis vt qui prohibere possis!) ET VVLNERAVERVNT ME: (ô tempora! ô mores!) Sed necdum omnia, proh vestram fidem Reges! TVLERVNT, inquit, PALLIVM MEVM MIHI CVSTODES MVRORVM: à Diuo, quasi diceret, Gregorio concessum olim, vt sequente Libro videbitur, Anglicanæ Ecclesiæ PALLIVM diuiserunt; aut super sacram illam vestem miserunt sortem; aut, si mauis vt PALLIVM sit τὸ κάλυμμα, quod Scholium Græcum habet, Græcorum καλυμμαύχιον, (vnde Gallicanum CAMAIL, quod Latini Rituales Libri vulgò Italica voce MOZZETTAM vocant) media in voce resistens, dolore ac singultu pressa, visa est vindicare proquiritans, post amissum semel OMOPHORIVM, siue PALLIVM, ac ornamentum splendoremque pristinæ
CAP. VII. dignitatis. ET tamen illa est simul & Orbis Regina, &
Eph.2.v.6. Æterni Regni heres, quæ in regno tuo, apud te diuersata consedere faciet, vt dicitur, in cælestibus, vbi Regibus omnibus
Matt. 4.v.23. & 9.v 35. prædicauerit EVANGELIVM REGNI, incipiens À CIVITITATE
Marc.1.v.14. MAGNI REGIS; illa de qua libro DE VNITATE ECCLESIÆ, nunquam sine elogio nominandus Cyprianus: „Esse Martyr non potest qui in Ecclesia non est: ad REGNVM peruenire non poterit, „qui EAM QVÆ REGNATVRA EST, derelinquit. Illa, inquam, cui ab infinitis propemodum sæculis diuinitus vaticinatum est, ac
Is. 60. v. 16. „scriptum: Suges LAC GENTIVM, & MAMMILLA REGVM lactaberis: & scies quia ego Dominus saluans te, & REDEMPTOR TVVS „fortis Iacob. Pro ære adferam aurum, & pro ferro adferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam „Visitationem tuam PACEM, & PRÆPOSITOS (id est, Episcopos) „tuos Iustitiam. Non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis; & occupabit Salus muros tuos, „& portas tuas Laudatio. Verùm cui non est millies decanta-
Is. 49. v.22. „tum id quod paulò superiùs est: Ecce leuabo ad GENTES manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et adferent „filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt. Et „erunt REGES Nutricij tui, & REGINÆ Nutrices tuæ: vultu in terram demisso ADORABVNT TE; & puluerem PEDVM tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui exspectant eum. Quem Propheticum locum Leo Secundus, Pont. Max. Relatione ad Imperatorem Constantinum Pogonatum, hunc in modum vrget, Sextæ Synodi Actio- „ne decima octaua: Scriptum est igitur de vobis, CLEMEN- „TISSIME ATQVE HVMANISSIME PRINCI- „PVM, & de eadem sancta Ecclesia, Toto terrarum Orbe
Is.49.v.23. „diffusa. Erunt, inquit, REGES Nutricij tui, pariterque

ſcriptum eſt: Honor REGIS iudicium diligit; quia dum diuina rebus humanis præponitis, & orthodoxam fidem curis ſæcularibus incomparabiliter antefertis, quid aliud quàm rectum iudicium, Dei cultui mancipatis, & ſacrificium puriſſimum, atque holocauſtum diuinæ ſuauitatis odore fragrans, in ARA veſtri PECTORIS, eius inuiſibili maieſtati mactatis? Καὶ γὰρ γέγραπται περὶ ὑμῶν, ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΤΑΤΕ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, καὶ περὶ τῆς αὐτῆς ἁγίας ἐκκλησίας, τῆς ἐν ὅλῳ διακεχυμένης τῷ κόσμῳ· Ἔσονται, φησι, ΒΑΣΙΛΕΙΣ οἱ τροφεῖς σου. ὡσαύτως δὲ γέγραπται, τιμὴ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, κρίσιν ἀγαπᾷ. ἐπεὶ τὰ θεῖα τῶν ἀνθρωπίνων προτιμῶντες πραγμάτων, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἀπαρασπάστως, τῶν βιωτικῶν προκρίνοντες φροντίδων, τί ἕτερον, ἤπερ ὅτι τὴν ὀρθὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν ἀσπάζεσθε, καὶ καθαρωτάτην θυσίαν, καὶ ὁλοκαύτωμα ἐκχέον θείας εὐωδίας ἐν τῷ ΒΩΜΩ τοῦ ὑμετέρου ΣΤΗΘΟΥΣ, σφαγιάζετε, τῇ αὐτοῦ ἀοράτῳ μεγαλειότητι; Quonam, quæſo, tuo, an meo (vt ita dicam) fato, adhuc impedior, vt nondum ad te, ô REX, ſcribere audeam, quod ad Imperatorem Baſilium Hadrianus Pont. Max. quondam ſcripſit, eſtque lectum atque intellectum in Octaua Oecumenica Synodo? Sed & tu FELIX IMPERATOR, & multis præconijs dignus, qui verborum ſemina diuinorum, non vt ager petris, aut ſpinis, aut volucribus occupatus; ſed, vt cætera bona, bono corde ſuſcipiens, fructum multiplicem attuliſti; &, quaſi VERVS ECCLESIASTES, mox perceptis habenis Imperij, ECCLESIÆ PACI CONSVLERE MAGIS QVAM AD CÆTERAS RES HVMANAS ATTENDERE, PROCVRASTI; AC FERE ALTER QVODAMMODO SALOMON, ID EST, PACIFICVS, TEMPORIBVS NOSTRIS APPARVISTI: audiſti quippe verba Dei Patris tui, & non dimiſiſti Legem ECCLESIÆ MATRIS TVÆ, adeo vt quod deceſſori tuo pro ea ſuggerebatur, ipſe perfeceris. Illud (inquam) non audeam, at hoc præfari audeam tibi, quod in illa ad Imperatorem Epiſtola ſequitur: A propoſito noli recedere: &, quouſque VNITAS fiat ECCLESIÆ, nulli ſtude, quæſumus, deſidiæ cedere: Nemini quippe profuit vnquam bonum incepiſſe, & minimè conſummaſſe. Quamobrem vt Regnum, quod temporaliter aſſecutus es, perenniter adipiſcatis, coronamque pro corruptibili, capias incorruptam; hoc pietatis opus perficere ſatage, perfectumque coram ſummo Agonotheta Chriſto, repræſentare decerta. Hæc De REGVM COMMVNIONE, vt loquitur libro primo contra Litteras Petiliani Donatiſtæ Auguſtinus. Psal. 98. v. 4.

CAP. IIX. HVIVS verò amantiſſimæ & cariſſimæ Sponſæ, Eccleſiæ, apud Diſcipulum quem diligebat, Ieſus perſonam ſuſtinens, cùm bis ait, PAX VOBIS, Manuum ac Lateris, medio in ſpatio cicatrices oſtentans; duplici Pace veluti colliganda & concludenda docturus vulnera, vt ſemper fuit apertiſſimus, ſe ſuoſque commendans; & vt ſuos in ſe Apoſtoli reſpicerent, & reſpiciendos darent, innuens: (ac ſi diceret Vlyſſeum illud, indignatus aliquem noſtrûm Aiacem;

--ſunt & mihi VVLNERA, CIVES,
Ipſo pulcra loco:)

Ioan. 20. v. 17. » Stetit in medio, & dixit eis; Pax Vobis. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis Manus & Latus. Gauisi sunt ergo Discipuli, viso Domino. Dixit ergo eis ITERVM; Pax Vobis: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Ne dubites, REX: non altera, vt aiunt, manu panem porrigit, altera lapidem præfert; hinc Pacem, inde Vulnera: NON MINANDO scilicet, SED MONENDO, demonstrat, nec terrâ nec cælo, neque cum Deo, neque secum pacem habituros eos, quæ sit pax, ac non potiùs pactio seruitutis; qui Christi, non nunc patientis, (iam enim non moritur) sed in Membris Ecclesiaque sua compatientis, PACE Vulnera non curet. Vnde Episcopus Celebrans, Populum prima vice hac formula salutat, PAX VOBIS, ad eum ex Altari, quod Christum significat, conuersus. Qua de re olim ante quadringentos ferme annos, tertia Parte, Quæstione octuagesimà tertia, OMNISCIVS Thomas: QVINQVIES se Sacerdos vertit ad Populum, ad significandum quòd Dominus die Resurrectionis QVINQVIES se manifestauit; vt supra dictum est in Tractatu De Resurrectione Christi. Salutat autem SEPTIES Populum, scilicet QVINQVE vicibus, quibus se conuertit ad Populum; & Bis, quando se non conuertit, (scilicet, cùm ante PRÆFATIONEM dicit, DOMINVS VOBISCVM; & cùm dicit, PAX DOMINI SIT SEMPER VOBISCVM) ad designandam SEPTIFORMEM Gratiam Spiritus Sancti. EPISCOPVS AVTEM CELEBRANS IN FESTIS, IN PRIMA SALVTATIONE, DICIT; PAX VOBIS: QVOD POST RESVRRECTIONEM DISCIPVLIS DIXIT DOMINVS, CVIVS PERSONAM REPRÆSENTAT PRÆCIPVE EPISCOPVS. Quapropter omnium sapientissimè breuissiméque Apostolus, Apostolicam Romanam docens Ecclesiam: Prudentia autem Spiritus, inquit, Vita & Pax. Quod cùm cogitaret Augustinus, quarto libro De Baptismo contra Donatistas, scriptum reliquit: Quomodo ergo isti erant IN VNITATE, qui non erant IN PACE? Vox enim non mea, aut alicuius hominis, sed ipsius Domini: nec per homines sonuit, sed per Angelos, nato Christo; Gloria in excelsis Deo, ET IN TERRA PAX HOMINIBVS BONÆ VOLVNTATIS. Quod vtique, nato in terris Christo, non sonaret ore Angelico, nisi Deus hoc vellet intelligi, Eos ESSE IN VNITATE CORPORIS CHRISTI, QVI SVNT IN PACE CHRISTI; EOS AVTEM ESSE IN PACE CHRISTI, QVI SVNT BONÆ VOLVNTATIS. Porro sicut in Beneuolentia BONA VOLVNTAS, sic in Maleuolentia MALA VOLVNTAS est. Hæc Augustinus, Fratrum dissidentium, perturbantiumque Concordiam ac Pacem, id est, Schismaticorum, malignitatem suggillans:

Marginal references: Rom. 6. v. 9. — Rom. 8. v. 6. — Luc. 2. v. 14.

PAX plenum virtutis opus, PAX summa laborum,
PAX belli exacti pretium, pretiumque pericli.
Sidera PACE vigent, consistunt terrea PACE.
Nil placitum sine PACE Deo: non munus ad ARAM
Cùm cupias offerre, probat, si turbida fratrem

Mens impacati sub pectoris oderit antro.
Nec si flammiuomis Christi pro nomine martyr
Ignibus insilias, seruans INAMABILE VOTVM
Bile sub obliqua, pretiosam prosit IESV
Impendisse animam, MERITI QVIA CLAVSVLA PAX EST.
Non inflata tumet, non inuidet æmula fratri: 1. Cor. 13.
Omnia perpetitur patiens, ATQVE OMNIA CREDIT:
Numquam læsa dolet, cuncta offensacula donat.
Occasum lucis, veniâ præcurrere gestit,
Anxia, ne stabilem linquat Sol conscius iram.
Quisque litare Deo mactatis vult holocaustis,
Offerat in primis PACEM: nulla hostia Christo
Dulcior: hæc solo SANCTA AD DONARIA vultum
Munere conuertens, liquido oblectatur odore.

Hæc de Pace olim, quæ nunc tibi, IACOBE REX, Seniori Theodosio Theodosijque filijs, Carmine De Concordiæ & Discordiæ pugna, Aurelius Prudentius, Poëta Christianus, in Psychomachia canebat. Vnde lamentantur Græciæ Prælati, litteris ad Gregorium Decimum Pont. Max. datis, in Lugdunensi Generali Concilio, in Vnione Græcorum, quæ, imperante procuranteque Michaële Palæologo, quondam celebrata est: Non solùm nunc, sed priùs « beatissimæ & sanctissimæ vestræ Ecclesiæ magnam faciebamus di- « uisionem integritatis, & Ecclesiarum Christi totaliter VNITATEM « dilacerabamus. Quomodo qui vnius pastoris sumus, non in vnum « & inter vnum aggregamur ouile, nec vnum replemus mandatum « Christi? sed ea quæ sunt discordiæ magis eligimus, &, BONO PA- « CIS AMISSO, inuenire non quærimus illud quod ex bono zelo no- « bis declarabatur? E contrario verò exsultat triumphatque Oratione tertia DE PACE, Theologus veterum Græcorum Gregorius, dum huiusmodi exordio sic Pacem ex abrupto aggreditur & salutat: PAX AMICA, non te duntaxat, sed nomine quoque ipso iucun- « da, quam nunc populo dedi, ac recepi; haud scio an sinceram ab « omnibus vocem, spirituque dignam, ac non potiùs publica pacta « Deo teste violata, quò grauior sit nostra condemnatio. PAX AMICA, « meditatio mea, & decus meum, quam Dei, & cuius Deum, & quam « Deum esse audimus; (velut in illis Apostoli verbis: Pax Dei, & « Phil. 4. v. 7. Deus Pacis, &, ipse est Pax nostra) ac ne sic quidem eam reuere- « 2. Cor. 13. mur. PAX AMICA, bonum ab omnibus quidem laudatum, à paucis « v. 11. autem conseruatum; vbinam nos tanto iam temporis spatio reli- « Eph. 2. v. 14. quisti? Quando ad nos reditura es? Equidem te supra mortales « omnes cupio, & exosculor, ac præsentem complector, & absen- « tem multis luctibus & lacrymis reuoco; qualibus nec Patriarchà « ille Iacob, Iosephum à fratribus quidem venditum; vt autem ipse « existimabat, à fera raptum: nec Dauid amicum suum Ionathan in « bello interemptum, aut postea filium Absalonem. Quorum alter « Gen. 37. paternis visceribus distortus clamabat: Fera Iosephum rapuit; fera « v. 33.

» mala & immitis: cruentamque pueri vestem propositam, quasi filij carnes, osculabatur; eadem re scilicet & dolorem suum incendens, & mitigans. Alter nunc montibus illis, in quibus prælium
2. Reg. 1. » commissum fuerat, dira omnia imprecatur: Montes Gelboë, di-
v. 21. » cens, super vos, nec pluuia, nec ros cadat. Ac rursus: Quomodo
ibid. v. 25. » Ionathæ arcus & vires ceciderunt? Nunc parricidæ velut insonti » satisfacit, ac cum mortuo in gratiam redit: hoc quoque fortasse » nomine pro filio dolens, quòd manus aduersùs patrem intentarat, » (huiusmodi quippe paternus affectus est) quemque bellum sibi, vt » hostem, inferentem propulerat, ac profligarat, eundem exanimem » velut amicum desiderat; natura nimirum, qua nihil est violentius, » inimicitiam superante: ΕΙΡΗΝΗ ΦΙΛΗ, τὸ γλυκὺ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, ὃ νῦν ἔδωκα τῷ λαῷ καὶ ἀντέλαβον. οὐκ οἶδα εἰ παρὰ πάντων γνησίαν φωνὴν καὶ ἀξίαν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μὴ δημοσίας συνθήκας ἀθετουμένας ὑπὸ Θεῷ μάρτυρι, ὥστε καὶ μεῖζον εἶναι ἡμῖν τὸ κατάκριμα. ΕΙΡΗΝΗ ΦΙΛΗ τὸ ἐμὸν μελέτημα, καὶ καλλώπισμα, ἣν Θεοῦ τε εἶναι ἀκούομεν, καὶ ἧς Θεὸν τὸν Θεὸν καὶ αὐτὸν Θεὸν, ὡς ἐν τῷ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, καὶ οὐδὲ οὕτως αἰδούμεθα. ΕΙΡΗΝΗ ΦΙΛΗ τὸ παρὰ πάντων μὲν ἐπαινούμενον ἀγαθὸν, ὑπ' ὀλίγων δὲ φυλαττόμενον. ποῦ ποτε ἀπέλιπες ἡμᾶς; τοσοῦτος δέ σοι χρόνος ἤδη; καὶ πότε ἐπανήξεις ἡμῖν; ὡς λίαν σε ποθῶ καὶ ἀσπάζομαι διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ παροῦσαν περιέπω, καὶ ἀποῦσαν ἀνακαλοῦμαι πολλοῖς θρήνοις καὶ δάκρυσιν, οἵοις οὔτε Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἰωσὴφ ἐκεῖνον ὁ πατριάρχης, ὑπὸ μὲν τῶν ἀδελφῶν προδεδομένον, ὑπὸ δὲ θηρίου ἡρπασμένον, ὡς ᾤετο· οὔτε Δαβὶδ Ἰωνάθαν τὸν ἑαυτοῦ φίλον ἔργον πολέμου γενόμενον, ἢ τὸν υἱὸν Ἀβεσσαλὼμ ὕστερον. ὧν ὁ μὲν σπλάγχνοις πατρικοῖς σπαραττόμενος, θηρίον ἥρπασεν, ἐβόα, τὸν Ἰωσὴφ θηρίον πονηρὸν καὶ ἀνήμερον, καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἐσθῆτα ᾑμαγμένην προσθεὶς, ὡς τὰς τοῦ παιδὸς σάρκας περιεπτύσσετο, τῷ αὐτῷ καὶ φλεγόμενος καὶ παραμυθούμενος. ὁ δὲ νῦν μὲν τοῖς ὄρεσι καταρᾶται καθ' ὧν ὁ πόλεμος, ὄρη τὰ Γελβουέ, λέγων, μὴ πέσοι ἐφ' ὑμᾶς μήτ' ὑετὸς, μήτε δρόσος· καὶ πῶς τόξον ἔπεσεν Ἰωνάθαν καὶ δύναμις; νῦν δὲ ἀπολογεῖται, ὡς οὐδὲν ἠδικηκότι τῷ πατροφόνῳ, καὶ τῷ νεκρῷ σπένδεται, ἴσως καὶ κατὰ τοῦτο ὑπεραλγῶν τοῦ παιδὸς, ὅτι κατὰ τοῦ πατρὸς ἀνετείνατο χεῖρα. τοιοῦτο γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ὃν ὡς ἐχθρὸν ἠμύνατο πολεμοῦντα, ὡς φίλον ποθεῖ τεθνηκότα, καὶ νικᾷ τὴν ἔχθραν ἡ φύσις ἧς οὐδὲν βιαιότερον. MANVS porro, vt dictum est, ET LATVS Christus Dominus Discipulis indicat; ne à manu hostium per eius latus nos petamur. Nunc verò in communi Omnium Gentium religione, communione, ac pace, inque his sacris quæ in Pace Christi maiores nostri ab Apostolis adscita atque accersita coluerunt; negligentes (dum & læduntur & violantur) ac dissoluti si
CAP. IX. » cupiamus esse, quî possumus? • ET nunc, REGES, intel-
Psl. 2. v. 10. » ligite (ex hoc secundo Psalmo, ἀναμελῳδοῦντος ἐν πνεύματι τοῦ μακαρίου Δαβίδ, SVAVITER IN SPIRITV MODVLANTE BEATO DAVIDE; vt Cyrillus de Fide ad Theodosium loquitur, antiquissima omnium & plenissima ac perfectissima obsecratio & hortatio Patrum est ad » Reges:) Erudimini qui iudicatis terram: Seruite Domino in timo- » re, & exsultate ei cum tremore. Apprehendite Disciplinam, ne » quando irascatur Dominus, & pereatis de via insta. Quo loco sibi

ac cæteris Regibus perficienda QVATVOR ipſe Rex Vates Vniuerſam Eccleſiam admonebat: quorum Primum, INTELLIGENTIA; Secundum, SERVITVS; Tertium, EXSVLTATIO; Quartum denique, DISCIPLINA capeſſenda eſt. Ac quod ad docilitatem atque INTELLIGENTIAM ERVDITIONEMQVE attinet, intelligite in primis Regis Canticorum MANVS TORNATILES: ex quibus proïnde « Cant. 5. v.14.
ſemper aliquid ita decîditur ac decidit, vt ad tornum pæne fabricatæ videantur. Aureæ verò ſunt, plenæ hyacinthis; non vt pri- «
mum illum Imperatorem Chriſtianum delicatiſſimis verſibus cauillabatur Ablauius:

Saturni aurea ſæcla quis requirat?
Hæc ſunt Gemmea, ſed Neroniana.

quòd nec Iram, nec Coronam capite deponeret; cùm Vxorem, & Lactantij noſtri diſcipulum, Filium, vt fertur, peremiſſet; & aureum gemmeumque diadema aſſiduiſſimè ferret. Verùm aureæ plenæque hyacinthis illæ manus, quæ ſceptra diſpenſant ac Regibus ſpargunt, (vnde olim

Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces,
Regibus omen erat)

ea certè lege ac conditione, vt ſemper aliquid, velut è torno, pauperibus cedat: vt lædi ac violari vulneribus non ſinant tam liberales manus; id eſt, Populum Dei, vbi ſemel regere Reges aſſueuerint, pauperes & afflictos ac ſpoliatos (vno verbo dicere debui, CATHOLICOS) ſolentur, plena manu laudent, ac priſtino ſplendori & quieti glorioſiſſimè & magnificentiſſimè reſtituant. QVID tam porro regium, tam liberale, tam CAP. X.
munificum, quàm opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis, retinere in ciuitate? Hoc eſt enim pro- «
prium Dei veri, POTENTIÆQVE REGALIS, (inquit Lactantij do- «
ctor Arnobius, libro primo Diſputationum aduersùs Gentes) be- «
nignitatem ſuam negare nulli, nec reputare quis mereatur, aut mi- «
nimè: cùm naturalis infirmitas peccatorem hominem faciat, non «
voluntatis ſed iudicationis electio. Quod quidem dictum docto- «
ris, breuiore ſimplicioreque ſententia confirmat ipſe Lactantius, libro ſuo ad Conſtantinum quinto: Siquidem, inquit, ſocialis eſt «
hominis ac benefica natura, quo ſolo cognationem cum Deo ha- «
bet. Itaque illud erat inſitum priſcis illis, quos CASCOS Ennius «
appellat, nullis vt fas eſſet, niſi Regibus, vt Purpurâ, ita Hyacintho vti. quod quidem, præter Ieſum filium illum Sirach, Ezechiel ſine dubio comprobauit. Ab eo (inquit Eccleſiaſticus) qui vtitur « Eccl 40. v. 4.
Hyacintho ET PORTAT CORONAM, vſque ad eum qui operitur «
lino crudo: vt inuentum prouidentiæ temperamentum, quo te- «
nuiores cum principibus æquari ſe putarent, velut veteris prouerbij admonitu, exprimeret. Ezechiel verò veſtitos Hyacintho Princi- « Ezech. 23. v. 6.
pes & Magiſtratus commemorat, & te (mihi quidem: ita verò tibi videatur) velut inter cæteros Reges, vnum, IACOBE, vt obloquatur

& colloquatur, appellans & interpellans, ad Insulas conuertitur, sub Tyri prophetico typo, temporibus Christi, honore Regio per-
Ezech.27. » illustres: Quercus de Basan dolauerunt in Remos tuos: & TRAN-
v. 6. » STRA tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & PRÆTORIOLA de IN-
» SVLIS ITALIÆ (nam ex Italiâ missus à Gregorio vir Apostolicus vester AVGVSTINVS: &, vt plura non dicam, apud vos, tanquam Nauis Petri Transtra & Prætoriola, Cellulas ædificauit ac Monaste-
v. 7. » riola) Byssus varia DE ÆGYPTO texta est tibi IN VELVM, vt po-
» neretur in malo: HYACINTHVS ET PVRPVRA de Insulis Elisa fa-
» cta sunt operimentum tuum. Hîc nempe solemnis illa Isaiæ Pro-
v. 21. phetia, decimo nono capite: ET VOTA VOVEBVNT DOMINO, ET SOLVENT, de Monachorum Sacrarumque Virginum Velandarum Instituto Ægyptiaco, (quod, præter Hieronymum, explicat libro de
» Vnitate Ecclesiæ, alibique, Augustinus DE MILLIBVS SERVORVM
» DEI QVI PER EREMVM SANCTA SOCIETATE VIVVNT, id est, in
» Ægypto temporibus Augustini viuebant, PERFECTIONEM PRÆ-
» CEPTI EVANGELICI STVDENTES TENERE. QVO DICTVM EST,
Matt. 19. » VIS PERFECTVS ESSE? VADE, VENDE OMNIA QVÆ HABES, ET
v. 21. » DA PAVPERIBVS, ET HABEBIS THESAVRVM IN CÆLIS: ET VE-
» NI, SEQVERE ME) ad vltimas quoque Insulas velut extenditur ac defertur, vbi non Hyacinthus, non Purpura desit; vt de Sanctimonialibus Africanis, memoriæ quondam proditum est: quibus, testimonio Optati, libro sexto, tanquam Regis Regum Sponsis, Velum sacrum Purpureum, siue Laneas MITRELLAS Purpureas, im-
CAP. XI. poni ab Episcopo moris erat. SPONSI manus, dicet aliquis, video tornatiles, aureas, ac hyacinthis plenas; &, quandoquidem ita vis, à Rege regias (nam sponsa sine manibus est, toto Cantico: cùm non se defendere, sed à Regio Sponso Regibusque defendi debeat) Verùm quid ad Pauperes? quid ad CATHOLICOS? Attendite quæso, REGES, & quàm apta sint ea inter se, intelligetis; si, vt fieri solet, pro meo munere, digitum ad fontes intendero. Circumspicite paulisper mentibus vestris hosce ipsos homines qui quondam numero Septuaginta & ampliùs Religionis Interpretes, nomen dederunt Sacræ Paginæ Codicibus Græcis, non sine causa ac latente mysterio, seruata primigenia Hebræorum voce, Ptolemæo Regi locum illum Canticorum reddidisse, non PLENÆ HYACINTHIS, sed REPLETÆ THARSIS, πεπληρωμέναι Θαρσὶς: ac pro Hyacinthis, aut Chrysolithis, vt Sexta fert Editio, PAVPERES, quod Hebræa vox THARSIS sua origine sonat, supposuisse. Quis enim nesciat, φιλόψυχον & amantissimum suorum Deum, in oculis, vt intueatur & amet; in manibus, vt tueatur ac iuuet, atque in cælum ferre quos semel seruandos decreuerit? Plenæ igitur Pauperum, vel Pauperibus ac spoliatis manus: quibus sola CATHOLICORVM (Preces nimirum & Lacrymæ) arma relicta; immo quibus ipsa etiam, si Deo placet, Religionis iura erepta sunt. Atque hæc, si-
Iob. 10. v. 7. » ue non esse, vt ait, qui de manu sua possit eruere, significet; siue

dc eorum qui sunt eius, fide, constantia, ac fidelitate, vt ad æmulandum prouocet, & se zelotem declaret, pro suo summo erga nos amore, glorietur; siue labores pro se exantlatos atque exhaustos commonstret in gemmas ei conuertendos, cui pretiosa in conspectu mors Sanctorum eius. Psal. 115. v. 15. Etenim sic olim Ægyptiacos lateres in Propheticos Sapphiros, apud Tobiam, atque Isaïam; & Bouem, Tertium Animal, in Cherub, secunda Visione apud Ezechielem, decimo capite, commutasse; ac ordine inuerso, primo loco (cùm primo capite contra esset) posuisse, ad legentium & intelligentium maximam consolationem, patet. Tob. 13. v. 21. Is. 54. v. 11. Ezech. 10. v. Ezech. 1. v. 26.

CAP. XII.

Ac de INTELLIGENTIA quidem REGVM satis: nunc ad ea quæ secundo loco erant posita, progrediatur oratio. Vix audeo dicere, SERVITVS est: sed Seruitus Domini, quam Dauid seruiuit: sed Seruitus quæ facit ac inaugurat Reges; cùm Seruire Deo, Regnare sit. Ergo

Seruire liceat: aliquis hoc Regi negat?

Qui tercetes aures habent, intelligensque iudicium, non commouentur nominibus istis: quæ nisi commodè explicarentur, aliàs metum incuterent. Vident igitur rerum agendarum ordinem, &, vt ita dicam, concordiam. Qui omnium concordissimè vnquam scripsit, Sanctissimus Augustinus, non Angliæ nostræ popularis, sed ciuis totius mundi, quasi vnius vrbis, dicendi docendique perfector ille ac magister; Quattuor, inquam, Diuus ille noster, non Hipponensis solùm Vrbis, sed & Orbis Doctor, ad Bonifacium Comitem, Epistolâ quinquagesimâ, in eam sententiam, DE DOMINICA REGVM SERVITVTE, non obscurè memorauit. Acturus itaque seriò & ex instituto, DE MODERATE COERCENDIS HÆRETICIS, secundi Psalmi versum, quem interpretatur, aggreditur, vt solet; atque exorsus, hæc ait, quæ in hunc locum meritissimò deriuamus:
« SERVITE DOMINO IN TIMORE, ET EXSVLTATE EI CVM TREMORE. Psal. 2. v. 11.
« Quomodo ergo REGES Domino seruiunt in timore, nisi ea quæ contra iussa Domini fiunt, RELIGIOSA SEVERITATE prohibendo atque plectendo? Hoc PRIMVM est; illud ALTERVM. Aliter enim seruit quia Homo est; aliter, quia etiam Rex est: quia homo est, ei seruit viuendo fideliter; quia verò etiam REX est, seruit, leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti vigore sanciendo: sicut seruiuit EZECHIAS, lucos & templa Idolorum, & illa Excelsa, quæ contra præcepta Dei fuerant constructa, destruendo: sicut seruiuit IOSIAS, talia & ipse faciendo: sicut seruiuit REX NINIVITARVM, vniuersam ciuitatem ad placandum Dominum compellendo: sicut seruiuit DARIVS, Idolum frangendum in potestatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo: sicut seruiuit NABVCHODONOZOR, de quo iam diximus, omnes in regno suo positos à blasphemando Deo lege terribili prohibendo. Et illud SECVNDVM «
4. Reg. 8. v. 4. 4. Reg. 13. v. 4. Ion. 3. v. 6. Daniel. 14. v. 21. Daniel 3. v. 96.

Augustini dictum: cui paulò post Cælestinus Papa tanquam subscribens adstipulatur, in fine Actionis secundæ Ephesinæ, Episto-

lâ aduersùs Nestorianum Schisma, ad Iuniorem Theodosium Imperatorem, dum ait: Pietatem Vestram sub diuini obsecrantes obtestatione iudicij, ne quid TVRBIDÆ NOVITATI licere Vestra Mansuetudo permittat; neue facultas aliqua HIS QVI DIVINÆ MAIESTATIS POTENTIAM IN HVMANÆ DISPVTATIONIS RATIONEM ARCTARE CONTENDVNT, quò perturbetur PAX ECCLESIASTICA, tribuatur. MAIOR VOBIS FIDEI CAVSA DEBET ESSE, QVAM REGNI; AMPLIVSQVE PRO PACE ECCLESIARVM CLEMENTIA VESTRA DEBET ESSE SOLLICITA, QVAM PRO OMNIVM SECVRITATE TERRARVM. Subsequuntur enim omnia prospera, si primitus quæ Deo sunt cariora seruentur. ABRAHAM FIDE FLORVIT, OMNEMQVE ORBEM GLORIA SVÆ PROSPERITATIS IMPLEVIT. Moyses, populi liberator, zelo Domini contra eos, si quos à Dei cultu recessisse probarat, armauit. DAVID REGEM sua præcepta seruantem, in regno, vt ille inimicos suos subderet, Dominus custodiuit. His, rogo, exemplorum vallati præsidio, fide, obseruatione, virtute VNIVERSALIS ECCLESIÆ in Deum nostrum, pijssimum cultum, ne sibi aliquid DISSENSIO vindicet, custodite. PRO VESTRI ENIM IMPERII [SALVTE] GERITVR, QVIDQVID PRO QVIETE ECCLESIÆ, VEL SANCTÆ RELIGIONIS REVERENTIA LABORATVR. Ac ipse quidem ante, ad Vincentium, Augustinus DE VI CORRIGENDIS HÆRETICIS, scripserat Epistolâ quadragesima octaua: His ergo DOMINICIS LVCRIS impediendis ad contradicendum, me opponerem COLLEGIS meis, ne in montibus, & collibus vestris, id est, in TVMORIBVS SVPERBIÆ VESTRÆ, Christi oues errantes in PACIS OVILE colligerentur; vbi est vnus grex, & vnus pastor? Ita sanè huic prouisioni contradicere debui, ne res, quas dicitis vestras, perderetis, & securi Christum proscriberetis: VT IVRE ROMANO, TESTAMENTA CONDERETIS; ET IVRE DIVINO PATRIBVS CONDITVM TESTAMENTVM, VBI SCRIPTVM

Gen. 22. v. 18. EST, IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES, CALVMNIOSIS CRIMINATIONIBVS RVMPERETIS: vt in emptionibus & venditionibus, liberos contractus haberetis; ET VOBIS DIVIDERE, QVOD CHRISTVS EMIT VENDITVS, AVDERETIS: vt quod quisque vestrûm cuiquam donasset, valeret; & quod donauit Deus

Psal. 49. v. 2. deorum, A SOLIS ORTV VSQVE AD OCCASVM VOCATIS FILIIS, NON VALERET: vt de terra corporis vestri in exsilium non mitteremini; & de REGNO SANGVINIS SVI, A MARI VSQVE AD MARE, ET A FLVMINE VSQVE AD TERMINOS ORBIS TERRÆ, CHRISTVM EXSVLEM FACERE CONAREMINI? immo verò SERVIANT REGES TERRÆ CHRISTO, ETIAM LEGES FERENDO PRO CHRISTO. At omnium optimè libro secundo contra Litteras Petiliani, postquam multis Scripturæ locis, REGVM CVM SANCTIS AMICITIAS recensuisset, diligenterque eum locum tractasset aduersùs Petilianum Donatistam, qui enumerare conatus erat quos Reges iusti sensissent inimicos, cùm

pro defensione Regum, multò plures Scripturam proferre, Augustinus confirmaret quos habuissent amicos. Postquam ergo, enumeratione facta ab Abraham ad Danielem, De Munificentia Regia in Sanctos perorasset, tandem paulò post, nonnullis alijs interiectis, DE SACRA REGVM DEI SERVITVTE, sic disputat: Quòd «
autem nobis calumniamini, dicentes, à nobis in vos ad iracundiam «
REGES SÆCVLI concitari, dum eos non docemus Diuinam Scri- «
pturam, sed potiùs malitiam nostram suggerimus; non puto vos «
vsque adeo surdos esse aduersùs ipsa Sanctorum Codicum eloquia, «
vt non potiùs timeatis ne nouerint ea, sed (velitis, nolitis) intrant «
Ecclesiam; &, si nos tacemus, LECTORIBVS ADMOVENT AVREM: «
atque, vt de cæteris taceam, istum ipsum plerumque Psalmum, «
quem tu commemorasti, intentissimè accipiunt. Dixisti enim, «
quòd eos non doceamus, nec eos volentes sinamus vt nouerint «
quod scriptum est: ET NVNC REGES, INTELLIGITE, ERVDIMI- « Psal. 2. v.10.
NI, QVI IVDICATIS TERRAM: SERVITE DOMINO IN TIMORE, « v.11.
ET EXSVLTATE EI CVM TREMORE: APPREHENDITE DISCIPLI- « v.12.
NAM, NE QVANDO IRASCATVR DOMINVS, &c. Credite & ista «
CANTARI, & illos audire: sed vtique audiunt & illud superius in «
eodem Psalmo, quod tu, nisi fallor, propterea præterire voluisti, «
ne timuisse intelligereris. Audiunt ergo illud: Dominus dixit ad «
me, Filius meus es tu: Ego hodie genui te: Pete à me, & dabo ti- « v.7.
bi GENTES; hæreditatem tuam, & possessionem tuam TERMINOS «
TERRÆ. QVO AVDITO, VTIQVE MIRANTVR ESSE ALIQVOS «
QVI HVIC HEREDITATI CHRISTI CONTRADICVNT, ET EAM «
AD EXIGVAM PARTEM TERRÆ REDIGERE CONANTVR; miran- «
tesque fortasse, QVÆRVNT propter id quod in sequentibus au- «
diunt: SERVITE DOMINO IN TIMORE; IN QVO ILLI SERVIRE «
POSSINT, IN QVANTVM REGES SVNT? Omnes enim homines ser- «
uire Deo debent; aliter COMMVNI CONDITIONE, qua homines «
sunt: aliter DIVERSIS DONIS; quòd ille aliud agit in rebus huma- «
nis, ille aliud. NON ENIM AVFERENDA IDOLA DE TERRA, «
QVOD TANTO ANTE FVTVRVM PRÆDICTVM EST, POSSET QVIS- «
QVAM IVBERE PRIVATVS. HABENT ERGO REGES, EXCEPTA «
GENERIS HVMANI SOCIETATE, EO IPSO QVO REGES SVNT, VN- «
DE SIC DOMINO SERVIANT; QVO MODO NON POSSVNT QVI «
REGES NON SVNT. Ista ergo cùm cogitant, audiunt & illud, «
quod DE TRIBVS PVERIS ipse commemorasti; & audiunt SOLEN- «
NITATE MIRABILI. Tunc enim EADEM SCRIPTVRA MAXIME «
IN ECCLESIA CANTATVR, QVANDO IPSA FESTIVITAS FERVEN- «
TIORES FACIT, ETIAM EOS QVI CÆTERO ANNO PIGRIORES «
SVNT. Quid ergo putatis animi habere Christianos Imperatores, «
cùm audiunt, Tres Pueros missos in caminum ignis ardentis, quia «
REGI ad iniquitatem adorandi simulacra, consentire noluerunt; «
NISI VT COGITENT, PIAM LIBERTATEM SANCTORVM, NEC RE- «
GIA POTESTATE, NEC POENÆ IMMANITATE, POSSE SVPERARI. «

» GAVDEANTQVE, SE NON ESSE EX NVMERO TALIVM REGVM, QVI
» CONTEMPTORES IDOLORVM, QVASI SACRILEGOS, PVNIEBANT?
» Porro autem cùm in ſequentibus audiunt eundem REGEM, non
» ſolùm Puerorum, ſed & flammarum, Deo ſeruientium, tanto mi-
» raculo territum, etiam ipſum cœpiſſe Deo SERVIRE in timore, &
» exſultare cum tremore, & apprehendiſſe diſciplinam; nonne intel-
» ligunt, ideo iſta eſſe conſcripta, & tanta celebritate recitari, vt &
» SERVIS DEI, NE AD SACRILEGIVM REGIBVS CEDANT; ET IPSIS
» REGIBVS, VT AD RELIGIONEM DEO CREDANT, PROPONANTVR
» EXEMPLA? Volentes ergo & iſti, ex ipſius admonitione Pſalmi,
» QVEM TV QVOQVE INSERVISTI SCRIPTVRIS TVIS, intelligere &
» erudiri, & ſeruire Domino in timore, & exſultare cum tremore, &
» apprehendere diſciplinam; quàm intentè audiunt, quid ille REX
Dan. 3. » poſtea dixerit! Dixit enim, propoſiturum ſe decretum omnibus
v. 96. » populis quibus imperabat, vt quicumque dixiſſent blaſphemiam in
» Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, interirent, & domus eorum
» diſpergerentur. Et ſi hoc eum decreuiſſe cognoſcunt, ne blaſ-
» phemaretur DEVS TEMPERATOR IGNIVM, ET LIBERATOR
» TRIVM PVERORVM, profectò cogitant quid decernere debeant in
» Regno ſuo, ne in ſuis Fidelibus idem ipſe Deus exſuffletur, RE-
» MISSOR PECCATORVM, & LIBERATOR IAM TOTIVS ORBIS TER-
» RARVM. Vide itaque, cùm aduersùs vos aliquid PRO VNITATE
» CATHOLICA Reges Chriſtiani conſtituunt, ne fortè in labijs ve-
» ſtris, tanquam ſcripturarum diuinarum imperitos, eos arguatis; in
» corde autem veſtro ſatis DOCTOS eſſe doleatis. Quis enim ferat
» iſtam veſtram ſacrilegam odioſamque fallaciam, in ipſo vno Da-
Dan. 6. » niele REGES accuſare, quia in lacum leonum miſſus eſt, & REGES
v. 16. » non laudare, quia ſublimiter honoratus eſt; cùm etiam quando
» miſſus eſt, magis eum ſaluum futurum, quàm moriturum, ipſe Rex
» crederet, & de illo ſollicitus, non cœnaret? Deinde audetis dice-
» re Chriſtianis, QVID VOBIS EST CVM REGIBVS SÆCVLI? quia
» Daniel à Rege perſecutionem paſſus eſt; & non reſpicere IPSVM
Dan. 2. » DANIELEM, SOMNIA REGIBVS FIDELITER INTERPRETANTEM,
» DOMINVM REGEM APPELLANTEM, MVNERA ET HONORES AC-
» CIPIENTEM? Itemque & ijſdem tribus Pueris, quòd recuſantes
» adorare ſtatuam, in flammam miſſi ſunt, INVIDIÆ FLAMMAS DE
Dan. 3. » REGIBVS EXCITARE; quòd autem à REGE ſic prædicati & ſic ho-
» norati ſunt, tacere & abſcondere? Ecce REX fuerat perſecutor
» cùm obiecit leonibus Danielem; quid cùm eo ſaluo recepto gau-
Dan. 6. » dens & gratulans, inimicos eius dilaniandos & conſumendos eiſ-
» dem Leonibus miſit; fuit perſecutor, an non fuit? Volo reſpon-
» deas. Si enim fuit, cur ei Daniel ipſe non reſtitit, cùm præſertim
» tanta familiaritate facillimè potuiſſet? & nobis dicitis, vt REGES ab
» hominum perſecutione reuocemus. Si autem præterea perſecutor
» non fuit, quia ſcelus in ſanctum virum commiſſum iuſtiſſimè vindi-
» cauit; quomodo vindicandum eſt à REGIBVS, quòd CHRISTI
SACRA-

SACRAMENTA EXSVFFLANTVR, si Prophetæ membra, quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt? Item concedo, & manifestum est, persecutorem fuisse REGEM, cùm tres Pueros, quòd simulacrum adorare noluerunt, misit in flammam: sed quæro, vtrùm fuerit persecutor, cùm illud decretum proposuit, Vt interirent, & domus eorum vastarentur, qui blasphemarent vnum Deum verum? Si enim persecutor fuit, cur ad verba persecutoris RESPONDETIS, AMEN? Si autem non fuit, cur eos persecutores dicitis, qui vos à blasphemiæ furore deterrent? Si enim cogunt vos supplicare Idolo, illi sunt similes impio Regi, vos tribus Pueris: si autem prohibent repugnare Christo, vos estis impij, si hoc facitis. QVID SINT AVTEM ILLI, SI TERRIBILITER HOC VETANT, ego non dico: tu inueni aliud quod dicas, si PIOS IMPERATORES non vis dicere. Si hæc exempla de Daniele & Tribus Pueris ego commemorarem, fortasse resisteres, ET IN HÆC NOSTRA TEMPORA EX ILLIS TEMPORIBVS SVMI NON DEBVISSE, CLAMARES. Deo gratias, quia ea ipse posuisti, ad id quidem quod volebas; sed vides ea potiùs valuisse ad id quod nolebas. An non est ista vestra fallacia, sed error humanus est? Vtinam ita sit! EMENDA ERGO, NE TIMEAS: NON INDE ERIS MINOR; IMMO VERO MAIORIS INGENII EST, ANIMOSITATIS FLAMMAS CONFITENDO EXTINGVERE, QVAM FALSITATIS NEBVLAS INTELLIGENDO VITARE. Denique libro tertio contra Cresconium Grammaticum: REGES cùm in errore sunt, pro ipso errore leges contra Veritatem ferunt; cùm in veritate sunt, similiter contra errorem pro ipsa veritate decernunt: ITA ET LEGIBVS MALIS PROBANTVR BONI, ET LEGIBVS BONIS EMENDANTVR MALI. Rex Nabuchodonozor peruersus, legem sæuam dedit, Vt simulacrum adoraretur: idem correctus, seueram, Ne Deus verus blasphemaretur. IN HOC ENIM REGES SICVT EIS DIVINITVS PRÆCIPITVR, DEO SERVIVNT IN QVANTVM REGES SVNT, SI IN SVO REGNO BONA IVBEANT, MALA PROHIBEANT; NON SOLVM QVÆ PERTINENT AD HVMANAM SOCIETATEM, VERVM ETIAM QVÆ AD DIVINAM RELIGIONEM. Frustra dicis; RELINQVAR LIBERO ARBITRIO: cur enim non in homicidijs & in stupris, & in quibusque alijs facinoribus & flagitijs, LIBERO TE ARBITRIO DIMITTENDVM ESSE PROCLAMAS? Quæ tamen omnia iustis legibus comprimi, vtilissimum ac saluberrimum est. DEDIT QVIDEM DEVS HOMINI LIBERAM VOLVNTATEM; SED NEC BONAM, INFRVCTVOSAM; NEC MALAM, ESSE VOLVIT IMPVNITAM. Quisquis Christianum, inquis, persequitur, Christi est INIMICVS. Verum dicis: sed hoc in illo persequitur, quod Christo est INIMICVM. Neque enim Dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge, cùm sint vtrique Christiani, non debent persequi vitia

» Christianæ contraria Veritati. An verò, si non persequantur, non
» rei negligentiæ meritò tenebuntur? SED IN OMNIBVS TE-
» NENDVS EST MODVS APTVS HVMANITATI, CONGRVVS CHA-
» RITATI, VT NEC TOTVM QVOD POTESTATIS EST, EXSERATVR;
» ET IN EO QVOD EXSERITVR, DILECTIO NON AMITTATVR: IN EO
» AVTEM QVOD NON EXSERITVR, MANSVETVDO MONSTRETVR.
» VBI VERO NVLLA EX DIVINIS HVMANISQVE LEGIBVS POTESTAS
» CONCEDITVR, NIHIL IMPROBE ATQVE IMPRVDENTER AVDEA-
TVR. TERTIVM verò dictum Augustini ad Bonifacium, superiorem
» quam assignauit distinctionem inculcans, est huiusmodi: In hoc er-
» go seruiunt Domino REGES, in quantum sunt REGES, cùm ea fa-
» ciunt ad seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi REGES.
QVARTVM denique atque VLTIMVM Doctoris nostri monitum orationem efficit pleniorem, & hanc sententiam mira quadam pero-
» ratione concludit: Quapropter si POTESTATE, inquit, QVAM PER
» RELIGIONEM AC FIDEM REGVM, TEMPORE QVO DEBVIT, DIVI-
» NO MVNERE ACCEPIT ECCLESIA, ij qui inueniuntur in Vijs & in
» Sepibus, id est, in HÆRESIBVS & SCHISMATIBVS, coguntur intrare,
» NON QVIA coguntur, reprehendant; SED QVO cogantur, attendant.
» Conuiuium Domini, VNITAS est CORPORIS CHRISTI, non solùm
» IN SACRAMENTO ALTARIS, sed etiam IN VINCVLO PACIS. Vnde Concilium Oecumenicum Lateranense Tertium, Canone vigesimo septimo siue vltimo, hanc in Albigenses legem promulgans,
» hæc habet: Sicut ait Beatus Leo, licet Ecclesiastica Disciplina Sa-
» cerdotali contenta Iudicio, cruentas non efficiat vltiones; CATHO-
» LICORVM TAMEN PRINCIPVM CONSTITVTIONIBVS ADIVVATVR,
» vt sæpe quærant homines salutare remedium, dum corporale super
» se metuunt euenire supplicium.

CAP. XIV.

SED nunquam te, Augustine, nisi omnia quæ percunctati erimus, explicaris, dimittimus. Valeant ista in proteruos Schismaticos; vsurpentur & in quosque Hæreticos atque Sectarios: hoc damus, & libenter quidem. Sed desine, quæso, communibus locis: domi nobis ista nascuntur; & quid definias, vide: quid in Donatistis Lutheranos, Zuinglianos, Caluinistas, & id huiusmodi Minorum Gentium,

Et penitus Toto DIVISOS Orbe BRITANNOS,

quasi cum Orbe, ac pro Orbe, Communioneque Orbis ac Omnium Gentium, præsens spiritu, inauditos damnes? Quæramus igitur, Num qui ab Antiquorum ratione nunc desciscunt, & ea quæ à NOVO isto PORPHYRIO, (vt in BVLLA APOSTOLICA contra Errores Martini Lutheri & sequacium, Leo Papa Nonus, quem vulgò Decimum nominant, loquitur) LVTHERO, &, quandoquidem ita vis, VViclefo, Zuinglio, Caluino, cæteris id genus Nouatorum, nouata sunt, probant, sese à nobis separent: & sint-ne Schismatici, si se separarint? Nos, ne per somnum quidem, secessisse ab illis, vt compertum omnibus, & natura atque experientia historiaque docet: sic neque vnquam Aduersarij calumniari ausi sunt. Et certè ab eo con-

uentu atque cœtu liquet esse separatum, cuius fana atque delubra à traditoribus, vt aiunt, ac perfugis vacua ac deserta relicta sunt: qualia profectò nulla Sectarios huc vsque, quæ relinquerentur, habuisse, tam clarum est, vt probatione non egeat. Sunt igitur illi qui sese à nobis separare cœperunt, & (quod nimis dolendum est!) separarunt. Sed An debuerunt, immo potuerunt? hoc cardine tota vertitur Controuersia: quæ penes te est, Augustine; ex cuius vnius ore nunc pendemus. Tuæ enim sunt nunc partes docere, Quod, & Qua de causa, dissidium factum sit; vt videamus, satisne ista sit iusta defectio, immo, NVM IVSTA OMNINO ALIQVA DEFECTIO SIVE A FRATRIBVS SEPARATIO ESSE POSSIT? Audite Iuuenes, audite INSVLÆ, & attendite Populi de longè Augustinum SENEM (Senex enim se Iuuenem superauit, & hæc ad Vincentium, ex Rogatiana Hæresi Donatistam, quadragesimâ octauâ Epistolâ scripsit) quem IVVENEM Senes attentissimè audiebant: Cygneum nescio quid, & solito dulcius, audietis. Nos AVTEM (ac si Apostolicum in morem diceret; « ô Vincenti frater, non ego, sed Dominus) IDEO CERTI SVMVS (non « dubitanter loquitur, sed fortiter asseuerat, Ecclesiæ Vniuersæ ac Vniuersalis nomine) NEMINEM (ne Anglos quidem excipit) SE A COM- « MVNIONE OMNIVM GENTIVM IVSTE SEPARARE POTVISSE. Deus « ipse in difficili argumento adfuit: & certè oraculum est. Nec talium ratio redditur: & tamen pro sapientia & beneuolentia sua, salua publica auctoritate, reddit. Rationem audiamus & miremur: Quia non quisque nostrûm in Iustitia sua, sed in Scripturis Diuinis, « quærit Ecclesiam, & vt promissa est, reddi conspicit. Ipsa est enim « de qua dicitur: Sicut Lilium in medio spinarum; ita proxima mea « Cant. 2. v. 2. in medio filiarum. quæ nec SPINÆ dici possent, nisi MALIGNITA- « TE MORVM; nec FILIÆ, nisi COMMVNIONE SACRAMENTORVM. « Quod & repetit libro DE VNITATE ECCLESIÆ (quem EPISTOLAM vocat, quemque contra Petiliani, Constantiniensis Episcopi Donatistæ Epistolam scripsit:) Est in Canticis Canticorum, inquit, QVOD « DE SANCTA ECCLESIA DICTVM OMNIS CHRISTIANVS AGNOSCIT: « Sicut Lilium in medio Spinarum; ita Proxima mea in medio Filia- « Cant. 2. v. 2. rum. Vnde appellat SPINAS, nisi PROPTER MALIGNITATEM MO- « RVM? & easdem vnde FILIAS, nisi PROPTER COMMVNIONEM « SACRAMENTORVM? Ac postea: Ego ipsam ECCLESIAM requiro? « VBI SIT, quæ audiendo verba Christi & faciendo, ædificat super « petram; & audiendo & faciendo tolerat eos, qui audiendo & non « faciendo ædificant super arenam? VBI SIT Triticum, quod inter « Matt. 13. v. 30. Zizania crescit, vsque ad messem; non quid fecerint vel faciant « ipsa Zizania? VBI SIT PROXIMA CHRISTI IN MEDIO FILIA- « RVM MALARVM, SICVT LILIVM IN MEDIO SPINARVM; « NON QVID FECERINT, VEL FACIANT IPSÆ SPINÆ? VBI SINT « Pisces Boni, qui, donec ad litus perueniant, tolerant Pisces Malos « Matt. 13. v. 48. pariter irretitos; non quid fecerint vel faciant ipsi Pisces Mali?

QVÆ sit autem illa SACRAMENTORVM COMMVNIO, CAP. XIV.

& quantopere à Deo & Ecclesia, nostri Doctoris ore, commendetur; nullus sum, si non ex eo potissimùm intelligo, quòd tantopere, tam audactet, tam libenter, ac liberè quamlibet ab ea Separationem Sacrilegam, Impiam, immo DIABOLICAM, hac in Epistola, milleque alijs locis, pronunciat; quia tunc contingit, dum non in COMMVNIONE OMNIVM GENTIVM (vt supetiùs dixit) habe-
» tur. Non illos, aut illos homines (inquit ad Vincentium Augusti-
» nus) sed multas ciuitates videmus fuisse Donatistas, nunc esse Ca-
» tholicas; detestari vehementer DIABOLICAM SEPARATIONEM, di-
» ligere ardentet VNITATEM. Et libro primo contra Epistolam Parmeniani, Donatistarum Carthaginiensis Episcopi, Successoris-
» que Donati, de Donatistis loquens; PROPTER IPSAM SEPARA-
» TIONIS SACRILEGAM INIQVITATEM, INNOCENTES ESSE NON
» POSSVNT. Hoc enim magis credibile est, si tamen Hosius ab Hi-
» spanis damnatus, à Gallis est absolutus; sic fieri potuisse, vt falsis
» criminationibus Hispani circumuenti, & callida insidiarum frau-
» de decepti, contra innocentem fetrent sententiam; & postea PA-
» CIFICE IN HVMILITATE CHRISTIANA CEDERENT SENTENTIÆ
» COLLEGARVM, quibus illius innocentia comprobata est: ne per-
» uicaci & animosa petuetsitate ptiores suas sententias defendendo,
» IN SACRILEGIVM SCHISMATIS, QVOD OMNIA SCELERA SVPER-
» GRADITVR, cæcitate impietatis, irruerent. Sicuti isti miseri fece-
» runt, ET NEC SERO SALTEM TOTIENS DIVISI, ATQVE CON-
» SCISSI SENTIVNT QVOD FECERVNT. Ac paulo post, de Hispanis disputans, Collegarum sententijs acquiescentibus in accusatione
» Hosij Cotdubensis, ait: Quàm enim hoc factum est DE MANSVE-
» TVDINE CHRISTIANA, tam illud DE CONTENTIONE DIABOLICA:
» & ideo non mirum quòd ista Humilitate PAX custodita est, & illa
» elatione dirupta. Et libro secundo, vbi de Christo sermo est: Nec à
» Phatisæis (inquit Augustinus) dedignaretur ille baptizari, si habe-
» tent huiusmodi Baptismum Phatisæi, à quo ille, certi Sactamenti
» gratiâ, voluit baptizari. NAM ET CVM CIRCVMCIDENDVS ESSET,
» NVNQVID IOANNES QVÆSITVS EST? HOC ENIM A IVDÆIS FIERI
» IAM SOLEBAT. ET CVM PRO ILLO ESSET OFFERENDVM LEGALE
» SACRIFICIVM, NVNQVID DEVITATVM EST ILLVD TEMPLVM,
Matt. 21. v. 13. » QVOD AB EO VOCATVR SPELVNCA LATRONVM? NEC
» BONIS OBERANT MALI: QVONIAM DOMINVS QVI AIT,
Leuit. 19. v. 2. » SANCTI ESTOTE, QVIA EGO SANCTVS SVM; ITA INVIOLA-
» BILITER FACIT SANCTOS SVOS VERSARI INTER MALOS,
» SI CVSTODIVNT EAM QVAM ACCIPIVNT SANCTITATEM,
» QVEMADMODVM IPSE DOMINVS IESVS NVLLA CONTAGIO-
» NE MALIGNITATIS IN IVDÆORVM GENTE POLLVTVS EST;
» NEQVE CVM ILLA PRIMA SACRAMENTA, SECVNDVM ILLAM
» PERFECTAM HVMILITATIS VIAM, FACTVS SVB LEGE, SVSCEPIT;
» NEQVE CVM POSTEA DISCIPVLIS ELECTIS, CVM SVO TRADITO-
» RE, VSQVE AD EXTREMVM OSCVLVM VIXIT. Eius enim exem-

plo, non solùm non facientes mala, sed etiam non consentientes «
vlli malitiæ, inter paleam frumenta secura sunt; quia neque talia «
faciunt, neque consentiunt facientibus: ETIAMSI IN EADEM SE- «
GETE, VSQVE AD MESSEM; IN EADEM AREA, VSQVE AD VEN- «
TILATIONEM; INTRA EADEM RETIA, VSQVE AD SEPARATIO- «
NEM, QVÆ IN LITORE FVTVRA EST, BONI TOLERENT MALOS. «
Sed isti sunt verè cæci duces cæcorum, qui & in numero suorum, «
tam multos malos vident, & VIAM PACIS non vident: & vt se, non «
ad sustinendum inuicem, PROPTER VNITATIS VINCVLVM; sed «
ad diuidendum abinuicem, PROPTER SCHISMATIS SACRILEGIVM, «
sequantur homines, persuadent. Ac libro tertio: Dum ergo habi- «
tamus in spe, cogitemus non quod sumus, sed quod erimus: quia «
filij quidem Dei sumus, sed nondum apparuit quod erimus; quia «
cùm apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti «
est. In tali spe habitantes, quia hæc habitatio non habet malos, nec «
CONVENTICVLA VANITATIS, nec facinorosos, nec iniquos, nec im- «
pios, patimur: & eos tamen non in spe, quæ non videtur, patimur «
IN CONGREGATIONE CATHOLICA, TOTO ORBE DIFFVSA, donec «
transeat iniquitas; donec tempore Messis Zizania colligantur; do- « Matt. 13. v. 40.
nec VLTIMO VENTILABRO à Frumento Palea separetur; donec Pi- «
sces boni à Piscibus malis, cum quibus intra eadem retia congrega- «
ti sunt, in littore eligantur; donec Hœdi ab Ouibus, cum quibus « Matt. 15. v. 32.
sub vno Pastore, in eisdem pascuis, tandiu paruerunt, in vltimo «
ad sinistram segregentur. Iam placet, & expedit, vt aliquot seli- «
gamus loca quæ etiam in cæteris spiritum sapiant Augustinianum. Augustinum enim, vt solent quamplurimi, frustra adferas, immo iniuriam Augustino inferas, ni in medium proferas quæ diuinam illam vim præferant Augustini: aliter enim feceris (cùm scripta, vt ingenia, immo vt tempora, varia sint) vt in Augustino etiam sit quandoque requirendus Augustinus. Itaque PRIORE LOCO sonet in auribus illud ex Epistola centesima quinquagesima secunda, quæ nomine Concilij Cirtensis scripta ab Augustino ad Donatistas est, vel potiùs ad Populum Donatianæ Factionis: quâ quidem Epistolâ Syluanus Senex, Valentinus, Aurelius, Innocentius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus, & cæteri Episcopi, de Concilio Cirtensi exponunt, Quomodo Donatistarum Episcopi in Concilio conuicti sint, hortanturque vt nunc saltem redeant ad Ecclesiæ Communionem, ne pòst, non fecisse serò pœniteat: Deni- «
que (vt fert Augustiniana illa Cirtensis Synodica) posteaquam non «
potuerunt efficere, quod conati sunt, id est, vt causa non ageretur; «
ipsa actio demonstrauit quid timuerint, quando in omnibus victi «
sunt. CONFESSI SVNT ENIM CONTRA ECCLESIAM CATHOLI- «
CAM, QVÆ TOTO TERRARVM ORBE DIFFVNDITVR, NIHIL «
SE HABERE QVOD DICERENT, QVIA DIVINIS SANCTARVM «
SCRIPTVRARVM TESTIMONIIS OPPRESSI SVNT, QVIBVS EC- «
CLESIA DESIGNATVR INCIPIENS AB IERVSALEM, «

» CREVISSE PER LOCA IN QVIBVS APOSTOLI PRÆDICAVERVNT, » ET NOMINA EORVMDEM LOCORVM IN SVIS EPISTOLIS ET A» CTIS CONSCRIPSERVNT, ET INDE DIFFVNDI PER CÆTERAS » GENTES: CONTRA ISTAM ECCLESIAM SE NON HABERE CAVSAM, » MANIFESTA VOCE PROFESSI SVNT. Vbi est euidentissima in no» mine Dei nostri VICTORIA. Cùm enim confirmant Ecclesiam, » CVI NOS COMMVNICARE, IPSOS AVTEM NON COMMVNICARE, » MANIFESTVM EST; olim se victos esse testantur: & vobis, si sapi» tis, apertissimè indicant, quid dimittere, & quid tenere debeatis; » non in ea falsitate qua vobis non cessant adhuc vsque mentiri, sed » in illa veritate quam victi coacti sunt confiteri. QVISQVIS ERGO » AB HAC CATHOLICA ECCLESIA FVERIT SEPARATVS, QVANTVM» LIBET LAVDABILITER SE VIVERE EXISTIMET, HOC SOLO SCE» LERE, QVOD A CHRISTI VNITATE DISIVNCTVS EST, NON HA» BEBIT VITAM; SED IRA DEI MANET SVPER EVM. QVISQVIS » AVTEM IN HAC ECCLESIA BENE VIXERIT, NIHIL EI PRÆIVDI-

Gal.6.v.5. » CANT ALIENA PECCATA; QVIA VNVSQVISQVE IN EA PROPRIVM » ONVS PORTABIT, SICVT APOSTOLVS DICIT: ET QVICVNQVE IN

1.Cor. 11. v. 29. » EA CORPVS CHRISTI MANDVCAVERIT INDIGNE, IVDICIVM SI» BI MANDVCAT ET BIBIT: NAM ETIAM HOC IPSE APOSTOLVS » SCRIPSIT. CVM AVTEM DICIT; IVDICIVM SIBI MANDVCAT, » SATIS OSTENDIT, QVIA NON ALTERI IVDICIVM MANDVCAT, » SED SIBI. Hoc nos egimus, & ostendimus, & obtinuimus, quia » COMMVNIO MALORVM non maculat aliquem PARTICIPATIO» NE SACRAMENTORVM, sed CONSENSIONE FACTORVM. Ac tan» dem in fine Epistolæ: Si autem nihil horum facere vultis, & ma» nifestissima veritate conuictam Partis Donati falsitatem adhuc se» qui desideratis, mundi erimus à pœna vestra, quando vos serò post» ea pœnitebit. Si verò id quod vobis præstitit Deus, non contem» pseritis, & post causam tam diligenter actam, & tam diligenter » manifestatam, peruersam consuetudinem relinquentes, PACI » CHRISTI, ET VNITATI consenseritis; de vestra correctione gau» debimus: ET SACRAMENTA CHRISTI, QVÆ IN SACRILEGIO » SCHISMATIS, AD IVDICIVM HABETIS, VTILIA ET SALVBRIA VO» BIS ERVNT, CVM IN CATHOLICA PACE HABVERITIS CAPVT

1. Petr. 4. v. 8. » CHRISTVM, VBI CHARITAS COOPERIT MVLTITVDINEM PECCA» TORVM. Hæc PRIMO loco Augustinus. SECVNDO loco prodeat in medium locus ille Epistolæ centesimæ sexagesimæ primæ, ad Honoratum, Partis Donati Episcopum; qua Honoratum hortatur Augustinus, vt per litteras placidè reddat rationem, Quomo» do nomen Ecclesiæ ad Donatistas solos reciderit: Itaque breuiter » insinuamus, quid à te responderi desideremus. Quoniam ECCLE» SIAM DEI, quæ CATHOLICA dicitur, SICVT DE ILLA PROPHE» TATVM EST, PER ORBEM TERRARVM DIFFVSAM VIDEMVS, ar» bitramur nos non debere dubitare DE TAM EVIDENTISSIMA » COMPLETIONE SANCTÆ PROPHETIÆ, QVAM DOMINVS ETIAM

IN EVANGELIO CONFIRMAVIT, ET APOSTOLI, PER QVOS EA- «
DEM ECCLESIA DILATATA EST, SICVT DE ILLA PRÆDICTVM «
ERAT. Nam & in capite SACROSANCTI PSALTERII ſcriptum eſt «
de filio Dei: Dominus dixit ad me; Filius meus es tu, ego hodie « Pſ.2. v.7.
genui te: poſtula à me, & dabo tibi GENTES hereditatem tuam, & « v.8.
poſſeſſionem tuam TERMINOS TERRÆ. Et ipſe Dominus Ieſus Chri- «
ſtus dicit, Euangelium ſuum IN OMNIBVS GENTIBVS futurum. Et « Matt. 24. v. 14.
Apoſtolus PAVLVS, ANTEQVAM SERMO DEI IN AFRICAM PER- «
VENISSET, in ipſo capite Epiſtolæ quam ſcribit ad Romanos: Per « Rom.1. v. 5.
quem accepimus, inquit, gratiam & Apoſtolatum, ad obediendum «
fidei IN OMNIBVS GENTIBVS pro nomine eius. Deinde ipſe AB «
IERVSALEM in circuitu per totam Aſiam vſque in Illyricum «
Euangelium prædicauit, Eccleſias conſtituit atque fundauit; non «
ipſe, ſed gratia Dei cum eo, ſicut ipſe teſtatur. QVID AVTEM «
EVIDENTIVS APPARERE POTEST, QVAM CVM IN EIVS EPISTO- «
LIS NOMINA ETIAM REGIONVM VEL CIVITATVM INVENIMVS? «
Ad ROMANOS, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Phi- «
lippenſes, ad Theſſalonicenſes, ad Coloſſenſes ſcribit. Ioannes «
etiam ſcribit AD SEPTEM ECCLESIAS, quas commemorat in illis « Apoc.1. v. 11.
partibus conſtitutas, (IN QVIBVS ETIAM VNIVERSALEM ECCLE- «
SIAM SEPTENARIO NVMERO INTELLIGIMVS COMMENDARI) «
EPHESVM, SMYRNAM, SARDES, PHILADELPHIAM, LAODICEAM, «
PERGAMVM, THIATYRAM. Quibus omnibus Eccleſijs nos hodie «
communicare, manifeſtum eſt; ſicut manifeſtum eſt, vos iſtis Ec- «
cleſijs non communicare. QVÆRIMVS ERGO VT NOBIS RESPON- «
DERE NON GRAVERIS, QVAM CAVSAM FORTE NOVERIS, QVA «
FACTVM EST, VT CHRISTVS AMITTERET HEREDITATEM SVAM «
PER ORBEM TERRARVM DIFFVSAM, ET SVBITO IN SOLIS AFRIS, «
NEC IPSIS OMNIBVS, REMANERET. Etenim Eccleſia Catholica «
eſt etiam in Africa, quia per omnes terras eam Deus eſſe voluit, & «
prædixit. Pars autem veſtra, quæ Donati dicitur, non eſt in omni- «
bus illis locis, in quibus & litteræ, & ſermo, & facta Apoſtolica «
cucurrerunt. Sed ne dicatis, NON VOCARI ECCLESIAM NOSTRAM «
CATHOLICAM, SED MACARIANAM, SICVTI EAM VOS APPELLATIS: «
Noſſe debes, quod facillimè poteſt in illis omnibus partibus, vn- «
de iſtas terras Euangelium Chriſti perfudit, nec nomen Donati ſci- «
ri, nec nomen Macarij. Veſtra autem, quia DONATI PARS dicitur, «
NEC VOS NEGARE POTESTIS, & omnibus notum eſt, vbicumque «
eſt Veſtra Communio. Dignare ergo reſcribere nobis, vt ſciamus, «
QVOMODO GERI POSSIT, VT ECCLESIAM SVAM CHRISTVS DE «
TOTO ORBE PERDIDERIT, ET IN VOBIS SOLIS HABERE COEPE- «
RIT. VESTRVM ENIM EST HÆC OSTENDERE: NAM NOBIS SVF- «
FICIT AD CAVSAM NOSTRAM, QVOD COMPLERI PROPHETIAM «
ET SCRIPTVRAS SANCTAS PER ORBEM TERRARVM VIDEMVS. «
Sic SECVNDO. Nunc TERTIO Auguſtinus, Epiſtolâ centeſimâ
ſexageſima ſecunda, contra Donatiſtarum Pertinaciam; quâ Epi-

ſcopis Donatiſtarum, Glorio, Eleuſio, Felicibus, Grammatico, & cæteris oſtendit, quantâ impudentiâ perſiſtant in ſuo Schiſmate, » tot iudicijs conuicti: Et adhuc baptizant extra Eccleſiam, ET, SI » POSSINT, REBAPTIZANT ECCLESIAM: SACRIFICANT IN DISSENSIONE ET SCHISMATE, ET PACIS NOMINE POPVLOS SALVTANT, » QVOS A PACE SALVTIS EXTERMINANT. CONSCINDITVR VNITAS CHRISTI, BLASPHEMATVR HEREDITAS CHRISTI, EXSVFFLATVR BAPTISMA CHRISTI; & nolunt in ſe iſta per ordinarias » humanas poteſtates FLAGELLIS TEMPORALIBVS emendari, ne in » æternas pœnas pro tantis ſacrilegiis deſtinentur. NOS EIS OBIICIMVS FVROREM SCHISMATIS, REBAPTIZATIONIS INSANIAM, AB » HEREDITATE CHRISTI, QVÆ PER OMNES GENTES DIFFVSA EST, » NEFARIAM SEPARATIONEM. DE CODICIBVS NON TANTVM NOSTRIS, SED ETIAM EORVM, RECITAMVS ECCLESIAS, QVARVM » NOMINA HODIE LEGVNT, ET QVIBVS HODIE NON COMMVNICANT. Quæ cùm recitantur in Conuenticulis eorum, LECTORIBVS ſuis dicunt, PAX TECVM; & cum ipſis plebibus, quibus illæ » litteræ ſcriptæ ſunt, pacem non habent: & ipſi nobis obiiciunt vel » falſa crimina mortuorum, vel etiamſi vera, tamen aliena: non intelligentes in ijs quæ nos eis obijcimus, omnes illos teneri; in ijs » verò quæ nobis obijciunt, PALEAM VEL ZIZANIAM MESSIS DOMINICÆ REPREHENDI, AD FRVMENTA AVTEM CRIMEN NON » PERTINERE. Neque conſiderantes, quia quibus mali placent in » Vnitate, ipſi communicant malis: quibus autem diſplicent, & eos

Matt.13. v.29. » emendare non poſſunt, neque ante tempus Meſſis audent zizania » eradicare, ne ſimul eradicent & triticum; NON FACTIS EORVM, » SED ALTARI CHRISTI COMMVNICANT. ita vt non ſolùm non ab » eis maculentur, ſed etiam diuinis verbis laudari prædicarique me» reantur; quoniam ne nomen Chriſti per HORRIBILIA SCHISMATA » blaſphemetur, PRO BONO VNITATIS tolerant, quod PRO BONO » ÆQVITATIS oderunt. Si habent aures, audiant, quid Spiritus di-

Apoc. 2. v.1. » cat Eccleſijs. Sic enim in Apocalypſi Ioannis legitur: Angelo, inquit, Eccleſiæ Epheſi ſcribe; Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in » dextera ſua, qui ambulat in medio ſeptem Candelabrorum aureorum: Scio opera tua, & laborem, & patientiam, & quia non potes » ſuſtinere malos, & tentaſti eos qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non » ſunt; & inueniſti eos mendaces, & patientiam habes, & ſuſtinuiſti » eos propter nomen meum, & non defeciſti. Quòd ſi de angelo » ſuperiorum cælorum, & non DE PRÆPOSITIS ECCLESIÆ vellet

v.4. » intelligi, non conſequenter diceret; Sed habeo aduersùm te, quod » charitatem tuam primam reliquiſti: Memor eſto itaque vnde exci» deris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autem, venio » tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam » egeris. Hoc ſuperioribus Angelis dici non poteſt, qui perpetuam » retinent charitatem: vnde qui defecerunt, & lapſi ſunt, Diabolus » eſt, & Angeli eius. Ergo Primam Charitatem dicit, quia ſuſtinuit

Pſeudoapoſtolos, propter nomen Chriſti: quam iubet vt repetat, & faciat priora opera ſua. Et obijciuntur nobis crimina malorum hominum, non noſtra, ſed aliena, & ipſa partim incognita: quæ ſi etiam vera & præſentia videremus, & zizanijs propter frumenta parcentes, PRO VNITATE TOLERAREMVS; non ſolùm nulla reprehenſione, ſed etiam non paruula laude nos dignos diceret, quicunque Scripturas Sanctas non corde ſurdus audiret. TOLERAT AARON multitudinem idolum exigentem, & fabricantem, & adorantem: [Exod. 32.] TOLERAT MOYSES aduersùs Deum tot millia murmurantia, & toties offendentia ſanctum nomen eius: [Exod. 16. v. 2.] TOLERAT DAVID Saülem perſecutorem ſuum, ſceleratis moribus cæleſtia deſerentem, magicis artibus inferna quærentem; occiſum vindicat, Chriſtum etiam Domini, PROPTER SACRAMENTVM VENERANDÆ VNCTIONIS, appellat: [1. Reg 19. 23 & 26. 1. Reg 15. 1. Reg. 28. 2. Reg.] TOLERAT SAMVEL nefandos filios Heli, peruerſoſque filios ſuos, quos populus, QVIA TOLERARE NOLVIT, diuina veritate accuſatus, diuina ſeueritate correptus eſt: [1. Reg. 3. & 8.] TOLERAT DENIQVE ipſum populum ſuperbum contemptorem Dei: TOLERAT ISAIAS in quos tam multa vera crimina iaculatur: TOLERAT HIEREMIAS à quibus tanta perpetitur: TOLERAT ZACHARIAS Phariſæos & Scribas, quales illo tempore fuiſſe Scriptura teſtatur. Scio me multos prætermiſiſſe: legant qui volunt, legant qui poſſunt, ELOQVIA CÆLESTIA, inuenient omnes ſanctos Dei ſeruos & amicos SEMPER HABVISSE QVOS IN SVO POPVLO TOLERARENT; cum quibus tamen illius temporis Sacramenta communicantes, non ſolùm non inquinabantur, ſed etiam laudabiliter ſuſtinebant: Studentes, ſicut ait Apoſtolus, ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. [Epheſ. 4 v. 3.] Attendebant etiam poſt Domini aduentum, vbi multò plura huius tolerantiæ per totum orbem inueniremus exempla, ſi omnia ſcribi & in auctoritatem redigi potuiſſent; tamen hæc ipſa quæ habemus, aduertite. TOLERAT IPSE DOMINVS IVDAM, DIABOLVM, FVREM ET VENDITOREM SVVM: SINIT ACCIPERE INTER INNOCENTES DISCIPVLOS, QVOD FIDELES NOVERVNT, PRETIVM NOSTRVM: [Ioan. 13. v. 26.] TOLERANT APOSTOLI Pſeudoapoſtolos; & inter ſua quærentes non quæ Ieſu Chriſti, Paulus non ſua quærens, ſed quæ Ieſu Chriſti, cum glorioſiſſima tolerantia conuerſatur. [Phil. 2. v. 21.] Poſtremò quod paulo antè commemoraui, diuina voce laudatur, ſub Angeli nomine, PRÆPOSITVS ECCLESIÆ; quòd cùm odiſſet malos, eos tamen tentatos & inuentos, pro nomine Domini, tolerauit. [Apoc. 2. v. 2.] Item paulo poſt Auguſtinus: Non enim nobis diſplicent quia tolerant malos, ſed quia INTOLERABILITER mali ſunt, propter Schiſma, PROPTER ALTARE CONTRA ALTARE, PROPTER SEPARATIONEM AB HEREDITATE CHRISTI TOTO ORBE DIFFVSA, ſicut tanto ante promiſſa eſt. VIOLATAM PACEM, CONSCISSAM VNITATEM, iterata Baptiſmata, exufflata Sacramenta, QVÆ IN SCELERATIS QVOQVE HOMINIBVS SANCTA SVNT, plangimus & lugemus. Quæ ſi paruipendunt, intueantur

» exempla quibus demonstratum est, quanti hæc penderit Deus. QVI
» FECERVNT IDOLVM, vsitata gladij morte perempti sunt; QVI VE-
» RO SCHISMA FACERE VOLVERVNT, HIATV TERRÆ PRINCIPES
» DEVORATI, & turba consentiens igne consumpta est. DIVERSI-
» TATE POENARVM, DIVERSITAS AGNOSCITVR MERITORVM. Post-
» hac verò sequitur illud Augustino dignissimum: Certè non chartis
» veteribus, non archiuis publicis, non gestis forensibus aut Ecclesia-
» sticis agimus: MAIOR LIBER NOSTER, ORBIS TERRARVM EST:
» IN EO LEGO COMPLETVM, QVOD IN LIBRO DEI LEGO PRO-
Psal. 2. » MISSVM. Dominus, inquit, dixit ad me; Filius meus es tu: ego ho-
v. 7. » die genui te: postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, &
» possessionem tuam terminos terræ. HVIC HEREDITATI QVI NON
» COMMVNICAT, QVOSLIBET LIBROS TENEAT, EXHEREDATVM SE
» ESSE COGNOSCAT. Hanc hereditatem quisquis expugnat, alienum
» se esse à familia Dei satis indicat. Certè de traditione diuinorum
» librorum vertitur quæstio, vbi hereditas ista promissa est. ILLE ER-
» GO CREDATVR TESTAMENTVM TRADIDISSE FLAMMIS, QVI
» CONTRA VOLVNTATEM LITIGAT TESTATORIS. QVID TIBI FE-
» CIT, ô Pars Donati, QVID TIBI FECIT ECCLESIA CORINTHIO-
» RVM? Quod autem de ista dico, de omnibus talibus, & tam longè
» positis, intelligi volo. Quid vobis fecerunt? quæ nec omnino quid
» feceritis, nec quos infamaueritis, nosse potuerunt? An quia Lucil-
» lam Cæcilianus in Africa læsit, LVCEM CHRISTI ORBIS AMISIT?
» Tandem sentiant quod fecerunt: meritò, certo annorum interual-
» lo, in oculos eorum reuolutum est opus ipsorum. Ac tandem de-
» nique ibidem Augustinus: Quid apertius cernitur? Quid æquius
» postulatur? videtis hæc omnia, & nostis, & gemitis: & tamen vi-
» det & Deus, quòd & vos IN TAM PESTIFERA ET SACRILEGA
» PRÆCISIONE nulla res cogit remanere. Si pro adipiscendo SPIRITA-
» LI REGNO carnalem superetis affectum, & amicitias hominum, quæ
» in iudicio Dei nihil proderunt, pro deuitandis sempiternis pœnis,
» non timeatis offendere. Ecce ite, consulite: quid contra hæc no-
» stra possint respondere, cognoscite. Si proferunt Chartas, proferi-
» mus Chartas: si falsas nostras esse dicunt, hoc nos de suis dicere non
» indignentur. NEMO DELET DE CÆLO CONSTITVTIONEM DEI:
» NEMO DELET DE TERRA ECCLESIAM DEI. ILLE TOTVM OR-
» BEM PROMISIT: ISTA TOTVM ORBEM REPLEVIT, ET MALOS
» HABET, ET BONOS, SED NEC IN TERRIS AMITTIT NISI MALOS,
» NEC IN CÆLVM ADMITTIT NISI BONOS. Porro QVARTA Au-
gustini sententia ex Epistola sequente, id est, ex centesima sexage-
sima tertia, petenda est, ad eosdem, DE CONCORDIA SARCIEN-
DA: vbi refert Augustinus quæ cœpta sint agi De Concordia cum
Fortunio, Donatistarum Episcopo; monens & hortans, vt sine tu-
multu, quod placidè cœptum est, perficiatur conuentu frequentio-
» re. quo quidem loco hæc ait: Deinde quærere cœpimus, QVÆNAM
» ILLA ESSET ECCLESIA, vbi viuere sic oporteret? VTRVM ILLA

QVÆ, SICVT SANCTA TANTO ANTE SCRIPTVRA PRÆDIXERAT, SE TERRARVM ORBE DIFFVNDERET; AN ILLA QVAM PARS EXIGVA, VEL AFRORVM, VEL AFRICÆ, CONTINERET? hic primò asserere conatus est, VBIQVE TERRARVM ESSE COMMVNIONEM SVAM. QVÆREBAM, VTRVM EPISTOLAS COMMVNICATORIAS, QVAS FORMATAS DICIMVS, POSSET QVO VELLEM DARE? ET AFFIRMABAM QVOD MANIFESTVM ERAT OMNIBVS, HOC MODO FACILLIME ILLAM TERMINARI POSSE QVÆSTIONEM. Parabam autem, vt, si consentiret, ad illas Ecclesias à nobis tales litteræ mitterentur, QVAS IN APOSTOLICIS AVCTORITATIBVS PARITER LEGEREMVS ILLO IAM TEMPORE FVISSE FVNDATAS. Sed quia res apertè falsa erat, permixtis verbis, citò inde discessum est.

Quam quidem sententiam ibidem illustrat Augustinus, inquiens: Id ergo quærendum, Vtrùm illi persecutionem propter iustitiam passi fuerint? In qua quæstione discuti cupiebam, quod quidem omnibus clarum erat, VTRVM EOS IN VNITATE ECCLESIÆ CONSTITVTOS, AN SCHISMATE IAM DIVISOS, MACARIANA TEMPORA INVENERINT? vt qui videre vellent, Vtrum propter iustitiam persecutionem passi fuerint, id potiùs attenderent, VTRVM SE RECTE A TOTIVS ORBIS VNITATE PRÆCIDERINT? Quòd si iustè fecisse inuenirentur, manifestum esset, eos propter iniustitiam potiùs quàm propter iustitiam, passos persecutionem; & ideo numero Beatorum adiungi non posse: de quibus dictum est: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Matt. 5. v. 10. Et: QVÆREBAM, QVOMODO SE ISTI IVSTE SEPARASSENT AB INNOCENTIA CÆTERORVM CHRISTIANORVM, QVI PER ORBEM TERRARVM SVCCESSIONIS ORDINEM CVSTODIENTES, IN ANTIQVISSIMIS ECCLESIIS CONSTITVTI, PENITVS IGNORARENT QVI FVERINT IN AFRICA TRADITORES, QVI CERTE NON POSSENT COMMVNICARE NISI EIS QVOS SEDERE IN SEDIBVS EPISCOPALIBVS AVDIEBANT. Respondit, Tamdiu transmarinarum partium Ecclesias mansisse innocentes, donec consensissent in eorum sanguinem, quos Macarianam persecutionem pertulisse dicebat. Vbi ego possem quidem dicere, nec inuidiâ Macariani temporis, Innocentiam Transmarinarum Ecclesiarum contaminari potuisse, quandoquidem nullo modo probaretur illis auctoribus fecisse etiam quæ fecerat. Sed de compendio quærere malui, si Macarij sæuitiâ, ex quo in eum consensisse dicebantur Transmarinæ Ecclesiæ, suam innocentiam perdiderunt, VTRVM SALTEM PROBARETVR, VSQVE AD ILLA TEMPORA, DONATISTAS CVM ORIENTALIBVS ECCLESIIS CÆTERISQVE ORBIS PARTIBVS, IN VNITATE MANSISSE? Et: De Nouo enim Testamento ostendi quidem non posse, quòd iustus quisquam interfecerit aliquem: SED TAMEN ILLVD PROBARI POSSE IPSO EXEMPLO DOMINI, SCELERATOS AB INNOCENTIBVS FVISSE TOLERATOS. TRADITOREM ENIM SVVM, QVI IAM PRETIVM EIVS ACCEPERAT, VSQVE AD VLTIMVM PACIS OSCVLVM,

» INTER INNOCENTES SECVM ESSE PERPESSVS EST. Quibus non » tacuit, esse inter illos tanti sceleris hominem: & tamen PRIMVM » SACRAMENTVM CORPORIS ET SANGVINIS SVI, NONDVM ILLO » EXCLVSO, COMMVNITER OMNIBVS DEDIT. Et: Nos dicebamus, » Deum videre corda nostra, quæ ipsi non possent; & illos temere » sibi adhuc ista metuere, quæ si contigerint, à malis contingere, » quibus deteriores ipsi habent: NEC TAMEN IDEO NOS A CATHO- » LICA COMMVNIONE SEGREGARE DEBERE, si quid fortè, nobis in- » uitis, vel etiam, si valuerimus, contradicentibus, factum fuerit, cùm » TOLERANTIAM PACIFICAM didicerimus, dicente APOSTOLO;
Ephes. 4. v. 3. » Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem Spi- » ritus, in vinculo pacis. Quam pacem atque tolerantiam, illos non » tenuisse dicebamus, QVI SCHISMA FECERVNT; vt nunc inter suos, » qui mitiores eorum sunt, GRAVIA TOLERENT, NE SCINDATVR » QVOD SCISSVM EST, CVM LEVIORA NOLLENT PRO IPSA VNI- » TATE TOLERARE. DICEBAMVS ETIAM, NONDVM FVISSE TEM- » PORIBVS VETERVM PACEM VNITATIS ET TOLERANTIAM, TAN- » TA COMMENDATIONE PRÆDICATAM, SICVT EXEMPLO DOMI- » NI, ET NOVI TESTAMENTI CHARITATE: & tamen Prophetas il- » los & sanctos viros dicere solere in populum scelera eorum, cùm » tamen se ab illius populi Vnitate & à Communione pariter acci- » piendorum Sacramentorum, quæ tunc fuerunt, diuellere non ten- » tassent. QVINTVM Augustini documentum sequens quoque Epi- stola, videlicet centesima sexagesima quarta, ministrabit. quæ qui- dem est DE ORIGINE SCHISMATIS, & ad Emeritum Donatistam scripta: quâ virum alioqui probum & liberaliter eruditum, inuitat vt respondeat, quâ iustâ causâ Schisma mouere potuerit? Exor- » dium Epistolæ est: EGO CVM AVDIO QVENQVAM BONO INGE- » NIO PRÆDITVM, DOCTRINISQVE LIBERALIBVS ERVDITVM, » QVANQVAM NON IBI SALVS ANIMÆ CONSTITVTA SIT, TAMEN » IN QVÆSTIONE FACILLIMA SENTIRE ALIVD, QVAM VERITAS » POSTVLAT, QVO MAGIS MIROR, EO MAGIS EXARDESCO NOSSE » HOMINEM, ET CVM EO COLLOQVI: VEL, SI ID NON POSSIM, » SALTEM LITTERIS, QVÆ LONGISSIME VOLANT, ATTINGERE » MENTEM EIVS, ATQVE AB EO VICISSIM ATTINGI, DESIDERO. » SICVT TE ESSE AVDIO TALEM VIRVM, ET AB ECCLESIA CA- » THOLICA, QVÆ, SICVT SANCTO SPIRITV PRÆNVNTIATA EST, » TOTO ORBE DIFFVNDITVR, DISCERPTVM DOLEO ATQVE SE- » CLVSVM, QVAM OB CAVSAM, NESCIO. Nam certum est, magnæ » parti Romani orbis, ne dicam etiam Barbaris gentibus, quibus
Rom. 1. 14. » quoque debitorem se dicebat Apostolus, quorum Christianæ fidei » Communio nostra contexitur, IGNOTAM ESSE PARTEM DONATI: » NEC EOS OMNINO SCIRE VEL QVANDO, VEL QVIBVS CAVSIS, » EXORTA SIT ISTA DISSENSIO. Quos vtique omnes Christianos ab » eis criminibus quæ Afris obiicitis, nisi innocentes esse fatearis, » cogeris dicere, omnium malefactis obnoxios, cùm apud vos perditi,

vt mitiùs

vt mitiùs dixerim, latent, vos omnes esse pollutos. Non enim neminem de vestra communione pellitis: aut tunc primùm pellitis, cùm primum illud, vnde pellendus est, fecerit. An non aliquanto tempore latentem, & postea proditum, conuictumque damnatis? Quæro igitur, Vtrùm vos contaminauerit eo tempore quo latebat? Respondebis, nullo modo. Nullo ergo tempore contaminaret, etiamsi semper id lateret: nam & mortuorum nonnulla sæpe commissa produntur; nec fraudi est Christianis, qui eis communicauere viuentibus. Cur ergo vos TAM TEMERARIA ATQVE SACRILEGA DIREMPTIONE præscidistis à communione innumerabilium Ecclesiarum Orientalium, quas semper latuit, & adhuc latet, quod in Africa gestum esse aut docetis, aut fingitis? Alia enim quæstio est, Vtrùm illa vera dicatis, quæ quidem nos multò probabilioribus documentis falsa esse conuincimus, & in vestris magis ea ipsa quæ obijcitis, tunc probata declaramus. Sed hæc, vt dixi, alia quæstio est, tunc aggredienda & discutienda cùm opus fuerit. Illud nunc attendat vigilantia mentis tuæ, NEMINEM CONTAMINARI POSSE IGNOTORVM IGNOTISQVE CRIMINIBVS. Vnde manifestum est, A COMMVNIONE ORBIS, cui seu falsa, seu vera crimina quæ Afris intendistis, prorsus ignota sunt, & ignota semper fuerunt; SACRILEGO SCHISMATE VOS ESSE SEPARATOS. Quanquam & illud non est tacendum, etiam cognitos malos bonis non obesse in Ecclesia, SI EOS A COMMVNIONE PROHIBENDI, AVT POTESTAS DESIT, AVT ALIQVA RATIO CONSERVANDÆ PACIS IMPEDIAT. Qui sunt enim qui apud Prophetam Ezechielem, & ante vastationem perditorum signari meruerunt, & cùm illi vastarentur, euadere illæsi; nisi, vt ibi manifestissimè ostenditur, qui mœrent & gemunt peccata, & iniquitates populi Dei, quæ fiunt in medio eorum? Quis autem quod ignorat gemit & mœret? Ex eadem ratione etiam PAVLVS APOSTOLVS Falsos Fratres tolerat. Non enim de incognitis ait; Omnes sua quærunt, non quæ Iesu Christi: quos tamen secum fuisse manifestat. Ex quo autem genere sunt qui vel thurificare idolis, vel CODICES DIVINOS tradere, quàm mori maluerunt, nisi ex eorum qui sua quærunt, non quæ Iesu Christi? Addit autem, eo loci valde notandas Considerationes septem Augustinus. quarum Prima est: NEQVE ENIM VOBIS OBIICIMVS NISI SCHISMATIS CRIMEN, QVAM ETIAM HÆRESIM MALE PERSEVERANDO FECISTIS. Quanti autem diuino iudici pendatur hoc facinus, lege quod te legisse non ambigo. Inuenies Dathan & Abiron hiatu terræ deuoratos; cæterosque omnes qui eis consenserant, igne de medio eorum existente, consumptos. Illud ergo scelus ad exemplum deuitandi Dominus Deus præsenti supplicio denotauit, vt, cùm talibus patientissimè parcit, quali vltimo iudicio reseruet, ostenderet. Secunda: Sed hoc ipsum est quod vos arguit in iudicio Dei, Frater Emerite, quòd, cùm videretis tam magnum malum esse diuidi Partem Donati, vt Optatus potiùs in Communione tolerandus existimaretur, quàm

Ezech. 9. v. 4.

Phil. 2. v. 21.

Num. 16. v. 32.

» illud admitteretur; PERMANETIS IN EO MALO QVOD IN DI-
» VIDENDA ECCLESIA CHRISTI, A VESTRIS MAIORIBVS PER-
» PETRATVM EST. Tertia: Non enim Optatum, etiamsi fortè fal-
» sâ periclitatur inuidiâ, sed te defendis, cùm dicis; Ignoro qualis
» iste fuerit. Quantò magis ergo quales fuerint Afri, (quos igno-
» tiores arguis) Orientalis Orbis ignorat? à quibus tamen Ecclesijs,
» quarum nomina habes IN LIBRIS, & recitas, NEFARIA DISSEN-
» SIONE disiungeris. Si Thamugadensem Episcopum vestrum, fa-
» mosissimum & pessimè diffamatum, non dico Cæsariensis, sed Si-
» rifensis collega eius, eiusdemque temporis, ignorabat; quomodo
» Traditores Afros, quicunque illi fuerint, Ecclesia Corinthiorum,
» Ephesiorum, Colossensium, Philippensium, Thessalonicensium,
» Antiochenorum, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, CÆTERARVM-
» QVE ORBIS PARTIVM, AB APOSTOLIS IN CHRISTO ÆDIFICA-
» TARVM, aut nosse potuit, aut damnari à vobis meruit, quia non
» potuit? ET TAMEN EIS NON COMMVNICATIS, & dicitis non es-
» se Christianos, & eos rebaptizare conamini. Quid dicam? Quid
» querar? aut quid exclamem? Si cum homine cordato loquor, in-
» dignationis huius aculeos tecum participo. Nam vides profectò
» quæ dicerem, si vellem dicere. An fortè fecerunt inter se maio-
» res vestri Concilium, & DAMNAVERVNT, PRÆTER SE, TOTVM
» ORBEM CHRISTIANVM? Itane ad hoc perducta est rerum existi-
» matio, vt Concilium Maximianensium, qui DE VESTRA PRÆCI-
» SIONE PRÆCISI SVNT, quia vobis comparati paucissimi sunt, non
» valeat aduersùs vos; & VESTRVM CONCILIVM VALEAT AD-
» VERSVS GENTES, HEREDITATEM CHRISTI, ET POSSESSIONEM
» EIVS TERMINOS TERRÆ? MIROR SI HABET IN CORPORE
» SANGVINEM, QVI DE HAC RE NON ERVBESCIT. Quarta: To-
» ta igitur quæstio est, VTRVM NIHIL MALI SIT SCHISMA, AVT
» VTRVM SCHISMA NON FECERITIS? vt pro bono opere potestati-
» bus resistatis, non pro malo, vnde vobis acquiratis iudicium. Pro-
Matt. 5. v. 15. » pterea prouidentissimè Dominus non ait; Beati qui persecutionem
» patiuntur, tantùm: sed addidit, propter iustitiam. Si ergo iustitia
» est quam operati estis in illa DISSENSIONE, in qua etiam perma-
» netis; secundùm ea quæ suprà dixi, nosse abs te cupio: SI AV-
» TEM INIQVITAS EST, ORBEM CHRISTIANVM DAMNARE
» INAVDITVM, VEL QVIA NON AVDIVNT QVÆ VOS AVDI-
» STIS, VEL QVIA NON EIS PROBATVM EST QVOD TEMERE
» CREDIDISTIS, AVT SINE CERTO DOCVMENTO ACCVSASTIS;
» & ideo rebaptizare velle tot Ecclesias, ipsius Domini, cùm
» hîc adhuc esset in carne, & Apostolorum eius prædicatione
» ac labore fundatas: quia vobis licet, aut nescire Afros col-
» legas vestros malos, simul viuentes, simul Sacramenta tractan-
» tes; aut etiam scire, sed tolerare, ne Pars Donati diuidatur;
» illis autem, in Orbe remotissimo constitutis, non licet nescire,
» quod vos de Afris, aut nostis, aut creditis, aut audistis, aut fingitis:

Quæ tanta est peruersitas amplecti suam iniquitatem, & potestatum accusare seueritatem? Quinta: Quid ergo? Vos Flauiano quondam VICARIO, PARTIS VESTRÆ homini, quia, legibus seruiens, nocentes quos inuenerat, occidebat, non communicastis? Sed à vobis, inquies, Romani Principes aduersùm nos prouocantur. Immo à vobis aduersùm vos ipsos, qui ECCLESIAM, cuius illi, SICVT TANTO ANTE PRÆDICTVM EST, iam membra sunt, (De Christo enim dictum est: Et adorabunt eum OMNES REGES terræ) & PRÆCISIONE LANIARE ausi estis, & rebaptizare pertinaciter audetis. Nostri autem aduersùs illicitas & priuatas vestrorum violentias, quas & vos ipsi, qui talia non facitis, doletis & gemitis; A POTESTATIBVS ORDINATIS TVITIONEM PETVNT; non qua vos persequantur, sed qua se defendant. SICVT APOSTOLVS PAVLVS ADVERSVS IVDÆOS CONIVRANTES VT EVM NECARENT, ANTEQVAM ESSET ROMANVM IMPERIVM CHRISTIANVM, EGIT VT SIBI TVITIO ETIAM ARMATORVM DARETVR. Sed illi Principes qualibet occasione cognoscentes, VESTRI SCHISMATIS NEFAS, constituunt aduersùs vos pro sua sollicitudine ac potestate, quod volunt. Non enim frustra gladium portant: Dei enim ministri sunt, vindices in iram, in eos qui malè agunt. Postremò etiamsi aliqui nostrorum non CHRISTIANA MODERATIONE ista faciunt, displicet nobis: SED TAMEN NON PROPTER EOS RELINQVIMVS CATHOLICAM ECCLESIAM, SI EAM ANTE VLTIMVM TEMPVS VENTILATIONIS A PALEA PVRGARE NON POSSVMVS, quando & vos propter Optatum, cùm eum pellere non audebatis, Partem Donati non reliquistis. Atenim dicitis, quare nos adiungi vobis vultis, si scelerati sumus? Quia viuitis adhuc, & corrigi potestis, si velitis. CVM ENIM NOBIS CONIVNGIMINI, HOC EST, ECCLESIÆ DEI, HEREDITATI CHRISTI, CVIVS POSSESSIO SVNT TERMINI TERRÆ, VOS CORRIGIMINI VT IN RADICE VIVATIS. De ramis enim fractis sic ait Apostolus: Potens est enim Deus iterum inserere illos. Sexta quæ est De Christi Baptismate & de Schismatico qui in Parte Schismatis baptizatur: NAM VBICVMQVE EST, IPSVM EST; SED NON ETIAM ILLE QVI HOC ACCIPIT, VBICVMQVE EST, IPSE EST. ITAQVE PRIVATAM HOMINVM IMPIETATEM DETESTAMVR IN SCHISMATE; BAPTISMVM VERO CHRISTI VBIQVE VENERAMVR: quia si desertores secum IMPERATORIS SIGNA traducant, illis vel damnatione punitis, vel indulgentia correctis, salua signa recipiuntur, si salua manserunt. Septima: QVÆRITVR AVTEM, VTRVM VESTRA, AN NOSTRA, SIT ECCLESIA DEI? QVAPROPTER ILLVD QVÆRENDVM EST A CAPITE, CVR SCHISMA FECERITIS? Si non RESCRIPSERIS, ego apud Deum, quantum credo, facilem causam habeo, qui viro, quem audiui, EXCEPTO SCHISMATE, BONVM ET LIBERALITER INSTRVCTVM, PACIFICANTES LITTERAS MISI: TV VIDERIS QVID ILLI RESPONDEAS, CVIVS NVNC LAVDANDA PATIENTIA, IN FINE VERO TIMENDA SENTENTIA EST. Si autem rescripseris, EA CVRA QVA

Marginalia: Psal. 71. v. 11. — Act. 23. — Rom. 13. v. 4. — Rom. 11. v. 23.

» TIBI SCRIPTVM VIDES, aderit misericordia Dei, vt aliquando error » qui nos dirimit, ET AMORE PACIS, ET RATIONE VERITATIS, in- » tereat. SEXTVM Augustinianum Oraculum, è proxima huic Epistola sonat, nempe centesima sexagesima quinta, De Donatistarum Dissidio, ad Generosum: vbi & Summorum Pontificum, vsque ad Augustini tempora, auditur successio, & aperitur vetus ille Ecclesiæ Catholicæ mos, respondentis Lectori Epistolarum Pauli, PAX TECVM: qui superiùs ex centesima sexagesima secunda signatus est. Itaque cùm singulari quodammodo iure, plus cæte- » ris nostra sit, diligenter notemus ac recenseamus. Quoniam (in- » quit Augustinus) nobis notam esse voluisti Epistolam quam ad » te Donatistarum PRESBYTER dedit, quamquam eam tu quoque » CATHOLICO ANIMO deriseris; tamen vt ei potiùs, si non desperatè » desipit, consulas, hæc ad eum rescripta petimus perferas. Ille enim » ORDINEM CHRISTIANITATIS ciuitatis vestræ tibi vt insinuaret, » iussisse sibi Angelum scribit, CVM TV TENEAS CHRISTIANITA- » TEM, NON CIVITATIS TVÆ TANTVM, NEC TANTVM AFRICÆ, » VEL AFRORVM, SED TOTIVS ORBIS TERRÆ, QVÆ ANNVNCIA- » TA EST ET ANNVNCIATVR OMNIBVS GENTIBVS. Vnde illis parum » est, quòd PRÆCISOS ESSE non pudet: nec sibi subueniunt, vt, » cùm possunt, REDEANT AD RADICEM; nisi etiam secum alios » præcidere, &, sicut LIGNA ARIDA, in ignem destinare conentur. » Quapropter si tibi ipsi Angelus astitisset, quem sibi ille propter te » astitisse, quantum arbitramur, astuta vanitate confingit, & hæc ipsa » tibi dixisset, quæ iste mandato illius tibi se insinuare dicit; oportet

Gal. 1. v. 8. » te APOSTOLICÆ SENTENTIÆ memorem fieri: qui ait: Licet si » nos aut Angelus de cælo vobis euangelizauerit, præter id quod » euangelizamus vobis, anathema sit. Euangelizatum est enim tibi

Matt. 24. v. 14. » per vocem ipsius Domini Iesu Christi, Quod OMNIBVS GENTI- » BVS annunciabitur Euangelium eius, & tum finis erit. EVANGE- » LIZATVM tibi est PER PROPHETICAS ET APOSTOLICAS LIT-

Gal. 3. v. 16. Gen. 22. v. 4. » TERAS, quòd Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius, » quod est Christus, cùm ei diceret Deus; In semine tuo benedi- » centur OMNES GENTES. Has ergo PROMISSIONES tenen- » ti, si tibi Angelus de cœlo diceret; DIMITTE CHRISTIANITA- » TEM ORBIS TERRÆ, ET TENE PARTES DONATI, cuius ordo ti- » bi exponitur in Epistola Episcopi tuæ ciuitatis, anathema esse de- » beret: QVIA TE A TOTO PRÆCIDERE, ET IN PARTEM CON- » TRVDERE CONARETVR, ET ALIENARE A PROMISSIS DEI. » Si enim ORDO EPISCOPORVM SIBI SVCCEDENTIVM con- » siderandus est, quantò CERTIVS, ET VERE SALVBRITER, ab ipso » PETRO numeramus, cui TOTIVS ECCLESIÆ FIGVRAM GEREN-

Matt. 16. v. 18. » TI Dominus ait; Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, » & portæ inferorum non vincent eam? PETRO ENIM SVC- » CESSIT LINVS, LINO CLEMENS, CLEMENTI ANA- » CLETVS, ANACLETO EVARISTVS, EVARISTO ALEXANDER,

ALEXANDRO XYSTVS, XYSTO TELESPHORVS, TELESPHORO IGINVS, IGINO ANICETVS, ANICETO PIVS, PIO SOTER, SOTERI ELEVTHERIVS, ELEVTHERIO VICTOR, VICTORI ZEPHERINVS, ZEPHERINO CALIXTVS, CALIXTO VRBANVS, VRBANO PONTIANVS, PONTIANO ANTHERVS, ANTHERO FABIANVS, FABIANO CORNELIVS, CORNELIO LVCIVS, LVCIO STEPHANVS, STEPHANO XYSTVS, XYSTO DIONYSIVS, DIONYSIO FELIX, FELICI EVTYCHIANVS, EVTYCHIANO GAIVS, GAIO MARCELLINVS, MARCELLINO MARCELLVS, MARCELLO EVSEBIVS, EVSEBIO MILTIADES, MILTIADI SYLVESTER, SYLVESTRO MARCVS, MARCO IVLIVS, IVLIO LIBERIVS, LIBERIO DAMASVS, DAMASO SIRICIVS, SIRICIO ANASTASIVS. In hoc ORDINE SVCCESSIONIS nullus DONATISTA Epiſcopus inuenitur. Sed ex tranſuerſo ex Africa ordinatum miſerunt, qui paucis præſidens Afris in vrbe Roma Montenſium vel Cuzupitarum vocabulum propagauit. IN ILLVM AVTEM ORDINEM EPISCOPORVM QVI DVCITVR AB IPSO PETRO VSQVE AD ANASTASIVM, QVI NVNC EANDEM CATHEDRAM SEDET, ETIAMSI QVISQVAM TRADITOR PER ILLA TEMPORA SVBREPSISSET, NIHIL PRÆIVDICARET ECCLESIÆ, ET INNOCENTIBVS CHRISTIANIS: QVIBVS DOMINVS PROVIDENS, AIT DE PRÆPOSITIS MALIS; QVÆ DICVNT FACITE; QVÆ AVTEM FACIVNT, FACERE NOLITE: DICVNT ENIM, ET NON FACIVNT. Matt. 23. v. 3. Vt certa ſit ſpes fidelibus, quæ NON IN HOMINE, SED IN DOMINO collocata, nunquam TEMPESTATE SACRILEGI SCHISMATIS diſſipetur: ſicut iſti diſſipati ſunt qui legunt in CODICIBVS SANCTIS Eccleſias, quibus Apoſtoli ſcripſerunt, ET NVLLVM IN EIS HABENT EPISCOPVM. QVID AVTEM PERVERSIVS ET INSANIVS, QVAM LECTORIBVS EASDEM EPISTOLAS LEGENTIBVS DICERE; PAX TECVM: ET AB EARVM ECCLESIARVM PACE SEPARARE, QVIBVS IPSÆ EPISTOLÆ SCRIPTÆ SVNT? Deinde Auguſtinus paulo poſt: QVANQVAM, inquit, NOS NON TAM DE ISTIS DOCVMENTIS PRÆSVMAMVS, QVAM DE SCRIPTVRIS SANCTIS, VBI HEREDITAS CHRISTI VSQVE AD TERMINOS TERRÆ PROMISSA EST IN OMNIBVS GENTIBVS: VNDE ISTI, NEFARIO SCHISMATE SEPARATI, IACTANT CRIMINA IN PALEAM MESSIS DOMINICÆ, QVÆ NECESSE EST VSQVE AD FINEM PERMIXTA TOLERETVR, DONEC VLTIMO IVDICIO TOTA AREA VENTILETVR. Vnde manifeſtum eſt iſta crimina ſeu vera, ſeu falſa, non pertinere AD FRVMENTA DOMINICA quæ per totum agrum, id eſt, ISTVM MVNDVM, vſque in finem ſæculi oportet creſcere, ſicut non falſus Angelus in huius errore, ſed Dominus in Euangelio loquitur. Denique antequam Epiſtolam concludat Auguſtinus, ſic loquitur: Quòd ſi ab eis quos ore proprio, tanquam ſceleratos & ſacrilegos, damnauerunt, & quos ILLIS PRIMIS SCHISMATICIS, QVOS VIVOS TERRA OBRVIT,

» compararunt, non maculantur, cum eis rursus in honore suo re-
» ceptis communicant: euigilent aliquando, cogitent quanta cæci-
» tate, & quantâ insaniâ dicant, ORBEM TERRARVM ignotis Afro-
» rum criminibus esse maculatum, ET HEREDITATEM CHRISTI,
» QVÆ PROMISSA EXHIBITA EST IN OMNIBVS GENTIBVS, PEC-
» CATIS AFRORVM, PER CONTAGIONEM COMMVNICATIONIS,
» FVISSE DELETAM: quando se nolunt deletos & maculatos videri,
» dum eis communicant, quorum crimina cognita iudicarunt. SE-
PTIMVM Augustini nostri monitum sequens DE VNITATE EC-
CLESIÆ Epistola, centesima videlicet sexagesima sexta, exhibet; cu-
» ius hæc singularis notandaque inscriptio est: AVGVSTINVS, EPI-
» SCOPVS CATHOLICVS, DONATISTIS. Quid vobis vultis faciamus,
» qui quando vobis dicimus vt causam nostram & vestram patienter
» audiatis, NON NOSTIS NISI SVPERBIRE ET INSANIRE? Nam vtique
» ostenderemus vobis, quia potius illi Traditores fuerunt, qui Cæci-
» lianum & socios eius, quasi Traditionis crimine, damnauerunt; &
» dicitis: Recedite à plebibus nostris, quas docetis vt vobis credant,
» & Christo non credant. VOS ENIM EIS DICITIS, PROPTER TRA-
» DITORES, QVOS NON OSTENDITIS, REMANSISSE ECCLESIAM
» CHRISTI IN SOLA AFRICA PARTIS DONATI: quod non de Le-
» ge, non de Propheta, non de Psalmo, non de APOSTOLO, non de
» Euangelio; sed de corde vestro, & de parentum vestrorum calu-
Luc. 24. v. 26. » mnijs recitatis. CHRISTVS AVTEM DICIT; PRÆDICARI IN NOMI-
» NE SVO POENITENTIAM ET REMISSIONEM PECCATORVM, PER
» OMNES GENTES, INCIPIENTIBVS AB IERVSALEM: CVI ECCLE-
» SIÆ, EX ORE CHRISTI MANIFESTÆ, VOS NON COMMVNICA-
» TIS, ET ALIOS IN VESTRAM PERDITIONEM TRAHENTES, LIBE-
» RARI NON VVLTIS. Deinde: Et QVIDQVID ALIVD CONTRA
» CATHOLICOS DICERE CONSVEVISTIS, VT A PACE ECCLESIÆ
» CHRISTI INFELICES SEPARETIS, ET INFELICITER SEPAREMINI.
» De nulla quidem nos hominis potestate præsumimus; quamuis
» vtique multo sit honestius præsumere DE IMPERATORIBVS, quam
» præsumere de Circumcellionibus; præsumere DE LEGIBVS, quàm
» præsumere de Seditionibus. Sed MEMINIMVS SCRIPTVM ESSE:
Ier. 17. v. 5. » Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Vnde ergo
» præsumimus, si vultis nosse; ILLVM COGITATE, DE QVO PRO-
Psal. 71. v. 11. » PHETA PRÆNVNCIAVIT, DICENS; ADORABVNT EVM OMNES
» REGES TERRÆ, ET OMNES GENTES SERVIENT ILLI. ET IDEO
» HAC ECCLESIÆ POTESTATE VTIMVR QVAM EI DOMINVS ET
» PROMISIT, ET DEDIT. Imperatores enim si in errore essent,
» quod absit, pro errore suo contra veritatem leges darent, per
» quas iusti & probarentur & CORONARENTVR, non faciendo
» quod illi iuberent, quia Deus prohiberet. Sicut iusserat Na-
» buchodonosor, vt aurea statua adoraretur: quod qui facere no-
» luerunt, Deo, talia prohibenti, placuerunr. QVANDO AVTEM
» IMPERATORES VERITATEM TENENT, PRO IPSA VERITATE

CONTRA ERROREM IVBENT, QVOD QVISQVIS CONTEM- «
PSERIT, IPSE SIBI IVDICIVM ACQVIRIT. Nam & inter homines «
pœnas luit, & apud Deum sortem non habebit, qui hoc facere no- «
luit quod ei PER COR REGIS ipsa Veritas iussit. Item: SI IVS- «
SIONES REGVM non pertinent AD PRÆDICANDAM RELIGIO- «
NEM, ET SACRILEGIA PROHIBENDA, Quare AD EDICTVM RE- «
GIS talia iubentis, etiam IPSI VOS SIGNATIS? An ignoratis verba «
Regis esse Nabuchodonosor; Signa & ostenta quæ fecit mihi Do- « Dan. 3.
minus Deus excelsus, placuit mihi in conspectu meo annunciare, « v. 99.
quàm magnum & potens sit regnum eius, regnum sempiternum, «
& potestas eius in sæcula sæculorum? An cùm hoc audieritis, «
non respondetis, AMEN; & hoc dicto clara voce AD EDICTVM «
REGIS, VOS IN SANCTA SOLEMNITATE SIGNATIS? Sed modo «
QVIA nihil apud Imperatores potestis, nobis inde vultis facere in- «
uidiam. Si autem aliquid possetis, quanta faceretis, quando nihil «
potestis, & non cessatis? Et: Tunc Constantinus, prior contra «
Partem Donati, SEVERISSIMAM LEGEM dedit. Hunc imitati filij «
eius, talia præceperunt. Quibus succedens Iulianus DESERTOR «
CHRISTI ET INIMICVS, supplicantibus vestris Rogatiano & Pon- «
tio, libertatem PERDITIONI PARTIS DONATI permisit. Denique «
TVNC REDDIDIT BASILICAS HÆRETICIS, QVANDO TEMPLA «
DÆMONIIS, eo modo putans Christianum nomen posse perire de «
terris, SI VNITATI ECCLESIÆ DE QVA LAPSVS FVERAT, INVI- «
DERET, ET SACRILEGAS DISSENSIONES LIBERAS ESSE PER- «
MITTERET. Hæc erat eius prædicanda IVSTITIA, quam suppli- «
cantes Rogatianus & Pontius laudauerunt, DICENTES HOMINI «
APOSTATÆ, QVOD APVD EVM SOLA IVSTITIA HABERET LO- «
CVM. Denique: QVÆ EST ENIM PEIOR MORS ANIMÆ, QVAM «
LIBERTAS ERRORIS? Sed iam tollamus ista omnia de medio, a- «
memus PACEM, QVAM OMNIS DOCTVS ET INDOCTVS INTEL- «
LIGIT PRÆPONENDAM ESSE DISCORDIÆ; diligamus & tenea- «
mus Vnitatem. HOC IVBENT IMPERATORES, QVOD IVBET ET «
CHRISTVS; QVIA CVM BONVM IVBENT, PER ILLOS NON IV- «
BET NISI CHRISTVS. Et nos etiam PER APOSTOLVM obsecrat, «
vt idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis SCHISMATA, ne- «
que dicamus: Ego quidem sum PAVLI, ego autem Apollo, ego « 1. Cor. 1.
verò Cephæ, ego autem Christi, sed simul omnes non simus nisi « v. 10.
Christi: quia nec diuisus est Christus, nec Paulus crucifixus est pro «
nobis, quantò minùs Donatus? nec in nomine Pauli baptizati su- «
mus, quantò minùs in Donati? Postremò: Attendite quàm mani- «
festissima veritate PER COR REGIS, quod in manu Dei est, ipse «
Deus dixerit in ista ipsa lege, quam contra vos prolatam dicitis; «
est autem, si intelligatis, prolata pro vobis. Attendite quid habeant «
VERBA PRINCIPIS: Nam, si in eis, qui primò initiati sunt, idcir- «
co religio baptismatis iudicatur infirma, quòd ij, à quibus accipi- «
tur, peccatores putentur, toties renouari necesse erit traditum Sa- «

» cramentum, quoties indignus inuentus fuerit collati Baptiſmatis
» adminiſtrator, & fides noſtra, non ex noſtræ voluntatis arbitrio,
» neque ex diuini muneris gratia, SED EX MERITIS SACERDOTVM,
» ET CLERICORVM QVALITATE PENDEBIT. Faciant mille Con-
» cilia Epiſcopi veſtri, HVIC VNI ſententiæ reſpondeant, & ad
» quod volueritis, conſentimus vobis. Hinc obiter: Intelligite
» quid vobiſcum agatur, perire vos non vult Deus in SACRILEGA
» DISCORDIA, alienatos à MATRE veſtra Catholica. Et quod ma-
» gnificum atque illuſtre Auguſtini corollarium eſt: In Scripturis
» didicimus CHRISTVM, in Scripturis didicimus ECCLESIAM: *Has*
» Scripturas communiter habemus; quare non in eis & CHRISTVM,
» ET ECCLESIAM communiter retinemus? Nos, vbi agnouimus eum
Galat. 3. » de quo dicit Apoſtolus; Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemi-
v. 16. » ni eius: (non dicit; Et Seminibus, tanquam in multis, ſed tanquam
» in vno, & Semini tuo, quod eſt Chriſtus) ibi agnouimus ECCLE-
Gen. 12. » SIAM, de qua dicit Deus ad Abraham: In ſemine tuo benedicen-
v. 3. » tur OMNES GENTES. Vbi agnouimus Chriſtum in Pſalmo de ſe
Pſal. 2. » prophetantem; Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego ho-
v. 7. » die genui te; ibi agnouimus ECCLESIAM, in eo quod ſequitur: Po-
» ſtula à me, & dabo tibi GENTES hereditatem tuam, & poſſeſſio-
» nem tuam terminos terræ. Vbi agnouimus CHRISTVM, in eo quod
Pſal. 49. » ſcriptum eſt; Deus Deorum Dominus locutus eſt: ibi agnouimus
v. 2. » & ECCLESIAM, in eo quod ſequitur; Et vocauit terram A SOLIS
» ORTV VSQVE AD OCCASVM. Vbi agnouimus CHRISTVM, in eo
Pſal. 18. » quod ſcriptum eſt; Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thala-
v. 6. » mo ſuo, exſultauit vt Gigas ad currendam viam; ibi agnouimus &
» ECCLESIAM, in eo quod paulo ſuperiùs dicitur; IN OMNEM TER-
v. 5. » RAM exiuit ſonus eorum, ET IN FINES ORBIS TERRÆ verba eo-
» rum: IN SOLE poſuit tabernaculum ſuum. Ipſa eſt Eccleſia in
» Sole poſita, HOC EST, IN MANIFESTATIONE OMNIBVS NOTA,
» VSQVE AD TERMINOS TERRÆ. Vbi agnouimus CHRISTVM, in
Pſal. 21. » eo quod ſcriptum eſt; Foderunt manus meas & pedes meos: dinu-
v. 17. » merauerunt omnia oſſa mea, ipſi verò conſiderauerunt & aſpexe-
» runt me, & diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtimentum
» meum miſerunt ſortem: ibi agnouimus & ECCLESIAM, in eo quod
v. 28. » paulo pòſt in Pſalmo ipſo dicitur; Commemorabuntur & conuer-
» tentur ad Dominum VNIVERSI FINES TERRÆ, & adorabunt in
» conſpectu eius VNIVERSÆ PATRIÆ GENTIVM, quoniam Domi-
» ni eſt regnum, ET IPSE DOMINABITVR GENTIVM. Vbi agnoui-
Pſal. 56. » mus CHRISTVM, in eo quod ſcriptum eſt; Exaltare ſuper cœlos,
v. 6 & 12. » Deus, ibi agnouimus & ECCLESIAM in eo quod ſequitur; Et SV-
» PER OMNEM TERRAM Gloria tua. Vbi agnouimus CHRISTVM,
Pſal. 71. » in eo quod ſcriptum eſt; Deus iudicium tuum Regi da, & iuſti-
v. 2. » tiam tuam filio Regis; ibi agnouimus & ECCLESIAM, in eo quod
v. 8. » de ipſa in Pſalmo ipſo dicitur; Et dominabitur A MARI VSQVE
» AD MARE, ET A FLVMINE VSQVE AD TERMINOS ORBIS TER-

RARVM ; Coram illo procident Æthiopes , & inimici eius terram
lingent ; REGES THARSIS, & INSVLÆ, munera offerent ; Reges
Arabum & Saba dona adducent , & adorabunt eum OMNES RE-
GES TERRÆ , OMNES GENTES SERVIENT ILLI. Vbi agnouimus
CHRISTVM, in eo quod ſcriptum eſt; Lapidem de monte ſine ma- Dan. 2.
nibus præciſum, fregiſſe omnia Regna terrarum ; vtique illa quæ v. 34.
de culturis Dominum præſumebant : ibi agnouimus & ECCLE-
SIAM, in eo quod dictum eſt ; Lapidem iſtum creuiſſe , & factum
montem magnum, ET REPLEVISSE OMNEM TERRAM. Vbi agno-
uimus CHRISTVM , in eo quod ſcriptum eſt ; Præualebit Dominus Soph. 2.
aduerſus eos, & exterminabit omnes Deos Gentium terræ : ibi agno- v. 11.
uimus & ECCLESIAM, in eo quod illic ſequitur ; Et adorabunt in
conſpectu eius, vnuſquiſque de loco ſuo, OMNES INSVLÆ GEN-
TIVM. Vbi agnouimus CHRISTVM, in eo quod ſcriptum eſt;
Deus AB AFRICO veniet, & ſanctus DE MONTE VMBROSO, ope- Habac. 3.
riet cælos virtus eius : ibi agnouimus ECCLESIAM, in eo quod ſe- v. 3.
quitur ; Et laudis eius PLENA EST TERRA. AB AFRICO ENIM Ioſue 15.
POSITA EST IERVSALEM : SICVT LEGITVR IN LIBRO IESV NA- v. 8.
VE, VNDE NOMEN CHRISTI DIFFVSVM EST ; ET IBI EST MONS
VMBROSVS , MONS OLIVETI , VNDE ASCENDIT IN CÆLVM , VT
COOPERIRET CÆLOS VIRTVS EIVS, ET IMPLERETVR ECCLE-
SIA PER OMNEM TERRAM LAVDIS EIVS. Vbi agnouimus CHRI-
STVM, in eo quod ſcriptum eſt ; Sicut ouis ad immolandum du- Iſ. 53.
ctus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, fuit ſine voce , ſic non v. 7.
aperuit os ſuum, (& cætera, quæ illic de eius paſſione dicuntur :) ibi
agnouimus & ECCLESIAM, in eo quod illic dicitur ; Lætare ſteri- Iſ. 54. v. 1.
lis, quæ non paris : erumpe & exclama , quæ non parturis ; quo-
niam multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Dixit
enim Dominus ; Dilata LOCVM TABERNACVLI tui , & aulæas tuas
confige, non eſt quòd parcas : porrige longiùs funiculos , & palos
validos confirma , etiam atque etiam in dexteram atque ſiniſtram
extende. Semen enim tuum hereditabit gentes ; & ciuitates , quæ
deſertæ erant, inhabitabis : non eſt quòd metuas, præualebis enim :
nec erubeſcas, quòd deteſtabilis fueris. Confuſionem enim in per-
petuum obliuiſceris , ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor,
quoniam ego ſum Dominus , qui feci te ; Dominus nomen eius.
Et qui eruit te , ipſe Deus Iſraël VNIVERSÆ TERRÆ vocabitur.
Conſectaria verò duo Auguſtinus apponit, quorum Alterum eſt:
Quos autem corrigere non valemus , etiamſi neceſſitas cogit , pro
ſalute cæterorum , vt Dei Sacramenta nobiſcum communicent ;
peccatis tamen eorum non communicemus : quod non fit niſi con-
ſentiendo & fauendo. Sic enim eos in iſto mundo , IN QVO EC-
CLESIA Catholica PER OMNES GENTES DIFFVNDITVR , quem
agrum ſuum Dominus dicit , tanquam zizania inter triticum , vel
in hac VNITATIS AREA tanquam paleam permixtam frumento, vel
intra RETIA VERBI ET SACRAMENTI tanquam malos piſces cum

» bonis inclusos, vsque ad TEMPVS MESSIS, aut VENTILATIONIS, » aut LITORIS toleramus, ne propter illos eradicemus & triticum, » aut grana nuda ante tempus de area separata, non in horreum mittenda purgemus, sed volatilibus colligenda proijciamus; AVT DIRVPTIS PER SCHISMATA RETIBVS, DVM QVASI MALOS PISCES » CAVEMVS, IN MARE PERNICIOSÆ LIBERTATIS EXEAMVS. Propter hoc enim his atque alijs similitudinibus Dominus seruorum » suorum tolerantiam confirmauit, ne, dum se boni putant permixtione culpari, PER HVMANAS ET TEMERARIAS DISSENSIONES, » aut paruulos perdant, aut paruuli pereant. Quod vsque adeo Cælestis Magister cauendum præmonuit, vt etiam de Præpositis malis » plebem securam faceret, ne propter illos doctrinæ salutaris CATHEDRA desereretur, IN QVA COGVNTVR ETIAM MALI BONA DICERE: Neque enim sua sunt, quæ dicunt, sed Dei, QVI IN CATHEDRA VNITATIS DOCTRINAM POSVIT VERITATIS. Alterum: Ecce » Scripturæ communes, ecce vbi nouimus Christum, ecce vbi » nouimus Ecclesiam. Si Christum ipsum tenetis, ipsam Ecclesiam » quare non tenetis? SI IN IPSVM CHRISTVM QVEM LEGITIS, ET » NON VIDETIS, TAMEN PROPTER VERITATEM SCRIPTVRARVM » CREDITIS, QVARE ECCLESIAM NEGATIS, QVAM ET LEGITIS » ET VIDETIS? Hæc vobis dicendo, & ad hoc BONVM PACIS ET » VNITATIS ET CHARITATIS vos compellendo, inimici vobis facti » sumus, & mandatis quia occidetis nos, qui veritatem vobis dicimus, & in errore vos perire, quantum possumus, non permittimus. » Vindicet nos Deus de vobis, VT IPSVM ERROREM VESTRVM IN » VOBIS OCCIDAT, & nobiscum de veritate gaudeatis. Amen. OCTAVA Augustini veritas Epistola quoque sequenti, quæ numero centesima sexagesima septima est, declaratur: in qua quidem ad Festum scribens Augustinus, docet rectè Legibus sanari Donatistas.

» Aduersùs autem istos, inquit, quid dicam? quorum tam perniciosa » peruersitas, vel damnorum terrore coercetur, vel DOCETVR EXSILIO, quàm quòd vbique diffusa sit Ecclesia, sicut futura prædicta » est, QVAM MALVNT OPPVGNARE, QVAM AGNOSCERE? Quid » deinde Augustinus? Illud videlicet: Habent apud Deum illi iudices causam suam siue bonam, siue malam. Quid fecit ECCLESIA » TOTO ORBE DIFFVSA, quæ non ob aliud ab istis rebaptizanda » censetur, nisi quia in ea causa in qua quid veri esset, iudicare non » potuit, eis potiùs qui iudicare potuerunt, quàm eis qui nec superati cessarant, credendum putauit? O MAGNVM CRIMEN OMNIVM » GENTIVM, QVAS IN SEMINE ABRAHÆ BENEDICENDAS PROMISIT DEVS, SICVT PROMISIT, EXHIBVIT! At quàm præclarè & » illud: HÆC EST HÆRETICA IVSTITIA, vt quia ORBIS TERRARVM non damnat crimen incognitum, Pars Donati damnet ORBEM TERRARVM inauditum: sed sanè SVFFICIT ORBI TERRARVM TENERE PROMISSIONES DEI, ET IN SE VIDERE COMPLERI, QVOD PROPHETÆ TANTO ANTE PRÆCINVERVNT, IN

Gen 12. v. 3.

EISDEM SCRIPTVRIS agnoſcere Eccleſiam, vbi & REX eius CHRISTVS agnoſcitur. Vbi enim de Chriſto talia prædicta ſunt, qualia completa in Euangelio legimus; illic prædicta ſunt de Eccleſia, qualia COMPLERI TOTO ORBE IAM CERNIMVS. Hinc ibidem tertiò: Reſiſtunt autem duobus modis, aut ſæuiendo, aut pigreſcendo. Quid igitur hîc faciat ECCLESIÆ MEDICINA, ſalutem omnium MATERNA CHARITATE conquirens, TANQVAM INTER PHRENETICOS ET LETHARGICOS ÆSTVANS? Nunquid contemnere, nunquid deſiſtere, vel debet, vel poteſt? Vtriſque ſit neceſſe eſt moleſta, quia neutris eſt inimica. Nam & Phrenetici nolunt ligari, & Lethargici nolunt excitari; ſed perſeuerat DILIGENTIA CHARITATIS, Phreneticum caſtigare, Lethargicum ſtimulare, ambos amare. AMBO OFFENDVNTVR, SED AMBO DILIGVNTVR: ambo moleſtati, quandiu ægri ſunt, indignantur; ſed ambo ſanati gratulantur. Denique non ſicut putant, & ſicut iactant, tales eos ſuſcipimus, quales fuerunt, ſed omnino mutatos; quia ESSE CATHOLICI NON INCIPIVNT, NISI HÆRETICI ESSE DESTITERINT. Neque enim Sacramenta eorum nobis inimica ſunt, quæ cum illis nobis ſunt communia, quia non humana ſunt, ſed diuina. Proprius eorum error auferendus eſt, quem malè imbiberunt, non Sacramenta, quæ ſimiliter acceperunt, QVÆ AD POENAM SVAM PORTANT ET HABENT, QVANTO INDIGNIVS HABENT, ſed tamen habent. Errore itaque derelicto, SEPARATIONIS PRAVITATE CORRECTA, ab Hæreſi AD ECCLESIÆ PACEM tranſeunt, quam non habebant, ſine qua illis perinicioſum fuerat quod habebant. Sed ſi cùm tranſeunt, ficti ſunt, NON EST HOC IAM NOSTRVM, SED DEI IVDICIVM. Et tamen quidam cùm ficti putarentur, quoniam IVSSIONIS ad nos TERRORE tranſierunt, tales poſteriùs in nonnullis tentationibus inuenti ſunt, vt quibuſdam VETERIBVS CATHOLICIS præferrentur. Non ergo nihil agitur, cùm INSTANTER agitur. Neque enim ſolis humanis terroribus MVRVS DVRÆ CONSVETVDINIS expugnatur, ſed etiam diuinis auctoritatibus atque rationibus fides & intelligentia mentis inſtruitur. NONVM Auguſtini aureum dictum profert ſequens etiam Epiſtola, centeſiſexageſima octaua, ad Euſebium, De rebaptizato à Donatiſtis transfuga Matricida: Corripitur ab Epiſcopo ſuo iuuenis, crebris cædibus matris inſanus, & impias manus, nec illis diebus, cùm etiam ſeueritas legum ſceleratiſſimis parcit, à viſceribus, vnde natus eſt, reuocans: minatur eidem matri, ſe in Partem Donati tranſiturum, & eam, quam incredibili furore ſolet cædere, peremptuturum: minatur ei, tranſit ad Partem Donati, rebaptizatur furens, ET IN MATERNVM SANGVINEM FREMENS, ALBIS VESTIBVS CANDIDATVR. Conſtituitur INTRA CANCELLOS eminens atque conſpicuus, & omnium gementium oculis MATRICIDII MEDIATOR, TANQVAM RENOVATVS, opponitur. Hæccine tandem tibi placent, vir grauiſſime? Nequaquam hoc de te crediderim. Noui conſiderationem

» tuam. CÆDITVR MATER CARNALIS IN MEMBRIS, QVIBVS GE-
» NVIT, ET NVTRIVIT INGRATVM; PROHIBET HOC ECCLESIA
» MATER SPIRITALIS, CÆDITVR ET IPSA IN SACRAMENTIS,
» QVIBVS GENVIT, ET NVTRIVIT INGRATVM. NONNE TIBI VI-
» DETVR DIXISSE, PARRICIDIALITER FRENDENS; QVID FACIAM
» ECCLESIÆ, QVÆ ME PROHIBET CÆDERE MATREM MEAM? IN-
» VENI QVID FACIAM. INIVRIIS, QVIBVS POTEST, ETIAM IPSA
» FERIATVR, FIAT IN ME ALIQVID, VNDE MEMBRA EIVS DO-
» LEANT. VADAM MIHI AD EOS QVI NOVERVNT EXSVFFLARE
» GRATIAM. IN QVA IBI NATVS SVM, DESTRVERE FORMAM,
» QVAM IN VTERO EIVS ACCEPI. AMBAS MATRES MEAS SÆVIS
» CRVCIATIBVS TORQVEAM: QVÆ ME POSTERIOR PEPERIT, EF-
» FERAT PRIOR. AD EIVS DOLOREM SPIRITALITER MORIAR:
» AD ILLIVS CÆDEM CARNALITER VIVAM. Decima Augustini
contra Schismaticos vox, Epistola sequente, id est, centesima sexagesima nona, ad eundem Eusebium, DE CLERICORVM COERCEN-
» DA LICENTIA, auditur: Cùm Deus imperet, vt loquamur & præ-
» dicemus verbum, & docentes, quæ non oportet, refellamus, & in-
2.Tim. 4. v. 2. » stemus opportunè, atque importunè, sicut Dominicis & APOSTO-
» LICIS Litteris probo; NVLLVS HOMINVM MIHI SILENTIVM DE
» HIS REBVS PERSVADENDVM ARBITRETVR. Violenti autem vel
» latrocinantes, si quid audendum putauerint, non deerit Dominus
» ad tuendam ECCLESIAM suam, QVI IVGO SVO IN GREMIO EIVS
» TOTO ORBE DIFFVSO, OMNIA TERRENA REGNA SVBIECIT. Post
Episcopalem illam diuinamque, DE NON TIMIDE TACENDO IN
SCHISMATE, sententiam, Epistolâ proximâ, quæ centesima septuagesima est, exstat ad Seuerinum Consanguineum suum, Augusti-
» ni Vndecimum Documentum: Cogitaui enim non sine causa, hoc
» exortum esse in animo tuo, vt recoleres consanguinitatem nostram;
» nisi quia fortasse perspicis, sicut noui non leue pondus prudentiæ
» tuæ, QVAM SIT DOLENDVM, VT QVI SECVNDVM CARNEM
» FRATRES SVMVS, IN CHRISTI CORPORE NON VNA SOCIETATE
» VIVAMVS; PRÆSERTIM QVIA FACILE TIBI EST ATTENDERE ET
» VIDERE CIVITATEM SVPER MONTEM CONSTITVTAM, DE QVA
Matt. 5. v. 4. » DOMINVS AIT IN EVANGELIO, QVOD ABSCONDI NON POSSIT.
» IPSA EST ENIM ECCLESIA CATHOLICA; VNDE ΚΑΘΟΛΙΚΗ, GRÆCE
» APPELLATVR, QVOD PER TOTVM ORBEM TERRARVM DIFFVNDI-
» TVR. HANC IGNORARE NVLLI LICET, IDEO SECVNDVM VERBVM
» DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, ABSCONDI NON POTEST. Pars
» autem Donati in solis Afris calumniatur ORBI TERRARVM, & non
» considerat, ea sterilitate, qua fructus Pacis & Charitatis noluit affer-
» re, AB ILLA RADICE ORIENTALIVM ECCLESIARVM SE ESSE PRÆ-
» CISAM, VNDE EVANGELIVM IN AFRICAM VENIT; VNDE TERRA
» SI EIS ADFERATVR, ADORANT. Ac tandem addit: Sed nescio quæ
» CARNALIS CONSVETVDO, Frater Seuerine, ibi vos tenet; & olim
» doleo, olim gemo; maximè prudentiam tuam cogitans, & olim te
videre

videre desidero, vt de hac re tecum loquerer. QVID ENIM PRODEST VEL SALVS, VEL CONSANGVINITAS TEMPORALIS, SI ÆTERNAM CHRISTI HEREDITATEM SALVTEMQVE PERPETVAM, IN NOSTRA COGNATIONE CONTEMNIMVS? Hæc me interim scripsisse suffecerit, quæ duris cordibus valde pauca sunt, & prope nulla; animo autem tuo, quem bene noui, valde multa sunt, & valde magna. NON ENIM MEA SVNT, QVI NIHIL SVM, NISI QVOD EXSPECTO MISERICORDIAM DEI; SED IPSIVS DEI OMNIPOTENTIS, QVEM QVISQVIS IN HOC SÆCVLO CONTEMPSERIT PATREM, INVENIET IN FVTVRO IVDICEM. Ad DVODECIMVM pergamus Augustini iudicium, ex sequente Epistola centesima septuagesima prima: vbi, sub persona Ecclesiæ Catholicæ, cohortatur omnes Donatistas, vt resipiscentes redeant ad Communionem: Vt quid vos à Totius Orbis Vnitate, NEFARIO SCHISMATIS SACRILEGIO diuisistis? Attenditis falsa quæ vobis dicuntur ab hominibus, aut mentientibus, aut errantibus, De Traditione Codicum Diuinorum, VT IN HÆRETICA SEPARATIONE moriamini; & non attenditis quod vobis IPSI CODICES DICVNT, vt in CATHOLICA PACE viuatis. Quare aperitis aures ad sermonem hominum, dicentium quod nunquam probare potuerunt; & surdi estis aduersùs sermonem Dei, dicentis: Dominus dixit ad me; Filius meus es tu: ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi GENTES hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ? Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et Seminibus, tanquam in multis; sed tanquam in vno, Et Semini tuo, quod est Christus. In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. Erigite oculos cordis, & considerate TOTVM ORBEM TERRARVM, quomodo in semine Abrahæ benedicuntur OMNES GENTES. Tunc ab vno credebatur, quod nondum videbatur; iam vos VIDETIS, & adhuc INVIDETIS. PASSIO DOMINI PRETIVM EST ORBIS TERRARVM. ILLE TOTVM ORBEM REDEMIT, ET VOS CVM TOTO ORBE AD LVCRVM VESTRVM NON CONCORDATIS, SED POTIVS AD DAMNVM VESTRVM IN PARTE LITIGATIS, VT TOTVM PERDATIS. Audite in Psalmo, quo pretio redempti sumus: Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi verò considerauerunt, & conspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem. Quare DIVISORES VESTIMENTORVM Domini esse vultis, & TVNICAM ILLAM CHARITATIS, DESVPER TEXTAM, quam nec persecutores eius diuiserunt, tenere CVM TOTO ORBE non vultis? In Psalmo ipso legitur, quia Totus Orbis eam tenet: Commemorabuntur, inquit, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ; & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium; quoniam ipsius est REGNVM, & ipse dominabitur GENTIVM. Aperite AVRES CORDIS, & audite, quia Deus deorum Dominus

Marginal notes: Ps. 2. v. 7. — Gal. 3. v. 16. — Genes. 22. v. 18. — Ps. 21. v. 17. — v. 28.

Psal. 49. » locutus est, & vocauit terram à solis ortu vsque ad occasum, ex
v. 2. » Sion species decoris eius. Si hoc non vultis intelligere, audite
» Euangelium, iam per os proprium loquente ipso Domino, & di-
Luc. 24. » cente: Quia oportebat de Christo compleri omnia quæ de illo
v. 44. » scripta sunt in Lege & Prophetis, & Psalmis, & prædicari in no-
» mine eius pœnitentiam & remissionem omnium peccatorum,
» PER OMNES GENTES, incipientibus ab Ierusalem. Quod in
» Psalmo dixit, VOCAVIT TERRAM A SOLIS ORTV VSQVE
» AD OCCASVM; hoc in Euangelio dixit, INCIPIENTIBVS AB
» IERVSALEM. Ac paulò pòst: Christianos vos dicitis, & Christo
Matt 13. » contradicitis. Ipse dixit; Sinite vtraque crescere VSQVE AD
v. 30. » MESSEM: non dixit, Crescant Zizania, decrescant Frumenta.
v. 38. » Ipse dixit; AGER EST HIC MVNDVS: non dixit; Ager
v. 39. » est Africa. Ipse dixit; Messis EST FINIS SÆCVLI: non
» dixit; Messis est Pars Donati. Ipse dixit; MESSORES ANGE-
» LI SVNT: non dixit; Messores Principes Circumcellionum
» sunt. Sed, quia pro Zizanijs, Triticum accusastis, vos esse Ziza-
» nia demonstrastis; ET, QVOD EST GRAVIVS, ANTE TEMPVS
» VOS A TRITICO SEPARASTIS. Maiores enim vestri, quo-
» rum IN SACRILEGA PRÆCISIONE perseueratis, quidam
» Gestis Municipalibus codices sanctos, & INSTRVMENTA ECCLE-
» SIÆ Persecutoribus tradiderunt, quidam eos fatentes dimiserunt,
» & eis communicauerunt, & vtrique Carthaginem furiosa factio-
» ne conuenerunt, De Crimine Traditionis, de quo ipsi inter se
» iam consenserant, INAVDITOS DAMNAVERVNT, EPISCOPVM
» CONTRA EPISCOPVM ORDINAVERVNT, ALTARE CONTRA
» ALTARE EREXERVNT. Item postea: EVIGILATE AD SALV-
» TEM; AMATE PACEM, REDITE AD VNITATEM: Hæc vobis
» quemadmodum gesta sunt, quando vultis, omnia recitamus. Il-
» le communicat malis, qui consentit factis malorum, non qui to-
» lerat in agro Dominico zizania vsque ad MESSEM, vel paleam vs-
» que ad VLTIMAM VENTILATIONEM. Si malos odistis, vos ipsi
» mutamini AB SCELERE SCHISMATIS. Si malorum permixtionem
» timeretis, Optatum inter vos, IN APERTISSIMA INIQVITATE VI-
» VENTEM, per tot annos non teneretis: QVEM CVM MODO MAR-
» TYREM DICITIS, SVPEREST VT EVM PROPTER QVEM MOR-
» TVVS EST, CHRISTVM DICATIS. Postremò, quid vos offendit OR-
» BIS CHRISTIANVS, à quo vos NEFARIO FVRORE PRÆCIDISTIS?
» Et quid apud vos promeruerunt Maximianistæ, quos à vobis da-
» mnatos, & per iudicia publica de BASILICIS proturbatos, in
» suo rursus honore recepistis? Quid vos offendit PAX CHRI-
» STI, contra quam vos diuiditis ab eis quos infamatis? Et quid
» vos promeruit PAX DONATI, pro qua suscipitis quos damna-
» tis? Ac paulo inferiùs: Si Traditio Codicum scelerata est, quam
» Deus in REGEM, qui Ieremiæ librum incendit, MORTE PVBLI-
» CA vindicauit, QVANTO SCELERATIVS EST SACRILEGIVM

SCHISMATIS, cuius auctores, quibus Maximianistas comparastis, aperta terra viuos absorbuit? At DECIMO TERTIO loco Augustinus Epistolâ centesimâ septuagesimâ tertiâ, ad Crispinum vel Crispinianum: Christus te potiùs terreat. Cui volo scire quid respondeas, si tibi dicat; Crispine, carum fuit pretium tuum ad emendum timorem Mappaliensium: ET VILIS MORS MEA AD EMENDVM AMOREM OMNIVM GENTIVM? Plus valuit rebaptizandis colonis tuis quod numeratum est de sacculo tuo, quàm baptizandis populis meis quod manauit de latere meo? Scio te plura audire posse, si Christo aurem præbeas, & ex ipsa tua possessione admoneri, quàm impia contra Christum loquamini. Si enim HVMANO IVRE præsumis firmè te possidere quod emisti argento tuo; quantò firmiùs DIVINO IVRE possidet Christus quod emit sanguine suo? Et ille quidem inconcussè possidebat totum quod emit, de quo dictum est: Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos ORBIS TERRÆ. Sed certè, quomodo confidis non te perditurum quod in Africa videris emisse, qui Christum dicis, TOTO ORBE PERDITO, ad solam Africam remansisse? DECIMA QVARTA Augustini Sententia hæc est, Epistolâ ducentesimâ tertiâ, ad Maximinum Episcopum Donatistam: Noui enim quæ sit Ecclesia Catholica: GENTES SVNT HEREDITAS CHRISTI, & possessio Christi termini terræ. Nostis & vos, aut, si non nostis, aduertite: facillimè à volentibus sciri potest. Deinde: Quod ergo tam pio & tam religioso animo facis, si tamen facis, vt Ecclesiæ Catholicæ Baptismum non iteres, sed approbes potiùs, tanquam VNIVS VERISSIMÆ MATRIS, QVÆ OMNIBVS GENTIBVS ET REGENERANDIS SINVM PANDIT, ET REGENERATIS VBERA INFVNDIT; TANQVAM VNIVS POSSESSIONIS CHRISTI, SESE VSQVE AD TERRÆ TERMINOS PORRIGENTIS: SI HOC VERE FACIS, cur non erumpis in exsultantem & liberam vocem? Item: Vestem Christi & qui diuiserunt, non violauerunt: & illi adhuc Christum non resurrecturum crediderant, sed morientem videbant. SI A PERSECVTORIBVS VESTIS NON CONSCISSA EST PENDENTIS IN CRVCE, CVR A CHRISTIANIS DESTRVITVR SACRAMENTVM SEDENTIS IN CÆLO? Denique: Si autem placuerit, credimus de misericordia Domini, qui timentes sibi displicere, & conantes placere, nunquam deserit, quòd inter vos & nos, citò Pax erit: NE PROPTER HONORES NOSTROS, DE QVA SARCINA PERICVLOSA RATIO REDDETVR, MISERÆ PLEBES CREDENTES IN CHRISTVM HABEANT IN DOMIBVS SVIS COMMVNES CIBOS, ET MENSAM CHRISTI COMMVNEM HABERE NON POSSINT. NONNE INGEMISCIMVS, QVOD VIR ET VXOR, VT FIDELITER CONIVNGANT CORPORA SVA, IVRANT SIBI PLERVMQVE PER CHRISTVM; ET IPSIVS CORPVS CHRISTI, DIVERSA COMMVNIONE, DILANIANT? Hoc tantum Scandalum, TANTVS DIABOLI TRIVMPHVS, tanta pernicies ani-

Psal. 71. v. 8.

Ioan 19. v. 24.

» marum, si per tuam modestiam & prudentiam, & dilectionem » quam debemus ei qui pro nobis suum sanguinem fudit, ablata de » medio in his regionibus fuerit; QVIS EXPLICET VERBIS, QVAM » TIBI PALMAM PRÆPARET DOMINVS, VT AD CÆTERA MEMBRA » SANANDA, QVÆ PER TOTAM AFRICAM TABEFACTA MISERA- » BILITER IACENT, A TE PROFICISCATVR TAM IMITABILE ME- » DICINÆ DOCVMENTVM? Quàm vereor, quoniam cor meum vi- » dere non potes, ne tibi cum insultatione potiùs, quàm cum dile- » ctione loqui videar! Sed certè ampliùs quid faciam, non in- » uenio, NISI VT INCIPIENDVM SERMONEM MEVM TIBI OFFE- » RAM, ANIMVM DEO. Porro Augustiniana DECIMA QVINTA Obseruatio est, Epistolâ ducentesimâ quartâ, ad Donatum Presbyterum Donatistam, QVOMODO COGENDI HOMINES AD BONA? » Si voluntas mala, inquit, suæ permittenda est libertati, quare » PAVLVS non est permissus vti pessima voluntate qua persequeba-
Act. 9. v. 8. » tur Ecclesiam, sed PROSTRATVS EST VT EXCÆCARETVR; ET » EXCÆCATVS EST, VT MVTARETVR; MVTATVS, VT MITTE- » RETVR; MISSVS, VT QVALIA FECERAT IN ERRORE, TALIA » PRO VERITATE PATERETVR? Ac postea: Foris autem ab Ec- » clesia constitutus, ET SEPARATVS A COMPAGE VNITATIS ET » VINCVLO CHARITATIS, ÆTERNO SVPPLICIO PVNIRERIS, » etiamsi pro Christi nomine viuus incendereris. Hoc est enim,
1. Cor. 13. v. 3. » quod ait APOSTOLVS; Etsi tradidero corpus meum vt ardeam, » Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Et paulò » pòst: Quò autem vocaris, ibi est Veritas & Pietas, QVIA IBI EST » CHRISTIANA VNITAS, ET SANCTI SPIRITVS CHARITAS: quid » adhuc tibi esse conaris inimicus? Ideo præstitit misericordia Dei, » vt & nos & Episcopi vestri tam frequenti numerosoque conuen- » tu Catthaginem veniremus, atque inter nos de ipsa dissensione » ORDINATISSIME CONFERREMVS. Gesta conscripta sunt, nostræ » etiam Subscriptiones tenentur: lege, vel patere vt tibi legantur; & » tunc elige quod volueris. Posttremò Augustinus sic eò loci vrget: » Considera omnia, retracta diligenter, & elige quid sequaris; Vtrùm » nobiscum IN CHRISTI PACE, IN ECCLESIÆ CATHOLICÆ VNITA- » TE, IN FRATERNA CHARITATE gaudere; AN PRO NEFARIA DISSEN- » SIONE, pro Donati Parte, pro SACRILEGA DIVISIONE, importunita- » tem nostræ circa te dilectionis diutiùs sustinere? Attendis enim, &
Ioan. 6. v. 67. » sæpe repetis (sicut audio) quod in Euangelio scriptum est, recessisse à » Domino Septuaginta Discipulos, & arbitrio suæ malæ atque impiæ » discessionis fuisse permissos; cæterisque Duodecim, qui remanserant,
v. 68. » fuisse responsum: Nunquid & vos vultis ire? Et non attendis quia » TVNC PRIMVM ECCLESIA NOVELLO GERMINE PVLLVLABAT, » NONDVMQVE IN EA FVERAT COMPLETA ILLA PROPHETIA:
Psal. 71. v. 11. » ET ADORABVNT EVM OMNES REGES TERRÆ, OMNES GENTES » SERVIENT ILLI. QVOD VTIQVE, QVANTO MAGIS IMPLETVR, » TANTO MAIORE VTITVR ECCLESIA POTESTATE, VT NON SO-

LVM INVITET, SED ETIAM COGAT AD BONVM. Hoc tunc Do- «
minus significare volebat, qui quamuis haberet magnam Potesta- «
tem, PRIVS tamen elegit commendare Humilitatem. Hoc & in «
illa Conuiuij Similitudine satis euidenter ostendit; vbi misit ad in- «
uitatos, & venire noluerunt, & ait seruo: Exi in plateas & vicos ci- « Luc.14.
uitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. « v. 21.
& ait seruus Domino; Factum est, vt imperasti, & adhuc locus est. «
Et ait Dominus seruo; Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt «
impleatur domus mea. VIDE NVNC QVEMADMODVM DE IIS «
QVI PRIVS VENERVNT, DICTVM EST, INTRODVC EOS. NON «
DICTVM EST, COMPELLE. ITA SIGNIFICATA SVNT ECCLESIÆ «
PRIMORDIA ADHVC CRESCENTIS, VT ESSENT VIRES ETIAM «
COMPELLENDI. Proinde, quia oportebat eius iam viribus & ma- «
gnitudine roborata etiam compelli homines AD CONVIVIVM SA- «
LVTIS ÆTERNÆ; postea quam dictum est; Factum est, quod ius- « v. 22.
sisti, & adhuc est locus; Exi, inquit, in vias & sepes, ET COM- «
PELLE INTRARE. Quapropter si ambularetis quieti extra hoc CON- «
VIVIVM SALVTIS ÆTERNÆ ET SANCTÆ VNITATIS ECCLESIÆ, «
tanquam IN VIIS VOS INVENIREMVS; nunc verò quia per multa «
mala & sæua, quæ in nostros committitis, tanquam spinis & aspe- «
ritate pleni estis, VOS TANQVAM IN SEPIBVS INVENIMVS, & «
INTRARE COMPELLIMVS. QVI COMPELLITVR, QVO NON VVLT «
COGITVR; SED CVM INTRAVERIT, IAM VOLENS PASCITVR. «
Epistolâ autem ducentesimâ nonâ, ad Feliciam Virginem, quæ ma-
lâ quorundam Ecclesiæ Pastorum vitâ non leuiter scandalizata
fuerat; vbi eam monet ne scandalis offensa ab Ecclesia recedat,
Augustinus hoc DECIMVM SEXTVM Oraculum fundit: Nam hæc «
ipse Dominus in Euangelio ita prædixit; Væ mundo à scandalis: « Matt.18.
oportet venire scandala; Væ autem homini illi per quem scanda- « v. 7.
lum venit. Qui sunt ipsi homines, nisi de quibus dicit Aposto- «
lus; Sua quærentes, non quæ Iesu Christi? ALII SVNT ERGO, « Phil.2.
QVI PROPTEREA TENENT PASTORALES CATHEDRAS, VT CHRI- « v. 21.
STI GREGIBVS CONSVLANT: ALII VERO, QVI PROPTEREA IN «
EAS SEDENT, VT SVIS HONORIBVS TEMPORALIBVS ET COM- «
MODIS SÆCVLARIBVS GAVDEANT. ISTA DVO GENERA PASTO- «
RVM, ALIIS MORIENTIBVS, ALIIS NASCENTIBVS, IN IPSA EC- «
CLESIA CATHOLICA NECESSE EST VSQVE AD FINEM SÆCVLI «
ET VSQVE AD DOMINI IVDICIVM PERSEVERENT. Si enim tem- «
poribus Apostolorum fuerunt tales, inter quos falsos fratres Apo- «
stolus gemeret, & diceret; Periculis in falsis fratribus: NEC EOS « 2.Cor.11.
PER SVPERBIAM SEPARARET, SED PER TOLERANTIAM SVSTI- « v. 26.
NERET; Quantò magis temporibus nostris necesse est vt sint, cùm «
de tempore huius sæculi, quod propinquat ad finem, apertissi- «
mè Dominus dicat: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet cha- « Matt. 24.
ritas multorum. Sed quod sequitur nos debet consolari & exhor- « v. 12.
tari: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. SICVT «

» AVTEM SVNT PASTORES BONI ET MALI: SIC ETIAM IN IPSIS
» GREGIBVS SVNT BONI ET MALI. BONI, OVIVM NOMINE SI-
» GNIFICANTVR; MALI VERO, HOEDI APPELLANTVR: SED COM-
» MIXTI PARITER PASCVNT, DONEC VENIAT PRINCEPS PASTO-
» RVM, QVI DICTVS EST VNVS PASTOR, ET, QVEMADMODVM
Matt 25. v. 32. » IPSE PROMISIT, SEPARET, SICVT PASTOR, OVES AB HOEDIS.
» NOBIS ENIM IMPERAVIT CONGREGATIONEM, SIBI AVTEM SER-
» VAVIT SEPARATIONEM: QVIA ILLE DEBET SEPARARE, QVI
» NESCIT ERRARE. Nam qui ſeparare ante tempus, quod ſibi Do-
» minus ſeruauit, ſuperbi ſerui facilè auſi ſunt; ipſi potiùs AB VNI-
» TATE CATHOLICA SEPARATI SVNT. Nam SCHISMATE IMMVN-
» DI, mundum gregem vnde habere potuerunt? Ac demum vt ple-
na oratio ſit, perfectaque, DE NON DESERENDA, vt in Epiſtola ad
Heb.10.v.25. Hebræos dicitur, COLLECTIONE NOSTRA, Conſultatio ac COM-
» MONITORIVM, vt verbo noſtri Lirinenſis vtar; adiecit: Nec, pro-
» pter filios iniquitatis, PASCVA deſerant VNITATIS. In CATHOLI-
» CA ENIM ECCLESIA, QVÆ NON IN SOLA AFRICA, SICVT PARS
» DONATI, SED PER OMNES GENTES, SICVT PROMISSA EST, DI-
» LATATVR ATQVE DIFFVNDITVR, IN VNIVERSO MVNDO, ſicut
Coloſſ.1. v. 6. » dicit Apoſtolus, fructificans & creſcens; & boni ſunt, & mali. Ab
» ea verò SEPARATI, quamdiu contra illam ſentiunt, boni eſſe non
» poſſunt; QVIA ETSI ALIQVOS EORVM BONOS VIDETVR OSTEN-
» DERE QVASI LAVDABILIS CONVERSATIO, MALOS EOS FACIT
Matt 12. v. 30. » IPSA DIVISIO, dicente DOMINO: QVI MECVM NON EST, AD-
» VERSVM ME EST; ET QVI MECVM NON COLLIGIT, SPARGIT.
» Vnde & exhortor, DOMINA MERITO SVSCIPIENDA, ET IN CHRI-
» STI MEMBRIS HONORANDA FILIA, vt quod tibi Dominus præſti-
» tit, fideliter teneas, eumque corde toto diligas, ET EIVS ECCLE-
» SIAM, qui te non permiſit virginitatis tuæ fructum cum perditis
» perdere, vel perire. SI ENIM DE ISTO SÆCVLO EXIRES SEPARA-
» TA AB VNITATE CORPORIS CHRISTI, NIHIL TIBI PRODESSET
» SERVATA INTEGRITAS CORPORIS TVI. Nunc DECIMO SEPTI-
MO ac Penultimo loco reponenda recenſendaque ducenteſima vi-
geſima tertia Epiſtola integra eſt, ad Theodorum Epiſcopum, DE
» RECIPIENDIS DONATISTIS: Cùm Beneuolentia Tua mecum lo-
» queretur, quomodo ſuſceperimus Clericos ex Parte Donati, SI VO-
» LVERINT ESSE CATHOLICI; placuit mihi illud quod tibi reſpondi,
» etiam hac ad te data Epiſtola ſcribere: vt ſi quis de hac re te interro-
» gauerit, etiam manu mea prolata, quid de hac re ſentiamus, vel fa-
» ciamus, oſtendas. Scias ergo, nos non in eis deteſtari, niſi DIS-
» SENSIONEM ipſorum, PER QVAM SCHISMATICI VEL HÆRETI-
» CI FACTI SVNT: QVIA ECCLESIÆ CATHOLICÆ VNITATEM ET
» VERITATEM NON TENENT, IN EO QVOD PACEM CVM POPV-
» LO DEI NON HABENT, QVI TOTO TERRARVM ORBE DIFFVN-
» DITVR; ET IN EO QVOD IN HOMINIBVS BAPTISMVM CHRISTI
» NON AGNOSCVNT. Improbamus ergo malum errorem eorum,

quem habent; bonum autem nomen Dei, quod habent, & Sacramentum eius, agnoſcimus in eis, & veneramur, & amplectimur: Sed propterea dolemus errantes, & eos per charitatem Chriſti lucrari Deo cupimus, vt ſanctum Sacramentum, quod foris ab Eccleſia habent ad perniciem, IN PACE ECCLESIÆ habeant ad ſalutem. SI ERGO TOLLANTVR DE MEDIO MALA HOMINVM, ET HONORENTVR IN HOMINIBVS BONA DEI, ERIT FRATERNA CONCORDIA, ET AMABILIS PAX IN CORDIBVS HOMINVM. Vincat PERSVASIONEM DIABOLI, Charitas Chriſti. Itaque cùm ad nos veniunt ex Parte Donati, mala illorum non ſuſcipimus, ID EST, DISSENSIONEM ET ERROREM; ſed ipſa tolluntur de medio, tanquam Impedimenta Concordiæ: & amplectimur FRATRES STANTES CVM EIS, ſicut dicit Apoſtolus, IN VNITATE SPIRITVS, IN VINCVLO PACIS; & agnoſcentes in eis BONA DEI, ſiue SANCTVM BAPTISMVM, ſiue BENEDICTIONEM ORDINATIONIS, ſiue CONTINENTIÆ PROFESSIONEM, ſiue CONSIGNATIONEM VIRGINITATIS, ſiue Fidem Trinitatis, & ſi qua alia ſunt: quæ omnia ETIAMSI ERANT, NIHIL TAMEN PRODERANT, quando Charitas non erat. QVIS AVTEM VERE DICIT, SE HABERE CHRISTI CHARITATEM, QVANDO EIVS NON AMPLECTITVR VNITATEM? Cùm ergo AD CATHOLICAM veniunt, NON HIC ACCIPIVNT QVOD HABEBANT: SED VT PRODESSE ILLIS INCIPIAT, QVOD HABEBANT, ACCIPIVNT HIC QVOD NON HABEBANT. Hìc enim accipiunt RADICEM CHARITATIS IN VINCVLO PACIS, ET IN SOCIETATE VNITATIS: Vt non ad damnationem, ſed ad liberationem illis valeant omnia quæ habent Sacramenta Veritatis. NON DEBENT GLORIARI SARMENTA, QVIA NON SVNT SPINARVM LIGNA, SED VITIS: SI ENIM NON IN RADICE VIXERINT, CVM TOTA SPECIE SVI IN IGNEM MITTENTVR. De quibuſdam autem ramis fractis dixit Apoſtolus; Quia potens eſt Deus iterum inſerere illos. Et ideo, Dilectiſſime Frater, quoſcunque illorum videris fortè dubitantes, quo ordine ſuſcipiantur à nobis; oſtende illis iſtam, quam bene noſti, manum meam, & ſi eam habere voluerint, habeant: quia teſtem Deum facio ſuper animam meam, ſic eos me ſuſcepturum, vt non ſolum Baptiſmum Chriſti quem acceperunt, ipſum habeant, ſed etiam honorem PACTIMONII & continentiam. DECIMA OCTAVA Auguſtini Sententia hæc vltima eaque breuiſſima & acutiſſima eſt, Epiſtolâ ducenteſima trigeſima octaua, ad Caſtorium: RETRIBVATVR EI PAX ÆTERNA QVÆ PROMISSA EST ECCLESIÆ, QVI INTELLEXIT SIBI NON EXPEDIRE, QVOD PACI NON EXPEDIAT ECCLESIÆ. Atque hæc Auguſtino digna DE SCHISMATE AC SEPARATIONE Auguſtinus ex Epiſtolis deſumpta, id eſt, ex ijs locis petita in quibus ingenij acies viſque iudicij maior eſſe & apparere ſolet.

Eph. 4. v. 3.

Rom. 11. v. 23.

Cap. XV.

VNDE verò illa tam ſalutaria præcepta ducta ſunt, indidem & huc Auguſtini Euangelica Similia transferamus. Auſcultate, atque attendite: de

Regno vestro Æterno agitur, TEMPORALES REGES! Quis vestrûm ex Augustino passim non videat meridiana profectò luce clarius,
Iac.4.v.12. Christum Dominum, qui, apud Iacobum, VNVS EST LEGISLATOR ET IVDEX, QVI POTEST PERDERE ET LIBERARE, & (vt
Luc.3.v.17. Baptista pingebat) CVIVS VENTILABRVM IN MANV EIVS, (VENTILABRVM VLTIMVM, & IVDICIARIAM SEPARATIONEM, libro quarto contra Cresconium Grammaticum, vocat Augustinus; & IVDICIVM LITORIS, De vnico Baptismo, contra Petilianum) nemini certè tradendum, sed reseruandum sibi: Iesum, inquam, pœ-
Matt. 13. v.30.& 39. nis æternis sanxisse, ne separaretur in Via, sed in Fine Sæculi; (vnde Separatio Tertulliano, qui eam, DISCRETIONEM vocat, dicitur CONDITIO IVDICII, in Apologetico aduersùs Gentes) neve quis mortalium tale quid vnquam, etiam tunc, auderet, neve attingeret, edixisse, atque homini videri dixisse;

Quam pro me curam geris, hanc precor, Optime, pro me
Deponas:--

v.40. sed Angelis ipsis, quos MESSORES instituit, (MESSORES ENIM SVNT ANGELI, quemadmodum instat & vrget semper ex Euangelio, ex ore Christi adhuc loquentis, Augustinus) sicut priùs Homines fecerat AGRICOLAS, vt procul esset hominum ambitio atque temeritas; hanc prouinciam atque procurationem demandasse.
» TALES ENIM MESSORES ERRARE NON POSSVNT, (inquit, extre-
» mo primo libro, contra Epistolam Parmeniani, Augustinus) vt vel
» Frumenta pro Zizanijs colligant, vel pro Frumentis Zizania reli-
» gent. Isti autem cùm quasi ZIZANIA GERMINATA fugiunt, seipsos es-
» se Zizania demonstrarunt, in MANIFESTISSIMO SACRILEGIO con-
v.30. » tra Sententiam Domini prædicantes, VT, CVM ILLE DICAT: SINI-
» TE VTRAQVE CRESCERE VSQVE AD MESSEM; ISTI PER TAM
» MAGNVM AGRVM, ID EST, PER TOTVM MVNDVM, ZIZANIA
» CRESCERE, FRVMENTA VERO DIMINVTA, ET IN SOLA AFRI-
» CA REMANSISSE, CONTENDANT; CHRISTO, REGI ET PRINCI-
» PI NOSTRO, SACRILEGAM FACIENTES INIVRIAM. Scriptum est
Prou 14. v.28. » enim: IN LATA GENTE, GLORIA REGIS; IN DIMINVTIONE AV-
» TEM POPVLI, CONTRITIO PRINCIPIS. Et libro secundo: Certè
» arbitror, quòd neminem istorum offendere debeo, si Donato
» Deum præposuero. Quantumlibet enim ament Donatum, plùs
» timent Deum. Postremò, quantùm ipsi ament Donatum, nos no-
Rom 3. v 4. » uimus; quia solus Deus verax est, omnis autem homo mendax.
Rom. 9. v 5. » CHRISTVS ergo, qui super omnia Deus est benedictus in sæcula,
Ioan. 14. v.6. » & qui verissimè de se ipso dixit: Ego sum via, veritas & vita; cùm
» serui eius ab eo quærerent, vtrùm vellet eos ire, & colligere ziza-
Matt.13. v. 30. » nia, Sinite, inquit, vtraque crescere, vsque ad messem. DONATVS
» autem dicit, Zizania quidem creuisse, Frumenta verò esse diminu-
» ta. eligant isti, cui credant. CHRISTVS, ID EST, VERITAS, DI-
v.38. » CIT; Ager est hic Mundus: DONATVS autem dicit, Agrum Dei
» in sola Africa remansisse. eligant cui credant. CHRISTVS, ID EST,

VERITAS, DICIT; in tempore messis dicam messoribus: Colligite « Matt. 13.
primùm zizania; & exponit, dicens; Messis est Finis sæculi: Do- « v. 30.&39.
NATVS autem dicit, PER PRÆCISIONEM PARTIS SVÆ, ante Mes- «
sem à Frumentis Zizania separari. eligant cui credant. CHRISTVS, «
ID EST, VERITAS, DICIT; Messores sunt Angeli: DONATVS au- « v. 40.
tem dicit se, atque Collegas suos, hoc fecisse ante messem, quod ille «
dixit ANGELOS in messe facturos. eligant cui credant. Certè Chri- «
stianos se dicunt: Christum eis Donatumque proponimus. SI «
VERBA DANT CHRISTO, COR AVTEM DONATO, QVID SINT «
CONSIDERENT. Ego parco, non inuehor, non exaggero, DOLO- «
REM NOSTRVM MAGIS PREMO QVAM PROMO. Si autem di- «
cunt, se Christo dare cor suum; Christo ergo credant dicenti, «
quòd PER TOTVM MVNDVM ET FILII REGNI CRESCANT, & Fi- «
lij Maligni: non Donato dicenti, quòd per totum mundum FILII «
MALIGNI tantummodo creuerint, FILII autem BONI vsque ad so- «
lam Africam diminuti sint. Quòd si Christo credunt, non iam di- «
cimus cum Ecclesijs Orbis Terrarum, sed cum ipso Euangelio, Pa- «
cem habeant, QVOD AB IGNE SE CONSERVASSE IACTITANT, «
quod factis non probant. Ac tandem, De Baptismo, contra Donati- «
stas, libro quarto, cùm obijcerent Donatistæ: At enim inuenimus «
Apostolos in omnibus Epistolis suis exsecrari & detestari HÆRE- «
TICORVM SACRILEGAM PRAVITATEM; ita vt dicant, Sermonem «
eorum, sicut Cancer, serpere; hæc inter cætera respondet: Quam- «
quam & istos, de quibus ait Apostolus, Sermo eorum sicut Cancer « 2 Tim. 2.
serpit; vellem intelligere foris fuisse, sed Cyprianus ipse me non « v. 17.
sinit. Cùm enim, ad Antonianum scribens, ostenderet, ANTE «
TEMPVS VLTIMÆ SEPARATIONIS IVSTORVM ET INIQVORVM, «
NVLLO MODO ESSE, PROPTER COMMIXTIONEM MALORVM, AB «
VNITATE ECCLESIÆ RECEDENDVM, vbi declarat QVAM SIT «
SANCTVS, ET ILLA, QVAM MERVIT, MARTYRII CLARITATE DI- «
GNISSIMVS, ait: Quantus arrogantiæ tumor est, quanta humilitatis «
& lenitatis obliuio, & arrogantiæ suæ quanta iactatio, vt quis au- «
deat, aut facere se posse credat, QVOD NEC APOSTOLIS CON- «
CESSIT DOMINVS, vt Zizania à Frumento putet se posse discer- «
nere, aut quasi Palam ferre, & Aream purgare concessum sit, Pa- «
leas conetur à Tritico separare! cumque APOSTOLVS dicat; In « v. 20.
domo autem magna non solùm sunt Vasa aurea & argentea, sed & «
lignea & fictilia; aurea & argentea vasa videatur eligere, lignea «
verò & fictilia contemnere & abijcere & damnare; quando, NON «
NISI IN DIE DOMINI, Vasa lignea, diuini ardoris incendio con- «
crementur, & fictilia ab eo cui data est ferrea virga, frangantur? Sic «
igitur arguens Cyprianus, eos QVI, TANQVAM MALORVM CON- «
SORTIVM DEVITANTES, SE AB VNITATE DIRVPERANT, osten- «
dit, MAGNAM DOMVM quam dixit APOSTOLVS, vbi essent non «
solùm Vasa Aurea & Argentea, sed etiam Lignea & Fictilia, non «
se intellexisse nisi ECCLESIAM, vbi essent Boni & Mali, DONEC «

» IN FINE, SICVT AREA VENTILATA, PVRGETVR. Hæc Augusti-
nus. qui mox libro ſequenti, videlicet quinto, hæc de Cypriano
» aurea & ad verbum diſcenda edidit: Sed iam ad illa ELOQVIA PA-
» CIFICA Cypriani, hoc eſt, ad Epiſtolæ finem, omnibus conſidera-
» tis pertractatiſque peruentum eſt, QVÆ ME LEGENTEM ET SÆPE
» REPETENTEM NON SATIANT: TANTA EX EIS IVCVNDITAS FRA-
» TERNI AMORIS EXHALAT, TANTA DVLCEDO CHARITATIS
» EXVBERAT! Hæc tibi, inquit, breuiter, pro noſtra mediocritate,
» reſcripſimus, Frater Cariſſime, nemini præſcribentes aut præiudi-
» cantes, quominus VNVSQVISQVE EPISCOPORVM, quod putat, fa-
» ciat, HABENS ARBITRII SVI LIBERAM POTESTATEM. Nos quan-
» tum in nobis eſt, propter Hæreticos, cum Collegis & Coëpiſcopis
» noſtris non contendimus, cum quibus Concordiam & DOMINI-
1. Cor. 11. v.16. » CAM PACEM tenemus; maximè cùm & APOSTOLVS dicat: Si quis
» autem putatur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non ha-
» bemus, neque Eccleſia Dei. Seruatur à nobis patienter & leuiter
» CHARITAS ANIMI, HONOR COLLEGII, VINCVLVM FIDEI, CON-
» CORDIA SACERDOTII. Propter hoc etiam libellum DE BONO
» PATIENTIÆ, quantùm valuit Noſtra Mediocritas, permittente &
» INSPIRANTE Domino, conſcripſimus: quem ad te, pro mutua di-
» lectione, tranſmiſimus. In his verbis multa conſideranda ſunt, qui-
» bus in hoc viro (qui dilexit DECOREM DOMVS DOMINI, ET LO-
Pſ 25. v. 8. » CVM TABERNACVLI HABITATIONIS EIVS) CHRISTIANÆ CHA-
» RITATATIS FVLGOR ELVCET. Primò, QVIA id quod ſenſit non
» tacuit; Deinde, QVIA tam manſuetè & pacificè protulit; QVIA
» CVM IIS, qui aliud ſentiebant, ECCLESIASTICAM PACEM tenuit;
» QVIA in Vnitatis Vinculo tantam ſalubritatem eſſe intellexit; QVIA
» eam tantùm dilexit, & ſobriè cuſtodiuit; QVIA VIDIT ET SEN-
» SIT, etiam diuerſa ſentientes, poſſe ſalua Charitate ſentire. Ne-
» que enim cum malis tenere ſe diceret DIVINAM CONCORDIAM &
» Dominicam Pacem. BONVS QVIPPE HABERE ERGA MALOS PA-
» CEM POTEST; TENERE AVTEM CVM EIS PACEM NON POTEST,
» QVAM IPSI NON TENENT. Poſtremò, QVIA nemini præſcribens
» neque præiudicans, quominus VNVSQVISQVE EPISCOPORVM,
» quod putat, faciat, HABENS ARBITRII SVI LIBERAM POTESTA-
» TEM, etiam nobis QVALIBVSCVMQVE LOCVM DEDIT PACIFICE
» SECVM ISTA TRACTANDI. Præſens eſt enim, NON SOLVM PER
» LITTERAS SVAS, SED ETIAM PER IPSAM, QVÆ IN ILLO MAXI-
» ME VIGVIT, ET MORI NVNQVAM POTVIT, CHARITATEM. Huic
» ergo inhærere & conglutinari deſiderans, ſi non impediar INCON-
» VENIENTIA peccatorum meorum, ORATIONIBVS EIVS ADIVTVS,
» diſcam ſi potero per litteras eius, quanta pace per eum Eccleſiam
» ſuam Dominus, ET QVANTO SOLATIO, GVBERNAVERIT: & per
» eius ſermonis affectum, VISCERIBVS HVMILITATIS indutus, ſi quid
» verius ſentio CVM ORBE TERRARVM, non ei præponam cor meum,
» nec in eo ipſo quòd aliter ſentiens, non tamen diremptus eſt ab

Orbe Terrarum. Majus quippe in eo robur virtutis eminuit, cùm « ista Quæstio NONDVM DISCVSSA nutaret, quòd aliter sentiens « quàm multi Collegæ, tantam moderationem obtinuit, VT ECCLESIÆ DEI SANCTAM SOCIETATEM, NVLLA SCHISMATIS LABE TRVNCARET; quàm SI OMNIA NON SOLVM VERACITER, « SED ETIAM PARITER, SINE ISTA VIRTVTE, SENTIRET. Neque « enim placeo, SI EIVS INGENIVM FACVLTATEMQVE SERMONIS « ET DOCTRINÆ VBERTATEM, SANCTO CONCILIO CVNCTARVM « GENTIVM, CVI PROFECTO INTERFVIT PER SPIRITVS VNITATEM, præponere affectem; præsertim iam in tali veritatis luce po « sito, VBI CERTISSIME CERNIT QVOD HIC PACATISSIME REQVIREBAT. Ex illa enim vbertate, hæc nostra quæ videntur eloquia, « tanquam INFANTILIA RVDIMENTA, DERIDET: ibi videt QVA « REGVLA PIETATIS HIC EGERIT, VT NIHIL ESSET EI IN ECCLESIA CARIVS VNITATE: ibi etiam ineffabili delectatione contuetur, « QVAM PROVIDA ET MISERICORDISSIMA DISPENSATIONE DEVS « INFIRMA MVNDI ELEGIT, VT TVMORES NOSTROS CVRARET; « 1.Cor.1. STVLTA MVNDI ELEGIT, VT CONFVNDERET SAPIENTES; AT- « 27. QVE IN ORDINIBVS MEMBRORVM ECCLESIÆ SVÆ TAM SALVBRITER OMNIA COLLOCARET, NE DE INGENIO VEL LITTERIS « SVIS, QVAS ADHVC IGNORARENT, CVIVS MVNERE HABERENT, « ELECTOS SE AD ADIVTORIVM EVANGELICVM HOMINES DICERENT, ATQVE INDE PESTIFERA INFLARENTVR SVPERBIA. « O quàm gaudet Cyprianus! quantò sereniùs in illa luce contuetur, pro quanta salute humani generis factum sit, vt inueniatur « aliquid quod meritò reprehendi possit, quamuis in Christianis, « ET PIIS LITTERIS ORATORVM, ET NON INVENIATVR IN LITTERIS PISCATORVM! Itaque vna quæ possit hîc esse bonorum à « malis separatio atque secessio, erit, si TEMPLO cùm semper com- « municandum sit, CORDE tamen nusquam cum illis communicare « nobis proponamus, vt mille locis distinguit DOCTOR VNITATIS, Augustinus, id est, vt libro De vnico Baptismo, contra Petilianum, explicat, Separatio fiat, MORVM DISSIMILITVDINE, NON CORPORVM SEGREGATIONE; ALITER VIVENDO, NON AD ALIA « CONVENTICVLA VENIENDO. Sic, inquit, nec cum malis, vnum « fiunt, nec AB ECCLESIÆ VNITATE discedunt. Et libro tertio « contra Litteras Petiliani Donatistæ, dum DE TOLERANDA COMMIXTIONE MALORVM agit: Hæc quippe Commixtio, inquit, non « Æterna, sed TEMPORALIS; nec Spiritalis, sed CORPORALIS est. « In qua NON ERRABVNT ANGELI, quando colligent malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis ardentis. Nouit enim « 2 Tim.2. Dominus qui sunt eius. Et si ab iniquis AD TEMPVS CORPORA- « v.19. LITER NON POTEST, recedat tamen ab ipsa iniquitate omnis qui « nominat nomen Domini. LICET ENIM A MALIS INTERIM, VITA, MORIBVS, CORDE, AC VOLVNTATE SEPARARI AC DISCEDERE: QVÆ SEPARATIO SEMPER OPORTET CVSTODIATVR: «

» CORPORALIS AVTEM SEPARATIO AD SÆCVLI FINEM FIDENTER, PATIENTER, FORTITER EXSPECTETVR; PROPTER QVAM EXSPECTATIONEM dictum est; SVSTINE DOMINVM, VIRILITER AGE, CONFORTETVR COR TVVM, ET SVSTINE DOMINVM. Maxima quippe PALMA TOLERANTIÆ est, inter subintroductos Falsos Fratres, sua quærentes, non quæ Iesu Christi, dilectionem non suam quærentium, sed quæ Iesu Christi, nullâ TVRBVLENTA ET TEMERARIA DISSENSIONE turbare; NEC VNITATEM SAGENÆ DOMINICÆ, EX OMNI GENERE PISCIVM CONGREGANTIS, dum ad Litus, id est, ad Finem sæculi, ducitur, superbè, NEFARIA CONTENTIONE dirumpere: cùm se putat quisque aliquid esse, cùm nihil sit, atque ita seipsum seducit, ET SVFFICERE VVLT AD POPVLORVM CHRISTIANORVM SEPARATIONEM, suum vel suorum iudicium, qui malos quosdam, Communione Sacramentorum Christianæ Religionis indignos, se apertissimè nosse dicunt: de quibus tamen, quidquid nosse se dicunt, Vniuersæ Ecclesiæ, quæ per Omnes Gentes, SICVT EST PRÆDICTA, diffunditur, persuadere non possunt. ET CVM ISTORVM QVASI QVOS NOVERVNT, REFVGIVNT COMMVNIONEM, ILLIVS DESERVNT VNITATEM, CVM POTIVS DEBERENT, SI ESSET IN EIS CHARITAS OMNIA SVFFERENS, NE SE A BONIS DIVIDERENT, QVOS IN OMNIBVS GENTIBVS ALIENA MALA DOCERE NON POTERANT, IPSI IN VNA GENTE TOLERARE, QVOD NOVERANT. Hinc optatò scriptum legimus multò antè ab Optato (quem Augustinus, vt sanctum Africæ suæ Doctorem, proculdubio imitatus est) libro septimo » DE SCHISMATE, aduersus Parmenianum: NEFAS EST ENIM VT EPISCOPI FACIAMVS, QVOD APOSTOLI NON FECERVNT; QVI PERMISSI NON SVNT VEL SEMINA SEPARARE, VEL DE TRITICO ZIZANIA EVELLERE. Par est autem vt Agni & Hœdi iisdem errent Pascuis, eodem contineantur Ouili; vt Vasa in honorem & Vasa in contumeliam in eadem domo sint; vt Boni Malique Pisces eosdem Mari natent; vt Triticum & Zizania eodem Agro crescant; atque vt Frumentum & Palea eâdem Areâ recondantur. Nam neque in Campo, sed in Caula; neque in Initio, sed in Fine; neque in Sagena, sed in Litore; neque in Semente aut Mente, sed in Messe; neque in Collectione, sed in Ventilatione,

Psal 26. v. vlt.

Cùm grauiter tunsis gemit AREA frugibus, & cùm
Surgentem ad Zephyrum PALEÆ iactantur INANES,

Separandi tempus ac locus erit. quæ si præposterè suscepta sint, ANTE TEMPVS LITORIS DAMNABILITER SEPARANT, (vt libro secundo contra Gaudentium, Augustinus loquitur) turpiterque ac » flagitiosè in SCHISMA necesse est degenerent. Quandoquidem (inquit, libro DE VNITATE ECCLESIÆ, Augustinus) cùm ad Litus, id est, ad Finem Sæculi, ventum fuerit, fiet DEBITA SEPARATIO, non HVMANA TEMERITATE, sed DIVINO IVDICIO. Vnde, qui humana temeritate graui aliqua re per seditionem commoti,

Spem tamen Vnitatis darent, planeque dici SCHISMATICI, siue SEPARATI, refugerent, DIACRINOMENI, siue HÆSITANTES, velut mitiore verbo tristitiam rei mitigante, dicebantur. Quales profectò illi qui ex Leontio Byzantino, De Sectis, Actione sexta, HÆSITANTES, ΔΙΑΚΡΙΝΟΜΕΝΟΙ, vocabantur, qui Synodum Chalcedonensem non recipiebant. Et profectò exstat Septimæ Synodi Actione quinta, testimonium ac locus Ioannis DIACRINOMENI De Ecclesiastica Historia, Ἰωάννου τοῦ ΔΙΑΚΡΙΝΟΜΕΝΟΥ ἐκ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας. Verùm in Epistola lamentatio & lugubris DE SEPARATIONE AC SCHISMATE illa vox ad Alexandrum, Alexandri Alexandriæ Archiepiscopi, de Arianis verba facientis: « Quin etiam INCONSVTILEM ET INDISSOLVBILEM CHRISTI TVNICAM, quam « carnifices noluerunt discindere, hi discerpere non dubitarunt: « ἀλλὰ καὶ ΤΟΝ ΑΡΡΗΚΤΟΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΧΙΤΩΝΑ, ὃν οἱ δήμιοι διελεῖν οὐκ ἐβουλεύσαντο, αὐτοὶ σχίσαι ἐτόλμησαν. Meliùs enim (inquit, « De Vnico Baptismo contra Petilianum Augustinus) audimus san- « ctam Scripturam, quàm vel cuiquam calumniamur de peccatis alie- « nis, vel cuiusquam similem calumniam formidamus. Anima enim « Ezech.18. v.4. quæ peccauerit, ipsa morietur: Et, Vnusquisque proprium onus por- « Gal.6.v.5. tabit: Et, QVI MANDVCAT ET BIBIT INDIGNE, NON ALTERI, SED « 1.Cor.11. v.29. SIBI IVDICIVM MANDVCAT ET BIBIT: Et, sinuntur vtraque cre- « Matt.13. scere ad Messem, ne cùm ante tempus colliguntur Zizania, eradice- « v.30. tur simul & Triticum: ET, COMMIXTI OPTIMIS PASCVIS HOEDI « AGNIQVE PASCVNTVR, DONEC A PASTORE, QVI ERRARE NON « POTEST, SEGREGENTVR: Et, ex omni genere Piscium RETIA Com- « plentur VNITATIS, donec ad IVDICIVM LITORIS perducantur. « Nisi quòd isti suâ peruersâ falsâque sententiâ sibi præiudicant, qui « propter aliena peccata iustè se dicunt AB ORBIS CHRISTIANI COM- « MVNIONE separatos. Per hanc enim absurdam insanamque opi- « nionem ipsi faciunt, vt eis quorundam suorum peccata omnibus « imputentur. Quod si iustum arbitrantur, rei sunt omnes cuiusli- « bet apud se in vno homine inuenti manifestissimi criminis: si au- « tem hoc sicut iniustum est, iniustum esse cognoscunt, REI « SVNT OMNES INIQVISSIMÆ SEPARATIONIS. Vn- « de Chalcedonensibus Actis, à Patribus Selectissimi Duo Canones inserti sunt, qui per Concilium Antiochenum Primum, sub Iulio Primo habitum, tanquam per canalem ex Apostolico fonte, id est, ex Apostolorum Canonibus, ad nos manarunt, vt legere est Actione de Caroso & Dorotheo, Chalcedonensis Concilij Actione quarta; vbi Auctoritate Synodica lecti, & in Synodica Acta, ad perpetuam rei memoriam, relati sunt. Alter quidem DE IIS QVI SEPARANTVR; alter verò DE IIS QVI SEIPSOS SEPARANT, Περὶ τῶν ἑαυτοὺς ἀφοριζόντων, est. Ac prior certè quartus Antiochenus ex vigesimo nono Apostolico, hac verborum formula conceptus est: Si quis Episcopus, à Synodo depositus, aut Presbyter, « aut Diaconus, aut omnino QVI EST SVB REGVLA, à Proprio «

» EPISCOPO, ausus fuerit ampliùs aliquid SACRI LITVRGICI MI-
» NISTERII gerere, siue Episcopus, iuxta superiorem consuetudi-
» nem, siue Presbyter, siue Diaconus; postea non liceat ei ne in al-
» tera quidem Synodo, spem restitutionis nec satisfactionis (aliàs,
» APOLOGIÆ, siue defensionis) locum habere: SED ET OMNES
» QVI EI COMMVNICANT; EIICIANTVR EX ECCLESIA:
» ET MAXIME SI POSTQVAM COGNOVERVNT SENTEN-
» TIAM IN PRÆDICTOS LATAM, IIS COMMVNICARE
» AVSI FVERINT: EI τις Ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, ἢ ὅλως ΤΟΥ ΚΑΝΟΝΟΣ, ὑπὸ τοῦ ΙΔΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, τολμήσειέ τι πρᾶξαι ΤΗΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ, εἴτε Ἐπίσκοπος κατὰ τὴν προάγουσαν συνήθειαν, εἴτε ὁ Πρεσβύτερος, μηκέτι ἐξὸν εἶναι αὐτῷ, μηδὲ ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως, μηδὲ ΑΠΟΛΟΓΙΑΣ χώραν ἔχειν. ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΚΟΙΝΩΝΟΥΝΤΑΣ ΑΥΤΩ ΠΑΝΤΑΣ ΑΠΟΒΑΛΛΕΣΘΑΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, ΚΑΙ ΜΑΛΙΣΤΑ, ΕΙ ΜΑΘΟΝΤΕΣ, ΤΗΝ ΑΠΟΦΑΣΙΝ, ΤΗΝ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΩΝ ΕΞΕΝΕΧΘΕΙΣΑΝ, ΤΟΛΜΗΣΕΙΑΝ ΑΥΤΟΙΣ ΚΟΙΝΩΝΕΙΝ. Posterior autem Antiochenus quintus ex Apostolico
» trigesimo secundo, sic se habet: SI QVIS PRESBYTER AVT DIA-
» CONVS, CONTEMPTO PROPRIO EPISCOPO, SE AB ECCLESIA SEGRE-
» GAVERIT, AC SEORSIM CONGREGATIONEM HABVERIT, ET ALTA-
» RE CONSTITVERIT: SI COMMONENTI EPISCOPO NON ACQVIEVE-
» RIT, NEC CONSENTIRE VEL OBEDIRE VOLVERIT, SEMEL ET ITE-
» RVM AC TERTIVM VOCANTI, IS OMNINO DEPONATVR, NEC VL-
» TRA REMEDIVM CONSEQVI, NEC PROPRIVM HONOREM RECI-
» PERE POSSIT. QVOD SI PERSEVERAVERIT TVMVLTVARI ET
» ECCLESIAM PERTVRBARE, PER POTESTATEM EXTERNAM, TAN-
» QVAM SEDITIOSVS CORRIGATVR: EI τις Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, καταφρονήσας τοῦ ΙΔΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, ἀφώρισεν ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἰδίᾳ συνήγαγε, καὶ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΝ ΕΣΤΗΣΕ, καὶ τοῦ Ἐπισκόπου προσκαλεσαμένου αὐτὸν ἀπειθοίη, καὶ μὴ βούλοιτο αὐτῷ πείθεσθαι, μηδὲ ἀκούειν (aliàs, ὑπακούειν) καὶ Πρῶτον καὶ Δεύτερον, καὶ Τρίτον καλοῦντι, τοῦτον παντελῶς καθαιρεῖσθαι, καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν, μήτε ἀπολαμβάνειν αὐτὸν δύνασθαι τὴν τιμήν. εἰ δὲ παραμένοι θορυβῶν, καὶ ἀναστατῶν τὴν ἐκκλησίαν, ΔΙΑ ΤΗΣ ΕΞΩΘΕΝ ΕΞΟΥΣΙΑΣ, ΩΣ ΣΤΑΣΙΩΔΗ, ΑΥΤΟΝ ΑΠΟΣΤΡΕΦΕΣΘΑΙ. Hæc occasione Carosi ac Dorothei cæterorumque Eutychetis & Dioscori Sectam sectantium Monachorum, olim gesta, in Nouos Apostatas, ad emendationem eorum qui cum similibus desertoribus Monachis, siue LVTHERVS, siue alius sit, sese separabunt, dicta atque in hunc locum translata sunt ad sempiternum Damnatæ Perfidiæ, id est, Condemnati Schismatis, monumentum. Ast è contrario Vniuersæ Ecclesiæ in Regijs
» Imperatoris Iustiniani laudibus celebrandis triumphalis illa vox: ET
» HOC BONVM TIBI SERVABATVR, ZIZANIA TV EIECISTI, ECCLE-
» SIAS TV EMVNDASTI; Quintæ Oecumenicæ Synodi Constanti-
» nopolitanæ Secundæ, Collatione quarta. Ipsa est ergo ECCLESIA
» (inquit ad Vincentium Augustinus) quæ intra SAGENAM DOMINICAM
» cum Malis Piscibus natat, A QVIBVS CORDE SEMPER ET MORIBVS

SEPARATVR ATQVE DISCEDIT, vt exhibeatur viro suo gloriosa, non « Ephes 5. v. 27.
habens maculam neque rugam. CORPORALEM AVTEM SEPARA- «
TIONEM IN LITORE MARIS, HOC EST IN FINE SÆCVLI, EXSPE- «
CTAT, CORRIGENS QVOS POTEST, TOLERANS QVOS CORRIGERE «
NON VALET: NON TAMEN PROPTER EORVM, QVOS NON CORRI- «
GIT, INIQVITATEM, IPSA BONORVM DESERIT VNITATEM. Qua- «
propter inter librorum REGVM Interpretes sæpe dubitatum est, cur prior pars eius operis ab vno tantùm Samuele, cùm Reges plures, scriptores plures, sint; posterior à pluribus Regibus inscribatur? Ac responsum, primam illam partem de Regno adhuc Vnito agere; postremam, de Regno in regnum Iuda & Israël Diuiso: quandiu verò Regnum vnitum est, licet plures Reges sibi succedentes habeat, vnum tantùm habere creditur. Ad hæc, in Vnitate Sacerdotis Vnitas Regni ostensa ac præfigurata est. Ecclesia enim tametsi Prælatos Pontificesque plures habuerit; eos nihilominus, quoniam habuit semper tanta charitate concordes, in vnoque omnium Maximo ac Pontifice Summo conuenientes, VNVM tantùm habuisse videtur. Vnde est illud: Vul- « Cant. 4. v. 9.
nerasti cor meum in VNO oculorum tuorum: Canticorum quar- «
ti. quod De Vnitate Prælatorum qui Ecclesiæ speculæ ac tanquam oculi vigiles sunt, Philo Carpathius (qui, vt in Vita sancti Epiphanij, apud Metaphrasten legitur, à sancto Epiphanio Episcopus ordinatus est) interpretatur, ac si, Vulnerasti cor meum in Vnitate Prælatorum tuorum, Sponsus ad Sponsam, in sacro Christi & Ecclesiæ Epithalamio dixisset. Et certè ideo Augustinus, Sermone Super Gestis cum Emerito, miratur filios Ancillarum de Iacob, in VNAM HEREDITATEM aduocatos, & ait: SIMVL NV- «
MERATI SVNT OMNES PATRIARCHÆ DVODECIM, NVLLVM AB «
ALTERO VTERI DIVERSITAS SEPARAVIT, QVIA OMNES CHA- «
RITAS SOCIAVIT. Quare subtiliùs an veriùs scripserit Diuus «
Bernardus, incertum est, Sermone quadragesimo primo, De modo bene viuendi, qui inscribitur DE CONCORDIA; cùm ait:
Nihil est quod Diabolus tantùm timeat, quantùm Concordiam & «
Charitatem. Nam si totum quod habemus, damus propter Deum, «
hoc Diabolus non timet, quia ipse nihil habet: si ieiunamus, hoc «
Diabolus non timet, quia ipse nunquam comedit: si vigilamus, «
hoc Diabolus non timet, quia ipse nunquam dormit. Sed si «
Charitatem & Concordiam tenemus, hoc Diabolus vehementer «
timet. quare? Quia hoc tenemus in Terra, quod ipse in cælo te- «
nere noluit. Haud mirum igitur si Nicæna Synodus, octauo Ca- «
none, diligenter cauet, NE IN VNA CIVITATE DVO EPISCOPI PROBENTVR EXSISTERE, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει ΔΥΟ Ἐπίσκοποι ὦσιν, id est, vt vulgò Veteres dixere, Neu DVO Episcopi sedeant in eadem Sede; ad Vnitatis scilicet vim tam demonstrandam, quàm retinendam. Quamobrem Beatus Hieronymus, in primum caput Aggæi, ait: Denique in Genesi «

» cùm in Primo Die dictum sit, & in Tertio, & in Quarto, & » in Quinto, & in Sexto, post consummationem operum sin-
Genes. 1. » gulorum; Et vidit Deus quia bonum est: IN SECVNDO, iux- » ta Hebraïcum, & Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, » non habetur. NEQVE ENIM POTERAT SECVNDVS DIES, » QVI NVMERVM FACIT QVI AB VNIONE DIVIDIT, » QVOD BONVS ESSET, DEI SENTENTIA COMPRO- » BARI. Idemque docet, priore contra Iouinianum libro. ac in Apologia pro his suis aduersùs Iouinianum libris, hanc suam » interpretationem ab aliquorum calumnijs tuetur, & addit: Scili- » cet non enumerandum mihi est qui Ecclesiasticorum DE IM- » PARI NVMERO disputarunt, Clemens, Hippolytus, Orige- » nes, Dionysius, Eusebius, Didymus; nostrorumque Tertullia- » nus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius: quorum Hi- » larius, DE SEPTENARIO, id est, IMPARI NVMERO, dis- » serens, quæ & quanta dixerit, ad Fortunatum liber illius testi- » monio est. An forsitan Pythagoram, & Archytam Tarentinum, » & Scipionem in sexto De Republica, DE IMPARI NVME- » RO proferam disputantes? Et si hos audire noluerint obtrecta- » tores mei, Grammaticorum scholas eis faciam conclamare, Nu- » mero Deus impare gaudet. Grande piaculum. Euersæ sunt Ec- » clesiæ: Orbis audire non potest, si mundiorem Virginitatem di- » ximus esse, quàm Nuptias,: si PAREM NVMERVM IMPA- » RI SVBIECIMVS, & Veteris Testamenti typos Euangelicæ ve- » ritati profecisse monstrauimus. Immo verò cùm Deus Secundo Die aquas quæ sub firmamento erant, ab ijs quæ erant Super firmamentum, diuideret; à laude quoque, vt de cæteris Secundæ Diei operibus dictum est, abstinuisse consultò videtur. Nulla enim tribuitur commendatio, vbi exercetur diuisio. Quo sensu, libro secundo contra Litteras Petiliani, Augustinus scripsit, de » Christo loquens: IPSE EST ENIM PAX NOSTRA, QVI » FECIT VTRAQVE VNVM; NON DONATVS, QVI FE- » CIT DE VNO DVO. Vnde sic in Diuisionis nomine lusisse, tametsi seriò ac in re seria, Hadrianum Pont. Max. in ea ad Basilium Imp. Epistola quæ Actione prima Vniuersalis Conci- » lij Octaui refertur, legimus: Alterum verò nominatum in scri- » ptis tuis Metropolitam, Domino dispensante, non vidimus: quia » enim, sicut iste, à Reuerendo Patriarcha Ignatio, ita seorsum » ille à Photio TYRANNO mittebatur. Volens Deus ostendere, » NON IN DVO Ecclesiam suam fore scindendam, quod videlicet
4. Reg. 17. v. 21. » malum Ieroboam quondam in Israël Rex impius egit: Volens » etiam nos auctoris huiusmodi Scissionis nec ipsam quoque vi- » sionem percipere; antequam ad nos perueniret, IVSTO IV- » DICIO SVO, PELAGO COOPERVIT EVM: ET QVI PO- » PVLVM DEI DIVISERAT, DIVISA EST SVPER EVM » AQVA, DEVENITQVE IN PROFVNDVM, TANQVAM LAPIS.

Sed, quod valde notandum, & quod vehementer ad propositum facit, illud est videlicet, idem semper in ore Ecclesiæ fuisse SCHISMATICVM, HÆRETICVM, & DIVISOREM, vt ex vndevigesima Actione Sextæ Synodi liquet, vbi Vniuersa Ecclesia exclamat: Definitio Orthodoxa est: Contradicenti huic definitioni Anathema: Qui contradixerit huic definitioni, HÆRETICVS est: Qui contradixerit huic definitioni, DIVISOR est: Ὁ ὅρος Ὀρθόδοξός ἐστι. τῷ ἀντιλέγοντι τῷ ὅρῳ, ἀνάθεμα. Ὁ ἀντιλέγων τῷ ὅρῳ, ΑΙΡΕΤΙΚΟΣ ἐστιν. Ὁ ἀντιλέγων τῷ ὅρῳ, ΔΙΑΙΡΕΤΗΣ ἐστιν. Hæc Sexta Synodus: quæ paulò ante in Exclamationibus, Constantino Pogonato Imperatori gratulans, dixerat: DIVIDENTES & confundentes tu persecutus es: Τοὺς ΔΙΑΙΡΟΥΝΤΑΣ καὶ συγχέοντας, σὺ ἐδίωξας. Huc spectant Aureæ illæ Catenæ, quibus, Exodi duodetrigesimo, Summi Sacerdotis vestes tam arctè nectuntur, vt ab inuicem separari non queant. Meritò ergo Gregorius, & libri primi Epistolâ vigesimâ quartâ, & libro Pastoralis Curæ, Malogranata Summi Pontificis interpretans; Sicut, inquit, in Malo Punico vno exteriùs cortice multa interiùs grana muniuntur: SIC INNVMEROS SANCTÆ ECCLESIÆ POPVLOS VNITAS FIDEI CONTEGIT, QVOS INTVS DIVERSITAS MERITORVM TENET. Atque idem qui supra, Bernardus, Sermone quinquagesimo nono in Cantica, versiculum illum secundi capitis explanans; Vox Turturis audita est in terra nostra: Non planè, inquit, Principatum sonat vox ista, sed Consortium, sed Familiaritatem: tanquam Sponsus hoc dicit, non tanquam Dominus. Quid? Conditor est, & Consortem se reputat. Amor loquitur, qui dominum nescit: CARMEN nimirum AMORIS est, nec alijs hoc quàm amatorijs fulciri oportuit. Amat & Deus: nec aliunde hoc habet, sed IPSE EST VNDE AMAT; & ideo, vehementiùs, QVIA NON AMOREM TAM HABET, QVAM HOC EST IPSE. Verùm quos amat Amicos habet, non Seruos. Denique Amicus fit de Magistro. Nec enim Amicos Discipulos diceret, si non essent. VIDES AMORI CEDERE ETIAM MAIESTATEM? Ita est, Fratres, NEMINEM SVSPICIT AMOR, SED NE DESPICIT QVIDEM. Omnes ex æquo intuetur qui perfectè se amant, ET IN SEIPSO CELSOS HVMILESQVE CONTEMPERAT: nec modò pares, sed VNVM eos facit. Tu Deum forsitan adhuc ab hac AMORIS REGVLA excipi putas: sed Qui adhæret Deo, VNVS spiritus est. Additque propterea, dictum fuisse, IN TERRA NOSTRA, non, IN TERRA MEA; Quia Amor, inquit, Proprietatem abnuit, Societatem non respuit. Scilicet, quod satis indicat Bernardus, olim Deus voce tonitrui, voce multitudinis, voce aquarum multarum personabat; quia minis homines perterrebat: nunc voce Turturis, qui est vnionis & consortij amantissimus; quippe cum hominibus consortium inire desiderat. Hoc autem Iustorum consortium, hanc Sanctorum cum Deo, adeoque inter se in Vnitate Ecclesiæ, Vnitatem, Sanctus Cyprianus, cuius ANIMVS PRÆCIPVA CHARITATE PLENISSIMVS, PER QVEM CVM

Exod. 28. v. 24.

1. Cor. 6. v. 17.

» COLLEGIS DIVERSA SENTIENTIBVS PACATISSIMVS MANSIT, ET » IN VNITATE ECCLESIÆ PASSIO GLORIOSA (vt de eo loquitur Augustinus, libro secundo contra Gaudentium) qui primus eo de argumento scripsit, ac Librum insignem DE VNITATE ECCLESIÆ, edidit; affirmat tantam esse, quanta est Radiorum cum Sole, Riuulorum cum Fonte, Ramorum cum Radice. Quemadmodum enim fieri non potest inter hæc, ita nec inter hos, nec inter Deum & Iustos, separatio. Eandem ob causam, quemadmodum notat ibidem idem Cyprianus, in βασιλειῶν, (vt citare Lactantius solet) id

3. Reg. 11. v. 30. est, REGVM, tertio, Ahias Propheta pallium suum nouum in duodecim partes scidit; Christus verò Dominus passus non est Tuni-

Ioan. 19. v. 23. cam suam Inconsutilem dissecari, Ioannis vndeuigesimo: quoniam Synagoga à Christo diuisa, in se quoque per intestinas discordias erat diuidenda; at verò Ecclesia, sicut à Christo indiuisa est, ita indiuisam suorum omnium membrorum retinet Vnitatem. Ac tandem DE VNITATE, ait, super Petrum VNVM voluisse Dominum ædificare Ecclesiam suam; vt VNITATEM manifestaret, VNAM CATHEDRAM constituisse, ac VNITATIS ORIGINEM AB VNO INCIPIENTEM, sua auctoritate disposuisse; sicque exordium AB VNI-

Eph. 4. v. 3. TATE proficisci; Paulum SACRAMENTVM VNITATIS, (Ephesiorum quarto) docuisse; EPISCOPATVM VNVM ATQVE INDIVISVM esse; ECCLESIAM VNAM esse, quomodo Solis multi Radij, sed Lumen VNVM; & Rami arboris multi, sed Arbor VNA; Ecclesiæ VNVM CAPVT esse, ORIGINEM VNAM; Ecclesiam VNAM MATREM esse, FOECVNDITATIS SVCCESSIBVS (quod antea, INCREMENTO FOECVNDITATIS, dixerat) copiosam; Ecclesiam, VNAM DOMVM nosse, VNIVS CVBICVLI SANCTITATEM casto pudore custodire; Ecclesiæ VNITATEM DE DIVINA FIRMITATE VENIENTEM, SACRAMENTIS CÆLESTIBVS COHÆRENTEM, (quòd in Deo Tres VNVM sunt) scindi non posse; Tunicam Christi, quæ de superiore parte non consutilis, sed per totum textilis erat, signare VNITATEM quam Christus portabat, DE SVPERIORE PARTE VENIENTEM, ID EST, DE CÆLO, ET A PATRE VENIENTEM, QVÆ AB ACCIPIENTE AC POSSIDENTE SCINDI OMNINO NON POTERAT, SED TOTAM SEMEL ET SOLIDAM FIRMITATEM INSEPARABILITER OBTINEBAT; sicque repræsentari Ecclesiæ CONCORDIAM COHÆRENTEM, & SACRAMENTO VESTIS ET SIGNO declarari ECCLESIÆ VNITATEM: Idem ergo esse, tria hæc, VNITATEM DEI, VESTEM DOMINI, ECCLESIAM CHRISTI; Cæterùm, Ecclesiam esse VNANIMITATIS HOSPITIVM; VNITATEM ECCLESIÆ esse non modò VNITATIS CONCORDIAM, sed esse tanquam Matris Ecclesiæ MATRICEM. Hæc summa dictorum AMANTISSIMI VNITATIS Cypriani, quem Vincentius Lirinensis, SANCTORVM OMNIVM ET EPISCOPORVM ET MARTYRVM LVMEN appellate minimè dubitauit. Hinc celeberrimâ illâ, DE VI CORRIGENDIS HÆRETICIS, ad Vincentium Donatistam, Epistolâ, Augustinus

ſcripſit: Gratias Domino, qui nos à DIVISIONE collegit, ET HOC «
VNI DEO CONGRVERE, VT VNITATE COLATVR, OSTENDIT. «
Ac paulò pòſt, Cyprianum & Agrippinum Epiſcopos, EPISCOPOS
VNITATIS appellat: QVOD nimirum Cyprianus (& cum eo Agrippinus,) VNITATEM ORBIS TERRÆ ATQVE OMNIVM GENTIVM
ET DILIGENDO TENVIT, ET DISPVTANDO DEFENDIT. Ex quo
effectum eſt, vt olim CATHOLICA ECCLESIA, & VNITAS, pro eodem ſumeretur, vt ex eodem Auguſtino, de Donatiſtis loquente,
patet: qui libro primo contra Epiſtolam Parmeniani, Quæ cùm ita «
ſint, inquit, cùm & diuinis & humanis legibus ita damnentur; tan- «
ta eſt tamen MANSVETVDO CHRISTIANA, vt non ſolùm teneant «
BASILICAS, quas iam præciſi ædificauerunt, ſed nec eas omnes red- «
diderint VNITATI, quas ab exordio VNITAS tenuit. Vnde Ter- «
tullianus, redditurus rationem PRO CHRISTIANIS, in Apologetico, quidnam eſſent Chriſtiani, ſic paucis declarat: CORPVS SVMVS «
DE CONSCIENTIA RELIGIONIS, ET DISCIPLINÆ VNITATE, ET «
SPEI FOEDERE. Atque hæc obiter dicendi anſam dedit Alexan- «
dri Archiepiſcopi, DE INCONSVTILI CHRISTI TVNICA, argumentum, quod omnibus omnium de Schiſmate tractantium communibus locis ſegetem ac materiam præbuit. Porro admonet, in
Apologia ad Guilielmum, Bernardus, non ſolùm Inconſutilem, ſed
etiam Polymitam Chriſti Tunicam fuiſſe; qualis Ioſephi illa exſtitit,
Geneſis trigeſimo ſeptimo. POLYMITAM, inquit, ob multorum « Geneſ.37. v.3.
ordinum, qui in ea ſunt, multimodam diſtinctionem; INCONSV- «
TILEM verò, propter Indiſſolubilis Charitatis indiuiduam Vnitatem. «
Quod ex Diuo Paulo confirmat, dicente, prioris ad Corin- «
thios duodecimo: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: « 1. Cor. 12. v.4.
& diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diui- «
ſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia «
in omnibus. Vnde Diuus ipſe Paulus valde miratur, eſſe aliquas «
in Eccleſia Dei diſcordias poſſe, cùm ait, primæ Corinthiorum vndecimo: Conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio SCISSVRAS eſ- « 1. Cor. 11. v.18.
ſe inter vos; & ex parte credo. At cur non credit ex toto, ſed tan- «
tùm ex parte? Quia ſcilicet incredibile pæne erat tantum facinus,
præſertim inter eos qui in Eccleſiam Dei conuenerant. Quamuis
enim, antequam ad Eccleſiam accederent, paſſim diſcordias ſeminaſſent; tamen in Eccleſia Dei conſtituti, ob Vnitatis Symbolum
Chriſtianæ, mutuam fouere concordiam maximè tenebantur. Vnde in Sciſſura, ſeu Schiſmate Photij, tremit horretque pingere
calamus, quò tandem Orthodoxorum Epiſcoporum, Oecumenicè
ac Synodicè eius Depoſitioni ſubſcribentium, zelus, an potiùs ſanctus ac diuinus furor, euaſerit: Scribit Nicetas, cognomento Dauid
Paphlagon, Prolegomenis ad Octauam Synodum, in Ignatio, de
Epiſcopis: Subſcripſere Depoſitioni calamis, non nudo atramento; «
ſed, in quo penitus contremiſcas (vt eos, qui rem norant, aſſeue- «
rantes audiui) IPSO SALVATORIS SANGVINE TINCTIS: ita, in- «

» quam, demum Photium exauctorarunt damnaruntque, vnaque omnes
» ab illo ORDINATOS: Ὑπογεγράφασι δὲ τῇ καθαιρέσει, οὐ ψιλῷ τῷ μέλανι, τὰ χειρόγραφα ποιούμενοι, ἀλλὰ τὸ φρικωδέστατον, ὡς τῶν εἰδότων ἀκήκοα, διαβεβαιούμενοι, ΚΑΙ ΕΝ ΑΥΤΩ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΤΩ ΑΙΜΑΤΙ ΒΑΠΤΟΝΤΕΣ ΤΟΝ ΚΑΛΑΜΟΝ, οὕτως ἐξεκήρυξαν Φώτιον, οὕτως αὐτὸν κατεδίκασαν, καὶ πάντας τοὺς ΚΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΜΕΝΟΥΣ ὑπ' αὐτοῦ. SCISSVRAS verò cùm ait, respicere mihi ad nostram, quam supra ex Cypriano attigi, Ahiæ Prophetæ, videtur, historiam; cùm è duodecim partibus, in
3.Reg.11. v.30. » quas pallium sciderat, decem Ieroboamo tradens dixit: TOLLE TI-
» BI DECEM SCISSVRAS. Sub quarum typo PARTEM DONATI, Partem Lutheri, & cæteras id genus, sic lamentatur Isaïas, capite vige-
Is.22.v.9. » simo secundo; Et SCISSVRAS CIVITATIS DAVID videbitis, quia
» multiplicatæ sunt. Quantumuis alioqui Regni Seditiones ex Religionis quoque Seditionibus oriundas, vterque præmonstraret. Quas namque SCISSVRAS Propheta nominat, has Seditiones Rupertus, Abbas Tuitiensis, interpretatur, in decimi Oseæ locum illum;
Os. 10. v. » Transire fecit Samaria REGEM suum quasi spumam super faciem
» aquæ; ingeniosè commentatus illis decem Pallij Scissuris, decem Regni Seditiones portendi. Quarum PRIMA, Ieroboami in Roboam, Regum tertio, capite duodecimo; quâ illum de Regno Decem Tribuum exturbauit: SECVNDA, Baasæ in Nadab, decimo quinto ibidem; vbi videlicet illum per insidias aggressus interfecit: TERTIA, Zambri serui Regis Helæ in ipsum Helam, decimo sexto; cùm temulentum Regem irruens oppressit ac peremit: QVARTA, Armi militiæ Principis in ipsum Zambri Regem, quâ, vbi supra, illum in vrbe Regia commorantem sic obsedit, vt si non ad deditionem, certè ad occisionem sui coëgerit. nam Zambri, ne caderet in exitium ab intestino hoste paratum, sibi fecit incendium, quo pariter cum aula regia deflagrauit: QVINTA, Iehu in Ioramum, quarti Regum nono; vbi fugienti Ioramo sagittam inter scapulas infixit, & per cor in partem vlteriorem transmisit: SEXTA, Regis Sellum in Zachariam, decimo quinto; ipsum palàm & aggredientis & obtruncantis: SEPTIMA, Regis Manahem in Sellum, ibidem; quem in Samaria percussit occiditque: OCTAVA, Regis Phacee in Phaceiam, citato loco; eumque in turre domus regiæ è medio sustulit: NONA, Regis Osee in Phacee, ibidem; nec citra mortem persequentis: DECIMA, Assyriorum Regis Salmanazaris in Osee, decimo septimo quarti Regum; qua illum sub iugum misit, ac in seruitutem perpetuam redegit, inque Assyrios nunquam ampliùs remigraturum transtulit. Vides vt Regnum ex Decem Tribubus conflatum, in Decem Scissuras, seu in factiones laceretur decem? ita planè æquum erat, vt Regnum quod à vero Deo se absciderat, in seipso scinderetur; & Reges qui in Deum rebellauerant, seque à Communione Populi Dei separauerant, Rebel-
» lionis ac Schismatis talionem paterentur. Quòd si (vt in Hadriani Papæ Sexti APOSTOLICO BREVI, ad Fredericum Saxonum Du-

cem, aduersùs Lutherum, doctiſſimè ſanctiſſiméque ſcriptum eſt)
ob durius imperium fortaſſis, aut quorumdam Paſtorum ſeu ignauiam, ſeu malitiam, Schiſmata excitanda putatis; nunquid non ex libro Regum audiſtis adeo indignatum fuiſſe Dominum aduersùs Decem Tribus Filiorum Iſraël, & in omne ſemen eorum; vt dimoueret eos, & traderet in direptionem, donec proijceret eos à facie ſua? Ob quam tandem culpam, niſi quòd, ob durius imperium Salomonis, & imprudentius arrogantiuſque reſponſum Roboam Regis Ieruſalem, ſciſſæ fuerunt à tribu Iuda & Beniamin? QVAM PRÆSENS SEMPER FVERIT DOMINVS VINDEX SACERDOTIBVS SVIS, an non Saül ab REGIO abiectus Honore, & Ozias REX Iuda percuſſus leprâ, PROPTEREA QVOD QVÆ SACERDOTVM ERANT, CONTRA SACERDOTES DOMINI SVNT AVSI VSVRPARE, ſufficienti vobis potuerunt eſſe argumento? Qua de re mirificè, meo iudicio, in Synodi Vniuerſalis Octauæ Præfatione, ſcripſiſſe videtur Anaſtaſius Bibliothecarius, & Abbas Romanus, nuptiarum filij Baſilij Monocratoris cum filia Imperatoris Ludouici, AD VTRIVSQVE, vt loquitur, IMPERII VNITATEM, IMMO TOTIVS CHRISTI ECCLESIÆ LIBERTATEM, toto ſeptennio diligentiſſimus fideliſſimuſque proxeneta. is nempe qui Romanorum Pontiff. Vitas à ſancto Petro vſque ad Nicolaum illum Primum, ſcripſit, quem Synodus Vniuerſalis Octaua, Actione prima, ALTERVM HELIAM ZELOTEN, iure appellat: ille ipſe qui in Latinam linguam Concilium Septimum Generale vertit; Octauam Oecumenicam Synodum, Conſtantinopolitanam Quartam, cui ipſe interfuit, Latinè quoque reddidit, Hadrianoque Pont. Max. inſcripſit.

4. Reg. 17. v. 20.

3. Reg. 12.

1. Reg. 15.

2. Par. 26. v. 19.

Aurea igitur hæc eius verba ſunt: Poſtquam Imperatores Romanorum, qui nunc Græcorum appellantur, variorum fautores vel incentores effecti errorum, ſanctam Chriſti Eccleſiam diuerſis hæreſibus SCINDERE minimè formidauerunt, SCIDIT Deus Imperium eorum; & in Occiduis Partibus paulatim regnate, ſuperno decernente iudicio, ceſſauerunt: donec Romanos Pontifices ſuis prauitatibus incuruare conantes, nec valentes, ac per hoc multiplicibus pœnis afficientes, Heſperiæ poteſtatem iam prorſus amitterent, Occidentis etiam amiſſo Imperio: nihilominus Romanis Pontificibus, quia iam iubere nequeunt, ſuadere nituntur, ſuis læſis fauorem ſenſibus accommodandum. Sed quia iſti CVM PETRO SVPER PETRAM VERÆ CONFESSIONIS STANTES, peſtiferam ſuggeſtionem AVDIRE POSSVNT, OBAVDIRE NON POSSVNT, mox illi, quoniam aliter eos lædere nequeunt, patrios & antiquos terminos transferunt, PRIVILEGIA SEDIS APOSTOLICÆ corrumpunt, & pæne omnia IVRA DISPONENDARVM DIOECESEΩN auferunt, atque ſuis hæc fautoribus conſentaneis & ſectatoribus conferunt, cum quibus etiam ius, quod SEDES APOSTOLICA ſuper prædictas regiones habuit, quia iuxta ſe ſitæ videbantur, vſurpant, & CONSTANTINOPOLITANÆ DIOECESI nequiter applicant. Cum Papa videatur

» dicere Innocentius ad Alexandrum Antiochenum inter alia ſcri-
» bens: Non ergo viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum munda-
» narum, Dei Eccleſiam commutari, honores aut diuiſiones per-
» peti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator; ſed his nec
» ipſi diu fruuntur, ſiquidem iam memorata Vulgarorum gens pro-
» tinus irruit, & vniuerſa circa Danubium occupat; ſicque Græci
» Principes quod SEDI ſubripiunt APOSTOLICÆ, in duplum quodam-
» modo, & ſecundùm legem, reſarcinant. Nam cum iure diœceſeos
» vſurpatæ, etiam ſua, id eſt, Imperij proprij partem poteſtatis, amit-
» tunt. Verùm tandem aliquando volens omnipotens Deus, qui olim
» filios Iſraël, etiam poſt triginta & quadringentos annos, ab affli-
» gentium preſſuris eripuit, ſalubremque doctrinam edocuit, has etiam
» regiones, cum populo ſuo ad rectum fidei tramitem, æquamque iu-
» ſtitiæ normam perducere, inſpirauit iam memorato Principi Vul-
» garorum PER MERITA PETRI (cuius in arcto ſitus, interuentio-
» nem ſibi apud Deum adeſſe precatus eſt, ſicque de numeroſis cu-
» neis hoſtium triumphauit) mittere Romam, & à Sede Apoſtolica
» fidei & SANÆ TRADITIONIS POSTVLARE DOCTRINAS: quod pius
» Princeps non ſegnis exſecutor effecit: & mittens ad APOSTOLICAM
» SEDEM, cui deceſſor veſter, tunc Papa, egregiæ ſanctitatis, præſide-
» bat, Nicolaus: & non ſolùm dogmata orthodoxæ fidei, verùm
» etiam SANCTÆ VITÆ DISCIPLINAM ab ea, quia & ad vtrumque
» idoneos inſtitutores expetiit & accepit, PAVLVM SCILICET POPV-
» LONIENSEM, ET FORMOSVM PORTVENSEM, SANCTÆ CONVER-
» SATIONIS ANTISTITES. Qui ad Principem peruenientes, totam-
» que iam memoratorum Vulgarorum patriam, cuius ſupra partes
» commemorauimus, peragrantes, TERRAM CORDIVM LINGVÆ
» VOMERE PRÆSCINDENDO, & Chriſtum, exſtirpatis errorum ve-
» pribus, in hominum mente plantando, fluentiſque ſacri Baptiſmi ri-
» gando, atque IMPOSITIONE MANVVM SVPER CAPITA FIDELIVM,
» ET DEO DICATA TEMPLA VEL ALTARIA, INCREMENTVM PER-
» FECTIONIS PER SANCTVM SPIRITVM INVOCANDO, dum APO-
» STOLICVS ille PONTIFEX, &, vt ita dicatur, CÆLESTIS HOMO, ET
» TERRESTRIS ANGELVS, ſuperſtes habitus eſt, minimè ceſſauerunt.
» Ad cuius imitationem eadem agi ſtrenuè tu, ſucceſſor eius, ALMÆ
» AC SVMMÆ MAGNITVDINIS PRÆSVL, medullitus anhelaſti, & in
» his conſummandis ſatagere non ceſſaſti. In tantum autem pietas
» creuerat Principis & abundabat circa Beatum Petrum venerationis
» affectu, vt QVADAM DIE MANV PROPRIA CAPILLOS SVOS AP-
» PREHENDERET, ET CONTEMPLANTIBVS CVNCTIS SE ROMANIS
» MISSIS TRADIDERIT, dicens: OMNES PRIMATES ET CVNCTI PO-
» PVLI VVLGARORVM TERRÆ COGNOSCANT AB HODIERNO DIE
» ME SERVVM FORE POST DEVM, BEATI PETRI ET EIVS VICARII.
Atque hæc magnificè Anaſtaſius. Idcircò contra Sciſſuras in Sacra
Doctrina OMNIA VNVM ſunt atque appellantur, HVGONE noſtro
» VICTORINO teſte, libro ſecundo De Arca Noë: Sacra Scriptura;

Liber est vitæ; Cuius Origo Æterna, cuius Incorruptibilis Essentia, « cuius Cognitio Vita, cuius Scriptura Indelebilis, cuius Inspectus « Desiderabilis, cuius Doctrina Facilis, cuius Scientia Dulcis, cuius « Profunditas Imperscrutabilis, cuius VERBA INNVMERABILIA, ET « VNVM TAMEN VERBVM OMNIA. Vnum Omnia, voluit di- « cere noster Hugo (qui quondam LINGVA AVGVSTINI dictus est) quoad Sensum, vel potiùs quoad Consensum, cuius quandoque studio ductus, ac spiritu feruens, CVM SICVT SCIENTIA, ITA ZELO CATHOLICÆ VERITATIS, CÆTERIS ÆQVALIBVS ANTEIRET (vt ad annum Christi CIↃ CXXXVI Cardinalis Baronius loquitur) ad Ioannem, immo aduersùs Ioannem Archiepiscopum Hispalensem, Apostatam (vt nos aduersùs Spalatensem, DE CONFESSIONE FIDEI, Epistolam illam scripsit, quam INSIGNEM Cardinalis Capuanus Bellarminus, De Scriptoribus Ecclesiasticis, in HVGONE DE SANCTO VICTORE appellat, cuius memorabilis & pæne cælestis inscriptio hæc est: IOANNI QVONDAM HISPALEN- « SIVM ARCHIEPISCOPO HVGO SERVVS CRVCIS CHRISTI. Al- « ludebat autem antedicto loco ad illud, quòd In principio erat Verbum, in quo Omnia Vnum sunt, quodque est non quodammodo, sed omnimodè Omnia, reuelante, Ioannis decimo septimo, Christo, dum Patrem orat; Rogo vt omnes VNVM sint, sicut tu « Ioan. 17. Pater in me, & ego in te; VT ET IPSI IN NOBIS VNVM SINT. « v. 21. Talis nimirum esse Vnitas Christianorum debuit, quæ diuinam Christi & Patris Vnitatem perfectissimè imitetur ac repræsentet. Qua de re Dionysius Areopagita, Sanctus ille Athenarum Episcopus & Martyr, cuius Sextæ Synodi Actione quarta, in Agathonis Pont. Max. ad Imperatorem & Augustos Epistola; & Actione octaua, testimonium ponderatum est, Scriptor certè antiquissimus ac eruditissimus, Hierarchiæ Ecclesiasticæ capite tertio, hanc quæstionem dubitationemque proponit; Quare nomina communia cæteris Sacramentis, τῆς ἁγίας ἱεραρχικῆς τελετῆς, (Sacramenta ille sic nominat, quasi dicas, HIERARCHICAS TELETAS, vel SACRAS TELETAS, ac PERFECTIONES, siue HIERARCHICA SACRAMENTA, quemadmodum Opus suum De Sacramentis, inscripsit propter summam dignitatem & perfectionem arcanam, DE PHILOSOPHIA, Ambrosius) nempe Κοινωνία, & Σύναξις, COMMVNIO ac SYNAXIS de Eucharistia ἐξαιρέτως ἀνηγόρευται, peculiariter vsurpantur: Cùm vnaquæ- « que PERFECTIVA SACRORVM OPERATIO, id est, vnumquodque « Sacramentum, siue omnia Sacramenta, vitas nostras diuisas, id est, « diuersis passionibus ac vitiis obnoxias, (Sic passim apud hunc Scriptorem DIVISIO, aut DISSECTIO, in malam partem sumitur, è Platonis & Platonicorum disciplina, quam ex libris Mosis hauserant, de quibus secundùm Hieronymum suprà: atque illi Coniunctioni opponitur, per quam Vnum cum Christo efficimur) ad Dei- « ficationem reducat, per quam VNI assimilamur, & rerum diuisa- « rum ad Vnitatem Deo conuenientem contractione, Communio- « nem atque Vnionem nobis largiatur cum VNO (id est Deo, qui «

& Vnus & Vnum est:) ἑκάστης ΙΕΡΟΤΕΛΕΣΤΙΚΗΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ, καὶ τὰς μερικὰς ἡμῶν ζωὰς, εἰς ἑνοειδῆ θέωσιν συναγούσης, καὶ τῇ τῶν διαιρετῶν θεοειδεῖ συμπτύξει, τὴν πρὸς ΤΟ ΕΝ Κοινωνίαν, καὶ ἕνωσιν δωρουμένης. Respondet autem Dionysius; Eucharistiam propterea appellariones omnibus Sacramentis communes sibi vindicare, quia reliqua, verbi gratia, Baptismus, de quo ante dixit; & Ordinis Sacramentum, quod postea explicat, per Eucharistiam perficiantur: non enim perfectè illa tradita censeri, nisi Eucharistia, quasi cæterorum (propter summam Vnionem atque Vnitatem) consummatio, accesserit. Addit, simillimum posse & in Baptismo obseruari, quod Φώτισμα, ILLVMINATIO, Antiquæ Ecclesiæ (vt ex eo ad Hebræos loco omnes
Hebr. 6. v. 4. » norunt: Impossibile est eos qui semel ILLVMINATI sunt) dicebatur; quum tamen DONVM ILLVMINATIONIS etiam alia Sacramenta conferant. Porro ipsam Communionem cum Vno adeo vrget Dionysius, vt in libro De Sacramentis, siue De Ecclesiastica Hierarchia, Σύναξις, SYNAXIS, quemadmodum & Κοινωνία, COMMVNIO, non significet Congregationem Populi, vt ipsius ætate ea vox accipiebatur, quæ & Συνέλευσις, CONVENTVS, Paulina phrasi (CON-
1. Cor. 11. v. 18. VENIENTIBVS, Συνερχομένων) Iustino dicitur; sed Coniunctionem cum Christo, quæ fit per Eucharistiæ Sacramenti participationem.
» Vnde ad caput quartum Pachymeres: Obserua autem, inquit, so-
» lam LITVRGIAM in qua DIVINORVM MYSTERIORVM fiunt par-
» ticipes qui digni sunt, à Dionysio appellari SYNAXIN. Nam eo
» sensu id nomen ipse accipit, non quia συνάγεται, congregatur, po-
» pulus, vt aliquis existimare queat; sed PROPTER COMMVNIONEM
» CVM VNO, per quam Seruatori Christo, vt membra capiti συνα-
» γόμεθα, coniungimur: Σημείωσαι δὲ ὅτι ΣΥΝΑΞΙΝ μόνην τὴν ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΝ φησί, καθ' ἣν ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ κοινωνοῦσιν ΟΙ ΑΞΙΟΙ. ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα λαμβάνει, οὐ διὰ τὸ συνάγεσθαι τὸν λαὸν, καθώς οἰηθείη τις, ἀλλὰ ΔΙΑ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΕΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ, καθ' ἣν τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, ὡς μέλη τῇ κεφαλῇ Συναγόμεθα. Et rectè quidem. Nam ipsum Deum, qui per Sacramenta hanc Coniunctionem operatur, Dionysius CONIVNCTOREM, Συναγωγὸν, propterea appellat, initio Hierarchiæ Cælestis, cùm ait: καὶ ἐπιστρέφει ἡμᾶς πρὸς τὴν ΤΟΥ
» ΣΥΝΑΓΩΓΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ἑνότητα καὶ ΘΕΟΠΟΙΟΝ ΑΠΛΟΤΗΤΑ· Et conuertit
» nos ad CONIVNCTORIS PATRIS Vnitatem, ac SIMPLICITATEM DEI-
» FICATIVAM. Acsi reuelaret Dionysius, Deum sub Synagoga primùm, quasi sub typo CONIVNCTIONIS, apparuisse, vt veluti sensim nos tandem per Ecclesiæ suæ Mysterium ad suam, tanquam paternam hæreditariamque VNITATEM, secum perfectè æternúmque conuerteret. Vnde in Synodica Prouinciæ Hellesponti, ad Leonem Imperatorem, Seleucus Amasiæ Metropolis Episcopus, Vranius Iboreæ, Erythrius Amisi, Ælianus Sinopensis, Hyperitius Tili, Paulus Adratenus, omnia se dicere ac perere credunt pro Alexandrina Sede, quam Timotheus Apollinarista tyrannicè inuaserat, proque
» vniuersa Ægyptiaca Diœcesi, cùm rogant, Vti SANCTIS ECCLESIIS

ILLIC

ILLIC POSITIS VNITAS CONFERATVR. Quare idem «
prorsus tibi, REX, cum SCHISMATE, quod congressuro Da-
uidi cum Gigante, faciendum est. Elegit sibi quinque limpidis- «1.
simos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem. Sed « v. 40.
cùm ad pugnam ventum est, Festinauit Dauid & cucurrit ad pu- « v. 48.
gnam ex aduerso Philistæi. Et misit manum suam in peram, tu- «
litque VNVM Lapidem, & fundâ iecit, & circumducens, per- «
cussit Philistæum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & «
cecidit in faciem suam super terram. Præualuitque Dauid aduer- «
sùm Philistæum IN FVNDA ET LAPIDE, percussumque Phi- «
listæum interfecit. Explicat Augustinus, Paraphrasi in Titulum «
Psalmi Triumphalis, centesimi quadragesimi tertij, IPSI DA-
VID AD GOLIAM, de hac Dauidica Victoria compositi: QVIN- «
QVE, inquit, LAPIDES POSVIT, VNVM MISIT: LIBRI «
QVINQVE LECTI SVNT, (Lex nimirum, seu diuinæ Le- «
gis Pentateuchus, quem Augustinus subintelligit) SED VNITAS «
VICIT. Nec aliò sanè respexit Leo ille Secundus Pont. Max. Epi- «
stolâ ad Imp. Constantinum Pogonatum, cùm Sextæ Synodi
Actione decima octaua, tanquam Vniuersi Orbis voce exclamat:
O sancta MATER ECCLESIA, exsurge, depone pallium mœ- «
roris, & induere stolam iucunditatis tuæ. Ecce filius tuus, CON- «
STANTISSIMVS PRINCIPVM, DEFENSOR TVVS, ADIV- «
TOR TVVS: ne commouearis, accinctus est gladium Verbum Dei, «
quo diuidit Incredulos à Fidelibus, induit se loricam Fidei, & «
galeam Spem salutis. En propugnator tuus, (confide, ne metuas) «
NOVVS DAVID; non ille Rex vnius gentis Iudaïcæ, sed hic «
tuus Christianæ plebis pijssimus princeps, Nazareni sanguine pur- «
puratus, deiecit GOLIAM MAGNILOQVVM hostem tuum, «
& cunctum agmen eius huc illuc dispersit, PERCVSSIT FRON- «
TEM EIVS IACTV LAPIDIS: VBI NON INERAT SI- «
GNACVLVM PIETATIS: amputatum est caput eius, & in mem- «
bris eius nullus vigor relictus est. EN VBIQVE TRIVMPHVS «
PORTATVR IN PILO: Ω ἁγία ΜΗΤΗΡ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, ἀνάστηθι, «
ἀπώθου δὲ ἔνδυμα τῆς σκυθρωπότητος, καὶ ἔνδυσαι τὴν στολὴν τῆς εὐφροσύνης σου.
ἰδοὺ ὁ υἱός σου, Ο ΣΤΣΤΑΤΙΚΩΤΑΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΟΣΟΣ
ΕΚΔΙΚΗΤΗΣ, ΚΑΙ ΒΟΗΘΟΣ ΣΟΤ, μὴ ταραχθῇς· περιεζώσατο
γὰρ ῥομφαίαν τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ διαιρεῖ τοὺς Απίστους ἀπὸ τῶν Πιστῶν. ἐνε-
δύσατο Πίστεως θώρακα, καὶ περικεφαλαίαν σωτηρίας Ελπίδα. ἰδοὺ ὁ σὸς πρό-
μαχος, Ο ΝΕΟΣ ΔΑΒΙΔ· μὴ φοβηθῇς· θάρσει· οὐ γὰρ ἐκεῖνος ὁ ἑνὸς τοῦ Ιου-
δαϊκοῦ ἔθνους Βασιλεὺς, ἀλλ' ἔστιν ὁ σὸς, ὁ τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ εὐσεβέστατος Βα-
σιλεὺς, πορφυρωθεὶς ἐν τῷ τοῦ Ναζωραίου αἵματι, τὸν σὸν πολέμιον ΤΟΝ ΜΕ-
ΓΑΛΟΡΡΗΜΟΝΑ ΓΟΛΙΑΘ κατέβαλε, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν φάλαγγα
πανταχοῦ διεσκόρπισε, ΚΑΙ ΕΠΑΤΑΞΕΝ ΑΤΤΟΤ ΠΛΗΓΗ ΛΙΘΟΤ
ΤΟ ΜΕΤΩΠΟΝ, ΕΝΘΑ ΣΦΡΑΓΙΣ ΕΤΣΕΒΕΙΑΣ ΟΤΧ Τ-
ΠΗΡΧΕ· καὶ τῆς κεφαλῆς ἀφαιρεθείσης, οὐδεμία ἰσχὺς περιελείφθη· ΚΑΙ ΙΔΟΤ
ΠΑΝΤΑΧΟΤ ΕΠΙ ΔΟΡΑΤΟΣ ΘΡΙΑΜΒΕΤΕΤΑΙ. Hinc De Vni-

tate Taraſius Patriarcha Conſtantinopoleos, in Apologetico ad Po-
pulum dicto, ante Septimam Synodum, pulcerrimè ſic diſputat:
» Neſcit Eccleſiæ LEX vel TERMINVS Sectam ſiue Contentionem,
» SED SICVT NOVIT CONFITERI VNVM BAPTISMA, VNAM FIDEM;
» ITA ET CONCORDIAM VNAM IN OMNI ECCLESIASTICO NEGO-
» TIO. Nihil enim eſt in conſpectu Dei tam acceptum atque placa-
» bile, QVAM VT VNVM SIMVS, ET VNA EFFICIAMVR ECCLESIA
» CATHOLICA, QVEMADMODVM IN SINCERÆ NOSTRÆ FIDEI
» SYMBOLO CONFITEMVR. Et petimus nos, Fratres, vt reor & vos,
» quoniam ſcio vos timorem Dei habere, à Pijſſimis & Orthodoxis
» Imperatoribus noſtris, Synodum Vniuerſalem colligi: VT EFFI-
» CIAMVR NOS, QVI VNIVS DEI SVMVS, VNVM: ET QVI TRINI-
» TATIS cultores exiſtimus, VNITI, ET VNANIMES, ET COLLEGÆ, &
» qui Capitis noſtri Chriſti ſumus, efficiamur CORPVS VNVM com-
» pactum atque connexum: & qui Sancti Spiritus ſumus, efficiamur
» NON CONTRA INVICEM, SED PRO INVICEM: & qui VERITATIS
» exiſtimus, efficiamur id ipſum ſapientes atque dicentes, & non ſit
Phil.4.v.7. » in nobis certamen ſiue diſſenſio; vt PAX DEI, quæ exſuperat o-
» mnem ſenſum, muniat omnes nos: Οὐκ οἶδεν ὁ τῆς Ἐκκλησίας ΝΟΜΟΣ
ΚΑΙ ΟΡΟΣ ἔριν, ἢ φιλονεικίαν, ΑΛΛ᾽ ΩΣΠΕΡ ΟΙΔΕΝ ΟΜΟΛΟΓΕΙΝ ΕΥ-
ΣΕΒΩΣ, ΕΝ ΒΑΠΤΙΣΜΑ, ΜΙΑΝ ΠΙΣΤΙΝ, ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΣΥΜΦΩΝΙΑΝ
ΜΙΑΝ, ΕΠΙ ΠΑΝΤΟΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ. οὐδὲν οὕτως ἐστὶν
ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ εὐαπόδεκτον, καὶ εὐάρεστον, ΩΣ ΤΟ ΕΝΩΘΗΝΑΙ ΗΜΑΣ, ΚΑΙ
ΓΕΝΕΣΘΑΙ ΜΙΑΝ ΚΑΘΟΛΙΚΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ, ΚΑΘΑ ΚΑΙ ΕΝ ΤΩ ΣΥΜ-
ΒΟΛΩ ΤΗΣ ΕΙΛΙΚΡΙΝΟΥΣ ΗΜΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝ. καὶ αἰ-
τοῦμαι, ἀδελφοὶ, οἶμαι δὲ, καὶ ὑμεῖς, ἐπειδὴ γινώσκω τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἔχειν ὑμᾶς, πα-
ρὰ τῶν ΕΥσεβεστάτων καὶ Ορθοδόξων Βασιλέων ἡμῶν, Σύνοδον Οἰκουμενικὴν συνα-
θροισθῆναι, ΙΝΑ ΓΕΝΩΜΕΘΑ ΟΙ ΤΟΥ ΕΝΟΣ ΘΕΟΥ, ΕΝ· καὶ οἱ τῆς Τριά-
δος, ΗΝΩΜΕΝΟΙ, ΚΑΙ ΟΜΟΨΥΧΟΙ, ΚΑΙ ΟΜΟΤΙΜΟΙ· οἱ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν
Χριστοῦ, ΣΩΜΑ ΕΝ, συναρμολογούμενον, καὶ συμβιβαζόμενον· οἱ τοῦ ἁγίου Πνεύ-
ματος, ΟΥ ΚΑΤ᾽ ΑΛΛΗΛΩΝ, ΑΛΛΑ ΣΥΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣ· οἱ τῆς ἀληθείας, τὸ
αὐτὸ φρονοῦντες, καὶ λέγοντες, καὶ μὴ ᾖ ἔρις καὶ διχοστασία ἐν ἡμῖν. ὅπως Η
ΕΙΡΗΝΗ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσῃ πάντας ἡμᾶς. His
accedit Regium illud Conſtantini & Irenes ad Epiſcopos Nicææ
» congregatos ſcriptum, Septimæ Synodi Actione prima: Propter
» quod Euangelicè omnibus prædicans edicebat, (nempe Chriſtus Do-
Matt. 5. v. 9. » minus) Beati Pacifici: quoniam ipſi filij Dei vocabuntur. Ergo intra
» hanc Beatitudinem, quæ nobis nobilitatem adoptionis filiorum do-
» nauit, inueniri pium Imperium noſtrum volens, ad Pacem & Con-
» cordiam, omnem ROMANAM REMPVBLICAM noſtram dirigere fe-
» ſtinat. Præcipuè autem ſanctarum Dei Eccleſiarum BONI ORDINIS
» ſollicitudinem ſumere cupit, atque SACERDOTVM mercari ſem-
» per VNITATEM procurat, Orientis, Septentrionis, Occidentis, &
» Meridiei: & Præſules adſunt, Deo volente, per Vicarios ſuos,
» vnà cum reciprocis reſcriptis ad Synodicas Litteras, quæ miſſæ
» ſunt à ſanctiſſimo Patriarcha. Iſta enim antiquitus LEX SY-

NODICA CATHOLICÆ ECCLESIÆ, quæ A FINIBVS VS- «
QVE AD FINES ſuſcepit Euangelium. Igitur beneplacito & «
nutu eius congregauimus vos Sanctos SACERDOTES ipſius, «
QVI DISPOSVISTIS TESTAMENTVM EIVS SVPER IN- « Pſ. 49.v.5.
CRVENTA SACRIFICIA, vt definitionibus Synodorum, quæ rectè «
dogmatizauerunt, iudicium veſtrum ſimile fiat, & cunctis ſplendor «
Spiritus illuceſcat. Nemo enim accendens lucernam, ponit eam « Matt. 5.
ſub modio, ſecundùm Domini vocem, ſed ſuper candelabrum, vt « v. 15.
luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic enim & LEGISLATIO- «
NES, quæ olim à Patribus noſtris piè traditæ ſunt nobis, ſe- «
quemini; & ſanctæ Dei Eccleſiæ IN PACIFICO ORDINE «
permanebunt: Διὸ καὶ εὐαγγελικῶς πᾶσι κηρύττων ἔλεγε· Μακάριοι οἱ εἰ- «
ρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. Ταύτης οὖν τῆς μακαριότητος τῆς
ἀγλαϊζομένης ἡμῖν τὴν εὐγένειαν τῆς υἱοθεσίας, ἐντὸς γενέσθαι προαιρουμένη, ἡ ἡμετέρα εὐσεβὴς Βασιλεία, πρὸς Εἰρήνην καὶ Ομόνοιαν πᾶσαν τὴν ΡΩΜΑΙΚΗΝ ἡμῶν ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ διευθύνειν σπεύδομεν.
ἐξαιρέτως δὲ, καὶ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν ΕΥΤΑΞΙΑΣ φροντίζειν βουλόμεθα, καὶ ΤΗΝ ΤΩΝ ΙΕΡΕΩΝ ΕΝΩΣΙΝ διὰ
παντὸς ἐμπορεύεσθαι προαιρούμεθα ἀνατολῆς, ἄρκτου, δύσεώς τε, καὶ μεσημβρίας· καὶ πάρεισι, Θεοῦ εὐδοκήσαντος, διὰ τῶν αὐτῶν Τοποτηρητῶν, μετὰ καὶ τῶν ἀντιγράφων, τῶν ἀποσταλέντων συνοδικῶν γραμμάτων, παρὰ
τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου. Οὗτος γάρ ἐστιν ἀρχῆθεν ΝΟΜΟΣ ΣΥΝΟΔΙΚΟΣ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, τῆς ΑΠΟ ΠΕΡΑΤΩΝ ΕΙΣ ΠΕΡΑΤΑ δεξαμένης τὸ εὐαγγέλιον. τοιγαροῦν εὐδοκίᾳ καὶ ἐπινεύσει αὐτοῦ, συνηγάγομεν ὑμᾶς τοὺς Οσιωτάτους αὐτοῦ ΙΕΡΕΙΣ,
ΤΟΥΣ ΔΙΑΤΙΘΕΜΕΝΟΥΣ ΤΗΝ ΔΙΑΘΗΚΗΝ ΑΥΤΟΥ,
ΕΠΙ ΘΥΣΙΑΙΣ ΑΝΑΙΜΑΚΤΟΙΣ, ἵνα τοῖς ὅροις τῶν ὀρθῶς δογματισασῶν συνόδων, ἡ κρίσις ὑμῶν ἐφάμιλλος γένηται, καὶ πᾶσιν ἡ αἴγλη τοῦ πνεύματος καταλάμψῃ· οὐδεὶς γὰρ ἅψας λύχνον, τίθησιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ὅπως λάμψῃ πᾶσι τοῖς ἐν
τῇ οἰκίᾳ. οὕτω γὰρ καὶ ταῖς ἄνωθεν παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν εὐσεβῶς παραδοθείσαις ἡμῖν θεσμοθεσίαις ἐξακολουθήσετε, καὶ αἱ ἅγιαι τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι
ΕΝ ΕΙΡΗΝΑΙΑ ΤΑΞΕΙ διαμενοῦσιν. Vnde ſequenti Actione, id
eſt, ſecunda, Ioannes DEO-AMABILIS Preſbyter, & Legatus
Orientalis Diœceſeos, de Hadriano Primo Pont. Max. & Tara-
ſio Conſtantinopolitano Patriarcha, loquens, ad Synodum dixit:
VNVM ſentientes & confitentes IVSTITIA & PAX oſculatæ « Pſ.84.v.11.
ſunt. PHERONYMA enim (id eſt, verè ſuo nomini reſpondens) «
IRENE, & decreto Dei regnans & imperans, diuinitus mota, & «
decorem Eccleſiæ deſiderans atque volens, litteris vſa, IVSTI- «
TIAM PHERONYMAM, SANCTISSIMAM VIDELICET «
ECCLESIAM ROMANAM, amplexa eſt: & mouit in medium «
tranſire, & præſens, SANCTVM lætificare COLLEGIVM: ſed «
& Orthodoxam patefacere Fidem: ΤΟ ΕΝ φρονοῦντες καὶ ὁμολογοῦν- «
τες ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ καὶ ΕΙΡΗΝΗ κατεφίλησαν. ἡ γὰρ ΦΕΡΩΝΥΜΟΣ
ΕΙΡΗΝΗ, καὶ ψήφῳ Θεοῦ βασιλεύουσα, καὶ κρατοῦσα θείως κινουμένη,

καὶ τὴν εὐπρέπειαν τῆς ἐκκλησίας προδοῦσα, καὶ θέλουσα, γράμμασι χρησαμένη ΤΗΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ ΤΗΝ ΦΕΡΩΝΥΜΟΝ, ΤΗΝ ΑΓΙΩΤΑΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΡΩΜΗΣ κατεφίλησε, καὶ κεκίνηκεν εἰς μέσον προελθεῖν, καὶ τὴν παρουσίαν ΑΓΙΑΝ ΟΜΗΓΥΡΙΝ εὐφρᾶναι, καὶ τὴν Ὀρθόδοξον Πίστιν φανερῶσαι. Atque hæc DE VNITATE dicta ſint, quæ videlicet ex Euangelio ſpiritualia arma aduersùs Schiſmatis diuiſionem Tibi, SERENISSIME IACOBE, ECCLESIÆQVE MILITANTI miniſtrabit. Sed receptui canitur: Ad Auguſtini noſtri, tanquam ad VNITATIS, caſtra

CAP. XVI.

» notiſſima tutiſſimaque recurramus. CVR non (inquit Pelagius Secundus Pont. Max. in extremo libro, quem pro Quinta Synodo ſcripſit) ad memoriam, PRO VNITATE SERVANDA, Beati
» Auguſtini dictum reducitur? qui, dum De Vnico Baptiſmate lo-
» queretur, idcirco Cyprianum Martyrem, qui De Iterando Bapti-
» ſmate ſcripſerat, defunctum perhibuit, quia licèt prauum quid ſen-
» ſerit, NVNQVAM TAMEN SE A TOTIVS ECCLESIÆ COMMVNIO-
» NE SVSPENDIT. Sic igitur permanere in SANCTITATE SERVAN-
» TE conſtat, Fratres Dilectiſſimi, QVIA DVM VOS AB ECCLESIÆ
» VNITATE DISIVNGITIS, OMNE VIRTVTIS MERITVM PERDIDI-
Hebr. 12. v. 14. » STIS, ETIAMSI RECTE TENEATIS. Scriptum quippe eſt: Pacem
» ſequimini cum omnibus, & Sanctimoniam, ſine qua nemo vide-
» bit Dominum. Vnde idem Auguſtinus diſputans aduersùs Donatiſtas, ſæpe dicit, PACEM, CHARITATEM, VNITATEM ECCLESIÆ ſoluere ac dimittere peccata: & PER GEMITVS COLVMBÆ, id eſt, per Orationes Sanctorum, REMISSAM ſiue Remiſſionem Peccatorum dari. Loca ſunt libro tertio De Baptiſmo, capite decimo ſeptimo, & decimo octauo; & libro quarto, capite vigeſimo primo; & libro ſexto, capite quarto: Tractatu denique centeſimo vigeſimo primo ſuper Ioannem, & alibi. Et ne ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliquis videatur, non manifeſtior eſt, inquit Auguſtinus, nobis Chriſtus, quàm ſit Eccleſia manifeſta: nec euidentius, Ieſum Mariæ filium, eſſe Chriſtum, quàm hanc COMMVNIONEM GENTIVM, cui iungimur, eſſe ipſam Eccleſiam quam credamus. Atqui de Chriſto inter Chriſtianos, quis is eſſet, nuſquam eſt dubitatum: conſequens igitur eſt, vt quænam dicenda illa ſit, nec inter Catholicos ac Orthodoxos, immo nec inter Chriſtianos, oriri quæſtio de Eccleſia poſſit. Vitium eſt enim, conſequentia reprehendere, cùm prima conceſſeris. Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? Recito de Epiſtola ad Vincentium re-
» liqua: ACVTVM AVTEM ALIQVID VIDERIS DICERE, CVM CATHO-
» LICÆ NOMEN NON EX TOTIVS ORBIS COMMVNIONE INTERPRE-
» TARIS, SED EX OBSERVATIONE PRÆCEPTORVM OMNIVM DIVINO-
» RVM ATQVE OMNIVM SACRAMENTORVM, QVASI NOS ETIAM, SI
» FORTE HINC SIT APPELLATA CATHOLICA, QVOD TOTVM VERACI-
» TER TENEAT (CVIVS VERITATIS NONNVLLÆ PARTICVLÆ, ETIAM
» IN DIVERSIS INVENIVNTVR HÆRESIBVS) HVIVS NOMINIS TE-
» STIMONIO NITAMVR AD DEMONSTRANDVM ECCLESIAM IN

OMNIBVS GENTIBVS, ET NON PROMISSIS DEI, TAM MVLTIS TAMQVE MANIFESTIS ORACVLIS IPSIVS VERITATIS. Sed nempe hoc est totum quod nobis persuadere conaris, solos remansisse Rogatistas, QVI CATHOLICI RECTE APPELLARI POSSINT, EX OBSERVATIONE PRÆCEPTORVM OMNIVM DIVINORVM ATQVE SACRAMENTORVM: ET VOS ESSE SOLOS, in quibus inueniat Fidem, cùm venerit Filius Hominis. DA VENIAM, NON CREDIDIMVS. Licet enim & hoc audeas forsitan dicere, vt in vobis possit inueniri fides, quam se in terra non inuenturum Dominus dixit, (Luc. 18. v. 8.) & NON VOS IN TERRA, SED IN CÆLO esse deputandos; NOS TAMEN APOSTOLVS ITA aliàs sollicitos CAVTOS REDDIDIT, vt etiam Angelum de cælo nobis aliud Euangelizantem, præterquam quod (Gal. 1. v. 8.) accepimus, Anathema debere esse præceperit. Quomodo autem confidimus ex diuinis litteris accepisse nos, CHRISTVM MANIFESTVM, si non inde accepimus & ECCLESIAM MANIFESTAM? quaslibet quisque ansas & vncos aduersùs simplicitatem veritatis intexat, quaslibet nebulas callidæ falsitatis offundat; Sicut Anathema erit qui annunciauerit, Christum neque passum esse, neque tertia die resurrexisse: quoniam in veritate Euangelica accepimus; Oportebat Christum pati & resurgere à (Act. 17. v. 3.) mortuis tertia die: SIC ERIT ANATHEMA QVISQVIS ANNVNCIAVERIT ECCLESIAM PRÆTER COMMVNIONEM OMNIVM GENTIVM, quia eadem veritate consequenter accepimus; & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum PER OMNES GENTES, incipientibus ab Ierusalem: & inconcussè tenere debemus; Quisquis vobis annunciauerit præter quàm quod accepistis, anathema sit. Si autem vniuersos Donatistas non audimus, SE PRO ECCLESIA CHRISTI SVPPONENTES, quia nullum pro se testimonium de diuinis libris proferunt, quo id doceant; quantò minùs, rogo te, Rogatistas audire debemus, qui nec illud pro se interpretari conabuntur quod scriptum est: Vbi pascis? vbi cubas in meridie? (Cant. 1. v. 6.) Hæc vno digna Augustino. Ac ne docendæ plebeculæ memoriola vacillaret, Psalmum quemdam, eius generis quos olim ABECEDARIOS in Ecclesia Africana vocabant, (vti paulo ante Augustinum triginta ferme annis, Gregorius Theologus Paræneticum scripsit ABECEDARIVM, ἀλφάβητον Carmen: ac paulo post, nempe triginta quoque circiter annis, C. Cælius Sedulius, Presbyter Scotus, Theodosio Iuniore, HYMNVM ALPHABETICVM De Christo edidit; A SOLIS ORTVS CARDINE: quem in Natalis & Epiphaniæ Festis Ecclesia postea retinuit, ac magna populi consolatione cecinit) quò faciliùs causa Schismatis & cognosceretur, & mente ac auribus retineretur, certis quibusdam versiculis atque rythmis, idem Augustinus contra PARTEM DONATI composuisse ac vulgò decantandum proposuisse, prudenter sanè gloriatur. De quo quidem illud in primis quod in medio est, audiamus:

Nos amemus PACEM CHRISTI, gaudeamus in VNITATE.
Si qui mali sunt in Ecclesia, nil nobis possunt nocere:
Si non possunt vobiscum esse, excludantur SALVA PACE:
Si non poterunt excludi, excludantur vel DE CORDE.
Ezech 9 v. 4. Dixit Ezechiel SANCTVS, quosdam consignatos esse,
QVI GEMVNT PECCATA FRATRVM, ET NON SE SEPARANT INDE.
SIC NOS PROPTER MALOS FRATRES, NON SEPAREMVR A MATRE,
Quod tunc impij fecerunt, EXTRA LEVANTES ALTARE,
Vt peiores nunc haberent, QVAM QVOS SE FINGVNT FVGISSE.
OMNES QVI GAVDETIS DE PACE, MODO VERVM IVDICATE.

Item:

Omnis qui Scripturas legit, nouit quid volo aperire:
Ioannes Baptista dixit tunc ad Iudæos apertè,
Matt. 3. v. 12. Quòd illos, tanquam Aream suam Christus posset ventilare,
Matt. 9. v. 38. Misit in Messem operarios Discipulos prædicare;
Per quos Area collecta est, & VENTILATA DE CRVCE:
Tunc Iusti, tanquam Frumentum, Ecclesias impleuerunt castè,
VENDENTES QVÆ POSSIDEBANT, ET MVNDO DICENTES VALE.
Illi tanquam semen erant, quod Toto dispersum est Orbe,
Matt. 13. Vt alia surgeret Messis, QVÆ VENTILANDA EST IN FINE.
Hæc crescit inter ZIZANIA, quia sunt HÆRESES vbique;
HVIVS PALEA SVNT INIVSTI, QVI NON SVNT IN VNITATE.

Deinde:

Pone in corde AREAS DVAS, vt possis quò dico, videre.
Certè & priores habebant SANCTOS, sicut ostendunt Scripturæ:
3. Reg. 19. v. 18 & Rom. 11. v. 4. Nam & SEPTEM MILLIA VIRORVM Deus se dixit reliquisse:
Et Sacerdotes & REGES, multi IVSTI sunt in Lege.
VBI HABES TANTOS PROPHETAS, HABES MVLTOS ET DE PLEBE.
DIC MIHI QVIS TVNC IVSTORVM SEPARAVIT SIBI ALTARE?
Multa scelera admittebat iniquus populus ille:
Idolis sacrificatum est, tot occisi sunt Prophetæ,
ET NEMO TAMEN IVSTORVM RECESSIT AB VNITATE.
Iusti iniustos sufferebant, VENTVRO VENTILATORE.
VNO TEMPLO MISCEBANTVR, SED MIXTI NON ERANT CORDE.
Dicebant in illos tanta, ET VNVM HABEBANT ALTARE.
Omnes qui gaudetis DE PACE, modò verum iudicate.

Posthæc:

Quid vobis ad hæc videtur? SECVNDA MESSIS ECCLESIÆ,
Quæ PER TOTVM ORBEM crescit, plura debet sustinere:
Habet enim Domini exemplum & in IVDA Traditore.
HVNC INTER BONOS FEREBAT, HVNC MISIT ET PRÆDICARE;
MALVS SERVVS PRÆDICABAT, SED CHRISTVS ERAT IN FIDE:
QVIA QVI IVDICI CREDEBANT, NON CVRABANT DE PRÆCONE.
Matt 26. Quando dedit SANCTAM COENAM, nec tunc illum exclusit inde:
Et posset per illum tradi, etiamsi exisset ante,
SED NOBIS EXEMPLVM DATVM EST, MALOS FRATRES TOLERARE;
VT QVANDO NON POSSVNT EXCLVDI, SOLO SEPARENTVR CORDE.

Omnes qui gaudetis DE PACE, modò verum iudicate.
Quæ certè sententia tantùm Augustino placuit, vt, illustrandi causâ, verbis quibusdam additis, hunc in modum breuiter sub finem repeteret:
Non enim peiores erant illo Iuda Traditore, Matt 16.
Cum quo Apostoli ceperunt PRIMVM SACRAMENTVM COENÆ, Ioan. 13.
Cùm tanti sceleris reum inter se iam scirent esse:
NEC TAMEN HOS INQVINABANT SORDES IN ALIENO CORDE.
Ac postremò:
Scitis CATHOLICA quid sit, & quid sit PRÆCISVM A VITE.
Si qui sint inter vos cauti, veniant, viuant in radice;
Antequam nimis arescant, iam liberentur ab igne.
Ideo non rebaptizamus, quòd VNVM SIGNVM est in Fide:
Non quia vos sanctos videmus, sed solam FORMAM tenere,
QVIA IPSVM FORMAM HABET SARMENTVM QVOD PRÆCISVM EST DE VITE.
SED QVID ILLI PRODEST FORMA, SI NON VIVIT DE RADICE?
Venite, FRATRES, si vultis, vt insetamini in Vite:
Dolor est, cùm vos videmus PRÆCISOS ita iacere.
NVMERATE SACERDOTES VEL AB IPSA PETRI SEDE;
ET IN ORDINE ILLO PATRVM, QVIS CVI SVCCESSERIT, VIDETE.
IPSA EST PETRA QVAM NON VINCVNT SVPERBÆ INFERORVM PORTÆ. Matt.16.v.18.
Omnes qui gaudetis DE PACE, modò verum iudicate.
Quibus præmissis, hæc tandem summa est, totiusque Carminis Augustino digna conclusio:
Audite, FRATRES, quod dico, & mihi irasci nolite:
Quia non sunt falsa quæ auditis, potestis & considerate.
Quid si ipsa nunc ECCLESIA vos alloquatur CVM PACE,
Et dicat; O FILII MEI, QVID QVERIMINI DE MATRE?
QVARE ME DESERVISTIS, iam volo à vobis audire.
ACCVSATIS FRATRES VESTROS: ET EGO LACEROR VALDE.
Quando me premebant Gentes, multa tuli cum dolore;
Multi me deseruerunt, sed fecerunt in timore:
Vos verò nullus coëgit sic contra me REBELLARE:
DICITIS MECVM VOS ESSE, SED FALSVM VIDETIS ESSE.
EGO CATHOLICA DICOR, ET VOS DE DONATI PARTE.
Iussit me Apostolus PRO REGIBVS MVNDI orare: 1.Tim.2.v.2.
Vos INVIDETIS QVOD REGES IAM SVNT IN CHRISTIANA FIDE.
Si filij estis, quid inuidetis, quia auditæ sunt preces meæ?
Quando enim DONA miserunt, noluistis acceptare,
ET OBLITI ESTIS PROPHETAS, QVI ILLVD PRÆDIXERVNT ANTE;
QVOD GENTIVM REGES MAGNI MISSVRI ESSENT DONA ECCLESIÆ. Ps. 67. v. 30. Ps.71 v 16.& 11.Is.49.v.23. & 60. v. 10. & 16.
Quæ dona cùm respuistis, ostendistis vos non esse,
Et Macarium coëgistis suum dolorem vindicare.
Sed ego quid vobis feci, VESTRA MATER, in Toto Orbe?
Expello malos quos possum, quos non possum, cogor ferre:

Fero illos donec ſanentur, aut SEPARENTVR IN FINE.
Vos me QVARE DIMISISTIS, ET CRVCIOR DE VESTRA MORTE?
Si multùm malos odiſtis, QVALES HABETIS, videte.
SI ET VOS TOLERATIS MALOS, QVARE NON IN VNITATE?
Vbi nemo rebaptizat, NEC ALTARE CONTRA ALTARE?
Malos tantos toleratis, ſed nulla bona mercede;
Quia quod debetis PRO CHRISTO, PRO DONATO vultis ferre.
CANTAVIMVS VOBIS, FRATRES, PACEM, SI VVLTIS AVDIRE.
VENTVRVS EST IVDEX NOSTER: NOS DAMVS, EXIGIT ILLE.

Præclarum Auguſtini DE PACE, vel potiùs Antiquæ Eccleſiæ, Carmen. Eſt enim & rebus, & verbis, & modis, Chriſtianum, ſiue vtile; id eſt, cum facile, tum graue: & fatebor quidem, tale, vt quemadmodum cùm in Sole ambulem, etiamſi aliam ob cauſam ambulem, fit naturâ tamen vt colorer; ſic cùm iſtum Africanum Pſalmum, ab Auguſtino populariter ſcriptum, ſtudioſiùs recito, vt à me ſuperiùs ſiue dicta, ſiue allata, velut obiter, confirmem, ſentio orationem meam illius cantu, quaſi Africano quodam Sole, colorari. Ergo præclarè, Orientalis Eccleſiæ Sol, Nazianzenus, Oratione tertia DE PACE, ſic perorationem ſuam illuminat: PACIFICI illius, » inquit, munus, hoc eſt, PACEM, reuereamur, quam nobis hinc diſcedens, quaſi aliud quoddam legatum, reliquit. Vnum hoc bellum agnoſcamus, quod cum aduerſarijs poteſtatibus committitur.

Iſ. 66. v. 5. iuxta LXX. » DICAMVS, FRATRES NOSTRI VOS, IIS QVI NOS ODERVNT, ſi » tamen id æquo animo patiantur. EXIGVVM QVIDDAM CONCEDAMVS, VT, QVOD MAIVS EST, RECIPIAMVS, NIMIRVM CONCORDIAM: CEDAMVS, VT SVPEREMVS. VIDETE PALÆSTRÆ LEGES, ATHLETARVM CERTAMINA, QVI EX EO PLERVMQVE QVOD HVMI IACENT, IIS QVI SVPRA SITI SVNT, VICTORIAM EXTORQVENT. Hos æmulemur, non inexplebiliores Conuiuas aut Mercatores, qui partim immodicis epulis ingurgitati, partim nimijs mercibus onerata naue, ventrem potiùs diſruperint, ac nauim ſecum demerſerint, quàm vt ex hac inexplebili auiditate fructum vllum capiant. Ita, dum parua lucra captant, grauiſſimis damnis afficiuntur. Atque ipſe quidem hæc clamo, & conteſtor: nec, quod

Iſ. 62. v. 1. » ait Scriptura, facere deſinam: Propter Sion non tacebo, & propter » Ieruſalem non quieſcam: Αἰδεσθῶμεν δὲ δῶρον ΤΟΥ ΕΙΡΗΝΙΚΟΥ τὴν ΕΙΡΗΝΗΝ, ἣν ἐντεῦθεν ἀπιὼν ἀφῆκεν ἡμῖν, ὥσπερ ἄλλο τι ἐξαιρέτιον. ἕνα πόλεμον εἰδῶμεν τὸν κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων. ΕΙΠΩΜΕΝ ΑΔΕΛΦΟΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΜΙΣΟΥΣΙΝ ΗΜΑΣ, ἂν ἄρα δέχωνται. ΣΥΓΧΩΡΗΣΩΜΕΝ ΤΙ ΜΙΚΡΟΝ ΙΝΑ ΜΕΙΖΟΝ ΑΝΤΙΛΑΒΩΜΕΝ, ΤΗΝ ΟΜΟΝΟΙΑΝ· ΗΤΤΗΘΩΜΕΝ, ΙΝΑ ΝΙΚΗΣΩΜΕΝ. ΟΡΑΤΕ ΝΟΜΟΥΣ ΑΘΛΗΣΕΩΣ, ΚΑΙ ΠΑΛΑΙΣΤΩΝ ΑΓΩΝΙΣΜΑΤΑ, ΟΙ ΤΩ ΚΑΤΩ ΚΕΙΣΘΑΙ, ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΝΙΚΩΣΙ ΤΟΥΣ ΥΠΕΡΚΕΙΜΕΝΟΥΣ. Τούτους ζηλώσωμεν, μὴ τῶν Δαιτυμόνων τοὺς ἀπληστοτέρους, ἢ τῶν Ἐμπόρων, ὧν οἱ μὲν ἀμέτρως ἐμφορηθέντες τῶν προκειμένων, οἱ δὲ τὴν ναῦν φορτίσαντες, θᾶττον ἐρράγησαν, καὶ συγκατέδυσαν, ἤ τι τῆς ἀπληστίας ἀπέλαυσαν, ἵνα μικρὰ κερδάνωσι τὰ μεγάλα ζημιωθέντες. ἐγὼ μὲν οὕτω ταῦτα καὶ

βοῶ, καὶ διαμαρτύρομαι, καὶ τὸ τῆς γραφῆς ποιῶν οὐ παύσομαι, Διὰ Σιὼν οὐ σιωπήσομαι, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀνήσω. Poſſum perſequi innumerabilia Auguſtini noſtri teſtimonia; ſed ea ipſa quæ dixi, fuiſſe ſentio longiora; orationem autem eius ſententijs congruentem, & aptam ad animos permouendos, eorum maximè qui, quod Atticorum quondam erat, religioſas aures habent: modò ferant pro Donatiſtis LVTHERANOS, pro Rogatiſtis ſupponi ZVINGLIANOS, Breuiſſimum, vt ait, Fruſtum, de Fruſto Maiore præciſum. Quod vbi de Rogatiſtis noſtris Auguſtinus diceret, finem DE SCHISMATE ET VNITATE dicendi faciens, facto ſilentio, velut ECCLESIÆ MAGISTER, mox annuat, vt reiectis in Tertium Librum quæ huic ſententiæ addenda videri poſſint, PAVLI PRÆDICANTIS Commentarijs, ad ea quæ ſequuntur Tertiæ Commonitionis Pſalmi, DE REGVM IN DOMINO EXSVLTATIONE, gradum faciamus atque reſpiremus.

Hoc modo CATHOLICORVM innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat. Reſpiramus à metu cædis, emergimus à fluctibus ſeruitutis, reuiuiſcimus, nondum re, ſed ſpe Reipublicæ recuperandæ, CAP. XVII.

--vt Sol qui tectus aquoſis
Nubibus ante fuit, victis è nubibus exit.

Tertio nunc igitur loco, PER SANCTAM REGVM DOMINICAM, SIVE IN DOMINO, EXSVLTATIONEM, Fratres noſtri, CATHOLICI, tuam fidem, O REX, obteſtantur, miſericordiam implorant. Quem enim alium appellent? quem orent? quem obſecrent? Quòd ſi penitus perſpicere poſſes CATHOLICORVM Fidei CONCORDIAM, omnes Fratres iudicares, & horum conſenſum conſpirantem, & pæne conflatum, in hac prope æqualitate fraterna videres proſternere ſe, & fracto animo atque humili, tibi ſupplicare, vt tuis conſerues ſuos, id eſt, nobis CATHOLICOS ANGLOS. Hoc ſcilicet cæleſte Cæleſtis Imperij in terris arcanum eſt, eaque regnantis vox:

--recipit hoc Regnum duos:
Meum eſſe credo, quidquid eſt, Frater, tuum.

Neque enim (inquit, libro DE VNITATE ECCLESIÆ, Auguſtinus) « quia & in Orbe Terrarum plerumque Regna diuiduntur, ideo & « CHRISTIANA VNITAS diuiditur; cùm in vtraque parte CATHOLICA « inueniatur Eccleſia. Hinc & illa auditur adhuc, & in auribus Re- « gum ſonat Acclamatio Conſtantinopolitani Populi & Synodi in Conſtantinopolitano Concilio ſub Hormiſda & Ioanne, quæ in Concilio Conſtantinopolitano ſub Agapeto & Menna, Actione quinta, refertur: FRATRES CHRISTIANI, VNA ANIMA; ΑΔΕΛΦΟΙ « ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙ, ΜΙΑ ΨΥΧΗ, dum de Orthodoxis, dum de CATHOLICIS, ſiue, vt Auguſtinus loquitur, CATHOLICIS CHRISTIANIS, contra Hæreticum, contra Acephalum, Seuerum, ſermo eſt. Vnde ſequenti Acclamatione, Populus exclamat: FRATRES OR- « THODOXI, VNA ANIMA: FRATRES PER FIDEM, VNA ANIMA; vbi « Græcè tantùm reperitur quod prius eſt, nempe ΑΔΕΛΦΟΙ ΟΡΘΟ-

ΔΟΞΟΙ, ΜΙΑ ΨΥΧΗ. Videre mihi videor Ephesinos illos Patres, in Relatione ad Pientissimos Impp. missa per Iuuenalem, Firmum, Flauianum, Arcadium, Theodotum, Acacium, Euoptium, Episcopos, & Philippum Presbyterum, APOSTOLICÆ SEDIS LEGATVM: videor, inquam, videre, dum audio loquentes de Cyrillo ac Me-
» mnone Archiepiscopo Ephesino, hoc modo: Rogamus proinde
» Maiestatem Vestram, vt & nos quoque (OMNES ENIM, VINCTIS
» VTPOTE FRATRIBVS SANCTÆQVE SYNODI PRÆSIDIBVS, COL-
» LIGATI SVMVS) à vinculis soluat: Δεόμεθα τοίνυν τοῦ Ὑμετέρου Κράτους, λύσατε καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τῶν δεσμῶν· ΣΥΝΔΕΔΕΜΕΘΑ ΓΑΡ ΤΟΙΣ ΔΕΔΕΜΕΝΟΙΣ, ΩΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ ΚΑΙ ΠΡΟΕΔΡΟΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΗΜΩΝ ΣΥΝΟΔΟΥ. Quod quàm magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant: in quibus tam multis tamque variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix, in omni falsa Religione, amicorum paria reperiuntur, vt ad Orestem peruenias profectus à Theseo. Exsultabis autem Domino cum tremore, ac sancto velut tripudio auspicabere, si cum Quatuor ac viginti Senioribus Coronatis atque Regibus, qui primo Ecclesiæ Magisterio, (volui dicere Martyrio: nec in hoc me ipse castigo) tandem aliquando fore visi sunt Ioanni Theologo,
Apoc. 4. v. 10. » dum in raptu procidebant ante Sedem in Throno, & adorabant vi-
» uentem in sæcula sæculorum, & mittebant CORONAS suas ante
» Thronum; Purpuram, & Sceptrum, & illa insignia regia Christo
Rom. 13. v. 4. submiseris atque subieceris: crediderisque, te, qui non sine causa (vt cum Apostolo dicere solemus) gladium portas, potiùs ministrum, & præbitorem, ac baiulum gladij, quàm Dominum; portaréque te Domini, vt diceret Augustinus, IVRIDICVM GLADIVM, quo seditiosorum Schismaticorum conatus perditos vindices, non quo
» Ecclesiam diuidas, aut CATHOLICOS seces. Lætamur, eos (inquit
» ad Nestorium, de Constantinopolitanis Clericis Cælestinus Papa)
» præmium confessionis acquirere, sed dolemus quòd EPISCOPO PERSEQVENTE (addam, si modò per Regiam Maiestatem licet, quòd REGE SILENTE, id est, in eoqui nutu prohibere potest, SINENTE: queruntur enim gemebundi CATHOLICI,

--vultus est illi Iouis,

Sed Fulminantis: --)

Χαίρομεν ὅτι τὸ ἔπαθλον τῆς ὁμολογίας ἐκέρδησαν, ἀλλὰ λυπούμεθα, ὅτι ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ὁ ΔΙΩΚΩΝ. Hinc Clerus Constantinopolitanus, in Obtestatione ac Libello Supplici ad Imperatorem, pro Sancta Ephesina
» Synodo: Cùm non ignoremus, inquit, Vestram Pietatem, Sanctas
» Dei Ecclesias, Fidemque piam in illis prædicatam, & A PATRIBVS
» NOBIS TRADITAM, magni semper fecisse; qualiter præterea illius
» causâ à nobis huc vsque elaboratum sit, & quantum ipsius studio
» Vestra Pietas præstiterit; non dubitamus præsentem Ecclesiæ tur-
» bationem ad vestras CHRISTI-AMANTES aures referre. Etenim pro-
» fessionis nostræ scopus, Pijssimi Imperatores, præter alias leges,
» OMNIBVS QVOQVE PRINCIPATIBVS ET POTESTATIBVS OBE-

DIENDVM ESSE CAVET, DVMMODO TAMEN EIVSMODI OBEDIENTIA ANIMÆ CONFERAT. Quòd si illa inter vtilitatis limites non versetur, tunc ETIAM ADVERSVS VESTRVM APICEM cum libertate audendum esse, DIVINARVM LEGVM INTERPRETES monent: præsertim verò, si Regia Maiestas recta quoque fide ornata fuerit, id munus virtutis eximiæque laudis loco ducimus, quandiu illud nobis assiduè canunt: Loquebar in conspectu REGVM, & non confundebar. & hortantur IN SIMILIBVS LIBERÈ LOQVENDI TEMPORIBVS imitationem hanc non omittere: Εἰδότες τὴν Ὑμετέραν Εὐσέβειαν πολλήν τινα λόγον ποιουμένην, τῶν τε ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, τῆς τε ἐν αὐταῖς χηρυσσομένης εὐσεβοῦς, καὶ ΕΚ ΠΑΤΕΡΩΝ ΗΜΙΝ ΠΑΡΑΔΕΔΟΜΕΝΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ, καὶ οἷα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ αὐτῆς προσπεπόνηται, ἡλίκα δὲ πάλιν διὰ τὴν ὑπὲρ αὐτῆς σπουδὴν ὑπήρκται Τῇ Ὑμετέρᾳ Εὐσεβείᾳ, θαῤῥοῦμεν διὰ τοῦτο ταῖς ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΙΣ ὑμῶν ἀκοαῖς, καὶ τὴν ἐν Χερσὶν ἀναδιδάσκομεν τῶν ἐκκλησιῶν περιοχήν. ὁ γὰρ τοῦ ἐπαγγέλματος τοῦ ἡμετέρου σκοπὸς, Εὐσεβέστατοι Βασιλεῖς, πρὸς ταῖς ἄλλαις νομοθεσίαις, ΚΑΙ ΤΟ ΔΕΙΝ ΠΕΙΘΑΡΧΕΙΝ ΠΑΣΑΙΣ ΑΡΧΑΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΕΞΟΥΣΙΑΙΣ, ΠΑΡΕΓΓΥΑ, ΜΕΧΡΙΣ ΑΝ Η ΠΕΙΘΩ ΔΟΚΟΙΗ ΛΥΣΙΤΕΛΗΣ ΕΙΝΑΙ ΤΑΙΣ ΨΥΧΑΙΣ. ἐπειδὰν δὲ τὸν τοῦ συμφέροντος ὅρον ἐκφύγῃ, τηνικαῦτα Παῤῥησιάζεσθαι, ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΥΜΕΤΕΡΑΝ ΚΟΡΥΦΗΝ, ΟΙ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΝΟΜΩΝ ἘΞΗΓΗΤΑΙ παρακελεύονται. καὶ διαφερόντως· Εἰ καὶ ἡ Βασιλεία τῷ τῆς Ὀρθοδοξίας ἐγκαλλωπίζεται πράγματι, ἐν μέρει κατορθωμάτων καὶ αὐτοὶ λογιζόμενοι τοῦτο, καὶ λίαν ἐπὶ τούτῳ φιλοτιμούμενοι, ἕως ὅτου, τὸ, Ἐλάλουν ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην, συνεχῶς ἡμῖν ἐπᾴδουσι, καὶ διὰ τούτων προτρέπουσιν, ΕΝ ΤΟΙΣ ΟΜΟΙΟΙΣ ΤΗΣ ΠΑΡΡΗΣΙΑΣ ΚΑΙΡΟΙΣ, μὴ ἀπολιμπάνεσθαι τῆς μιμήσεως. Vincet igitur Christus (vt Cyrillus Homiliâ Ephesi habitâ, in Ioannem Antiochenum Schismaticum, siue qui, vt ad verbum è Græco exprimam, SCHISMATIZAVERAT, κατὰ Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας ἀποσχίσαντος) & vt maximè VVLNVS INFLIGERE queas, adhuc ita vincet. Quòd si per astutiam iniuriam feceris, NOLENS CORONASTI. Donatum enim nobis est PRO CHRISTO PATI. Qui enim credit in illum, non iudicatur; qui verò non credit, iam iudicatus est: Οὐκοῦν νικήσει Χριστός· κἂν ἰσχύσῃς ΤΡΩΣΑΙ, καὶ οὕτω νενίκηκε. κἂν ἀδικήσῃς ἐκ πανουργίας, ΕΣΤΕΦΑΝΩΣΑΣ ΟΥΧ ΕΚΩΝ. ἡμῖν γὰρ ἐχαρίσθη τὸ, ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΟΥ ΠΑΣΧΕΙΝ. ὁ γὰρ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται. Vnde quod Andromacha illa ad Vlyssem, id potenti cuique Christianus CATHOLICVS, fidei ac zeli conscius, vel tacitus clamat:

Psal. 118. v. 46.

Phil. 1. v. 29. Ioan. 3. v. 18.

Si vis, Vlysse, cogere Andromacham metu,
Vitam minare: nam mori votum est mihi.

Hinc Romanorum octauo, Apostolus adferens locum ex Psalmo quadragesimo tertio, tempore Dispersionis Populi Iudaïci ad Deos falsos non declinantis, à quopiam VIRO DEI conscripto, & pijs Dei cultoribus ad precandum canendumque tradito; qui sensu Prophetico altiore Persecutionem Ecclesiæ Primitiuæ repræsentat, ait: Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die, « Rom. 8. v. 36.

» æstimati sumus sicut Oues Occisionis. Sed in his omnibus Supe-
» ramus propter eum qui dilexit nos. At quænam quæso Pauli illa vox pro Patimur, SVPERAMVS? Immo SVPERVINCIMVS, vt ex Græco ὑπερνικῶμεν, legunt Tertullianus in Scorpiaco, Cyprianus libro tertio Testimoniorum, ac Epistolâ vigesimâ sextâ: item Augustinus libro vigesimo secundo de Ciuitate Dei, capite vigesimo tertio; & De Doctrina Christiana libro quarto, capite vigesimo, & alibi. Scilicet, vt annotant Commentatores Græci, ea voce plus aliquid quàm simplex victoria significatur. Est autem singulare victoriæ genus, Electis proprium, non resistendo, sed patiendo & moriendo, idque Christi Saluatoris exemplo, vincere eum qui te
Hebr. 12. v. 4. » persequi velit. Quare de resistentibus, vt ait Apostolus, vsque ad
» sanguinem & perseuerantibus in Christiana Vnitate Fidelibus, meritò dicentem inducit in Octauio suo nobilis Christianus ille Ro-
» manus Causidicus Minutius Felix Ethnicum Cæcilium: DVM MO-
» RI POST MORTEM TIMENT, INTERIM MORI NON TIMENT. Ego verò istud non postulo, inquies: ita certè existimo. noui enim te, noui animum Regium; studia denique virtutis, humanitatis, doctrinæ, plurimarum artium atque optimarum nota mihi omnia sunt. Itaque certò scio, te non petere sanguinem: sed parum attendis. res enim eò spectat, vt eâ tolerandi Schismatis pœnâ, in qua adhuc CATHOLICI sunt, non videaris esse contentus: &

Dubiam salutem qui dat afflictis, negat.

Nunquid non audis Constantinopolitanum Clerum vbi proximè
» supra, cùm ait: Quamobtem, CHRISTI-AMANTES Imperatores,
» sedulò curate, ne ECCLESIA QVÆ, MORE NVTRICIS, VOS EDV-
» CAVIT, ac trophæa aduersùs hostes citra difficultatem Maiestati
» Vestræ erigit, in posterum dissipetur; NEVE REGNI VESTRI TEM-
» PORE, MARTYRVM SÆCVLVM SPECTANDVM EXHIBEATIS: quin
» potiùs maiorum vestrorum erga Ecclesiam amorem ac studium
» memoriâ repetentes, ac quemadmodum vnusquisque eorum Im-
» perij sui tempore SANCTORVM PATRVM SYNODIS CELEBRATIS
» PARVERIT, PATRVMQVE SANCTIONES LEGIBVS SVIS MVNIEN-
» DO, QVAM ILLIS DEFERRET OBSERVANTIAM SATIS OSTEN-
» DERIT; ita & vos quoque parem affectum erga Sanctam Syno-
» dum, quam modò congregastis, alacriter suscipite; vt ipsa gratia-
» rum actiones PRO IMPERIO VESTRO putè sanctéque persoluat; &
» nos quoque pro Maiestatis Vestræ stabilitate sinceras ad Christum
» Dominum preces transmittamus, Pijssimi Christianissimique Impe-
» ratores: Μηδαμῶς τοίνυν, ὦ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΙ Βασιλεῖς, ΤΗΝ ΤΙΘΗΝΗΣΑΜΕΝΗΝ ΥΜΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ, ἀπαρεμποδισμένην περιΐδητε, τὴν ἀκμὴν τῷ ὑμετέρῳ κράτει κατὰ τῶν ἀντιπάλων ἐγείρουσαν τρόπαια· ΜΗΔΕ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ ΚΑΙΡΟΝ ΤΟΥΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΥΜΩΝ ΑΝΑΔΕΙΞΗΤΕ ΧΡΟΝΟΥΣ. ἀλλὰ τὴν τῶν προγόνων ὑμῶν, περὶ τὴν Ἐκκλησίαν, στοργὴν ἀναλαβόντες κατὰ νοῦν, καὶ ὅπως ἕκαστος ἐκείνων ΤΗ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς ΓΕΝΟΜΕΝΗ ΣΥΝΟΔΩ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, ΕΠΕΙΘΑΡΧΗΣΕ, ΚΑΙ ΤΗ, ΔΙΑ

ΤΟΥΣ

ΤΟΥΣ ΟΡΟΥΣ ΤΟΥΣ ΠΑΡ' ΑΥΤΩΝ ΤΕΘΕΝΤΑΣ ΟΧΥΡΩΣΑΙ, ΝΟΜΟΘΕΣΙΑ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥΣ ΑΙΔΩ, ΔΙΕΔΙΔΑΞΑΝ. οὕτω καὶ αὐτοὶ τὰ ἴσα, περὶ τὴν νῦν παρ' ὑμῶν συγκροτηθεῖσαν Αγίαν Σύνοδον, φρονεῖν προθυμήθητε. ὡς ἂν τοὺς παρ' αὐτῆς ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΥΣ ΥΜΝΟΥΣ ὑπὲρ τῆς Βασιλείας ὑμῶν, καθαρῶς καὶ ἁγνῶς καρπώσησθε. καὶ ἡμεῖς, οἱ ὑπὲρ τῆς διαμονῆς τοῦ Υμετέρου Κράτους εὐχὰς εἰλικρινεῖς ἀναπέμποντες τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, Εὐσεβέστατοι καὶ Φιλόχριστοι Βασιλεῖς. Sed iam hoc totum prætereo, non tam vt ne offendam tuas patientissimas aures, quàm quia non ad iudicem, sed ad patriæ parentem loquor. At parum est me hoc meminisse; spero etiam te, qui obliuisci nihil soles, nisi iniurias, Christianissimi illius Imperatoris exemplo, quo, DE VNIENDA ECCLESIA, ad Ioannem Antiochenum scribente, lecta atque audita verè Regia illa vox: Habes hæc à nobis; nec dubitamus, si sinceram im- «
motamque, & CHRISTIANA SEDVLITATE dignam, animi nostri sen- «
tentiam inspexeris, quin totis viribus totáque mentis virtute in hoc «
incumbes, vt ea omnia QVÆ A NOSTRA PIETATE, ORTHODOXÆ «
FIDEI SANCTARVMQVE ECCLESIARVM VNIENDARVM CAVSA, «
SANCITA ET ORDINATA SVNT, tempestiuè conficiantur, nullum «
eius rei gratiâ Laborem, aut Fatigationem, aut IGNOMINIÆ CON- «
TEMPTVM, AVT INIVRIARVM CONDONATIONEM recusans: Εχεις «
παρ' ἡμῶν ταῦτα, καὶ οὐκ ἀμφιβάλλομεν, ὡς παντὶ σθένει καὶ πάσῃ δυνάμει, εἰλικρινῆ καὶ ἀμετάτρεπτον ἐωρακὼς τὴν ἡμετέραν πρόθεσιν, καὶ ἀξίαν ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΚΗΣ ΕΝΣΤΑΣΕΩΣ, συμπράξεις καὶ αὐτὸς, καὶ οὐδένα Κάματον, ἢ Σκυλμὸν, οὐχ ΥΒΡΕΩΣ ΚΑΤΑΦΡΟΝΗΣΙΝ, οὐκ ΑΜΝΗΣΙΚΑΚΙΑΝ (aliàs, ΑΜΝΗΣΤΙΑΝ) ΟΡΓΗΣ ἀναδέξασθαι παραιτήσῃ, ὑπὲρ τοῦ, ΤΑ ΠΑΡΑ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ, ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΤΑΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ ΕΝΩΣΕΩΣ, ΠΡΟΣΤΑΧΘΕΝΤΑ, πέρατι παραδοθῆναι. Ac multò de te credibilius est, quoniam ante veniam ignoscis; atque hoc est animi, hoc etiam ingenij tui, vt spem nostram haud quidem inaniter lactes; Secessionem causam illam Anglicanam, non Schisma; ciuile dissidium, non hostile odium & existimes & voces, vtrisque, quod necesse est, cupientibus Rempublicam saluam: sed aduersariorum partim consilijs, partim studijs, à communi vtilitate aberrantibus. Verùm vt omittam communem causam, veniamus ad nostram. REGIVM CAP. XIIX.
est, IACOBE, quod cogito: VIAM REGIAM ingredior, quam semper ab Ecclesia Catholica iniri solitam, docuit, Ecclesiæ Græcæ Theologus, Nazianzenus, in media Constantinopolitana Synodo, cùm de vetis CONSVBSTANTIALIS prædicatoribus, Trinitatisque cultoribus, sermo esset: NOS VERO (id est, Nazianzeni ac Patrum more, «
Ecclesia Dei, Ecclesia Catholica, siue Orthodoxi atque CATHOLICI)
MEDIA ET REGIA VIA INCEDENTES, IN QVA VIRTVTES QVOQVE, «
VT HORVM PERITIS PLACET, SITÆ SVNT, CREDIMVS IN PATREM, ET «
FILIVM, ET SPIRITVM SANCTVM, EIVSDEM SVBSTANTIÆ ET GLO- «
RIÆ: ΑΥΤΟΙ ΔΕ, inquit, τὴν ΜΕΣΗΝ βαδίζοντες, ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΚΗΝ, ἐν ᾗ καὶ «
τὸ τῶν ἀρετῶν ἕστηκεν, ὡς δοκεῖ τοῖς ταῦτα δεινοῖς, πιστεύομεν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα Αγιον, Ομοούσιά τε, καὶ Ομόδοξα. Ea, REX, Via est, quâ EXSVLTARE

ac triumphare queas: seu, Numerorum vigesimo primo, Israëlem, ipsum populum Dei, VIA REGIA gradientem spectes; seu nostram apud te præfationem eam esse rectiorem ac meliorem probes, quâ incuntibus Synodis Toletani Patres apud suos Reges olim vtebantur: quam quidem, vt Regium animum firmarent, atque ab omni errore securum redderent, VIAM REGIAM semper vocauere. Intellige-
Deut. 2. v. 27. bant profectò, Regiâ, id est, PVBLICA (vt illud Numerorum, Deuteronomij secundo redditur) & communi viâ errari non posse; Regesque dum caperent publica Regeque digna consilia, se suosque
Prou. 16. v. 10. » regere sapienter solere. Diuinatio, (exclamat ille sapientissimus
» Regum) IN LABIIS REGIS, in iudicio non errabit os eius: scilicet ne quis astu & versutia fidat se euasurum, dum de quadruplatoribus, in CATHOLICOS nunc grassantibus, iudicare tandem aliquando voluerit; aut persuasurum vt erret, dum sequetur Deum Ducem, sibi VIA REGIA, hoc est, medio Ecclesiæ sensu, quo regimur atque in tuto collocamur, præeuntem. Vnde in Concilio Ephesino, Actione quinta, TANQVAM E CATHEDRA, Cyrillus Concilij moderator ac præses, de Ioanne Antiocheno eiusque se-
» ctatoribus agens: Vel certè, inquit, si venire recusant, nec confi-
» dunt probationibus, hoc ipso condemnationis sententiæ subiaceant.
» maxime verò, quia, sicut rursus ex proposita ab illis chartula con-
» stat, vanas ac futiles illas calumnias ad Pientissimorum Impp. no-
» strorum aures detulerunt. PRÆCIPVE autem Sanctitati Vestræ
» summopere curæ esse decet, NE PIÆ PRINCIPVM AVRES PER FAL-
» LACIAM CAPIANTVR; cùm non ignoret, sacris litteris proditum
Prou. 24. iuxta LXX. » esse, NVLLVM MENDAGIVM A LINGVA REGI DICATVR: ET NVL-
» LVM MENDACIVM AB ORE EIVS EGREDIATVR: Η γοῦν ἀναβάλλοντας τὴν ἄφιξιν, καὶ ὀκνοῦντας πρὸς τοὺς ἐλέγχους, αὐτόθι καταγινώσκεσθαι, μάλιστα, ὅτι καθὰ πάλιν ἐν τῷ προστιθέντι παρ' αὐτῶν χαρτίῳ γέγραπται, ψυχρὰς δὲ ἑώλους συκοφαντίας, εἰς τὰς τῶν εὐσεβεστάτων ΒΑΣΙΛΕΩΝ ἐνηνόχασιν ἀκοάς. δεῖ δὲ ΜΑΛΙΣΤΑ Υμῶν τὴν Ὁσιότητα πλείστην ποιεῖσθαι φροντίδα, ΤΟΥ ΜΗ ΠΑΡΑΛΟΓΙΖΕΣΘΑΙ ΠΡΟΣ ΤΙΝΩΝ ΤΑΣ ΕΥΣΕΒΕΙΣ ΤΩΝ ΚΡΑΤΟΥΝΤΩΝ ΑΚΟΑΣ· εἰδυῖαν τὸ εἰρημένον παρὰ τῆς θείας γραφῆς. ΜΗΔΕΝ ΨΕΥΔΟΣ ΑΠΟ ΓΛΩΣΣΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙ ΛΕΓΕΣΘΩ· ΚΑΙ ΟΥΔΕΝ ΨΕΥΔΟΣ ΑΠΟ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΑΥΤΟΥ, ΟΥ ΜΗ ΕΞΕΛΘΗ. Quod cùm Phœniciæ Secundæ Libanisiæ Episcopi cogitarent, ad Imperatorem Leonem suam sic or-
Prou. 21. v. 1. » diuntur Synodicam: VERE COR REGIS IN MANV DEI, ET COR
» DEI IN CONSILIO REGIS: propterea qui ab eo Imperij retina-
» cula sunt sortiti, NVMQVAM DECIPIVNTVR, subiectos
» autem magna sollicitudine gubernantes: DEI ENIM COR HA-
» BENT, VNDE POSSIDENT DONVM SAPIENTIÆ ATQVE SOLATII
» (aliàs, CONSILII) VNDE MERVERINT CORONARI. Quapropter olim Archimandritæ, Epistolâ ad Marcianum Augustum, Actione quarta Chalcedonensi, non MAIESTATEM, sed DIVI-
» NITATEM Imperatoris hunc in modum præfantur: Hæc
» autem correctio seruabatur vestro AMICO-CHRISTI Imperio,

vt non in Recta Fide fiat SCHISMA, ſed vt Fides firmetur à DI- «
VINITATE VESTRA: Αὕτη δὲ ἡ διόρθωσις ἐπρεῖπε τῇ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΩ ὑ- «
μῶν Βασιλείᾳ, πρὸς τὸ μὴ ΣΧΙΣΜΑ γενέσθαι ἐν τῇ Ορθοδοξίᾳ· ἀλλὰ τὴν πί-
στιν στηριχθῆναι ΥΠΟ ΤΗΣ ΘΕΙΟΤΗΤΟΣ ΥΜΩΝ. Item Actione deci-
ma, in Imperatorio COMMONITORIO pro Cauſa Ibæ, Edeſſeni
Epiſcopi, ad Damaſcium Tribunum & Notarium Prætorianorum,
Marcianus Imperator: Feſtina, inquit, ſecundùm ea quæ NOSTRÆ «
DIVINITATI viſa ſunt, pergere ad partes Orientales: Σπούδασον πί- «
νων κατὰ τὰ παραςάντα ΤΗ ΗΜΕΤΕΡΑ ΘΕΙΟΤΗΤΙ, ἀπελθεῖν εἰς τὰ μέρη τῆς
ἀνατολῆς. Immo & Actione decima quarta, in ipſis Synodicis
Actis, hæc leguntur: Καὶ τῆς λοιπῆς Αγίας, καὶ Οἰκουμενικῆς Συνόδου,
τῆς ΚΑΤΑ ΘΕΣΠΙΣΜΑ ΤΟΥ ΘΕΙΟΤΑΤΟΥ, ΚΑΙ Εὐσεβεςάτου ΥΜΩΝ
ΔΕΣΠΟΤΟΥ, ἐν τῇ Χαλκηδονέων πόλει συναθροισθείσης· Et reliquo San- «
cto Vniuerſalique Concilio (ſubaudi, ad Euphemiæ conueniente «
atque congregato) quod in Chalcedonenſium ciuitate DIVALI «
SANCTIONE collectum eſt. Hæc Vetus Latina Editio, quæ pau- «
lo aliter inflexiſſe videtur Græcorum illud: SECVNDVM IVS- «
SVM DIVINISSIMI AC RELIGIOSISSIMI DOMINI NO- «
STRI. Quod quidem clarè exprimitur in ſequente Libello Sup- «
plici Sabiniani Epiſcopi, ad Valentinianum & Marcianum Augg.
vbi ait: CREDENS itaque nutu diuino ſuper omnium princi- «
patum ac dominationem conſiſtere VESTRAM DIVINITA- «
TEM, adſum ſupplicans atque rogans Veſtram Pietatem, vt mei «
PROVIDENTIAM fieri, & cauſam meam examinari præcipiatis: ΠΙ- «
ΣΤΕΥΩΝ οὖν νεύματι θείῳ, εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, καὶ δεσποτείαν,
ἐφεστάναι, ΥΜΩΝ ΤΗΝ ΘΕΙΟΤΗΤΑ πρόσειμι λιπαρῶν, καὶ καθι-
κετεύων ὑμῶν Τὴν Εὐσέβειαν, κελεῦσαι, ΠΡΟΝΟΙΑΝ μου γενέσθαι, καὶ ζητηθῆναι
τὰ κατὰ τὴν ἐμὴν ὑπόθεσιν. Denique in OEcumenica Synodo Con-
ſtantinopolitana Secunda, quæ Quinta Synodus nominatur, Col-
latione prima, defunctus Marcianus Imperator DIVÆ RECORDA-
TIONIS dicitur, in Iuſtiniani ad Patriarchas & Epiſcopos Reſcri-
pto. Porro Subſcriptio Conſtitutionis Imperatoris Iuſtiniani con-
tra Anthimum, Seuerum, Petrum, & Zoatam, in fine Conſtan-
tinopolitani Concilij ſub Agapeto & Menna, hunc titulum præ-
fert: DIVINA SVBSCRIPTIO, Η ΘΕΙΑ ΥΠΟΓΡΑΦΗ. Sextæ verò
Synodi Actione quarta Summus Pontifex Agatho, in Epiſtola ad
Conſtantinum MAIOREM IMPERATOREM, Heraclium & Tibe-
rium Auguſtos, DIVALES APICES, αἱ Θεϊώδεις κεραῖαι, dixit, vt Im-
peratorios appellaret. Immo ipſa OEcumenica Synodus, Actio-
ne decima octaua in SERMONE ACCLAMATORIO Concilij ad Imp.
Pogonatum, DIVALIA PRÆCEPTA Θειοτάτας Προςάξεις, pro Impe-
ratorijs poſuit, his Synodicis ad Imperatorem verbis: Verumta- «
men veſtris DIVALIBVS PRÆCEPTIS acquieſcentes, tam antiquæ «
Romæ & APOSTOLICÆ SVMMITATIS ANTISTES, (vox «
Græca, vt Vetus notauit Interpres, PONTIFICALISSIMVM ſo-
nat,) quàm NOS HVMILES, Chriſti tamen Sacerdotes atque Miniſtri, «

» ille quidem pro se litterarum paginam, eosque qui eius perso-
» nam describerent, Sacerdotes constituit, nos autem omnes cum
» eis simul DEO-AMABILE Solium Tuæ Fortitudinis corporaliter cir-
» cumstetimus: Καὶ δὴ ΘΕΙΟΤΑΤΑΙΣ ὑμῶν ΠΡΟΣΤΑΞΕΣΙΝ εἴξαντες, ὅ,τε τῆς πρεσβυτάτης Ῥώμης, καὶ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΣ ΑΚΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΩΤΑΤΟΣ ΠΡΟΕΔΡΟΣ, καὶ ΗΜΕΙΣ ΟΙ ΕΛΑΧΙΣΤΟΙ, Χριστοῦ δὲ ἡμῶν ἱερεῖς, καὶ Θεράποντες, ὁ μὲν, αἰθ' ἑαυτοῦ τὴν τῶν γραμμάτων εἰκόνα, καὶ τοὺς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διαγράφοντας ἱερέας, συνέστησεν, οἱ δὲ, σὺν αὐτοῖς, καὶ πάντες ἅμα, τὸν ΘΕΟΤΙΜΗΤΟΝ θρόνον τοῦ Κράτους σου, σωματικῶς περιεστήκαμεν. Eadem denique Actione exemplum Epistolæ Pogonati Imperatoris ad Romanam Synodum, (quam Papa Agatho collegerat contra Monothelitas, quasi præuiam ad Sextam OEcumenicam, vt suam sententiam futuræ Synodo fortiùs denuntiare, clariusque, id est, Synodicè, significare posset) EXEMPLAR DIVINÆ IVSSIONIS, Latinè inscribitur, Græcè Ἀντίγραφος Θεία Σάκρα. Ac, vt cætera prætercam de huiuscemodi re testimonia, illud certè valde notandum est, Regum ad Episcopos Epistolas ac Rescripta, cum SACRAS, tum DIVINA SCRIPTA, in ipsis Conciliorum Actis, solere nominari. Vnde Imp. Iustiniani ad beatissimum Ioannem Metropolitanum Episcopum Epistola, SACRA EPISTOLA inscribitur, Quintæ Synodi Collatione quinta; & Epistola Constantini & Irenes Augustorum, ad Hadrianum Primum Pont. Max. DIVALIS SACRA est, ante Septimæ Synodi Actionem primam; necnon & Theodosij & Valentiniani ad Sanctissimum Cyrillum Alexandrinum, in Ephesina Synodo, Epistola prior Græcè etiam ΣΑΚΡΑ, posterior ΘΕΙΟΝ ΓΡΑΜΜΑ nuncupatur, DIVINVM SCRIPTVM, vel RESCRIPTVM. Ex quo demum factum est, vt pro eodem quoque sumerentur; quemadmodum ex eo patet, quòd Cæsareum Diploma, siue Imperatorium Rescriptum, ad Sanctam OEcumenicam Ephesinam Synodum, hanc Græcè inscriptionem cùm habeat: Ἴσον ΘΕΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΟΣ, ἀποσταλέντος δι' Ἀριστολάου τριβούνου, καὶ νοταρίου, Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ, ΚΑΙ ΕΝΩΣΕΩΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ, sic è Græco olim conuersum
» ac Latinè redditum est: Exemplum SACRÆ Imperatoriæ, per
» Aristolaum Tribunum & Notarium missæ ad Ioannem Antio-
» chenum Episcopum, DE SANCTARVM ECCLESIARVM
» PACE ET VNIONE CONSTITVENDA. Deinde vbi scriptum est, ΘΕΙΟΝ ΓΡΑΜΜΑ, ἀποσταλὲν τῇ Ἁγίᾳ Συνόδῳ, διὰ Κανδιδιανοῦ ΚΟΜΗΤΟΣ ΔΟΜΕΣΤΙΚΩΝ, τοῦ καὶ τὴν εὐταξίαν τῆς Συνόδου ἐγχειρισθέντος, ibidem Latina Vetus Interpretatio hunc locum sic extulit:
» SACRA ad Sanctam Synodum missa per Candidianum COMITEM
» DOMESTICORVM, cui seruandi ordinis cura demandata est. Sic & in Chalcedonensi Actione decima tertia Gloriosissimi Iudices dixerunt: Τὸ δὲ ΘΕΙΟΝ ΓΡΑΜΜΑ, τῆς ΘΕΙΑΣ λήξεως Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος, πληχθὲν τῇ Νικαιέων περὶ τῶν

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΙΚΟΝ ΔΙΚΑΙΟΝ, ἰδικῶς παρακελεύεται, τῶν ἄλλων μηδὲν ὑφαιρεῖσθαι πόλεων. καὶ ὁ ΚΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, περὶ ἑνὸς Μητροπολίτου, καθ' ἑκάστην τὴν ἐπαρχίαν διαγορεύει. Τί τοίνυν ΤΗ ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΩ παρίσταται περὶ τούτου; ἡ Ἁγία Σύνοδος ἐβόησεν· ΟΙ ΚΑΝΟΝΕΣ ΚΡΑΤΕΙΤΩΣΑΝ· ΤΟΙΣ ΚΑΝΟΣΙ ΤΟ ΙΚΑΝΟΝ ΓΙΝΕΣΘΩ. Cuius dicti hæc Vulgata Interpretatio eſt : SACRÆ autem LITTERÆ DIVINÆ MEMORIÆ Valentiniani & Valentis, quæ tunc Nicænæ ciuitati præbuerunt METROPOLITICVM IVS, propriè præcipiunt ab alijs ciuitatibus nihil auferri : & REGVLA Sanctorum Patrum, DE VNO METROPOLITA IN VNAQVAQVE PROVINCIA, decreuit. Quid igitur hac de re CONCILIO SANCTO videtur ? Sancta Synodus clamauit : CANONES TENEANT, CANONIBVS SATISFIAT. Actorum Sextæ Synodi exordium eſt Conſtantini Pogonati Imperatoris Epiſtola ad Donum Pont. Max. ſed quæ, morte Doni, Agathoni ſucceſſori tradita eſt ; quæ Græcè ΘΕΙΑ ΣΑΚΡΑ, Latinè DIVALIS SACRA inſcribitur, necnon & altera ad Georgium Conſtantinopolitanum Archiepiſcopum data. Hinc in Synodicis Actis, SACRARVM COMITES, ac COMITES SACRENSES, dicebantur ij per quos Imperatorum SACRÆ ad Synodos mitterentur, teſte inſcriptione illa Imperatorij ad Synodum Reſcripti, quæ in altera parte Actorum Epheſini Concilij, in Actis Conciliabuli legitur : Ἴσον ΣΑΚΡΑΣ, ἀποσταλείσης διὰ Ἰωάννου τοῦ ΚΟΜΗΤΟΣ ΤΩΝ ΣΑΚΡΩΝ, παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων ΒΑΣΙΛΕΩΝ, τῇ Ἁγίᾳ, καὶ Μεγάλῃ Συνόδῳ· Exemplum SACRÆ per Ioannem SACRARVM COMITEM, à Pientiſſimis Imperatoribus ad Sanctam & Magnam Synodum miſſæ. Ac poſtmodum, in Epiſtolis CATHOLICORVM: Ἴσον διαφορᾶς τῆς ἁγίας Συνόδου πρὸς τὴν ΣΑΚΡΑΝ, τὴν ἀναγνωσθεῖσαν παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ΚΟΜΗΤΟΣ ΤΩΝ ΣΑΚΡΩΝ Ἰωάννου·· Exemplum Relationis Sanctæ Synodi, quâ SACRÆ lectæ per Ioannem SACRARVM COMITEM reſpondetur. Deinde Latinè tantùm: Exemplar Epiſtolæ Ioannis COMITIS SACRENSIS, ex Epheſina ciuitate ad Imperatores perſcriptæ. Quamobrem Sanctus Theodotus, Ancyræ Epiſcopus, Sermone ſecundo De Natiuitate Domini, (qui ὡραῖος λόγος πάνυ, HOMILIA ADMODVM PVLCRA, à Græcis olim dictus eſt) Cyrillo præſente, habito, ac lecto frequenti Epheſina Synodo, dum perorat, hac comparatione vtitur, vt probet iniuriam Humanitati Chriſti à Iudæis crucifigentibus illatam, in Deum corporaliter inhabitantem referri : Vt autem, inquit, & hoc ipſum quoque tibi perſpicuum euadat, ad exemplum in exordio propoſitum orationem rurſus reducamus. Fingamus itaque REGEM quempiam ſermonem depromere, qui libertatis, vel aliorum REGALIVM MVNERVM, quibus oportet, impertiendorum, decretum in ſe contineat; illudque in charta aliqua, quam SACRAM vocant, litteris expreſſum, ad hanc vel illam ciuitatem mittere : ſi hanc, quæ ITALORVM LINGVA dicitur SACRA, aliquis perfidus, & inobediens, & ciuitatis inimicus, ac REGIS hoſtis,

» intercipiat, interceptamque dilaceret; iam dic mihi, quid hîc lace-
» ratum est, chartáne sola, an etiam Decretum REGIVM? Atqui si
» sola charta dilaniata dicatur, paruo admodum ipsa laceratio pote-
» rit redimi; tenebiturque hac ratione lacerator, aut nulli, aut sanè
» vix quinque obolorum mulctæ obnoxius. Eiusmodi autem su-
» premum supplicium dependit pœnáque afficitur capitali, vt qui
» non solùm CHARTAM disruperit, sed REGIVM quoque DECRE-
» TVM lacerauerit: CVM VTIQVE IMPERIALE VERBVM, SECVN-
» DVM SE, IMPATIBILE, TALEQVE SIT, QVOD SVA IPSIVS NA-
» TVRA NEQVE MANIBVS CONTRECTARI, NEQVE DISCINDI POS-
» SIT. ET TAMEN IPSVM QVOQVE DISCISSVM DICITVR, QVIA
» CHARTÆ ET LITTERARVM PASSIONEM, TANQVAM PROPRIAM,
» IN SE TRANSFERT. CERNIS HINC QVO PACTO ID QVOD NVL-
» LI SECVNDVM SE PASSIONI OBNOXIVM EST, EO IPSO PASSIO-
» NI SVBIICIATVR, QVOD CVM PATIBILI NATVRA COMMVNI-
» CATIONEM SORTIATVR? NEQVE ENIM SERMO, QVOD AD
» PROPRIAM NATVRAM ATTINET, DILANIATVS EST; ET TAMEN
» CHARTÆ ELEMENTORVMQVE PASSIONEM IN SE EXCEPIT. Ne
» igitur iactet se Iudæus, tamquam qui purum hominem cruci affi-
» xerit. nam quod cernebatur CHARTA QVIDEM ERAT; quod
» verò in ea abditum latitabat, REGIVM erat VERBVM, NON LIN-
» GVA, SED NATVRA PRODVCTVM: VERBVM namque Vnigenitus
» dicitur, non PROLATITIVM, sed SVBSTANTIALE ac SVBSISTENS:
» neque in propria natura patiebatur aliquid, cùm esset IMPATIBI-
» LE VERBVM; sed illius quod cernebatur, patique poterat, PAS-
» SIONES VELVTI PROPRIAS IN SE TRANSFEREBAT. Et quemad-
» modum SERMO REGIVS & LITTERARVM NATVRAM in se sus-
» cepit, & CHARTÆ PASSIONEM sibi ipsi appropriauit: ita Vni-
» genitum Dei Verbum CRVCIFIXI CORPORIS PASSIONES SIBI FE-
» CIT PROPRIAS. Quare vt is qui SACRAM REGIAM violauit,
» veluti qui ipsum REGIS VERBVM discerpserit, vltimo afficitur
» supplicio: sic Iudæus quoque id quod cernebatur crucifigens, per-
» inde pœnas dabit, vt qui in ipsummet Dei Verbum impius extite-
» rit. Iam enim Deus illorum scelus, tamquam suam iniuriam, vl-
» ciscitur: Καὶ ἵνα σοι καὶ τοῦτο γένηται σαφὲς, ἐπὶ τὸ ἐν ἀρχῇ ῥηθὲν ὑπόδειγμα
τὸν λόγον ἀναγάγωμεν. κείσθω γὰρ ΒΑΣΙΛΕΑ φθέγξασθαι λόγον. καὶ τοῦτον ἐντυποῦ-
σθαι διὰ γραμμάτων, χάρτῃ τινὶ, ΤΗΝ ΛΕΓΟΜΕΝΗΝ ΣΑΚΡΑΝ, ἐξαποστέλ-
λειν ταῖς πόλεσι λόγον ἠμφιεσμένον, καὶ χάρτῃ καὶ γράμμασιν, ἐλευθερίαν χαρι-
ζόμενον, ἢ ἄνα ΔΩΡΑ ΒΑΣΙΛΙΚΑ τοῖς δορυφόροις κομίζοντα. ἀλλὰ ταύτην τὴν
ΣΑΚΡΑΝ, τὴν λεγομένην ΤΗ ΤΩΝ ΙΤΑΛΩΝ ΦΩΝΗ, ὑποδεχέσθω ἄπι-
στός τις καὶ ἀπειθὴς, καὶ τῆς πόλεως ἐχθρὸς, καὶ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ πολέμιος, καὶ
λαβὼν τὴν χάρτην, διαρρηγνύτω· τί ἐρράγη ἐνταῦθα; εἰπέ μοι, ὁ χάρτης μόνος, ἢ καὶ
ὁ λόγος ὁ ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ; καὶ μὴν, εἰ ὁ χάρτης μόνον διερράγη, αὐτὸ μόνον ὤνιον
ἦν ὃ ἔφθαρεν, ἀνεύθυνος ὁ ῥήξας, ἢ πέντε ὀβολοῖς μόνοις ὑπεύθυνος ἦν, ἀλ-
λὰ δίδωσι δίκην τὴν ἐσχάτην, καὶ τιμωρεῖται, καὶ τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγεται, οὐχ ὡς
ΧΑΡΤΗΝ λυμηνάμενος μόνον, ἀλλ᾽ ὡς καὶ ΛΟΓΟΝ διαρρήξας ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ, ΚΑΙ

ΜΗΝ Ο ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΛΟΓΟΣ, ΕΣΤΙΝ ΑΠΑΘΗΣ, ΟΥΤΕ ΧΕΡΣΙ ΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΟΣ ΤΗ ΕΑΥΤΟΥ ΦΥΣΕΙ, ΟΥΔΕ ΔΙΑΡΡΑΓΗΝΑΙ ΔΥΝΑΜΕΝΟΣ. ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ ΔΙΕΡΡΑΓΗ, ΤΟΥ ΧΑΡΤΟΥ; ΚΑΙ ΤΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΤΟ ΠΑΘΟΣ ΟΙΚΕΙΩΣΑΜΕΝΟΣ. ΟΡΑΣ ΠΩΣ ΤΟ ΑΠΑΘΕΣ ΔΕΧΕΤΑΙ ΠΑΘΟΣ, ΕΠΕΙΔΑΝ ΦΥΣΕΙ ΚΟΙΝΩΝΗΣΗ ΠΑΘΗΤΙΚΗ; ΟΥΔΕ ΓΑΡ Ο ΛΟΓΟΣ, ΤΗ ΟΙΚΕΙΑ ΦΥΣΕΙ, ΔΙΕΡΡΗΚΤΟ: ΚΑΙ ΤΟ ΠΑΘΟΣ ΤΟΥ ΧΑΡΤΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ, ΕΔΕΞΑΤΟ. μὴ θαρῥείτω τοιγαροῦν ὁ Ἰουδαῖος, ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον σταυρώσας. τὸ γὰρ φαινόμενον, ΧΑΡΤΗΣ ΗΝ, τὸ δὲ ἐν αὐτῷ κρυπτόμενον, ΛΟΓΟΣ ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ, ΕΚ ΦΥΣΕΩΣ, ΟΥ ΔΙΑ ΓΛΩΤΤΗΣ ΠΡΟΕΝΕΧΘΕΙΣ. ΛΟΓΟΣ μὲν γὰρ ὁ Μονογενὴς λέγεται, ΟΥ ΠΡΟΦΟΡΙΚΟΣ ΔΕ, ΑΛΛ' ΟΥΣΙΩΔΗΣ, ΚΑΙ ΕΝΥΠΟΣΤΑΤΟΣ, οὐδὲν μὲν τῇ οἰκείᾳ φύσει πάσχων, ὢν ΑΠΑΘΗΣ ΛΟΓΟΣ, ΙΔΙΑ ΔΕ ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣ ΤΑ ΤΟΥ ΦΑΙΝΟΜΕΝΟΥ ΠΑΘΗΜΑΤΑ. Καὶ ὥσπερ Ο ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ καὶ ΤΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΤΗΝ ΦΥΣΙΝ ἐδέξατο αὐτῆς, καὶ τὸ ΠΑΘΟΣ ΤΟΥ ΧΑΡΤΟΥ, ἴδιον τοῦ λόγου γεγένηται, οὕτως ὁ Μονογενὴς Θεὸς Λόγος ΤΑ ΤΟΥ ΚΑΘΗΛΩΘΕΝΤΟΣ ΙΔΙΑ ΠΕΠΟΙΗΤΑΙ ΠΑΘΗ. διὰ τοῦτο ὥσπερ ὁ ΣΑΚΡΑΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗΝ λυμηνάμενος, ὡς ΒΑΣΙΛΕΩΣ ῥήξας τὸν ΛΟΓΟΝ, τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπάγεται· οὕτως ὁ σταυρώσας Ἰουδαῖος τὸ φαινόμενον, δίκας δίδωσιν; εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν Λόγον ἐκτείνας τὸ τόλμημα. ὁ γὰρ Θεὸς λοιπὸν, ὡς ἴδιον πάθος, ἐκδικεῖ τὸ γενόμενον. Hæc adeodata Adeodatus, siue diuinus REGVM THEOLOGVS, Theodotus. Ex quo effectum est vt Orthodoxorum Impp. Epistolæ in Sancta Sanctorum Romæ referrentur; in limineque Sanctuarij, tanquam sacræ quædam res, adseruarentur, vti factum à se, more maiorum, scribit, Epistola Priore ad Leonem Isaurum Imp. ante Septimam Synodum, Gregorius Secundus Pont. Max. his verbis: ACCEPTAS EPISTOLAS TVAS, IN «
SANCTA ECCLESIA REPOSITAS, IN LIMINE CONFESSIONIS SAN- «
CTI ET GLORIOSI AC PRINCIPIS APOSTOLORVM PETRI, DILI- «
GENTER SERVAMVS, VBI ET CHRISTI-AMANTIVM PRÆDECES- «
SORVM TVORVM, QVI PIE IMPERARVNT, SVNT LITTERÆ: Δε- «
ξάμενοι τὰς ἐπιστολάς σου, ἀσφαλῶς διακατέχομεν ΕΝ ΤΗ ΑΓΙΑ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, ἀποκειμένας εἰς τὸ πρόθυρον τῆς ΚΟΙΜΗΣΕΩΣ τοῦ ἁγίου, καὶ ἐνδόξου, καὶ Κορυφαίου τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ΠΕΤΡΟΥ· ὅπου εἰσὶ καὶ ΑΙ ΤΩΝ, ΚΑΙ ΠΡΟ ΣΟΥ, ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΩΝ ΕΥΣΕΒΩΣ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΩΝ. O commemoranda iudicia, & egregiam existimationem quorumdam nostri, vè perhibent, ordinis!

Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam! Scilicet Pseudo-Archiepiscopus ac desertor Antonius, plus Rege, plus omnibus, plus APOSTOLO AVGVSTINO, sapere profitetur. Magnum sanè crimen, & obiectum Nestorio, & in eo inuentum, atque à Cyrillo damnatum, de eo potissimùm querente, ac apud Romanum Pontificem Cælestinum expostulante: Et quia (clamat «
Cyrillus) hoc Nestorius non ignorat, SE OMNIBVS SAPIENTIO- «
REM existimat; SE SOLVM Diuinæ Scripturæ scopum attigisse «
autumat; SE SOLVM Christi mysterium cognouisse somniat. At- «
qui quomodo non magis secum reputat, cùm omnes per Terrarum «

» Orbem ſparſi Orthodoxi EPISCOPI ET LAICI, Chriſtum Deum; » Virginem verò quæ illum genuit, Dei-param eſſe confiteantur; SE » SOLVM QVI HOC INFICIATVR, ERRARE? Καὶ τοῦτο εἰδὼς, οἴεται, ΟΤΙ ΠΑΝΤΩΝ ΕΣΤΙ ΣΟΦΩΤΕΡΟΣ· καὶ ΜΟΝΟΣ οἶδε τὸν σκοπὸν τῆς Θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον. καί τοι πῶς οὐκ ἔδει πληροφορεῖσθαι μᾶλλον αὐτὸν, ὅτι πάντων τῶν κατὰ πᾶσαν τὴν Οἰκουμένην Ὀρθοδόξων ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΚΑΙ ΛΑΙΚΩΝ ὁμολογούντων, ὅτι καὶ Θεὸς ἦν (aliàs, ἐστὶν) ὁ Χριστὸς, καὶ Θεοτόκος ἡ τεκοῦσα αὐτὸν Παρθένος; ΠΛΑΝΑΤΑΙ ΜΟΝΟΣ ΑΥΤΟΣ ΤΟΥΤΟ ΑΡΝΟΥΜΕΝΟΣ; Ac viciſſim ad Cyrillum, de Neſtorio Cæle- » ſtinus Papa: Quid enim cum ijs agat, qui inter ſe conſentiunt, qui » SE SOLVM quæ optima ſunt, ſapere arbitratus, à noſtra fide diſ- » ſentit? Τί γὰρ ποιῇ μετὰ τῶν ἀλλήλοις ὁμονοούντων, ὃς ΜΟΝΟΣ ἑαυτῷ φρονεῖν δοκῶν ἄριστα, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας διχονοεῖ πίστεως; Sed ô præclaram potiùs beatè viuendi, & apertam, & ſimplicem, & directam, & Regiam CATHOLICORVM Viam, quæ non præceps, non lubrica; ſed plana & ſtabilis, & ad gloriam proxima eſt, & quaſi compendiaria!

CAP. XIX.

QVOD ſi erratum eſt ſpe falſa & fallaci, redeamus in viam, atque illam laudis rectiſſimam,

--quà limite noto
Appia longarum teritur REGINA VIARVM,

Romanam ſcilicet, quam REGES, maiores tui, tritam tibi, IACOBE, reliquerunt. Quare quando, vt Augures & Aſtrologi ſolent, ego quoque, qui Antiſtes, velut Augur publicus, ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te auctoritatem augurij & diuinationis meæ, vt nunc tuæ; debet habere fidem noſtra prædictio: iſtos, mihi crede, qui in negotio Fidei, non iuſtitiæ, ſed litigandi tradunt vias, aliquando procul à tuis finibus amandabis. Quod quidem ipſum, neſcio qua permotus animi diuinatione, non deſperans, eò tamen rem adducam vt nihil diuinatione opus ſit. Quamquam Chryſippus Diuinationem definijt, VIM COGNOSCENTEM, ET VIDENTEM, ET EXPLICANTEM SIGNA QVÆ A DIIS, HOMINIBVS PORTENDANTVR: OFFICIVM AVTEM EIVS ESSE PRÆNOSCERE, DII ERGA HOMINES MENTE QVA SINT, QVIDVE SIGNIFICENT, QVEMADMODVM EA PROCVRENTVR ATQVE EXPIENTVR. Deus autem erga nos mente qua ſit, quidve ſignificet, facilè quiſque prænoſcet, ſi ſtatueris & deliberaueris, OPTIME AC SAPIENTISSIME REX, ad Medicinam Eccleſiæ accedere: in quibus deliberationibus omnis ferè noſtra conſumebatur oratio. Quemadmodum verò ea procurentur atque expientur, ei, qui iam mihi viſus eſt Exſultare Domino cum tremore, ſatis erit ſi ſubindicauero, quòd Heroïcis ætatibus, quas à noſtris quidem, non tam ſæculis quàm annis ſcimus eſſe diſiunctas, accepimus contigiſſe: cùm Diuus Henricus Imperator huius nominis primus, Beatum Stephanum, Hungariæ Regem, ad Chriſtum fidemque conuertiſſet, & fuiſſe, & habitos eſſe Apoſtolos Reges. Vidiſſes, inquit pientiſſimus Hiſtoricus Anonymus horum temporum ſcriptor, REGES APOSTOLOS:

quâ temporum gloriâ si vnquam priuemur; vel patriæ ADEO-GVBERNATVS, Θεοκυβέρνητος, IVSTVS ille, MAGNI HENRICI filius, LVDOVICVS noster; vel certè Ecclesiæ, ac tibi tu, IACOBE, inuidebis.

SED hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis excursio: nunc, te duce, cominus agamus. Experiamur itaque, volente & hortante REGE, si possumus. poterimus autem, Deo dante, cornua commouere istius, quo iam nomine te medico, & voluntatum arbitro, appellem? Si leniter, Disputationis, Erroris, Secessionis, Timoris; si duriùs, Spei, Cupiditatis, Odij, Pertinaciæ; si grauissimè, Temeritatis, Calamitatis, Parricidij, Perduellionis, Imminutæ Maiestatis, Sceleris, Crudelitatis, Peculatus, Impietatis, Separationis, Seditionis, Sacrilegij, vno & communi verbo, SCHISMATIS ANGLICANI. Neque id ego dico, vt inuidiosum sit in eos quorum ista conscientiæ contagio improuidas occupauit mentes: quorum tantùm abest vt non misereamur, quin ipsa eorum, vt fratrum, nostra esse vulnera, CONCORPORALES cùm simus, vt loquitur ac declarat Paulus, & sentimus ipsi & vociferamur. DEFENDENDA ENIM RELIGIO EST, inquit libro quinto Lactantius, NON OCCIDENDO, SED MORIENDO; NON SÆVITIA, SED PATIENTIA; NON SCELERE, SED FIDE: ILLA ENIM MALORVM SVNT, HÆC BONORVM; ET NECESSE EST, BONVM IN RELIGIONE VERSARI, NON MALVM. Verùm, vt istos perfugas, hospites, peregrinos, (HOSTIS enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc PEREGRINVM dicimus) aduenasque arceam atque submoueam, tento: quibus, cùm, plangore & lamentatione Ecclesiæ, vt assiduo Columbæ gemitu, iam pridem occalluere aures, ipsi CATHOLICOS, vel etiam iacentes ad pedes, supplicum voce prohibuerunt, Et super dolorem (inquit apud HYMNIDICVM, in Christo, Ecclesia) VVLNERVM meorum addiderunt. Quorum igitur impunitas tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? Optimè enim Euoptius, Ptolemaïdis Episcopus, frequenti quondam Ephesina Synodo, cùm de anathematizanda Nestorij Epistola DE FIDE, ageretur, dixit: Quemadmodum qui REGVM Numisma adulterant, iuxta legum sanctiones, extremo supplicio subijciuntur: ita quoque RELIGIOSISSIMVS NESTORIVS, (habita est, REX IACOBE, in hac appellatione ratio non meriti, sed dignitatis) qui Rectæ Fidei dogma adulterare veritus non est, cùm apud Deum, tum apud homines quoque, quauis pœna dignus est: Ὥσπερ οἱ τὸ ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ Νόμισμα παραχαράττοντες, τιμωρείας παρὰ τῶν νόμων εἰσὶ τῆς ἐσχάτης ὑπεύθυνοι, οὕτω καὶ ὁ ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΟΣ ΝΕΣΤΟΡΙΟΣ, τὸ Δόγμα τῆς Ορθοδοξίας παραχαράξαι τολμήσας, καὶ παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις πάσης ἄξιός ἐστι τιμωρείας. Tolerabiliora fuerunt cætera quæ vel principum libido, vel multitudinis leuitas, vel regnandi ambitio, vel armatorum furor, vel potentiorum metus, vel vlciscendi desiderium, vel denique humanus error potuit suadere ad tempus. Sed quod illi tibi insusurrant; Caue

CAP.XX.

Phil.3.v.6.

Psal.68. v.27.

Ecclesiam Vnias, Caue Credas, Caue ignoscas, Caue audias, Caue medearis, Caue te fratrum pro fratrum salute obsecrantium misereat: hæc nec hominum, nec ad hominem vox est: hanc æquo animo nemo ferre potest. In similes inuehi cum Paciano, Epistolâ » tertiâ, liceret: Ergo & filij sanguinum vos eritis. Non enim PA- » CEM FRATRVM, sed SANGVINEM concupiscitis. Fides falsa, est » vestra crudelitas. Luget Ecclesiæ Senatus, mœret Equester Ordo, tota Christiana Respublica confecta senio est: squalent Sanctorum Monachorum municipia, affliĉtantur nouæ CATHOLICORVM coloniæ, agri denique ipsi tot populorum quot segetum, tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum Principem ac Medicum desiderant. Num ad æmulandum non prouocat illud de Leone Imperatore summum Episcoporum Cappadociæ Primæ elogium, dum Cæsareæ illius Archiepiscopus Alypius, Epistolâ suâ Synodicâ, ait: » Inuigilas autem, & cuncta consideras secundùm Bonos Pastores, ne » Lupis liceat Oues arripere: AVT CERTE SECVNDVM OPTIMOS ME- » DICORVM, ALLIGAS VVLNERA, ET EIS PRÆBES DENVO ME- » DICINAM. Cooperetur itaque Dominus huic Vestræ Pietatis in- » tentioni, & Modum inueniat QVATENVS OMNIA QVÆ DIVISA » SVNT, COPVLENTVR, ET DISRVPTA TOTIVS CORPORIS MEM- » BRA RVRSVS COMPAGINENTVR, ET TOTVM ECCLESIÆ COR- » PVS SALVBRITATI REDDATVR, VNITVMQVE SERVE- » TVR.

CAP. XXI. AN verò, Angliæ Patres Conscripti ac Iudices, vos soli ignoratis? vos hospites in vestro regno versamini? vestræ peregrinantur aures, neque in hoc peruagato Regni sermone versantur, quas Antonius leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces regni, & pestes Ecclesiæ, absit dicto inuidia) fuerit impositurus vo- » bis omnibus atque insusturus? FILIVS SINE PATRE, TIRO SINE » PRINCIPE, DISCIPVLVS SINE MAGISTRO, SEQVENS SINE ANTE- » CEDENTE, INQVILINVS SINE DOMO, HOSPES SINE HOSPITIO, » PASTOR SINE GREGE, EPISCOPVS SINE POPVLO, vt quondam de VICTORE, primo Donatistarum Romano Pseudo-Episcopo, præclarè scripsit, suo libro secundo, Optatus. Exhibe, quæso, Antoni; exhibe, non librum, sed librarium illud Legum vestrarum, quod te ais eripuisse è domo, & ex medijs aris atque armis turbâque nocturna, tanquam Palladium, sustulisse, cùm fugeres gregem, & ex Pastore Mercenarius fieres: vt præclarum inde munus atque instrumentum Schismatis, (quo nulla capitalior pestis est, quippe quod cum probro priuato imperij dedecus coniungit) ad aliquem, si nactus esses qui tuo arbitrio Ecclesiam scinderet, deferre posses. Veteris illius Epigrammatis ad Criticum, cui non venit in mentem?

Iactat inæqualem Matho me fecisse Libellum:
Si verum est, laudat Carmina nostra Matho.
Æquales scribit Libros CALVINVS & Vmber.
Æqualis Liber est, Critice, qui malus est.

Siccine Sapientissimos Anglorum censes, cùm ad meliorem men-

tem ventum est non discernere, non cernere quæ sit illa tua personata MVLIER FORTIS, quæ Pacifici Salomonis sanctam quamdam ementita Mineruam, in Centonis tui Centuriatorij limine, velvt in Prologo quodam GALEATO, armata sedet? Illusa sanè ab adulterante verbum te Leuitæ illa vxor est de Bethlehem Iuda, Iud. 19. v. 25.
dum violato hospitij Ecclesiæ sanctissimo IVRE GENTIVM, sub Archiepiscopali nomine, VNITATEM, DISCIPLINAM, DOCTRINAMQVE corrumpis. Vidit olim simile quid de ALEXANDRINÆ ECCLESIÆ ADVLTERO Timotheo Concilium Myrense: videre, contraque armatum Alexandrinum illud Schisma scripsere Petrus Archiepiscopus Myrenus, Eudoxjus Episcopus Chomatenus, Cyrinus Patarenus, Stephanus Limyrenus, Eudoxius Acalandenus, Leontius Araxenus, Andreas Tloæorum, Nicolaus Acrassenus, Athanasius Xanthensis, Hypatius Sidymensis, Pannitius Ascandenus, Anatolius Olympiensis, Cyrinus O Eneandenus, Nicolaus Gaunenus, Aquilinus Padullenus, Nicolaus Balburenus, Aristodemus Phaselitanus, Theodorus Antiphellensis, Palladius Corydallanus, Romanus Bunensis, Heliodorus Narensis, Leontius Calindenus; vno, inquam, spiritus impetu hi omnes, agmine facto, his verbis Synodicis Imperatorem, in pietate vt in Imperio, Marciani, successorem, Leonem aggrediuntur: Tunc exsiliuimus, & vultum, secundùm quod scriptum est, tristem habentes atque demissum, & vtramque manum ad inuicem conferentes, atque dicentes: Oblitus est nostri Dominus; reliquit nos Dominus. Quid iam nos SACERDOTES faciemus? QVOMODO PASTORES, cùm MERCENARIVM vidimus greges ita dispergere? QVOMODO COMPATIENTES, cùm hæc examinari minimè supplicamus? QVOMODO REVERENDI, qui cultum SANCTI BAPTISMATIS obscuratum despicimus? QVOMODO ECCLESIÆ PRÆSVLES, NEFANDVM ADVLTERIVM reticentes? QVOMODO EXEMPLVM FIDELIVM, cùm PATERNARVM REGVLARVM CVSTODES in temporibus pietatis Ecclesiæ fluctuant? Tranquillitas diuinæ scientiæ continet vniuersa, & NAVIS ORTHODOXORVM duceretur forsitan in profundum, nisi IMPERATOR PIVS existeret, pro purpura Virtutibus fulgens, ARMIS VTENS ADVERSVS HOSTES, VENERABILI CRVCE, & hac vocatus appellatione, qua PER CLEMENTIAM CHRISTVS vocari dignatus est: Recubans, inquit, soporatus est sicut LEO. Oportebat tunc secundùm Prophetæ Ieremiæ vocem, nouissimum quærere locum, & die noctuque ea quæ sunt commissa, lugere. Non enim vna est MVLIER, secundùm Historiam, quæ Iniustitiam & Vim pertulisse dignoscitur. Breuiter itaque, CHRISTO-AMABILIS IMPERATOR, Historiam quoque audire dignare. Aliquando Leuita vir, violentiam passus in coniuge, & contumeliam ferre non valens, & iniuriam sceleris immensam esse conspiciens; dum mulier mane mortua fuisset inuenta, plurimis contumeliam inferentibus; diuidens eam in VNDECIM partes, VNDECIM Israël tribubus destinauit: ET PROPTEREA VN-

Is. 49. v. 14. Genes 49. v. 9. Ierem. 9. v. 1. Iud. 19. v. 25.

» DECIM, ET NON DVODECIM, QVIA VNAM TRIBVM SCIEBAT
» INIVRIOSOS ET LVXVRIOSOS HABERE VIROS. Tunc omnes
» vndique ad vltionem velocissimè concurrerunt, pro Litteris, mu-
» lieris Membra suscipientes, & velut inimicos, Fratres proprios ex-
» pugnantes, dum tanti sceleris præsumptio atque mortis, dilectio-
» nem cognationis excluderet. Insuper etiam Anathematizauerunt
» eos, ne sponsam ab eis sumerent, aut darent sponsum eis: & nisi
» REMEDIVM SAPIENTIÆ fuisset post hæc inuentum, etiam nomen
» tribu s Beniamin esset ablatum. Ea siquidem quæ nunc gesta sunt,
» illis comparata, crudelitate maiora sunt. Non enim Vna Ecclesia
» hanc pertulit læsionem, nec vnus Sacerdos occisus est, sed OMNIS
1. Cor.10. v. 17. » ECCLESIA & OMNIS PONTIFEX est necatus (VNVM enim, secun-
» dùm BEATI PAVLI vocem, omnes pariter sumus, & VNVM MEM-
Ephes. 4. v. 15. » BRVM; & Fratres VNVM habemus CAPVT, Christum:) Ecclesiasti-
» cæ Sanctiones, & Constituta conculcata, Regulæ Sanctorum Pa-
» trum spretæ sunt. Dominus Totius Orbis terrarum Christus, NV-
» TRITOR PIETATIS, & ORTHODOXÆ FIDEI PROPVGNATOR, oc-
Luc. 21. v. 14. » casionem dedit loquendi CORAM REGIBVS, & non timendi. AN-
» TIQVI IVRA LOQVEBANTVR, ETIAM AVDIRE NOLENTIBVS.
» Ipse autem, MITISSIME ATQVE CLEMENS, nostras imbuit aures,
Es. 5. v. 20. » vt malum tanquam malum notemus: Væ, inquit, qui dicit Malum
» Bonum, & Amarum Dulce. Ad iustam igitur indignationem ro-
» gamus, excitamus, atque supplicamus, vt BAPTISTERIA, & ALTA-
» RIA, SACERDOTIVM, REGVLAS vindices PATRVM, sceleris do-
» mino feruentissimè vlto, PROVIDEAS ECCLESIIS SALVATORIS
» QVIETEM. Hæc tibi pro Tragico tuo, DE MVLIERE FORTI, Pro-
logo dicta sint, vbi quiqui rabula declamandi auctor est,

--iras
Et verba locat.--

At quàm quæso indignum est vt ipso exordio PRAVE FACVNDVS (quod Tacitus ait, primo libro Annalium, de Sempronio Graccho, qui Iuliam in matrimonio M. Agrippæ temerauerat) suscepetis quamprimùm docendos Anglos, quænam dicenda sit Salomoniaca MVLIER illa FORTIS; qui Scholas Occidentis omnes, quo tempore Damascenus Orienti præluxit, per Venerabilem suum, magnum certè Ecclesiæ Doctorem, Bedam, Prouerbiali illo loco aduersùs cunctas Hæreses, aduersùs hanc præsentem, necdum ijs temporibus natam, Sectam, munierunt! Monuerunt scilicet, vbique diffusam ac
Prou. 31. v. 10. DE VLTIMIS FINIBVS pretium eius. Monuerunt confidere in ea COR VIRI SVI, & Hostium seu Schismatum seu Hæreseum spolijs ornatam. Monuerunt, NAVEM INSTITORIS Petri esse. Monue-
Ps. 118. v. 62. runt, eam de nocte surgere; ad Dauidicum illud Melos; Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Monuerunt, hanc vnam Euangelicum Agrum emisse, ac de fructu manuum suarum, labore Apostolico, plantauisse VINEAM. Monuerunt, haud aliam esse quæ Gustauit & Vidit quàm scilicet suauis est Dominus, quàm bona est negotiatio

negotiatio eius. Monuerunt, ideo semper duraturam quòd NON EXTINGVETVR IN NOCTE LVCERNA EIVS, & non timebit domui suæ à frigoribus niuis. Monuerunt, & Regis Magni sponsam & Regiam & Regibus ac Regum Conuersione atque Donis ornandam; nec mirandum si Byssus & PVRPVRA indumentum eius. Monuerunt, nobilem IN PORTIS fore virum eius qui per Vicarium sedet cum Senatoribus Terræ, & Fidei causas in Generalibus Concilijs iudicat ac definit. Monuerunt, illam os suum aperuisse Sapientiæ, & LEGEM CLEMENTIÆ in lingua eius, cùm lingua peccata soluit ac remittit. Monuerunt, illam esse quam non modò prioribus sæculis Patres, sed & posterioribus Filij BEATISSIMAM prædicauerunt; immo si non Antonius, at VIR EIVS Christus Dominus & laudauit eam. Monuerunt, supergressam esse Vniuersas Sectas numero, dignitate, duratione, splendore, operibus magnis & bonis. Legendus modò vnius Bedæ Presbyteri Angli DE MVLIERE FORTI Libellus planè aureus, Septimo Operum Tomo; nihil profectò de diuino illo argumento desiderabitur quod ad ECCLESIÆ nostræ CATHOLICÆ laudem ac fidem spectet, cuius non aliqua vox in Hebraïco Alphabeto, quo mysticè distinguitur, ceu Prophetico quodam concentu aut theatro resonabit. Et dubitamus adhuc Prouidentiæ circa Angliam arcana demirari, quam futuris tamque distantibus malis constat tam vetera tamque propinqua remedia parauisse? Ac profectò Augustinus ei præluxerat, libro tertio contra Litteras Petiliani Donatistæ, dum ait: « VOS ERGO SANCTA GERMINA VNICÆ MATRIS CATHOLICÆ, « huiusmodi sceleris & erroris exemplum, subditi Domino, quantâ potestis vigilantiâ præcauete, quantâlibet doctrinæ ac famæ luce præfulgeat, lapidemque se esse iactet pretiosum, QVISQVIS « (quamuis nimirum SPALATENSIS ANTONIVS foret) VOS « TRAHERE VOLVERIT POST SEIPSVM, MEMENTO « QVOD ILLA MVLIER FORTIS, ET VNA VNI AMABILIS VIRO SVO, QVAM IN VLTIMO PROVERBIORVM SANCTA SCRIPTVRA DESCRIBIT, PRETIOSIOR « EST LAPIDIBVS PRETIOSIS. Nemo dicat, illum sequar, « quoniam ipse me Christianum fecit; aut, illum sequar, quoniam me baptizauit. Neque qui plantat, est aliquid, neque qui « 1.Cor.3. v.7. rigat; sed qui incrementum dat Deus. Et Deus Charitas est; « 1.Ioan.4. & qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in illo ma- « v.16. net. NVLLVS ETIAM PRÆDICANS NOMEN CHRISTI ET GESTANS AC MINISTRANS SACRAMENTVM CHRISTI, SEQVENDVS EST CONTRA VNITATEM CHRISTI. « Augustino verò dux ac præuius sanctus Pacianus in Pyrrhinæi iugis, Barcilonæ Episcopus, castitate & eloquentia, & tam vita quàm sermone clarus, Epistolâ tertiâ ad Sympronianum Nouatianum, CONTRA TRACTATVS NOVATIANORVM:

» Adultera Mulier, Hæretica Congregatio est: CATHOLICA enim
» ab initio de viri sui thoro & thalamo non recessit, nec alienos
» amatores aut extraneos concupiuit. Vos exulem formam nouo
» colore pinxistis; vos thorum vestrum à coniugio separastis anti-
» quo; vos à MATRIS VNICVBÆ Corpore recessistis, nouo placen-
» di genere, nouis corruptelarum illecebris expoliti. En vt iam de
te, ANTONI, quàm de Nestorio veriùs ista Cælestini Papæ ad Cy-
» rillum verba, scribantur! QVI TAMEN PASTOR ET NOMINIS ET
» PROFESSIONIS SVÆ OBLITVS, SEMETIPSVM IN RAPACEM LV-
» PVM TRANSFORMAVIT, GREGEM QVEM SERVARE DEBVE-
» RAT, MODIS OMNIBVS DISPERDERE CONNITENS: Ος τῆς προσηγορίας ταύτης, καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος ἐπιλελησμένος, αὐτὸς ἑαυτὸν ΕΙΣ ΑΡΠΑΓΑ ΛΥΚΟΝ μετήλλαξεν, (aliàs, μετέβαλεν) ἐπιθυμῶν ἀπολέσαι τὴν ἀγέλην, ἣν αὐτὸς ὤφειλε συντηρῆσαι.

Ac veluti pleno LVPVS insidiatus ouili,
Cùm fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres;
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent; ille asper & improbus ira
Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.

Tibi pro te, Antoni, semel, ac tui similibus, qui famem, famæ præfetunt, obiter, etsi satis clemens sum in disputando, mihi licuerit, vt tibi fas fuit (quod Cantuariensi satis compertum est) alieno scribere calamo; sic alienis versibus, hoc, est alieno fere stomacho, subirasci. Quid mihi obstrepis, aut me respicis illis oculis quibus tum solebas, cùm Spalato cedens, Pontifici Maximo iratus, SPIRANS MINARVM AC CÆDIS IN DISCIPVLOS DOMINI, (Act. 9. v. 1.) omnia omnibus minabare? Dixi quod necesse fuit: tibi cùm omnia liceant, mihi aliquid non licet?

Sit mihi fas audita loqui.---

Tu verò esto conditione vna contentus, quòd plura non dicam, nî me interpelles, mea Regi PRO REGE COMMVNI, ὑπὲρ τοῦ Κοινοῦ Βασιλέως, (vt Cælestino Papa auctore ac teste, Epistolâ ad Nestorium, Archiepiscopus Ephesinus Atticus aduersus Nestorium fecisse visus est) consilia De salute Anglicanæ Ecclesiæ tranquillè explicantem.

Haud secus Eridani stagnis, ripáve Caystri
Innatat albus olor, pronoque immobile corpus
Dat fluuio, & pedibus tacitas eremigat vndas.

Officium enim Episcopi, officium ac munus Gubernatoris est in nauigando: cùm alij malos scandunt, alij per foros cursant, alij sentinam exhauriunt; ille clauum tenens, quietus sedet in puppi. Non enim INDOCTE (id est, imperitè) DOCEMVS (vt quondam ad Centum Quinquaginta Episcopos, Oratione in Constantinopolitano Concilio habita, dixit Nazianzenus) οὐ γὰρ ΑΠΑΙΔΕΥΤΩΣ
» ΠΑΙΔΕΥΟΜΕΝ: nec aduersarios contumelijs & conuitijs incessi-

mus, quemadmodum plerique faciunt; NON CVM SERMONE, SED CVM LOQVENTE confligentes; οὐδὲ ταῖς ὕβρεσι βαλλόμενοι; ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ, ΜΗ ΤΩ ΛΟΓΩ μαχόμενοι, ΤΟΙΣ ΔΕ ΛΕΓΟΥΣΙΝ· ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum obtegentes; non aliter ac SEPIAS atramentum ante se vomere aiunt, vt piscatores effugiant, aut latendo aliquid ipsæ capiant; καὶ τὴν ἀσθένειαν ἔστιν ὅτε τῶν λογισμῶν ταῖς ὕβρεσι συγκαλύπτοντες, ὥσπερ τὰς ΣΗΠΙΑΣ λόγος ἐμεῖν τὸ μέλαν πρὸ ἑαυτῶν, ἵνα τοὺς θηρεύοντας διαφύγωσιν, ἢ τῷ λανθάνειν θηρεύσωσιν. Verùm nos pro Christo bellum gerere, HOC ARGVMENTO PLANVM FACIMVS, Quòd secundùm Christum, qui PACIFICVS AC MANSVETVS est, atque infirmitates nostras portauit; dimicamus; ἀλλὰ τὸ περὶ Χριστοῦ πολεμεῖν ΔΕΙΚΝΥΜΕΝ, ἐν τῷ μάχεσθαι κατὰ Χριστὸν, τὸν ΕΙΡΗΝΙΚΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΡΑΟΝ, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βαστάσαντα. Nec in veræ doctrinæ detrimentum PACI studemus, nonnihil de animorum contentione remittentes, VT FACILITATIS AC MANSVETVDINIS FAMAM COLLIGAMVS: (non enim quod bonum est, malè aucupamur) & rursum, PACEM COLIMVS, LEGITIME PVGNANTES, atque intra limites nostros, SPIRITVSQVE CANONES AC REGVLAM, nosmet continentes, οὔτε εἰρηνεύομεν κατὰ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας ὑφιέντες τι, ΔΙΑ ΔΟΞΑΝ ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΣ. οὐ γὰρ κακῶς τὸ καλὸν θηρεύομεν, καὶ ΕΙΡΗΝΕΥΟΜΕΝ, ΕΝΝΟΜΩΣ ΜΑΧΟΜΕΝΟΙ, καὶ εἴσω τῶν ἡμετέρων ὅρων καὶ ΚΑΝΟΝΩΝ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ. Ac de his quidem ita sentio, cunctisque ANIMARVM OECONOMIS, siue DISPENSATORIBVS, & VERBI THESAVRARIIS, Legem statuo: VT NEC PER DVRITIAM, HOMINVM ANIMOS EXASPERENT, NEC PER SVBMISSIONEM ELATOS ET INSOLENTES EFFICIANT; SED PRVDENTER ET CONSVLTE IN FIDEI CAVSA SE GERANT; NEC IN ALTERVTRO HORVM MEDIOCRITATEM EXCEDANT: Περὶ μὲν δὴ τούτων, οὕτω γινώσκω, καὶ νόμον τίθημι πᾶσι τοῖς ΨΥΧΩΝ ΟΙΚΟΝΟΜΟΙΣ, καὶ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΤΑΜΙΑΙΣ· ΜΗΤΕ ΤΩ ΣΚΛΗΡΩ ΤΡΑΧΥΝΕΙΝ, ΜΗΤΕ ΤΩ ΥΠΕΣΤΑΛΜΕΝΩ ΚΑΤΕΠΑΙΡΕΙΝ, ΑΛΛ' ΕΥΛΟΓΟΥΣ ΕΙΝΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ, ΜΗΔ' ΕΤΕΡΩ ΤΟ ΜΕΤΡΟΝ ΥΠΕΡΒΑΙΝΟΝΤΑΣ. Vera tamen Philemonis sententia, apud Antiochenum Patriarcham Theophilum, libro tertio ad Autolycum, est: DIFFICILIS RES EST AVDITOR NON INTELLIGENS, ET SEDENS; NAM PROPTER DEMENTIAM SEIPSVM NON CVLPAT: Χαλεπὸν ἀκροατὴς ἀσύνετος καθήμενος. ὑπὸ γὰρ ἀνοίας οὐχ ἑαυτὸν μέμφεται. Quod de Antonio dici iure optimo potest.

VERVM nunc ad te conuertimur, & quoniam, OPTIME REX, de Ecclesia vestra consuli cœpti sumus, tribuenda opera Ecclesiæ, efficiendumque profectò est, ne sententia sine consilio lata, ne damnatio sine defensione CATHOLICIS illata dici possit. Hoc saltem obtinebimus, SERENISSIME REX, ne quis nobis illud Propheticum exprobret: Nunquid RESINA non est in Galaad, aut MEDICVS non est

CAP. XXII.

Ier. 8. v. vlt.

» ibi? Quare ergo non est obducta CICATRIX Filiæ Populi
» mei? Quid enim per Resinam, (inquit citans hunc locum Pelagius Pont. Max. celeberrimâ illâ Epistolâ, quæ inter Fragmenta Quintæ Synodi exstat, ad Eliam Aquileiensem, & alios Istriæ Episcopos Schismaticos qui Damnationi TRIVM CAPITVLORVM non consentiebant; quam LIBRVM appellat, dum eius meminit, Beatus Gregorius, libri secundi Epist. trigesimâ sextâ, ad Episcopos HIBERNIÆ; quamque ab eodem Diuo Gregorio, cùm adhuc tantùm esset Diaconus, scriptam fuisse nomine Pelagij Papæ, restatur
» Paulus Diaconus, libro tertio De Gestis Longobardorum) quæ
» fomentum ignis est, quæ & in ornamentum domus marmora dis-
» sipata coniungit, nisi Charitas designatur? quæ & in amore corda
» succendit, & vt sanctam Ecclesiam VNITATIS ornamento com-
» ponat, discordes hominum mentes per PACIS in se studium ligat?
» Quid per Galaad, quæ ACERVVS TESTIMONII interpretatur, ni-
» si in Scripturæ Sacræ altitudinem innumera sententiarum densitas
» dicitur? Quid per MEDICI vocabulum, nisi vnus quisque Præ-
» dicator? Quid per non obductam Filiæ Cicatricem, nisi culpa ple-
» bis ante Dei oculos nuda monstratur? RESINA ERGO IN GALAAD
» DEFVISSE CONVINCITVR, SI PRO OSTENDENDA VERITATE,
» CVM TANTA ADSINT SCRIPTVRÆ SACRÆ TESTIMONIA, ADSO-
» CIANDO VOS SANCTÆ ECCLESIÆ, NEQVAQVAM DIGNE ARDO-
» RIS CHARITAS EXHIBETVR: ET VELVT ABSENTE MEDICO CI-
» CATRIX NON OBDVCITVR, SI, EXHORTATIONE CESSANTE, TAN-
» TÆ SCISSIONIS CVLPA NVLLO VOLVMINE SVBSEQVENTIS PA-
» CIS OPERITVR. Verùm, vt hac ipsa ratione summam mei promissi compleam, postquam hactenus te MEDICVM ostendi, quod nunc vnum restat, RESINAM, panchrestumque medicamentum adfero, vt vulneri præstò sit, ne suscepto Deliberationis muneri vlla tandem ex parte defuisse videamur, vbi demonstrauerimus duo illa quæ supra intendimus, videlicet Ecclesiæ Schismati QVÆ, & à QVO facienda est Medicina? Qui parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam: ex quo euenit vt alij populares, alij studiosi optimi cuiusque videantur, pauci vniuersorum. Itaque prospiciendum arbitror, vt consulere omnibus, mederi vniuersorum incommodis, prouidere communi saluti Ecclesiæ ante omnia iure ac merito existimemur & dicendi simus, priusquam nimirum Rebus Anglicis, quod commodiùs Secundo Libro fiet, nominatim succurramus. Reperias multos quibus periculosa & calida consilia quietis cogitationibus splendidiora & maiora videantur: plures qui rationem bono consilio à Deo immortali mortalibus datam, in fraudem malitiamque conuertunt: quam-plurimos qui illud vulnus, quod sanare conamur, dicendo refricant: innumeros qui in re seria, immo seuerissima, velut eandem perpetuo reperunt

cantilenam, & millies reiecta denuo regustant: infinitos verò qui ad consiliandum vel inexplicabilia, vel tantùm inchoata atque imperfecta, vel quæ ad finem pertingere, & exitum inuenire, aut nullo modo, aut non nisi summis difficultatibus, possunt, prope dixerim, fabulari solent. Postquam sublata Sapientia est (inquit libro quarto è septem, ARNOBII AVDITOR IMITATORQVE Lactantius) tum demum sibi homines Sapientum nomen vindicare cœperunt. TVM AVTEM NEMO SAPIENS VOCABATVR, CVM OMNES ERANT. Vtinamque nomen illud ALIQVANDO PVBLICVM, quamuis ad paucos redactum, tamen vim suam retineret! Ac paulo post, de Septem Sapientibus agens, exclamat Lactantius: O miserum calamitosumque sæculum, quo per orbem totum Septem soli fuerunt, qui HOMINVM vocabulo cierentur!

Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

Immo verò, quod de Militibus Romanis qui in militia Germanica sub Germanico militauerant, reducebanturque Oceano, Tacitus Annalium secundo memorat, quorum magna pars classe vecta, clade naufragij perirent; id de Malis Consiliarijs, tanquam vectoribus ac Nauicularijs, importunè imprudenterque iuuantibus, dicendum putem: MILESQVE PAVIDVS, ET CASVVM MARIS IGNARVS, DVM TVRBAT NAVTAS, VEL INTEMPESTIVE IVVAT, OFFICIA PRVDENTIVM CORRVMPEBAT. Vnde maximè nos quidem exquirimus, ea consilia quæ ad Concordiam Ordinemque ciuium ac fratrum pertineant. Nec iratorum hominum studium pro consilio ducimus, vel damus. cúmque in consilio capiendo prudentia, in dando solùm fides requiratur & religio, quod nobis verissimum videbitur, QVI REGVM SOLVS PHILOSOPHATVR, audiet. Quòd si consilium non fuerit prudens, at certè ab optima fide & optimo animo proficiscetur. CONSILIA temporum sunt, quæ in horas mutari vides: nemoque doctus vnquam mutationem consilij, inconstantiam dixit esse. Nunc temporis igitur nobis erit, & quod ineamus, & vnde ad mutationem consilij, optimum sanè pœnitenti portum, Fratres illos nostros, Schismatis tempestate abreptos, tandem reducamus. SICVT ENIM LAVDABILE EST (inquit libro tertio contra Cresconium Grammaticum Augustinus) A VERA SENTENTIA NON AMOVERI, ITA CVLPABILE PERSISTERE IN FALSA: QVAM NVNQVAM TENERE, PRIMA LAVS EST; SECVNDA, MVTARE: VT AVT EX INITIO VERA PERMANEAT, AVT, MVTATA FALSA, VERA SVCCEDAT. CONSILIA primùm hoc Primo Libro, deinde ACTA Secundo, postea EVENTVS Tertio exponam: quæ si tibi, DOCTISSISIME REX (licet afferenti noua, nouo optatissimoque verbo salutare & affari REGEM; quippe, vt Annalium vndecimo scriptum est, promiscuum Patris Patriæ cognomentum:

CAP. XXIII.

» NOVA IN REMPVBLICAM MERITA, NON VSITATIS VOCABVLIS » HONORANDA) REX, inquam, DOCTISSIME, (tam iucunda differenti appellatio est, vt calamus quidem repetere gestiat) si tibi probentur dicenda; ipse primus de inuento, quod tuum erit, Regio more gaudens ac triumphans, ne quis Euangelium, vt fit, erubescat, nouam, ita equidem confido, sententiam feres, eamque quam contrarij contrariam tenent (præ gaudio & spe, sine lacrymis non possum dicere) palàm antiquabis. Noli obsecro dubitare, POTENTISSIME REX, similem illi gloriæ laudem quàm-sæpissime quærere. Reges enim ad Deum nulla re propiùs accedunt, quàm salutem hominibus dando. Nihil habet nec Maiestas tua maius, quàm vt possis, nec Doctrina tua ac Pietas carius aut illustrius, quàm vt velis Christo conseruare quàm-plurimos. Quale, quæso, quámque Regium fuit PARÆNETICON illud Basilij Imperatoris, quod quidem in Octaua OEcumenica Synodo, Actione sexta, lectum est, » cuius hæc ardens inflammansque peroratio fuit: Ita SPIRITVALES » PATRES, ATQVE ECCLESIÆ ET VERITATIS VINDICES, QVI » CHRISMATE AARONEM, ZELO PHINEEM, IVDICIO SALOMONEM » FIGVRATIS; quærite ouem perditam, errantem reducite, &c, dispen» satorum more, illis nonaginta nouem hanc adiungite. Vos porro, » quibus MEDICO opus, nobilia Christi membra, sed mali Dæmonis » operâ, A CAPITE SEIVNCTA, admittite ADMONITIONIS, immo, » (neque enim dicere erubesco; tanta vestri miseratione teneor) DE» PRECATIONIS orationem. Descendite in conscientiæ vestræ pe» nettalia; reperietis profectò pessimè vos ab Ecclesia disiungi. NE» QVAQVAM TVRPE DVCENDVM EST, MORBVM APERIRE, ET » MEDICINÆ POENITENTIÆQVE LOCVM DARE. NVLLVM, FRA» TRES, DEDECVS EST SVPPLICEM ESSE DEO: SVPPLICES ILLI » SVNT, QVI ECCLESIÆ ET SPIRITVALIBVS PATRIBVS PROCI» DVNT. Quòd si omnino hoc ignominiam arbitramini, ego vobis » ipse exemplum submissionis efformabo, STVLTVS ET INSIPIENS » SAPIENTIBVS, ET IIS QVI OB SAPIENTIAM IN VENERATIONE » ESTIS. Ego in peccatis volutatus, vobis, QVI PVRI ESTIS, virtu» tisque cultores, PRIMVS ME IN TERRAM ABIICIO. PER CAL» CATVM PERGITE OS MEVM; INCEDITE PER OCVLOS MEOS; PRO » NIHILO DVCITE HVMEROS IMPERATORIS PEDE PREMERE: » OMNIA VLTIMA LVBENS VOLENS SVBIBO, DVMMODO VOS VI» DEAM AD CONCORDIAM REDIRE, DVMMODO NEC ANIMÆ DE» TRIMENTVM PATIAR, NEC COMMVNIS HVMANI GENERIS HO» STIS DIABOLVS TRIVMPHET. Hæc ego etiam atque etiam obte» stor. Vos si contumaces in sententia perstiteritis, ipsi videritis; in» nocens ego sum à perditione vestra. Eia, Fratres, PROSPECTARE » OPPORTVNIVS TEMPVS, aut RERVM MVTATIONEM exspectare » desinite. SI FACTVM VNIVS HOMINIS VESTRI, QVOD OMNI RA» TIONE CARET, ET EX FRAVDE DOLOQVE COMPOSITVM, TAN» TAM EXCITAVIT TEMPESTATEM; IVDICIVM QVATVOR PA-

TRIARCHARVM QVIS RESCINDERE POTERIT? AD QVEM VT «
AB ANATHEMATIS CENSVRA EXPEDIAMINI, CONFVGIETIS, QVI «
IN QVADRVPLICI HOC PATRIARCHARVM FORO DAMNAMINI? «
Ναὶ ΠΑΤΕΡΕΣ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΙ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΕΚΔΙΚΟΙ, οἱ τυποῦντες ΚΑΤΑ ΤΟ ΧΡΙΣΜΑ, τοῦ Ἀαρών, ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΖΗΛΟΝ, τοῦ Φινεές, ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΚΡΙΣΙΝ, τοῦ Σολομῶντα· ἐπιζητήσατε δὲ ἀπολωλὸς πρόβατον, ἐπιστρέψατε δὲ πεπλανημένον, τοῖς ἐνενήκοντα ἐννέα προβάτοις, οἰκονομίας τρόπῳ, συγκαταμίξατε. καὶ ὑμεῖς οἱ τῆς ΘΕΡΑΠΕΙΑΣ δεόμενοι, τὰ τίμια μέλη τοῦ Χριστοῦ, τὰ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δαίμονος, ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΗΣ ΧΩΡΙΣΘΕΝΤΑ, δέξατε ΠΑΡΑΙΝΕΣΕΩΣ λόγον, οὐκ αἰσχυνόμενοι δ' εἰπεῖν καὶ ΠΑΡΑΚΛΗΣΕΩΣ. Εἰς τοῦτο γάρ με κατελήλυκεν ὁ πρὸς ὑμᾶς ἔλεος. Ἐρευνήσατε τὰ ταμεῖα τῆς συνειδήσεως, καὶ εὑρήσετε κακῶς ὑμᾶς τῆς ἐκκλησίας διεσπασμένους. ΟΥΚ ΑΙΣΧΡΟΝ, ΤΟ ΠΑΘΟΣ ΦΑΝΕΡΩΣΑΙ, ΚΑΙ ΤΟΠΟΝ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΙΑΤΡΕΙΑΣ ΕΠΙΖΗΤΗΣΑΙ. ΟΥΔΕΜΙΑΝ ΑΙΣΧΥΝΗΝ ΕΧΕΙ, ΑΔΕΑΦΟΙ, ΤΟ ΠΡΟΣΠΕΣΕΙΝ ΤΩ ΘΕΩ. ΕΚΕΙΝΩ ΠΡΟΣΠΙΠΤΟΥΣΙΝ ΟΙ ΤΗ ΕΚΚΑΗΣΙΑ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΙΣ ΠΑΤΡΑΣΙΝ ΥΠΟΠΙΠΤΟΝΤΕΣ. Εἰ ὅλως τοῦτο αἰσχύνην ἡγεῖσθε, ἐγὼ τύπος ὑμῖν γενοίμην ταύτης τῆς ταπεινώσεως· Ο ΑΝΕΠΙΣΤΗΜΩΝ ΚΑΙ ΑΣΟΦΟΣ, ΤΟΙΣ ΣΟΦΟΙΣ ΚΑΙ ΕΠΙ ΓΝΩΣΕΙ ΣΕΜΝΥΝΟΜΕΝΟΙΣ· ἐγὼ ὁ ἐν ἁμαρτίαις κατειλημμένος, ΥΜΩΝ ΤΩΝ ΚΑΘΑΡΩΝ, καὶ ἀρετῆς ἐπιμελουμένων· ΠΡΩΤΟΣ ΕΜΑΥΤΟΝ ΕΠ' ΕΔΑΦΟΣ ΡΙΠΤΩ. ΕΠΙΒΗΤΕ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΕΜΑΣ ΠΑΡΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΩΝ ΕΜΩΝ ΟΦΘΑΛΜΩΝ ΟΔΕΥΣΑΤΕ· ΜΗ ΗΓΗΣΗΣΘΕ ΜΕΓΑ, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΑΤΗΣΑΙ ΜΕΤΑΦΡΕΝΑ· ΠΑΝΤΑ ΠΑΘΕΙΝ ΠΡΟΘΥΜΟΣ ΕΓΩ, ΜΟΝΟΝ ΙΔΟΙΜΙ ΚΟΙΝΗΝ ΕΝΩΣΙΝ, ΜΟΝΟΝ ΨΥΧΗΝ ΜΗ ΖΗΜΙΩΘΩ, ΚΑΙ ΕΠΙΧΑΡΗ Ο ΚΟΙΝΟΣ ΕΧΘΡΟΣ, Ο ΔΙΑΒΟΛΟΣ. Ταῦτα ἐγὼ μὲν παρακαλῶ· εἰ δὲ οὐ πεισθήσεσθε, ὑμεῖς ὄψεσθε· ἀθῷος ἐγὼ τῆς ὑμῶν ἀπωλείας. Καταλείψατε δὲ ΚΑΙΡΟΣΚΟΠΕΙΝ, Ἀδελφοί, καὶ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΑΛΛΟΙΩΣΙΝ ἀναμένειν. ΕΙΠΕΡ ΠΡΑΞΙΣ ΕΝΟΣ ΑΝΔΡΟΣ ΥΜΕΤΕΡΟΥ, ΟΥΔΕΝ ΕΥΛΟΓΟΝ ΕΧΟΥΣΑ, ΟΛΗ ΔΕ ΠΕΠΛΑΣΜΕΝΗ ΤΥΓΧΑΝΟΥΣΑ, ΤΟΣΑΥΤΗΝ ΖΑΛΗΝ ΕΙΡΓΑΣΑΤΟ· ΠΡΑΞΙΝ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΙΚΩΝ ΘΡΟΝΩΝ, ΤΙΣ ΛΥΣΑΙ ΔΥΝΗΣΕΤΑΙ; ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΙΝΑ ΚΑΤΑΦΕΥΞΕΣΘΕ, ΛΥΣΙΝ ΑΙΤΟΥΜΕΝΟΙ ΤΟΥ ΔΕΣΜΟΥ, ΥΠΟ ΤΩΝ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΘΡΟΝΩΝ ΚΑΤΑΚΡΙΝΟΜΕΝΟΙ; Quod quidem unum à Communione cum Patriarchalibus Sedibus argumentum, maximè negatiuum, adeo vrger illa præsertim Antiquitas, vt maximus ille ſapientiſſimuſque ac DOCTISSIMVS Baſilius Imperaror in hoc vim poſuerit, aculeumque fixerit potentiſſimæ ſuæ perorationis. Qui enim ante natam hanc Hæreticam Ignorantiam dixiſſet, CVM NVLLA SEDE PATRIARCHALI COMMVNICAS; proculdubio rem hoſtemque confeciſſet, cùm omnis ad aliquem Parriarcham Chriſtianus ſit, vt ad fundatam Apoſtolico labore Eccleſiam, reducendus. Nec alio certè telo ferocientem AVGVSTANA CONFESSIONE Germanum depreſſit, immo confeſtim vnoque ictu oppreſſit Patriarcha Conſtanrinopoliranus Ieremias, quàm cùm VVittembergenſibus hanc vltimam CENSVRAM ORIENTALEM inflixir; vr nimirum ad Occidenris Parriarcham, Romanum videlicet Pontificem,

ſe conferrent, cum ſua Patriarchali Sede ſentirent, nihil præter quàm ab ea traditum ſit, profiterentur ac crederent, quandoquidem, vt De Præſcriptionibus Tertullianus ait, NIHIL VLTRA SCIRE, OMNIA SCIRE EST. Et magno equidem Dei præſidio accidit, vt hæc Nouitas nihil prorſus proferret, quod non æquè vni Sedi ac alteri, immo quod non modò Patriarchalibus, verùm etiam Sedibus omnibus, ac ſingulis Totius Orbis Eccleſijs repugnaret. Quo in loco iudicium eorum requirere ſoleo, qui ſolius ſtudio Nouitatis, vltro ſe conferunt ad Antonianas partes, vt Antiquitatis cupidi eſſe magis videantur. Tu verò, ſi in tua, REX, quæ virorum doctorum eſt, patientia, DE IVVANDA ECCLESIA ſeriò cogites, id eſt, ſi omnia Regis officia & munera exſequare, hoc eſt, Paſtores iuueris attentione Populorum, & tanquam lumini oleum inſtilles, ne Charitas animúſve extinguatur; ipſe omnium quoque vitæ meritis, & quod in Græco ſermone tritum atque celebratum eſt, MYSORVM VLTIMVS: auctor tamen ego audendi inter primos adſum, qui te publicis precibus, vt nunc CONSILIIS, iuuem. Nec Epiſcopales certè Regibus ſpernendæ Preces, cùm vel Militares fuerint Imperatoribus etiam Ethnicis formidandæ, vt ex his M. Aurelij Antonini Imp. verbis patet, Epiſtolâ ad Senatum Romanum; quæ teſtatur, Chriſtianos victoriæ Romanorum contra Bar-
» baros cauſam fuiſſe; apud Iuſtinum Apologia priore: INDE IGI-
» TVR INCIPIENTES, PERMITTEMVS HISCE CHRISTIANIS ESSE:
» VT NE EO GENERE ARMORVM ADVERSVS NOS (Precibus videli-
» cet) ILLI VTENTES, VOTI COMPOTES FIANT: ΑΥΤΟΘΕΝ ΟΥΝ ΑΡΞΑΜΕΝΟΙ, ΣΥΓΧΩΡΗΣΩΜΕΝ ΤΟΙΣ ΤΟΙΟΥΤΟΙΣ ΕΙΝΑΙ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙΣ, ΙΝΑ ΜΗ ΚΑΘ' ΗΜΩΝ ΤΙ ΤΟΙΟΥΤΟΝ ΑΙΤΗΣΑΜΕΝΟΙ ΟΠΛΟΝ, ΕΠΙΤΥΧΩΣΙ. Conſilia verò poſteriore ſua ad Theſſalonicenſes Pau-
2.Theſſ. c.vlt.v.13. » lus prouocat, cùm ait: Vos autem, FRATRES, nolite deficere be-
» nefacientes. Quòd ſi quis non obedit verbo noſtro per Epiſtolam,
» hunc notate: & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur. Et
» nolite QVASI INIMICVM exiſtimare, ſed corripite VT FRATREM. Græcum enim verbum νουθετεῖτε, non per CORRIPITE, ſed per ADMONETE CONSILIIS, reddidit Pauli Ambroſianus Interpres. Ex quo me monitum facilè credas, IACOBE REX, vt (cùm PERRONIANÆ Epiſtolæ, tanquam Verbo Pauli per Epiſtolam, minimè acquieueris) non ad Argumenta, ſed ad CONSILIA (tantum licentiæ dat gloria) pro Tua Tuique Regni ſalute confugiam.

CAP. XXIV. BREVI præcîdam. Cùm conſulerent Athenienſes Apollinem Pythium, quas potiſſimùm religiones tenerent; oraculum editum eſt: EAS QVÆ ESSENT IN MORE MAIORVM. quo cùm iterum veniſſent, Maiorumque Morem dixiſſent ſæpe eſſe mutatum, quæſiuiſſentque quem Morem potiſſimùm ſequerentur è varijs, reſpondit; OPTIMVM. Et profectò ita eſt, vt id habendum ſit OPTIMVM & Deo proximum, quod ſit ANTIQVISSIMVM; idque ANTIQVISSIMVM quod ſit OPTIMVM. Vnde Auguſtinus, libro ſecundo contra Lit-

teras Petiliani Donatistæ: Cur in BASILICIS possidendis Iuliani re- «
scriptum tenetis, & in ECCLESIÆ PACE amplectenda Christi Euan- «
gelium non tenetis? Clamamus & nos, quæ perperam gesta sunt, «
in ANTIQVVM statum cuncta reuocentur. ANTIQVIVS est Euan- «
gelium Christi, quàm Rescriptum Iuliani: ANTIQVIOR est Vni- «
tas Christi, quàm Pars Donati: ANTIQVIORES sunt Ecclesiæ Pre- «
ces ad Dominum PRO VNITATE CHRISTI, quàm Rogatiani, & «
Pontij, & Cassiani ad Iulianum pro Parte Donati. An perperam «
geritur, CVM REGES PROHIBENT DIVISIONEM; & non perpe- «
ram geritur, DVM EPISCOPI DIVIDVNT VNITATEM? Perperam «
geritur, CVM AD DEFENDENDAM ECCLESIAM CHRISTI TESTI- «
MONIO REGES SERVIVNT; & non perperam geritur, CVM AD «
NEGANDAM ECLLESIAM CHRISTI TESTIMONIO, EPISCOPI CON- «
TRADICVNT? qualis nempe iste Antonius Spalatensis. Et Hila- «
rius contra Constantium Augustum, libro suo priore, postquam
dixisset: Proclamo tibi, Constanti, quod Neroni loquuturus fuis- «
sem, quod ex me Decius & Maximianus audirent: Contra Deum «
pugnas, contra Ecclesiam sæuis, Sanctos persequeris, PRÆDICATO- «
RES CHRISTI odis, Religionem tollis, TYRANNVS NON IAM HV- «
MANORVM, SED DIVINORVM. Postquam hæc, inquam, dixisset «
Hilarius, quid sequitur? nempe illud: Hæc tibi à me atque illis so- «
cia atque communia sunt: at verò nunc propria tua accipe. Chri- «
stianum te mentiris, Christi nouus hostis es: ANTICHRISTVM «
PRÆVENIS, & arcanorum mysteria eius operaris. Condis fidem, «
contra viuens: DOCTOR PROPHANORVM ES, INDOCTVS PIO- «
RVM: EPISCOPATVS TVIS DONAS, BONOS MALIS DEMVTAS: Sa- «
cerdotes CVSTODIÆ mandas: exercitus tuos ad terrorem Eccle- «
siæ disponis: SYNODOS CONTRAHIS, & Occidentalium fidem ad im- «
pietatem compellis: conclusos vrbe vna minis terres, fame debili- «
tas, hieme conficis, DISSIMVLATIONE DEPRAVAS. Orientales au- «
tem dissensiones ARTIFEX nutris, blandos elicis, fautores instigas; «
VETERVM TVRBATOR ES, PROPHANVS NOVORVM ES. Omnia sæ- «
uissima sine inuidia gloriosarum mortium peragis. NOVO INAV- «
DITOQVE INGENII TRIVMPHO DE DIABOLO, VINCIS, ET SINE «
MARTYRIO PERSEQVERIS. Rectè autem huic grauissimo DE AN- «
TIQVITATE loco conuenit nobilissima illa Arnobij sententia, li-
bro primo Disputationum Aduersùs Gentes, cùm De Mundi Opi-
ficio agit: Superciliosa nimiùm res est, CVM IPSE SIS NON TVVS, «
aliena etiam in possessione verseris, potentioribus dare conditio- «
nem velle, vt id fiat, quod cupias, non quod in rebus inueneris «
ANTIQVIS CONDITIONIBVS FIXVM. Quare de Nestorio exclamat «
Cælestinus Papa, Epistolâ ad Clerum Populumque Constantinopo-
litanum: Apertè ergo dilectioni vestræ, quod sine lacrymis non «
possumus dicere, nuntiamus. Mouit DIALECTICVS (vel, DISPV- «
TATOR) Vester prælium Veritati: ANTIQVÆ FIDEI INTVLIT «
MANVS: Ἐκίνησεν Ο ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΟΣ ΥΜΩΝ μάχην πρὸς τὴν ἀλήθειαν. ΤΗ «

» ΑΡΧΑΙΑ ΠΙΣΤΕΙ, ΧΕΙΡΑΣ ΕΠΗΝΕΓΚΕ. Exſecratur enim (vti fert Syno-
dica Inſtructio Legatorum Agathonis Papæ, à Romano Concilio
ad Sextam OEcumenicam Synodum miſſorum, quæ lecta eſt Actio-
» ne quarta) VERA CONFESSIO PIETATIS, iuxta diuerſitates tempo-
» rum variari, ſicut nec ipſe varietatem admittit, de quo eſt ipſa ve-
Malach. 3 v. 6. » ra confeſſio, qui dicit: Ego ſum, & non ſum mutatus. Ἀποτρέπεται γὰρ
πρὸς τὰς διαφορὰς τῶν καιρῶν, Η ΑΛΗΘΗΣ ΟΜΟΛΟΓΙΑ ΤΗΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ποικίλλεσθαι, καθὼς οὐδὲ αὐτὸς τὴν ποικιλίαν προσεδέξατο, περὶ οὗ ἐστιν αὕτη ἡ ἀ-
ληθὴς ὁμολογία, ὅς λέγει· Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. Ac certè ita ſe res
habet. Sacris enim Ceremoniiſque retinendis, Maiorum Inſtituta
tueri (quoniam Antiquitas ita proximè accedit ad Deum, vt ab ipſo
Deo tradita Religio ſit) Chriſtiani eſt Sapientis: qui ſi vel tranſuer-
ſum quidem vnguem è conſuetudine recedi perſpexerit, ad illud
inſtitutum PRIMVM atque OPTIMVM, parabilem reditum per An-
tiquorum ac Maiorum Morumque Veterum Viam ſemper habet.
Noui enim ac ſinguli decipi & decipere poſſunt; nemo Veteres,
neminem Veteres, ac nemo Omnes, neminem omnes vnquam fe-
fellerunt. Quapropter Cyrillus hanc de lecta in Epheſina Syno-
do, Capreoli Africæ Primatis (ſub quo Auguſtinus in Cælum transla-
» tus eſt) Orthodoxa Epiſtola ſententiam tulit: Et hæc REVERENDISSI-
» MI ET AMANTISSIMI-DEI Carthaginis Epiſcopi Capreoli quæ lecta
» eſt Epiſtola, cùm dilucidam ſententiam in ſe contineat, Fidei Ge-
» ſtorum inſeratur. VVLT ENIM ANTIQVA FIDEI DOGMATA CON-
» FIRMARI; NOVA VERO, ET ABSVRDE EXCOGITATA, ET IMPIE
» DIVVLGATA, REPROBARI AC PROSCRIBI: Καὶ ἡ ἀναγνωσθεῖσα ἐπιστο-
λὴ ΤΟΥ ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΥ Ἐπισκόπου τῆς Καρθα-
γένης Καπρεόλου, ἐμφερέσθω τῇ πίστει τῶν Ὑπομνημάτων, φανερὰν ἔχουσα διά-
νοιαν. ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΓΑΡ, ΤΑ ΜΕΝ ΑΡΧΑΙΑ ΚΡΑΤΥΝΕΣΘΑΙ ΤΗΣ ΠΙ-
ΣΤΕΩΣ ΔΟΓΜΑΤΑ, ΤΑ ΔΕ ΝΕΑΡΑ, ΚΑΙ ΑΤΟΠΩΣ ΕΞΕΥΡΗΜΕΝΑ,
ΚΑΙ ΑΣΕΒΩΣ ΕΙΡΗΜΕΝΑ, ΑΠΟΔΟΚΙΜΑΖΕΣΘΑΙ, ΚΑΙ ΕΚΒΑΛΛΕ-
» ΣΘΑΙ. Iam quid in Actis ſequitur, audiamus: Omnes Epiſcopi ſi-
» mul exclamauerunt: HÆ OMNIVM VOCES: HÆC OMNES ASSERI-
» MVS: HOC OMNIVM EST VOTVM· Πάντες οἱ Ἐπίσκοποι ἀνεφώνησαν,
ΑΥΤΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΑΙ ΦΩΝΑΙ, ΤΑΥΤΑ ΠΑΝΤΕΣ ΛΕΓΟΜΕΝ, ΑΥΤΗ
ΠΑΝΤΩΝ Η ΕΥΧΗ. Nec verò quiſquam aliter arbitrari poteſt, ni-
ſi qui nullam vim cæleſtem exiſtimat, numenve diuinum: quem
neque imperij Regum magnitudo, nec Sol ille, nec Cæli & Signo-
rum motus, nec viciſſitudines rerum atque ordines mouent; neque
id quod maximum eſt, Maiorum Sapientia, qui Sacra, qui Cere-
monias, qui Religionis Diſciplinam & ipſi ſanctiſſimè coluerunt,
& nobis ſuis poſteris prodiderunt. Mentes enim illæ quæ ex ho-
minum vita ad Cælitum religionem ſanctimoniamque demigra-
runt, non aliter quàm nos, viæ duces quos ſequerentur, habuere,
nec alijs nos legibus adſtrinxerunt, quàm quibus ipſæ priùs tene-
rentur. Inde Cyrillus, Archiepiſcopus Alexandrinus, Epiſtolâ ad
» Monachos Ægypti: Ante omnia, inquit, recta in vobis & ſincera,

nullique prorsus reprehensioni obnoxia fides existat. ita namque, ita, inquam, & vos quoque SANCTORVM PATRVM PIETATEM iisdem vestigijs prosequentes, in supernas illas Beatorum sedes olim immigrabitis, cælestiaque tabernacula vna cum illis incoletis. Qua de re DIVINVS Isaias ita scribit: Oculi tui videbunt Ierusalem, ha- Is.33.v.20. bitationem opulentam; tabernacula quæ non concutientur: Ἔσω δὲ καὶ ὑμῶν, καὶ περί γε τῶν ἄλλων, ἡ πίστις ὀρθὴ, καὶ ΑΚΑΠΗΛΕΥΤΟΣ, καὶ τὸ ἀνεπίπληκτον ἔχουσα παντελῶς· οὕτω γὰρ οὕτω καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ ΤΗΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ἰχνηλατοῦντες ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ, ἐναυλισθήσεσθε σὺν αὐτοῖς ταῖς ἄνω μοναῖς, καὶ σκηνὰς οἰκήσετε τὰς ἐν οὐρανοῖς, ὧν καὶ Ο ΘΕΣΠΕΣΙΟΣ Ἡσαΐας διαμέμνηται, λέγων· Οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται Ἱερουσαλὴμ, πόλις πλουσία, σκηναὶ, αἳ οὐ μὴ σεισθῶσιν. Hinc Sanctus Dalmatius Archimandrita, in sua pro Concilio Ephesino APOLOGIA, vbi in suggestum ascendisset, in media oratione dixit: IMPERATOR omnia quæ facta sunt, ordine audiuit, audiendoque gauisus est, & Deo gratias egit. Neque audiuit solùm, sed narrationis quoque seriem Sanctæ Synodi, sicut illius Maiestatem decebat, comprobauit; non meis quidem verbis ad hoc inductus, sed PATRVM ET AVORVM SVORVM FIDEM SEQVVTVS: Ο ΔΕΣΠΟΤΗΣ γὰρ (DOMINVS; qui Græcè ΔΕΣΠΟΤΗΣ, nunc Gallicè vulgo, SIRE, de Regibus dicitur) πάντα ἀκολούθως ἤκουσε τὰ γεγενημένα, καὶ ἐχάρη μετ' εὐχαριστίας τῆς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ συνεφώνησε τοῖς ῥήμασι τῆς ἀκολουθίας τῆς Ἁγίας Συνόδου, ὡς πρέπει τῇ αὐτοῦ Βασιλείᾳ, οὐ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν ἐξακολουθήσας, ἀλλὰ ΤΗ ΠΙΣΤΕΙ ΤΩΝ ΠΑΠΠΩΝ, (quasi, PAPPARVM) ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΠΑΤΕΡΩΝ. Quapropter Sancta Septima OEcumenica Synodus Actionem quintam hac clausula, hoc voto in Constantini & Irenes Impp. salutem, concludit: DEPOSITORES NOVITATIS, quæ pridem facta est, Domine conforta. PIAM DA DOMINE VITAM EIS: Τοὺς ΚΑΘΑΙΡΕΤΑΣ ΤΗΣ προγενομένης ΚΑΙΝΟΦΩΝΙΑΣ, Κύριε κράτυνον. ΕΥΣΕΒΗ ΚΥΡΙΕ ΖΩΗΝ ΑΥΤΟΙΣ. Est enim admirabilis quædam continuatio seriesque rerum, vt alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur, donec ad primos illos sanctissimos fidelissimosque magistros, prædicatores & testes, auctoremque religionis Christum, velut certis quibusdam gradibus ascendendo deueniamus. Quapropter altero Canone, hunc in modum decernit Constantinopolitana Prima Synodus: Ecclesias autem Dei, quæ sunt IN BARBARICIS GENTIBVS constitutæ, regere atque administrare oportet SECVNDVM CONSVETVDINEM, QVÆ A PATRIBVS OBTINVISSE DIGNOSCITVR: Τὰς δὲ ΕΝ ΤΟΙΣ ΒΑΡΒΑΡΙΚΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ΟΙΚΟΝΟΜΕΙΣΘΑΙ χρὴ, ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΚΡΑΤΗΣΑΣΑΝ ΣΥΝΗΘΕΙΑΝ, ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ (aliàs, ΣΥΝΗΘΕΙΑΝ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.) Quod altera quæ est Dionysij Exigui, Editio sic reddit: Ecclesias autem Dei in Barbaricis Gentibus constitutas gubernari conuenit IVXTA CONSVETVDINEM QVÆ EST A PATRIBVS OBSERVATA. Hinc Septimi Generalis Concilij Actione quarta, Sancta Synodus dixit: DIVINITVS-SONANTIVM PATRVM Doctrinæ nos correxerunt. Ex ipsis haurientes veritatem, potati sumus. Eos

» ſequentes, mendacium perſecuti ſumus. Ab eis edocti Venerabiles
» Imagines ſalutamus: PATRES PRÆDICANT, FILII OBEDIENTIÆ
» SVMVS, ET CONGRATVLAMVR IN FACIE MATRIS, TRADITIONE
» ECCLESIÆ CATHOLICÆ, Credentes in Vnum Deum, in Trinitate
» laudandum, Honorabiles Imagines ſalutamus. Qui ſic ſe non ha-
» bent, Anathema ſint: Qui ita non ſentiunt, procul ab Eccleſia
» pellantur. Nos ANTIQVAM LEGISLATIONEM ECCLESIÆ CA-
» THOLICÆ SEQVIMVR: Nos IVRA PATRVM conſeruamus: Nos,
» EOS QVI ADDVNT QVID VEL AVFERVNT EX CATHOLICA EC-
» CLESIA, Anathematizamus: Nos SVBINTRODVCTAM NOVITATEM
» CHRISTIANOS-ACCVSANTIVM, Anathematizamus. Nos Venerabi-
» les Iconas ſalutamus. Nos, eos qui ſic ſe non habent, Anathemati
» ſubmittimus. CHRISTIANOS-ACCVSANTIBVS, ID EST, IMAGINES
» CONFRINGENTIBVS, ANATHEMA SIT. His QVI ASSVMVNT DI-
» CTA SANCTÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ SVNT CONTRA IDOLA, IN VE-
» NERABILES IMAGINES, Anathema. His QVI NON SALVTANT
» Sanctas ac Venerabiles Iconas, Anathema. His qui appellant SA-
» CRAS AC VENERANDAS IMAGINES, Idola, Anathema. His qui di-
» cunt quòd veluti ad Deos, Chriſtiani ad Iconas accedant, Anathe-
» ma. His qui communicant ſcienter, iniuriam & INHONORANTIAM
» inferentibus Venerabilibus Imaginibus, Anathema. His qui di-
» cunt, quòd excepto Chriſto Domino noſtro, ALIVS NOS ERVE-
» RIT AB IDOLIS, Anathema. HIS QVI AVDENT DICERE, CA-
» THOLICAM ECCLESIAM IDOLA ALIQVANDO RECEPISSE, ANA-
» THEMA: Η Αγία Σιώοδος ἐξεβόησε· ΤΩΝ ΘΕΟΦΘΟΓΓΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ
αἱ διδασκαλίαι ἡμᾶς διωρθώσαντο. ἐξ αὐτῶν ἀρυσάμενοι τὴν ἀλήθειαν, ἐποπτεύθη-
μεν. αὐτοῖς κατακολουθήσαντες, τὸ ψεῦδος ἐδιώξαμεν. παρ' αὐτῶν διδαχθέντες, τὰς
Σεπτὰς Εἰκόνας ἀσπαζόμεθα. ΠΑΤΕΡΕΣ ΚΗΡΥΤΤΟΥΣΙ, ΤΕΚΝΑ ΥΠΑ-
ΚΟΗΣ ΕΣΜΕΝ, ΚΑΙ ΕΓΚΑΥΧΩΜΕΘΑ ΕΝ ΠΡΟΣΩΠΩ ΜΗΤΡΟΣ, ΤΗ
ΠΑΡΑΔΟΣΕΙ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, Πιστεύοντες εἰς Ενα Θεὸν τὸν
Θεὸν ἐν Τριάδι ΑΝΥΜΝΟΥΜΕΝΟΝ· τὰς Τιμίας Εἰκόνας ἀσπαζόμεθα. Οἱ μὴ
οὕτως ἔχοντες, Ανάθεμα ἔστωσαν. Οἱ μὴ οὕτως φρονοῦντες, πόῤῥω τῆς Εκκλησίας
ἐκδιωχθήτωσαν. ΗΜΕΙΣ ΤΗ ΑΡΧΑΙΑ ΘΕΣΜΟΘΕΣΙΑ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΕΠΑΚΟΛΟΥΘΟΥΜΕΝ. Ημεῖς ΤΟΥΣ ΘΕΣΜΟΥΣ ΤΩΝ
ΠΑΤΕΡΩΝ φυλάττομεν. ΗΜΕΙΣ ΤΟΥΣ ΠΡΟΣΤΙΘΕΝΤΑΣ ΤΙ, Η Α-
ΦΑΙΡΟΥΝΤΑΣ ΕΚ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, Αναθεματίζομεν.
Ημεῖς ΤΗΝ ΕΠΕΙΣΑΚΤΟΝ ΚΑΙΝΟΤΟΝΙΑΝ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΚΑΤΗ-
ΓΟΡΩΝ, Αναθεματίζομεν. Ημεῖς τὰς Σεπτὰς Εἰκόνας ἀσπαζόμεθα. Ημεῖς
τοὺς μὴ οὕτως ἔχοντας, τῷ Αναθέματι καθυποβάλλομεν. ΤΟΙΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟ-
ΚΑΤΗΓΟΡΟΙΣ, ΗΤΟΙ ΤΟΙΣ ΕΙΚΟΝΟΚΛΑΣΤΑΙΣ, ΑΝΑΘΕΜΑ. Τοῖς
ΕΚΛΑΜΒΑΝΟΥΣΙ ΤΑΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ ΡΗΣΕΙΣ, ΤΑΣ ΚΑΤΑ
ΤΩΝ ΕΙΔΩΛΩΝ, ΕΙΣ ΤΑΣ ΣΕΠΤΑΣ ΕΙΚΟΝΑΣ, Ανάθεμα. Τοῖς μὴ ἀ-
σπαζομένοις τὰς Αγίας καὶ Σεπτὰς Εἰκόνας, Ανάθεμα. Τοῖς ἀποκαλοῦσι τὰς ΙΕ-
ΡΑΣ ΚΑΙ ΣΕΠΤΑΣ ΕΙΚΟΝΑΣ, Εἴδωλα, Ανάθεμα. Τοῖς λέγουσιν, ὅτι ὡς θεοῖς
οἱ Χριστιανοὶ ταῖς Εἰκόσι προσέρχονται, Ανάθεμα. Τοῖς κοινωνοῦσιν ἐν γνώσει, τοῖς
ὑβρίζουσι, καὶ ἀτιμάζουσι τὰς Σεπτὰς Εἰκόνας, Ανάθεμα. Τοῖς λέγουσιν, ὅτι πλὴν

Χριστοῦ

Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ΑΛΛΟΣ ΕΡΡΥΣΑΤΟ ΗΜΑΣ ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΔΩΛΩΝ, Ἀνάθεμα. ΤΟΙΣ ΤΟΛΜΩΣΙ ΛΕΓΕΙΝ ΤΗΝ ΚΑΘΟΛΙΚΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΕΙΔΩΛΑ ΠΟΤΕ ΔΕΔΕΧΘΑΙ, ΑΝΑΘΕΜΑ. Quæ quidem fermè omnia repetit inculcatque eadem Synodus, Actione ſeptima & octaua. Denique ipſa Octaua Synodus, Actione prima, Romanæ Eccleſiæ libellum continet, cuius initium eſt: Prima ſalus eſt, Rectæ Fidei REGVLAM AC CANONES cuſtodire; Deinde à CONSTITVTIS DEI ET PATRVM nullatenus deuiare: quæ nos ſecuti, Anathematizamus OMNES HÆRESES, ET HANC IPSAM QVÆ EST ICONOMACHORVM: Πρώτη Σωτηρία ἐστὶ, τῆς τῆς Ορθῆς Πίστεως ΚΑΝΟΝΑΣ φυλάττειν, καὶ ἀπὸ τῶν ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, μηδαμῶς ἐκκλίνειν. Ταύταις οὖν ἑπόμενοι καὶ ἡμεῖς, Αναθεματίζομεν ΠΑΣΑΣ ΤΑΣ ΑΙΡΕΣΕΙΣ, ΚΑΙ ΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΤΩΝ ΕΙΚΟΝΟΜΑΧΩΝ. Quoniam ergo hunc DE ANTIQVITATE ſermonem ab Athenienſibus exorſus ſum, concludendum videtur, de ijs qui Antiquitatem ſpernunt, illud rectè vſurpari debere quod de ijſdem ipſis Athenienſibus Legati quondam Lacedæmoniorum dixerunt, cùm Athenis à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, vbi, ludis, ſenem ſeſſum recepiſſent, cui locus nuſquam datus à ſuis ciuibus eſſet; ATHENIENSES SCIRE QVÆ RECTA ESSENT, SED FACERE NOLLE. Nec verò hominum interitu, ſententiæ quoque occidunt, ſed lucem auctoris fortaſſe deſiderant; vt non errantem, & vagam, ſed ſtabilem certamque ſententiam de Deo Immortali habeamus. Quocirca Magnus ille IMMORTALITATIS AMATOR, Athanaſius, (vt eum Synodica Epiſcoporum Prouinciæ Ponti ad Leonem Imperatorem appellat) in præclaro illo ſuo de Synodis Arimini, quæ eſt Italiæ; & Seleuciæ, quæ eſt Iſauriæ, celebratis, Libro, hanc æternæ memoriæ Nicænam, admirandam planè ſæclis omnibus, Obſeruationem, tanquam Oraculum, edidit: Siquidem, inquit, nec CONSVLEM, nec MENSEM, nec DIEM addiderunt, (in Symbolo ſcilicet ac Symboli ſubſcriptione Nicæni Patres, de quibus eo loci Athanaſius loquitur) ſed in negotio Paſchatis non abhorruerunt ab iſtiuſmodi appendice. Ibi enim placuit vt adderetur; VISVM EST: tunc enim primùm viſum eſt, vt omnes obtemperarent, id omnibus communiter proponi. De Fide verò non ſcripſerunt, VISVM EST; ſed, AD ISTVM MODVM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA: & ſtatim Confeſſio ipſa credendi adiuncta eſt, vt oſtenderent, eam non NOVAM eſſe ſententiam, ſed APOSTOLICAM; & quæ ipſi ſcripſiſſent, non eſſe ſua INVENTA, ſed Apoſtolorum DOCVMENTA: Οὐ γὰρ προσέταξαν Υπατείαν, καὶ Μῆνα, καὶ Ημέραν· ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ Πάσχα ΕΔΟΞΕ τὰ ὑποτεταγμένα. τότε γὰρ ἔδοξε πάντας πείθεσθαι. περὶ δὲ τῆς πίστεως, ἔγραψαν, οὐκ ΕΔΟΞΕΝ, ἀλλ', ΟΥΤΩΣ ΠΙΣΤΕΥΕΙ Η ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ. καὶ εὐθὺς ὡμολόγησαν πῶς πιστεύουσιν, ἵνα δείξωσιν ὅτι μὴ ΝΕΩΤΕΡΟΝ ἀλλ' ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΝ ἐστιν αὐτῶν τὸ ΦΡΟΝΗΜΑ. καὶ ἃ ἔγραψαν, οὐκ ἐξ αὐτῶν ΕΥΡΕΘΗ,

CAP. XXV.

N

ἀλλὰ ταῦτ' ἐστιν, ἅπερ ΕΔΙΔΑΞΑΝ οἱ Ἀπόστολοι. Hæc Nicæni Patres, qui-
bus præfuit Hosius, ille vir præcipuus Symboli conditor, de quo
Sardicenses Patres in celeberrima illa ad omnes Episcopos Synodi-
» ca, quæ Apologiâ secundâ apud Athanasium exstat: Et imprimis
» PRÆCLARA SENECTVTE HOSIVS, HOMO ET OB ÆVI LONGITV-
» DINEM, ET CONFESSIONEM SVAM, ET OB TANTOS SVOS LABO-
» RES, OMNI REVERENTIA DIGNVS: Καὶ μάλιστα τοῦ εὐγηρεστάτου Ὁσίου, τοῦ
καὶ διὰ τὸ Χρόνον, καὶ τὴν Ὁμολογίαν, καὶ διὰ τὸ, τοσοῦτον Κάματον ὑπομεμε-
νηκέναι, πάσης αἰδοῦς ἀξίου τυγχάνοντος. Ac in ipso propemodum libri De
Synodis exordio, Athanasius sic vehementer de Sirmianæ Profes-
» sionis Fidei auctoribus queritur: Quin Verbis suis De Fide CON-
» SVLES adscribunt, sub quibus res acta est: Vrsacius enim & Valens
» Germiniusque, cum cæteris suis gregalibus, id fecere, QVOD AN-
» TEA NEC FACTVM; NEC AVDITVM EST APVD CHRISTIANOS.
» Cùm enim scripsissent, eam fidem quam voluerunt, addidere &
» CONSVLEM, & MENSEM DIEMQVE eius temporis; VT OMNIBVS
» PRVDENTIBVS PALAM FACERENT, NON OLIM, SED NVNC DE-
» MVM EORVM FIDEM SVB CONSTANTIO INITIVM ACCEPISSE.
» OMNIA ENIM RESPECTV SVÆ HÆRESEOS SCRIPSERVNT. Deinde
» cùm simularent se de Domino scribere, alium sibi Dominum, Con-
» stantium scilicet, creauerunt. Ille enim ipsis impiè agendi faculta-
» tem præbuit: suumque CÆSAREM ÆTERNVM appellauerunt, qui
» FILIVM DEI ÆTERNVM esse negant. Adeo se pro impietate CHRI-
» STOMACHOS (id est, Christi hostes) præbent: Καὶ τὴν ΥΠΑΤΕΙΑΝ τῶν
παρόντων Χρόνων προστάσσουσι, τῶν περὶ αὐτῶν ἐκπηδημάτων ῥημάτων, δῆθεν περὶ
πίστεως. Οὐρσάκιος γὰρ καὶ Οὐάλης, καὶ Γερμίνιος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, πεποιήκασιν
Ο ΜΗΤΕ ΓΕΓΟΝΕ ΜΗΤΕ ΗΚΟΥΣΘΗ ΠΩΠΟΤΕ ΠΑΡΑ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙΣ.
γράψαντες γὰρ ὡς ἤθελον αὐτοὶ πιστεύειν, προσέταξαν ΤΗΝ ΥΠΑΤΕΙΑΝ, καὶ
ΤΟΝ ΜΗΝΑ καὶ ΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ τοῦ παρόντος χρόνου, ΙΝΑ ΔΕΙΞΩΣΙ ΠΑ-
ΣΙ ΤΟΙΣ ΦΡΟΝΙΜΟΙΣ, ΟΤΙ ΜΗ ΠΡΟΤΕΡΟΝ, ΑΛΛΑ ΝΥΝ ΕΠΙ ΚΩΝ-
ΣΤΑΝΤΙΟΥ, ΑΡΧΗΝ ΕΧΕΙ ΤΟΥΤΩΝ Η ΠΙΣΤΙΣ. ΠΑΝΤΑ ΓΑΡ ΠΡΟΣ
ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΑΙΡΕΣΙΝ ΒΛΕΠΟΝΤΕΣ, ΕΓΡΑΨΑΝ. πρὸς τούτοις, περὶ τοῦ Κυ-
ρίου προσποιούμενοι γράφειν, ἄλλον δεσπότην ὀνομάζουσιν ἑαυτοῖς, Κωνστάντιον.
αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τὴν δυναστείαν τῆς ἀσεβείας αὐτοῖς παρέχων. καὶ ΑΙΩΝΙΟΝ μὲν αὐ-
τὸν ΒΑΣΙΛΕΑ εἰρήκασιν οἱ τὸν ΥΙΟΝ ΑΙΔΙΟΝ ἀρνούμενοι. οὕτως εἰσὶ πρὸς ἀ-
σέβειαν, ΧΡΙΣΤΟΜΑΧΟΙ. Quare postea, Actione secunda, Concilium
Chalcedonense, In Expositione Fidei Concilij Nicææ habiti, hac
» inter cæteras Acclamatione vtitur: Hæc Vera Fides, Hæc Sancta
» Fides, HÆC SEMPITERNA FIDES. Αὕτη ἡ Ἀληθινὴ Πίστις· Αὕτη ἡ Ἁγία
» Πίστις· ΑΥΤΗ Η ΑΙΩΝΙΑ ΠΙΣΤΙΣ. Nunc venio ad grauissimam quere-
lam & atrocissimam suspicionem eorum qui se separarunt, quæ
non ipsis magis quàm cùm omnibus CATHOLICIS Anglis, tum
maximè Ecclesiæ Vniuersæ, ac omnibus nobis prouidenda erit.
Quam etsi ex antedictis video esse falsam, nunquam tamen verbis
extenuabo, cùm possim: eorum enim cautio, nostra cautio est; vt
si in alterutro fortè peccandum sit, malim profectò videri nimis ti-

midus, quàm parum prudens. Queruntur igitur mecum, atque vehementiùs, & interdum iracundiùs expoſtulanr, MAIORVM MOREM IN ECCLESIA ESSE MVTATVM; ac ſuam ſuſpicionem pro ſuo, pro Anglorum, pro noſtro, immo pro OMNIVM GENTIVM crimine ac damnatione habenr. O plumbeum pugionem!

—& vnum hoc deme noſtris cladibus,
Falli! ——

Nec mora, confeſtim rem gerendam ducunt: tumultum decerni, iuſtitium edici, ſaga ſumi, delectum haberi dicunt oportere. Quod eſt huiuſce rei ius? quæ conſuetudo? quod exemplum? ſecedere Frarres, ſecernere ſe à nobis, ſeparare ſeſe? Eccleſiam integram non modò inſimulare, ſed ſcindere; & quod capur eſt, omnia incerta dicere? APOPLEXIA eſt (inquit Epiphanius Diaconus, Orrhodoxorum perſonam in Diſputarione ſuſtinens, contra Gregorium Neocæſareæ Epiſcopum Iconoclaſtam, Septimæ Synodi Actione ſexra) hoc dicere & ſenrire: neque enim inculpabiles culpare eſt viri prudentis: ΑΠΟΠΛΗΞΙΑ τοῦτο λέγειν καὶ φρονεῖν. οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς σώφρονος, τὸ αἰτιᾶσθαι ἀναιτίους. Hinc Gangrenſis Concilij Synodicâ, exclamanr ad Coëpiſcopos Armenos, De Euſtathianis, Gangrenſes Patres: Sed nec communis his omnibus & vna ſententia eſt. Singuli enim, prout videtur & libet, ad ACCVSATIONEM ECCLESIÆ nitendo, tanquam rector non ſit, vel addunt decreta, vel minuunt: Οὔτε γὰρ κοινὴ γνώμη ἑαυτῶν λοιπῶν ἐγένετο· ἀλλ' ἕκαστος, ὥσπερ ἂν ἐνεθυμήθη, τοῦτο προσετίθηκεν ἐπὶ ΔΙΑΒΟΛΗ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, καὶ ἑαυτοῦ ΒΛΑΒΗ. Quare olim Dioſcorus, ex Alexandrino Patriarcha, Eccleſiæ deſertor ac Hæreſiatcha, collega Eurychetis, Actione tertia Chalcedonenſi, dicere cogitur, cùm Ioannes Germaniciæ Epiſcopus eum vt ſe purget, inuitat Synodi nomine, his verbis: Adeſto, & à macula libera Sanctam Dei Eccleſiam; Παρελθοῦ, καὶ ἀπάλλαξον σπίλου, τὴν Ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν: Dioſcorus, inquam, dicere ac ex primis principijs CATHOLICORVM reſpondete cogitur: MACVLAM NON HABET CATHOLICA ECCLESIA; ABSIT: Σπίλον οὐκ ἔχει ἡ Καθολικὴ Ἐκκλησία· μὴ γένοιτο. Cui haud aliter occutrit, Orthodoxè, quantumuis non Orrhodoxo animo, reſpondenri, Ioannes Epiſcopus Orrhodoxus à Synodo miſſus; quàm hac aurea ſententia, noſtris vtinam temporibus ſatis cognita! DELICTA SACERDOTVM, COMMVNIS EST TVRPITVDO: Τὰ ἁμαρτήματα τῶν Ἱερέων, κοινὸν αἶσχος ἐστίν. Sed DELICTA SACERDOTVM ab ECCLESIÆ MACVLA rectè populariterque diſtinguete, quotus quiſque, vel cùm volet, ſciet; vel cùm ſciet, volet?

In caput alra ſuum labentur ab æquore retro
Flumina, conuerſis ſolque recurret equis:
Terra ferer ſtellàs; cælum findetur aratro;
Vnda dabit flammas: & dabit ignis aquas:
Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt:
Parsque ſuum mundi nulla tenebit iter.

Omnia iam fient, fieri quæ posse negabam:
Et nihil est de quo non sit habenda fides.
Hæc ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo,
Laturum misero quem mihi rebar opem.

Ab illo videlicet Antonio deceptus, quem pro Coarchiepiscopalis
Collegij nostri munere, non Ecclesiæ vulneribus vnguem, sed af-
flictæ mecum Angliæ, id est, extremæ propemodum atque angu-
1. Cor. 11. lari nostræ viciniæ, (in qua Quis infirmatur, & ego non infirmor?
v. 29. quis scandalizatur, & ego non vror?) opem laturum, oleumque
» Euangelicum adhibiturum, sperare meritò debuissemus. Nisi fortè
» bonum est (inquit ad Vincentium Augustinus) sedere & non ad-
» uersùs fratrem detrahere; sed ADVERSVS FRATRES OMNES IN O-
» MNIBVS GENTIBVS CONSTITVTOS, QVIBVS TESTIMONIVM PERHI-
Genes. 26. » BENT PROPHETÆ; CHRISTVS, APOSTOLI: CVM LEGITVR; IN
v. 4. Malach. 1. » SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES: CVM LEGITVR;
v. 11. » AB ORTV SOLIS VSQVE AD OCCASVM SACRIFICIVM MVNDVM
» OFFERTVR NOMINI MEO, QVONIAM GLORIFICATVM EST NO-
» MEN MEVM IN GENTIBVS, DICIT DOMINVS. AVDI, DICIT DO-
» MINVS: NON; DICIT DONATVS, AVT ROGATVS, AVT VINCEN-
» TIVS, AVT HILARIVS, AVT AMBROSIVS, AVT AVGVSTINVS:
Ps. 71. v. 17. » SED; DICIT DOMINVS: CVM LEGITVR; ET BENEDICENTVR IN
» TE OMNES TRIBVS TERRÆ, OMNES GENTES MAGNIFICABVNT
» EVM; BENEDICTVS DOMINVS DEVS ISRAEL, QVI FECIT MIRA-
» BILIA SOLVS: ET BENEDICTVM NOMEN GLORIÆ EIVS IN ÆTER-
» NVM ET IN SÆCVLVM SÆCVLI: ET REPLEBITVR GLORIA EIVS
» OMNIS TERRA. FIAT, FIAT. ET TV SEDES CARTENNIS, ET CVM
» DECEM ROGATISTIS, QVI REMANSISTIS, DICIS; NON FIAT, NON
Luc 24. » FIAT. Audis loqui EVANGELIVM: Oportebat impleri omnia, quæ
v. 44. & seqq. » scripta sunt in Lege, & Prophetis, & Psalmis, de me: & tunc ape-
» ruit illis sensum, vt intelligerent Scripturas; & dixit eis: Quoniam
» sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere à mor-
» tuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remis-
» sionem peccatorum PER OMNES GENTES, incipientibus ab Ie-
» rusalem. Legis etiam ACTVS APOSTOLORVM, quemadmodum hoc
» Euangelium cœperit ab Ierusalem, vbi primò illos centum viginti
» Spiritus Sanctus impleuit; atque inde in Iudæam, atque Samariam,
» & in OMNES GENTES exierit, sicut eis dixerat ascensurus in cælum;
Act. 1. v. 8. » Eritis mihi testes in Ierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria, &
Ps. 18. v. 5. » VSQVE IN FINES TERRÆ: quia IN OMNEM TERRAM exiuit sonus
» eorum, & IN FINES ORBIS TERRÆ verba eorum. ET TV CONTRA-
» DICIS DIVINIS TESTIMONIIS, TANTA FIRMITATE ROBORATIS,
» TANTA LVCE MANIFESTATIS; ET AD ISTAM PROSCRIPTIONEM
» CHRISTI HÆREDITATEM PERDVCERE CONARIS: VT
» CVM IN EIVS NOMINE (SICVT DIXIT) PRÆDICETVR
» POENITENTIA IN OMNIBVS GENTIBVS, QVISQVIS

HAC FVERIT PRÆDICATIONE COMMOTVS, IN QVALIBET PARTE ORBIS TERRARVM, NISI QVÆSIERIT ET INVENERIT LATENTEM IN MAVRITANIA CÆSARIENSI CARTENNENSEM VINCENTIVM, AVT ALIQVEM EX EIVS NOVEM AVT DECEM CONSORTIBVS, DIMITTI EI PECCATA NON POSSINT. Quid non audeat TYPHVS MORTICINÆ PELLICVLÆ? quò non se præcipitet præsumptio carnis & sanguinis? Hoccine est bonum opus tuum, propter quod non timeas potestatem? TANTVM SCANDALVM PONIS ADVERSVS FILIVM MATRIS TVÆ, PARVVLVM SCILICET ET INFIRMVM, PROPTER QVEM CHRISTVS EST MORTVVS, NONDVM CIBO PATERNO IDONEVM, SED ADHVC MATERNO LACTE NVTRIENDVM: ET HILARII LIBROS MIHI OPPONIS, VTI NEGES ECCLESIAM CRESCENTEM IN OMNIBVS GENTIBVS, VSQVE IN FINEM SÆCVLI; QVAM DEVS CONTRA INCREDVLITATEM VESTRAM CVM IVRATIONE PROMISIT? ET CVM ESSETIS INFELICISSSIMI, SI TVNC QVANDO PROMITTTEBATVR, RESISTERETIS, NVNC ETIAM CVM REDDITVR, CONTRADICITIS. Hæc Augustinus. Sed quid ego dicam? aut qua vi vocis, qua grauitate verborum, quo dolore animi dicam? tametsi dolor me non deficit, vt cætera in dicendo, digna re, digna dolore meo suppetant, magis elaborandum est.

Curæ leues loquuntur, ingentes stupent.

Quòd autem vos (inquit ad Donatistas libro secundo contra litteras Petiliani Augustinus) à Totius Orbis Communione separatos videmus (QVOD SCELVS ET MAXIMVM ET MANIFESTVM, ET OMNIVM VESTRVM EST) si exaggerare velim, tempus me citiùs quàm verba deficient. Et hoc tu si defendere velis, ea es obiecturus Orbi Terrarum, quæ si obijcienda sunt, admones vnde ampliùs accuseris: si obijcienda non sunt, non defenderis. Vsurum verò me alio genere dicendi non putaram, quàm leni atque æquabili, & ad consilium dandum accommodato: sed tumultuosissimè interpellat Antonius, nec zelum nostrum cohibere fas vltrà.

Vix tempero animo, vix dolor frænos capit.
Sic, cùm feras vestigat, & longo sagax
Loro tenetur Vmber, ac presso vias
Scrutatur ore, dum procul lento suem
Odore sentit, paret, & tacito locum
Rostro pererrat: præda cùm propior fuit,
Ceruice tota pugnat, & gestu vocat
Dominum morantem, seque retinenti eripit.[1]

Patere, IVSTISSIME REX, si tantisper ac paulo liberiùs quàm par esse, aut Maiestatem tuam decere videri posset, calescat digrediaturque oratio, dum Antonij DE MVTATO MAIORVM MORE,

ira insultatióque defetuescat. Nec verò alienus, aut indignus Maiestate zelus, & Regi Regum gratissimus, & Æternis Consilijs, vt nunc Tuis, interesse solet. Non tamen insultabo vehementiùs, nec volitabo in hoc insolentiùs, neque in istum nugatorem inuehar. Nec exspectandum, dum ad omnia dicam, quæ à plagiario isto importunè adeoque intempestiuè dicta sunt. Vniuersâ potiùs illius cæterorumque qui in eo loquuti sunt, immo oblatrarunt, ratione ad hanc quæstionem, velut quamdam rerum summam, collectâ, cum tota nostra confligendum puto. Nam Centuriatorum Antonianis Centonibus istis, vt quidam nostrorum Scriptorum solent, ego non sum tantum honorem habiturus, vt ad ea quæ dixerint, certo loco, aut singulatim vnicuique respondeam. Sic breuiter, quoniam non consultò, sed casu, in eorum mentionem incidi, quasi præteriens, hac extrema parte Libri satisfaciam vniuersis. Quemadmodum enim de impio Amalrico, vel potiùs Almarico, siue Amorrico Carnotensi, qui TRANSSVBSTANTIATIONEM negabat, Vniuersale Concilium Lateranense Quartum (cui Angliæ Rex per Legatos suos, Abbatem videlicet de Bello Loco, Thomam de Hundintona & Godefridum de Croucumbe, interfuit) altero suo capite Decretorum quondam dixit, ac de similibus proinde similiter » dicendum edixit, Antonius is est; CVIVS MENTEM SIC PATER » MENDACII EXCÆCAVIT, VT EIVS DOCTRINA NON TAM HÆ» RETICA CENSENDA SIT, QVAM INSANA.

CAP. XXVI.

QVID agam? cùm prope omnem vim verborum eiusmodi quæ scelere Schismatis digna sunt, alijs in rebus consumpserim? neque hoc prouiderim, vt varietate attentos tenerem ad quos loquor? quemadmodum de tanta re dicam? opinor vnus modus atque vna ratio est; rem, id est, ECCLESIAM, quam tibi Prima Libri Parte IVVANDAM proposuì, nunc hac Secunda INDICANDAM AC DEMONSTRANDAM proponam, immo vt rem manifestam in medio ponam: quæ tantum habet ipsa grauitatis, vt neque mea, quæ nulla est, neque cuiusquam, ad inflammandos legentium animos, eloquentia requiratur. Nec equidem eam cogito consectari: quamuis hæc fortasse ieiuniùs dicantur: vetumtamen cùm de rebus grandioribus dicas, ipsæ res verba rapiunt; ita fit quasi sponte cum grauior tum etiam splendidior oratio. Istiusmodi autem res dicere ornatè velle, puerile est; planè autem & perspicuè expedire posse, docti & intelligentis viri. Progrediamur igitur quo tandem modo poterimus. Quod enim ad Centum Quinquaginta Constantinopolitanos Patres, siue ad Vniuersale Concilium Secundum, olim dixit Gregorius Theolo» gus, id iure nunc vsurpem: Moabitis quidem & Ammonitis nec » aditus ad Ecclesiam Dei pateat, hoc est, DIALECTICIS ET MALE» CVRIOSIS sermonibus, qui Dei Generationem ac Processionem, » quæ nullis verbis explicari potest, inquirentes, aduersùs diuinita» tem temere insurgunt: perinde scilicet ac si ea quæ vim omnem » & facultatem verborum superant, ab ipsis solis percipi posse

oporteat, vel omnino percipi non posse; quia ipsi ea intellectu «
adsequi nequeant: Μωαβίταις μὲν, καὶ Ἀμμανίταις, (vt vigesimo ter- « Deut.23.
rio Deuteronomij legitur) μηδὲ εἰσιτητὸν ἐκκλησίαν ἔσω Θεοῦ, Λόγοις v.3.
ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΚΑΚΟΠΡΑΓΜΟΣΙΝ. οἱ Γέννησιν
Θεοῦ πολυπραγμονοῦντες, καὶ Πρόοδον ἄῤῥητον, καταξανίσαντες τολμηρᾶς
ἰδιότητος. ὡς δέον, ἢ ἐφικτὰ μόνοις εἶναι τὰ ὑπὲρ λόγον, ἢ μηδὲ εἶναι, ὅτι μὴ αὐ-
τοὶ κατειλήφασιν. Sed ista omittamus. si hæc non ad Christianos, non
ad aliquos amicos Christiani nominis; non ad eos qui Christi Ec-
clesiæ nomen audissent; denique si non ad homines, verùm ad be-
stias, aut etiam, vt longiùs progrediar, si in aliqua desertissima so-
litudine ad saxa & ad scopulos hæc conqueri & deplorare vellem:
tamen omnia muta atque inanima, tanta atque indigna rerum a-
trocitate commouerentur. Nunc verò, cùm loquar, præsenre & au-
dienre REGVM DOCTISSIMO, apud Vniuersos Ecclesiæ Ponrifi-
ces, non modò FONTES LACRYMARVM, Augustino, Orarione De
Quinque Hæresibus, quondam dictos; sed & CONCORDIÆ FON-
TEM, ΤΗΝ ΠΗΓΗΝ ΤΗΣ ΟΜΟΝΟΙΑΣ, in SACRA Imperatoria ad
Ioannem Archiepiscopum Antiochenum, (DE SANCTARVM EC-
CLESIARVM PACE ET VNIONE, περὶ τῆς Εἰρήνης καὶ ἑνώσεως τῶν ἁγίων
ἐκκλησιῶν, quæ inter Ephesina Acta est:) id est, apud legum iudicio-
rumque & Iuris Religionis Sapientissimos Inrerpretes, antistites ce-
rimoniarum & sacrorum, auctores ac magistros publicæ religionis;
timere non debeo ne non vnus Spalatensis MOREM MAIORVM
ignorasse dicendus sir, cæteri omnes simili imprudentiæ & erroris
suspicione ac periculo liberandi atque vindicandi iudicentur. In «
his autem exsequendis (vt Græciæ Prælatos quondam per litteras «
monebat, è Lugdunensi Synodo, Gregorius Pontifex) vtiliùs & ef- «
ficaciùs adimplendis, eidem PRINCIPI constanrer & fideliter ad- «
hærete, ipsum fulcite CONSILIIS, & auxilijs adiuuare. Decet enim «
vos PRÆLATOS præcipuè, qui constituti estis IN SPECVLA VERI- «
TATIS, lumen alijs ostensuri, oberrantes de tenebris errorum edu- «
cere, deuios in viam rectitudinis reuocare, vt vobis adimplentibus «
officij debitum, æterni plenitudine præmij vestrorum laborum exi- «
tus compleatur. Idque maximè me adsecuturum confido, cùm «
apud Castos pro Virgine Ecclesia agendum sir: de qua Archiepi-
scopus ille Sanctissimus Guirmundus Auersanus, alrero suo libro
de Eucharistia: Sed & illud quòd DE VIRGINE natus est Christus, «
nobis est signum, quòd & nos DE MATRE VIRGINE in Christo «
renascimur, quam despondit Apostolus Vni Viro VIRGINEM CA- «
STAM exhibere Christo, quæ est ECCLESIA. Quod cùm attigisset «
Augustinus, libro DE VNITATE ECCLESIÆ, capite quarto, dixit:
Totus Christus CAPVT & CORPVS est. Capur Vnigenitus Dei «
Filius, & Corpus eius ECCLESIA: Sponsus & Sponsa, DVO IN «
CARNE VNA. Ac Gregorius, verè Magnus, ad Apostolicum Do- «
gma, ex duodecimo prioris ad Corinthios, alludens, libro duode-
trigesimo Moralium, capite sexto: Quid enim, inquit, SANCTA «

» Ecclesia, nisi superni sui Capitis Corpus est? in quâ Alius Al-
» ta videndo, Oculus; Alius, recta operando, Manus; Alius,
» ad iniuncta discurrendo, Pes; Alius, præceptorum vo-
» cem intelligendo, Auris; Alius, malorum foetorem, bo-
» norumque fragrantiam discernendo, Naris est. Nec a-
liud profectò Constantinus ipse Magnus, cùm in Sacrosancto con-
uentu Nicæno apud Pontifices ageret, plus vno Antistitum O-
mnium consessu ac consensu, in quo quidem Ecclesiæ Casti-
tas atque Integritas maximè eminet, suscipere suspicereque osten-
dit, Oratione illa sua ad Pontifices pro Domo Dei, ad Concilium
Nicænum; Περὶ Εἰρήνης, de pace habita: quâ tantopere olim Pa-
trum nostrorum animos ad concordiam constantiamque erexisse
» creditus est. Quoniam mihi admodum, inquit, in optatis fuit,
» amici charissimi, isto vestro Consessu aliquando frui; iam eo
» potitus, Regi & moderatori omnium Deo ideo gratias me agere
» debere fateor, quòd mihi præter alia omnia largitus est, vt istvd
» qvod omnibus fere bonis antecellit, nempe vos in
» vnum convocatos, vnamqve omnium et consentientem
» esse volvntatem, ocvlis tandem aspiciam: Εὐχῆς μὲν ἐμοὶ
τέλος ἦν, Ω ΦΙΛΟΙ, τῆς ὑμετέρας ἀπολαῦσαι χορείας. τούτου δὲ τυχὼν, εἰδέναι
ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΤΩΝ ΟΛΩΝ τὴν χάριν ὁμολογῶ, ΟΤΙ ΜΟΙ ΠΡΟΣ ΤΟΙΣ
ΑΛΛΟΙΣ ΑΠΑΣΙ, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΚΡΕΙΤΤΟΝ ΑΓΑΘΟΥ ΠΑΝΤΟΣ, ΙΔΕΙΝ
ΕΔΩΡΗΣΑΤΟ. ΦΗΜΙ ΔΗ, ΤΟ, ΣΥΝΗΓΜΕΝΟΥΣ ΟΜΟΥ ΠΑΝΤΑΣ
ΑΠΟΛΑΒΕΙΝ, ΜΙΑΝ ΤΕ ΚΟΙΝΗΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΟΜΟΦΡΟΝΑ ΓΝΩΜΗΝ
» ΘΕΑΣΑΣΘΑΙ. Deinde: Nolite igitur pati, vt vlla inuidiæ tempe-
» stas, nostris rebus prosperis inimica, istud bonum labefactet, ne-
» que cùm Tyrannorvm theomachia (id est, Gigantæa in
» Deum pugna) iam Dei virtute profligata sit, vt denuo perditus
» Dæmon divinam legem, maleuolorum obtrectationibus lace-
» randam objiciat: Qvandoqvidem intestina seditio in Ec-
» clesia Dei conflata, mvlto plvs molestiarvm et a-
» cerbitatis, qvam qvodvis bellvm pvgnave videtvr
» mihi in se complecti: atqve hæc longe plvs qvam ex-
» terna, doloris afferre videntvr: Μὴ δὴ οὖν βάσκανός τις ἐ-
χθρὸς, τοῖς ἡμετέροις καλοῖς λυμαινέσθω· μηδὲ τῆς τῶν ΤΥΡΑΝΝΩΝ ΘΕΟΜΑ-
ΧΙΑΣ ἐκποδὼν ἀρθείσης, Θεοῦ σωτῆρος δυνάμει, ἑτέρως ὁ φιλοπόνηρος δαί-
μων ΤΟΝ ΘΕΙΟΝ ΝΟΜΟΝ βλασφημίαις περιβαλλέτω. ΩΣ ΕΜΟΙΓΕ
ΠΑΝΤΟΣ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΧΗΣ ΔΕΙΝΗ ΚΑΙ ΧΑΛΕΠΩΤΕΡΑ, Η
ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ΕΜΦΥΛΙΟΣ ΝΕΝΟΜΙΣΤΑΙ ΣΤΑΣΙΣ.
ΚΑΙ ΜΑΛΛΟΝ ΤΑΥΤΑ ΤΩΝ ΕΞΩΘΕΝ, ΛΥΠΗΡΑ ΚΑΤΑΦΑΙΝΕΤΑΙ.
» Tertio: Cùm igitur Dei Opt. Max. nutu & auxilio adiutus, vi-
» ctoriam ab hostibus reportassem, nihilque amplius mihi reliquum
» putarem; quàm vt tum Deo gratias agerem, tum vnà cum his qui,
» Deo opem ferente, per me essent in libertatem vindicati, commu-
» nem lætitiam animo perciperem, vt primùm dissensio vestra ad
» aures meas, præter omnem spem peruenit, rumorem illum de ea

allatum non planè neglexi, ſed optans in primis vt huic rei, MEO MINISTERIO, REMEDIVM inueniretur, omnes vos abſque mora accerſiui: Ὅτε γοῦν ταῖς κατὰ τῶν πολεμίων νίκαις νεύματι καὶ συνεργίᾳ τοῦ κρείττονος ἠρόμην, οὐδέν τι λείπειν ἐνόμιζον, ἢ Θεῷ μὲν νομίζειν τὴν χάριν, συγχαίρειν δὲ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δι' ἡμῶν ἐλευθερωθεῖσιν, ἐπεὶ τὴν ὑμετέραν διάστασιν, παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἐπυθόμην, οὐκ ἐν δευτέρῳ τὴν ἀκοὴν ἐθέμην· τυχεῖν δὲ καὶ τοῦτο ΘΕΡΑΠΕΙΑΣ, ΔΙ' ΕΜΗΣ, εὐξάμενος, ΥΠΗΡΕΣΙΑΣ, τοὺς πάντας, ἀμελλητὶ ΣΥΜΜΕΤΕΣΤΕΙΛΑΜΗΝ. QVARTO: Ac tametſi lætor equidem vehementer, cùm iam VESTRVM CONSESSVM intueor; tunc tamen arbitror me res maximè ex animi ſententia geſturum, vbi omnes vos animorum coniunctione colligatos, & vnam eamque communem inter omnes & tranquillam concordiam (QVAM QVIDEM VOS, CVM SITIS DEO CONSECRATI, ALIIS ETIAM A DEO, QVASI LEGATIONE PRO HOMINIBVS FVNGENTES, IMPETRARE CONSENTANEVM EST) Triumphare intellexero: Καὶ χαίρω μὲν ὁρῶν τὴν ΥΜΕΤΕΡΑΝ ΟΜΗΓΥΡΙΝ, τότε δὲ μάλιστα κεῖνο κατ' εὐχὰς ἐμαυτὸν πράξειν, ἐπειδὴν ταῖς ψυχαῖς ἀνακραθέντας ἴδοιμι τοὺς πάντας, ΜΙΑΝ ΤΕ ΚΟΙΝΗΝ ΒΡΑΒΕΥΟΥΣΑΝ ΤΟΙΣ ΠΑΣΙΝ ΕΙΡΗΝΙΚΗΝ ΣΥΜΦΩΝΙΑΝ, ΗΝ ΚΑΙ ΕΤΕΡΟΙΣ ΥΜΑΣ ΠΡΕΠΟΝ ΑΝ ΕΙΗ ΠΡΕΣΒΕΥΕΙΝ, ΤΟΥΣ ΤΩ ΘΕΩ ΚΑΘΙΕΡΩΜΕΝΟΥΣ. QVINTO ac VLTIMO; Itaque ne vlla ſit, quæſo, in vobis mora, O CHARISSIMI AC SACRI MINISTRI DEI, ET OPTIMI FAMVLI SALVATORIS; ne grauemini, inquam, deinceps cauſas diſſenſionis inter vos graſſantis, iam penitus tollere: primóque omnium operam detis, vt omnia vincula quibus conſtricta tenetur Controuerſia, LEGIBVS PACIS diſſoluatis. Sic enim & ei qui ſuper omnia eſt, Deo placitura feceritis, ET MIHI, CONSERVO VESTRO, maximam gratiam feceritis: Μὴ δὴ οὖν μέλλετε, Ω ΦΙΛΟΙ, μὴ δὴ ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΙ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΥ ΠΑΝΤΩΝ ΗΜΩΝ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΟΣ ΑΓΑΘΟΙ ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ, τὰ τῆς ἐν ὑμῖν διαστάσεως αἴτια, ἐντεῦθεν ἤδη φέρειν εἰς μέσον ἀρξάμενοι, πάντα σύνδεσμον Ἀμφιλογίας, ΝΟΜΟΙΣ ΕΙΡΗΝΗΣ ἐπιλύσασθε. οὕτω γὰρ καὶ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ τὰ ἀρεστὰ διαπεπραγμένοι εἴητε ἄν, ΚΑΜΟΙ ΤΩ ΥΜΕΤΕΡΩ ΣΥΝΘΕΡΑΠΟΝΤΙ, ὑπερβάλλουσαν δώσετε χάριν. Quæ Conſtantini, SACROSANCTI PRINCIPIS, oratio Sermone Seueriani DE PACE, cùm à Beato Ioanne Chryſoſtomo ſuſceptus eſſet, mirum in modum illuſtratur. Is ergo Gabalenſis Syriacæ Eccleſiæ Epiſcopus, qui vt vir eloquentiſſimus ſæpe inuitari ſolitus (quod in libro De Viris Illuſtribus Gennadius tradit) à Sancto Ioanne Chryſoſtomo & ab Arcadio Imperatore, ad habendos in Conſtantinopolitana Eccleſia Sermones, ſic Pacifico eo Sermone DE REDITV diſſeruit: Hodie Chriſtus, qui eſt REX PACIS, cum ſua Pace procedens, fugauit omne diſſidium, diſſenſiones depulit, diſcordiam perturbauit. Et ſicut Cælum ſplendor Solis, ita Eccleſiam fulgor Pacis illuminat. O quàm deſiderabile nomen Pacis! quàm Religionis Chriſtianæ ſtabile fundamentum, & ALTARIS DOMINICI CÆLESTIS ARMATVRA! Et quid poſſumus DE PACE proloqui? PAX NOMEN EST

Ephes.2. v.14. » IPSIVS CHRISTI, ficut dicit & APOSTOLVS; Quia Christus PAX NO-
» STRA, qui fecit vtraque vnum, QVÆ NEQVE FIDE, SED INVIDIA DIA-
» BOLI, DISSIDEBANT. Verùm, ficut PROCEDENTE REGE, & plateæ
» mundantur, & tota ciuitas diuerfis floribus & ornatibus CORONATVR,
» vt nihil fit quod minùs dignum vultui REGIS appareat: ita & nunc,
» PROCEDENTE CHRISTO REGE PACIS, omne quod trifte eft, aufe-
» ratur è medió, & illucefcente veritate, fugetur mendacium: fugiat
» difcordia, refplendefcente CONCORDIA. Et ficut frequenter fieri vi-
» dimus vbi REGVM vel Fratrum tabulæ pinguntur, vt in vtrifque
» vnanimitatis declarentur infignia, artifex, picto fœmineo habitu,
» poft tergum vtriufque, CONCORDIAM ftatuit, brachiis fuis vtrum-
» que complectentem; indicans quòd hi qui videntur corporibus fe-
» parati, fententiis & voluntate conueniant: ita nunc PAX DOMINI
» media affiftens, & vtrumque noftrum, gremio palpante, conne-
» ctens, difcreta corpora in vnum conuenire animum, vlnis iungen-
» tibus, docet. In qua fine dubio completur fermo Propheticus, qui
Eccl.40. v.25. » ait: ET ERIT CONSILIVM PACIFICVM INTER VTROSQVE. Et he-
» fternò quidem PATER NOSTER COMMVNIS (fubintelligit Chryfo-
» ftomum) Euangelico PACEM Sermone præfatus eft: hodie verò nos
» VERBA PACIS exponamus. Ipfe nos hefternò, refupinis manibus,
» in verbo Pacis excepit: & nos hodie, dilatato pectore vlnifque pa-
» tentibus, ad Dominum CVM MVNERIBVS PACIS OCCVRRAMVS.
» Iam bella deftructa funt; PVLCRITVDO PACIS obtinuit.

Frondibus Actiacis comptos redimita capillos,
PAX, ades: & TOTO mitis in ORBE mane.
Dum defint hoftes; defit quoque caufa triumphi:
Tu Ducibus Bello gloria maior eris.
Sola gerat miles, quibus arma coërceat, arma:
Canteturque ferâ nil nifi pompa tubâ.
Horreat ÆNEADAS & Primus & Vltimus Orbis:
SI QVA PARVM ROMAM TERRA TIMEBIT, AMET.
Tura, SACERDOTES, Pacalibus addite Flammis,
Albaque perfufa victima fronte cadat.
VTQVE DOMVS, QVÆ PRÆSTAT EAM, CVM PACE PE-
RENNET,
AD PIA PROPENSOS VOTA ROGATE DEOS.

Hæc pro te, IACOBE, tanquam pro BRITANNICO CÆSARE, Eccle-
fiæ Vota fint; vt habeas vnde nihil præter cœlum Conftantino inui-
deas, fi ECCLESIÆ in terris MILITANTI & adjutor & pacificator fa-
ctus, Chrifto, qui pro te Mundum vicit, Britannicum Imperium tuum
viceris, dignufque, fancta quadam noua ambitione, effe fatagas, qui
ex parta Ecclefiæ Chriftoque Britannia, BRITANNICI nomen pri-
mus ineas primus reportes. Sic reddita Ecclefiæ Pace, fracto Schi-
fmate, fractus debilitatufque Antonius, fruftra recalcitrans, aut fe
adtollere conatus, ad meliorem fortè mentem & ipfe fe recipiet; ac
fubter fupraque reuoluens fefe, cùm Dei de fe iudicium femel cogita-

uit, certiùs certè, me explicante, quàm hactenùs, temporum atque annalium memoriam replicans, velut ab inferis, aut ex somno, excitabit conscientiam suam, (cui per Isaïam dicit Dominus; Et ornasti « Is 57. v. 9.
te REGI vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Misisti Legatos «
tuos procul, & humiliata es vsque vsque ad inferos) atque sua sa- «
cerdotali (quæ in eo sola, si auferri potuisset, relicta non esset) virtute se inuoluet; postliminio tandem rediturus:

Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens,
Ærea quem obliquum rota transiit, aut grauis ictu
Seminecem liquit saxo lacerumque viator;
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus,
Parte ferox, ardensque oculis, & sibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem.

qualiter olim de fracto contritoque per Athanasium, eiusque successorem, Petrum, Alexandrinum Archiepiscopum, Ario, is qui THEOLOGVS, Θεολόγος, à Græcis dictus est, Nazianzenus philosophabatur. Vtitur enim hoc simili, Oratione vigesima quarta, quæ à Græcis SALVTATORIA (quod quidem Antiquorum Patrum SALVTATORIVM dicendi genus in Præfatione attigimus) dicta est, εἰς τοὺς Αἰγυπτίους ἐπιδημήσαντας, IN ÆGYPTIORVM ADVENTVM; id est, quæ ad Ægyptios Episcopos habita est. Nempe ea est quâ eos salutauit (mira enim perpetuaque Patrum inter se Theologica Exercitatio atque Literaria Disciplina, qualis vtinam nostris temporibus reuiuiscat!) qui ad eum, Ecclesiasticarum quarundam quæstionum causâ, simul cum Ægyptia plebe nauigarant, quæ annuum illud frumentum quod Constantinus Magnus ciuibus Constantinopolitanis donauerat, Constantinopolim ex Ægypto deportarar. In ea itaque SALVTATORIA Oratione hæc Nazianzenus ait: A quibus, id quod medium «
fuit, excisum & contritum est: tametsi paululum adhuc, & langui- «
dè, velut SERPENTIS INTERCISI CAVDA, palpitet: Ὑφ' ὧν τὸ μέσον ἐξε- «
κόπη, καὶ συνετρίβη, κἂν ἔτι σπαίρῃ, μικρά τε, καὶ ἀσθενῆ, καθάπερ ΤΟ ΟΥΡΑΙΟΝ ΔΙΑΚΟΠΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΟΦΕΩΣ. Nec sum equidem miratus, CAP. XXVII.
cum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Nec talia quoque miratus legitur admirandus planè, Epistolâ ad Clerum Populumque Constantinopolitanum, Cœlestinus Papa, de Nestorio agens, his verbis: Sancti & DEO-AMABILIS Fratris & «
COEPISCOPI mei Cyrilli per Filium meum Possidonium Diaco- «
num ad me directa relatio, EA CONTRA VOS AGI LOQVITVR, QVÆ «
POTEST IN ECCLESIÆ MEMBRA AGERE QVI EIVS CAPITI NON «
PEPERCIT: Ἡ ἀναφορὰ τοῦ ἁγίου καὶ ΘΕΟΕΡΑΣΜΙΟΥ, τοῦ Ἀδελφοῦ καὶ ΣΥΝ- «
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ μου Κυρίλλου, ἣν ἀπέστειλέ μοι διὰ τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδωνίου, τοῦ Διακόνου ἑαυτοῦ, ΤΑΥΤΑ ΕΔΙΔΑΞΕ ΠΡΑΤΤΕΣΘΑΙ ΚΑΘ' ΥΜΩΝ, ΑΠΕΡ ΔΥΝΑΤΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΜΕΛΩΝ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΠΟΙΕΙΝ Ο ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΗΣ ΜΗ ΦΕΙΣΑΜΕΝΟΣ. Dic tamen, dum licet, Antoni, quid tibi, vix millesima ex parte notus, tantùm nocuit Vniuersus Orbis, vt mu-

tatum ab eo MOREM MAIORVM criminere? Tu me, inquiet, alieno, siue tuo vitio, inscium atque inuitum irretias? orbabisque luce propter vim sceleris alieni? itane verò? tu tua pericula communi periculo defendes: dum, vt Tragicus Furens, vbique notus, perdidisti exilio locum? Tu tibi tam bellus eris, vt, sine me, solus per te peccare non possis? & labente Spalatensi vno, fractus necesse est illabatur Orbis? Impauidum certè ferient ruinæ tuæ; cùm tu tuique similes, minima sint pars mei.

Sua quemque tantùm, me omnium clades premit:
Mihi cuncta pereunt.---

O rem, quam homines soluti, à cura liberati, ridere non desinant, tristiores autem sine maximo dolore audire non possint! Antoniusne, qui ex Pontificis Maximi domo religionem eripuit, is in meam in tulit? ex isto ore religionis verbum excidere aut elabi potest? cùm tu, homo fanatice, eodem ore accusando Vniuersum Orbem, quòd malè de religione decerneret, impurissimè teterriméque violasti. Te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere. Aspicite, aspicite, Pontifices, hominem religiosum: &, si vobis videtur, quod est bonorum Pontificum, monete eum, modum quemdam esse religionis; nimiùm esse superstitiosum non oportere; vimque ac locum suum hîc habere Tiberianum illud,
» ex secundo Annalium: NON ID TEMPVS CENSVRÆ; NEC SI QVID
» IN MORIBVS LABARET, DEFVTVRVM CORRIGENDI AVCTOREM.
Sed & magna vis est Conscientiæ in vtramque partem; vt neque timeant qui nihil commiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccarint. Mea mihi conscientia pluris est, quàm tuus aut tuorum sermo. De me honorificentissimè semper populus Christianus, semper Omnes Gentes loquentur, nulla vnquam obmutescet vetustas. Quæ verò tam immemor posteritas, quæ tam ingratæ litteræ reperientur, quæ meam gloriam non immortalitatis gloriâ prosequantur? Quin hoc tempore ipso, cùm omnes à tuis præcursoribus & amicis faces inuidiæ meæ subiiciuntur; tamen omni in hominum cœtu gratiis agendis, & gratulationibus habendis, &
» omni sermone celebramur. Quæ verò nostrâ memoriâ (inquit Nicetas ille, cognomento Dauid Paphlagon, in Ignatio, Prolegomenis
» ad Octauam Synodum) rectè facta creduntur, illa multò acriùs, opi-
» nor, priorum mentes ad virtutis decus æmulandum inflammant:
Ὅσα δ' αὖ τοῖς καθ' ἡμᾶς κατορθοῦσθαι πιστεύοιτο χρηστοῖς, μᾶλλον ἂν οἶμαι, ταῦτα παρα-
» κνίζειν τοὺς ἀπλεστέρους, καὶ πρὸς τὸ ἴσον τῆς ἀρετῆς διερεθίζειν ζῆλον. Contem-
» plare (vt tertiâ quondam Epistolâ, Sanctus Pacianus ad Sympronia-
» num dixit) quot nostros VNVS aspicias, quot meorum populis so-
» LVS occurras. Nónne vt stillicidia fontibus magnis; nónne vt ab
» Oceano quædam gutta, sorberis? Et vituperare quisquam illam quam filij BEATISSIMAM prædicant, vt supra de Muliere Forti dictum est, vitæ parentem Ecclesiam, & hoc parricidio se inquinare audet, & tam impiè ingratus esse, vt eam accuset, quam vereri deberet,
etiamsi

etiamſi minùs percipere potuiſſet? Nunc Video, Antoni,

--- fructus eſt ſcelerum tibi,

Nullum ſcelus putare. ----

attamen adhuc, vel fruſtra, monendus es, tibique dicendum quod de Neſtorio, Epiſtolâ ad Clerum Populumque Conſtantinopolitanum, dixit, ſæpe quidem laudatus, nunquam tamen ſat à nobis laudandus, Cæleſtinus Papa: Deprehendimus interdum ſe ſiniſtra diſputatione prodentem; interdum latentem quibuſdam cuniculis, & ſua venena celantem: & cùm oportuerit, nos, ſequentes ſententiam prudentiſſimi Salomonis, nullum ad eius imprudentiam præbere re- Prou.16.
ſponſum, ne ſimiles ei eſſemus: ſuademus tamen vt APOSTOLOS ac v. 4.
PROPHETAS nobiſcum ſequatur; NE, CVM OMNIBVS SOLVS CONTRADICIT, SOLVS AB OMNIBVS REIICIATVR: Κατειλήφαμεν αὐτὸν ὁτέ τε σκαιᾷ διαλέξει προδιδόμενον, ὁτέ τε κρυπτόμενον τισὶ λανθανούσαις εἰσόδοις, καὶ σκέποντα τὰ ἴδια δηλητήρια. καὶ δέον ἡμᾶς ἀκολουθοῦντας τῇ γνώμῃ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος, μηδεμίαν διδόναι ἀπόκρισιν πρὸς τὴν ἄνοιαν αὐτοῦ, μὴ ὅμοιοι αὐτοῦ γενώμεθα· ὅμως συμβουλεύομεν, ἵνα μεθ' ἡμῶν τοῖς ΑΠΟΣΤΟΛΟΙΣ καὶ τοῖς ΠΡΟΦΗΤΑΙΣ ἀκολουθήσῃ· ΜΗ ΩΣ ΠΑΣΙ ΜΟΝΟΣ ΑΝΘΙΣΤΑΤΑΙ, ΜΟΝΟΣ ΠΑΡΑ ΠΑΝΤΩΝ ΕΚΒΛΗΘΗ. Sed, vt certò ſcio, hic error, & hæc indoctorum animis offuſa caligo eſt, quòd tam longè retroſpicere non poſſunt; nec eos à quibus vita inſtructa primò ſit, fuiſſe diuinitùs inſpiratos recordantur. Quapropter (inquiebat olim pro me magnus ille Auguſtinus, libro ſecundo contra Litteras Petiliani Donatiſtæ, hoc eſt, cuiuſdam Antonij Epiſcopi Apoſtatæ) puto iuſtum eſſe quod poſtulo, vt TESTAMENTVM DEI, QVOD IAM OLIM APERTVM EST, aliquantum aduertamus; & QVEM NON INVENERIMVS TRADITI COHEREDEM, IPSVM IVDICEMVS TRADITORIS HEREDEM: ILLE PERTINEAT AD CHRISTI VENDITOREM, QVI CHRISTVM NEGAT ORBIS REDEMPTOREM. Nempe quando ſe poſt reſurrectionem Diſcipulis demonſtrauit, & palpanda membra dubitantibus præbuit,
hoc illis ait: Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum Luc 24.
pati, & reſurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam v. 46.
& remiſſionem peccatorum PER OMNES GENTES, incipientibus ab Ieruſalem. ECCE A QVA HEREDITATE VOS ALIENATIS, ECCE CVI HEREDI RESISTITIS: ITANE VERO PARCERET CHRISTO IN TERRA AMBVLANTI, QVI CONTRADICIT IN CÆLO SEDENTI? Adhuc non intelligitis; quoniam quidquid nobis obijcitis, ſermoni eius obijcitis. PROMITTITVR CHRISTIANVS ORBIS, ET CREDITVR: IMPLETVR ET CONTRADICITVR. Cogitate, obſecro, quid pati pro tanta impietate debuiſtis, & tamen ſi quid paſſi eſtis, neſcio, non vidi, non feci. TV HODIE, QVI NON PATERIS VIM PERSECVTIONIS MEÆ, REDDE MIHI RATIONEM SEPARATIONIS TVÆ. Sed iterum ac ſæpè dicturus es, QVÆ SI NON PROBAS, AD NEMINEM PERTINENT; SI AVTEM PROBAS, AD ME NON PERTINENT. Et ibidem: Petilianus dixit; Monet etiam Dominus Chriſtus, Cauete à Matt.7.
Pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intus au- v. 15.

» tem sunt Lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Augusti-
» nus respondit, si abs te quæram quibus nos fructibus Lupos esse rapa-
» ces cognoscatis, dicturus es crimina aliena, nec in eis quorum esse di-
» cuntur, vnquam probata. Si autem tu à me quæras, quibus fructibus
» vos potiùs esse Lupos rapaces cognoscamus, OBIICIO SCHISMATIS
» CRIMEN, quod tu negabis, ego autem statim probabo: NEQVE
» ENIM COMMVNICAS OMNIBVS GENTIBVS ET ILLIS ECCLESIIS APO-
» STOLICO LABORE FVNDATIS. Hîc dicturus es, Non communico
» Traditoribus & Homicidis: RESPONDET TIBI SEMEN ABRAHÆ:
» Hæc sunt illa crimina, VEL NON VERA, VEL NON MEA. Sed hæc in-
» terim sepono, TV OSTENDE ECCLESIAM. Iam vox illa mihi sonabit,
» quam in Pseudoprophetis, vitandam Dominus monuit, OSTENDEN-
» TIBVS PARTES, ET AB VNIVERSO ALIENARE CONANTIBVS: Ecce
» HIC est Christus, Ecce ILLIC. Sed vsque adeo putas veras oues Christi
» cor non habere, quibus dictum est, NOLITE CREDERE, vt LVPVM
» audiant dicentem, Ecce HIC est Christus, & PASTOREM non audiant
» dicentem, PER OMNES GENTES incipientibus ab Ierusalem? Arcana
vox, & digna Augustino, & me digna, hoc est, Vniuerso Orbe. A Pla-
tone Philosophiáque didicisti, si quid tamen didicisti, naturales esse
conuersiones rerum publicarum. At (quod in Oratione M. Hortali,
pauperis, sed generosi Nobilis, qui nepos Oratoris Hortensij fuit, Ta-
» citus secundo Annalium refert) MAIORES MEI MERVERANT VT
» POSTEROS HABERENT. At longè alijs moribus viuo: Æterni Regis
legibus sempiternis fruor; Illa Ego Respublica Omnium Gentium
Domina, quæ ECCLESIA dicor, [a] Semen Sanctum; [b] Solium Dauid,
[c] REGNVM A MODO ET VSQVE IN SEMPITERNVM; [d] Domus Iacob;
[e] Populus Israël; [f] Habitatio Sion; [g] Primogeniti pauperum; [h] Sion;
[i] Petra deserti: Mons filiæ Sion; [k] Tabernaculum Dauid; [l] LOCVS DO-
MINI; [m] Locus nominis Domini exercituum; Mons Sion; [n] Terra Iuda;
[o] CIVITAS SOLIS; [p] Altare Domini; Titulus Domini; [q] Benedictio in
medio terræ; [r] INSVLA, (quia, A MARI AD MARE;) [s] SPECVLA DO-
MINI; [t] Gloria Cedar; [u] Clauis domus Dauid; [x] Solium gloriæ; [y] Mili-
tia cæli; [z] Populus fortis; CIVITAS GENTIVM Robustarum; [aa] Facies
vinculi colligati super omnes populos; Tela quam Dominus orditus
est super omnes nationes, (quasi mappa [bb] CONVIVII PINGVIVM, de
quo illic sermo est) [cc] Manus Domini; [dd] Vrbs fortitudinis nostræ,
[ee] GENS IVSTA CVSTODIENS VERITATEM; [ff] Semita Iusti; [gg] Semita
Iudiciorum Domini; [hh] Habitatores orbis; [ii] Terra Sanctorum;
[kk] Ros lucis; [ll] Vinea meri; [mm] Ciuitas munita; Ciuitas speciosa;
[nn] Mons Sanctus; [oo] CORONA GLORIÆ; Sertum exsultationis; [pp] Spi-
ritus iudicij; [qq] Lapis in fundamentis Sion; Lapis probatus, angularis,
pretiosus, in fundamento fundatus; [rr] MVLTITVDO OMNIVM GEN-
TIVM; [ss] Mons Domini; [tt] Pulcritudo Pacis; TABERNACVLA FIDV-
CIÆ; Requies opulenta; [uu] Ciuitas solemnitatis nostræ; Ierusalem;
Habitatio opulenta; TABERNACVLVM QVOD NEQVAQVAM
TRANSFERRI POTERIT; [xx] Liber Domini; [yy] Sors; [zz] Lilium; Glo-
ria Libani; Decor Carmeli & Saron; Gloria Domini; Decor Dei

Matth. 24. v. 23.
Luc. 24. v. 47.
a Is. 6. v. vlt.
b 9. v. 7.
c ibid.
d 10. v. 20.
e v. 22.
f 12. v. vlt.
g 14. v. 30.
h v. vlt.
i 16. v. 1.
k v. 5.
l 18. v. 4.
m v. vlt.
n 19. v. 17.
o v. 18.
p v. 19.
q v. 24.
r 20. v. vlt.
s 21. v. 8.
t v. 16.
u 22. v. 22.
x v. 23.
y 24. v. 21.
z 25. v. 3.
aa v. 7.
bb v. 6.
cc v. 10.
dd 26. v. 1.
ee v. 2.
ff v. 7.
gg v. 8.
hh v. 9.
ii v. 10.
kk v. 19.
ll 27. v. 2.
mm v. 10.
nn v. vlt.
oo 28 v. 5.
pp v. 6.
qq v. 16.
rr 29. v 8.
ss 30. v. 29.
tt 32. v. 18.
uu 33. v. 20.
xx 34. v. 16.
yy v. 17.
zz 35. v. 1. & 2.

noſtri; [a] Semita & Via; & Via ſancta; DIRECTA VIA, ITA VT STVLTI NON ERRENT PER EAM; [b] Saluatio; [c] TABERNACVLVM PASTORVM; [d] DOMVS DOMINI; [e] Mons excelſus; [f] Generationes; [g] Semen Abraham; [h] GENTES; [i] Fœdus populi; LVX GENTIVM; [k] Domus Cedar; HABITATORES PETRÆ; Vertex Montium; [l] AB ORIENTE ADDVCTVM SEMEN, ET AB OCCIDENTE CONGREGATVM, ([m] de Sion enim exiuit Lex & Verbum Domini de Ieruſalem; atque à Ieruſalem in Oriente, iuxta Euangelicum illud, quod ſemper Auguſtino contra Donatiſtas in ore fuit: [n] INCIPIENTIBVS AB IERVSALEM, Prædicari cœptum eſt: Romæ verò, perpetuum in Occidente, iuxta Verbum Domini, TV ES PETRVS, Sederi. atque adeo Antiochia adductum Ieroſolymitanum ſemen, Romano, ceu materno ſinu coaluit) [o] Filij Domini; [p] OMNES GENTES CONGREGATÆ; Collectæ Tribus; [q] TESTES DOMINI; [r] Populus Domini; Electus Domini; [s] Populus à Domino formatus Domino, vt laudem Domini narret (vnde quotidiana ſua Cantica ab eo verſiculo Eccleſia orditur: [t] Domine labia mea aperies, ET OS MEVM ANNVNTIABIT LAVDEM TVAM) [u] Salices iuxta præterfluentes aquas; Iſraël; [x] NVNTII DOMINI; Ciuitates Iuda; [y] TEMPLVM; [z] Salus æterna; [aa] OMNES FINES TERRÆ; [bb] OMNIS LINGVA; [cc] Omne ſemen Iſraël; [dd] Ciuitas ſancta; [ee] CAMINVS PAVPERTATIS; [ff] Pharetra Domini; [gg] Ornamentum Sponſæ; SPONSA; [hh] Deliciæ; Hortus Domini; [ii] LVX POPVLORVM; [kk] Generationes generationum; [ll] PLANTATI CÆLI, ET FVNDATA TERRA; [mm] Ciuitas Sancti; [nn] Brachium ſanctum Domini in oculis Omnium Gentium; [oo] SEMEN LONGÆVVM, (ad diſtinctionem Synagogæ, quæ fuit temporanea;) [pp] PROPTER QVAM REDEMPTOR SANCTVS ISRAEL DEVS OMNIS TERRÆ VOCABITVR; [qq] IN MISERATIONIBVS MAGNIS CONGREGATA; [rr] Cui in miſericordia ſempiterna miſertus eſt Redemptor Dominus; [ss] CVI SICVT IN DIEBVS NOE IVRAVIT, NE INDVCERET AQVAS NOE VLTRA SVPRA TERRAM; SIC IVRAVIT, VT NON IRASCATVR EI, ET NON INCREPET EAM, (quam certè illuſtrem DE ÆTERNITATE ECCLESIÆ Prophetiam cæcus ſit qui non videat: at quis etiam Spalatenſis non videt?) Cui dixit miſerator Dominus; PAVPERCVLA, tempeſtate conuulſa, abſque vlla conſolatione: Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Sapphiris, & ponam Iaſpidem propugnacula tua; & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles: vniuerſos filios tuos doctos à Domino; & MVLTITVDINEM PACIS FILIIS TVIS. ET IN IVSTITIA FVNDABERIS: Recede procul A CALVMNIA, quia non timebis, & A PAVORE, quia non appropinquabit tibi. ECCE ACCOLA VENIET, QVI NON ERAT MECVM, ADVENA QVONDAM TVVS ADIVNGETVR TIBI. Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum,

a v. 8.
b 37. v. 32.
c 38. v 12.
d v. 20.
e 40. v. 9.
f 41. v. 4.
g v 9.
h 42. v. 6.
i v. 6.
k v. 11.
l 43. v. 5.
m Iſ. 2. v. 3.
n Luc 24. v. 47.
o Iſ. 43. v. 6.
p v. 9.
q v. 10. & 12.
r v. 20.
s v. 21.
t Pſ. 50. v. 17.
u Iſ. 44. v. 4.
x v. 26.
y vlt.
z 45. v. 17.
aa v. 22.
bb v. 24.
cc v. vlt.
dd 48. v. 2.
ee v. 10.
ff 49. v 2.
gg v. 18.
hh 51. v. 3.
ii v. 4.
kk v. 8.
ll v. 16.
mm 52. v. 1.
nn v. 10.
oo 53. v. 10.
pp 54. v. 5.
qq v. 7.
rr v. 8.
ss v. 9.
v. 10. & ſeqq.

» & ego creaui interfectorem ad disperdendum. Omne vas, quod
» fictum est contra te, non dirigetur: & OMNEM LINGVAM RE-
» SISTENTEM TIBI IN IVDICIO IVDICABIS. Hæc est
» HEREDITAS SERVORVM DOMINI, & IVSTITIA EO-
CAP. » RVM APVD ME, dicit Dominus. SED quò feror?
XXIIX. quò maternum dolorem sequor? pæne dum hæc IN SPIRITV
loquor, & oracula fundo, oratio mea præteruehitur aures tuas,
Prou 1. » Antoni. Audi, Fili mi, DISCIPLINAM PATRIS tui; & ne di-
v. 8. » mittas LEGEM MATRIS tuæ.

Fremitu Leonis qualis audito tener
Timidum Iuuencus applicat MATRI latus:
At ille sæuus, MATRE submota, Leo
Prædam minorem morsibus vastis premens
Frangit vehitque: talis è nostro sinu
Te rapiet hostis.

Ps 77.v.1. » Attendite, Popule meus, legem meam: inclinate aurem vestram in
Deuter.32 » verba auris mei. Audite, Cœli, quæ loquor: audiat Terra verba
v. 1. » oris mei. Mater sum; tametsi IN VIRGA venio ad vos, retra-
1 Cor 4. v. 21. » hit tamen SPIRITVS LENITATIS, materna mollit viscera,
1. Cor 9. » nec ferè vltra irascor. Væ mihi tamen si non euangelizauero. Au-
v. 16. Is. 1. v. 2. » dite ergo, Cœli, & auribus percipe, Terra, quoniam Dominus
» loquutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt
» me. Auersantur obiurgantem, quam lactantem sunt in gremio
amplexati. Etsi semper anus & semper antiqua,

Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit:

nec vnquam deërit, quam appetant mammam; vetustate potiùs
» prouecta, quàm decrepita, neque deliro, neque balbutio. MISE-
» RA EST SENECTVS, QVÆ SE ORATIONE DEFEN-
» DIT: nullaque est honestè acta superior ætas, quæ fructus non ca-
Is 50. v. 4. » piat Auctoritatis extremos. Dominus dedit mihi linguam eruditam,
& 5. » vt sciam sustentare eum qui lassus est, verbo. Erigit manè, manè
» erigit mihi aurem, VT AVDIAM QVASI MAGISTRVM. Do-
» minus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico. Vt
filios verò carissimos moneo, vt vltima Prophetæ dicta, in quibus
» nunc respirare cœpi, ponderent ac scrutentur. Ex persona Corpo-
1. Tim. 3. » ris Christi, quæ est Ecclesia Dei viui, Columna & Firmamen-
v. 15. » tum Veritatis, (vt olim Contra Litteras Petiliani, libro secundo,
» loquebatur Augustinus) Toto Orbe terrarum diffusa, propter Euan-
Col. 1. v. 23 » gelium quod prædicatur, sicut dicit Apostolus, in omni creatura,
» quæ sub cœlo est: Ex persona Orbis Terræ; de quo idem Dauid,
Ps 92. v. 1. » cuius verba non intelligitis, dicit, CONFIRMAVIT ORBEM
» TERRÆ, QVI NON COMMOVEBITVR: quem tu pec-
» catis alienis non commotum esse, sed omnino periisse conten-
» dis. Ex illius ergo persona respondeo ego. Ioannes certè, PI-
SCATOR MEVS (quam apud me vocem sæpiùs audiuit, pluri-

múmque amauit, ac ferè ſemper in ore habuit, GALLORVM DOCTOR Hilarius; cuius ſemper in hac Republ. viuet auctoritas) PISCATOR, inquam, ille meus, (heu quanta, & quàm alta quadam mente præditus!) multa vidit ad me ſpectare, cùm noſtri Iſaïæ verſum illum, quem ipſa laudaui, DE DOCTIS A DOMINO, magiſtri ore proprio interpretatum, Euangelio à ſe ſcripto inſeruit. Eſt ſcriptum, (non modò ait ille, ſed inſuper Dominus) in Pro- « Ioan 6.
phetis; ET ERVNT OMNES DOCIBILES DEI. Quo vno verſiculo « v.45.
ſatis armati ſemper aduersùs Schiſmata Hæreſeſque fuimus, etiam nullis armis datis. Ex quo quis, amabò, non credat, cætera de me intelligenda, De ſtatu Euangelico, De Eccleſia, heu! nunc, vt quondam, ſuâ; quam blandè PAVPERCVLAM, ac ferme Animulam ſuam, appellat tempeſtate conuulſam, id eſt, fluctibus Schiſmatis, qui agunt, ſed extollunt nauem illam ſuam, quæ fluctuat, at non mergitur, actam. Denique abſque vlla conſolatione vocat, cui ipſe vnica ſpes, vnica conſolatio ac requies eſſe vult. Quid ad hæc, Fili mi, Antoni; Antoni, Fili mi, reſpondeas? Audi ſemel, audi denuò, audi millies æternúmque Auguſtinum meum, libro primo contra Gaudentium tui ſimilem, Epiſcopum Donatiſtam, hoc eſt, Eccleſiæ Catholicæ calumniatorem: Sicut & Dominus cùm «
dixiſſet; Beati qui perſecutionem patiuntur, niſi addidiſſet, PRO- « Matt 5.
PTER IVSTITIAM, non ſolos ſignificaret qui pro ſua in Do- « v 10.
mino patientia CORONANTVR, ſed etiam illos qui iuſtis legi- «
bus puniuntur. Quaptopter ſi ad vos putatis hæc iuſtorum verba «
quæ ſcripta ſunt, pertinere, priùs an iuſti ſitis, oſtendite. HABETIS «
ENIM RES MAGNAS, QVAS INTER VESTRAS IVSTI- «
TIAS VENTILETIS; DIVISIONEM CHRISTI, RESCIS- «
SIONEM SACRAMENTORVM CHRISTI, DESERTIO- «
NEM PACIS CHRISTI, BELLVM CONTRA MEMBRA «
CHRISTI, CRIMINATIONES IN CONIVGEM CHRISTI, «
NEGATIONEM PROMISSORVM CHRISTI. Fruſtra occur- «
ras obiicienti ſe pro me, ac omnibus dicenti, immo prædicenti, me IN IVSTITIA fundatam iri; mihi meas ſufficere coniugales tabulas, nomenque ſanctum pudicitiæ, caſtitatis ac ſanctimoniæ quod colo, vt mihi recedendi à calumnia, nec eam timendi, atque vel ab ipſo refellendi labore immunitas data eſſe videatur. Eſt qui pro me loquatur; Domine vim patior: reſponde pro me, « Iſ.38 v.14.
qui Accolam, qui non erat meus, mihi iungendum prædicas; & ADVENAM (credo equidem SPALATENSEM ANGLICANVM) QVONDAM MEVM, adiungendum profiteris. Rumuſculos interim Antonianos quid morer? quandoquidem mihi ſpondes, in teque recipis, te ſanctiſſimè eſſe obſeruaturum, diligentiſſiméque facturum, vt OMNEM LINGVAM RESISTENTEM mihi, in Iudicio Iſ54.v.17.
(tua enim ſacra ſolemniaque verba ſunt) aliquando tandem per me ſis iudicaturus.

CAP. XXIX. TALIBVS orabat dictis, Araſque tenebat Eccleſia:

Qualis populea mœrens Philomela ſub vmbra,
Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator
Obſeruans, nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen
Integrat, & mœſtis latè loca queſtibus implet.

» HÆC VERBA (vt loquitur libro ad Donatiſtas, poſt Collationem,
» Auguſtinus) PER ORBEM TERRÆ VNIVERSA PERSONAT ECCLE-
» SIA. Itaque, Cùm, ſicut ait Beatus Hilarius, (vt Quadrageſima Baſi-
» leënſi Seſſione notatum eſt) PROPRIVM ECCLESIÆ eſſe ſoleat, vt
» tunc vincat cùm læditur: tunc intelligat, cùm arguitur: tunc ſecura
Geneſ. 7. v. 17. » ſit, cùm ſuperata videtur: (Arca enim, per quam Eccleſia deſigna-
» tur, eleuata eſt in ſublime:) patere, Antoni, tua conſilia non ſentis? conſtrictam iam omnium conſcientiâ teneri coniurationem tuam non vides? Dum enim vnum Iſaïam audis, (quem Septimæ Synodi, & Orthodoxorum nomine, Actione ſexta, μεγαλοφωνότατον Epiphanius Diaconus in Gregorium Neocæſareæ Epiſcopum diſputans; Octaui verò Vniuerſalis Concilij ad Vniuerſalem Papam Synodica, haud ſine myſterio, MAGNIVOCVM vocat) omnes tibi loqui Prophetas puta, obuerſari Patriarchas, adeſſe Apoſtolos, monere Euangeliſtas, in vnoque Duo Teſtamenta, quaſi Duo Seraphim clamantia ſibi certatim, mutuum dare teſtimonium: vtpote qui Euangelij gloriam cum vaticinationis laude coniunxerit, ſeque Euangeliſtam peræquè ac Prophetam declararit ac reuelarit; cùm, perſonam Domini ſuſtinens, in has voces, quadrageſimo primo capite, prorum-
Iſ. 41. v. 27. » peret: PRIMVS ad Sion dicet; Ecce adſum: & Ieruſalem EVANGE-
» LISTAM dabo. Qui ſanè locus, vetus illud Hieronymi dictum, hactenus lectum, at nondum intellectum; ſine creditum, ſed nunquam probatum, & declarat & probat, Iſaïam, Euangeliſtam potiùs quàm Prophetam fuiſſe aſſerentis. Nunc in longum ſermonem me reuocas, Antoni; &, niſi me retinerem, libenter cum iſta oratione tecum prolaberer. Verùm his de rebus non neceſſe habeo dicere ea omnia quæ me gemitus Matris Eccleſiæ cupit commemorare. tametſi pietas poſtulat; tamen quia poſtulat, non flagitat, multa præteribo. Vide quàm tecum agam non inimicè. Certos mihi fines terminoſque conſtituam, extra quos egredi non poſſim, ſi maximè velim: vt & mihi ſit propoſitum de quo dicam; & expoſita habeas, Antoni, quæ docearis; & IACOBVS REX iam ante animo proſpicere poſſit, quibus de rebus IN HAC CELLA CONCORDIÆ Iſaïam noſtrum, pro MILITANTE ECCLESIA, id eſt, PRO CATHOLICIS, ſit auditurus perorantem. Sedebit verò intra hos cancellos, quos mihi ipſe circumdedi, diuinus ille Vates; tanquam Arbiter honorarius, ac pacis, concordiæ, compoſitionis auctor, medium ſe feret, dum ſe ſuaque prognoſtica ad nos applicarit. Quando igitur

Iſ. 6. v. 3.

me in hunc locum deduxit oratio, disrumpatur licet ista furia, atque audiat hæc ex me, quoniam lacessiuit: docebo vnius ore quicquid ij qui interiores scrutantur & reconditas litteras, nobis tradidere. Ades itaque animo, & omitte timorem, Antoni; & quæ dicam, trade memoriæ. Tam enim es excors, vt tota in oratione tecum ipse pugnes; vt non modò non cohærentia inter se dicas, sed maximè disiuncta atque contraria; vt non tanta mecum, quanta tecum tibi sit contentio. Quid est? num conturbo te? non enim fortasse satis, quæ distinctiùs dicuntur, intelligis. Sed tamen hæc est summa conclusionis meæ; vt quod de lectis à se Nestorij libris, ait ad eumdem Nestorium Cælestinus Papa, id de tuis principiò dicam: In his quidem à nobis inuestigatus, deprehensus, & tentus es, quòd multiloquio labebaris, dum vera inuoluis obscuris; rursus vtraque confundens, vel confiteris negata, vel niteris negare confessa. Sed in Epistolis tuis apertam non tam de fide nostra, quàm de te, tulisti sententiam; volens de Deo Verbo, aliter quàm FIDES habet OMNIVM, disputare. Ecce nunc in quam de te vocamur Sententiam; ECCE QVÆ TVARVM SVNT BENEFICIA NOVITATVM: post quam ignoratus Electus es, cognitus Accusaris: Ἀνιχνευθεὶς μὲν ἡμῖν, καὶ εὑρεθεὶς, καὶ κατασχεθεὶς, Πολυλογίᾳ τινὶ ἐξωλίσθαινες, τ' ἀληθῆ τοῖς σκοτεινοῖς ἐγκαλύπτων, καὶ πάλιν συγχέων ἑκάτερα, τὰ ὁμολογεῖν μὲν τὰ ἀρνηθέντα, ἐπιχειρεῖν δὲ ἀρνεῖσθαι τὰ ὡμολογημένα. ἐν δὲ ταῖς σαῖς Ἐπιστολαῖς, φανερὰν ἀπόφασιν, οὐχ οὕτω περὶ τῆς ἡμετέρας πίστεως, ὡς περὶ σαυτοῦ ἐξενήνοχας· θέλων, περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἄλλως κηρύξαι, ἢ ὡς Η ΠΑΝΤΩΝ ΠΙΣΤΙΣ ἔχει. ἰδοὺ τοίνυν εἰς οἵαν καλούμεθα ἀπόφασιν, περὶ σοῦ. ἰδοὺ οἷαί εἰσιν αἱ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΙ τῶν σῶν ΚΑΙΝΟΤΗΤΩΝ. (aliàs ΚΕΝΟΤΗΤΩΝ, VACVITATVM, vel VANITATVM: vana enim, vacuaque fidei est Nouitas.) ἀφ' οὗ ἀγνοούμενος μὲν, Ἐπηλέγχθης γνωσθεὶς δὲ, Κατηγορήθης. Videsne (vt non altiùs repetam quàm parest) illam reliquam Isaïæ Prophetæ partem quæ Caput Quintum & Quinquagesimum inchoat: vbi Vates paulum inflauit vehementiùs, habuitque plus solito incitationis ac diuini motus? Vnde insignis ille Christianus Philosophus Atheniensis, Athenagoras, in Apologia sua, seu Legatione Pro Christianis: Nec dubito quin VOS, DOCTISSIMI ET SAPIENTISSIMI PRINCIPES, Historias & Scripta Mosis, ISAIÆ, Ieremiæ, & reliquorum Prophetarum aliqua ex parte cognoueritis, qui extra se suasque cogitationes positi, DIVINI SPIRITVS impulsu, quidquid ille in ipsis efficiebat, eloquebantur: quum SPIRITVS eis, ceu organis, vteretur; VT TIBIIS AD INFLANDVM VTI SOLET TIBICEN: Νομίζω καὶ ὑμᾶς, ΦΙΛΟΜΑΘΕΣΤΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΕΣΤΑΤΟΥΣ ὄντας, οὐκ ἀνοήτους γεγονέναι, οὔτε τῶν Μωσέως, οὔτε τῶν ΗΣΑΙΟΥ καὶ Ἱερεμίου, καὶ τῶν λοιπῶν Προφητῶν, οἳ κατ' ἔκστασιν τῶν ἐν αὐτοῖς λογισμῶν κινήσαντος αὐτοὺς τοῦ ΘΕΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, ἃ ἐνηργοῦντο, ἐξεφώνησαν· συγχρησαμένου τοῦ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, ΩΣΕΙ ΚΑΙ ΑΥΛΗΤΗΣ, ΑΥΛΟΝ ΕΜΠΝΕΥΣΑΙ. Itaque ab eo loco ex quo loqui Ecclesia cessauit, iam ordiamur explicare, quæso, eum qui quasi officinas instruxit Sapientiæ: & quæ fusè ab alijs disputantur

ac liberè, ea nunc articulatim distinctéque dicamus. Nec enim satisfiet huic loco qui nunc est in manibus, nisi in proprias sedes distinctis breuiterque conclusis sententiis, separatim singula transferamus. Sic enim profectò hunc Theologicum locum, DE VNITATE ECCLESIÆ, optima arte complebimus, si quod ab antiquis, antiquorumque diligentissimo Augustino, non tam prætermissum, quàm non tentatum est, suppleamus, aut saltem audeamus; vno videlicet vnius Isaïæ orationis filo Ecclesiam semper eamdem demonstrare, ac, quod operis nostri caput & gloria est, in MAIOREM » BRITANNIAM, Isaïa teste, deducere. Accipiamus (exclamat Augu- » stinus Libro DE VNITATE ECCLESIÆ) per os ISAIÆ SANCTI diui- » na responsa, & eius ora tanquam DEI ORACVLA sciscitemur. Si- » leant HVMANARVM CONTENTIONVM ANIMOSA ET PERNICIOSA » CERTAMINA; inclinemus aurem Verbo Dei. Dicat ISAIAS vbi Ec- » CLESIAM SANCTAM Deo reuelante præuiderit, VT IN VERBIS » FVTVRA DICENTIS, IAM NVNC PRÆSENTIA VIDEA- MVS.

CAP. XXX. Is. 55. v. 3.

PRIMVS esto DE ECCLESIA MILITANTE versiculus: » ET FERIAM VOBISCVM PACTVM SEMPITERNVM, MISERI- » CORDIAS DAVID FIDELES. Cuius quondam dicti explanator esse haud alius certè debuit, quàm PAVLVS; qui primis illis nascentis Ecclesiæ temporibus, Antiochiæ Pisidiæ, vt Acta testantur Apostolica, Synagogam ingressus, post lectionem Legis & Prophetarum, surgens, & manu silentium indicens, ait, post longam satis auream-que orationem illam primam (quam tum primùm habuit, cùm à Spiritu Sancto cum Barnaba segregatus esset) mox peroraturus: » Quod autem suscitauit eum à mortuis, ampliùs iam non reuersu- » rum in corruptionem, ita dixit; QVIA DABO VOBIS SANCTA DA- » VID FIDELIA. Grandia sanè verba, ac PAVLO digna, dum diuino Spiritu, & velut continuato raptu, Sacrorum Vatum effata incognita interpretaretur. Ab illo enim quo nos, Prophetæ loco, procurationis Apostolicæ munus exsequens Sapiens ille Christianorum PAVLVS, solemni ritu, volente Deo, ab Ecclesia delegatus ac missus, agendi capienda duxit primordia ab iis verbis quæ hunc potissimùm sensum habeant: Dabo vobis firmas illas Dauidis beneficentias; seu quæcumque illi verissimè visus sum aliquando polliceri. Itaque vt promissiones liberalissimi munificentissimique Domini intelligantur gratuitæ, MISERICORDIAS ipse Spiritus Sanctus vocat: qui cùm spirat in Gentium Doctore Paulo, SANCTA sic appellat, ne quid varium aut commutabile, ne quid multiplex vel discrepans, ne quid denique fragile aut humanum putes. Sanctitas enim est ipsa colendorum scientia: quâ semel imbuti satis præmonemur, quicquid homini à Deo auditum atque promissum est supra hominis sortem ac conditionem esse: siquidem veridicæ diuinæ voces, veridicas adiunctas habent sempiternæ bonitatis & veritatis causas, nec vlla hominum temporumve vicissitudine falli atque interuerti queunt. O constantiam æterni promissi & fidem miram!

Act. 13. v. 14. Is. 55. v. 3.

Sed ô potiùs diuinæ ſponſionis diuinique ſacramenti, quo ſe Deus Dauidi, hominum more, obligauerat, abdita retruſaque ac profunda myſteria! At qua nunc arte Pauli, qui vt grandis verbis, ita ſententijs creber, ſic aperta, ſic patentia ſunt; vt non aliò traducere argumentum, ad incorruptionem ſcilicet carnis Chriſti in ſepulcro, reſurrectionemque ſignificandam & comprobandam, quod illi eò loci præſtandum erat; ſed illuſtrare noſtram, DE SEMPITERNO CHRISTI ET ECCLESIÆ REGNO, ſententiam videatur. Alia igitur ex alijs aperit, dum diſputat ferme hunc in modum: Mihi Paulo probandum reſtat, Ieſum non ampliùs reuerſurum in corruptionem, id eſt, in ſepulcrum, corruptioni deſtinatum locum: id confirmo auctoritate ipſius Dei, apud Iſaïam dicentis; DABO « VOBIS SANCTA DAVID FIDELIÀ, ſiue, vt vulgò ex Pro- « pheta legitur, MISERICORDIAS DAVID FIDELES. Quidni poſſim? « Num promiſſus non eſt Dauidi æternùm manſurus Filius? Ex quo conſequitur, nec illum Filium, nec eius Regnum, quod eſt ECCLESIA, abſorberi morte potuiſſe, vel vnquam poſſe. Vides, Antoni, ex Propheticorum Apoſtolicorumque verborum coniunctione effici, perpetuum fore Regnum illud quod in Omnes Gentes, per Eccleſiam, Chriſtus ſortitus eſt. Vnde ſequitur: Ecce Teſtem « v. 4. populis dedi eum, Ducem ac Præceptorem GENTIBVS. Cuius qui- « dem rei promiſſa Dauidi facta, adeo certa ſunt, vt Deus ipſe, quaſi fidem ſuam liberaturus, à fide promiſſionis ac pacti iſtius, cæterorum fidem velut mutuetur & ſumat; ac ſi diceret: Sicut promiſſa Dauidi DE CHRISTO ET ECCLESIA, facta, certiſſima fuerunt; ſic quæ nunc vobis promitto, recipio, ſpondeo, à me ſunt paratiſſima, & certò quidem erunt. Sed videns, vt ait Vates, non videt Antonius, iſte vir optimus, (vereor ne ſe derideri putet, quòd iterum iam dico, optimus) ſimilis tamen videnti eſt, præferente lucem Paulo, propiúſque admouente; ac hæret,

> Vt primùm iuxta ſtetit, agnouitque per vmbram
> Obſcuram, qualem primo quis ſurgere menſe
> Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila Lunam.

O miſerum, ſiue illa tibi nota non ſunt, nihil enim boni noſtî: ſiue ſunt, qui apud tales viros tam impudenter loquare. SECVNDVS Iſaiæ ſelectorum verſiculus, qui quidem Chriſti maximè attingunt Eccleſiam, quem reddendum ſuſceperim, is eſt. atque hunc ſequenteſque reddam, ſi potero, breui: Ecce GENTEM quam « neſciebas, vocabis; & GENTES quæ te non cognouerunt, ad te « current, propter Dominum Deum tuum & Sanctum Iſraël, quia « glorificauit te. Quid igitur Eccleſia? Gens ex Gentibus facta, ac « quaſi conflata, ſiue (quod priore Libri huiuſce parte accuratè docuit Auguſtinus) COMMVNIO OMNIVM GENTIVM; cuius, vt ego quidem interpretor, vocatio, vnitas; congregatio, vniuerſitas; ſanctitudo, curſus; perpetuitas, ſucceſſio; maieſtas, antiquitas; duratio denique, gloria, æternitas, atque immortalitas Gentium. Vnde

CAP. XXXI.

Iſ. 55. v. 5.

meritò pro sua sapientia Augustinus, Libro DE VNITATE ECCLE-
» SIÆ scripsit: IPSE ENIM VNVS HOMO, QVOD EST CORPVS CHRI-
Gen.5. v.24. c.19.v.16. » STI EX MVLTIS CONSTANS, TANQVAM ENOCH DEO PLACENS » TRANSFERETVR, ET TANQVAM LOT DE SODOMIS, ET TAN- » QVAM NOE DE DILVVIO, LIBERABITVR. Hæc Allegorica Propheticaque Augustinus: qui quidem eodem Libro paulò ante certam hanc Fidelibus DE ECCLESIA sententiam ac Theologiam statue- » rat: FIDELISSIMVS DISPENSATOR EIVS, DOCTOR GENTIVM IN
Gal.1.v.6. » FIDE ET VERITATE, quia ipse in eo loquebatur, hæc dicit: Miror » quod sic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam » Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi aliqui sunt » conturbantes vos, ET VOLENTES CONVERTERE EVANGELIVM » CHRISTI. Sed licet si nos, aut Angelus de Cælo vobis Euangelizauerit » præterquàm quod Euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut præ- » diximus, & nunc iterum dico; Si quis vobis Euangelizauerit præter- » quam quod accepistis, anathema sit. EVANGELIZATA EST NO-
Luc. 24. v.44.&47. » BIS ECCLESIA PER TOTVM ORBEM TERRARVM FVTVRA. Hoc » in Lege & Prophetis, & Psalmis esse prænunciatum ipse Dominus » testificatus est, QVI EAM COEPTVRAM AB IERVSALEM ET, PER
Act.1.v.8. » OMNES GENTES PERMANATVRAM ESSE PRÆDIXIT, TESTES SIBI » FVTVROS IN IERVSALEM: ET IN TOTA IVDÆA ET SAMARIA, » VSQVE AD TOTAM TERRAM, CVM IAM IN CÆLVM ASCENDE- » DERET, PRÆNVNCIAVIT. Hæc verba facta secuta sunt. Quomo- » do cœptum sit ab Ierusalem, & deinde processum in Iudæam & » Samariam, & inde in totam terram, VBI ADHVC CRESCIT ECCLE- » SIA, DONEC VSQVE IN FINEM ETIAM RELIQVAS GENTES, VBI » ADHVC NON EST, OBTINEAT; Scripturis Sanctis testibus conse- » quenter ostenditur: Quisquis aliud Euangelizauerit, anathema sit. » ALIVD AVTEM EVANGELIZAT, QVI PERIISSE DICIT DE CÆTE- » RO MVNDO ECCLESIAM, ET IN PARTE DONATI (licet nunc idem dicere IACOBE REX, De Parte Lutheri, Caluini, VViclefi, & reli- » quorum qui se separant) in sola Africa remansisse dicit. ERGO » ANATHEMA SIT. Hæc Augustinus. At nunquid de solis ijs qui tum vitam viuebant mortalium, narrationem suam Propheta instituit, nihilque spectabis ad posteros, qui, ordine quo sati sumus, tum demum nasciturі erant? Quæ inter mortales immortalitas, nisi perpetua serie successioneque nascentium ac renascentium? qui, sicut quondam à Mose virgâ demonstratum est, vbi serpentis potiùs quàm currentis ac se attollentis naturæ mortalitatem exuerint, in fine sæculi, velut apprehensâ caudâ, æternitatem consequentur; & tandem, vti etiam sensus iste Augustino placuit, VIRGA REGNI » erunt. Idcirco (inquit septimo, siue vltimo suo libro, Lactantius, ad » Imperatorem Constantinum) Mundus factus est, vt nascamur: ideo » nascimur, vt agnoscamus factorem Mundi ac nostri Deum: ideo » agnoscimus, vt colamus: ideo colimus, vt immortalitatem pro la- » borum mercede capiamus; quoniam maximis laboribus cultus Dei

constat: ideo præmio immortalitatis afficimur, vt similes Angelis effecti, SVMMO PATRI AC DOMINO in perpetuum seruiamus, ET SIMVS ÆTERNVM DEO REGNVM. Hæc summa rerum est, hoc arcanum Dei, HOC MYSTERIVM MVNDI. Huc vsque LACTEA VBERTAS Lactantij, cuius dictum æternam vim habet: ea tamen insita communitati lege, si succedentium ordo

— primo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.

Quia difficile est (inquit Sanctus Cælestinus Papa, ad Nestorium, DE EPHESINÆ CATHEDRÆ SVCCESSIONE agens) continuari quæ bona sunt: nam sibi sæpe alternis vicibus aduersa succedunt: Ἐπειδὴ δυσχερές ἐστιν ἐκτείνεσθαι τὰ καλά· πολλάκις γὰρ ἑαυτοῖς ἀμείβεσθαι αἱ ἐναντιότητες διαδέχονται. Porro, tametsi nihil clarius quàm Ecclesiam per Totum Orbem diffundi, quomodo tamen initio creuerit, quos progressus fecerit, qua ratione in Omnium Gentium Communione posita ac sita sit, nihil ijs obscurius qui veterem Ecclesiæ Theologiam & Historiam ignorant. Quare cùm hoc opere non modò Credendi, sed & Intelligendi profiteamur artem, vtrumque, sed ab Omnium Gentium Doctore, fideli Ecclesiastico Historico Augustino, sumamus. Is ECCLESIASTICOS suos ANNALES Libro DE VNITATE ECCLESIÆ sic orditur: Iam verò istæ diuinæ voces DE VNIVERSA ECCLESIA, ita manifestæ sunt, vt contra eas NISI HÆRETICI ANIMOSA PERVERSITATE ET CÆCO FVRORE, latrare non possint. Sed prædictam demonstrauimus Ecclesiam in Verbo Dei, Sponso eius, siue per Legem & Prophetas, & Psalmos, siue per os proprium, ab Ierusalem cœptutam, & peruenturam vsque ad terminos Orbis Terræ. QVOMODO AVTEM COEPERIT AB IERVSALEM ET IN OMNES GENTES INDE DIFFVSA FRVCTIFICET, in eodem Verbo Dei etiam per Apostolos demonstratur, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, quod iam commemoraui dixisse Dominum: Eritis mihi testes in Ierusalem, & in Act.1.v.8.
tota Iudæa, & Samaria, & VSQVE IN TOTAM TERRAM. Deinde sequitur: Hæc cùm dixisset, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit v 9.
eum ab oculis eorum. Et cùm intuerentur in Cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt illis in veste candida qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Iste Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Tunc reuersi sunt in Ierusalem, à monte QVI VOCATVR ELÆON, qui est iuxta Ierosolymam, Sabbathi habens iter. Et cùm introïssent, ascenderunt in superiora, vbi erant inhabitantes Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Barrholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes ERANT ASSERVIENTES VNANIMES ORATIONI, cum Mulieribus, & Maria, quæ fuit mater Iesu, & Fratribus eius. In his autem diebus surgens Petrus in medio Discipulorum, dixit: Erat autem turba hominum circiter centum viginti. Deinde narratur, Petro faciente sermonem, quemadmodum Matthias in locum Iudæ, traditoris Domini,

» subrogatus sit. Et post eius ORDINATIONEM sequitur Scriptura, di-
Act.2.v.1. » cens: Et cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes simul in eo-
» dem loco, & factus est repentè de cælo sonus, velut DECVRRENTIS
» SPIRITVS VEHEMENTIS, & repleuit totam domum vbi erant seden-
» tes, & visæ sunt illis DISTRIBVTÆ Linguæ, velut ignis: CONSEDIT au-
» tem super vnumquemque eorum, & repleti sunt omnes Spiritu San-
» cto, & cœperunt loqui varijs linguis, proüt Spiritus dabat PRONVN-
» TIARE illis. Erant autem inhabitantes Ierusalem viri religiosi Iudæi
» ex omni gente quæ est sub cælo. Cumque facta esset hæc vox, conue-
» nit multitudo, ac mente confusa est, quia audiebat vnusquisque eo-
» rum suâ linguâ loquentes eos. Stupebant autem & mirabantur, ad
» inuicem dicentes. Nonne omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt?
» Et quomodo nos audiuimus vnusquisque propriam linguam in
» qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui inhabitant
» Mesopotamiam Iudæi, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phry-
» giam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ quæ sunt ad
» Cyrenem, & qui aduenerant Romani, Iudæi quoque, & aduenæ
» Cretenses, & Arabes, audiebant loquentes illos suis linguis Magna-
» lia Dei. Stupebant autem & HÆSITABANT, adinuicem dicentes:
» Quidnam vult hoc esse? Alij verò irridebant eos, dicentes, Quia
» musto pleni sunt isti. Stans verò Petrus cum Vndecim Discipulis,
» eleuauit vocem suam, & locutus est, dicens: Viri Iudæi, & vniuersi
» qui habitatis Ierusalem, hoc vobis notum sit; & cætera quibus eos
» exhortabatur ad fidem. Quæ cùm terminasset, sequitur Scriptura
Act.2.v.37. » ita narrans: His igitur auditis, compuncti sunt corde, dicentes ad
» Petrum & ad Apostolos: Quid faciemus, Viri Fratres? Ostendite
» nobis. Petrus autem dixit ad eos: Pœnitentiam agite, & baptize-
» tur vnusquisque vestrûm in nomine Iesu Christi in remissionem
» peccatorum, & accipietis gratiam Spiritus Sancti. Vobis est enim
» promissio, & filijs vestris, & omnibus qui longè sunt, QVOSCVM-
» QVE ADVOCAVERIT Dominus Deus noster. Et alijs quidem ver-
» bis plurimis testificabatur eis, dicens: Saluamini à generatione pra-
» ua hac. Illi verò, recepto verbo hoc, crediderunt, & baptizati sunt:
» ET ADIECTÆ SVNT IN ILLA DIE ANIMÆ CIRCITER TRIA MIL-
» LIA. ECCE QVEMADMODVM COEPTA EST AB IERVSALEM, IN-
» DE ITVRA ECCLESIA PER OMNES LINGVAS: QVOD ETIAM
» PRÆSIGNATVM EST IN EIS QVI IBIDEM CONSTITVTI ACCEPTO
» SPIRITV SANCTO, LINGVIS OMNIBVS SVNT LOCVTI. Iam PER
» ALIAS GENTES quemadmodum ierit, quod etiam ipse Petrus præ-
» dixerat, vbi ait: VOBIS EST PROMISSIO ET FILIIS VESTRIS, &
» omnibus qui longè sunt, QVOSCVMQVE ADVOCAVERIT Domi-
» nus Deus noster, deinceps videamus. Narrantur enim consequen-
» ter ea quæ tunc gesta sunt Ierosolymis, vsque ad passionem STE-
» PHANI DIACONI: vbi etiam Saulus commemoratur consentiens
Act.8.v.1. » occisioni eius. Qua completa, ita deinde narratur: Facta est autem
» in illa die Persecutio magna in Ecclesia quæ erat Ierosolymis,
omnesque

omnesque dispersi sunt in regionibus Iudçæ & Samariæ, exceptis Apo- «
stolis, qui remanserunt Ierosolymis. Videte quemadmodum deinceps «
impleatur quod PER ORDINEM Dominus dixerat: Eritis mihi TE- « Act.1.v.8.
STES in Ierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria, & VSQVE IN TOTAM «
TERRAM. Iam in Ierusalem factum erat, sequebatur in Iudæa & Sa- «
maria, PROPTER QVOD illi dispersi sunt in Regionibus Iudææ & «
Samariæ. Hoc enim de illis mox dicitur: At illi qui dispersi erant, « Act.8.v.4.
transeuntes per ciuitates & castella, EVANGELIZABANT Verbum Do- «
mini. Quia verò ierant & Apostoli, audito quòd recepisset Samaria « v 14.
verbum Dei, QVANDO PER IMPOSITIONEM MANVS EORVM ACCE- «
PERVNT SPIRITVM SANCTVM; ita dicitur de Petro & Ioanne: Petrus « v.25.
autem & Ioannes, testificati verbum Domini, redibant Ierosolymam, «
multisque viris Samaritanorū EVANGELIZABVNT transeuntes. Dein- «
de narratur de illo Eunucho, qui rediens ab Ierosolymis à Philippo « v.27.
baptizatus est: & de ipso Philippo dicitur: Angelus autem Domini ra- « v.39.
puit Philippum ab eo, & ampliùs non vidit eum Eunuchus. Ibat au- «
tem viâ suâ gaudens: Philippus autem inuentus est venisse in Azotum. «
Vnde reuertens EVANGELIZABAT per omnes ciuitates, vsque dum «
veniret in Cæsaream. Sic ergo inuenitur & per Iudææ & per Samariæ «
Ciuitates prædicatum Euangelium. RESTABAT ergo vt prædicaretur «
EX ORDINE ETIAM PER OMNES GENTES, sicut Dominus dixerat, «
VSQVE IN TOTAM TERRAM. Vocatur ergo Saulus de cælo: FIT EX « Act 9.v.5.
PERSECVTORE PRÆDICATOR: & dicit de illo Dominus ad Ananiam. «
Vade, quoniam vas electionis est mihi, vt portet nomen meum coram « v.15.
GENTIBVS & REGIBVS & Filijs Israël MAGNIFICARI. Ego enim mon- «
strabo ei quanta patietur propter nomen meum. IAM ITAQVE TENE- «
MVS ECCLESIAM IN IERVSALEM, ET PER TOTAM IVDÆAM ET «
SAMARIAM. Vnde apertissimè paulo post dicitur: Ecclesiæ quidem « v.31.
per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariam habebant Pacem, IN- «
STRVCTÆ ET CONFIRMATÆ IN TIMORE DOMINI, & CONSOLA- «
TIONE SPIRITVS SANCTI replebantur. Deinde, paucis interpositis, « Act.10.
venitur ad eum locum vbi Cornelius Centurio credidit, & baptizatus « v.vlt.
est cum suis, qui omnes Gentiles erant incircumcisi. Quod antequam «
fieret, Petrus VIDIT IN ASSVMPTIONE MENTIS, cùm oraret, Cæ- « v.11.
lum apertum, & quattuor initijs ligatum vas quoddam, tanquam «
linteum LIMPIDVM, in quo erat omne genus quadrupedum, & «
ferarum & volucrum cæli. Et facta est vox; Petre, surge, occide & «
manduca. Ait autem Petrus: Domine, nunquam manducaui omne «
commune & immundum. Et vox rursus ad eum: Quæ Deus MVNDA- «
VIT, tu communia ne dixeris. Quòd autem per hoc visum GENTES «
CREDITVRÆ significatæ sint, non est opus vt conijciamus, ipse quip- «
pe Apostolus hoc exponit in illa Voce (aliàs, illo Vase) sibi de- «
monstratum. Cùm enim ingressus esset domum vbi erat Cor- «
nelius, & multi conuenissent, dixit ad eos: Vos meliùs scitis, «
quomodo abominandum sit VIRO IVDÆO IVNGI AVT ACCE- «
DERE AD ALIENIGENAM: sed mihi ostendit Deus, nullum «

» communem, aut inquinatum dicere hominem. ITA EXPOSVIT
» illam vocem quam de animalibus in illo Linteo demonstratis au-
» dierat: Quæ Deus mundauit, tu ne communia dixeris. IAM
» CVI NON APPAREAT, ILLO VASE SIGNIFICATVM ORBEM TER-
» RARVM CVM OMNIBVS GENTIBVS? VNDE ETIAM QVATTVOR
» INITIIS ERAT ALLIGATVM, PROPTER NOTISSIMAS QVATTVOR
» PARTES, ORIENTEM, OCCIDENTEM, AVSTRVM ET AQVILO-
» NEM, QVAS SÆPISSIME SCRIPTVRA COMMENDAT. Iam ve-
» rò PAVLVS missus ad Gentes, quæ loca circumierit disseminans
» Verbum Dei, & NATAS CONFIRMANS ECCLESIAS, lon-
» gum est commemorare. Qui Iudæi cùm restitissent Antiochiæ,
Act. 13. » ipse & Barnabas dixerunt ad eos: Vobis oportebat primùm lo-
v. 46. » qui Verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iu-
» dicastis Vita Æterna, ECCE CONVERTIMVR AD GENTES. Sic enim
Is 49. v. 6. » præcepit nobis Dominus: Posui te lumen GENTIBVS, vt sis in sa-
Act. 13. » lutem VSQVE AD EXTREMVM TERRÆ. & sequitur, dicens: Audien-
v. 48. » tes autem Gentes perceperunt Verbum Dei, & crediderunt quot-
» quot erant destinati ad vitam æternam. ECCE ET HIC COMMEMO-
» RATVM EST TESTIMONIVM EX PROPHETA ISAIA, QVOD ET NOS
» POSVIMVS, VT SIT SALVS VSQVE AD EXTREMVM TERRÆ. Vt ergo
» non commemorem Gentes quæ post Apostolorum tempora credide-
» runt & accesserunt Ecclesiæ; illæ ipsæ solæ quas in Sanctis Litteris, in
» Actibus, & EPISTOLIS APOSTOLORVM, ET IN APOCALYPSI IOAN-
» NIS INVENIMVS, QVAS VTRIQVE AMPLECTIMVR, ET QVIBVS VTRI-
» QVE SVBDIMVR, dicant isti nobis QVEMADMODVM AFRICANA SE-
» DITIONE PERIERINT. Has enim accepimus, NON EX CONCILIIS
» CONTENDENTIVM EPISCOPORVM, NON EX DISPVTATIONIBVS NO-
» VITIIS, NON EX FORENSIBVS VEL MVNICIPALIBVS GESTIS; SED EX
Act. 11. » LITTERIS SANCTIS CANONICIS. ANTIOCHENA ECCLESIA, vbi pri-
v. 26. » mùm appellati sunt Discipuli, Christiani, quomodo potuit Afrorum
» perire criminibus? QVIS TAM VEHEMENS AFRICVS tam longè po-
» tuit ablatam spargere pestilentiam, vbi nec nomina eorum, per quos
» ortum est hoc malum, nota esse potuerunt, Athenis, Iconio, Lystris?
» QVIS DELEVIT ECCLESIAS APOSTOLICO LABORE FVNDATAS? In
» extremis Epistolæ ad Romanos dicit idem Apostolus, DOCTOR GEN-
Rom 15. » TIVM: Audaciùs autem scripsi vobis, ex parte, tanquam COMMEMO-
v. 15. » RANS vos, ptopter gratiam quæ data est mihi à Deo, vt Minister sim
» Christi Iesu, in Gentibus CONSECRANS Euangeliũ Dei, vt fiat Oblatio
» Gentium acceptabilis, sanctificata in Spiritu Sancto. Habeo ergo glo-
» riam in Christo Iesu, ad Deum. Non enim audeo quidquam eorum
» loqui QVORVM non perfecerit Christus per me in obedientiam Gen-
» tium verbo & opere, in potestate signorum & prodigiorum, IN VIR-
» TVTE SPIRITVS SANCTI: ITA VT EGO AB IERVSALEM, ET IN CIR-
» CVITV VSQVE IN ILLYRICVM, EXPLEVERIM EVANGELIVM CHRI-
» STI. Quærite, Donatistæ, si nescitis, quærite ab Ierusalem per terrena
» itinera in circuitu vsque in Illyricum, QVOT MANSIONES SINT, SI

TOT ECCLESIAS COMPVTEMVS? Dicite quemadmodum PER AFRI- «
CANAS CONTENTIONES perire potuerunt? Ad Corinthios, ad Ephe- «
ſios, ad Philippenſes, ad Theſſalonicenſes, ad Coloſſenſes, VOS SOLAS «
APOSTOLI EPISTOLAS IN LECTIONE, NOS AVTEM EPISTOLAS IN «
LECTIONE AC FIDE, ET IPSAS ECCLESIAS IN COMMVNIONE, RE- «
TINEMVS. Iam verò GALATIA NON VNA ECCLESIA EST, SED IN «
EA REGIONE INNVMERABILES. Corinthios autem videte quemad- «
modum ſalutauerit: Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per volunta- « 2 Cor. 1.
tem Dei, & Timotheus frater, Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum « v. 1.
ſanctis omnibus qui ſunt in vniuerſa Achaïa. Quot putatis eſſe «
Eccleſias in vniuerſa Achaïa? Fortaſſe VBI ACHAIA SIT NESCITIS, «
ET DE TAM INCOGNITA PROVINCIA, TANTA CÆCITATE, «
IVDICATIS, VT EAM CRIMINIBVS AFRORVM PERIISSE DICA- «
TIS. Nonne plena ſunt FLORENTISSIMIS ECCLESIIS omnia lo- «
ca quæ Petrus nominauit, Pontus, Galatia, Cappadocia, Aſia, « 1 Petr. 1.
Bithynia? Quid, Ioannes quibus ſcripſit, Smyrnæ, Pergami, Thya- « v. 1.
tiræ, Sardis, Philadelphiæ, Laodiciæ, quæ ſunt Eccleſiæ? Di- « Apoc. 1.
cat mihi ALIQVIS VESTRVM, VBI SINT, QVANTVM AB IN- « v. 11.
VICEM DISTENT? FORTASSE MODO ID QVÆRITIS VEL LE- «
GENDO VEL AVDIENDO, COGNOSCERE. Cognoſcite ergo «
etiam quàm longè ab Africa remotæ ſint, & dicite nobis, cur «
eas omnino vobis incognitas, & in Apoſtolicis Litteris manife- «
ſtatas tam SACRILEGA TEMERITATE ACCVSETIS, & tanta de- «
mentia criminibus Afrorum periiſſe dicatis? POSTREMO, QVID «
DE ILLIS IN SANCTIS CANONICIS LIBRIS SCRIPTVM «
SIT, SCIO; QVID DE ILLIS VOS DICATIS, NESCIO. «
Certè ſicut nos eas legimus Eccleſias Chriſti ex Codicibus quos «
& vos veneramini: SIC ET VOS ex Codicibus quos & nos ve- «
neramur, quemadmodum perierint, LEGITE NOBIS. AN PLA- «
CET VOBIS, VT CONTRA ECCLESIAS, QVÆ MEMBRA SVNT «
VNIVS ECCLESIÆ TOTO ORBE DIFFVSÆ, QVAS NOBIS SPI- «
RITVS SANCTVS PER SCRIPTVRAS SVAS COMMENDAVIT ET «
TRADIDIT, VNDELIBET PROLATA QVÆLIBET HOMINVM MA- «
LEDICTA CREDAMVS? HOC QVIDEM VOBIS PLACET, SED NO- «
BIS NON PLACET. QVIBVS AVTEM IVSTIVS PLACEAT, & vos vi- «
detis; ſed VICTI ANIMOSITATE, NON VVLTIS VINCI VERITATE. «
Ecce ſunt Scripturæ Dei. Ecce ſunt in eis ECCLESIÆ ET VNIVERSALI «
TOTIVS ORBIS NOMINE, ET NOMINATIM DESIGNATÆ ET EXPRES- «
SÆ: QVID MAIORES VESTRI COLLEGIS SVIS obiecerint, neſcierunt; «
quales ea cauſa iudices habuerit, neſcierunt: quomodo ergo perierunt? «
ECCE SVNT SCRIPTVRÆ, QVIBVS CREDO; ECCE SVNT ECCLE- «
SIÆ, QVIBVS COMMVNICO. VBI TIBI LEGO NOMINA EARVM, «
IBI MIHI LEGE CRIMINA EARVM. Si autem aliunde clamas, vel «
recitas, poſt vocem Paſtoris noſtri, per ora Prophetarum, per os pro «
prium, per ora Euangeliſtarum, nobis apertiſſimè declaratam; voces «
veſtras non admittimus, non credimus, non accipimus. Quæ ſunt «

Ioan. 10. v. 27. » oues meæ, inquit PASTOR CÆLESTIS, vocem meam audiunt, & se-
» quuntur me. VOX EIVS DE ECCLESIA NON EST OBSCVRA. Quisquis
» ab eius Grege errare non vult, HVNC AVDIAT, HVNC SEQVATVR.
Hæc prædicto loco Augustinus, cuius superior iungenda sententia
est, vbi DE MANIFESTATIONE ECCLESIÆ contra Obscuritatem
» quam Hæretici obtendunt, Catholicè hunc in modum disputat: Si
» autem Obscuram esse adhuc dicunt, & hinc ipsum CAPVT audiamus
» VERISSIMVM DEMONSTRATOREM CORPORIS SVI. Cùm enim di-
Luc. vlt. v. 44. » xisset, quia oportebat adimpleri omnia scripta in Lege & Prophetis &
» Psalmis, de me, tanquam quæreremus Vtrum in eo quod dixit DE
» ME, illic intelligenda esset ECCLESIA, propter id quod scriptum est;
Gen 2. v 24. » Erunt DVO IN CARNE VNA: vt non solùm DE CAPITE, verum-
» etiam DE CORPORE, certa diuina Oracula teneremus? Sequitur Euan-
Luc 24. v. 45. » gelista & dicit: Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas,
» & dixit illis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pa-
» ti, & resurgere à mortuis tertia die. Hîc ipsum CAPVT ostenditur,
» quod etiam se manibus discipulorum præbuit contrectandum. Vide
» QVEMADMODVM DE CORPORE adiungat, quod est Ecclesia, VT
» NOS, NEC IN SPONSO NEC IN SPONSA ERRARE PERMITTAT: Et
» prædicari, inquit, in nomine eius pœnitentiam & remissionem pec-
» catorum, PER OMNES GENTES, incipientibus ab Ierusalem. QVID
» HAC VOCE VERACIVS, QVID DIVINIVS, QVID MANIFESTIVS: ME
» PIGET EAM COMMENDARE VERBIS MEIS, & HÆRETICOS NON PV-
» DET EAM OPPVGNARE VERBIS SVIS. Dicant ea testimonia, quæ
» posui de Lege, & Prophetis & Psalmis, obscura esse ET FIGVRATE
» DICTA, etiam aliter posse intelligi, quanquam & in eis egerim quan-
» tum potui, vt nec hoc audeant dicere. Sed ecce dicant: nunquid &
» obscurè dictum, aut ænigmatis velamento adumbratum est, quod
v. 46. » ipse Christus dixit: Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum
» pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœniten-
» tiam, & remissionem peccatorum PER OMNES GENTES, incipien-
Ps. 56. v. 5. » tibus ab Ierusalem? SI OBSCVRVM EST; Dormiui conturbatus:
» nunquid obscurum est, Quia oportebat Christum pati? SI OBSCV-
Ps. 107 v. 6. » RVM EST; Exaltare super cælos, Deus: Nunquid obscurum est; Et
Ps 56. v vlt. » Resurgere tertia die? SI OBSCVRVM EST; Super omnem terram
Luc. 24. v. 47. » gloria tua: nunquid obscurum est; Et prædicari in nomine eius
» pœnitentiam, & remissionem peccatorum PER OMNES GENTES?
Ps. 49. v. 1. » SI OBSCVRVM EST; Deus Deorum Dominus locutus est, & vo-
» cauit terram A SOLIS ORTV VSQVE AD OCCASVM: nunquid ob-
» scurum est; Et Prædicari in nomine eius pœnitentiam, & re-
» missionem peccatorum PER OMNES GENTES? SIC ENIM TER-
» RA vocata est à Solis ortu vsque ad occasum, QVEMADMODVM
Matt. 9. v 13. » ipse ait: Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam.
Ps. 49 v. 2. » SI OBSCVRVM EST; Ex Sion species decoris eius: nunquid obscu-
Luc 24. v. 47. » rum est; Incipientibus ab Ierusalem? Ipsa est enim Sion, quæ Ieru-
» salem. Sed quid ad me? Dicant ea quæ posui de Lege, & Prophetis

& Psalmis, non pertinere ad hæc verba Domini quæ in Euangelio leguntur. Non curo, nec resisto. Certè tamen nisi in Lege, & Prophetis, & Psalmis hoc prædictum esset, siue in eis testimonijs, quæ ipse adhibui, siue in alijs, nequaquam dixisset Dominus: Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis, de me. (Luc. 24. v. 44.) Ac deinde aperto eorum sensu vt intelligerent Scripturas, doceret ea ipsa quæ de illo scripta sunt in Lege, & Prophetis, & Psalmis, eo modo vt diceret, QVONIAM SIC SCRIPTVM EST, ET SIC OPORTEBAT CHRISTVM PATI, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum PER OMNES GENTES, incipientibus ab Ierusalem. NON EGO POTVERIM IN LEGE, ET PROPHETIS ET PSALMIS HÆC SCRIPTA COGNOSCERE: IBI TAMEN HOC ESSE SCRIPTVM ILLE DICIT, QVI VERITAS EST. Sed etsi hæc ibi scripta esse non diceret, PROCVL DVBIO SVFFICERET CHRISTIANIS QVOD CHRISTVS IPSE DIXISSET; Oportere Prædicari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum PER OMNES GENTES, INCIPIENTIBVS AB IERVSALEM. Sed dubitantes discipulos suos quamuis conspecto & contrectato eius corpore, MAIORE DOCVMENTO SCRIPTVRARVM voluit confirmare, quàm quòd se ipse visibilem atque palpabilem mortalium sensibus admouebat. TENEAMVS ERGO ECCLESIAM EX ORE DOMINI DESIGNATAM, VNDE COEPTVRA, ET QVOVSQVE PERVENTVRA ESSET; COEPTVRA SCILICET AB IERVSALEM, ET PERVENTVRA IN OMNES GENTES. Hîc iam quisquis dixerit, Ierusalem NON ILLAM VISIBILEM CIVITATEM INTELLIGENDAM, sed figuratè positam, vt spiritaliter accipiatur tota ECCLESIA ÆTERNA in cælis, & ex parte in terris PEREGRINA, potest dicere etiam illud figuratè dictum: Quia oportebat Christum pati, & Resurgere tertia die. (Luc. 24. v. 46.) Quod quisquis dixerit, nec quoquomodo Christianus habendus est. Sicut ergo illud propriè positum est, ita & quod adiunctum est: OMNIVM GENTIVM ECCLESIA incipiente ab Ierusalem. Exposuit enim Dominus hæc de se dicta esse in Lege, & Prophetis, & Psalmis, & VTIQVE IPSA EXPOSITIO NON POTVIT ESSE FIGVRATA, ALIOQVIN NON ESSET EXPOSITIO. Deinde cùm Ierusalem figuratè posita & spiritaliter intellecta, Vniuersam Ecclesiam significet; QVOMODO VNIVERSA ECCLESIA INCIPIET AB VNIVERSA ECCLESIA, TANQVAM IERVSALEM INCIPIAT AB IERVSALEM? Manifestum est ergo PROPRIE POSITVM de illa ciuitate, VNDE ETIAM COEPISSE PROBATVR ECCLESIA, etiam atque etiam IPSO MANIFESTANTE, ET NVLLAM INSIDIARVM LATEBRAM CALLIDITATI HÆRETICÆ RELINQVENTE. Sic enim sequitur & dicit: Et vos horum testes: & ego mitto promissionem meam super vos. (v. 49.) Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. IN QVA VTIQVE CIVITATE SEDERE EOS IVSSIT, QVOADVSQVE INDVERENTVR VIRTVTE EX ALTO, ID EST, EX SPIRITV SANCTO, QVEM SE MISSVRVM ESSE PROMISERAT; AB EA COEPTVRAM PRÆDIXIT ECCLESIAM. Si autem non eam putant

v. 50. » esse Ierusalem, audiant quod sequitur; Produxit autem illos vsque » Bethaniam, & leuauit manus suas, & benedixit illos. Et factum est » cùm benedixisset illos, discessit ab eis: & ipsi reuersi sunt cum gaudio » magno in Ierusalem, ET FVERVNT SEMPER IN TEMPLO, laudan- » tes Deum. ECCE VBI OSTENDITVR ILLA CIVITAS, IN QVA » EOS SEDERE IVSSIT, DONEC INDVERENTVR VIRTVTE EX AL- » TO. Ac paulò post Augustinus: Quid ad hæc dicunt qui Christia- » nos se SVPERBISSIME dicunt, & Christo apertissimè contradicunt? » NOS HANC ECCLESIAM TENEMVS. CONTRA ISTAS DIVINAS » VOCES NVLLAS HVMANAS CRIMINATIONES ADMITTIMVS. MO- » VET ENIM NOS PLVRIMVM QVOD DOMINVS NOSTER AIT, cui » non credere, Sacrilegium & impium est. NOVISSIMIS VERBIS SVIS » QVÆ HABVIT IN TERRA, HÆC PRIMITIVÆ ECCLESIÆ DOCV- » MENTA SALVBRIA & NOVISSIMA DERELIQVIT. His enim di- » ctis, mox ascendit in Cælum; præmunire voluit aures nostras ad- » uersùs eos QVOS PROCEDENTIBVS TEMPORIBVS EXSVRRECTV-
Matt. 24. v. 23. » ROS ESSE PRÆDIXERAT, & dicturos, ECCE HIC CHRISTVS, EC- » CE ILLIC. QVIBVS NE CREDEREMVS, admonuit. NEC VLLA » NOBIS EXCVSATIO EST SI CREDIDERIMVS CONTRA VOCEM PA- » STORIS NOSTRI TAM CLARAM, TAM APERTAM, TAM MANIFE- » STAM, vt nemo vel obtusus ET TARDVS CORDE POSSET DICE-
Luc. 24. v. 46. » RE; NON INTELLEXI. Quis enim non intelligat; Sic oportebat » Christum pati, & Resurgere tertia die, & Prædicari in nomine eius » pœnitentiam, & remissionem peccatorum PER OMNES GENTES, » incipientibus ab Ierusalem? QVIS NON INTELLIGAT; ERITIS MI-
Act. 1. v. 8. » HI TESTES in Ierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria, & vsque in » TOTAM TERRAM? His dictis, eleuatus est, & nubes suscepit eum, » & viderunt eum euntem in cælum, QVID HOC EST, ROGO? CVM » VERBA NOVISSIMA HOMINIS MORIENTIS AVDIVNTVR ITVRI » AD INFEROS, NEMO EVM DICIT ESSE MENTITVM; ET IMPIVS » IVDICATVR HERES QVI FORTE ILLA CONTEMPSERIT. QVOMO- » DO ERGO EFFVGIEMVS IRAM DEI, SI VEL NON CREDENTES, » VEL CONTEMNENTES REPVLERIMVS VERBA NOVISSIMA? ET » VNICI FILII DEI ET DOMINI NOSTRI AC SALVATORIS, ET ITV- » RI IN CÆLVM, ET INDE PROFECTVRI, QVIS EA NEGLIGAT? » QVIS NON OBSERVET? ET INDE VENTVRI, VT OMNIBVS IVDI- » CET? Habeo MANIFESTISSIMAM VOCEM Pastoris mei commen- » dantis mihi, ET SINE VLLIS AMBAGIBVS EXPRIMENTIS ECCLE- » SIAM: mihi imputabo si ab eius grege, quod est ipsa ECCLESIA, per » verba hominum seduci atque aberrare voluero, cùm me præser-
Ioan 10. v. 27. » tim admonuerit, dicens; Quæ sunt oues meæ, vocem meam au- » diunt, & sequuntur me. ECCE VOX EIVS CLARA ET APERTA: » hac audita qui eum non sequitur, quomodo se ouem eius dicere » audebit? Nemo mihi dicat: O quid dixit Donatus, aut quid dixit » Parmenianus, aut Pontius, aut quilibet illorum. QVIA NEC CA- » THOLICIS EPISCOPIS CONSENTIENDVM EST, SICVBI FORTE FAL-

LVNTVR, VT CONTRA CANONICAS DEI SCRIPTVRAS ALIQVID «
SENTIANT. Sed qui custodito Vnitatis & Charitatis vinculo, in «
hoc incidunt, fiet in eis quod Apostolus ait, Et si quid aliter sapi- « Phil.3.
tis, hoc quoque Deus vobis reuelabit. Et libro tertio contra Cre- « v.15.
sconium Grammaticum: O VÆSANA PERVERSITAS HOMINVM, «
LAVDARI TE CREDIS, DE CHRISTO CREDENDO QVOD NON «
VIDES; ET DAMNARI TE NON CREDIS, DE ECCLESIA NEGAN- «
DO QVOD VIDES, CVM ILLVD CAPVT IN CÆLO SIT, HOC COR- «
PVS IN TERRA? AGNOSCIS CHRISTVM in eo quod scriptum est, «
Exaltare super cælos Deus: ET NON AGNOSCIS ECCLESIAM in eo « Ps.107.
quod sequitur; & SVPER OMNEM TERRAM Gloria tua. AGNO- « v.6.
SCIS CHRISTVM in eo quod scriptum est; Foderunt manus meas « Ps.21.v.17.
& pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi verò conside- «
rauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & «
super vestem meam, miserunt sortem: ET NON AGNOSCIS ECCLE- «
SIAM in eo quod paulo pòst sequitur; Commemorabuntur & con- « v.28.
uertentur ad Dominum, vniuersi fines terræ: Et adorabunt in con- «
spectu eius, vniuersæ patriæ Gentium: AGNOSCIS CHRISTVM, in «
eo quod scriptum est; Deus iudicium tuum REGI da, & iustitiam « Ps.71.v.2.
tuam filio REGIS: ET NON AGNOSCIS ECCLESIAM, in eo «
quod Psalmus ipse testatur; Dominabitur A MARI VSQVE AD « v.8.
MARE, & à Flumine vsque ad terminos Orbis Terræ: Coram illo «
decident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Thar- «
sis & INSVLÆ munera offerent, REGES Arabum & Saba dona ad- «
ducent: Et adorabunt eum omnes Reges terræ, OMNES GENTES «
seruient ei? AGNOSCIS CHRISTVM, vbi dicitur ad Iudæos; Non est « Mal.1.
mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens: Nec accipiam « v.10.
Sacrificia de manibus vestris, (qui vtique Christi aduentus abstulit «
illa omnia Sacrificia Iudæorum) ET NON AGNOSCIS ECCLESIAM, «
in eo quod sequitur; Quoniam ab ortu Solis, vsque ad occasum, « v.11.
glorificatum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus omni- «
potens? AGNOSCIS CHRISTVM, in eo quod dicit Propheta; Sicut « Is.53.v.7.
ouis ad immolandum ductus est: & cætera quæ ibi de illo, TAN- «
QVAM IN EVANGELIO, leguntur: ET NON AGNOSCIS ECCLE- «
SIAM, in eo quod paulo pòst dicit; Lætare sterilis, quæ non paris, « Is.54.v.1.
erumpe & clama, quæ non parturis: quoniam multi filij desertæ «
magis quàm eius quæ habet virum. Dixit Dominus: Dilata locum « v.2.
tabernaculi tui, & aulæas tuas confige, non est quod parcas, con- «
fige longiùs funiculos, palos validos confirma, etiam atque etiam «
in dexteram atque sinistram extendens. Semen enim tuum here- «
ditabit Gentes, & ciuitates quæ desertæ erant, inhabitabis. NON «
EST QVOD METVAS, PRÆVALEBIS ENIM, nec erubescas, quod de- «
testabilis fueris: Confusionem enim in perpetuum obliuisceris, «
ignominiæ & viduitatis tuæ non eris memor: Quoniam ego sum «
Dominus qui facio te, Dominus nomen ei, & qui eruit te, IPSE «
DEVS ISRAEL VNIVERSÆ TERRÆ VOCABITVR. IN HIS CERTE «

» LITTERIS SANCTIS ECCLESIAM DIDICIT CYPRIANVS, vt dice-
» ret sic: ECCLESIA DOMINI LVCE PERFVSA PER ORBEM TOTVM
» RADIOS SVOS PORREXIT, RAMOS SVOS PER VNIVERSAM TER-
» RAM COPIA VBERTATIS EXTENDIT. Huic, Cresconi, TANTÆ
» MANIFESTATIONI DIVINORVM ELOQVIORVM calumniaris, in-
» tuendo RESIDVA GENTIVM, quæ nondum occupauit ECCLESIA;
» quanta occupauerit, VNDE AD RESIDVA TENENDA QVOTIDIE
» DIFFVNDITVR, non attendis. Quomodo enim Prophetiarum ista-
» rum futuram perfectionem non negas, qui tantum prouectum, cui
» debetur ipsa perfectio, negare non dubitas, non dico aduersùs vo-
» ces diuinas, sed iam aduersùs tuas? Nam & de te, vi magna ipsius
» veritatis, expressum est vt diceres nesciens, vel non attendens quid
» dixeris; quòd in Christianum nomen totus quotidie vertitur mun-
» dus. CVR ERGO HVIC ECCLESIÆ QVÆ TOTO MVNDO CRE-
» SCENDO DILATATVR, NON COMMVNICAT PARS DONATI? videli-
» cet ne à Peccatoribus polluatur? Et vbi est, quòd non istam ve-
» stram quæ in Africa remanens Orbi Terrarum calumniatur, aut ex
» Africa in paucis latenribus peregrinatur; sed illam quæ ramos suos
» per vniuersam terram, copiâ vbertatis, extendit, noluit deseri Cy-
» prianus, etiamsi in eius communione NON TANTVM SINT, VERVM
» APPAREANT PECCATORES? dicens: Nam etsi videntur in Ecclesia
» esse Zizania, non tamen impediri debet vel fides, vel charitas no-
» stra: vt quoniam Zizania esse in Ecclesia CERNIMVS, ipsi DE EC-
CAP. XXXII. » CLESIA RECEDAMVS. SED ad TERTIVM versiculum Prophetieum veniamus: Et erit Dominus nominatus IN SIGNVM
Is. 55. v. 13. » ÆTERNVM, QVOD NON AVFERETVR. Quàm numerosè cadat & quadret ista verborum coniunctio, quis non videat, si modò vnum Spalatensem exceperis? De nomine quippe Domini sequitur paulo
c. 56. v. 5. » inferiùs: Dabo eis (Eunuchis scilicet, qui se castrauerunt propter re-
» gnum cælorum) in domo mea, & in muris meis locum, & nomen
» melius à filijs & filiabus: NOMEN SEMPITERNVM DABO EIS QVOD
» NON PERIBIT. vbique sonat auditurque diuini Christianorum nominis immortalitas, & Ecclesiæ sempiterna memoria ac æterna fidelitas. Atque vt perpetuum tantæ rei sit monumentum, quod nulla vnquam deleat obliuio, Signum, vt Trophæum, Crucis in Ecclesiæ erigitur Titulum (hinc, veteri Ecclesiastico verbo, TITV-
c. 11. v. 9. » LVS Ecclesia est) sicut idem prædixerat Isaïas: Repleta est Terra
» Scientiâ Domini, sicut aquæ maris operientes. In die illa radix
» Iesse, qui stat IN SIGNVM Populorum, ipsum GENTES depreca-
» buntur. Quod certè Signum perpetuo stabit: siquidem (vt ex alijs eiusdem Prophetæ verbis supra notatum est) SIGNVM ÆTERNVM dicetur, QVOD NON AVFERETVR. Quò respiciens Iulius Maternus Firmicus, libro De Mysterijs & erroribus Profanarum Religio-
Exod. 17. v. 11. » num, subtiliter dixit, capite vigesimo secundo: Vt Amalech vince-
» retur, extensis manibus Moyses hæc imitatus est cornua: VT FA-
» CILIVS IMPETRARET QVOD MAGNOPERE POSTVLABAT, CRV-

CEM SIBI FECIT EX VIRGA. Et certè Paulus, Romanos docens Vocationem Ecclesiæ atque Gentium, radicem omnium censuit esse hunc DE RADICE Iesse locum, primumque ex Isaïa, (cuius, post Dominum, vnicus ac singularis perpetuusque Interpres exstitit) in medium sic legitur protulisse: Et rursus ISAIAS ait: Erit RADIX IESSE; & qui exsurget REGERE GENTES, in eum GENTES sperabunt. Rom. 15. v. 12. Locum autem hunc Propheticum, & Apostolicam Interpretationem, Libro De Vnitate Ecclesiæ, sic declarat Augustinus, vno Isaïa, instar Prophetarum omnium, primisque his verbis Vnitatem Ecclesiæ ex Prophetis probans: Repleta est, inquit (nempe Isaïas) VNIVERSA Terra, vt cognoscat Dominum, vt aqua multa operiat mare. Is. 11. v. 9. Et erit in illa die RADIX IESSE, & qui exsurget PRINCIPIVM HABERE IN NATIONES, & in eum GENTES sperabunt. RADICEM Iesse Christum esse, ex semine Dauid secundùm carnem natum, nullus quoquo modo Christianus ignorat: & si contentiosus est, cum APOSTOLO contendat, qui hoc testimonio in Litteris suis vtitur. Hæc Augustinus, ab eo versiculo probationis suæ exordium sumens per vnum Prophetam Isaïam faciendæ: QVID IN PROPHETIS, inquit, QVAM MVLTA ET QVAM MANIFESTA SVNT TESTIMONIA ECCLESIÆ PER OMNES GENTES TOTO ORBE TERRARVM DIFFVSÆ; pauca commemorans, plura relinquens OTIO DILIGENTIÆ CVM DEI TIMORE LEGENTIBVS.

CAP. XXXIII.

QVARTO igitur loco sanctum illud Augustini OTIVM DILIGENTIÆ, nobis ab Augustino relictum, assequamur atque capessamus. Iam ergo illa interpretanda verba sint: Adducam eos in MONTEM SANCTVM MEVM, & lætificabo eos in DOMO ORATIONIS MEÆ: Holocausta eorum & Victimæ eorum placebunt mihi SVPER ALTARI MEO, quia DOMVS MEA, DOMVS ORATIONIS VOCABITVR CVNCTIS POPVLIS, ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Israël: adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Is. 56. v. 7. Mons Sanctus Ecclesia est, vel potiùs Ciuitas super Montem constituta. Vnde Augustinus, libro secundo contra Litteras Petiliani Donatistæ: Iam ros Hermon super Montes Sion, quomodolibet abs te accipiatur, non estis in montibus Sion; QVIA NON ESTIS IN CIVITATE SVPER MONTEM CONSTITVTA, QVÆ CERTVM SIGNVM HOC HABET, QVOD ABSCONDI NON POTEST. NOTA EST ERGO OMNIBVS GENTIBVS, PARS AVTEM DONATI IGNOTA EST PLVRIBVS GENTIBVS: NON EST ERGO IPSA. Hæc valde notanda Augustinus. Non Synagogæ, sed Ecclesiæ opus, omnes Gentes in Templum Dei admittere: ex quo consequitur, vt si non CORDE, at TEMPLO (quemadmodum supra, priore Libri parte, ex Augustino diligentissimè notauimus) cum OMNIBVS, hoc est, cum OMNIBVS GENTIBVS, necessariò communicandum sit. Ac per hoc (inquit, contra Cresconium Grammaticum libro tertio, Augustinus) qui pro incerto alieno malo PACEM CHRISTI respuit, certissimè malus est: quandoquidem Cyprianus, nec pro certa permixtorum ma-

» litia Zizaniorum PACEM deseruit FRVMENTORVM, qui scribens
» ad Maximum dixit: ETSI VIDENTVR IN ECCLESIA ESSE ZIZA-
» NIA, NON TAMEN IMPEDIRI DEBET FIDES AVT CHARITAS NO-
» STRA, VT, QVONIAM ZIZANIA ESSE IN ECCLESIA CERNIMVS,
» DE ECCLESIA RECEDAMVS. Non dixit, Suspicamur, Opinamur,
» Arbitramur, Conijcimus, Credimus: sed CERNIMVS, dixit. O
» verbum quo cuncta dubitatio tolleretur, vt CORPVS CHRISTI non
» diuideretur! Si sola Frumenta desideras, GEME IN LABORE AGRI,
» GAVDE IN SPE HORREI, tolera Malos IN COMMVNIONE SA-
» CRAMENTORVM CHRISTI, ne ante LITORIS TEMPVS retia di-
» rumpendo, FIAS QVOD TOLERARE NOLVISTI. Itaque quod illius, id est, Synagogæ, temporibus vix est tentatum; huius, nempe Ecclesiæ, ætate non adulta, sed fere nascente duntaxat, perfectum est. Etenim Gentiles, quos vocant, non nisi per Christum, sed post Christum in Templum ab Ecclesia intromissi, quæ homines Dei gratia diuinæ consortes naturæ, ac Dei quasi gentiles
» facit. Vnde libro quarto Lactantius: Illa quoque præcipua fuit
» causa cur Deus Crucem maluerit, quòd illa exaltari eum fuit ne-
» cesse, & OMNIBVS GENTIBVS Passionem Dei notescere. Nam
» quoniam is qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus,
» & cæteris altior: CRVX POTIVS ELECTA EST, QVOD SIGNIFI-
» CARET ILLVM TAM CONSPICVVM, TAMQVE SVBLIMEM FVTV-
» RVM, VT AD EVM COGNOSCENDVM PARITER ET COLENDVM,
» CVNCTÆ NATIONES EX OMNI ORBE CONCVRRERENT. Deni-
» que nulla gens tam inhumana est, nulla regio tam remota, cui aut
» Passio eius, aut Sublimitas Maiestatis ignota sit. EXTENDIT ERGO
» IN PASSIONE MANVS SVAS, ORBEMQVE DIMENSVS EST, VT
» IAM TVNC OSTENDERET, AB ORTV SOLIS VSQVE AD OCCA-
» SVM, MAGNVM POPVLVM, EX OMNIBVS LINGVIS ET TRIBVBVS
» CONGREGATVM, SVB ALAS SVAS ESSE VENTVRVM, SIGNVM-
» QVE ILLVD MAXIMVM ATQVE SVBLIME, FRONTIBVS SVIS SVS-
» CEPTVRVM. CVIVS REI FIGVRAM IVDÆI ETIAM NVNC EXHI-
» BENT, CVM LIMINA SVA DE CRVORE AGNI NOTANT. Ac
» paulo post: FRONS ENIM, SVMMVM LIMEN EST HOMINIS: ET
» LIGNVM SANGVINE DELIBVTVM, CRVCIS SIGNIFICATIO EST. Omnes videlicet amplectitur complectiturque, ac promiscuè & communiter admittit, atque pari honore prosequitur Ecclesia, cum quibus habet, vt loquitur Augustinus, libro secundo contra Cresconium Grammaticum, SOCIETATEM REGNI. Nec verò apud omnium communem illam Matrem, vt nec apud vnum omnium Parentem Christum, vlla vnquam erit personarum acce-
Col.3.v.11. » ptio: vbi non est Gentilis & Iudæus, Circumcisio & Præputium,
» Barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia, & in omnibus Chri-
» stus. Vnde Libro DE VNITATE ECCLESIÆ, Augustinus definit:
» Item quicunque credunt quidem quòd Christus Iesus, ita vt di-
» ctum est, in carne venerit, & in eadem carne in qua natus & pas-

ſus eſt, reſurrexerit, & ipſe ſit filius Dei, Deus apud Deum, & cum «
Patre vnum, & incommutabile verbum Patris, per quod facta ſunt «
omnia: SED TAMEN AB EIVS CORPORE QVOD EST ECCLESIA, «
ITA DISSENTIVNT, VT EORVM COMMVNIO NON SIT CVM TO- «
TO QVACVNQVE DIFFVNDITVR, SED IN ALIQVA PARTE SEPA- «
RATA INVENIATVR: MANIFESTVM EST EOS NON ESSE IN CA- «
THOLICA ECCLESIA. At quorſum iſta? quin potiùs recordemur, «
Chriſtum ipſum noſtram Prophetiam Quartam, De Templo, de
ſe, deque Eccleſia, non ſolùm verbis, ſed etiam factis, expoſuiſſe;
cùm turpiſſimam emendi & vendendi in Templo, ac quæſtuoſiſſi-
mam mercaturam atque nundinationem flagello vindicaret, ac
vendentes & ementes extemplò de Templo exterminaret. Quod
quidem Matthæi, Marci, ac Lucæ Sacram percurrentibus Hiſto-
riam adeo liquet, vt nihil familiariùs omnium in ore Chriſtiano-
rum verſetur, quàm verſiculus ille: DOMVS MEA, DOMVS ORA- « Matt.21. v.13.
TIONIS VOCABITVR; quod CVNCTIS POPVLIS diuinus Iſaïas præ- « Marc 11.
dixerat. Et certè huius tanti tamque illuſtris facti commemoratio v.17.
nonniſi ſummam iucunditatem recordantibus adferre, nec ſine læ- Luc. 19.
titia efferri poteſt. Viſus enim eo præclaro facinore Dominus ape- v. 46.
rire Templum Gentibus, exactis Iudæis; in Eccleſiam tamen Gen- Iſ.56. v.7.
tium, vbi eos incredulitatis ſuæ pœnituerit, cooptandis. Nec alia
equidem mente Propheta noſter ita exorſus eſt: Adducam eos in « ibid.
MONTEM SANCTVM meum, & LÆTIFICABO EOS in DOMO «
ORATIONIS meæ. Quod vt ita ſit, quid habet iſta res aut magis «
lætabile, aut magis glorioſum, quàm quòd inde, qui quondam alie-
niſſimi eramus, cùm caneretur, NOTVS IN IVDÆA DEVS; in Re- « Pſ.75.v.2.
gnum Cælorum cælo terràque admiſſos ac receptos nos conſpice-
mur? Quemadmodum enim Sol recedens, quaſi triſtitiâ quadam
contrahit terram, tum viciſſim accedens lætificat, vt cum cælo hi-
larata videatur: ſic iure nunc in Dominô glorïemur, cùm nulla ſit
natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deut.4 v.7.
Deus noſter adeſt nobis qui lætificat nos (arcanis verbis vt Prophe-
ticis noſtris vtar) in Domo Orationis ſuæ. eoque maximè quòd
Sancti etiam priores, Inſtrumenti videlicet Veteris Patres, Omnes « Hebr. 11.
Teſtimonio Fidei probati, non acceperunt repromiſſionem, (quæ « v.39.&40.
per Omnium Gentium Templum figuratur) Deo prò nobis melius «
aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur; nobiſque «
Templi, quod nonniſi noſtri Dauidis claue aperiendum erat,

Veſtibulum ante ipſum, primoque in limine,--

ad communem gloriam præſtolarentur. Præclarus quoque exor-
nator huius loci Apoſtolus, cùm ſic Chriſtianos aggreditur: Pro « Rom. 15.
pter quod ſuſcipite inuicem, ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos IN HO- « v.7.
NOREM DEI. Dico enim Chriſtum Ieſum Miniſtrum fuiſſe Cir- «
cumciſionis PROPTER VERITATEM DEI, AD CONFIRMANDAS «
PROMISSIONES PATRVM: Gentes autem SVPER MISERICORDIA «

Ps. 17. v. 50. » honorare Deum, ſicut ſcriptum eſt. Quo quid acrius apertiúſue,
2 Reg. 22. v. 50. atque ſignificantius dici poſſit, non intelligo. Inſtat enim Paulus,
Pſ. 116. v. 1. premit atque vrget nos AD PERFECTAM TEMPLI FIDEIQVE CON-
Iſa. 11. v. 10. CORDIAM, argumentis ab eo potiſſimùm loco ductis, quòd Chriſtus nos IN HONOREM DEI, ſiue IN TEMPLVM, ſicut olim, vbi ſupra ab Iſaïa, quem citat, promiſſum erat, receperit: atque, vt ad Apoſtolica verba propiùs accedam, IN GLORIAM DEI (Græcè enim ſcripſit Apoſtolus, Εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ) id eſt, Scripturæ more, IN COMMVNE TEMPLVM, aſſumpſerit. Vnde nos Sacramenti Confirmationis (quod eſt SACRAMENTVM PLENITVDINIS GRATIÆ) Rituales Libri TEMPLVM GLORIÆ vocant, cuius perfecta, vnctione Chriſmatis, Epiſcopali manu, Dedicatio Conſecratioque fit. Quare Auguſtinus, Libro DE VNITATE ECCLESIÆ, inter probationes à Pſalmis petitas pro INDICANDA ECCLESIA, hanc adfert
Pſ. 56. v. vlt. » ex quinquageſimo ſexto: cuius verſiculum, Exaltare ſuper Cælos » Deus, & ſuper Omnem Terram GLORIA tua; ſic illuſtrat: Ecce habes Chriſtum in Paſſione dormîſſe, & Reſurrectione ſuper Cælos » aſcendiſſe. Et vnde GLORIA eius ſuper Omnem Terram, NISI » QVIA ECCLESIA EIVS PER OMNEM TERRAM? In his duabus ſententijs breuiſſimis vos, Hæretici, totum quod inter nos agitur, interrogo. Exaltare, inquit, ſuper Cælos Deus, & ſuper Omnem » Terram GLORIA tua: CVR DOMINVM CHRISTVM EXALTATVM » SVPER CÆLOS PRÆDICATIS, ET EIVS GLORIÆ SVPER OMNEM » TERRAM NON COMMVNICATIS? Hæc doctè Auguſtinus. Hinc DE VOCATIONE ECCLESIÆ, ſiue OMNIVM GENTIVM, Paulus his dictis copioſè agit. Ad hæc, partes docet Mediatoris impleuiſſe Chriſtum, vt qui Dominus Templi Omniumque foret, eſſe tamen Circuncisionis ac Templi voluerit adminiſter: non ſolùm antecapta Circumciſione Legem probans, dein ſuſcepto Baptiſmo, AD
Hebr. 7. v. 19. PERFECTVM adducens; ſed quia potiſſimùm in Commune Omnium Templum nos omnes introduxit, veritatem complens promiſſi Patribus ac Prophetis quondam facti; ea tamen lege, vt ſi quandoque CORDE, nunquam tamen TEMPLO, Vnitatis ac Pacis Chriſti Symbolo atque Cuſtode, abſque Sacrilegio Schiſmatis violatæque Religionis, ſeparemur in Via. Vnde in fine libri quarti, Lactantius: Sola igitur CATHOLICA ECCLESIA eſt, quæ verum cultum » retinet. Hic eſt fons veritatis, hoc eſt domicilium fidei, HOC » TEMPLVM DEI: QVOD SI QVIS NON INTRAVERIT, VEL A QVO » SI QVIS EXIVERIT, A SPE VITÆ AC SALVTIS ÆTERNÆ ALIENVS » EST. Et Auguſtinus illud ſæpiùs repetendum, inculcat libro ſecundo contra Epiſtolam Parmeniani: Qui autem ſunt Templum Dei
Phil. 2. v. 15. » viui, & in medio nationis TORTVOSÆ apparent ſicut luminaria in » mundo, Verbum Vitæ habentes, nihil eos quod PRO VNITATE tolerant, inficit, nec anguſtiantur, quia IN ILLIS HABITAT ET DEAMBVLAT DEVS. Et exeunt de medio malorum, atque ſeparantur

interim

interim CORDE, ne fortè cùm id facere PER SEDITIONEM SCHISMATIS volunt, PRIVS A BONIS SPIRITALITER, QVAM A MALIS CORPORALITER SEPARENTVR. Quæ cuncta plenè perfecteque ex eodem Augustino nostro, (ferè dixi ex altero, si fas esset, Paulo; at Interprete quidem Pauli Fidelissimo atque Sapientissimo) ostensa sunt, cùm De SCHISMATE, vel certè potiùs DE PACE ATQVE CONCORDIA, superiùs ageremus. Et profectò ita se res habet, vt cùm non Moyses, sed Iosüe, cui consultò nomen in Iesum diuinitus mutatum accepimus, in terram Populum Dei introduceret promissam, præsignificatum sit, nos ab vno Iesu Christo Seruatore nostro in communem locum ac patriam, vnde egredi ne dum regredi vlquam liceat, intromittendos; id est, nunc in Vniuersalis Ecclesiæ temporale Templum, exin verò in æternam Cæli Ædem introducendos esse, in promissa Patribus sempiterna Felicitate locandos. HIC TEMPLI MAXIMI IANVA EST (inquit libro quarto Lactantius) HIC LVCIS VIA, HIC DVX SALVTIS, HIC OSTIVM VITÆ.

Cedit item retro, de terra quod fuit ante,
In terram: sed quod missum est ex ætheris oris,
Id rursus Cæli FVLGENTIA TEMPLA receptant.

Quæ cùm ita sint, acerriméque nihilominus & Schismatici & Hæretici repugnent, illum quæso Augustini Epilogum recordemur Libri illius singularis atque insignis, DE VNITATE ECCLESIÆ: Mementote enim quid illi Diuiti dictum sit, cùm apud Inferos torqueretur, & ad fratres suos aliquem ex mortuis mitti vellet: Habent illic, inquit, Moysem & Prophetas. Et cùm ille diceret, non eos credituros, nisi ad eos isset aliquis mortuorum: Si Moysem, inquit, & Prophetas non audiunt, nec si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Dixit Moyses, quòd In semine Abrahæ benedicentur OMNES GENTES. Dixerunt Prophetæ: Tu vocaberis VOLVNTAS MEA, & Terra tua ORBIS TERRARVM: & ; Com memorabuntur, & conuertentur ad Dominum VNIVERSI FINES TERRÆ. His & talibus TAM MANIFESTIS PRÆNVNTIATIONIBVS ECCLESIAM DEMONSTRANTIBVS, isti credere noluerunt. SVRREXIT DOMINVS A MORTVIS, DIXIT IN NOMINE SVO PRÆDICARI POENITENTIAM ET REMISSIONEM PECCATORVM PER OMNES GENTES, INCIPIENTIBVS AB IERVSALEM. ILLI QVI MOYSI ET PROPHETIS NON CREDIDERVNT, NEC DOMINO RESVRGENTI A MORTVIS CREDIDERVNT. QVID RESTAT, NISI VT DIVITIS ILLIVS TORMENTA SORTIANTVR? CONCORS admodum dictis Prophetia quæ sequitur, QVINTA: Qui autem fiduciam habet mei, hereditabit terram, & possidebit MONTEM SANCTVM MEVM: & dicam; VIAM facite, præbete ITER, declinate de SEMITA, auferte offendicula de via Populi mei. quia hæc dicit Excelsus & Sublimis, HABITANS ÆTERNITATEM: & Sanctum nomen eius IN EXCELSO ET IN SANCTO HABITANS, &

[Margin: Luc. 16. v. 29. — Gen. 22. v. 18. — If. 62. v. 4. — Pf. 21. v. 28. — Luc. 24. v. 47. — CAP. XL. — If. 57. v. 13.]

Q

» cum contrito & humili ſpiritu; vt viuificet ſpiritum humilium,
» & viuificet cor contritorum. NON ENIM IN SEMPITER-
» NVM LITIGABO, NEQVE VSQVE AD FINEM IRASCAR. Quàm multa vident Pictores in vmbris & in eminentia, quæ nos non videmus? Quàm multa, quæ nos fugiunt in cantu, exaudiunt in eo genere exercitati? qui primo inflatu tibicinis, Antiopam eſſe aiunt, aut Andromacham, cùm id nos ne ſuſpicemur quidem. Horum ſimillima DE ECCLESIA vix ſyllabatim dicebamus, cùm venit, flumen orationis aureum fundens, Vates, qui priſco VIDENTIVM ritu, eum in reditu populi à captiuitate, vel pingendo, vel pangendo ac canendo, & audiuit & vidit, quem cæteri nondum audiebant aut videbant. & ſignari ait quidquid Succeſſio atque Hereditas, quidquid Sancti Montis Poſſeſſio, quidquid in cælum Populi Dei, pro varijs hominum vitæ inſtitutis, Via, Iter, Semita, quidquid denique Æternitatis Habitatio portendebat. Chriſtum videre mihi videor diuino ſpiritu conflantem Eccleſiam, eique Simplicitatis dantem partes, ſibi ſumentem Prudentiæ, vt anteactis ſæculis & regnante Synagoga ſolitas mortalium lites dirimat: & ne quod ei ipſi cum Eccleſia expoſtulandi tempus ſit, ac æterno conſilio, & ſempiterno fœdere, finem iræ, vt controuerſiæ, faciat; ſe auctorem, ſe ducem, ſe pacificatorem Eccleſiæ ſuæ appellat, atque in æternas
» cauſas futurorum euentus refert: NON ENIM IN SEMPITER-
» NVM LITIGABO, inquit, NEQVE VSQVE AD FINEM
» IRASCAR. Quapropter Imperatorium Conſtantini Reſcriptum, ad Eccleſias, hæc inter plurima grauiter præclaréque ſcripta con-
» tinet: Vnum enim LIBERTATIS NOSTRÆ DIEM FESTVM, hoc
» eſt, SANCTISSIMÆ PASSIONIS, Saluator noſter nobis tradidit,
» VNAMQVE SVAM ECCLESIAM CATHOLICAM ESSE VOLVIT; CV-
» IVS QVIDEM MEMBRA, TAMETSI IN MVLTA ET VARIA LOCA
» DISPERSA SINT, TAMEN VNO SPIRITV, HOC EST, DIVINA VO-
» LVNTATE ET NVTV FOVENTVR ATQVE COALESCVNT: Μίαν γὰρ ἑορτὴν, τὴν ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ ΗΜΕΡΑΝ, τουτέστι, ΤΗΝ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΘΟΥΣ, ὁ ἡμέτερος παρέδωκε Σωτήρ· καὶ ΜΙΑΝ ΕΙΝΑΙ ΤΗΝ ΚΑΘΟΛΙΚΗΝ ΑΥΤΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΒΕΒΟΥΛΗΤΑΙ. ΗΣ ΕΙ ΚΑΙ ΤΑ ΜΑΛΙΣΤΑ ΕΙΣ ΠΟΛΛΟΥΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΟΥΣ ΤΟΠΟΥΣ ΤΑ ΜΕΡΗ ΔΙΗΡΗΤΑΙ, ΑΛΛ' ΟΜΩΣ ΕΝΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙ, ΤΟΥΤΕΣΤΙ, ΤΩ ΘΕΙΩ ΒΟΥΛΗΜΑΤΙ, ΘΑΛΠΕΤΑΙ.

CAP. XXXV. SEXTO loco, Eccleſia Iſaïæ, Regio Vati, nunc eſt MERIDIES, quo ſi iudicatum erit non liquere, Eccleſiam deficere extinguique poſſe, decretum quoque ſit. nunc PONTIS GELIDA PERENNITAS, quæ temperet ac continenter profluat; nunc SEDES ET FVNDAMENTVM ÆTERNÆ GENTIS, penes quam ſumma rerum, ac ſæculorum cenſeatur principatus; nunc ALTITVDO TERRÆ, cuius eminentia ſaluti atque præſidio eſſe ſolet; nunc deinceps CIBVS HEREDITATIS IACOB: quam, credo, hereditatem, vt cibum, capeſſunt quibus Eccleſia cibos fert, &, vt mater, cibos ſuppeditat illius myſtici Iacob, cuius corpus ſimul Cibus eſt atque Hereditas.

Sententiarum capita sunto: Et tenebræ tuæ erunt sicut MERIDIES: « Is.58.v.10.
Et eris quasi hortus irriguus, & sicut Fons aquatum, CVIVS « v.11.
NON DEFICIENT AQVÆ: Et ædificabuntur in te deserta «
sæculorum, FVNDAMENTA GENERATIONIS ET GENE- «
RATIONIS suscitabis: Tunc delectaberis super Domino, & sus- « v.14.
tollam te super ALTITVDINES TERRÆ: ET CIBABO TE «
HEREDITATE IACOB PATRIS TVI. Os enim Domini lo- «
cutum est. Quid quæso locutum? ET TENEBRÆ TVÆ ERVNT «
SICVT MERIDIES. tantum abest vt Ecclesia sit vnquam defectura,
quandoquidem vel Tyrannorum vel Malorum Pastorum ingruen-
tibus atque vrgentibus tenebris, Ecclesia in fide, quod meridies in
luce, hominibus præfulgebit. Quò sanè respexit Christus Domi-
nus, cùm diceret: COELVM ET TERRA TRANSIBVNT, VERBA AV- « Matt. 24.
TEM MEA NON PRÆTERIBVNT. Etenim vt nihil de futura in fine « v. 35. Marc. 15.
sæculi, IMMVTATIONE (vt loquitur Paulus) dicam: maxima Eclipsi, v. 31.
qualis illa exstitit patiente Christo, ruere orbis, cælum terraque 1. Cor. 15.
transire ac misceri, sol extingui videtur. Quid denique? ET ERIS v. 51.
QVASI HORTVS IRRIGVVS. Scilicet, vt libro secundo contra Lit-
teras Petiliani Donatistæ, Augustinus: Quod tunc PARADISVS, «
hoc nunc ECCLESIA. Ac paulo post: Sicut autem per verba Dei «
nouimus VBI SIT PLANTATVS PARADISVS, sic per verba Christi «
VBI SIT ECCLESIA, didicimus. PER OMNES, inquit, GENTES « Luc. 24.
incipiens ab Ierusalem. AB ISTO VNIVERSO AD PARTEM QVAM- « v. 47.
LIBET QVISQVIS SEPARAT HOMINEM, ILLE DIABOLI FILIVS ET «
HOMICIDA CONVINCITVR. Deficiat igitur non modò mortalium «
oculos lux, sed Hereditatem Domini, cibus hereditatis Domini,
antea necesse est, quàm Ecclesia vllo vnquam tempore defectura
sit, aut ratione defici cogitari queat. Cibare verò Hereditate,
pressum ac premens orationis genus quis ponderet, cæteroqui pa-
rum æqua mente, qui mortalium Ecclesiam ab immortali Deo
immortalitate atque æternitate alendam ac fouendam non fatea-
tur? non credat? Cumque nouum atque diuinum, eoque mi-
rabilius sit illud dicendi genus ad Ecclesiæ vetustatem perennita-
temque commendandam, imo inculcandam; vnum illud obser-
uandum restat, quòd vt cibi administratione atque adiectione non
modò veteres resarciuntur vires, sed & nouæ in dies, bene consti-
tuto animanti, accrescunt: ita profectò tantum abest vt Ecclesia
vnquam fracta ac debilitata sit; quin etiam eundo, quod de Fa-
ma dicitur, vires acquirit; tantóque succrescunt altiùs, quantò fir-
miùs atque securiùs hereditate, quasi pastu ac cibo, fructu-ve li-
gni vitæ vsa, perpetuitate, velut hereditario iure, librata nititur; &
magis ac magis in Deum atque Æternitatem adsurgit. Quare
cum Arca Noë, nouo quodam modo ac ritu, Ecclesiam Christi
confert, libro quarto, qui De Diluuio Mundi est, his versibus San-
ctus Auitus Alcimus, Archiepiscopus Viennensis, vir nobilissimus,
sanctissimus & doctissimus, ac HORMISDÆ PAPÆ, vt ex Pontifi-

cia ad ipsum Epistola constat, IN GALLIIS VICARIVS:

Hæc inter miseri feruentia funera mundi
Prægrauis insanis pulsatur motibus Arca,
Compagesque tremunt, stridens iunctura laborat;
Nec tamen obstructam penetrat vis improba, quamquam
Verberet, & solidam fluctu feriente fatiget.
Non aliter crebras ECCLESIA VERA procellas
Sustinet, & sæuis nunc diuexatur ab vndis:
Hinc Gentilis agit duros sine more furores;
Hinc Iudæa fremit, rabidoque hanc impetit ore:
HÆRESEΩN vesana furens exinde CHARYBDIS
Concutit, & Graiûm sapientia stulta Sophorum.
QVÆ QVANQVAM INTER SE VARIO CERTAMINE PVGNANT,
Debellanda tamen si quando Ecclesia, gaudent
Consensu vnanimi CHRISTI consurgere contra
NAVICVLAM, & vanis mendacia fingere verbis,
SED CLAVSAM VACVO PVLSANT IMPVNE LATRATV.

Ecclesia (inquit Augustinus libro quarto de Baptismo, contra Donatistas) Paradiso comparata, indicat nobis, posse quidem eius BAPTISMVM Homines etiam foris accipere, sed SALVTEM BEATITVDINIS extra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam & flumina de fonte Paradisi, sicut Scriptura testatur, etiam foras largiter manauerunt. Nominatim quippe commemorantur, & per quas terras fluant, & quia extra Paradisum constituta sunt, omnibus notum est: Nec tamen in Mesopotamia vel in Ægypto, quò illa flumina peruenerunt, est FELICITAS VITÆ quæ in Paradiso commemoratur. ITA FIT, VT CVM PARADISI AQVA SIT EXTRA PARADISVM, BEATITVDO TAMEN NON SIT, NISI INTRA PARADISVM. SIC ERGO BAPTISMVS ECCLESIÆ POTEST ESSE EXTRA ECCLESIAM; MVNVS AVTEM BEATÆ VITÆ NON NISI INTRA ECCLESIAM REPERITVR: quæ super Petram etiam fundata est, quæ ligandi & soluendi claues accepit. HÆC EST VNA QVÆ TENET ET POSSIDET OMNEM SVI SPONSI ET DOMINI POTESTATEM; per quam CONIVGALEM POTESTATEM etiam de ancillis Filios parere potest: qui si non superbiant, IN SORTEM HEREDITATIS vocabuntur; si autem superbiant, extra remanebunt.

CAP. XXXVI. QVA voce, tanquam è Somno Prophetico excitatus, quasi concurratur ad arma, dux ille noster Isaïas in clypeum insurgit, & Oraculum fundere SEPTIMVM cælestis adigit furor. Et timebunt, infit, qui ab Occidente, nomen Domini; & qui ab ortu Solis, gloriam eius: cùm venerit quasi fluuius violentus, quem Spiritus Domini cogit: & venerit Sion Redemptor: & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus: HOC FOEDVS MEVM CVM EIS, DICIT DOMINVS: SPIRITVS MEVS QVI EST IN TE, ET VERBA MEA QVÆ POSVI IN ORE TVO, NON RECEDENT DE ORE TVO, ET DE ORE SEMINIS TVI, ET DE ORE SEMINIS SEMINIS TVI, DI-

Is. 59. v. 19.

cit Dominvs, a modo et vsqve in sempiternvm. Theophra- «
stus ille, qui à diuinitate loquendi, nomen inuenit, moriens accusasse Naturam dicitur, quòd Ceruis & Cornicibus vitam diuturnam, quorum nihil interesset; hominibus, quorum interesset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, vt, omnibus perfectis artibus, omni doctrina, hominum vita erudiretur. Querebatur igitur, se tum cùm illa videre cœpisset, extingui. Nobis certè Christianis, quibus demonstranda Svccessio, tolerabiliùs vitæ breuitas accusanda esset, quæ lucem mortalibus eripit, cùm primùm, siue euersa Hæresi, siue profligato Schismate, perpetuam Ecclesiæ, semper suæ parti superstitis, de seque continuò renascentis, permansionem ac lucem non contemplandi sed vix aspiciendi potestas fuit. Verùm, vt Turpione Ambiuio, etsi magis delectatur qui in prima cauea spectat; delectatur tamen etiam, qui in vltima: sic prima ætas prope intuens origines rerum, magis lætabatur ipso primo proximoque adspectu; sed delectatur etiam nostra, procul eas spectans, tantùm quantùm sat est. Si quis nihilominus diutissimè senex, Henochi, Heliæ, vel saltem illius, vt creditur, immortalitatis candidati, Ioannis, æqualis ac coæuus esset, qui sensibus integris, hominum ex hominibus, velut ex illa Troiana machina prodeuntium ortus, tanquam ex specula, cerneret; huic profectò æternus ille nascentium sibique succedentium ordo mirabiles Ecclesiæ amores excitaret: siquidem non solùm Partem, sed & Totum Vniuersumque Ecclesiæ, quod nunc nos duntaxat animo, id oculis ipse vidisset. Quocirca vaferrimus ille Moabitarum Rex, vt conducti ac illaqueati mercede Balaami exsecrationibus publicis locum daret; Veni mecvm, « Num.23.
inquit, in altervm locvm, vnde partem Israel videas, « v.13.
et totvm videre non possis. Inde maledicito ei. Quo «
loco latenter dictum agnoscimus, eum cui considerate penitusque videnti tota atque vniuersa Ecclesia perspectissima sit, tantundem Toti quæsiturum laudis, quantum inuidiæ ac criminis Parti temerè parauisset. Non enim à perfecto Totum, sed Pars quàm longissimè semper abest. hæc enim illius perfectione absoluitur: illud verò omnium Partium numeris atque absolutione constat. Atque adeo cùm singula suam, quasi precariam, pulcritudinem in Totius coagmentationem conferant; non è qualibet Parte Totum, sed ex Toto quæque Pars censenda est. Ætas porrò succedit ætati; Ecclesiæque partes, vt fert natura fluentium, aliæ alias apprehendentes, continuantur: quas si sequeremur, eandem atque constantem crederemus in Toto, quam ex Parte mutatam, cùm nunquam mutata sit, plerumque etiam fingimus aut ludimus.

Prouidit ille Maximus mundi Parens,
Cùm tam rapaces cerneret fati minas,
Vt damna semper sobole repararet nouâ.

Illudimur, Antoni, si circumferimur istis vel furiosorum vel pue-

rorum nugis; & relicto fonte, riuulos hinc inde consectemur. Sionis ille Propheticus Liberator noster, Orbe per te caret eo, à cuius ceruicibus iugum seruile deiecerat. At, quæso, diligentiùs attendamus. dicendus idem à nobis ex obseruatione perbeati Hieronymi, ἀγχιστεὺς; qui, vt assequendo Prophetarum sensu vir ille longè omnibus ingenio & doctrina præstans, scriptum reliquit, PROPINQVVM, non secus ac Vulgatæ Editionis Græcæ, ῥυόμενος, REDEMPTOREM, sonat. Quemadmodum enim arctior est colligatio & societas propinquorum, ac subesse propinquis locis celeriter possumus: sic vbi Christus Ecclesiæ suæ SPONSVS SANGVINVM factus est, coniunctior exstitit hominum cum Deo propinquitas, vt Ecclesiæ suæ nullo tempore ac loco deesse vnquam existimandus sit. Sed Prophetiam hanc Septimam Apostolica Interpretatione, ceu præclarâ quâdam clausulâ, concludamus. Doctor Gentium, cùm se Romanis intelligendi magistrum præbet, ita hunc locum, ad Septuaginta Interpretum mentem ac Propheticum sensum extulit, vt sententiæ suæ DE DVRATIONE ECCLESIÆ VSQVE AD IVDÆORVM OMNIVM, IN FINE SÆCVLI, CONVERSIONEM, (siue PER ACCESSVM, ATQVE ADOPTIONEM AD ECCLESIAM GENTIVM, AD DEVM REVERSIONEM) ET VLTRA; aptè congrueret: Nolo enim vos ignorare, Fratres, MYSTERIVM hoc (vt non sitis vobis ipsis sapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec PLENITVDO GENTIVM intraret, & sic omnis Israël saluus fieret, sicut scriptum est: VENIET EX SION QVI ERIPIAT, ET AVERTAT IMPIETATEM A IACOB: ET HOC ILLIS A ME TESTAMENTVM, CVM ABSTVLERO PECCATA EORVM.

[Margin: Exod.4.v.25. — Rom.11. v.25. — Is.59.v.20.]

CAP. XXXVII.

OCTAVO, Postquam (ex proximè allatis) Fœderis Domini cum Ecclesia certissimus sponsor, Totum, non Partem inhabitantis Spiritus Sancti fidelissimus testis, & verborum irreuocabilium, nec vnquam de ore Ecclesiæ recedentium, ad sempiternam rei memoriam, acerrimus vindex Isaïas exstitit; vt quasi honori velificetur suo, rem post annos circiter sexcentos futuram confestim repræsenrat, his sequentibus verbis: Surge, & illuminare Ierusalem: quia venit LVMEN TVVM, & GLORIA DOMINI super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus & GLORIA EIVS in te videbitur. ET AMBVLABVNT GENTES IN LVMINE TVO, ET REGES IN SPLENDORE ORTVS TVI. Et quis vltra REGIBVS imponat, & defecisse Ecclesiam dicat? ISTI ergo (inquit, de Schismaticis agens, Augustinus, libro DE VNITATE ECCLESIÆ) VEL IMPERITE, VEL FALLACITER AGENTES, COLLIGVNT DE SCRIPTVRIS TALIA, QVÆ VEL IN MALOS BONIS VSQVE IN FINEM PERMIXTOS, VEL DE VASTATIONE PRIORIS POPVLI IVDÆORVM, DICTA REPERIVNTVR: ET VOLVNT EA DETORQVERE IN ECCLESIAM DEI, VT TANQVAM DEFECISSE AC PERIISSE DE TOTO ORBE VI-

[Margin: Is.60.v.1.]

DEATVR. Nono quid ſequitur? Leua, inquit, in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti CONGREGATI ſunt, venerunt tibi: Filij tui DE LONGE venient, & Filiæ tuæ DE LATERE ſurgent. Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, QVANDO CONVERSA FVERIT AD TE MVLTITVDO MARIS, Fortitudo Gentium venerit tibi: Inundatio Camelorum operiet te, Dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient, Aurum & Tus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi: arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi: OFFERENTVR SVPER PLACABILI ALTARI MEO, ET DOMVM MAIESTATIS MEÆ GLORIFICABO. Oculi, tanquam ſpeculatores, altiſſimum locum obtinent, ex quo plurima circunſpicientes funguntur ſuo munere; ac duo lumina ab animo ad oculos perforata ſunt, vt oculorum tum intenſione, tum remiſſione, tum coniectu, tum hilaritate, motus ſignificemus, & viciſſim conijciamus, animorum: quapropter, Leua, inquit Vates, in circuitu oculos, & vide. vel vt aures ab oculis vincerentur; vel quia populus aures hebetiores, oculos acres & acutos habet; vel, vt certè prædixeram, quoniam oculis haud ſomno conniuentibus, ſed vigilantiſſimis, non in Partem, ſed in Totius è partibus exſurgentis formam, acies circumferenda eſt. Iam verò quid alia circuitione aut anfractu opus eſt, cùm nobis in oculis ſit Multitudo, & pariter in oculis Multitudinis ſimus? vt ſit vtendum alio quàm experientia interprete: quin potiùs directò rem nunc apertam, atque ita omnium oculis expoſitam, comprehenſam teneamus? Deus ſiquidem iamdiu exhibuit maioribus noſtris quod non cernere non poſſumus, ſi modò oculos attollamus, quo vno labore delicatiſſimis iſtis Eccleſiæ reprehenſoribus opus eſſe Iſaïas demonſtrat. Quare iure meritiſſimo, in Oecumenico, ſiue Vniuerſali Concilio Decimo Quarto, Secundo videlicet Lugdunenſi, ſub Gregorio Decimo & Rudolpho Imperatore, Frater Petrus Oſtienſis Epiſcopus, (id eſt, vt Acta Synodica interpreter, Petrus ex Ordine Minorum, Cardinalis Oſtienſis Cardinaliumque Decanus) concionem habiturus in ſpem venientium ad Concilium & Eccleſiæ Communionem ac Pacem Græcorum, ab Imperatore Michaële Palæologo Vniuerſaque Eccleſia Orientali conciliandam, hunc locum pro Themate aſſumpſit: LEVA IN CIRCVITV OCVLOS TVOS ET VIDE: OMNES ISTI CONGREGATI SVNT, VENERVNT TIBI; tanquam optimum à quo ECCLESIÆ VNIVERSALITAS potiſſimùm demonſtranda foret. Haud enim præclariorem illuſtrioremque ſibi relictum cenſuit, poſtquam ex Baruchi quinto, pro Expeditione Ieroſolymitana Vnioneque Græcorum, contra Schiſma, Sanctus Bonauentura, Cardinalis Albanenſis, in eandem ſententiam, coram Synodo concionatus, nobiliſſimum illum verſiculum, peropportunè elegiſſet: Exſurge Ieruſalem, & ſta in excelſo: & circumſpice ad Orientem, & inde collige filios tuos ab Oriente vſque ad Occidentem. FORTITVDO verò GENTIVM,

CAP. XXXIIX Iſ. 60. v. 4

Baruch. 5. v. 5.

» omnium consensu (vt his sequentis Prophetiæ verbis patet: VT
» AFFERATVR AD TE FORTITVDO GENTIVM, ET REGES EARVM
» ADDVCANTVR; vbi idem variè dictus Propheta FORTITVDINEM GENTIVM, ac REGES EARVM, pro eodem sumit) Regum Maiestas ad Fidem Christi venientium est; tanto splendore, omnium Ecclesiam respicientium feriens oculos, vt Christianorum temporibus, ignorare Ecclesiam, minuere sit Maiestatem Regum: quorum gloria, vt clarissima nota, nunc cum Christi honore, atque cum Ecclesiæ dignitate ac antiquitate coniuncta est. Nunquid illud Augustini non recordamur THEOLOGICVM AC PROPHETICVM ARGVMENTVM REGVM, quod vrgere aduersùs Donatistas solebat; ac vt familiare esset, populo canendum dabat, Psalmo illo nostro contra Partem Donati, qui supra priore huius libri Parte auditus est? Ecclesia loquitur atque ait:

DICITIS MECVM VOS ESSE, SED FALSVM VIDETIS ESSE:
EGO CATHOLICA DICOR, ET VOS DE DONATI PARTE.
1.Tim.2. v. 2. IVSSIT ME APOSTOLVS PRO REGIBVS MVNDI ORARE;
VOS INVIDETIS QVOD REGES IAM SVNT IN CHRISTIANA FIDE:
SI FILII ESTIS, QVID INVIDETIS QVIA AVDITÆ SVNT PRECES MEÆ?
QVANDO ENIM DONA MISERVNT, NOLVISTIS ACCEPTARE;
Ps. 67. v. 30. Ps. 71. v. 10. & 11. ET OBLITI ESTIS PROPHETAS; QVI ILLVD PRÆDIXERANT ANTE,
Is. 49. v. 23. & 60. v. 10. & 16. QVOD GENTIVM REGES MAGNI MISSVRI ESSENT DONA ECCLESIÆ.

In quo quidem Argumento Augustiniano-Prophetico videris, SAPIENTISSIME REX, si tantillum animi reflectas, duplici nomine
» designari: Altero, his Propheticis verbis, QVANDO CONVERSA
» FVERIT AD TE MVLTITVDO MARIS, FORTITVDO GENTIVM VE-
» NERIT TIBI: Insularum enim nobiliorum atque illustriorum Reges, qui FORTITVDO GENTIVM dicuntur, satis eo loci indicauit Vates; Altero, vbi Vatis Interpres Augustini Psalmus, vltimo illo versu:

Quòd Gentium REGES MAGNI missuri essent Dona Ecclesiæ; te proprio quasi nomine, MAIORIS BRITANNIÆ REGEM, κατ' ἐξοχὴν, compellare videtur, à cuius maioribus, (quod honoris & grati animi causâ dictum velim) tot tantaque maiores nostri, tanquam missa Ecclesiæ, tanquam missa Deo, & vt sanctissimè oblata, acceperunt, & vt Propheticè prædicta, religiosissimè prædicarunt. Nec te pœniteat, MAGNIFICENTISSIME REX, nostris Augustinianis argumentis quasi domesticis laudibus conuinci, cuius auita liberalitate iamptidem ROTHOMAGENSES deuincti sumus. Nostra enim argumenta, tuorum; & quia tuorum, tua sunt munera.

CAP. XXXIX.

At iam Isaïæ nostri mutata velificatio est, pro Nauibus, NVBES; pro Vectoribus ac Nauicularijs, COLVMBAS in Nidis suis, ceu Fenestris, spe-

culatur ac videt. Qui sunt isti (DECIMA Prædictio est cum stupore admirantis!) qui vt NVBES volant, & quasi COLVMBÆ ad Fenestras suas? ME ENIM INSVLÆ EXSPECTANT, ET NAVES MARIS IN PRINCIPIO, VT ADDVCAM FILIOS TVOS DE LONGE; argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, & Sancto Israël, quia glorificauit te. Et ædificabunt FILII PEREGRINORVM muros tuos, & REGES EORVM MINISTRABVNT TIBI. Quot FILII illi PEREGRINORVM Angli nobis Monumenta egregia, Monasteria insigniora, Basilicas illustrissimas (miserum me: consumptis enim lacrymis, tamen infixus animo hæret dolor) illustrissimas inquam Basilicas, ceu certissima Fidei quam retinemus atque antiquissima trophæa erexerunt, quæ acerbissimæ nunc subijciunt voci Perfidiæ præconis! Sed ad reliqua Prophetica eius vaticinationis pergamus. In Indignatione enim mea percussi te, & in Reconciliatione mea misertus sum tui: Er aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, VT ADFERATVR AD TE FORTITVDO GENTIVM, ET REGES EARVM ADDVCANTVR. Gens enim & REGNVM QVOD NON SERVIERIT TIBI, PERIBIT: & Gentes solitudine vastabuntur. Gloria Libani ad te veniet: abies & buxus, & pinus simul AD ORNANDVM LOCVM SANCTIFICATIONIS MEÆ; & locum pedum meorum glorificabo. ET VENIENT AD TE CVRVI FILII EORVM QVI HVMILIAVERVNT TE, ET ADORABVNT VESTIGIA PEDVM TVORVM OMNES QVI DETRAHEBANT TIBI, ET VOCABVNT TE CIVITATEM DOMINI, SION SANCTI ISRAEL. Clariora certè nec ipse quidem desideret Antonius. Atque vt ab ipsa calce ordiar, ne se impunè laturum putet, audiat quæ fortè non volet: sibi videlicet anteriorum Schismaticorum, vel Ecclesiæ Tyrannorum, perdito ac profuso nepoti, curuato corpusculo, ad illam redeundum Ecclesiam, quam singularem Deus atque vnigenam procreauit, Isaïas Toto Orbe diffusam docuit, ac SPIRITVS DOMINI (qui repleuit Orbem Terrarum) certis notis & luminibus distinxit atque illustrauit. ET ADORABVNT, inquit, VESTIGIA PEDVM TVORVM OMNES QVI DETRAHEBANT TIBI. Quod si aliquando præstandum erit, quò plus honoris ac venerationis, adorandus ipse, Sponsus Sponsæ suæ impertiat, & cum ea communicet; in paranymphum atque laudatorem Ecclesiæ Pontificem, quàm in vituperatorem ac calumniatorem Antonium, multo maximè quadrabit, cæteroqui varijs à Deo Opt. Max. hominibus tributus, prope tamen diuinus, ille honos. Ex quo enim Petrus sedere cœpit,

« Is. 60. v. 8.
« v. 10.
Sap 1. v. 7.

VRBS oritur (quis tunc hoc illi credere posset?)
VICTOREM TERRIS IMPOSITVRA PEDEM.

Vnde Sigismundus ille Imperator, Vnionis & Pacis Ecclesiæ diligens ac singularis amator, qui Perpinianum vsque, Sede sua Germanica relicta, peregrinatus, Ecclesiæ causâ, sumptis secum sex Constantiensis Concilij Legatis, ad Ferdinandum Arragoniæ Regem,

& ad Benedictum Decimum Tertium, siue Petrum Lunam, se contulit, vt TRICEPS illud SCHISMA componeret: ille ipse, verè magnus, Sigismundus, cùm Ioannes Papa Vigesimus Tertius, Oecumenicæ Synodi Constantiensis conuocator, se abdicantibus ambobus alijs suo Pontificatus iure cessurum iureiurando coram Al-
» tari confirmasset; SVRGENS (inquit Concilium Constantiense:
» quod Anglia & vidit, & recepit, Sessione secunda) DE SVA CA-
» THEDRA, REGRATIATVS FVIT EIDEM DOMINO NOSTRO, NO-
» MINE CONCILII ET SVO, FLECTENDO GENVA, DEPONENDO CO-
» RONAM, ET OSCVLANDO PEDES EIVSDEM DOMINI NOSTRI:
» Non Antonij aut Antoniani. Atque hæc obiter DE SACRO EC-
» CLESIÆ PEDVM OSCVLO dicta sint. Et vocabunt te, (vbi scili-
» cet redierint ad meliorem frugem ac mentem) CIVITATEM DO-
» MINI; SION SANCTI ISRAEL. Terra nunquam sine vsura reddit quod accepit; sed aliàs minore, plerumque maiore cum fœnore: quod quidem, velit nolit, bono modo isti diuinæ prouidentiæ, quæ mundi mens vsuram dat vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die, tandem referet soluetque TERRESTRIS ARCHIPIRATA Antonius. Sed dum tantos processus facit, ad Prophetiæ finem euolat, non excurrit oratio. ac iam è conspectu ferè fugiens nostra illa, non tam Nubes, quàm Quadriremis Prophetica, euolarit. Principio enim Isaïas prospexerat malum erigi, anchoras præcîdi, plenissimis velis nauigare APOSTOLOS & Prædicatores Christi, qui vt Nubes volant, id est, quorum quisque

--exemplo Nubis aquosæ
Fertur, & ex alto seductas æthere longè
Despectat terras, totumque superuolat orbem:

ac EVANGELISTAS, qui quasi COLVMBÆ ad fenestras suas, quadrato agmine, Domini Passionem assiduè gemunt, easque partes vnde cuncta cernant (quæ quasi fenestræ sunt animi ac lumina, ad cælestes excipiendos, vicissimque emittendos radios) diuino Pneumati semper apertas ac patentes habent Sanctus quippe Spiritus Columbis exprimi ac repræsentari tum in Baptisterijs seu Sacris Fontibus, tum in Altaribus, appensis, olim in Ecclesia solebat. Si quintam Septimæ Synodi Actionem consulas, inuenies locum ex Deprecatione, siue Supplicatione quæ lecta est Actione quinta Sanctæ Synodi Constantinopolitanæ (sub Menna congregatæ, contra Seuerum Hæreticum & Acephalum) oblata quondam Ioanni Patriarchæ, & alteri Constantinopolitanæ Synodo sub Hormisda à Clericis & Monachis Antiochensium MAGNÆ CIVITATIS
» SANCTÆ DEI ECCLESIÆ; cuius initium est: Porro præsumptum
» est ab eo etiam hoc, ô Beatissimi. Eas enim QVÆ IN TYPVM
» SANCTI SPIRITVS SVNT, AVREÆ ET ARGENTEÆ COLVMBÆ
» SVSPENSÆ SVPRA DIVINOS FONTES DIVINAQVE ALTARIA, cum
» alijs defraudabat, dicens, non oportere COLVMBAS NOMINARI
» SPIRITVM SANCTVM: Τετόλμηται δὲ αὐτῷ καὶ τοῦτο, ὦ Μακαριώτατοι.

Ταύτας γὰρ ΕΙΣ ΤΥΠΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΧΡΥΣΑΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΡΓΥΡΑΣ ΠΕΡΙΣΤΕΡΑΣ ΚΡΕΜΑΜΕΝΑΣ ΥΠΕΡΑΝΩ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΚΟΛΥΜΒΗΘΡΩΝ ΚΑΙ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΩΝ, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσφετερίσατο λόγων, οὗ χρυσῶν ἐν εἴδει περιστερᾶς ὀνομάζεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Hactenus Clerici Antiochenæ Ecclesiæ, qui hanc Epistolam ad Synodicam Concilij Constantinopolitani rescripserunt, quæ hodieque, vbi supra, inter Acta Constantinopolitana exstat. Propheta postmodum nunc aspicit, admiratur, stupescit, & vix tandem fatus; Qui sunt, ait, isti, qui vt NVBES volant, & quasi COLVMBÆ ad Fenestras suas? vel, SICVT COLVMBÆ CVM PVLLIS AD ME? vt multis sæclis ante hanc ætatem toto cecinit Ecclesia Oriente. Sic enim Hieronymus Latinè expressit Græcorum verba, καὶ ὡσεὶ περιστεραὶ σὺν νοσσοῖς ἐπ' ἐμέ; Itaque

Qualis speluncâ subito commota Columba,
Cui domus & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arua volans, plausumque exterrita pennis,
Dat tecto ingentem; mox aëre lapsa quieto,
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas:

sic, Gentium Vocatione facta, in Vniuersum Orbem Ecclesia trepidans conuolat: quos sibi pepererat filios Christo, ceu illud Par Turturum, aut Duos Pullos Columbarum, velut ex ouis aut è nidis excludit ac fouet; martyrij tumultu commota, eius tandem domus, id est, Orationis Domus, quàm cùm maximè celebratur: nunc secura, suorumque periculo cautior, reuolat; celeriter, sed tranquillè, in cælum tendit; ac, contempta morte, de qua, vt de Persecutoribus, triumphat, pennas deargentatas posterioraque sua IN VIRIDITATE, siue in virore potiùs quàm pallore auri (vtrumque enim Græca illa vox, χλωρότης, cum in Psalmo sexagesimo septimo, vt apud Hieronymum, Augustinum, Hilarium videre est; tum in Apocalypseos Equo Mortis PALLIDO: vel, vt è Græco significantius reddendum foret, PALLIDO-VIRIDI, χλωρῷ, & significat, & distinguit) ostentans; certissima spe mortis cum meliore æternaque vita commutandæ, nec vlla alia re ampliùs commoueri potest. Quare sic vtrumque coniungit, altero suo Sermone, Innocentius Tertius Pont. Max. habito in Duodecima Oecumenica Synodo, videlicet Lateranensi Quarta, vt ex Actis Synodicis patet: Sicut per Columbam designatur ECCLESIA, sic per Pennas Columbæ designantur SACERDOTES ECCLESIÆ; qui verbis & exemplis eam subleuant ad cælestia. Vnde sponsus de Sponsa dicit, in Canticis: Vna est Columba mea, Perfecta mea. Cuius Pennas perfectè PROPHETA describens, dicit: QVI SVNT HI QVI VT NVBES VOLANT, ET QVASI COLVMBÆ AD FENESTRAS SVAS? Pennæ deargentatæ sunt illi qui diuinis sunt eloquijs eruditi; secundùm illud: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplùm. Hinc alibi dicitur: Oculi tui sicut Columbæ, quæ lacte sunt lotæ, sedentes super fluenta plenissima. Ha-

Luc.2. v.24.
Ps.67. v.14.
Apoc.6. v.8.
Cant. 6. v. 8.
Is.60. v.8.
Ps.11. v.7.
Cant. 5. v. 12.

ctenus ad Synodum ad nosque Pontifex Innocentius. Hæc verò Ecclesiæ æterna constantia atque auctoritas, non eorum est, qui sub nube, vt dicitur, Solem non ferunt: sed eorum, qui Petri vehuntur ac volant Naue; & cum Augustino, Mysticas ac Propheticas

Psal.96.v.4. » Nubes, ex illo Dauidis: Adluxerunt, (siue, vt legit Augustinus, Ap-
» paruerunt) fulgura eius Orbi Terræ: vidit, & commota est terra; sic
» interpretantur: Vnde Fulgura de Nubibus? Quæ sunt Nubes Dei?
» Prædicatores Veritatis. Vides autem in cælo Nubem nebulosam,
» obscuram, & habet intus nescio quid latens. Si coruscet de Nube,
» emicat splendor: EX EO IPSO QVOD CONTEMNEBAS, INDE EX-
» SILIVIT QVOD EXPAVESCAS. Misit ergo Dominus noster Iesus
» Christus APOSTOLOS suos, PRÆDICATORES suos SANCTOS, velut
» NVBES: videbantur homines, & contemnebantur; QVOMODO VI-
» DENTVR NVBES, ET CONTEMNVNTVR ANTEQVAM DE EIS EX-
» SILIAT QVOD MIRERIS. Erant enim illi primùm homines, car-
» nem portantes, infirmi; deinde idiotæ, indocti, ignobiles: sed erat
» in illis quod fulguraret, erat in illis quod coruscaret. Accedebat

Act.9. » PETRVS, homo piscator: orabat, & surgebat mortuus. FORMA HV-
» MANA, NVBES ERAT; SPLENDOR MIRACVLI CORVSCATIO ERAT.
» Sic in verbis, sic in factis, cùm Miranda dicunt, & Miracula fa-
» ciunt, apparuerunt Fulgura eius Orbi Terræ: VIDIT ET COMMO-
» TA EST TERRA. Si non est verum, si non TOTA TERRA IAM
» CHRISTIANA CLAMAT AMEN, COMMOTA FVLGORIBVS DE ILLIS
» NVBIBVS ERVMPENTIBVS. Columbæ porrò ad Fenestras, nostrorum hominum, id est, inter Christianos Sapientum, vitam, eorumque, quod sequuntur, quietum philosophandi genus, repræsentare apprime rectè dicuntur. Similem enim, fateor, mihi videri vitam hominum, & mercatum eum qui, maximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate habebatur. nam vt illic alij corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ petebant; alij emendi aut vendendi quæstu & lucro ducebanrur: erat autem quoddam genus eorum, idque vel maximè ingenuum, qui nec plausum, nec lucrum quærebant; sed visendi causâ veniebant, studiosèque perspiciebant quid ageretur, & quo modo: Item nos arbitror, quasi in mercatus quadam celebritate ex vrbe aliqua, sic in hanc Christianam vitam ex alia vita & natura profectos, alios gloriæ seruire; alios pecuniæ: raros esse quosdam, qui, cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè intueantur. Hos ego COLVMBAS PROPHETICAS, & PHILOSOPHOS EVANGELICOS appello, id est enim veteri verbo, Christianæ Sapientiæ Studiosos. Et vt illic liberalissimum erat spectare, nihil sibi acquirentem: sic in vita longè omnibus studijs contemplationem rerum cognitionemque præstare, semper Ecclesiæ Christi, ex Christi de Maria ac Martha iudicio, persuasum fuit. Maximè verò per Columbas Propheticas admodum opportunè designati Apostoli ab ijs & credunrur & intelliguntur quibus Allegoricum Mysterium latens aperuit, Libro De Vnitate Ecclesiæ, Augustinus;

Augustinus; vbi Prophetias ex libro Psalmorum DE VNIVERSALITATE ECCLESIÆ, explicans, ait: Ibi etiam dicuntur hæc, vbi « agnoscatur Ecclesia Toto Orbe diffusa, omnibus etiam REGIBVS « Christo subiugatis. Et dominabitur, inquit, A MARI vsque AD MARE, & à flumine vsque ad terminos Orbis Terræ. A FLVMINE vtique vbi eum Spiritus Sanctus IN COLVMBÆ SPECIE, & vox de « Cælo manifestauit. Ex quibus Augustini verbis satis eluceat manifestaturos Christum diuinitus inspiratos Apostolos, baptizaturosque ac docturos omnes Gentes, egregiè COLVMBAS, appositéque ad Euangelicam Historiam, appellari. Quapropter antea, libro secundo contra Litteras Petiliani, dixerat: Attende quæ loca « teneatis, & cuius hereditati non communicetis, & cogitate non « REGIBVS SÆCVLI, sed REGI CHRISTO, quid respondere possitis. « De illo dictum est: Dominabitur A MARI vsque AD MARE, & A « FLVMINE vsque ad Terminos Orbis Terrarum. Quo vtique Flumine, nisi vbi baptizatus est, & vbi super eum COLVMBA descendit, MAGNVM CHARITATIS ET VNITATIS INDICIVM? « « «

« 1 71. v. 8.

CAP. XL.

ATQVE vt ad citeriora & notiora nobis veniamus, vsurpemus denuo illud nostri Prophetici Euangelij dictum, à cuius parte ferè exorsi sumus; quod quidem ordine VNDECIMVM sequitur: Pro eo quòd fuisti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem & generationem: & suges LAC GENTIVM, & MAMILLA REGVM lactaberis: & scies quia ego Dominus saluans te, & Redemptor tuus fortis Iacob. Pro ære adferam aurum, & pro ferro adferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: ET PONAM VISITATIONEM TVAM PACEM, ET PRÆPOSITOS TVOS IVSTITIAM. Non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis: & occupabit SALVS muros tuos, & portas tuas LAVDATIO. non erit tibi ampliùs Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in LVCEM SEMPITERNAM, & Deus tuus in gloriam. Non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in LVCEM SEMPITERNAM, & complebuntur dies Luctus tui. Populus autem tuus OMNES IVSTI in perpetuum hereditabunt terram, GERMEN PLANTATIONIS MEÆ, opus manus meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in GENTEM FORTISSIMAM: ego Dominus in tempore eius subitò faciam istud. « Is. 60. v. 15.

O vitæ Ecclesia dux! ô Ecclesiæ Prouidentia gubernatrix, expultrixque errorum! quid non modò nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu Gentes peperisti: tu dissipatos homines in societatem vitæ conuocauisti: tu eos inter se primò sacris, deinde templis, tum religionis & vitæ communione iunxisti. Tu inuentrix legum, tu magistra morum & disciplinæ fuisti: ad te confugimus, à te opem petimus: tibi nos, vt

antea maxima ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. Est autem vnus dies bene & ex præceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus. Cuius igitur potiùs opibus vtamur, quàm tuis? quæ & vitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem erroris, vt mortis, sustulisti? Huc respice, Antoni, dum
» lucet: Erit enim tibi Dominus, inquit Propheta, in lucem. Hem! quid ais? Deus bone, mea lux, meum desiderium! Singularia duo quædam in lucem non modò Antonij, sed & omnium
» Gentium admirabiliter nunc profers: ET PONAM, (ais, tuam
» Ecclesiam alloquens) VISITATIONEM TVAM, PACEM; ET
» PRÆPOSITOS TVOS, IVSTITIAM. ac paulo post: Et oc-
» cupabit SALVS muros tuos, & portas tuas LAVDATIO. Græci enim, dum priorem versiculum hunc in modum reddunt: καὶ δώσω
» τοὺς ΑΡΧΟΝΤΑΣ σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ σου ἐν δικαιοσύνῃ. ET
» DABO PRINCIPES TVOS IN PACE, ET EPISCOPOS TVOS IN IVSTI-
» TIA, vt è Græco τῶν ἑβδομήκοντα, in Latinum, cum Hieronymo conuertimus: sic, meo quidem iudicio, videntur interpretari quod subest; roganti videlicet Ecclesiæ, nec PRINCIPVM Christianorum PACEM, nec EPISCOPORVM SANCTITATEM defuturam. Tantum verò inualuit interioris huius intelligentiæ sensus, quod ad alteram partem, id est, Ecclesiæ, seu Pastorum eius, sanctitudinem spectat, vt inter Christianos, temporibus Augustini, prouerbij locum facilè obtineret. Sit nobis autem instar omnium, vel ab ipsis hostibus, siue Schismaticis atque Hæreticis, etiam cum Episcopis dum agerent, vsurpari solitum fuisse. O magna vis Veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam,
» facilè se per se ipsam defendat! O violentia Veritatis, (inquit, libro ad Donatistas, post Collationem, capite octauo, Augustinus)
» quæ suos non in carne, sed in corde, torquet inimicos, vt eam con-
» fiteantur inuiti! Et (vt idem ibidem, capite vigesimo quarto) O
» violentia Veritatis, quolibet eculeo, quibuslibet vngulis fortior,
» ad exprimendam confessionem! Secundini, quæso, Manichæi, (contra quem, librum vnum edidit Augustinus, omnium, suo iudicio, quos aduersùs Manichæos vnquam scripsit, accuratissimum, vt secundo Retractationum, capite decimo, testatur,) extremæ partis Epistolæ ad Augustinum, vbi SANCTITATIS præfatione eum vt Episcopum salutat, dicta valde notanda hunc in locum transferamus. Ponderanda certè sunt quæ sequuntur:
Luc.1.v.71. » Salutem enim ex inimicis nostris (vt Zacharias in Cantico ait) continent. Nam futuris sæculis ita prouidente Deo, non Scri-
» pturæ non Ecclesiæ sensu vacant: SED TVÆ (Secundini ver-
» ba sunt) ADMIRANDÆ SVBLIMIQVE PRVDENTIÆ CVM
» TALIA A ME EXPONVNTVR, TALE EST QVALE SI IOR-
» DANIS OCEANO AQVAM COMMODET, AVT SOLI
» LVCERNA LVCEM, AVT POPVLVS EPISCOPO SANCTI-
» TATEM. Quod quidem testimonium, quod in aliena re leue esset,

id in sua, quoniam contra illum est, grauissimum debet esse. Nec minùs illud Petiliani apud Augustinum, libro secundo contra Litteras Petiliani: Petilianus dixit, Nec adeo mirum quòd tibi no- «
men EPISCOPI illicitè assumis. Hæc est vera Diaboli Consuetu- «
do, ita demum decipere, si sibimet vendicet VOCABVLVM «
SANCTITATIS, Apostolo prædicante: Nec mirum est, inquit, « 1.Cor. 11.
quoniam ipse Satanas transfigurat se velut Angelum Lucis, & « v.14.
magistros suos quasi ministros iustitiæ. Nec mirum est ergo quòd «
te falsò EPISCOPVM vocas. Nam & illi Angeli perditi, AMATO- «
RES VIRGINVM MVNDANARVM, qui carnem corrum- «
pendo corrupti sunt, licèt diuinis exuti virtutibus, Angeli es- «
se desierint, nomen tamen retinent ANGELORVM, sesèque sem- «
per ANGELOS putant, qui diuina soluti militia, in exercitum «
Diaboli similes transierunt, DEO MAGNO clamante; Non per- « Gen.6.v.3.
manebit Spiritus meus in hominibus istis in æternum, quoniam «
caro sunt. Hæc Petilianus, quòd Episcopi in Scripturis Aposto- «
licis ANGELI dicerentur. Et non pudebit te, Antoni, Secundino Manichæo & Petiliano Donatista inferiorem esse, ac propter quos hanc suauissimam Christi lucem aspexeris, eos indignissimè luce priuare velle atque conati, vt facis; dum mutationes & defectus in Ecclesiam inducis, id est, Episcopos, tanquam LVCEM MVNDI, extinguis? Haud grauiùs certè accusari Nestorius potuit, quàm quòd Primò, NEC DEVM TIMET, οὐ Θεὸν φοβούμενος· Secundò; NEC HOMINES REVERETVR, οὐκ ἀνθρώπους αἰσχυνόμενος· Tertiò; NEC EPISCOPOS VENERATVR, ΟΥΚ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ ΕΥΛΑΒΟΥΜΕΝΟΣ· Quartò; NON SACERDOTEM, NON CLERICVM, NON SANCTVM MONACHVM, NON RELIGIOSVM LAICVM, HONORAT, οὔτε Ἱερέα τινὰ, οὐ Κληρικόν τινα, οὐχ ΑΓΙΟΥΣ Μοναχούς, οὐκ εὐλαβείας Λαϊκῶν· Quintò demum; NON POENAM INIQVIS DECRETAM FORMIDAT; NON DENIQVE SENTENTIAM AVT LEGEM IN EOS LATAM QVI IN MINISTERIO SVO IRAM DEI PROVOCANT, CVRAT; οὐ τὸν κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐπηρτημένον φόβον, οὐ τὸν νόμον τῶν ἐκπληρούντων διακονίαν τινὰ Θεοῦ εἰς ὀργὴν κατὰ τῶν ἀξίων. Hæc Constantinopolitani Monachi, illo suo ad Impp. Theodosium & Valentinianum Libello Supplici, ad congregandamque Synodum, quæ tandem Ephesi celebrata est, exhortatorio. Hinc quisquis esset qui ab Episcopo proprio retraheret, SEPARATOR dicebatur, & eo nomine, vt omnium incendiorum fax omniumque reorum turpissimus, notabatur. Exemplo sit amplificatio illa Augustiniana, libro secundo contra Litteras Petiliani Donatistæ: Ita- «
ne verò Optatus, quem Pagani, Iudæi, Christiani, nostri, ve- «
stri, per Africam totam, Furem, Raptorem, Proditorem, Op- «
pressorem, SEPARATOREM; & quæ sequuntur. Quapropter Cy- «
rillus (Homiliâ Ephesi in Nestorium habitâ IN STATIONE AD SANCTAM MARIAM) Episcopale fastigium, Ὕψος οὐράνιον, CÆLESTEM SVBLIMITATEM, vocat. Ioannes verò Episcopus

Antiochenus, cæterique qui cum illo erant, Epiſtolâ ad Xyſtum
Epiſcopum Romanum, & Cyrillum Alexandrinum, & Maxi-
mianum Conſtantinopolitanum, Epiſcopi munus, DIVINVM
EPISCOPATVS MINISTERIVM appellat, Τὴν Θείαν τῆς Ἐπισκοπῆς Λει-
τουργίαν. Alter quoque Ioannes Conſtantinopolitanus Patriarcha,
Epiſtolâ ſuâ Synodicâ, Conſtantinopolitano Concilio ſcilicet ſub
Hormiſda habito, quæ ſequente Conſtantinopolitano ſub Aga-
peto & Menna, Actione quinta, legitur, Epiſcopatus meminit, vt
INVIOLABILIS MINISTERII MAGNI DEI ET SALVA-
TORIS NOSTRI IESV CHRISTI, Τῆς Ἀχράντου Ὑπηρεσίας
τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Hinc illa Populi Ac-
clamatio, IN SANCTA ANTIQVA ECCLESIA, ἐν τῇ Ἀρ-
χαίᾳ Ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ, Tyri in Concilio Tyrio: cuius Acta Actio-
» ni inſeruntur ſupradictæ: SVRSVM MITTE EPISCOPOS,
» SVRSVM MITTE ORTHODOXOS; Ἄνω βάλε τοὺς ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ,
» ἄνω βάλε τοὺς Ὀρθοδόξους· vel, MITTE SVRSVM EPISCOPOS, MITTE
» SVRSVM ORTHODOXOS; Πέμψον φέρε τοὺς ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ,
πέμψον φέρε τοὺς Ὀρθοδόξους. Ex quo factum eſt, vt Theodoſius Iu-
nior aliquando deceptus, quantumlibet ſtans à partibus Epheſi-
ni Conciliabuli, contra Concilium Epheſinum, Theodoreto ta-
» men Epiſcopo Cyri reſponderit: EQVIDEM EPISCOPO IMPE-
» RARE NON POSSVM. Rem autem omnem Epiſtola eiuſdem Theo-
doreti, Chalcedone ad Alexandrum Hieropolitanum ſcripta, ape-
rit atque illuſtrat, his verbis dialogi inter Theodoſium ac Theo-
» doretum habiti, quem Theodoretus refert: Nouerat autem Rex
» Pientiſſimus quòd Multitudo congregaretur contra nos; & ſolis
» nobis occurrens, dicebat: NOVI QVOD MALE CONGRE-
» GAMINI. Dicebam autem ei: Quia dediſti fiduciam loquendi,
» cum venia audi; Iuſtum eſt Hæreticos quidem excommunica-
» tos in Eccleſijs agere; nos verò qui pro fide certamus, & pro-
» pter hoc ab illis communionis exſortes factos, non intrare in
» Eccleſiam? Et ille reſpondebat: Et ego quid faciam? Reſpondi
» igitur illi: Quod fecit Magiſter tuus Comes Largitionum in Ephe-
» ſo. Ille enim vt inuenit nonnullos congregari, nos autem non
» congregari, compeſcuit eos dicens: SI NON FVERITIS PA-
» CIFICI, NON CONCEDAM VNI PARTI CONGREGARI. Et oporte-
» bat etiam Tuam Pietatem PRÆCIPERE hîc EPISCOPO, ne permit-
» teret neque illis neque nobis congregari, donec conueniamus; vt
» iuſta tua ſententia omnibus nota fiat. Ad hæc dicebat: EQVIDEM
» EPISCOPO IMPERARE NON POSSVM. Itaque reſpondi ego: IGITVR
» NEQVE NOBIS IMPERES, & accipiemus ECCLESIAM, & congregabi-
» mur, & cognoſcet Tua Pietas, QVOD MVLTO PLVRES NOBISCVM
» SVNT QVAM CVM ILLIS. Hactenus Theodoretus, Epiſtolâ illâ quæ
Latinè tantùm exſtat. Tanta verò in veneratione erant Epiſcopi,
vt eorum capita oſculari pro religione eſſet, quòd nimirum ſa-
cræ quædam Sanctitatis & Sapientiæ Sedes ac domicilia forent.

Ex quo illud Augustini, contra Litteras Petiliani libro secundo: Eant nunc, & OSCVLENTVR TIBI CAPVT qui abs te baptizati « sunt, QVORVM CAPITA OLEO TVO PERIERVNT. « Ac paulo post: Quid ergo facient QVIBVS VNXIT CAPI- « TA reus criminis capitalis? NONNE ET IPSI VOBIS CA- « PITA OSCVLANTVR, de quorum capitibus per hunc intelle- « ctum malè iudicatis? Hinc idem Augustinus, Sermone De Eme- « rito, ad Cæsarienſis Ecclesiæ Plebem, Inuocationem nominis Dei super Caput Episcopi, inter præcipuos Consecrationis eius ritus notat: INVOCATIO NOMINIS DEI SVPER CAPVT « IPSORVM QVANDO ORDINANTVR EPISCOPI, Inuo- « catio illa DEI EST, non Donati. Non eum suscipio Episco- « pum, SI, QVANDO EST ORDINATVS, SVPER CAPVT « EIVS Donatus est INVOCATVS. Sed ad posteriorem versicu- « lum tandem veniamus: Et occupabit SALVS muros tuos, & por- « tas tuas LAVDATIO; vel, vt rursùm Hieronymus, non modò « Hebraïcorum, sed & Græcorum Prophetarum Interpres: Sed voca- « buntur SALVTARE muri tui, & portæ tuæ Sculprura. Vbi cer- « tè post Eusebium notauit idem Interpres, Σωτήριον, siue SALV- TARE, ipsum IESVM in Hebraïco sonare fonte, ijsdemque elementis & characteribus positum, quibus Seruator noster scribi consueuit. Ipse est enim, inquit, fortitudo murorum Ecclesiæ, « QVÆ HABET PORTAS IN LAVDE DOMINI; vt qui ingrediuntur « eam, PRIMVM DISCANT laudare Dominum & nomen illius con- « fiteri. Quòd autem LXX. pro LAVDE interpretati sunt γλύμμα, « id est, SCVLPTVRAM; hoc possumus dicere, QVOD PORTÆ EC- « CLESIÆ CVNCTIS DEBEANT CÆLATÆ ESSE VIRTVTIBVS, PER « QVAS INGREDIAMVR AD EAM. « CAP. XLI.

Quapropter est hoc in more positum institutoque Maiorum, quod ad vsque Barbaros atque Ethnicos, Religionis Veræ corruptores quidem, at æmulos, peruagatum est; Postem teneri in dedicatione templi oportere. ibi enim postis est, vbi templi aditus, & valuæ ambulationis ingredientium egredientiumque domo Dei, qui eo loci augustè sanctéque veneraturi æternum Numen, huc illuc vndequaque confluunt. Ac nos quidem hodie Antistites, dum aliquam ædem consecrare & publicè dedicare aggredimur, Pontificio nostro iure valuas Sacro Chrismate non vngere, religio est, post cruces semel atque iterum in valuis infernè supernéque Lituo Pastorali descriptas atque repetitas: vt Cordium Scrutator ac Iudex, cuius delinitor esse debet Christus, POPVLI sui VOTA benignè excipiat, eique vim ac VIRTVTEM SACRAMENTORVM suorum dispenset; vt & illic, quod in sacris est formulis, SACRAMENTORVM VIRTVS & VOTORVM obtineatur EFFECTVS. Accommodatissimè Sap. 1. v. 6. verò cadit hæc orationis pars in Propheticum illum locum, qui DVODECIMVS à nobis nunc tractandus erit. Omnis enim vnctura nostra vnctionis Christi arcana ac mystica significatio est, hominem Deo

iungendo vngentis. Cùm enim de oleo æterno, Verbique hominis facti mysterio, οἰκονομίᾳque agitur, IVNGERE, VNGERE est: vnctusque dicitur Homo Deus, quoniam Deo creditur Homo iunctus atque copulatus siue vnitus. nihil autem est copulantius, quàm ipsa Diuinitas; quâ velut Oleo lætitiæ, Deus vnxit Christum præ Participibus, seu mauis, præ Consortibus suis, vt Regius Psaltes, quarto & quadragesimo carmine celebrauit. Sed ad Isaïam reuertamur:

Ps. 44. v. 8.

Is. 61. v. 1. » Spiritus Domini super me, inquit, eò quòd VNXERIT Dominus
» me: ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis
» corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem,
» vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem Vltionis Deo
» nostro: vt consolarer omnes lugentes: vt ponerem lugentibus Sion,
» & darem eis CORONAM, pro cinere; oleum gaudij, pro luctu;
» PALLIVM LAVDIS, pro Spiritu mœroris: ET VOCABVNTVR IN
» EA FORTES IVSTITIÆ, PLANTATIO DOMINI AD GLORIFICAN-
» DVM. Quod quidem vaticinium DE CHRISTO ET ECCLESIA intelligendum esse, vel ipse locus admonebat, qui ab agente doctorem Nazarenum Christo, de se, deque statu Euangelico, quàm diligentissimè apud Lucam interpretatus est. A principio, quemadmodum res gesta sit, Dominicus Historicus Lucas, his verbis ex-

Luc. 4. v. 16. » ponit: Et venit Nazareth, inquit, vbi erat nutritus, & intrauit, se-
» cundùm consuetudinem suam, die Sabbathi in Synagogam, & sur-
» rexit legere. ET TRADITVS EST ILLI LIBER ISAIÆ PROPHETÆ.
» Et vt reuoluit librum, inuenit LOCVM vbi scriptum erat; Spiritus
» Domini super me: propter quod VNXIT me: Euangelizare paupe-
» ribus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissio-
» nem, & cæcis visum; dimittere confractos in remissionem, prædi-
» care annum Domini acceptum, & diem retributionis. ET CVM
» PLICVISSET LIBRVM, reddidit Ministro, & SEDIT. Et omnium
» in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dice-
» re ad illos: QVIA HODIE IMPLETA EST HÆC SCRIPTVRA IN
» AVRIBVS VESTRIS. Et omnes testimonium illi dabant: & mira-
» bantur IN VERBIS GRATIÆ quæ procedebant de ore ipsius. Præ-

Matt. 5. v. 1. terea, dum, agens DE SERMONE DOMINI IN MONTE, octo Matthæus Euangelicas Beatitudines recenset; & fuisse, & habitos esse, tertio loco beatos eos commemorat, quos OMNES LVGENTES, ac LVGENTES SION, noster Isaïas superioribus verbis prædixit ac nominauit.

v. 4. Hoc enim præscriptum Euangelicum, BEATI QVI LVGENT: QVONIAM IPSI CONSOLABVNTVR; illi sanè Prophetico, VT CONSOLARER OMNES LVGENTES: VT PONEREM LVGENTIBVS SION, germanum esse, noscitur ab ijs qui vtriusque Scripturæ, Nouæ ac Veteris, collationem instituere, atque attentioribus animis considerare solent. Beatissimi enim illi vtrobique certè dicuntur, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant, nullæ futiles lætitiæ languidis liquefaciunt voluptatibus; atque vtrobique vnus idemque Christus Dominus

declaratur doctor felicitatis demonſtrandæ, auctor adſequendæ.
Mirari igitur, Antoni, deſine, quantæ ſit auctoritatis illa Propheti-
ca ſententia, quam vnicam primus ipſe Dominus prima ſua con-
cione Nazarethæ habita, vbi primùm Baptiſmo tinctus eſt, non ſo-
lùm attigiſſe, ſed enucleaſſe, & ſingulariter grauiterque ponderaſ-
ſe legitur. Chriſto Prophetam Euangelizante, atque ad nos no-
ſtraque ſingula referente, quæ ſequuntur facilè DE ECCLESIA di-
cta eſſe credamus: ET VOCABVNTVR IN EA FORTES IVSTITIÆ, «
PLANTATIO DOMINI AD GLORIFICANDVM; vel vt Septuaginta «
Hieronymi: ET VOCABVNTVR GENERATIONES IVSTITIÆ, PLAN «
TATIO DOMINI IN GLORIAM. Nec aliunde neceſſe eſt quærere «
Interpretem. in promptu enim eſt, nunquam ſatis laudandus Hie-
ronymus, qui omnes omnium Propheticarum rerum fontes ani-
mo ac memoria continet: Poſtquam, inquit, & Apoſtoli, & Apo- «
ſtolici viri, pro cinere & mœroris ſpiritu, oleum gaudij, & PAL- «
LIVM, ſiue iuxta LXX. καταστολὴν δόξης; id eſt, STOLAM GLORIÆ «
LAVDISQVE, ſuſceperint: tunc vocabuntur GENERATIONES IV- «
STITIÆ, PLANTATIO DOMINI GLORIOSA; vel iuxta Hebraïcum «
אֵילֵי per extenſam vtramque ſyllabam, FORTES DEIQVE IVSTI- «
TIÆ, aut Plantatio Domini ad glorificandum. Nec verò Apoſto- «
licis temporibus, ſed Apoſtolicâ Eccleſiâ, circumſcribitur Apoſto-
licorum virorum iſta laus. FORTES etenim illi IVSTITIÆ, deno-
tandæ perpetuitatis causâ, GENERATIONES IVSTITIÆ appellantur.
Nam quamdiu Portæ Inferi ſtabunt, bellandi tandiu neceſſitas erit:
atque ſuis adeo Fortiſſimis Firmiſſimiſque, (in quibus, ſicut Au-
guſtinus ſæpe dixit, quantumuis iactata, eminere atque apparere
ſolet) opus eſt Eccleſiam magis ac magis abundare. Neque me hoc
loco, Antoni, fortibus oculis ſpectes. Dirimit enim litem, nobiſ-
que rem omnem verbis inſequentibus Iſaïas adiudicat: Vos autem « Iſ.61. v.6.
(quaſi nomine nos appellans) SACERDOTES DOMINI vocabimini: «
Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis: Fortitudinem Gentium come- «
detis, ET IN GLORIA EORVM SVPERBIETIS. Vbi tria notauit «
Hieronymus, quæ oſcitantis ac dormitantis eſſet ſapientiæ præteri-
re. Principio ait: CORONA enim PATRVM, gloria liberorum; & «
PROFECTVS POPVLI, EPVLÆ SACERDOTVM. Deinde: Fortitudo «
autem Gentium, Triumphus eſt Martyrum, & nos in eorum glo- «
ria ſuperbi ſumus; non ea ſuperbia quæ in vitio eſt, cui Deus reſi- « Iac.4. v.6.
ſtit, & humilibus dat gratiam: ſed ea quæ PRO POTENTIA ET «
GLORIA accipitur. vnde & Moyſi cornuta facies erat, qui dicere « Exod.34. v.29.
poterat: Inter inimicos noſtros cornu ventilabimus. Et PRO SV- « Pſ.43. v.6.
PERBIA GLORIÆ, interpretatus eſt Aquila: καὶ ἐν δόξῃ αὐτῶν, ΠΟΡ- «
ΦΤΡΑ ΕΝΔΤΣΕΣΘΕ, id eſt, PVRPVRA VESTIEMINI; vt inſigne «
REGII decoris oſtenderet. Hæc ſecundo loco Hieronymus, quæ «
Purpuratorum Eccleſiæ ſymbolum myſticamque ſignificationem
ſcitè admodum aperiunt, Purpuramque Eccleſiaſticam produnt
hoc implere myſterij, vt Potentiam & Gloriam Chriſti deſignet

per MILITANTEM ECCLESIAM ſuam ac ſanguine Martyrum tin-
ctam, De Gentium Tyrannis TRIVMPHANTEM, inſigne REGII
DECORIS adſumentis. Vnde tantum abeſt vt de Purpura Sacerdo-
tum ipſi facienda Eccleſiæ inuidia ſit, quinimmo de impleta in ea
Prophetia gratulandum ac ſanctè cogitandum omnino ſit, vtpote
quòd ad myſterium, non ad pompam, Prophetico inſtituto, cir-
cumferri ab Eccleſiæ REGVM SPIRITVALIVM Purpurata parte,
quæcunque tandem illa ſit, debeat. Et profectò Mulier illa Fortis,
quæ omnium conſenſu, immo Antonij ſenſu (ſi ſenſus in illo vl-
lus eſt) Eccleſia eſt, Prouerbiorum trigeſimo primo, Purpurea veſte
Prou. vlt. v. 22. » induitur, Salomone dicente: BYSSVS ET PVRPVRA INDVMENTVM
» EIVS. In cuius ſignum atque argumentum, Africanæ Sanctimo-
niales, vt ex Optato, initio ferme huius Libri, diximus, Velo Sa-
cro Purpureo ornatæ atque illuſtres erant. Poſtremò, Interpreta-
tionis Prophetarum facilè princeps, Hieronymus, hanc ſententiam
Iſ. 61. v. 7. » explicans: Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt: lætitia
» ſempiterna erit eis; ſubiungit: Pro quo in Septuaginta legitur,
» οὕτως ἐκ δευτέρας τὴν γῆν κληρονομήσουσιν· id eſt, SIC TERRAM SECVNDO
» POSSIDEBVNT. Et gaudium ſempiternum erit ſuper caput eorum,
» vt qui poſſederant terram in Iudææ anguſtiſſimis finibus, poſtea
» VNIVERSVM ORBEM poſſideant. De qua terra Pater loquitur
Pſ. 2. v. 8. » Seruatori: Poſtula à me, & dabo tibi GENTES hereditatem tuam,
» & poſſeſſionem tuam TERMINOS TERRÆ. Hoc autem præſtitit
» Dominus, qui diligit iudicij veritatem, & odio habet rapinam in
» holocauſto. Hactenus Hieronymus. Iam verò Prophetam ipſum,
Iſ. 61. v. 9. » clauſulam addentem Euangelicam, audiamus: Et ſcient (inquit) in
» GENTIBVS ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum:
» omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, QVIA ISTI SVNT SE-
» MEN CVI BENEDIXIT DOMINVS. Gaudens gaudebo in Domino,
» & exſultabit anima mea in Deo meo: quia INDVIT ME VESTI-
» MENTIS SALVTIS; ET INDVMENTO IVSTITIÆ CIRCVMDEDIT
» ME, quaſi Sponſum decoratum CORONA, & quaſi ſponſam or-
» natam monilibus ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, &
» ſicut HORTVS germen ſuum germinat: SIC DOMINVS DEVS GER-
» MINAVIT IVSTITIAM ET LAVDEM CORAM VNIVERSIS GENTIBVS.
Hoc loco Græci, ſenſum velut ornantes Propheticum, paululum
» inflectunt; vt cum ijs legendum ſit: SICVT SPONSO CIRCVMPO-
» SVIT MIHI MITRAM. Quod apertiùs auſus eſt Aquila ſic apud
Commentatorem Propheticum, id eſt, Hieronymum, totidem,
ſed ſignificantioribus his duobus verbis transferre; ΙΕΡΑΤΕΥΜΕΝΟΣ
» ΣΤΕΦΑΝΩ: quod in lingua noſtra, inquit Hieronymus, dicitur,
» SACERDOTII PORTANS CORONAM. quâ videlicet redimitus ſub
Propheticis velaminibus ſubindicatur atque apparet vniuerſorum
Pontifex Chriſtus Dominus, dum Pontificem Maximum OMNIVM
GENTIVM, cæteroſque MINORVM GENTIVM Pontifices infulatos
CAP. XLII. med ijs in ſacris cernimus atque ſuſpicimus. Ac tuâ cauſâ,

Antoni, vt video, longiores sumus. nunc MOREM MAIORVM satis agnoscis in Ecclesia, nec mutatum iri, nec mutari posse; proindeque coram Rege, nos, hunc locum DE ECCLESIA semel atque adeo plenè cumulatéque tractantes, audiente, nec mutatum fuisse, fateare; nunquam à Propheta nostro, nisi doctior modestiorque discessurus. Reliqua verò nostri Isaïæ memorabilia cælestiaque dicta, numeris potiùs, & quasi punctis, quàm commentarijs distincta, in breuissimos locos conijciam, vt hanc Propheticam perorationem, HVMANISSIME REX, quasi quoddam audias festiuum acroama, ne sine corollario ab Antonio discedas; atque vt nos amplectare libentiùs, quò nulla nos ex parte munus assignatum à Deo defugisse senties, omnesque Antonianas partes & copias ictu cominus, & Propheticorum coniectione telorum, à nobis pulsas, fractas debilitatasque iudicabis. Enitar quidem: sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si vnum aliquod effugerit. Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, structum verbum videbis. Atque vt nouo Regiæ vtilitatis genere te, IACOBE, audientem attentumque faciam; tibi persuadeas, si te Christi & Ecclesiæ æternæ gloriæ auditorem præbueris, te tuæ laudis, auulso Schismate, paucos post annos futurum spectatorem; me, meo quidem iure, tuæ virtutis atque pietatis præconem. Ad id autem quod velle senseram, abundè satisfactum esse debet voluntati tuæ. Nam ne præterirem aliquid quod ad argumentum in omni ratione PRO DEFENDENDA ECCLESIA reperiendum pertineret, plura quàm à te desiderata erant, sum complexus: fecique quod sæpe liberales venditores solent, vt cùm ædes fundumue vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causâ aptè & loco positum esse videatur: sic tibi nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere, vt Regis Regum Sponsam nonnisi ornatam, ac Regiè quidem, si quid ingenio ac diligentia possemus, tibi Regi ostenderemus. Sed ab Isaïa solito quidpiam grauius & Regium quiddam inaudio: mihique Propheticum videtur Theatrum ita resonans, vt vsque Londinum voces referantur. Hodie primùm Veritas vocem contra Inuidiam misit. Propter Sion, (clamat Isaïas) « Is.62.v.1.
non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur «
VT SPLENDOR Iustus eius, & Seruator eius VT LAMPAS accendatur. «
ET VIDEBVNT GENTES IVSTVM TVVM, ET CVNCTI RE- «
GES INCLYTVM TVVM, & vocabitur tibi NOMEN NOVVM, quod «
os Domini nominabit. Et eris CORONA GLORIÆ in manu Do- «
mini, & DIADEMA REGNI in manu Dei tui. NON VOCABERIS VL- «
TRA DERELICTA: ET TERRA TVA NON VOCABITVR AMPLIVS, «
DESOLATA: SED VOCABERIS, VOLVNTAS-MEA-IN-EA; ET TER- «
RA TVA, INHABITATA. quia complacuit Domino in te, & terra «
tua inhabitabitur. Habitabit enim Iuuenis cum Virgine, & habi- «
tabunt in te filij tui. Et gaudebit Sponsus super Sponsam, ET «

» GAVDEBIT SVPER TE DEVS TVVS. SVPER MVROS TVOS CON-
» STITVI CVSTODES, TOTA DIE ET TOTA NOCTE IN PERPETVVM
» NON TACEBVNT. Hæc Iſaïas tertio-decimo loco proponе-
» bat. Vbi pro eo quod legitur; Sed vocaberis, Voluntas-mea-in-ea,
» & terra tua, Inhabitata, legit Auguſtinus: Tum enim vocaberis,
» Voluntas-mea, & terra tua, ORBIS-TERRARVM: indeque ex eo
potiſſimùm Iſaïæ loco, de Donatiſtis Libro DE VNITATE ECCLE-
SIÆ triumphat, hunc locum vrget, nec quidquam vltra in Iſaïa
(quem vnum ex Prophetis ſeligit) Propheticum quærit aut quæ-
» rere curat; & clamat: QVID DICI ADHVC MANIFESTIVS EXIGEN-
» DVM EST? ECCE EX VNO PROPHETA, quàm multa, quàm clara!
» & tamen reſiſtetur & contradicetur, NON CVIQVAM HOMINI, SED
» SPIRITVI DEI ET EVIDENTISSIMÆ VERITATI? Et tamen ab eis
» qui nomine Chriſtiano gloriari volunt, GLORIÆ CHRISTI IPSIVS
» INVIDETVR, ne iſta quæ tanto antè de illo prænunciata ſunt, cre-
» dantur impleri, cùm iam non prænunciantur, ſed OSTENDVNTVR,
» VIDENTVR, TENENTVR. Ac poſtea Auguſtinus: Aliquid ergo pro-
» ferte quod non contra vos veriùs interpretetur, SED QVOD IN-
» TERPRETE OMNINO NON EGEAT. SICVT NON EGET INTER-
Gen. 22. v. 18. » PRETE: In ſemine tuo benedicentur OMNES GENTES, quia Semen
Gal 3. v. 16. » Abrahæ Chriſtum, non ego ſed APOSTOLVS Interpretatur. SICVT
Iſ. 62. v. 4. » NON EGET INTERPRETE: Tu enim vocaberis Voluntas-mea, & ter-
» ra tua ORBIS-TERRARVM; QVIA EI DICITVR, QVAM NEMO
» CHRISTIANVS NISI ECCLESIAM CHRISTI INTELLICIT. SICVT
Pſ. 21. v. 28. » NON EGET INTERPRETE: Commemorabuntur & conuertentur ad
» Dominum vniuerſi fines terræ: Et adorabunt in conſpectu eius vni-
» uerſæ PATRIÆ GENTIVM, quoniam ipſius eſt REGNVM, & ipſe do-
» minabitur GENTIVM; quia in eo Pſalmo dicitur, vbi Paſſio Domi-
» ni etiam TESTE EVANGELIO declaratur. SICVT NON EGET INTER-
Luc. 24. v. 46. » PRETE: Quia oportebat Chriſtum pati & reſurgere tertia die, &
» prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum
» PER OMNES GENTES, Incipientibus ab Ieruſalem. SICVT NON
Act. 1. v. 8. » EGET INTERPRETE: Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in tota Iu-
» dæa & Samaria, & vſque in totam terram. Cœpiſſe enim Eccleſiam
» ab Ieruſalem, atque inde eſſe circum Iudæam, & Samariam, & cæ-
» teras Gentes, conſequentia geſta teſtantur, CANONICIS firmata Do-
Matt. 24. v. 14. » CVMENTIS. SICVT NON EGET INTERPRETE: Et prædicabitur
» hoc EVANGELIVM REGNI, in VNIVERSO ORBE, in teſtimonium
» OMNIBVS GENTIBVS, & tunc veniet finis. Interrogatus enim Do-
» minus de fine huius ſæculi, cùm quædam initia PARTVRITIONVM
v. 6. » dixiſſet, ait: Sed nondum ſtatim finis. Finem autem futurum prædi-
» xit poſt prædicationem Euangelij IN VNIVERSO ORBE IN OMNI-
Matt. 13. v. 30. » BVS GENTIBVS. SICVT NON EGET INTERPRETE: Sinite vtraque
» creſcere vſque ad Meſſem: QVIA CVM EGERET INTERPRETE,
» IPSE DOMINVS INTERPRETATVS EST ET IPSE EXPOSVIT, CVI
» NEMO CONTRADICERE POTEST, MAXIME IN EA PARABOLA,

QVÆ AB ILLO PROLATA EST: ET IPSE AIT BONVM SEMEN ESSE « FILIOS REGNI; AGRVM, MVNDVM; MESSEM, FINEM SÆCVLI. Tale « aliquid proferte, vel vnum, quo apertissimè Africa declaretur VEL IN « RELIQVIS SOLA DERELICTA, VEL AD PRINCIPIVM RENOVANDI ET « IMPLENDI ORBIS SOLA SERVATA. NEQVE ENIM TOT TESTIMONIIS « COMMENDARETVR, QVOD ERAT CITO PERITVRVM: ET SIC TACE- « RETVR, AVT QVOD SOLVM ESSET RELINQVENDVM, AVT EX QVO « SOLO TOTVM ESSET REPARANDVM ET IMPLENDVM. Si autem non « potestis quod tam iustè à vobis flagitamus, ostendere, credite veritati, « conticescite, obdormiscite, A FVRORE EXPERGISCIMINI IN SALV- « TEM. Denique libro primo contra Gaudentium, capite vigesimo: O- « mittamus alia, & NOVISSIMA VERBA EIVS IN TERRIS audiamus, vbi « videamus QVAM FIDEM DE ECCLESIA reliquit Apostolis, QVALE « TESTAMENTVM quodammodo fecerit, non vitam finiturus, sed sine « fine victurus; non mittendus in Sepulcrum, sed ascensurus in Cælum. « Surgens enim à mortuis, posteaquam apparuit Discipulis suis, in- « tuendus oculis, manibusque tractandus: Oportebat, inquit, im- « Luc 24. pleri quæ scripta sunt in Lege, & Prophetis, & Psalmis de me; Tunc « v. 44. aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas, & dixit eis: Quo- « niam sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & Resurge- « re tertio die, & Prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissio- « nem peccatorum PER OMNES GENTES, Incipientibus ab Ierusa- « lem. ITEMQVE IN MONTE OLIVETI, POSTQVAM NIHIL VLTE- « RIVS IN TERRIS POSITVS DIXIT, SED QVOD MAXIME FVERAT « NECESSARIVM, HOC COMMENDAVIT EXTREMVM. Multi quippe « erant futuri per vniuersas partes terræ, VENDICATVRI SIBI NO- « MEN ECCLESIÆ, & contra Vniuersam DOMVM, quæ per Vniuer- « sam Terram cantat CANTICVM NOVVM, de quo scriptum est: « Cantate Domino CANTICVM NOVVM: Cantate Domino OMNIS « Ps. 95. v. 1. TERRA: de suarum quisque RVINARVM ANGVLIS (nollem, AN- « GLIS, Optime Rex) latraturi. Aliud namque Apostoli audire cu- « piebant, & quod illis maximè fuerat necessarium, non quærebant. « Dic nobis, inquiunt, si in tempore hoc PRÆSENTABERIS, & quan- « do REGNVM ISRAEL? At ille; Non est, inquit, vestrum nosse tem- « Act. 1. v. 7. pora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, sed accipie- « tis virtutem superuenientis Spiritus Sancti in vos, & eritis mihi Te- « stes in Ierusalem, & in totam Iudæam & Samariam, & VSQVE AD « TERMINOS TERRÆ. His dictis nubes suscepit eum. Nihil vlteriùs « verbis addidit: HOC TANTO TENACIVS QVANTO POSTERIVS « AVDIENTIVM MENTIBVS FIXIT. HANC SPONSAM SVIS AMICIS « SPONSVS ABIENS COMMENDAVIT. HANC ERGO DE SANCTA « ECCLESIA [FIDEM] DISCIPVLIS DERELIQVIT: HVIC FIDEI DO- « NATISTÆ RESISTITIS, ET PRO FIDE, QVAM DOMINVS CHRI- « STVS RELIQVIT APOSTOLIS, VOS PERSECVTIONEM FERRE « CONTENDITIS: HVIC HOMINIS FILIO, QVI ECCLESIAM SVAM « INCIPIENTEM AB IERVSALEM ET PER OMNES GENTES FRV- «

» CTIFICANTEM ATQVE CRESCENTEM, TANTA DILIGENTIA COM-
» MENDAVIT; MIRA CÆCITATIS IMPVDENTIA CONTRADICITIS,
» ET PROPTER FILIVM HOMINIS VOS MALA SVSTINERE CLAMA-
» TIS. AN HOC FORTASSIS IDEO DICITIS, QVIA VOBIS ALIVM
» FILIVM HOMINIS INVENISTIS, CVIVS NOMINE VOCITEMINI, DE
» CVIVS PARTE DICAMINI? ERRATIS, NON EST IPSE, QVAN-
» DO PROPTER FILIVM HOMINIS PATI PERSECVTIONEM, FELICI-
» TATIS ESSE DICEBAT, SEIPSVM ILLE SPONSVS, NON ADVLTE-
CAP. XLIII. » RVM PRÆDICABAT. QVARTO verò DECIMO magna voce veriſſimum pulcerrimumque iuſiurandum Iſaïas affert: Iura-
Iſ. 62. v. 8. » uit Dominus IN DEXTERA ſuâ & IN BRACHIO FORTITVDINIS
» ſuæ, SI DEDERO TRITICVM TVVM VLTRA, CIBVM INIMICIS
» TVIS: ET SI BIBERINT FILII ALIENI VINVM TVVM IN QVO
» LABORASTI. Quia qui congregabunt illud, comedent, & laudabunt
» Dominum: & qui comportant illud, bibent in atrijs ſanctis meis.
» Tranſite, tranſite per portas, præparate viam populo, planum fa-
» cite iter, & eligite lapides, ET ELEVATE SIGNVM AD POPVLOS. Ec-
» ce Dominus auditum fecit IN EXTREMIS TERRÆ. Dicite, Filiæ
» Sion; Ecce Saluator tuus venit: Ecce Merces eius cum eo, & opus
» eius coram illo: Et vocabunt eos POPVLVS SANCTVS REDEMPTI
» A DOMINO. Tu autem vocaberis, QVÆSITA CIVITAS, ET NON
» DERELICTA.

O Fides alma, apta pinnis, & Iuſiurandum Iouis!

CAP. XLIV. QVINTO-DECIMO, ſiue PENVLTIMO tandem loco, Propheta definit ad quantum Eccleſia duratura ſit tempus, & ait:
Iſ. 65. v. 22. » Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius co-
» medet: SECVNDVM ENIM DIES LIGNI, ERVNT DIES POPVLI
» MEI, ET OPERA MANVVM EORVM INVETERABVNT: ELECTI
» MEI NON LABORABVNT FRVSTRA, NEQVE GENERABVNT IN
» CONTVRBATIONE: QVIA SEMEN BENEDICTORVM DOMINI EST,
» ET NEPOTES EORVM CVM EIS. ERITQVE ANTEQVAM CLA-
» MENT, EGO EXAVDIAM: ADHVC ILLIS LOQVENTIBVS, EGO AV-
» DIAM. Lupus & Agnus paſcentur ſimul: Leo & Bos comedent pa-
» leas: & Serpenti puluis panis eius: NON NOCEBVNT NEQVE OC-
» CIDENT IN OMNI MONTE SANCTO MEO, DICIT DOMINVS. Quæ cùm ita ſint, vt myſticis myſtici ligni annis Eccleſiæ annos metiamur, ſeriem ſemper ſibi ſimilis Eccleſiæ, ſucceſſioniſque eius ratum ordinem, ac velut conſtantiam atque concordiam perpetuitati ac propemodum æternitati profectò æquabimus. Nec certè ſecus dixerit vllus mortalium, qui Ligni Prophetici normam ac regulam ſecutus videri velit. ſiue cum Ligni Vitæ immortalitate compares, vt Septuaginta, quos vocant, Interpretibus placuiſſe,
Pſ. 1. v. 3. apud Hieronymum legitur: ſiue cum Ligni Dauidici, cuius folium
Ierem. 17. v. 8. non defluet, longinquitate conferas; quò ſuis locis Ieremias & Eze-
Ezech. 47. v. 7. chiel reſpexiſſe atque alluſiſſe viſi ſunt: ſiue potiùs Sponſi palmare illud Canticorum lignum diuturnitate æquipares; de quo dicitur:

Aſcendam

Aſcendam in Palmam, & apprehendam fructus eius. Quod Lignum, quæ Palma, Crux certè Dominica erit: cuius pretij ac redemptionis infinitos æternoſque vberrimos fructus Eccleſiæ Chriſti immortalitatem ſecum allaturos, Iſaïas docet. Quocirca ipſa Chriſtiana Eccleſia, Chriſti Crucis viciſſim, vt loquitur Eccleſiæ Apoſtolus, MORTIFICATIONEM docens, dies populi Domini, dies Ligni eſſe debere Dominici, per os Iſaïæ, & gloriatur & vrget. Atque ad id quod agitur, aptè congruenterque de Palma dictum eſt; ad naturamque rerum accommodatiſſimè. Vt enim Palmam inter arbores ſingularem, ac prope vnicam credimus, quæ, quantumuis exciſa, ſemper fruticetur, continuóque de ſe renaſcendi velut immortalem vim habeat; (proptereaque Græcum Palmæ nomen Phœnix auis, quam ſibi ſemper ſuperſtitem eſſe aiunt, ſortita & tanquam mutuata eſſe videatur:) ſic Eccleſia è Chriſto nata, quamdiu Crux, paſſio, ſanguis, merita Chriſti alteris ſæclis proderunt, & quaſi reuiuiſcent; tamdiu certè recreabitur fidelis illa atque optima diuturnitatis procuratrix & cuſtos, ſuaque ſuccedentium infinita poſteritate, vel in æternitatem perpetuanda erit. Haud ſecus planè ac illa «Cant.7. v.8. Gal.6. v.12.

Vna eſt quæ reparet ſeque ipſa reſeminet Ales,
Aſſyrij PHOENICA vocant: nec fruge nec herbis,
Sed Turis lacrymis & ſucco viuit Amomi.
Hæc vbi quinque ſuæ compleuit ſæcula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulæque cacumine PALMÆ,
Vnguibus & duro nidum ſibi conſtruit ore:
Quo ſimul ac Caſias, & Nardi lenis ariſtas,
Caſſaque cum fulua ſubſtrauit Cinnama Myrrha;
Se ſuper imponit, finitque in odoribus æuum.
Inde ferunt, totidem qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum Phœnica renaſci.
Cùm dedit huic ætas vires, onerique ferendo eſt,
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ,
Fertque pius cunaſque ſuas patriumque ſepulcrum,
Perque leues auras Hyperionis vrbe potitus,
Ante fores ſacras Hyperionis æde reponit.

SEXTO denique DECIMO ac VLTIMO, vix Eccleſiam non ad breue exiguumque duraturam tempus, ſed Eccleſiam Chriſti fore Chriſti Paſſioni coæuam, Deo loquente, noſter Iſaïas confirmauit: cùm Chriſtus Vniuerſum Orbem in Eccleſiam ſic ædificat, vt, velut ſuum perfectiſſimum opus, Patris æternitati atque omnipotentiæ, ſuo nomine ac ſanguine, conſecraſſe videatur. In extremo ergo iſto Libro Prophetico, quaſi in extrema parte & concluſione muneris ac negotij ſui Prophetici, diligentiſſimus Iſaïas vt eſſet, (cùm intelligeret id quod poſtea contra Fauſtum Manichæum Auguſtinus, non minùs verè, quàm ſubtiliter, diſputauit; priùs videlicet IVDICES factos, dein- CAP. XLV.

de ſecutos REGES: nempe quia primò IVDICIVM, deinceps REGNVM futurum eſt) ſub Iudicij typo, CHRISTI REGNVM (quod
1. Cor. 15. v 24. quidem, vt tradidit Paulus, aliquando tandem Deo & Patri tradet) ac ſub Omnium Gentium nouiſſima conuocatione, Omnium Gentium Primam Conuocationem, ſiue Eccleſiæ Vocationem, Multiplicationem ac Deductionem in Colonias, necnon, vt initio diximus, ECCLESIÆ noſtræ BRITANNICÆ FVNDATIONEM adumbrat, ac pæne his diuinis verbis repræſentat: Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum: Venio vt congregem cum OMNIBVS GENTIBVS ET LINGVIS: & venient & videbunt gloriam meam. Et ponam in eis SIGNVM, & MITTAM EX EIS QVI SALVATI FVERINT, AD GENTES IN MARE, in Africam & Lydiam tendentes ſagittam: in ITALIAM & Græciam, AD INSVLAS longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus: ET ADDVCENT OMNES FRATRES VESTROS DE CVNCTIS GENTIBVS DONVM DOMINO, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem Sanctum meum Ieruſalem, dicit Dominus, quomodo ſi inferant filij Iſraël munus in Vaſe Mundo in Domum Domini: ET ADSVMAM EX EIS IN SACERDOTES ET LEVITAS, DICIT DOMINVS: Quia SICVT CÆLI NOVI, ET TERRA NOVA, QVÆ EGO FACIO STARE CORAM ME, DICIT DOMINVS; SIC STABIT SEMEN VESTRVM ET NOMEN VESTRVM. Et erit menſis ex menſe, & ſabbathum ex ſabbatho: VENIET OMNIS CARO VT ADORET CORAM FACIE MEA, DICIT DOMINVS. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vſque ad ſatietatem VISIONIS OMNI CARNI. Hîc & Libri Prophetici & BRITANNICÆ noſtræ PROPHETIÆ finis: In quo ſumma totius EVANGELICÆ PROPHETIÆ Iſaïæ his duobus verbis ſolis continetur, nempe VISIO CARNIS: cuius certè in initio & fine Propheticorum Sermonum ſubtiliter aduertenda coniunctio eſt, cùm prima Libri vox, VISIO ſit; vltima verò, CARNIS: vt coniunctione extremorum, quod plerisque in libris Propheticis fit, argumentum Myſterij prædicendi, videlicet in hoc INCARNATIO VERBI, pateret, quâ Chriſtus & Eccleſia tanquam DVO IN CARNE VNA & creduntur & ſunt. Plenus inconſideratiſſimæ ac dementiſſimæ temeritatis ſit, qui ſuopte ingenio ſequi velit, quod ſine Hieronymi conſilio adſequi nequeat; id eſt, difficillimum hunc locum in quo nunc verſamur: vnde, velut Eteſiarum flatu, maritimos noſtros Propheticos curſus celeres & certos in Britanniam dirigendos ſperemus. vtrum igitur malumus? ſtatimne nos vela facere? aut quaſi è portu egredientes, paulu-

lum remigare? Nunc iam, quocumque cum Hieronymo feremur, danda nimirum vela sunt. Optimum sanè ducem sequimur: à quo non verisimile est, cùm cæteræ partes Isaïæ benè descriptæ sint, Epilogum, tanquam ab inerti Oratore, esse neglectum. Quàm blandè primùm, quàm ingeniosè circumuolitat! dum cuncta, seu belli, seu viæ impedimenta, quæ Vates retulit,
explicans, hunc in modum præfari cœpit: Qui veloces sunt in Fi- «
de, EQVIS vehuntur: qui multiplices in Gratia, QVADRIGIS: qui «
consolatione indigent, TECTIS LECTICIS ET VMBRACVLIS; vt «
audire mereantur: Per diem Sol non vret te, neque Luna per no- « Psal. 120. v. 6.
ctem. MVLOS autem in Scripturis Sanctis dupliciter accipimus: vel «
in Sterilitate & Continentia; qualibus sedit Dauid & Salomon; « 3. Reg. 1.
quorum alter interpretatur FORTIS MANV; alter, PACIFICVS: vel « v. 33.
in mala parte; de quibus dicitur: Nolite fieri sicut Equus & Mu- «
lus, quibus non est intellectus. quibus præpositus erat Doëg. « Psal. 31. v. 9.
CARRVCÆ autem, pro quibus (vt supra diximus) LXX. Tecta Ve- « 1. Reg. 21. v. 7.
hicula, cæteri Vehicula simpliciter transtulerunt; illi intelligendi, «
de quibus Apostolus loquitur: Inuicem onera vestra portate. Porro « Gal 6. v. 2.
LAMPENÆ, splendentia Sanctorum intelligenda sunt Corpora, & «
Animæ fide Domini Illuminatæ: quibus dici potest: Vos estis lux « Matth 5.
mundi. Hic autem omnis apparatus illò proficit, vt ingrediamur « v. 15.
Sanctam Ciuitatem Dei, siue Sanctum Montem Domini Ierusa- «
lem: non illam quæ occidit Prophetas, & quæ lapidat missos ad « 23. v 37.
se; sed Ierusalem Cælestem. de qua crebro diximus: Quæ autem « Gal. 4.
sursum est Ierusalem, libera est, quæ est Mater Nostra. Et iterum: « v. 26.
Sed accessistis ad Sion montem, & Ciuitatem Dei viuentis, Ierusa- « Hebr. 12.
lem Cælestem. Quod vel DE PRÆSENTI ECCLESIA possumus « v. 22.
intelligere, QVÆ TOTO ORBE PER APOSTOLOS CONGREGATA «
EST; Vel de futura, vt impleatur illud quod Apostolus Sancto «
Spiritu Prophetauit: Rapiemur in nubibus obuiam Domino in « 1. Thess. 4.
aëra, & sic semper cum Domino erimus. Atque hæc primùm « v. 17.
Prophetarum Interpres, & quasi Mens, noster Hieronymus. deinde verò, occasione data describendæ fabulæ potiùs quàm hæreseos, eorum quos Chiliastas, vel Milliarios, siue Millenarios, vocauit Antiquitas: qui, tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse dicuntur; velut aliud agens, & tamen quasi, cum id genus hæreticis, quod aiunt, velis equisque decertans, nos velis passis in BRITANNIAM peruehit: nosque tibi, POTENTISSIME REX, in CATHOLICORVM, id est, BEATORVM, qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam, INSVLIS sistit. Matt 5. v. 10.
Si Insulam BRITANNIAM cœpero cogitare, nunquam præ nimio animi affectu, ac pæne ardore, ita quidem existimo, PROPHETICO DE ECCLESIA OPERI, tam maximè necessario, finem imponam. Sed ventum in Insulam nobilissimam est: imponat suo iure ac more Hieronymus, quæ summatim perscripsi
pleniùs enarraturus: Iudæi, inquit, & IVDAICI ERRORIS, «

» HEREDES Hebionitæ, qui pro humilitate sensus, nomen PAUPERVM susceperunt, omnesque mille annorum delicias præstolantes; equos & quadrigas, & rhedas, & lecticas, siue BASTERNAS, & dormitoria, mulosque & mulas, & carrucas, & diuersi generis vehicula, sic intelligunt vt scripta sunt: Quod videlicet in Consummatione Mundi, quando Christus Ierusalem regnaturus aduenerit, & Templum fuerit instauratum, & immolatæ Iudaïcæ Victimæ; de Toto Orbe reducantur Filij Israël: nequaquam adsumptis alis, sed SARRACO GALLICO, Couinisque bellicis, & EQVIS Cappadociæ atque HISPANIÆ, ac RHEDIS ITALIÆ: & matronæ eorum Lecticis referantur, atque BASTERNIS; nequaquam super equos, sed super mulos Numidiæ. QVI autem SENATORIÆ FVERINT DIGNITATIS, ET LOCVM PRINCIPVM OBTINVERINT DE BRITANNIS, Hispanis, GALLISQVE extremis hominum MORINIS, & vbi bicornis finditur Rhenus, IN CARRVCIS VENIANT, occurrentibus sibi CVNCTIS GENTIBVS, quæ eorum seruituti fuerint præparatæ. Huc vsque Diuinus Interpres Hieronymus: apud quem QVI SENATORIÆ FVERINT DIGNITATIS, ET LOCVM PRINCIPVM OBTINVERINT DE BRITANNIS, quid aliud, quæso, monstrant quàm Solem sub nube, id est, quàm sub Hebionitica Fabula, tanquam nebula, ANGLICANÆ ECCLESIÆ Orientem, ac summis viris eximijsque doctoribus, ceu cælestibus radijs, refulgentem Solem? Ac certè præterea BRITANNICOS PRINCIPES BRITANNICVMQVE SENATVM designant, quos olim in IVVANDA ECCLESIA atque euertendo Schismate, operam sanguinemque posuisse gloriamur; domesticisque exemplis, IACOBE REX, tecum agimus, & quantum tibi expedit, & nobis licet, certamus, teque ad ea, sine sanguine tamen, dum aliter licet, prouocamus. Atque hæc de ijs quæ secundo loco posuerat Hieronymus. Nouissimè autem sequentem versiculum explanans: ET ADSVMAM EX EIS IN SACERDOTES ET LEVITAS, DICIT DOMINVS: interpretatur de enumeratis supra Gentibus: de Mari, de Africa, de Libya, de Cappadocia, de ITALIA, de Græcia, DE CVNCTIS INSVLIS, quarum habitatores primùm non audierant Dominum, nec viderant gloriam eius, ET POSTEA VERTENTVR IN SACERDOTES; vt qui fuerant cauda, sint caput; & qui caput, vertantur in caudam.

CAP. XLVI. SED quid opus est plura? iam enim ipsius Hieronymi sermo nostram omnem DE ECCLESIA tum fidem tùm sententiam partim explicauit, partim confirmauit, id est, ECCLESIAM in MAIOREM BRITANNIAM deduxit, cùm sub Fabula Hebionitica DE BRITANNIS, EXTREMISQVE HOMINVM MORINIS, in vim Prophetici Edicti agit, DE CVNCTISQVE INSVLIS INSVLARIBVSQVE VIRIS IN SACERDOTES VERTENDIS, id est, DE BRITANNICA ECCLESIA, Vltimæ Prophetiæ Vltima prope dicta interpretatur,

vrget, explanat. Iam, quoniam criminibus Antonij satis respondi, plerúmque dissimulans auctorem, de ipso Antonio emendatore & correctore nostro quædam dicenda sunt; nec enim omnia effundam: vt si sæpiùs decertandum sit, vt erit, semper nouus veniam: quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorumque largitur. Sunt enim quædam, Antoni, quæ honestè non possum dicere. Tu autem eo liberior, quòd ea in te admisisti, quæ à verecundo inimico audire non posses. Sed reliquum cursum videte: quem quidem celeriter perstringam; incîdam enim oportet media, ne nimis serò ad extrema veniamus. Ex quibus profectò omnibus facilè cernas, SAPIENTISSIME REX, quàm laudabiliter & Catholicè, quàm sapienter, quámque animosè & fortiter à nostro Theologorum Collegio, apud quos vetus illa magistra pudoris & modestiæ seueritas censoria retinetur, in Antonij libros animaduersum, ac ne longiùs serperent, prouisum sit. VENITE AD CATHOLICAM CONCORDANTEM, QVAM CYPRIANVS NON DESERVIT FLVCTVANTEM, inquit, extremo secundo libro De Baptismo contra Donatistas, Augustinus. Earum enim rerum nullam sibi Antonius neque inficiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit: omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua, manifestis in maleficijs tenetur, & manet etiam, ac tacitus facta mecum sua recognoscit:

Ceu stimulante fame, rapuit cùm Martius agnum
Auerso Pastore lupus, fœtumque trementem
Ore tenet presso, tum si vestigia cursu
Auditis celeret balatibus obuia Pastor;
Iam sibimet metuens, spirantem dentibus imis
Reiectat prædam, & vacuo fugit æger hiatu.

Hæc est vero ACADEMIA PARISIENSIS, Vnitatis Ecclesiæ, Sedisque Petri ac Apostolicæ Communionis religiosa perpetuaque DEFENSTRIX, talis videlicet etiam nunc, qualem hac altera sua Epistola ad PARISIENSES data, Pontifex ille dictus VIR HVMILIS, ET DEVOTVS ZELATOR CASTITATIS ET IVSTITIÆ, Vrbanus Sextus, ad perpetuam rei memoriam, Carolo Quarto & VVenceslao Impp., repræsentat: VRBANVS Episcopus SERVVS SERVORVM DEI, dilectis filijs Rectoribus, Magistris, DOCTORIBVS, Scholaribus ac Vniuersitati Studij Parisiensis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Inter, immo super cæteras Studentium Vniuersitates, in quibus SCIENTIARVM GEMMA resplendet, vestra PARISIENSIS velut QVODDAM SIDVS radiat, & pulsis ignorantiæ ac erroris tenebris doctrinæ suæ lumine circumlucet. Ex ipsa nempe, velut ex quodam PVRISSIMO FONTE, SEMPER sani dogmatis riuuli profluxerunt, qui per innumeros alueos proniùs discurrentes, falsarum opinionum lumen absterserunt. Huiusmodi quidem Fontis claritatem NVLLA VNQVAM, quantumuis impetuosa, vis pluuiæ turbidauit. Vos itaque DILECTISSIMI FILII, qui ex hoc

» limpidissimo Fonte DVLCISSIMAS LITTERAS auido haustu elicitis,
» congaudemus vobis, & Sanctæ Romanæ congratulamur Ecclesiæ,
» cui talia ligna fructus producentia dulcissimos secus decursus aqua-
» rum in tam ingenuo viridario SVMMVS PARENS REX plantauit,
» cui diu congaudemus, & exsultat spiritus noster, quando intra FE-
» LICIA CASTRA STVDII PARISIENSIS tot doctissimos ac magna-
» nimos veritatis & Orthodoxæ fidei pugiles intuemur. GEMAT HÆ-
» RETICORVM PRAVITAS quantum potest, & euacuet contra tam
» munitissima castra pharetras suas TVRBA SCHISMATICA: nam sunt
» milites ALVMNI NOSTRI ad resistendum promptissimi, Veritatis
» & Fidei thorace muniti, habentes bicipitia spicula, quibus hostium
» corda penetrentur. Habent & FACES ARDENTISSIMAS CHARITATIS,
» quibus illorum machinæ confundantur. Habent & scaturienris
» fontis vndas, quibus eorum faculæ protinus extinguantur; vt nec
» illud prætereamus cuius sola recordatione plurimum consolamur,
» quodque nuper cum ingenti gaudio, fide dignorum relatione, per-
» cepimus, QVEMADMODVM VOS ADVERSVS EORVMDEM HÆ-
» RETICORVM ATQVE SCHISMATICORVM ASSERTIONEM SVB-
» DOLAM CONTRA NOS IMPVDICE LOQVENTIVM, NONNVLLAS
» SANCTAS, VERAS, ET SALVBERRIMAS, ET QVALES PROFESSIO-
» NEM VESTRAM DECET, IN NOSTRVM, IMMO MEMORATÆ FI-
» DEI FAVOREM ET VERITATIS DEFENSIONEM SENTENTIAS PV-
» BLICE TENVISTIS, ET CONTRA QVOSCVMQVE CONTRARIVM
» PROFITENTES DEFENSASTIS; pro quibus Vniuersitatem vestram
» iteratis in Domino laudibus prosequentes, deuotionem vestram re-
» quirimus & hortamur attentiùs, ac per aspersionem sanguinis
» Iesu Christi, cuius in hac parte res agitur, obsecramus, quatenus
» causam iustitiamque nostram toti mundo notoriam, quam dicti
» Pseudo-Christiani, VERI SATELLITES ANTICHRISTI, obnubilare,
» ac SCHISMA PERNICIOSISSIMVM in Dei Ecclesia suscitare moliun-
» tur, suscipere, immo iam susceptam velitis defensare, tanquam le-
» gitimi certatores; & ne INCONSVTILIS VERI IOSEPH TVNICA
» lanietur, sub diuinæ potentia dexteræ vos murum inexpugnabilem
» opponatis, hostiumque multitudinem nullatenus formidetis, SVB
» SIGNIS MILITANTES VICTRICIBVS VERITATIS. Quæ licet quan-
» doque calumniantium fuscatis argumentorum coloribus impugne-
» tur, vinci tamen non potest, & illorum nequit multitudine con-
» culcari. NIHIL ENIM FACILIVS QVAM PRO VERITATE BELLA-
» RE, NVLLI CLARIORES TRIVMPHI, NVLLA PINGVIORA SPOLIA
» REPORTANTVR, QVAM QVÆ VERITAS DEFENSA POLLICETVR.
» Eia ergo, ATHLETÆ MAGNANIMI VERITATIS, Orthodoxæ Fidei
» DEVOTISSIMI DEFENSORES, contra illorum Impugnatores & Ho-
» stes FELICITER INSVRGATIS, vt proinde præter æternæ mercedis
» præmia humanarumque laudum præconia, Nostram & APOSTO-
» LICÆ SEDIS Benedictionem & gratiam ac exauditionem in vestris
» petitionibus, tanquam bene meritis, reportetis. Datum Romæ apud

S. Mariam trans Tyberim, XI. Kalend. Decemb. Pontificatus nostri Anno primo. Hactenus Vrbanus Pontifex. Et quoniam in eum « amplissimum ordinem CONSTANTISSIMÆ LIBERTATIS ac VERITATIS PARISIENSIS, & DOCTISSIMÆ ANTIQVISSIMÆQVE GRAVITATIS SIMPLICITATISQVE SORBONICÆ, olim ante susceptam Prouinciam, dum adhuc, quod aiunt, in Minoribus essem, necdum ex Commendatario Sancti Victoris Parisiorum Abbate factus Archiepiscopus Rothomagensis, Normaniæ Primas, meo labore cooptatus sum; meo quoque iure facturus videor, si censorium istud iudicium ac notationem, MEMORIA BONÆ SOCIETATIS IMPAVIDVS (quod apud Tacitum de Segeste olim, Annalium primo, dictum est) adscribam: vnde Posteritas sempiternum fidei ac concordiæ nostræ monimentum speculetur atque custodiat, vsurpetque securè secum illud De Temporibus Tiberianis dictum: MANEBANT ETIAM TVM VESTIGIA MORIENTIS LIBERTATIS. « Malè enim cum posteris ageretur, ni res quas fideliter à Maioribus accepimus, à nobis præclarè gestæ atque administratæ, ad illos eâdem tandem viâ peruenirent. Nec verò dubitat Agricola, quamuis senex, quærenti, cui serat, respondere; DIIS IMMORTA- « LIBVS, QVI ME NON ACCIPERE MODO HÆC A MAIORIBVS « VOLVERVNT, SED ETIAM POSTERIS PRODERE. Nam certissi- « mum est, quòd non alijs telis Audacia Nouitatem armauerit, quàm ijs quæ nudatæ Veritati, temporum iniuria atque obliuione, surrepta sunt. Excipiat ergo Ventura Ætas, & nunc ex Antro Sorbonico, tanquam Sibyllino, Parisiensia nostra oracula actutum fundenda audiamus. Inueniet illic Antonius, quod de Ioanne Apostolo & Euangelista, Primo Ephesiorum Episcopo, Ephesi contingere legitur apud Augustinum, spirantes cineres ROBERTI nostri DE SORBONA, qui Sancto Ludouico Galliarum Regi à Confessionibus fuit, quique SOCIOS primùm SORBONICOS instituit, magno Reipublicæ Christianæ bono, tanquam, quod primo Annalium Tacitus ait, SODALIVM AVGVSTALIVM SACERDOTIO, VT « QVONDAM T. TATIVS RETINENDIS SABINORVM SACRIS, SO- « DALES TITIOS INSTITVERAT. Est enim Antonio grauis aduersa- « ria constituta & parata incredibilis quædam confessio, quâ fortassis vafrè ac veteratoriè se suaque scripta iudicio nostro Sorbonico legitur subiecisse. Ergo hæc, quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus: loquamur potiùs de nequissimo genere leuitatis, & humilitatis istius subdolæ & fictæ. Itaque recitetur CENSVRA:

— hostis est, quisquis mihi
Non monstrat hostem. ---

ἀπεστείλαμεν γὰρ ὑμῖν, ἵνα καὶ ἡ ὑμετέρα ΘΕΟΣΕΒΕΙΑ σύμψηφος τοῖς παρ' ἡμῖν ὁρισθεῖσι γένηται, καὶ γινώσκητε, ὅτι ἡ ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, οὐ παρορᾷ τοὺς εἰς αὐτὴν πλημμελοῦντας. quo quidem Heroïco olim dicto Oecumenicum Concilium Sardicense Synodicam suam ad Alexandrinam Ecclesiam conclusit, vt in Magni Athanasij legere est

» Apologia ſecunda; id eſt: Quæ ideo ad vos miſimus, vt veſtra IN
» DEVM PIA RELIGIO ſuffragetur SENTENTIIS A NOBIS LATIS, ſi-
» mulque intelligat, ECCLESIAM CATHOLICAM NEQVAQVAM
» DISSIMVLANTER CVM IIS AGERE QVI IPSAM OFFENDVNT. Vt
enim, Seſſione trigeſima ſexta, Conſtantienſe Concilium, contra Pe-
» trum de Luna agens; præclarè edixit: FRVSTRA IVDICIVM CO-
» GNOSCENDO GERITVR, NISI QVOD COGNITVM EST, IVDICIA-
» LI CALCVLO TERMINETVR. Sic Antoni,

Nec tua te ſontem tantummodo ſecula norint:
Perpetuæ crimen Poſteritatis eris.

O miſerum te, ſi intelligis; miſeriorem, ſi non intelligis, hoc litteris mandari, hoc memoriæ prodi, huius rei ne poſteritatem quidem omnium ſeculorum vnquam immemorem fore!

» CENSVRA

» SACRÆ FACVLTATIS THEOLOGIÆ PARISIENSIS,
» IN QVATVOR PRIORES LIBROS DE REPVBLICA
» ECCLESIASTICA,

» AVCTORE

» MARCO ANTONIO DE DOMINIS, ARCHIEPISCO-
» PO SPALATENSI:
» Londini apud Io. Billium typis excuſos,
» Anno M. DC. XVII.

» HÆRESIM, naturam & aſtum Serpentis imitari, qui eius ingenium
» norunt, facilè omnes agnoſcunt. nam quemadmodum Serpens,
» præter atrum virus quod vndique iaculatur, caudam quoque ad
» caput ſæpe retorquet; ſiue totam dum colligit iram, ſiue vt tor-
» pentes & languidas vires acriùs exſuſcitet: ita etiam Hæreſis, vbi
» in varia fidei dogmata obrepere tentauerit, nec tamen quidquam
» profuiſſe, ſed venenum marcido iam corpore fruſtra vomuiſſe &
» perdidiſſe conſpexerit, ad ſuum tandem principium, & à cauda ad
» caput per ſinuoſa volumina, Serpentis more, redire, ſeque ad no-
» uam rabiem animare ſolet. Id cùm pleriſque Hæreſibus comper-
» tum habeamus, quarum ortus & interitus ſimiles exſtitere, & ad
» eumdem ſcopum, tam in fine quàm in primordio, ſemper colli-
» marunt; in hac quæ noſtro infelici tempore, ex Orci tenebris ex-
» citata eſt, luce meridiana clarius emicat. Siquidem cùm anno quin-
» genteſimo decimo ſeptimo ſupra milleſimum, NEFARIVS APO-
» STATA, Marrinus Lutherus, violatis non ſolùm Monaſterij, in quo
» per aliquot annos delituerat, ſeptis; ſed etiam effractis VERECVNDIÆ
» CHRISTIANÆ repagulis, IN SVMMVM VNIVERSALIS ECCLESIÆ
» PONTIFICEM varias cœpiſſet exſpuere calumnias, atque illius SV-
» PREMAM POTESTATEM non tantùm imminuere & labefactare, ſed

« etiam funditus euertere studuisset; PESTILENS autem EIVS HÆRESIS plerisque in Prouincijs, Deo duce, iam iam effeta & moriens, ad exitum properaret: Ecce, EVOLVTO CENTVM ANNORVM SPATIO, nempe hoc decimo septimo supra millesimum sexcentesimum, ALTER APOSTATA, ET ECCLESIÆ PERDVELLIS, in medium prodire ausus est, eamdemque defectionem contra Ecclesiam, & GENERALEM CHRISTI IN TERRIS VICARIVM, renouare cogitans, LIBRVM NEFARIVM INNVMERIS HÆRESIBVS REFERTISSIMVM edere, HÆRETICA TEMERITATE, præsumpsit. Quo in negotio fortasse verendum, ne plus periculi & damni, quàm olim à Luthero, Ecclesiæ immineat & emergat: non tam quòd LVTHERANVM SCHISMA ab vno Pseudo-Religioso cœperit, istud verò ab homine varijs titulis laruato, & præcipuis Ecclesiæ honoribus aucto; sed etiam quòd, non sine magno bonorum omnium luctu, plerosque diuersis in locis, prætextato & ementito CATHOLICORVM nomine, non ita, vt par est, in SVPREMVM ECCLESIÆ ANTISTITEM propensos experiamur. Quapropter FACVLTAS PARISIENSIS, officij sui non immemor, Maiorumque suorum, qui omnis generis erroribus, CENSVRÆ animaduersione notandis strenuè laborarunt, vestigijs insistens, & optimè sciens, pari apud Deum peccati reatu teneri qui, cùm ratio postulat vt loquantur, indiscretè silere volunt, ac qui mendacium ipsum & falsitatem obtrudunt; Murum se pro Domo Israël opponere, & venienti huic CONTAGIOSO MORBO maturè occurrere voluit. Cúmque anno Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo, die trigesima Octobris, Magister Nicolaus YSAMBERT, eiusdem Facultatis Doctor & Syndicus, pro officio suo, in solemni Congregatione, habita in maiori Aula Collegij SORBONÆ, post Missam de Spiritu Sancto, more solito celebratam, OPVS DE REPVBLICA ECCLESIASTICA, AVCTORE MARCO ANTONIO DE DOMINIS, ARCHIEPISCOPO SPALATENSI, APVD IO. BILLIVM LONDINI EDITVM, M. DC. XVII. obtulisset, & de innumeris, QVIBVS TOTVM SCATET, Hæresibus & Erroribus grauiter esset conquestus; tum etiam quòd, vt faciliùs suæ pestiferæ doctrinæ virus incautis hominibus instillaret, SCHOLAM PARISIENSEM reipsa idem secum velle, verbisque duntaxat à seipso dissentire impudenter iactaret: prædictusque Syndicus supplex à FACVLTATE THEOLOGICA petijsset, vt è suo Cœtu aliquos seligeret, qui prædictum Opus ANTONII DE DOMINIS, quàm diligentissimè peruoluerent, ac sequentibus Comitijs, quæ in eo deprehenderent, fidelissimè renuntiarent; eius supplicationi annuens SACRATISSIMA FACVLTAS, quinque Magistros Theologos nominauit, qui singulas Operis Propositiones accuratissimè adnotarent, atque ad Comitia proxima pariter omnia referrent.

Ezech. 13. v. 5.

Itaque sequentibus Kalendis Decembris eiusdem anni, in solemni Congregatione apud SORBONAM, post Missam de Spiritu Sancto, vt moris est, celebratam, ipsi DD. ac Magistri deputati RETVLE-

RVNT, se opus prædictum MARCI ANTONII DE DOMINIS attentè perlegisse, &, CORAM TOTA FACVLTATE, tot tantasque Propositiones HÆRETICAS, SCHISMATICAS, ERRONEAS, SCANDALOSAS, TEMERARIAS, PIARVM CATHOLICARVMQVE AVRIVM OFFENSIVAS; & præsertim in SANCTAM SEDEM APOSTOLICAM, ECCLESIAM ROMANAM, eiusque Pontificem Maximum, CHRISTI IN TERRIS VICARIVM, & BEATI PETRI SVCCESSOREM, CONTVMELIOSAS, de verbo ad verbum ex prædicto Opere decerptas protulerunt; vt ijs recitandis, ac cum ipso Opere conferendis, longum tempus effluxerit.

Quibus auditis, & re tota in deliberationem per Decanum eiusdem FACVLTATIS adducta, & maturè considerata, IPSA FACVLTAS

Primò CENSVIT, prædictum Opus de Republica Ecclesiastica, Auctore MARCO ANTONIO DE DOMINIS, tanquam LEGI DIVINÆ, ANTIQVIS ECCLESIÆ CANONIBVS, VETERVM PATRVM DOCTRINÆ, TRADITIONI, ET PRAXI ECCLESIÆ CATHOLICÆ OMNINO CONTRARIVM, HÆRETICVM, IMPVDENTISSIMIS CALVMNIIS, ERRORIBVS, ATQVE INNVMERIS MENDACIIS REFERTISSIMVM, TOTIVS ORDINIS HIERARCHICI SVBVERSIVVM, DAMNANDVM, EXSECRANDVM, ET POPVLO CHRISTIANO PENITVS INTERDICENDVM; PROVT DE FACTO DAMNAT ET EXSECRATVR.

Secundò CENSVIT, ex tot tantisque Hæresibus, Erroribus, Calumnijs, Mendacijs, & cæteris id genus portentis, aliqua esse seligenda, & Censuræ propriæ notâ afficienda, vt ex paucis istis, quàm meritò fuerit prædictum Opus CONDEMNATVM, & quàm CONTAGIOSVM & EXSECRANDVM, quisque facilè dignoscat.

Tertiò CENSVIT, vniuersos ECCLESIÆ CATHOLICÆ Præsules, ac Ciuiles Magistratus, humillimè esse obsecrandos, & per viscera misericordiæ Dei obtestandos, vt prædicti Operis lectione & retentione populo Christiano interdicant, &, si opus sit, suæ interdictioni tam iustæ CENSVRAS & POENAS adiungant: & TANDEM, ne huius Operis Condemnario quemquam lateat, CENSVRAM hanc typis esse euulgandam. Datum Parisijs in nostra Congregatione Generali, apud COLLEGIVM SORBONÆ celebrata, Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo, die decima quinta Decembris.

De mandato DD. Decani, & Magistrorum SACRÆ FACVLTATIS THEOLOGIÆ PARISIENSIS.

PHILIPPVS BOVVOT.

PROPOSITIONES ALIQVOT

Inter innumeras alias selectæ ex QVATVOR PRIORIBVS LIBRIS De Republica Ecclesiastica, Auctore MARCO ANTONIO DE DOMINIS, ARCHIEPISCOPO SPALATENSI, per SACRAM THEOLOGORVM PARISIENSIVM FACVLTATEM damnatæ.

In expositione consilii svæ profectionis, «

Nvmero X. «

Ecclesia sub Romano Pontifice, non est ampliùs Ecclesia, sed Respublica quædam humana, sub Papæ Monarchia tota temporali: Vinea est ad solum Noë inebriandum: Grex est quem pastor emungat ad sanguinem, tondeat, immo radat, immo excoriet & mactet. «

Hæc Propositio primâ sui parte est Hæretica; dicit enim veram Ecclesiam (cùm non alia sit quàm quæ Romano Pontifici paret) iam desiisse: pro reliqua verò parte est calvmniosa et scandalosa. «

Lib. I. Cap. I. Nvmero I. «

Qui de Republica Ecclesiastica, sicut de purè humanis philosophantur, mihi videntur non parum à recto tramite aberrare: non modò quia in ea requirunt veram iurisdictionem, hoc est, vim coactiuam & subiectionem externam; vbi tamen omnis gloria eius ab intus. «

Hæc Propositio, qua parte Veram Iurisdictionem, id est, vim coactiuam & subiectionem externam Ecclesiæ denegat, est Hæretica, et totivs ordinis Hierarchici pertvrbativa, atque Confvsionem Babylonicam in Ecclesia generans. «

Nvmero XIII. «

Sacerdotes omnes mortales in Ecclesia Christi, quicumque illi sint, non tam dicuntur propriè Sacrificium offerre, quod verè & propriè solus Christus obtulit; quàm Sacrificij illius memoriam celebrare: Hoc facite in meam commemorationem. « Luc. 22. v. 19

Hæc Propositio, si intelligat actionem Sacerdotum Missam celebrantium non esse verum & proprium Sacrificium, est Hæretica. « 1. Cor. 11. v. 24.

Cap. II. Nvmero VII. «

Inquiunt Apostoli: Nos orationi & ministerio verbi instantes erimus: non dicunt: Nos legibus coactiuis condendis ac Tribunali vacabimus: Nos pro arbitrio præcipiendo, puniendo, dominando; sed orationi & ministerio verbi instantes erimus, quia aliud sibi commissum officium non agnoscebant. « Act. 6. v. 4.

Hæc Propositio est Hæretica in illis verbis; Quia aliud sibi commissum officium non agnoscebant. «

Cap. III. Nvmero XVIII. «

Disparitatem potestatis inter Apostolos, esse humanum inuentum, in sacris Euangelijs & diuinis noui Testamenti scripturis minimè subsistens. «

Hæc Propositio est Hæretica et Schismatica, de Iurisdictione Apostolica Ordinaria, Qvæ in solo divo Petro svbsistebat, intellecta. «

Nvmero XXXIII. «

Monarchiæ formam non fuisse immediatè in Ecclesia à Christo institutam. «

» Hæc Propositio est HÆRETICA, SCHISMATICA, ORDINIS
» HIERARCHICI SVBVERSIVA, ET PACIS ECCLESIÆ PERTVRBA-
» TIVA.

» CAP. IV. NVMERO II.

» Si de vero & proprio Vicario loquamur, qui perfectissimè Christi
» vices, post eius in cælum ascensum, plenè gesserit, geratque in ter-
» ris, & gesturus sit vsque ad consummationem sæculi; quis dubitat
» esse Spiritum Sanctum Paracletum?

» Hæc Propositio est ERRONEA ET PERICVLOSA, ATQVE HÆ-
» RESIM MACEDONII EXPRESSE REDOLENS, in verbo VICARII pro-
» priè sumpti.

» CAP. VI. NVMERO XXXV.

» Petrus ferme statim ab illa eadem Fide decidit, scilicet post confes-
» sam Christi diuinitatem, Matth. XVI. neque semel, sed sæpius titu-
» bauit, etiam post Christi Ascensionem & Spiritus Sancti illapsum.

» Hæc Propositio est ERRONEA, TEMERARIA, ET IN BEATVM
» PETRVM CONTVMELIOSA.

» CAP. VIII. NVMERO X.

Ioan. 21. v. 17. » Pasce oues meas, hoc est, Israëlitas, qui tunc soli erant Christi oues:
Matt. 15. v. 24. » vnde & dicebat; NON SVM MISSVS NISI AD OVES QVÆ PERIE-
Rom. 15. v. 8. » RVNT DOMVS ISRAEL. & Paulus ipsum Dominum vocat Mini-
» strum Circumcisionis.

» Hæc Propositio in verbo, SOLOS ISRAELITAS, est HÆRETICA,
» & IGNORANTIAM CRASSISSIMAM AVCTORIS PRODIT.

» CAP. XII. NVMERO V.

» Tametsi Articuli Ioannis Hus, aliquid simile cum meis assertioni-
» bus continerent, damnatos tamen non esse legitimè, quia eorum
» singulorum examen non apparet.

» Hæc Propositio est FALSA, ERRONEA, AC IN CONCILIVM
» CONSTANTIENSE, QVASI LEGITIME NON PROCESSERIT IN DA-
» MNANDIS ERRORIBVS HVSSITARVM, CONTVMELIOSA.

» NVMERO EODEM.

» Doctrina in Articulis Ioannis Hus contenta, nimirum in Ecclesia
» non dari vnum Caput Supremum & Monarcham, præter Chri-
» stum: Christum suam Ecclesiam per multos ministros, sine vno isto
» Monarcha mortali, regere perfectè & gubernare; est doctrina Ca-
» tholica, à Sanctis Patribus egregiè explicata & confirmata.

» Hæc Propositio est HÆRETICA quoad singulas partes.

» NVMERO XII.

» Si quid incommodi habet Aristocratia, cui Monarchia facilè pos-
» sit obuiare; Ecclesiam Spiritu Christi instructam, propterea & in
» singulis Ecclesijs voluisse Monarchiam, & in se tota Aristocratiam.

» Hæc Propositio est HÆRETICA ET SCHISMATICA, quatenus vult
» Ecclesiam Vniuersalem, secundùm se totam, esse Aristocraticam.

» NVMERO XLII.

» Deus Spiritum suum toti Ecclesiæ promisit, non alligando ipsum
certis

« certis perſonis, ſiue certo generi perſonarum, putà ſolis Presbyteris, aliiſve Clericis ad miniſteria Eccleſiaſtica deputatis; ſed ipſum voluit eſſe per omnes, licèt non per ſingulos, diffuſum: & conſenſus totius Eccleſiæ, in aliquo articulo, non minùs intelligitur in Laïcis, quàm etiam in Preſbyteris & Prælatis. Sunt enim etiam Laïci in Eccleſia, immo ex Eccleſia, ipſiuſque ſolidam & maiorem partem conſtituunt. «

Hæc Propoſitio eſt HÆRETICA, ET STATVS ECCLESIÆ PERTVRBATIVA, quatenus ad Fidei Propoſitiones ſtatuendas, CONSENSVM LAICORVM requirit.

LIB. II. CAP. I. NVMERO IX.

« Sicut Apoſtoli ſimul & in ſolidum Ariſtocraticè curam gerebant Eccleſiæ, cum poteſtate æquali & vniuerſali; ita Epiſcopi omnes, ſimul & in ſolidum, eamdem regunt Eccleſiam ſinguli cum plena poteſtate. «

Hæc Propoſitio eſt HÆRETICA ET SCHISMATICA, quoad vltima verba; Singuli cum plena poteſtate.

NVMERO XIII.

« Epiſcopi dicuntur Apoſtolorum ſucceſſores, qui in eorum officio, quod erat Apoſtolorum omnium commune, ſuccedunt, omnes omnibus in ſolidum. «

HÆRETICA eſt, ET SCHISMATICA, cùm agat de Iuriſdictionis Apoſtolicæ poteſtate.

NVMERO XV.

« In poteſtate vniuerſali ſuccedunt Epiſcopi, non modò vniuerſi, ſed etiam ſinguli. «

HÆRETICA eſt ET SCHISMATICA, vt duæ præcedentes.

CAP. IV. NVMERO XVII.

« De Ordine nihil prorſus habemus quo ipſius inſtitutio ad modum Sacramenti appareat. «

Hæc Propoſitio eſt HÆRETICA, SCANDALOSA, ET STATVI SACERDOTALI ET EPISCOPALI CONTVMELIOSA.

NVMERO XXVI.

« Non eſt Ordo verum Sacramentum, ſed mera ad miniſterium deputatio ſine iſtis characteribus & impreſſionibus. «

Hæc Propoſitio tota eſt HÆRETICA ſecundùm vtramque ſui partem; & prout negat Ordinem eſſe Verum Sacramentum, & prout in ea Characterem non imprimi aſſerit.

NVMERO XXVII.

« Si quis ex Laïco, ſeu Diacono, aliove gradu infra Preſbyteratum, immediatè in Epiſcopum ordinetur, is pleniſſimè erit Epiſcopus; & ex tali Ordinatione habet totam etiam Preſbyteralem Poteſtatem. «

Hæc Propoſitio eſt HÆRETICA, ET SCANDALOSA, per ſaltum volens aliquos ad Epiſcopatum promoueri poſſe.

» NVMERO XXXIII. & XLI.
» Auguſtinus agnoſcit tantùm Duo vera & propria Sacramenta, quæ
» clarè & expreſsè pateant à Chriſto eſſe inſtituta.
» Hæc Propoſitio FALSA eſt, ET IN BEATVM AVGVSTINVM
» CONTVMELIOSA.
» CAP. VI. NVMERO XVI.
» Dicat mihi noſter hic DEVS RIDICVLVS, ſeu VICEDEVS, ſi
» nemo præter ipſum poteſt Epiſcopum ab vna Eccleſia ad aliam
» transferre?
» Hæc Propoſitio eſt CONTVMELIOSA, SCANDALOSA, ET PIA-
» RVM AVRIVM OFFENSIVA.
» CAP. VIII. NVMERO XIII.
» Dico Romanam Eccleſiam, & ex magnitudine ciuitatis, & ex eo
» quòd eam duo primi Apoſtoli fundauerunt, Petrus & Paulus, &
» ex alijs capitibus, extra ius diuinum, habuiſſe vt ſemper reputa-
» ta ſit Eccleſia Principalis, non tamen Domina & Regina ſuper
» vniuerſas Chriſti Eccleſias: Neque Auguſtinus, neque vllus ex
» antiquioribus Patribus, ſummam Eccleſiaſticarum rerum in Ro-
» mana Cathedra poſuerunt. ERAT ERGO, ET EST, ECCLE-
» SIA PRÆCIPVA, NOBILITATE, EXISTIMATIONE, NO-
» MINE, ET DIGNITATIS AVCTORITATE; NON REGIMI-
» NIS ET IVRISDICTIONIS PRINCIPATV.
» Hæc Propoſitio eſt HÆRETICA ET SCHISMATICA, QVATE-
» NVS APERTE INSINVAT, ROMANAM ECCLESIAM, IVRE DI-
» VINO, AVCTORITATEM IN ALIAS ECCLESIAS NON HABERE.
» CAP. X. in Titulo.
» Sacros Miniſtros ad Cælibatum iure non teneri.
» Hæc Propoſitio eſt HÆRETICA, ET STATVS CLERICORVM,
» ET TOTIVS REIPVBLICÆ CHRISTIANÆ PERTVRBATIVA.
» NVMERO LXX.
» Quamuis Epiſcopi, inducta conſuetudine, vt ſi coniugati eſſent,
» in ſui promotione ceſſarent in poſterum ab opere nuptiarum: id
» tamen non faciebant ex religione aut cautione, quaſi putarent id
» eis iam minimè licere; ſed ex deuotione, & perfectioris cuiuſdam
» puritatis amore, &c. Hanc tamen deuotionem non omnes Preſby-
» teri, qui ſunt multò plures, ſunt amplexi; ſed ſoli qui liberè volue-
» runt. Et ita Preſbyteris liberum manſit, vt qui poſſent capere, ca-
» perent.
» Hæc Propoſitio, pro prima ſui parte, FALSA eſt; pro ſecunda ve-
» rò, quâ dicit, Preſbyteris liberum manſiſſe matrimonium, eſt HÆ-
» RETICA.
» CAP. XI. NVMERO XL.
» Cælibatus à libera pendet Clericorum voluntate & electione: & ſi
» poſt Sacros Ordines quis contrahat matrimonium, id firmum erit
» & legitimum.
» Hæc Propoſitio eſt HÆRETICA, quatenus Vniuerſalis Ec-

clesiæ CONSVETVDINI & CONSENSVI repugnat. «

NVMERO XLIII. «

Concludimus primò, Votum Solemne Monachorum, si quid efficit vltra Votum Simplex eorumdem iam Vitam Monachalem amplexorum; id totum sola Ecclesiastica constitutione efficere. «
Concludimus secundò, solemnitates has, Voti scilicet, impedire quidem ac vetare ne matrimonium contrahatur, contractum tamen post illas ex eis non dirimi, sed esse ratum, firmum, & validum, tam in Monacho, quàm in Moniali; sicut post Votum Simplex. «

Hæc Propositio, quoad secundam illam partem; Contractum tamen, &c. est HÆRETICA, SCANDALOSA, ET ECCLESIÆ STATVS PERTVRBATIVA. «

NVMERO XLV. «

Si propria auctoritate, sine causa legitima, quis Monachus Professus, fiat desertor; hic sanè peccat contra Deum, & damnationem habet: sed Ecclesia nihil habet contra illum in foro externo; habet tantùm cum illo negotium in foro conscientiæ, propter peccatum; vt non absoluatur, nisi redeat; aut si legitima causa absoluatur, etiam non rediturus per irritationem vel commutationem Voti. Quòd si vxorem duxerit, pœniteat de peccato desertionis, sed permaneat in coniugio: neque enim ampliùs indiget vlla dispensatione; IPSE ENIM PER ASSVMPTIONEM STATVS INCOMPOSSIBILIS CVM MONACHATV, SECVM SATIS DISPENSAVIT; quia longè arctius est vinculum Connubij, quàm Monachalis professionis. «

Hæc Propositio, quoad secundam partem; Ecclesia nihil habet, &c. est HÆRETICA: quoad illam aliam partem; Si vxorem duxerit, permaneat in coniugio, &c. est etiam HÆRETICA, SCANDALOSA, ET ECCLESIÆ PERTVRBATIVA. «

LIB. III. CAP. VII. NVMERO VLTIMO. «

Totus Concilij Tridentini scopus fuit, vt amplissimam iam ex innumeris vsurpationibus Papalem Potestatem non modò stabiliret, sed etiam faceret ampliorem: Solus enim Papa, solaque Roma, Concilium illud rexit, struxit, & instruxit. «

Hæc Propositio est FALSA, CONTVMELIOSA, ET VIAM APERIENS AD MVLTAS HÆRESES, IN HOC CONCILIO CONDEMNATAS, RENOVANDAS. «

CAP. VIII. NVMERO XIV. «

Vnumquemque Episcopum iure diuino esse Vniuersalem. «

Hæc Propositio est HÆRETICA ET SCHISMATICA, AC VNITATIS ECCLESIÆ SVBVERSIVA. «

CAP. X. NVMERO XLII. «

Monarchiam semper Christus à sua Ecclesia amouit, & eam ipsa Ecclesia est abominata. «

Hæc Propositio est HÆRETICA, SCHISMATICA, ET OR- «

» dinis Ecclesiastici pertvrbativa et svbversiva.

» Nvmero XLIV.

» Falsum est, Vnionem Ecclesiæ Catholicæ in Vnitate Rectoris Vi-
» sibilis consistere.

» Hæc Propositio est Hæretica et Schismatica, quatenus
» negat Vnitatem Rectoris Visibilis ad Vnionem Ecclesiæ fa-
» cere.

» Lib. IV. Cap. I. Nvmero I.

» Supremus Ecclesiæ Romanæ Primatus, ipsiusque supra cæteras o-
» mnes Christi Ecclesias, imperium, re vera nullis solidis innititur
» fundamentis.

» Hæc Falsa est, et viam ad Hæreses et Schismata
» sternens.

» Nvmero XXV.

» Neque Antiochiæ, neque Romæ Petrus propriè sedit; qui non vt
» sederet, sed vt excurreret, Apostolatum accepit: & quocumque per-
» gebat, semper suam Cathedram, hoc est, Episcopalem Potestatem,
» secum deferebat; quam nulli certo loco alligatam habebat.

» Hæc Propositio est Falsa, & quæ Ignorantiam avctoris
» Prodit.

» Cap. II. Nvmero XI.

» Tota, vt vidimus, Antiquitas Vniuersalitatem Romani Episcopa-
» tus penitus ignorauit.

» Hæc Propositio est, vt præcedens, Falsa, & eamdem Igno-
» rantiam avctoris ostendit.

» Nvmero XXXVI.

» Romanam Ecclesiam esse constat perfectissimè Schismaticam, qvæ
» se a corpore Ecclesiæ vniversalis tvnc abscidit, qvan-
» do membrvm ipsivs esse recvsavit: & quod peius est, &
» Schismati addit Tyrannidem verè Antichristianam, Caput se contra
» Christum, qui solum & verum suæ Ecclesiæ Caput est, constituit.

» Hæc Propositio est Hæretica et Schismatica.

» Cap. VI. Nvmero II.

» Omnes sanè Episcopi sunt omnium Apostolorum, etiam Petri, in
» solidum successores. Et paulo post: Non enim Petrus habuit quid-
» quam peculiare, in quo ei dari debeat magis quàm cæteris omni-
» bus, Successio.

» Prior Propositio, qua parte statuit singulos Episcopos esse Petri
» Successores, est Captiosa; quia Petrus, vltra Potestatem Ordi-
» nis, in qua ei succedunt Episcopi, aliam habuit Ivrisdictionis
» Apostolicæ, cui Solvs Romanvs Pontifex succedit: Poste-
» rior est Hæretica, Schismatica, et hierarchici ordinis
» pertvrbativa.

» Nvmero VII.

» Planum est, Papatum hunc esse totum fictitium, commentum ho-
» minum, à Christi institutione remotissimum.

Hæc Propositio est HÆRETICA, vt iam supra notatum est. «

NVMERO XIX. «

Absolutè nego, Romanum Pontificem esse Petri peculiarem, quocumque iure, Successorem: ex iure enim diuino colligimus, Romanum Pontificem non posse vlla ratione peculiari, Petro succedere. «

Hæc Propositio est HÆRETICA ET SCHISMATICA, ATQVE ROMANO PONTIFICI CONTVMELIOSA. «

CAP. VII. NVMERO VI. «

POTESTATIS PLENITVDO, VT OPTIME DOCENT PARISIENSES, DATA EST ECCLESIÆ VNIVERSÆ, HOC EST, OMNIBVS ET SINGVLIS EPISCOPIS IN SOLIDVM. «

Hæc Propositio est CONTVMELIOSA IN FACVLTATEM PARISIENSEM, in particula, SINGVLIS EPISCOPIS. «

EODEM NVMERO. «

Sciant etiam, de iure diuino, veram Iurisdictionem in Ecclesia nullam esse; sed totam Charitate regi, &c. «

Hæc Propositio est HÆRETICA, ET ORDINIS HIERARCHICI SVBVERSIVA. «

NVMERO IX. «

PARISIENSIVM DOCTRINA ENVCLEATE INTELLECTA, NIHIL DISCREPAT A MEA HIS LIBRIS TRADITA DOCTRINA, ET AB IPSA VERITATE. Et paulo post: SCHOLA ITAQVE PARISIENSIS ET NOSTRA EST, ET REIPSA POTESTATI STVDET ARISTOCRATICÆ, NON MONARCHICÆ. QVARE EX EIVS QVOQVE DOCTRINA, PAPATVS NVLLO POTEST SOLIDO SVBSISTERE FVNDAMENTO. «

MERA CONTRA FACVLTATEM PARISIENSEM IMPOSTVRA. «

CAP. VIII. NVMERO LIII. «

Sed ego quoque illiteratum, & notoriè ac insigniter scelestum, ex Sanctorum Patrum dictis insinuaui, Sacrum Ordinem non suscipere: & Sacrum Ordinem posse amitti. «

Hæc Propositio est HÆRETICA, ET INTER HÆRESES BOHEMORVM IN CONCILIO CONSTANTIENSI CONDEMNATA. «

CAP. X. NVMERO XI. «

Concilia Occidentalia, vt Lateranense sub Innocentio III. Lugdunense sub Gregorio X. & Florentinum, &c. sub iugo Monarchiæ Romanæ Ecclesiasticæ iam dominantis gemendo, applaudere tanto Monarchæ sunt coacta. «

Hæc Propositio est FALSA, CALVMNIOSA, ET SCANDALOSA. «

NVMERO XCV. «

BEDAM, ANSELMVM, HVGONEM VICTORINVM, ET BERNARDVM, inter MONARCHICOS non quidem DECIPIENTES, sed potiùs DECEPTOS, reponimus. Et paulo post: Alios verò posteriores magna ex parte parasitos, & assentatores, malæque fidei deceptores, & contra propriam scientiam & conscientiam contentiosos, & verbosos disputatores, isthac in causa reijcimus penitus, ne dicam, contemnimus. «

» Hæ Propositiones sunt CONTVMELIOSÆ.

» NVMERO XCIX.

» Si quis verò opponat, in Concilio Constantiensi fuisse VViclefi & » Hussi Articulum DE PRIMATV PAPÆ, ab eis negato, condemna- » tum, &c. Respondemus, Patres Concilij Constantiensis MONAR- » CHIAM ECCLESIASTICAM tenuisse, & COMMVNISSIMO iam ER- » RORE fuisse infectos.

» Hæc Propositio, quoad vltima verba, est HÆRETICA, ET IN » CONCILIVM CONSTANTIENSE CONTVMELIOSA.

» CAP. XI. NVMERO XV.

» Si Sede vacante, Canonici Lateranenses, cum reliquo Romanarum » Ecclesiarum proprio Clero, & Senatu Populoque Romano con- » iuncti, Pontificem Romanum eligerent, & eundem sic electum, fa- » cerent ab Episcopis circumuicinis, etiam non Cardinalibus (si Epi- » scopi Cardinales renüerent) consecrari; is verus & legitimus esset » Romanus Pontifex, multò magis quàm ille quem in Conclaui eli- » gerent Cardinales & consecrarent.

» Hæc Propositio est SEDITIOSA, ET SCANDALOSA, HÆRETICA » QVOAD FORMAM ET MODVM ELECTIONIS.

» EODEM NVMERO.

» QVOD PARISIENSES, CARDINALES SOLOS FACIVNT TOTIVS EC- » CLESIÆ VNIVERSALIS NOMINE, PAPÆ ELECTORES, EST MERA » VANITAS; QVIA SVPPONVNT IN ECCLESIA VNIVERSALI VNVM » PAPAM VNIVERSALEM, QVI TOTI PRÆSIT ECCLESIÆ VNIVER- » SALI, TANQVAM EPISCOPVS VNIVERSALIS.

» Hæc Propositio est ERRONEA, cuius error cadit in particulam, » MERA VANITAS; & quoad suppositionem quam PARISIENSIBVS » tribuit, FALSA: eiusque falsitas in hæc verba, tanquam EPISCOPVS » VNIVERSALIS, cadit; QVASI ALII EPISCOPI SINT TANTVM PA- » PÆ VICARII.

» PRÆDICTARVM PROPOSITIONVM QVALIFICATIO LE- » CTA ET APPROBATA EST IN PRÆFATA FACVLTATIS THEO- » LOGIÆ PARISIENSIS CONGREGATIONE, ET IN ORDINEM RE- » DACTA ANNO ET DIE PRÆFATIS.

De Mandato dictorum DD. Decani & Magistrorum SACRATISSIMÆ FACVLTATIS THEOLOGIÆ PARISIENSIS.

PHILIPPVS BOVVOT.

Hactenus PARISIENSIS CENSVRA, in Antoniumque animaduersio, illius nempe in morem quam octaua ac decima quinta, & per Martinum Quintum Pont. Max. vltima, Sessione, Oecumenica Constantiensis Synodus in insigniores, id est, detestabiliores Ioannis VViclefi ANGLI, (quem PSEVDO-CHRISTIANVM vocat) Quadraginta quinque Articulos edidit, approbans non modò quod Cantuariensis

Primas, & Eboracensis Antistes, SEDIS APOSTOLICÆ LEGATI IN ANGLIA, de VViclefi libris suo iudicio statuissent, ac ipsa deinceps Concilij Romani Acta, sed etiam quidquid OXONIENSIS FACVLTATIS Censura, super ducentis & sexaginta Articulis eiusdem declarasset. ATQVE hæc habui DE IVVANDA ECCLESIA quæ dicerem: ad quam vtinam laudem perueniatis, Fratres, quos nobis vel Hæresis sustulit, vel Schisma inuidit; vt ea quæ ex me, apud SAPIENTISSIMVM REGEM disputante, audistis, re experti, probare possitis. Dixi periculosiora SCHISMATIS, quàm Tyrannidis, quàm Hæreseos, quàm Ethnicismi, esse vulnera ECCLESIÆ MILITANTI. Exposui mala SCHISMATIS Ecclesiæ prope infinita. Demonstraui pæne digito, Ecclesiam, quam vel occultarat, vel inobscurarat Antonius, acceptis tum in Capite, tum in Membris vulneribus, suo CAP. XLVII.

------per Aras
Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat, ignes,

& Pontifex & Sponsus Ecclesiæ suæ Christus. Deliberatum est, REGES (quos ECCLESIÆ FILIOS, diuinæ voluntatis prærogatiuâ, appellare solemus) proprijs manibus, ECCLESIÆ MATRI, non externis hostibus magis quàm domesticis laboranti, piè subuenire ac sanctè opitulari debere. Constitutum est, CHRISTI (quam Mundus dare non potest) PACEM numquam habituros eos, qui ECCLESIÆ PACEM non modò negatint, sed nec procurarint. Probatum est, non modò diuinarum rerum, vt & humanarum, in Regibus INTELLIGENTIAM requirendam ac curam; sed SERVITVTEM Domini Regibus seruiendam; sed in Domino, non quidem temere, at cum sancto quodam tremore, liberis digno, Regibus EXSVLTANDVM atque gestiendum; sed auidè Sanctam Dei ECCLESIÆQVE DISCIPLINAM Regibus arripiendam, retinendam esse. Constat, nemini SEPARARE fas esse: nec AGRICOLARVM, seu HOMINVM; sed MESSORVM, seu ANGELORVM opus, ac diuisum imperium, & velut vno sortitu, partitè ab Euangelio vtrisque diuinitus datum atque declaratum. Liquet, ECCLESIAM, quam altera Libri parte, propter te, SAPIENTISSIME REX, per te IVVANDAM; altera, propter Antonium, tibi INDICANDAM proposui: tam definitam, tam manifestam, tam certam; quàm definitus, quàm manifestus, quàm certus sit Christus. Certum est, non magis de MYSTICO, quàm de VERO Christo; id est, de Ecclesia, quàm de ipso Christo, siue dubitari, siue disputari, siue inquiri posse. Tractatus est diligenter simul & breuiter, nouo quodam nostro genere, id est, veterrimo verissimoque, Augustinianum in morem, singularis, isque vniuersus, DE VNITATE ET SCHISMATE locus, Augustino Duce ac Iudice, qui, nescio quo Antoniano fato, nunc æque Spalatensem ac Fussalensem olim (& in Africa, & apud Bonifacium ac Cælestinum Pontifices, vt ex ducentesima sexagesima prima Epistola Augustini ad Cælestinum patet) ANTONIVM & fortiter reprimit, & suauiter

Ioann. 14. v. 27.

coërcet. Explicata est quoque obiter Nota Religionis Antiquitas: ac nihil optimo antiquius, nihilque vicissim antiquissimo melius, editum atque edictum est. Ecclesia porrò ipsa pro se locuta est, tamque pertinacem habuit patronum, siue PROPHETICVM EVANGELISTAM, siue EVANGELICVM PROPHETAM dixeris, diuinum Isaïam, vt quamlibet Hæresim aut Sectam concessuram arbitrer, conuictam hoc priore Libro, dignitati. Etenim sit impudens, si Ecclesiæ diutius repugnet; AVT SI MVTATVM ESSE, AVT MVTATVM IRI; AVT MINIMVM MVTARI QVIDEM POSSE IN ECCLESIA MAIORVM MOREM, VEL SVSPICETVR, VEL METVAT. Quare illam quidem dimittamus, vt Pauli, Colossensem Ecclesiam

Col. 2. v 23. docentis, Magistrali Verbo vtar, ἐθελοθρησκείας, CVLTVM VOLVNTARIVM, vel RELIGIONEM AD PLACITVM, ac VOLVNTARIAM seu AFFECTATAM RELIGIONEM (quam, SVPERSTITIONEM Vulgatus Interpres appellat) aut ἐθελοπερισσοθρησκείας,* tricomposito vocabulo: quo posthac imitatione vsus Epiphanius est, in Hæresi Pharisæorum; id est, SVPERVACANEAM RELIGIONEM SPONTE ASSVMPTAM, SIVE ADSCITITIAM: quam ἐθελοσοφίας, contra Dositheos, Hæresi Samaritanorum, videlicet FICTITIAM ET ARBITRARIAM SAPIENTIAM, vocauerat; Fulmine Sorbonico deiectam, & Antonij se finibus tenere iubeamus; ne blanditijs eius illecebrisque, acturi DE DISCIPLINA ECCLESIÆ, vel DE FINIENDO SCHISMATE,
» sequentis Libri seueritas retardetur. In hoc enim (vt de Nestorio
dixit, Epistolâ ad Clerum Populumque Constantinopolitanum,
» Cælestinus Papa) qui de Deo nostro aliter disputat, QVAM IPSE
» DE SE AVT DE IPSO APOSTOLI TRADIDERVNT, quid spei in-
» ueniemus, ignoro: qui non solùm attritos non alligat, sed & con-
» terit alligatos; non solùm elisos non eleuat, sed & stantes conatur
» elidere; non solùm dispersa non colligit, sed & collecta dispergit:
» quamuis nec conteri possit DOMINO CONSECRATA ATQVE DI-
» CATA MENS, nec elidi qui stat virtute cælesti; sic nec SACRA TVR-
» BA dispergi: Ἐν γὰρ τούτῳ ἀγνοῶ, ποίαν ἐλπίδα εὑρήσομεν, ὃς περὶ τοῦ Θεοῦ
ἡμῶν ἄλλως διαλαμβάνει, Η ΑΥΤΟΣ ΠΕΡΙ ΕΑΥΤΟΥ, Η ΟΙ ΑΠΟΣΤΟΛΟΙ
ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ ΠΑΡΑΔΕΔΩΚΑΣΙΝ. οὐ μόνον τοὺς συντετριμμένους οὐ συνδε-
σμεῖ, ἀλλὰ καὶ συντρίβει τοὺς συνδεδεμένους· οὐ μόνον τοὺς καταβεβλημένους οὐκ
ἐγείρει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱσταμένους καταβάλλειν ἐπιχειρεῖ· οὐ μόνον τοὺς διεσπαρμένους οὐ
συνάγει, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνηγμένους διαμερίζει· εἰ καὶ μάλιστα, οὔτε συντριβῆ-
ναι δύναται ΔΙΑΝΟΙΑ ΑΦΙΕΡΩΜΕΝΗ ΘΕΩ, οὔτε καταβληθῆναι ἱστάμενος
οὐρανίᾳ δυνάμει, οὔτε τὸ ΙΕΡΟΝ ΠΛΗΘΟΣ διαμερίζεσθαι. Nunc, OPTIME
REX, secretò hoc audi: tecum habeto: ne Spalatensi quidem Li-
1. Reg. 9. v. 24. » berto tuo dixeris: præter duo nos, rescierit nemo; Ecce quod re-
» mansit, pone ante te, & comede: (vt Primo Israëlitarum Regum,
» Pontificem olim dixisse legimus) quia de industria seruatum est ti-
bi, quando Populum vocaui. Cúmque recordor id quod paulo secus apud Theodoretum est, παρὰ τοῦ λαοῦ, quod quidem nostri dicunt, A POPVLO, vel SEORSVM A POPVLO; fateor, IACOBE,

vt Viam Regiam munias, atque ſecurum iter affectes, quò MAIORVM MOREM in Maiorum tuorum veſtigijs tritum, & quaſi impreſſum, tutiſſimò quæras, in eoque inſiſtas; vſum loquendi populo concedens, ſcientiam tibi SECVNDO, tanquam REGALI, LIBRO, ſciens prudenſque reſeruaui, tam INVENIENDÆ REGVM DISCIPLINÆ, (quæ ſuperioris Parænesis noſtræ, ex ſecundo Pſalmo, ad Reges, QVARTA atque VLTIMA Pars eſt) quàm aperiendi DE INSTAVRANDA ECCLESIÆ DISCIPLINA, vnici digni REGE, digni IACOBO conſilij. « DE TYMPANO MANDVCAVI, DE CYMBALO BIBI, ET RELIGIONIS SECRETA PERDIDICI: « Ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, καὶ κυμβάλου πέπωκα. γέγονα μυστικός, vt eſt apud Iulium Firmicum Maternum, egregio illo libro DE MYSTERIIS ET ERRORIBVS PROFANARVM RELIGIONVM, quem ad Conſtantium & Conſtantem Auguſtos (quos, ob reuerentiam, non Fidei, ſed Maieſtatis, SACROSANCTOS PRINCIPES vocat) primis illis periculoſis quidem, at optimis temporibus, ſcripſit. Quare, quod Auguſtum ferunt, Athenis initiatus cùm eſſet, vbi poſtea Romæ pro Tribunali, DE PRIVILEGIO SACERDOTVM Atticæ Cereris cognoſceret, & quædam SECRETIORA proponerentur; dimiſſo concilio & corona circumſtantium, SOLVM audiiſſe diſceptantes, « VT VETERES AC RECEPTAS (inquit Tranquillus) « CÆRIMONIAS REVERENTISSIME COLERET: « id iam iam pro Vera Religione, PRO TVORVM PRIVILEGIO SACERDOTVM ANGLORVM, pro CATHOLICORVM IVRE, in audienda hac noſtra APOLOGIA PRO CATHOLICIS, facere videare. Solus audi: ſolum adhibe SECVNDVM hunc LIBRVM, id eſt, HISTORIAM NOSTRAM ANGLICANAM, Teſtem, &, vt in rebus memoriâ noſtrâ antiquioribus fit, Conſiliarium ac Iudicem; vel ſaltem, vt Lacedæmonij Regibus ſuis dederunt, (quod priore libro De Diuinatione ſcriptum eſt) AVGVREM ASSESSOREM. « Nunc DE MYSTERIIS dicere tempus admonet (vt aiebat Ambroſius, initio « libri quem De ijs qui Myſteriis initiantur, conſcripſit) atque ipſam « SACRAMENTORVM rationem edere: quam ante Baptiſmum (haud « procul deflectam ab Ambroſio, ſi dicam, Ante Populum) ſi putaſ« ſemus inſinuandam nondum initiatis, PRODIDISSE potiùs quàm « EDIDISSE æſtimaremur: «

Pſ. 2. v 12.

CÆSARIS ARMA canant alij: nos CÆSARIS ARAS.

Ac quoniam eò loci ventum eſt, vbi nec interuentus, nec interpellatio erit, & continentem orationem audire mauis; cùm in huius PRIMI Voluminis fine pauliſper reſpiraro, ſequens Liber mecum IMPERII TVI ARCANA CHRISTIANA, tuorumque BRITANNORVM Catholicæ Eccleſiæ religionem, fidem, conſtantiam, iura, laudes denique omnes, vno Chriſtianæ (VETERIS videlicet ANGLICANÆ) DISCIPLINÆ ore; partim officio, partim ſpe, tibi gratulans, nobis gaudens, DE SCHISMATE TRIVMPHANS, decantabit.

FINIS LIBRI PRIMI.



APOLOGETICVS,

SIVE,


APOLOGIA EVANGELII.

LIBER SECVNDVS.

ROMA TRIVMPHANS.

VEL,

DE DISCIPLINA ECCLESIÆ.



N huius, NATE, auſpicijs illa inclyta ROMA CAP. I.
IMPERIVM TERRIS, animos æquabit Olympo;
Septemque vna ſibi muro circumdabit arces,
Felix prole virûm: qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes,
Læta Deûm partu, centum complexa nepotes,
Omnes cælicolas, omnes ſupera alta tenentes.
Huc geminas nunc flecte acies, hanc aſpice gentem,
ROMANOSQVE TVOS.----

Licet enim verſibus ijſdem, mihi nunc ab Iſaïa impoſitam Eccleſiæ perſonam ſuſtinenti, affari te, IACOBE REX AC FILI, quibus affatur pium & Filium & Regem Anchiſes ille vir haud magna

cum re, sed FIDE PLENVS, vt de eo Enniano qui loquitur ad Flamininum, in Catone, translatum atque repetitum, non modò pueri sæpe audiuimus, sed etiam nunc, & quoties illud, O TITE, me-
» moramus, iucundè recordamur. QVAMVIS, (vt olim ad Marcellinum Tribunum scribebat Augustinus, Epistolâ quinquagesimâ no-
» nâ supra centesimam) QVONIAM CHRISTIANO LOQVOR, MAXI-
» ME IN TALI CAVSA NON ARROGANTER DIXERIM, AVDIRE TE
» EPISCOPVM CONVENIT IVBENTEM, DOMINE EXIMIE, ET MERI-
» TO INSIGNIS, ATQVE CARISSIME FILI. Quamquam me non fidem solùm ac veritatem, sed & magnam rem, nempe Religionem & Fidem Christi, Ecclesiamque CATHOLICORVM Orthodoxam, Româ deportasse, humanitatem & prudentiam tuam atque vniuersum orbem intelligere certò scio. Iampridem enim scripsit, Epistola REGVLARI prima, Innocentius Primus ad Decentium Eugubinum Episcopum, manifestum fuisse Ecclesias in omni Italiâ, Galliâ, Hispaniâ, Africâ, Siciliâ, ac INSVLIS interiacentibus positas, à nullo alio quàm à Petro, vel eius Discipulis & Successoribus, institutas esse. Iampridem enim, Theodosij ac Valentiniani ore, Ephesi in auribus Ecclesiæ sonuit, ac frequenti Ephesina Synodo audita Regia vox est; ROMANÆ RELIGIONIS SACERDOTES, ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΘΡΗΣΚΕΙΑΣ ΙΕΡΕΑΣ, Oecumenici Concilij Orthodoxos CATHOLICOSQVE Episcopos omnesque in his Orientales (ac quod mirandum planè Nouatoribus est, Sanctum Cyrillum Alexandrinum Patriarcham) propter summam & Pontificis auctoritatem, & Vrbis, dicendos esse; vt ex Sacro Imperatorio Rescripto ad Acacium Berrhoensem Episcopum, ac Simeonem ex Antiocheno Patriarcha (proindeque Primæ, sed non Fixæ, Petri Cathedræ Sessore) Anachoretam, aliasque Metropoles & Prouincias, vel minimùm attentè legenti colligere facile est. Quæ cuncta ita sufficiunt, vt nil necesse sit ex Metaphraste, ad Iunij vigesimum nonum diem, addere, Beatum Petrum vsque ad BRITANNOS, Christi Fidem annuntiando, pertigisse, ECCLESIAMQVE BRITANNICAM proinde, cùm Occidentalem Orbem lustraret, fundasse. Ex quo tamen non inuitus suspicor, iisdem rebus te, quibus me ipsum, interdum grauiùs apud te commoueri: quòd ei scilicet, cuius ope potissimùm ac magisterio disseminata ac propagata Religio atque Ecclesia sit, (& quam ECCLESIÆ CATHOLICÆ RADICEM ET MATRICEM, quadragesimâ quintâ Epistolâ, Cyprianus appellat; quòd non tantùm Carthaginiensis Ecclesia, ab ea Fidem accepisset, sed etiam Mauritania atque Numidia, quæ sub ipsa continentur) Ecclesiæ VNITAS ORIGINIS, siue cæterarum Ecclesiarum principatus, non tam imprudenter quàm
» impudenter, denegetur. Ad hanc enim Ecclesiam, propter poten-
» tiorem PRINCIPIALITATEM, necesse est omnem conuenire Eccle-
» siam, hoc est, EOS QVI SVNT VNDIQVE Fideles; in qua semper AB
» HIS QVI SVNT VNDIQVE, conseruata est ea quæ est ab Aposto-
» lis Traditio, inquit millies in Scholis nostris, ex tertio capite libri

tertij decantatus Irenæus. Quàm longè alia viuebatur lege temporibus Cæleſtini Papæ, cùm de Anaſtaſio, Alexandrinorum Eccleſiæ Prudentiſſimo Sacerdote, id eſt, Sapientiſſimo Epiſcopo, Epiſtolâ ad Clerum Populumque Conſtantinopolitanum, ſic loquens legitur: Fugatus illinc, & in noſtris partibus roboratus eſt. Deni- «
que hîc ei redintegratus eſt ſtatus, ET IN HAC SEDE QVIETEM «
COMMVNIONIS INVENIT, A QVA SEMPER CATHOLICIS SVBVE- «
NITVR: Ἐλάσθη ἐκεῖθεν, καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις μέρεσιν ἀνεκτήσατο. ἀμέλει ἐν- «
ταῦθ' αὐτῷ ἡ κατάστασις ἀνεκαινίσθη, ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΤΩ ΘΡΟΝΩ ΕΥΡΕ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΑΝΑΠΑΥΣΙΝ, ΑΦ' ΟΥ ΑΕΙ ΤΟΙΣ ΚΑΘΟΛΙΚΟΙΣ ΓΕΝΝΑΤΑΙ ΒΟΗΘΕΙΑ. Hoc enim tacitus nullo modo præterire poſſum, vt à quo vno reliqua, aut velut membra, aut tanquam coloniæ, deducta & quaſi deriuata ſint, id naſcendi ſui principium, & quaſi ſeminarium Reipublicæ Chriſtianæ, non ipſum caput, ac propè dixerim, fontem, agnoſcant atque fateantur. Vnde Chalcedonenſis Concilij Actione prima, Paſchaſinus Reuerendiſſimus Epiſcopus, & VICARIVS SEDIS APOSTOLICÆ, ſic olim, SACRO APPROBANTE CONCILIO, exorſus eſt: Beatiſſimi atque APOSTOLI- «
CI VIRI, (Græcè ſignificantiùs, APOSTOLICI EPISCOPI) Pa- «
pæ Vrbis Romæ, QVÆ EST CAPVT OMNIVM ECCLESIARVM, «
præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus eſt «
EIVS APOSTOLATVS, vt Dioſcorus (Alexandrinorum Archiepiſco- «
pus) non ſedeat in Concilio: Τοῦ μακαριωτάτου καὶ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥ «
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ (APOSTOLICI EPISCOPI) τῆς Ῥωμαίων πόλεως, ΚΕΦΑΛΗΣ ΥΠΑΡΧΟΝΤΟΣ ΠΑΣΩΝ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ, προστάξεις ἔχομεν, ἐν αἷς κατηξίωσε διαλαλῆσαι, ὅπως Διόσκορος μὴ συγκαθεσθῇ τῷ Συνεδρίῳ. Scilicet Maioribus noſtris, vt eſt apud poëtam neſcio quem, notum illud erat:

Iuppiter, arce ſua Totum cùm ſpectet in Orbem;
Nil niſi ROMANVM, quod tueatur, habet.

Ex quo potiſſimùm effectum eſt, vt, GRANDI QVODAM PRIVILEGIO, Romanus Pontifex CVSTOS FIDEI, Φύλαξ τῆς πίστεως, à Patribus habitus dictuſque fuerit; vt Epheſina Acta, Cæleſtino Papæ, ΚΕΛΕΣΤΙΝΩ ΤΩ ΦΥΛΑΚΙ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ, CÆLESTINO CVSTODI FIDEI, acclamatum teſtantur. Nec non & poſtea inſertum Chalcedonenſibus Actis inſigne monumentum illud eſt Petri Epiſcopi Rauennatis, Epiſtolâ ad Eutychem: In omnibus autem hortamur te, FRATER «
HONORABILIS, vt his quæ à Beatiſſimo Papa Romanæ Ciuitatis ſcri- «
pta ſunt, OBEDIENTER attendas; QVONIAM BEATVS PETRVS, «
QVI IN PROPRIA SEDE ET VIVIT ET PRÆSIDET, PRÆSTAT «
QVÆRENTIBVS, FIDEI VERITATEM. NOS ENIM PRO STVDIO «
PACIS ET FIDEI, EXTRA CONSENSVM ROMANÆ CIVITATIS «
EPISCOPI, CAVSAS FIDEI DEFINIRE NON POSSVMVS: Ἐπὶ «
πᾶσι δὲ προτρεπόμεθά σε, ΑΔΕΛΦΕ ΤΙΜΙΩΤΑΤΕ, ὥστε τοῖς παρὰ τοῦ Μακαριωτάτου Πάπα τῆς πόλεως Ῥώμης, γεγραμμένοις ΠΕΙΘΑΡΧΟΥΝΤΩΣ προσέχειν· ΕΠΕΙΔΗ Ο ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΠΕΤΡΟΣ, ΟΣ ΕΝ ΤΗ ΙΔΙΑ ΚΑΘΕΔΡΑ

ΚΑΙ ΖΗ, ΚΑΙ ΠΡΟΚΑΘΗΤΑΙ, ΔΙΔΩΣΙ ΤΟΙΣ ΖΗΤΟΥΣΙ, ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΤΗΝ ΑΛΗΘΕΙΑΝ. ΗΜΕΙΣ ΓΑΡ ΣΠΟΥΔΗ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΕΚΤΟΣ ΣΥΝΕΣΕΩΣ (aliàs, ΣΥΝΑΙΝΕΣΕΩΣ) ΤΟΥ ΡΩΜΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, ΤΑΣ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΑΙΤΙΑΣ ΔΙΑΓΝΩΝΑΙ ΟΥ ΔΥΝΑΜΕΘΑ. Simile quoque illud ibidem in SACRIS LITTERIS Valentiniani, Placidiæ, atque Eudoxiæ, ad Theodoſium; quibus eum
» hortantur vt iuberet, in partibus Italiæ Concilium celebrari: Roga-
» tus ſum ſcribere VESTRÆ MANSVETVDINI De Fide, quæ cùm ſit
» CONSERVATRIX OMNIVM FIDELIVM ANIMARVM, dicitur pertur-
» bata: quam nos, à Maioribus noſtris traditam, debemus cum omni
» competenti deuotione defendere, ET DIGNITATEM PROPRIÆ VE-
» NERATIONIS BEATO APOSTOLO PETRO INTEMERATAM, ET
» IN NOSTRIS TEMPORIBVS, CONSERVARE: QVATENVS BEATIS-
» SIMVS ROMANÆ CIVITATIS EPISCOPVS, CVI PRINCIPATVM SA-
» CERDOTII SVPER OMNES ANTIQVITAS CONTVLIT, LOCVM HA-
» BEAT AC FACVLTATEM DE FIDE ET SACERDOTIBVS IVDICA-
» RE, Domine Sanctiſſime Pater, & Venerabilis Imperator. HV-
» IVS ENIM REI GRATIA, SECVNDVM SOLEMNITATEM CONCI-
» LIORVM, ET CONSTANTINOPOLITANVS EPISCOPVS EVM PER
» LIBELLOS APPELLAVIT, PROPTER CONTENTIONEM QVÆ OR-
» TA EST DE FIDE. Huic itaque poſtulanti, & coniuranti ſalutem
» noſtram communem, annuere non negaui, quatenus ad TVAM
» MANSVETVDINEM meam petitionem ingererem, vt prædictus Sa-
» cerdos, congregatis ex Omni Orbe etiam reliquis Sacerdotibus in-
» tra Italiam, omni præiudicio ſubmoto, à principio omnem cauſam
» quæ vertitur, ſollicita probatione cognoſcens, SENTENTIAM FE-
» RAT, QVAM FIDES ET RATIO VERÆ DIVINITATIS EXPOSTVLAT.
» Non debet enim noſtris temporibus NOVITAS RELIGIONIS turba-
» rum petulantiâ introduci, CVM INCOMMOTA FIDES HACTENVS
» FVERIT CONSERVATA: Ἠξιώθην γράψαι πρὸς τὴν ΣΗΝ ΗΜΕΡΟΤΗΤΑ περὶ τῆς Πίστεως· ἥτις ΦΥΛΑΞ ὑπάρχουσα ΠΑΣΩΝ ΤΩΝ ΠΙΣΤΕΥΟΥΣΩΝ ΨΥΧΩΝ, λέγεται ταράττεσθαι. ἣν ἡμεῖς ἀπὸ τῶν προγόνων παραδοθεῖσαν, ὀφείλομεν μετὰ τῆς προσηκούσης καθοσιώσεως ἐκδικεῖν, ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΔΙΑΣ ΕΥΛΑΒΕΙΑΣ ΤΗΝ ΑΞΙΑΝ ΤΩ ΜΑΚΑΡΙΩ (aliàs, ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΩ) ΑΠΟΣΤΟΛΩ ΠΕΤΡΩ ΑΤΡΩΤΟΝ, ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΙΣ ΗΜΕΤΕΡΟΙΣ ΧΡΟΝΟΙΣ ΔΙΑΦΥΛΑΤΤΕΙΝ. ΙΝΑ Ο ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΠΟΛΕΩΣ, Ω ΤΗΝ ΙΕΡΩΣΥΝΗΝ ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΩΝ (aliàs, ΤΗΝ ΑΚΡΟΤΗΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ ΥΠΕΡ ΠΑΝΤΑΣ) Η ΑΡΧΑΙΟΤΗΣ ΠΑΡΕΧΕΙ, ΧΩΡΑΝ ΚΑΙ ΕΥΠΟΡΙΑΝ ΕΧΗ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΚΑΙ ΙΕΡΕΩΝ ΚΡΙΝΕΙΝ, Δέσποτα Ἁγιώτατε Πάτερ καὶ Σεβάσμιε Βασιλεῦ. ΤΟΥΤΟΥ ΓΑΡ ΧΑΡΙΝ ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΘΟΣ ΤΩΝ ΣΥΝΟΔΩΝ, ΚΑΙ Ο ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΑΥΤΟΝ ΕΠΕΚΑΛΕΣΑΤΟ ΔΙΑ ΛΙΒΕΛΛΟΥ, ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ ΑΝΑΚΥΨΑΣΗΣ (aliàs, ΠΕΡΙΚΥΨΑΣΗΣ) ΦΙΛΟΝΕΙΚΙΑΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ. τοῦτο οὖν αἰτοῦντι, καὶ ἐνορκιζομένῳ τὴν κοινὴν Σωτηρίαν ἡμῶν, ἐπινεῦσαι οὐκ ἠρνησάμην, ὥστε πρὸς τὴν ΣΗΝ ΗΜΕΡΟΤΗΤΑ

τὴν ἐμὴν αἴτησιν οἰκειώσασθαι, ἵνα ὁ προλεχθεὶς Ἱερεὺς, συναχθέντων ἐκ πάσης τῆς Οἰκουμένης καὶ τῶν λοιπῶν Ἱερέων, ἐντὸς τῆς Ἰταλίας, πάντος προκειμένου ἀποκινηθέντος, ἐξ ὑπαρχῆς τὴν στρεφομένην αἰτίαν, πεφροντισμένῃ δοκιμασίᾳ διαγνοὺς, ΕΞΟΙΣΗ ΤΗΝ ΑΠΟΦΑΣΙΝ, ΗΝ Η ΠΙΣΤΙΣ, ΚΑΙ Ο ΤΗΣ ΑΛΗΘΟΥΣ ΘΕΙΟΤΗΤΟΣ ΛΟΓΟΣ ΑΠΑΙΤΕΙ. οὐ γὰρ ὀφείλει ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς ΚΑΙΝΟΤΗΣ ΘΡΗΣΚΕΙΑΣ εἰσάγεσθαι, θορύβῳ προπετείας, ΑΣΑΛΕΥΤΟΥ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΜΕΧΡΙΣ ΩΔΕ ΔΙΑΦΥΛΑΧΘΕΙΣΗΣ. Præterea Gallæ Placidiæ, PERPETVÆ AVGVSTÆ ET MATRIS, ad Theodosium filium, quid diuinum illud scriptum vltra dicendo commemorem? Hac itaque gratia, inquit, TVA MAN- «
SVETVDO tantis turbis resistens, veritatem Fidei CATHOLICÆ «
RELIGIONIS immaculatam seruari præcipiat, VT SECVN- «
DVM FORMAM ET DEFINITIONEM APOSTOLICÆ SEDIS, «
quam & nos, TANQVAM PRÆCELLENTEM similiter vene- «
ramur, IN STATV SACERDOTII illæso manente per omnia Fla- «
uiano, ad CONCILIVM APOSTOLICÆ SEDIS, iudicium transmit- «
tatur; IN QVA PRIMVS ILLE QVI CÆLESTES CLAVES DIGNVS «
FVIT ACCIPERE, PRINCIPATVM EPISCOPATVS ORDINAVIT: «
Τούτου χάριν ἡ ΣΗ ΗΜΕΡΟΤΗΣ τοῖς τοσούτοις θορύβοις ἀντιπιπτοῦσα τὴν ἀλήθειαν, ἄσπιλον τὴν πίστιν ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΘΡΗΣΚΕΙΑΣ διαφυλαχθῆναι προσταξάτω· ΙΝΑ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΤΥΠΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΟΡΟΝ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥ ΘΡΟΝΟΥ, ὃν καὶ ἡμεῖς ὁμοίως, ΩΣ ΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝΟΝ, προσκυνοῦμεν, ΕΝ ΤΗ ΣΤΑΣΕΙ ΤΗΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ, ἀβλαβοῦς μένοντος ἐν πᾶσι Φλαβιανοῦ, ἐν τῇ ΣΥΝΟΔΩ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥ ΘΡΟΝΟΥ, ἡ δίκη διαπεμφθῇ, ΕΝ Ω ΠΡΩΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ Ο ΤΑΣ ΟΥΡΑΝΟΥ ΚΛΕΙΣ ΑΞΙΩΘΕΙΣ ΥΠΟΔΕΞΑΣΘΑΙ, ΤΗΝ ΕΠΙΣΚΟΠΗΝ ΤΗΣ ΑΡΧΙΕΡΩΣΥΝΗΣ ΕΚΟΣΜΗΣΕ ΔΗΛΑΔΗ (aliàs, ΤΟ ΠΡΩΤΕΙΟΝ ΤΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΙΚΗΣ ΑΞΙΑΣ ΚΑΘΙΔΡΥΣΕΝ.) Ac tandem concludit: Diligentiùs autem etiam in hoc prouidere, ne QVOD «
PRISCIS TEMPORIBVS NOSTRA GENERATIO CVSTODIVIT, sub «
nobis imminui videatur, & PER PRÆSENS EXEMPLVM (perse- «
quentium scilicet Flauianum Constantinopolitanum Archiepiscopum, quòd ab Secundo Concilio Ephesino, atque ab Orientalibus ad Romanum Pontificem, tanquam ad Apostolicam Sedem supremumque tribunal, appellasset) SCHISMATA GENERENTVR INTER «
EPISCOPOS ET SANCTAS ECCLESIAS: Ἐπιμελέστερον δὲ κἀκείνου προ- «
νοῆσαι· ἵνα μὴ, ΟΠΕΡ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΝΩΤΕΡΟΙΣ ΧΡΟΝΟΙΣ Η ΗΜΕΤΕΡΑ ΓΕΝΕΑ ΔΙΕΦΥΛΑΞΕΝ, ἐφ' ἡμῶν δόξῃ μειοῦσθαι (aliàs, μειοῦσθαι) καὶ ΔΙΑ ΤΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ ΥΠΟΔΕΙΓΜΑΤΟΣ ΣΧΙΣΜΑΤΑ ΠΡΟΧΩΡΗΣΑΙ, ΕΝ ΤΕ ΤΟΙΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ, ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΑΓΙΩΤΑΤΑΙΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙΣ. Epistolâ verò ad Pulcheriam Augustam filiam Romanus Pontifex, VIOLATÆ FIDEI VINDEX dicitur: ac tandem scriptum est: Vt omnibus «
integris permanentibus, ad APOSTOLICÆ SEDIS [IVDICIVM] IN «
QVA PRIMVS APOSTOLORVM BEATVS PETRVS, QVI ETIAM CLAVES «
REGNI CÆLESTIS SVSCIPIENS, SACERDOTII PRINCIPATVM TENVIT, «
EPISCOPATVS CAVSA MITTATVR. DEBEMVS ENIM PRIMATVM IN «

» OMNIBVS IMMORTALI CONVERSATIONI TRIBVERE, QVÆ TO-
» TVM MVNDVM PROPRIÆ VIRTVTIS DOMINATIONE COMPLE-
» VIT, ET NOSTRO IMPERIO ORBEM GVBERNANDVM SERVAN-
» DVMQVE COMMISIT. Vnde non mirum si Actione Secunda hunc
in modum de Sancto Leone Magno, Pontifice Romano ac Ma-
» ximo acclamatur: Anathema ei qui ita non credit: PETRVS PER
» LEONEM ITA LOCVTVS EST: Ἀνάθεμα τῷ μὴ οὕτω πιστεύοντι. ΠΕ-
ΤΡΟΣ ΔΙΑ ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΑΥΤΑ ΕΞΕΦΩΝΗΣΕΝ. Quod quidem cæ-
leste dictum postea imitati Constantinopolitani Patres OEcume-
nicæ Synodi Sextæ, in totius Concilij SERMONE ACCLAMATO-
RIO ad Imp. Constantinum Pogonatum, dum de Romana Fidei
» Confessione dicunt: Charta & atramentum videbatur & PER A-
» GATHONEM PETRVS LOQVEBATVR: Χάρτης καὶ μέλαν ἐφαίνετο, καὶ
ΔΙ' ΑΓΑΘΩΝΟΣ Ο ΠΕΤΡΟΣ ΕΦΘΕΓΓΕΤΟ. Qui sanè Leo propterea
OECVMENICVS ARCHIEPISCOPVS, Οἰκουμενικὸς Ἀρχιεπίσκοπος, nun-
cupatus est, Actione tertia, in Libello Theodori Diaconi Alexan-
drini, ad OECVMENICVM ARCHIEPISCOPVM Leonem, OECVME-
NICAMQVE Chalcedonensem Synodum, qui contra Dioscorum
exhibitus fuit. Itaque Marcianus Imperator, Oratione illa Regia
quam ad Chalcedonense Concilium habuit, Actione sexta, nostri
Leonis, tanquam APOSTOLICVM THRONVM GVBERNANTIS, τοῦ
τὸν ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΝ ΘΡΟΝΟΝ ΚΥΒΕΡΝΩΝΤΟΣ, summa cum laude ac
fide meminit. Actione verò octaua, vniuersum Concilium clamat
» in causa Theodoreti; POST DEVM LEO IVDICAVIT: Μετὰ τοῦ Θεοῦ
Λέων ἐδίκασεν. Denique in Ephesinis Actis Philippus Legatus Apo-
» stolicus ad Synodum ait: Non enim ignorat Vestra Beatitudo,
» quòd CAPVT TOTIVS FIDEI & Apostolorum Beatus PETRVS
» Apostolus ipse est: Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ ὑμῶν ἡ μακαριότης, ὅτι Η ΚΕΦΑΛΗ
ΟΛΗΣ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ, ἢ καὶ τῶν Ἀποστόλων, ὁ μακάριος ΠΕΤΡΟΣ ὁ Ἀπό-
στολος. Ex quo effectum est, vt Imp. Constantinus Pogonatus, in
suo illo Sacro Rescripto ad Leonem Secundum Pont. Max. Sextæ
Synodi Actione decima octaua, sic Pontificem ad conuellendam
» Monothelitarum Hæresim hortatus sit: Quamobrem viriliter age,
» & confortare, & verbi gladio accingere, eumque exacue zelo Di-
» uino: sta firmus propugnator pietatis, omnemque HÆRETICVM
» AVDITVM & introductionem præcidere stude: QVEMADMODVM
» ET PRIMITVS IVDAICI AVDITVS SENSVM GLADIO PERCVTIENS
» PETRVS ABSTVLIT, LEGALIS ET SERVILIS SYNAGOGÆ PRÆSI-
» GNIFICANS SVRDITATEM: Οὐκοῦν ἀνδρίζου, καὶ ἴσχυε, καὶ τὴν τοῦ λόγου ῥομφαίαν πε-
ρίζωσαι, καὶ Θείῳ Ζήλῳ ταύτην παράθηξον, καὶ στῆθι ἑδραῖος τῆς εὐσεβείας ὑπέρμα-
χος, καὶ πᾶσαν ΑΙΡΕΤΙΚΗΝ ΑΚΟΗΝ καὶ εἰσήγησιν ἐκτεμεῖν προθυμήθητι·
ΚΑΘΑ ΚΑΙ ΠΕΤΡΟΣ ΤΟ ΠΡΟΤΕΡΟΝ, ΤΟ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑ-
ΣΕΩΣ ΑΙΣΘΗΤΗΡΙΟΝ ΤΗ ΜΑΧΑΙΡΑ ΠΑΤΑΞΑΣ, ΑΦΕΙΛΕΤΟ, ΤΗΣ
ΝΟΜΙΚΗΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΝΔΡΑΠΟΔΩΔΟΥΣ ΣΥΝΑΓΩΓΗΣ ΠΡΟ-
ΔΙΑΓΡΑΦΩΝ ΤΗΝ ΚΩΦΟΤΗΤΑ. Denique Gregorius Secun-
dus Pont. Max. Epistola priore De Sacris Imaginibus, ad Leonem

Iſaurum Imperatorem, ante Septimam Synodum; Atque vtinam, inquit, Dei munere nobis contingat, vt per Martini viam incedamus, TAMETSI OB PLEBIS VTILITATEM VIVERE VOLVMVS ET SVPERVIVERE; quandoquidem Occidens Vniuerſus ad humilitatem noſtram conuertit oculos: ac licèt tales non ſumus nos, illi tamen magnopere nobis confidunt, ET IN EVM CVIVS DENVNTIAS TE IMAGINEM EVERSVRVM ATQVE DELETVRVM, SANCTI SCILICET PETRI; QVEM OMNIA OCCIDENTIS REGNA VELVT DEVM TERRESTREM HABENT: Ἀξιοῖ καὶ ἡμᾶς ὁ Κύριος τὴν ὁδὸν τοῦ Μαρτίνου πορευθῆναι, ΑΛΛΑ ΔΙΑ ΤΗΝ ΤΩΝ ΠΟΛΛΩΝ ΩΦΕΛΕΙΑΝ ΘΕΛΟΜΕΝ ΖΗΣΑΙ ΚΑΙ ΕΠΙΖΗΣΑΙ. ὅτι Πᾶσα ἡ Δύσις εἰς τὴν ἡμετέραν ἀποβλέπει ταπείνωσιν· εἰ οὐχ ἡμεῖς τοιοῦτοι, ἀλλ' ἐκεῖνοι μεγάλην πίστιν ἔχουσιν εἰς ἡμᾶς, ΚΑΙ ΕΙΣ ΟΝ ΕΠΑΓΓΕΛΛΗ ΚΑΤΑΛΥΣΑΙ ΚΑΙ ΑΦΑΝΙΣΑΙ ΤΟΝ ΧΑΡΑΚΤΗΡΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΕΤΡΟΥ, ΟΝ ΑΙ ΠΑΣΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΙ ΤΗΣ ΔΥΣΕΩΣ, ΘΕΟΝ ΕΠΙΓΕΙΟΝ ΕΧΟΥΣΙΝ. Poſtremò producendus in medium nobis eſt Patriarcha Conſtantinopolitanus ipſe, videlicet ex Octauæ Synodi Actione tertia, Sanctus Ignatius, cuius hîc integra ad Nicolaum Papam Pont. Max. recitanda Epiſtola eſt: Ad artus humani corporis plagis & vulneribus ſaucios curandos, medendi ars magnam medicorum copiam ſuppeditauit; in membris autem Chriſti Dei ac Saluatoris, omnium Capitis ac Sponſi CATHOLICÆ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, VNVM TANTVM AC SOLVM SELECTVM AC VNIVERSALISSIMVM (Græcè CATHOLICISSIMVM) MEDICVM, TVAM NEMPE FRATERNAM PATERNAMQVE SANCTITATEM, Supremum & Fortiſſimum Dei Verbum conſtituit, cùm PETRO Supremo Sanctiſſimoque Apoſtolorum Vertici dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. Et rurſum: Tibi dabo claues REGNI cælorum. Et quod ligaueris ſuper terram, ligatum erit in cælis: & quod ſolueris, erit ſolutum. HVIVSCEMODI ENIM BEATAS VOCES NON SOLI APOSTOLORVM PRINCIPI, PRIVATA QVADAM SORTE, TRANSSCRIPSIT ET ASSIGNAVIT, SED PER IPSVM AD OMNES ROMANÆ SEDIS PONTIFICES ILLI SVCCESSVROS TRANSMISIT. Hinc retro olimque ſemper, cùm Hæreſes & ſcelera pullularent, noxias illas herbas & Zizania APOSTOLICÆ SEDIS VESTRÆ SVCCESSORES exſtirparunt; & nunc Tua Beatitudo dignè tractans acceptam à Chriſto poteſtatem, veritatis hoſtes fudit: &, latronum more, in Chriſti ouile per feneſtram aſcendentem, contraque Deum adeò ſe per arrogantiam ſurrigentem, vt etiam aduersùs ſacroſanctam & inculpatam tuam poteſtatem Synodum refingeret, & clanculum REGEM per legatos ſollicitaret; MEDICA MANV SACROSANCTÆ ET APOSTOLICÆ AVCTORITATIS, à communi Eccleſiæ corpore præcidiſti: & nos ab illo propter ſcelus oppreſſos, vt AMANTISSIMVS FRATRVM, rectè innocentes

Matt. 16. v. 18.

» pronuntiasti, nostræque nos Ecclesiæ per litteras restituisti. Nam
» DIVINITVS-EVECTVS Imperator noster, VT FIDELISSIMVS FILIVS
» VESTER, Tuæ Sanctitatis sententiam & decretum EXSECVTVS,
» vtrumque (me inquam & Photium) pro æquitate causæ tractauit.
» De quibus omnibus, Deo votis rite persolutis, virum religiosissi-
» mum Ioannem, Sylæi Metropolitam, misimus, qui & nostram cau-
» sam tueatur, ET SIMVL RERVM ECCLESIASTICARVM DEINCEPS
» ADMINISTRANDARVM RATIONEM, QVÆ DEO VESTRÆQVE SA-
» PIENTIÆ PROBABITVR, ACCIPIAT. Etenim cùm duplex sit Sa-
» crorum hominum CONSECRATIO: aliorum quidem, qui à nobis
» initiati sunt, quique pro nobis sponte chirographa conscripserunt:
» aliorum verò qui ab scelestissimo Photio consecrati, chirographa
» vel lubentes, vel coacti scripsere; rogamus vt de his omnibus ali-
» quid decernatur. DEMVM PETIMVS, VT VESTRÆ SANCTITATIS
» LEGATI AD NOS MITTANTVR IDONEI, QVIBVSCVM ECCLESIÆ
» NOSTRÆ STATVM BENE ET CONVENIENTER DISPONAMVS:

Τῶν ἐν τοῖς μέλεσιν ἀνθρώπων προσφυομένων τραυμάτων τε καὶ μωλώπων πολλοὺς ἰατροὺς ἡ τέχνη προεχειρίσατο. τῶν ἐν τοῖς μέλεσι δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος, τοῦ πάντων ἡμῶν κεφαλῆς καὶ νυμφίου, τῆς ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ΕΝΑ ΚΑΙ ΜΟΝΟΝ ΕΞΗΡΗΜΕΝΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΚΑΘΟΛΙΚΩΤΑΤΟΝ ΙΑΤΡΟΝ ΑΥΤΟΣ Ο ΘΕΑΡΧΙΚΩΤΑΤΟΣ ΚΑΙ ΠΑΝΑΛΚΕΣΤΑΤΟΣ ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΕΧΕΙΡΙΣΑΤΟ, ΤΗΝ ΣΗΝ ΔΗΛΟΝΟΤΙ ΑΔΕΛΦΙΚΗΝ ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΚΗΝ ΟΣΙΟΤΗΤΑ, δι' ὧν φησι Πέτρῳ τῷ Τιμιωτάτῳ καὶ Κορυφαιοτάτῳ τῶν Ἀποστόλων· σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ Πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· καὶ πάλιν, σοὶ δίδωμι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας· καὶ ὃ ἂν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ὃ ἂν λύσῃς, ἔσται λελυμένον. ΤΑΣ ΔΕ ΤΟΙΑΥΤΑΣ ΜΑΚΑΡΙΑΣ ΦΩΝΑΣ, ΟΥ ΚΑΤΑ ΤΙΝΑ ΠΑΝΤΩΣ ΑΠΟΚΛΗΡΩΣΙΝ ΤΩ ΚΟΡΥΦΑΙΩ ΜΟΝΩ ΠΕΡΙΕΓΡΑΨΕΝ, ΑΛΛΑ ΔΙ' ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΚΑΤ' ΕΚΕΙΝΟΝ ΙΕΡΑΡΧΑΣ ΤΗΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΑΣ ΡΩΜΗΣ ΠΑΡΕΠΕΜΨΕ. Καὶ τούτου χάριν ἔκπαλαι καὶ ἀνέκαθεν, ἐν ταῖς ἀναφυείσαις αἱρέσεσι καὶ παρανομίαις ἐκριζωταὶ τῶν πονηρῶν ζιζανίων γεγόνασιν ΟΙ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥ ΘΡΟΝΟΥ ΥΜΩΝ ΔΙΑΔΟΧΟΙ. καὶ νῦν δὲ ἡ Σὴ Μακαριότης, ἀξίως διαχρήσασα τῆς δεδομένης σοι ΧΡΙΣΤΟΘΕΝ ἐξουσίας, τοὺς τῆς ἀληθείας ἀντιπάλους κατέβαλε, καὶ τὸν διὰ τῆς θυρίδος εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων λῃστρικῶς εἰσελθόντα, καὶ καταλαζονευσάμενον τοῦ Θεοῦ τοσοῦτον, ὥστε καὶ Συνόδους ἀναπλάττειν κατὰ ΤΗΣ ΣΗΣ ΑΝΕΠΙΛΗΠΤΟΥ ΙΕΡΑΡΧΙΑΣ, καὶ πρὸς τὸν ΡΗΓΑ (Ludouicum videlicet Imperatorem, Regem Galliæ, propter Gallici nominis amplitudinem, Latino REGIS nomine ac titulo Græcè retento atque in ΡΗΓΑ conuerso) λανθανόντως ἐκπέμψαντα, ΤΗ ΧΕΙΡΟΥΡΓΙΑ ΤΗΣ ΙΕΡΑΡΧΙΚΗΣ ΣΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΟΛΙΗΚΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ, τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας ἐξέτεμες σώματος, καὶ τοὺς ἠδικημένους ἡμᾶς ὡς ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ ἐδικαίωσας δικαίως, καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ, δι' ὧν ἔγραψας, ἀποκατέστησας. ὁ γὰρ ΘΕΟΠΡΟΒΛΗΤΟΣ ἡμῶν Βασιλεὺς τῇ γνώμῃ καὶ ψήφῳ τῆς Σῆς Ὁσιότητος ΕΞΥΠΗΡΕΤΟΥΜΕΝΟΣ, ΩΣ ΤΕΚΝΟΝ ΥΜΩΝ ΠΙΣΤΟΤΑΤΟΝ ἑκατέροις κατ' ἀξίαν ἀπένειμεν. Ἀνθ' ὧν ἁπάντων τῷ Θεῷ τὰς ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΥΣ ΕΥΧΑΣ

πέμψαντες, πεπόμφαμεν Ἰωάννην τὸν εὐλαβέστατον Μητροπολίτην Συλαίου, ἅμα μὲν ἀνθ' ἡμῶν ἀπολογησόμενον, ΑΜΑ. ΔΕ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΦΕΞΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΔΙΟΙΚΗΣΕΩΝ ΛΗΨΟΜΕΝΟΝ ΤΑΣ ΔΟΚΟΥΣΑΣ ΤΩ ΘΕΩ ΚΑΙ ΤΗ ΥΜΕΤΕΡΑ ΣΟΦΙΑ ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ. Διττῆς γὰρ οὔσης τῆς τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΣ· καὶ τῶν μὲν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν δεδεγμένων, καὶ χειρογραφησάντων ὑφ' ἡμῶν καθαιρέτως. τῶν δὲ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ παλαιμναίου Φωτίου, ἄλλων μὲν ἑκόντων, ἄλλων δὲ βιαζομένων παρ' ἐκείνου· περὶ τούτων πάντων ἀξιοῦμεν δοῦναι διάταξιν. ΕΤΙ ΓΕ ΜΗΝ ΖΗΤΟΥΜΕΝ ΚΑΙ ΤΟΠΟΤΗΡΗΤΑΣ ΤΗΣ ΥΜΕΤΕΡΑΣ ΜΑΚΑΡΙΟΤΗΤΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ ΑΞΙΟΛΟΓΟΥΣ ΕΛΘΕΙΝ, ΙΝΑ ΣΥΝ ΑΥΤΟΙΣ ΚΑΛΩΣ ΚΑΙ ΠΡΟΣΗΚΟΝΤΩΣ ΔΙΟΙΚΗΣΩΜΕΝ ΤΗΝ ΚΑΘ'.ΗΜΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ. Mox, Actione quarta, lecta est Epistola Nicolai Papæ ad Michaëlem Imperatorem, hoc exordio atque documento : PRINCIPATVM DIVINÆ PO- «
TESTATIS, quem conditor omnium Deus electis Apostolis suis «
largitus est, PRINCIPI APOSTOLORVM PETRO PRÆ CÆTERIS «
TRADIDIT, cùm dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædifi- « Matt.16. v. 18.
cabo Ecclesiam meam. Et rursum ad Petrum: Et tu aliquando con- « Luc.22.
uersus, confirma Fratres tuos. PETRVS IGITVR VNIVERSAM AD- « v.32.
MINISTRARE ECCLESIAM PERPETVA SVCCESSIONE IVBETVR. «
Sæpenumero enim conuentus à sanctis Patribus celebratus est, SED «
SINE ROMANÆ SEDIS ET HVIVS PONTIFICVM AVCTORITATE «
CONFECTVM EST NIHIL : ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ, «
ἣν ὁ πάντων δημιουργὸς τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ Ἀποστόλοις ἐδωρήσατο, ΤΩ ΚΟΡΥΦΑΙΩ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΠΕΤΡΩ ΥΠΕΡ ΤΟΥΣ ΑΛΛΟΥΣ ΕΔΩΚΕΝ, εἰπών· σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν. καὶ πάλιν εἶπε πρὸς τὸν Πέτρον, καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. Ο ΤΟΙΝΥΝ ΠΕΤΡΟΣ ΤΗΝ ΑΠΑΝΤΑΧΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΠΕΡΙΕΠΕΙΝ ΟΥ ΔΙΑΛΕΙΠΕΙΝ ΚΕΛΕΥΕΤΑΙ. καὶ γὰρ πολλάκις συνέλευσις γέγονε τῶν ἁγίων πατέρων, ΑΛΛ' ΑΝΕΥ ΤΗΣ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΘΕΔΡΑΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΑΥΤΗΣ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ, ΟΥΔΕΝ ΗΝΥΣΘΗ. Non obtundam diutiùs istis, quorum plenæ Conciliorum, hoc est, vt ita dicam, REGISTRORVM ECCLESIÆ, paginæ, aures tuas, DOCTISSIME REX; iamdudum vereor, ne oratio mea aliena ab iudicij tui ratione & proposita dicendi consuetudine esse videatur. Nunc ad ROMAM nostram TRIVMPHANTEM, DISCIPLINAMQVE tuæ ECCLESIÆ tractandam reuertar; ne hæc à me sine causa commemorata sint. Hoc dico, hanc ipsam Romam, antiquissimam, religiosissimam, principem omnium sacrorum quæ apud omnes gentes nationesque fiunt, ex suis templis ac sedibus, Schismaticorum operâ, frustra dici credive sublatam. Fingant qui legêre aut audiuere nusquam sacratissimas illas Ecclesiæ Christi voces, quæ tot columnis, quot syllabis, Ecclesiæ de suo Pastore fidem fulciunt ac sustentant : SEDES PETRI; SANCTA SEDES, ὁ Ἅγιος Θρόνος· SEDES PRINCIPIS APOSTOLORVM; THRONVS PRINCIPIS PETRI, ὁ Θρόνος τοῦ κορυφαίου Πέτρου· REGNI CÆLESTIS CLAVIGERI APOSTOLICA SEDES, ET PRÆCIPVA AC SVMMA DIGNITAS ET POTESTAS; CATHEDRA

APOSTOLICA ; ROMANA ECCLESIA, IN QVA SEMPER APOSTOLICÆ CATHEDRÆ VIGVIT PRINCIPATVS ; PRIMA CATHEDRA CORYPHÆI APOSTOLORVM THRONI PETRI, ἡ Πρώτη Καθέδρα τοῦ κορυφαίου ἐν Αποστόλοις τοῦ Θρόνου Πέτρου · SVMMA SEDES ; CÆTERARVM SEDIVM MAGISTRA, τῶν λοιπῶν Θρόνων μείζων καὶ διδάσκαλος · OMNIVM ECCLESIARVM MATER ET MAGISTRA ; SANCTA CATHOLICA ET APOSTOLICA ROMANA ECCLESIA, ἡ Ἁγία καθολικὴ καὶ Αποστολικὴ τῶν Ρωμαίων Εκκλησία · INCORRVPTA COLVMNA ECCLESIARVM ; APOSTOLICVS THRONVS ; SEDES APOSTOLICA ; COMMVNIO APOSTOLICA ; PONTIFICIVM ; CAPVT OMNIVM ECCLESIARVM, ἡ Κεφαλὴ πασῶν τῶν Εκκλησιῶν · PRIMATVS ECCLESIARVM ; PRIMA SEDES ; APOSTOLICA AVCTORITAS ; SVPREMVS APOSTOLICVS THRONVS, ὁ κορυφαιότατος, ὁ Αποστολικὸς Θρόνος · APOSTOLICA ARX ET SVMMITAS, ἡ Αποστολικὴ Ακρόπολις · PRIMATVS SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ, Τὸ πρωτεῖον τῆς ἁγίας Εκκλησίας τῆς Ρώμης · SPIRITVALIS DOMINATIO ECCLESIÆ ROMANÆ, Η πνευματικὴ δεσποτεία τῆς Εκκλησίας τῆς Ρώμης · PRINCIPATVS DIVINÆ POTESTATIS, Η ἀρχὴ τῆς θείας ἐξουσίας · MATRIX ECCLESIA ; MATER VNIVERSORVM CHRISTI FIDELIVM ET MAGISTRA ; ROMANÆ ECCLESIÆ, DISPONENTE DOMINO, SVPER OMNES ALIAS ORDINARIÆ POTESTATIS PRINCIPATVS ; APOSTOLICI THRONI MAGISTRALIS AVCTORITAS, ἡ Αὐθεντία τοῦ Αποστολικοῦ Θρόνου · PRIMÆ CATHEDRÆ OMNIMODA POTESTAS, τῆς Πρώτης καθέδρας ἡ αὐθεντία · APOSTOLATVS VESTER ; VESTRVM DIVINVM ET APOSTOLICVM IVDICIVM, ἡ ὑμετέρα ἔνθεος καὶ Αποστολικὴ γνώμη · COANGELICA SANCTIMONIA VESTRA ; THRONVS PRÆCELLENS, ὁ Θρόνος, ὁ Γρηγορούμενος · PRINCIPATVS EPISCOPATVS, ἡ Επισκοπὴ τῆς Αρχιερωσύνης, vel τὸ Πρωτεῖον τῆς Επισκοπικῆς Αξίας · PRINCIPATVS SACERDOTII, ἡ Ακρότης τῆς Ιερωσύνης · CONCILIVM APOSTOLICÆ SEDIS ; ROMANÆ RELIGIONIS SACERDOTES, τῆς Ρωμαϊκῆς Θρησκείας οἱ Ιερεῖς · Hæc ad Sedem: ad Sedentem verò illa pertinent ; PAPA, ὁ Πάπας · SVMMVS PONTIFEX ; PASTORVM PRINCEPS ; APOSTOLICÆ CATHEDRÆ PAPA ; APOSTOLICÆ SVMMÆ PRÆSVL ; VNIVERSALIS ECCLESIÆ PRÆSVL ; OECVMENICVS, ſiue VNIVERSALIS, PAPA, ὁ Οἰκουμενικὸς Πάπας · APOSTOLICVS ; APOSTOLICVS DOMINVS, vel DOMNVS APOSTOLICVS ; COANGELICVS PATER PATRVM ; DOMINVS COANGELICVS HIERARCHA, Δεσπότης Ισάγγελος ὁ Ιεράρχης · COANGELICVS PAPA ; PATER NOSTER SPIRITALIS ; PATRIARCHA PATRIARCHARVM, ET SVMMVS SACERDOS SVMMORVM SACERDOTVM ; MAGNÆ AC PRIMÆ SEDIS SVMMVS PONTIFEX ; SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER ET BEATISSIMVS PRÆSES, ὁ Δεσπότης ἡμῶν ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος Πρόεδρος · CVNCTARVM SEDIVM PATRIARCHA, ὁ Πατριάρχης πάντων τῶν Θρόνων · PRINCIPIS (id eſt, Petri, quem PRIMVM APOSTOLORVM ET EMINENTISSIMVM MARTYRVM Auguſtinus, libro ſexto de Baptiſmo contra Donatiſtas, appellat) SVCCESSOR, Τοῦ κορυφαίου διάδοχος · CAPVT ECCLESIÆ ; ROMANÆ ECCLESIÆ PAPA ; HIERARCHA, ὁ Ιεράρχης ;

SANCTISSIMVS DOMINVS ET MAGNVS PONTIFEX, ὁ Ἁγιώτατος Δεσπότης καὶ μέγας Ἀρχιερεύς· ARCHIEPISCOPVS, ὁ Ἀρχιεπίσκοπος· OECVMENICVS ARCHIEPISCOPVS, ὁ Οἰκουμενικὸς Ἀρχιεπίσκοπος· EPISCOPORVM EPISCOPVS; APOSTOLICÆ SVMMITATIS PONTIFICALISSIMVS ANTISTES AC PRÆSES, ὁ τῆς Ἀποστολικῆς ἀκροπόλεως ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΩΤΑΤΟΣ πρόεδρος· OECVMENICÆ ECCLESIÆ PROTOTHRONVS, ὁ Πρωτόθρονος τῆς Οἰκουμενικῆς Ἐκκλησίας· SVMMVS APOSTOLORVM VERTEX, ἡ κορυφαία τῶν Ἀποστόλων ἀκρότης· SANCTI SPIRITVS ORGANVM, τὸ Ὄργανον τοῦ ἁγίου πνεύματος· PONTIFEX ET VNIVERSALIS CATHEDRÆ PRÆSES, ὁ Ἀρχιερεὺς καὶ Πρόεδρος τῆς Οἰκουμενικῆς Καθέδρας· TVA SVMME-CORYPHÆA PATERNITAS, Η σὴ κορυφαιοτάτη πατρότης· SVMMVS PAPA, ὁ Κορυφαιότατος Πάπας· CVSTOS FIDEI, ὁ Φύλαξ τῆς Πίστεως· VIOLATÆ FIDEI VINDEX; APOSTOLICVS PATER, ὁ Ἀποστολικὸς Πατήρ· APOSTOLICVS EPISCOPVS, ὁ Ἀποστολικὸς Ἐπίσκοπος· APOSTOLICVS PONTIFEX, ὁ Ἀποστολικὸς Ἀρχιερεύς· CAPVT TOTIVS FIDEI, Η Κεφαλὴ ὅλης τῆς Πίστεως· & id genus reliqua infiniti numeri & argumenti, quæ cuiuis antiquitatis perdiligenter studioso obuia ferme vbique esse constat. Quibus olim commotior Augustinus, Petiliano Donatistæ, libro secundo contra eiusdem Litteras, dixit: Verumtamen, si omnes «
per Totum Orbem tales essent, quales vanissimè criminaris, CA- «
THEDRA TIBI QVID FECIT ECCLESIÆ ROMANÆ, IN QVA PE- «
TRVS SEDIT, ET IN QVA HODIE ANASTASIVS SEDET; vel Ec- «
clesiæ Ierosolymitanæ, in qua Iacobus Sedit, & in qua hodie IOAN- «
NES Sedet, QVIBVS NOS IN CATHOLICA VNITATE CONNECTI- «
MVR, & à quibus vos NEFARIO FVRORE separastis? QVARE AP- «
PELLAS, CATHEDRAM PESTILENTIÆ, CATHEDRAM APOSTOLI- «
CAM? Si propter homines, quos putas legem loqui & non facere, «
numquid Dominus Iesus Christus propter Pharisæos, de quibus ait, «
Dicunt enim & non faciunt; CATHEDRÆ, in qua sedebant, vllam «
fecit iniuriam? Nonne illam CATHEDRAM MOYSI commenda- «
uit, ET ILLOS, SERVATO CATHEDRÆ HONORE, REDARGVIT? «
Ait enim: Cathedram Moysi sedent. Quæ dicunt facite, quæ au- «
tem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. HÆC SI «
COGITARETIS, NON PROPTER HOMINES QVOS INFAMATIS, «
BLASPHEMARETIS CATHEDRAM APOSTOLICAM, CVI NON COM- « Matt. 23.
MVNICATIS. SED QVID EST ALIVD QVAM NESCIRE QVID DI- « v. 2.
CERE, ET TAMEN NON POSSE NISI MALEDICERE? At locis istis «
communibus desinamus, ad propositumque DE PRIMA ANGLICANÆ ECCLESIÆ ORIGINE redeamus. Itaque fit nescio qua diuinitus indita lege naturæ, vt cuius satu cæteri homines editi sumus, humani generis parentem & caput, nec inuiti, nec poscentibus alijs, & honoratè, & honorificè, & grauiter palàm prædicemus. Nos verò, vt de nobis tantùm loquamur, ac nostrarum rerum non negligentes, magis quàm aliorum curiosi, videamur; nos, inquam, Normanni atque Angli, Romanæ Vitis, aut Ecclesiæ & APOSTOLICI SEMINIS, TRADVCES (vt libro De Præscriptionibus Tertullia-

nus loquitur) & propagines, miſſu Dei ac Apoſtolica certiſſima miſſione, inſitiones Euangelicæ, & veluti cæleſtes quædam emiſſiones, nunc à generatoribus noſtris, vt à caulibus braſſicisque, quod Viti à natura tributum ferunt, tanquam à peſtiferis & nocentibus, refugere dicemur, nec eos vlla ex parte contingere? Vites claiuiculis adminicula, tanquam manibus, apprehendunt, atque ita ſe erigunt vt animantes: quaſi homines, quorum ſymbola ſunt, doćturæ ipſæ Religionem ac Solertiam, quâ quidem ſibi ſurſum versùs ſuorum adiumenta quærant & comparent, nitanturque Maioribus ſuis, ac demum à quibus regendi ſint, ab iiſdem ſe erigendos in cælum ſperent.

Horreat ÆNEADAS & primus & vltimus orbis:
Si qua parum ROMAM terra timebit; amet.

Vnde ſapienter à Patribus noſtris, quarto Sardicenſi Canone, cautum atque prouiſum eſt, vt Toto Orbe, quemadmodum Inſtitutionis ſic & Deſtitutionis ſeu Depoſitionis Epiſcoporum, ſupremus Iudex Romanus Pontifex diceretur & eſſet. Obſeruauit olim ſcriptus à Theognoſto Monacho & Archimandrita Veteris Romæ & Exarcho Conſtantinopolitano, Ignatij Patriarchæ nomine, ad Nicolaum Papam Libellus de tota Ignatij cauſa, proque Metropolitanis Decem, Quindecim Epiſcopis, Cœnobiarcharum inſuper ac Preſbyterorum Monachorumque infinita multitudine. In eo quippe, inter Prolegomena ad Octauam Synodum, hæc legere eſt quæ
» ſequuntur: Et in Sardicenſi Concilio Canon Quartus: Si quis Epi-
» ſcopus fuerit depoſitus, dicatque ſe habere defenſionem; NON
» PRIVS SVFFICIATVR IN EIVS LOCVM ALIVS, QVAM DE EO RO-
» MANÆ ECCLESIÆ PONTIFEX DECERNAT: Καὶ τ' ἐν Σαρδικῇ Συνόδου Κανών ἐστιν ὁ λέγων, ὡς ἐάν τις Ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ, καὶ λέγῃ, πάλιν ἔχειν ἀπολογίαν, ΜΗ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΑΘΕΔΡΑΝ ΑΥΤΟΥ ΕΤΕΡΟΝ ΑΝΤΙΚΑΤΑΣΘΗΝΑΙ, ΠΡΙΝ ΑΝ ΤΩΝ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, ΟΡΟΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΥ ΕΞΕΝΕΓΚΕΙΝ. Porrò Synodica Nicolai Pont. Max. id eſt, Epiſcopi SANCTÆ CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ, ROMANÆ ECCLESIÆ, Τῆς Ἁγίας Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ad omnes veræ pietatis cultores ſanctiſ-
» ſimos & religioſiſſimos Patriarchas, Metropolitas, & ceteros Epi-
» ſcopos Clericoſque, ac cunctos qui ſunt in Aſia, Europa, Libya,
» Fideles, hæc octauo tandem loco habet: In Octauo eſt Admoni-
» tio, ne quis veſtrûm LATROCINALI SYNODO contra Ignatium
» conſentiat & abripiatur, ſed noſtram ſententiam ſequatur. ITEM-
» QVE, NOS NIHIL VERITOS, NE MALE IVDICAVERIMVS, HÆC
» SCRIPSISSE. NAM SEDES PETRI A NEMINE IVDICATVR, NISI
» AB EO QVI ILLI CLAVES REGNI DEDIT: SED VOS VT ANTI-
» QVVM MOREM SERVETIS, NEQVE IVDICETIS, NEQVE APPRO-
» BETIS QVIDQVAM, SINE NOSTRA AVCTORITATE. Hæc autem
» eò ſcripſi vobis, quòd non ita pridem venerit ad nos Palatinus Spa-
» tharius cum Imperatoris Epiſtola, QVI GLORIABATVR AB IMPE-

RATORE SYNODVM ADORNARI, eò quòd nos iam præſcriptam «
iniuriam (Ignatio factam) noluerimus approbare: Καὶ ἐν Ὀγδόῃ, «
Παραινέσεις, ἵνα μή τις συναπαχθῇ ὑμῶν τῇ κατὰ τοῦ Ἰγνατίου ΛΗΣΤΡΙΚΗ ΠΡΑΞΕΙ, ἀλλ᾽ ἕπεσθαι τῇ ἡμετέρᾳ γνώμῃ. ΚΑΙ ΟΤΙ ΟΥ ΔΕΔΙΟΤΕΣ ΗΜΕΙΣ, ΩΣ ΠΑΡΑΚΡΙΝΑΝΤΕΣ ΤΑΥΤΑΣ ΕΓΡΑΨΑΜΕΝ. ΟΥΔΕ ΓΑΡ Ο ΠΕΤΡΟΥ ΘΡΟΝΟΣ ΥΠ᾽ ΑΛΛΟΥ ΚΡΙΝΕΤΑΙ, Η ΑΠΟ ΤΟΥ ΔΕΔΩΚΟΤΟΣ ΑΥΤΩ ΤΑΣ ΚΛΕΙΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ. ΑΛΛ᾽ ΙΝΑ ΥΜΕΙΣ ΚΑΤΑ ΤΟ ΑΡΧΑΙΟΝ ΔΙΑΦΥΛΑΤΤΗΣΘΕ ΜΗ ΚΡΙΝΕΙΝ, Η ΣΥΝΑΙΝΕΙΝ, ΑΝΕΥ ΤΗΣ ΗΜΩΝ ΠΑΡΑΔΟΣΕΩΣ. Τοῦτο δὲ ἔγραψα, διὰ τὸ κατὰ τὸν παρελθόντα χρόνον ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς Βασιλικὸν Σπαθάριον, μετὰ καὶ ἐπιστολῆς βασιλικῆς ΕΓΚΑΥΧΩΜΕΝΟΝ, ΟΤΙ ΣΥΝΟΔΟΝ ΕΥΤΡΕΠΙΖΕΙ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ, διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι ἡμᾶς τὴν γεγραμμένην ἀδικίαν. Ac, quod maximè notandum eſt, vt ius illud Fidei, ius publicum, in Vniuerſum Orbem, (qui in hoc Symbolum, adueniente Chriſto, à Romano Monarcha deſcriptus eſt) ſibi ſartum tectumque atque illibatum Romana Eccleſia ſeruaret; eiuſdem Octauæ Synodi Actione quarta, viſitur exſtatque adhuc antiquus mos, vt neminem, etiamſi Epiſcopum, niſi edita ſcriptoque oblata Romano Pontifici Profeſſione Fidei, in Diui Petri ædem admitti fas eſſet: Ampliſſimi Magiſtratus di- «
xere: SOLET ROMANA ECCLESIA AB OMNIBVS ADVENIS PRO- «
FESSIONEM FIDEI EXIGERE, AC TVM DEMVM AD SANCTI PE- «
TRI ÆDEM ADMITTERE. Seruarunt-ne iſti hanc formam, an non? «
Legati Romani dixere; SERVARVNT: Οἱ Μεγαλοπρεπέστατοι Ἄρχοντες «
εἶπον· ΕΘΟΣ ΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΠΑΝΤΑ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΠΙΞΕΝΟΥΜΕΝΟΝ ΑΠΑΙΤΕΙΝ ΤΟΝ ΛΙΒΕΛΛΟΝ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΕΑΝ ΑΥΤΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΠΕΤΡΟΝ ΕΙΣΕΡΧΕΣΘΑΙ. ἐποίησαν οὗτοι κατὰ τὸν τύπον τοῦτον ἢ οὔ; Οἱ Τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης, εἶπον· ΕΠΟΙΗΣΑΝ ΟΥΤΩΣ.

SED vt concitato nauigio, cùm remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum, intermiſſo impetu pulſuque remorum: ſic in ſequente hoc Libro, poſtquam rectè contra iſtum, quem nunc quidem pæne nefas eſt nominare, Antonium, deſitum eſt diſputari; parem tamen, niſi moderemur, obtinet oratio reliqua curſum, hactenus ſcriptorum ſimilitudine & vi concitata. CAP. II.

Vt fractus Auſtro Pontus etiam nunc tumet,
Quamuis quieſcat languidis ventis dies:
Ita mens adhuc vexatur, excuſſo metu.

At quorſum hoſte vel fracto, vel certè nullo, metuat, paueat, pugnet? quorſus vel minimùm iam moueatur ac contendat oratio? Nam ſine aduerſario nulla luctatio eſt: Quin potiùs, de Pſeudo-Spalatenſis illius ſententia, id eſt, vt ego interpretor, in ECCLESIAM ROMANAM & Calumnia & Sacrilegio; aut vt clariùs, ne quid à nobis, IACOBE REX, celari videare, SCHISMATE AC HÆRESI, te ſpectante deportatum, nunc, te decernente, Triumphum agat? Nec certè alia eſt noſtra illa ROMA TRIVMPHANS, quâ dignum regio apparatu ſpectaculum, Secundum ſcilicet hoc Volumen, exornaui-

mus atque inſcripſimus, vt illud ex ſecundo Annalium Taciti, INVICTOS ET NVLLIS CASIBVS SVPERABILES ROMANOS agnoſcas, nec iuueniliter exſultantem aut inſolenter iactantem efferre ſeſe coram te quidem Filio, at verò Rege, ſuſpiceris. Hæc eſt enim
» VERÆ FIDEI REGVLA, (inquit Agatho Pont. Max. ad Imperatorem
& Auguſtos Epiſtolâ, quæ Sextæ Synodi Actione quarta, Synodicè
» lecta eſt) quam & in proſperis & in aduerſis viuaciter tenuit ac de-
» fendit. HÆC SPIRITVALIS MATER VESTRI TRANQVILLISSIMI IM-
» PERII APOSTOLICA CHRISTI ECCLESIA, QVÆ PER DEI OMNI-
» POTENTIS GRATIAM A TRAMITE APOSTOLICÆ TRADITIONIS
» NVNQVAM ERRASSE PROBABITVR, NEC HÆRETICIS NOVITA-
» TIBVS DEPRAVATA SVCCVBVIT; SED VT AB EXORDIO FIDEI
» CHRISTIANÆ PERCEPIT AB AVCTORIBVS SVIS, APOSTOLORVM
» CHRISTI PRINCIPIBVS, ILLIBATA FINE TENVS PERMANET, ſecun-
» dùm ipſius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, quam
» SVORVM DISCIPVLORVM PRINCIPI in Sacris Euangelijs confeſ-
Luc. 22. v. 31. » ſus eſt: Petre, Petre, (inquiens) ecce Satan expetiuit vt cribraret vos,
» ſicut qui cribrat triticum: Ego autem pro te rogaui vt non deficiat
» Fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma FRATRES tuos.
» Conſideret itaque VESTRA TRANQVILLA HVMANITAS, quo-
» niam Dominus & Saluator omnium, cuius Fides eſt, qui FIDEM
» PETRI non defecturam promiſit, confirmare eum fratres ſuos ad-
» monuit, QVOD APOSTOLICOS PONTIFICES, MEÆ EXIGVITATIS
» PRÆDECESSORES, CONFIDENTER FECISSE SEMPER CVNCTIS EST
» COGNITVM; quorum & puſillitas mea, licèt impar & minima, pro
» ſuſcepto tamen diuina dignatione miniſterio, pediſſequa cupit exſi-
» ſtere: Αὕτη δὲ ἐστι ΤΗΣ ΑΛΗΘΟΥΣ ΠΙΣΤΕΩΣ Ο ΚΑΝΩΝ, ἣν τινα, καὶ ἐν τοῖς εὐτυχήμασι, καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις θερμῶς ἐκράτησε, καὶ ἐξεδίκησεν· ΑΥΤΗ Η ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΗ ΜΗΤΗΡ ΤΟΥ ΥΜΕΤΕΡΟΥ ΓΑΛΗΝΑΙΟΥ ΚΡΑΤΟΥΣ, Η ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑ. ΗΤΙΣ ΔΙΑ ΤΗΣ ΧΑΡΙΤΟΣ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΔΥΝΑΜΟΥ ΘΕΟΥ ΑΠΟ ΤΗΣ ΟΔΟΥ ΤΗΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΣ ΠΑΡΑΔΟΣΕΩΣ ΟΥΔΕΠΟΤΕ ΠΛΑΝΗΘΗΝΑΙ ΔΕΙΚΝΥΤΑΙ, ΟΥΤΕ ΤΟΙΣ ΤΩΝ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ ΚΑΙΝΙΣΜΟΙΣ ΣΤΡΕΒΛΩΘΕΙΣΑ ΥΠΕΠΕΣΕΝ. ΑΛΛΑ ΚΑΘΩΣ ΕΚ ΠΡΟΟΙΜΙΩΝ ΤΗΣ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ ΠΑΡΕΛΑΒΕΝ ΑΠΟ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΥΘΕΝΤΩΝ ΤΩΝ ΚΟΡΥΦΑΙΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ, ΑΠΑΡΑΤΡΩΤΟΣ ΜΕΧΡΙ ΤΕΛΟΥΣ ΜΕΝΕΙ; Κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος θείαν ἐπαγγελίαν, ἣν ΤΩ ΕΞΑΡΧΩ ΤΩΝ ΕΑΥΤΟΥ ΜΑΘΗΤΩΝ, ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὡμολόγησε, φήσας, Πέτρε, Πέτρε, ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξήτησε τοῦ σινιάσαι ὑμᾶς, ὡς ὁ σινιάζων τὸν σῖτον. ἐγὼ δὲ περὶ σοῦ ἠρώτησα, ἵνα μὴ ἐκλείψῃ ἡ πίστις σου· καὶ σύ ποτε ἐπιστραφεὶς στήριξον τοὺς ΑΔΕΛΦΟΥΣ σου. Κατανοησάτω τοίνυν Η ΥΜΕΤΕΡΑ ΓΑΛΗΝΑΙΑ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑ, ὅτι ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ πάντων, οὗ τινος ἡ πίστις ἐστὶν, ὃς τὴν ΠΙΣΤΙΝ τοῦ ΠΕΤΡΟΥ μὴ ἐκλεῖψαι ὑπέσχετο, τοῦτον ὑπέμνησε τοὺς ἑαυτοῦ στηρίζειν ἀδελφούς· ΟΠΕΡ ΤΟΥΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥΣ ΑΡΧΙΕΡΕΙΣ, ΤΗΝ ΕΜΗΝ ΕΛΑΧΙΣΤΙΑΝ ΠΡΟΗΓΗΣΑΜΕΝΟΥΣ, ΠΑΡΡΗΣΙΑΣΤΙΚΩΣ ΑΕΙ ΠΕΠΟΙΗΚΕΝΑΙ ΠΑΣΙΝ ΕΓΝΩΣΘΗ. ὧν τινων καὶ ἡ ἐμὴ σμικρότης, εἰ καὶ ἄνισος, καὶ ἐλάχιστος,

ὅμως

ὅμως ἕνεκεν τῆς περιεληφθείσης ἐκ τῆς θείας ῥοπῆς ἀγρυπνίας, ἀκόλουθος ἐπιθυμεῖ ὑπάρχειν.

Quin etiam GALLVM, noctem explaudentibus alis,
Auroram clara consuetum voce vocare,
Neve queunt rapidi contra constare LEONES,
Inque tueri, ita continuò meminere fugaï.
Nimirum quia sunt GALLORVM in corpore quædam
Semina, quæ cùm sunt oculis immissa LEONVM,
Pupillas interfodiunt, acremque dolorem
Præbent, vt nequeant contra durare feroces.

Atque hoc eò ampliùs te à me præmonitum esse oportuit, quò ab
ista nimis officiosorum interpretum noua licentia ac turba mihi
magis cauendum est, à quibus non sensus Ecclesiæ, non ipse meus
animi, quem etiam nunc exprimo, sensus tutus aliter esse potuisset.
Quæ certè cautio à Christo Domino, eiusque Apostolis PETRO ET
PAVLO, adhibita est, vt DE CÆSAREO REGIOQVE IVRE edicerent,
ne, quoniam Galilæi essent, GALILÆORVM nomine malè apud Prin-
cipes audirent, quibus infestissima ea Hæreticorum secta erat, Hero-
dis Magni tempore recèns orta, auctore Iuda quodam Galilæo, cuius
Gamaliel Actuum quinto meminit; quæ SOLVM DEVM HABENDVM Act.5. v.37.
DOMINVM AC PRINCIPEM, μόνον ἡγεμόνα καὶ δεσπότην τὸν Θεὸν, clamita-
ret, vti Iosephus, secundo capite Libri Antiquitatum decimi octaui,
refert. Haud dubium est quin proferrent locum Vnum ex Deutero-
nomij sexto decimoque; Dominum Deum tuum timebis, & illi soli « Deut. 6.
seruies: & Alterum, ex vigesimo tertio; NON ERIT VECTIGAL PEN- « v. 5. & 10.
DENS EX FILIIS ISRAEL; qui apud Septuaginta, ex iisque apud Hie- « v. 20. c. 23.
ronymum, Epistolâ centesimâ quadragesimâ sextâ, apudque Tertul-
lianum, libro de Pudicitia, citatus reperitur. Hac specie, ex Galilæo-
rum principijs ac erroribus in Principes, Pharisæi tentant, Matthæi
vigesimo secundo, vt Hieronymus in Epistolæ ad Titum tertium ca-
put, docet; iisque pari cautione, reddenda quæ sunt Cæsaris, Cæsari, re- Matt. 22.
spondetur. Denique, ne apud Principes huius sæculi & Magistratus re- v. 21.
gionum, odor mortis in mortem, non odor vitæ in vitam, foret Chri- 2. Cor. 2.
stiana Religio, si qui fortè Christiani legibus illorum edictisque mi- v. 16.
nùs obtemperarent; ac rursus ne ipsi Fideles Religionis Priuilegio, se-
se ab Sæcularis Potestatis obedientia exemptos existimarent, (quæ opi-
nio non solùm falsa est & erronea, verùm etiam Rempublicam vehe-
menter perturbat) diligenter eis Apostoli commendabant & incul-
cabant hoc Obedientiæ præceptum. Quam ob causam & Petrus, prio-
ris Epistolæ capite secundo, idipsum Fideles admonere sollicitus fuit; 1.Petr.2.v.13.
vt pote qui, æquè ac Iacobus, ad Iudæos, in Dispersione positos,
conscriberet; quos maiori cura in Regum Legumque reuerentia reti-
nendum erat. PAVLVS verò, sicut Hieronymus testatur, vbi supra,
sæpe aduersùs GALILÆORVM DOGMA sententias stringit: vt cùm
dicit: Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit. Et scri- Rom 13. v. 1.
bens ad Titum: Admone, inquit, illos PRINCIPIBVS & Potestati- Tit. 3. v. 1.

Rom. 13. v. 7. » bus subditos esse; vel cùm item Romanos instituit, dicens: Reddi- » te omnibus debita; cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: & his similia. Denique necessum fuit vt, quoniam IVDAS iste, cuius meminimus, auctor sectæ huius Galilæorum nefandæ exstitisset, suâ quoque CATHOLICA, Beatus ille Apostolus, Sanctus IVDAS, eiusdem nominis, inter Galilæos Christi Galilæi Discipulos, hunc

Ep. Iud. v. 8. » errorem, hoc scelus condemnaret, his verbis: DOMINATIONEM AV- » TEM SPERNVNT; eius Sectarios, Sodomæ & Gomorrhæ comparans,

v. 7. pœnasque easdem IGNIS ÆTERNI interminans, ne qua vel ex nomine, suspicio in Apostolicam Orthodoxiam Ecclesiamque CATHOLICAM oriretur. Hinc credas facilè, si memineris, DOCTISSIME REX, nihil priscis illis apud Imperatores, Apologiarum conditoribus, ad tractandum difficilius visum esse, quàm cùm locum illum, lubricum sanè, quantumuis apertum ac planum, præ manibus haberent, DE CHRI-

Ephes. 5. v. 5. Matt 4. v. 23. STI REGNO AC DE EVANGELIO REGNI; cuius Sacra precum Christianarum formula, vel in ipsa Oratione Dominica, sine qua rem diuinam facere fas non est, plenam amicissimi desiderij (ADVENIAT REGNVM TVVM!) doctore Christo institutam ac solemnem, mentionem facit. Principum ille simplex ac diligens cultor Iustinus, qui Philosophiæ pallium Martyrij purpurâ tinxit, & ferulam in æternum sceptrum immortalemque coronam commutauit, versatus esse in simili argumento legitur, dum APOLOGIAM

---huic nostræ similem, quò sæpè solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus,

ad Imperatorem PIVM ac PHILOSOPHVM scriberet. Talis enim erat, vt Principem placaret CHRISTIANIS, siue Christianæ Reipublicæ, qualem pro ROMANIS tuis, id est, CATHOLICIS Anglis, ac potiùs (vt non tam serò, quàm seriò videbis) pro te, apud te, qui nobiscum ita

1. Reg. 10. v. 12. Philosopharis, vt SAVL (quod aiunt) INTER PROPHETAS, nobis esse videare, nostrumque chorum ingredi; qualem, inquam, ipse commentationem, nec pretio, nec arte, nec ambitione ductus aggredior.

CAP. III. CÆTERVM nihil erat veterum illorum in ore sonantius, nihil constantius, quàm vt qui non solùm liberos homines, sed & seruos, ac ipsas, si loqui possent, brutas animantes, suis vti vocibus concessuri essent, Philosophiæ quoque Christianæ (cùm Philosophorum nulla vulgi, nulla publica verba sint) potestatem facerent suo more loquendi, suisque saltem verbis frui sinerent. qua quidem facultate non modò non priuati essent Stoïcorum greges, solos Sapientes liberos, immo Reges esse, suo modo philosophantium; sed nec Epicureorum agmina de suis vnquam depellerentur hortulis, quamuis vnam Dominam atque Reginam Voluptatem & agnoscerent & profiterentur. Id quoque commune omnium ferè artium esse: aut enim noua sunt rerum nouarum facienda nomina, aut ex alijs transferenda. quòd si minutæ artes faciunt, quæ in suis rebus tot iam sæcula versantur; quantò id magis nobis concedendum est, qui summam de summo immensoque Deo, artium illam artem, ac æternum & cæleste Regnum tanquam hæreditatem paternam & adire

& quasi nunc primùm, ab aduentu Christi, tractare conamur?
Nam bene etiam meritura Christi Ecclesia videatur de CIVIBVS Eph.2.v.19.
SANCTORVM AC DOMESTICIS DEI, si eos non modò copiâ rerum
auxerit, vt præstitit domicilij Immortalitatis ac sediū Sanctorum adi-
tu; sed etiam verborum, quibus dignè ac securè de Deo philosophari
possit. Audere ergo nouis verbis vti auctore Christo, quem cæli au-
ctorem, ac Noui Cælorum Regni, sæclis alijs incogniti, prædicatorem
atque sponsorem haberet. vnis aliter Christianis liberum ne esto,
quid de Summo, æterno, incommutabilique Bono sentiant, defini-
re; immo eis, velut ex edicto, Princeps (si quis sit) Philosophus Sa-
pientissimus iubeat vt sortiri verba discant, loqui verò, quod Ho-
minis proprium est, prohibeantur. Christianorum enim quis igno-
rat quàm sit subtile, vel spinosum potiùs, disserendi genus, quibus
etiam verba parienda sunt, imponendaque noua nouis rebus nomi-
na? quod quidem nemo mirabitur mediocriter doctus, cogitans, in
omni arte, cuius vsus vulgaris communisque non sit, multam no-
uitatem nominum esse, cùm constituantur earum rerum vocabula
quæ in quaque arte versentur. Itaque & Dialectici & Physici ver-
bis vtuntur ijs quæ ipsi Græciæ nota non sunt. Geometræ vero,
Musici, Grammatici, etiam more quodam loquuntur suo. Item
ipsæ Rhetorum artes, quæ sunt totæ forenses, atque populares,
verbis tamen in dicendo quasi priuatis vtuntur ac suis. Atque, vt
omittamus has artes elegantes & ingenuas, ne opifices quidem tue-
ri sua artificia possent, nisi vocabulis vterentur nobis incognitis,
vsitatis sibi. Quin etiam Agricultura quæ ab omni politiore elegan-
tia abhorret, tamen eas res in quibus versatur, nominibus notauit
nouis. quò magis hoc Theologo faciendum est: Ars enim est Theo-
logia Vitæ: de qua differens arripere verba de foro non potest.
Quòd si in ijs disciplinis quas plerique vberiores putant, concessum
à Græcia est, vt doctissimi homines de rebus non peruulgatis, inu-
sitatis verbis vterentur; quantò id vel nobis Christianis magis est
concedendum, qui Cæli mysteria nunc primùm audemus attinge-
re, quibus datum, non modò promissum, est REGNVM CÆLO-
RVM, ac prædicatum EVANGELIVM REGNI? Quòd si quædam non Matt.4.v.23.
passim omnibus communicentur, non magis eo nomine reprehen- & 9. v.35.
di iure Christianos posse, quàm suos ipsi Philosophos reptehen-
dant, disciplinam suam diuidere solitos in ἐξωτερικά, quæ foras
proferuntur, patentque omnibus; & ἐσωτερικά, quæ intra Scholæ
fines continentut, suntque propria discipulorum interioris admis-
sionis. Vnde Gregorius Theologus in priore Inuectiua: Sunt «
etiam, inquit, apud nos quidam Sermones PER OCCVLTATIO- «
NEM prolati, (aut, proferendi,) nolo diffiteri: Εἰσὶν καὶ παρ' ἡμῖν «
ΚΑΤ' ΕΠΙΚΡΥΨΙΝ λόγοι τινές· οὐκ ἀρνήσομαι. Atque hæc fuit
de terum nominibus, deque ipsis rebus, communis Patrum vox;
&, vt de Ecclesia sub Rachelis typo scriptum est, PLORATVS Ier.31.v.15.
ET VLVLATVS MVLTVS; vt vno ore nos compellate Antiqui- Matt.2.v.18

tas videretur, ſuæque Poſteritati conſulere hoc ſaluberrimo documento; præmonendos eſſe mortales, ne quid temporale cogitarent; dum ſequendam immortalitatem REGNI nomine, ipſis, cælo teſte, pollicemur. Debuiſſe porro additum eſt, rimari prius myſtica verba quibus medijs in Sacris Liturgiam noſtram præmunimus, antequam ſolemni ritu Dominica recitetur oratio; vbi Pontifex exclamat, ΑΝΩ ΤΑΣ ΚΑΡΔΙΑΣ, quod noſtris hominibus, SVRSVM CORDA, dicitur; vt nil niſi diuinum, nil niſi Dei cæleſte illud Regnum, quod reli-
» quum eſt, ſpirare videatur. Nam arma militiæ noſtræ (vt Corinthios,
2 Cor. 10. v. 4. » poſteriore ſua Epiſtola, Paulus monet) non Carnalia ſunt; ſed Po-
» TENTIA DEO (οὐ σαρκικὰ ἀλλὰ ΔΥΝΑΤΑ ΤΩ ΘΕΩ) ad deſtructio-
» nem munitionum. Conſilia (λογισμούς, id eſt, Syllogiſmos Græcorum, inquit Theophylactus, ſimplex per compoſitum exponens)
» deſtruentes & omnem Altitudinem extollentem ſe aduersùs SCIEN-
» TIAM DEI: & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in
» obſequium Chriſti. Et in promptu habentes vlciſci omnem ino-
» bedientiam, QVVM IMPLETA FVERIT VESTRA OBEDIENTIA.
Quo certè loco quinque APOSTOLICÆ MILITIÆ partes faciendas diuinus Paulus admonet, ex Sæcularis vel Corporalis Militiæ comparatione ſumptas. Prima eſt; Deſtruere munitiones fortes & validas: quod per Arma DEO POTENTIA fieri Apoſtolus docet. Secunda; Deſtruere Conſilia, ſeu Cogitationes, id eſt, quidquid ingenioſè contra Fidem Chriſtianam excogitari poteſt. Tertia; deſtruere Machinas quæ ſublimitate videri inexpugnabiles queant. Quarta; hoſtes ducere captiuos, & ſuo Principi ſubiugare. Quinta, eaque poſtrema; Inobedientes ac Rebelles per iuſtam animad-
Matt. 11. v. 12. uerſionem Canonicam vlciſci. Talibus Apoſtolicis animis, Vio-
2. Cor. 10. v. 6. lenti REGNVM CÆLORVM rapiemus, QVVM IMPLETA FVERIT, Iacobe Rex, VESTRA OBEDIENTIA. Cuius equidem Regni voto Eccleſia Romana, OMNIVM ECCLESIARVM MATER AC MAGI-
Matt. 18. v. 3. STRA, vt Euangelicum in morem repuerаſceret, præeuntes ad Chriſtum infantes pueros Sanctiſſimos illos Innocentes, qui non loquendo ſed moriendo, Chriſtum confeſſi ſunt, ſuauiſſimis his maternis proſequitur vocibus, Regnumque ſuum optimis omnium quos vnquam Chriſtiani cecinere Poëtæ, verſiculis ſequentibus blandiens, hunc in modum nobis repræſentat:

Saluete flores Martyrum,
Quos lucis ipſo in limine,
Chriſti inſecutor ſuſtulit,
Ceu turbo naſcentes roſas:
Vos, prima Chriſti victima,
Grex immolatorum tener,
Aram ante vt ipſam ſimplices
Palma & CORONIS luditis!

Quæ quidem carmina eò numeroſiùs atque aptiùs cadunt, quò ille ipſe qui ijs vaticinatus eſt, re & nomine prudens Senator Chriſtianus

Prudentius, nihil ſe prudentiùs facturum arbitratus eſt, quàm ſi clauſula quadam ſingulari, Chriſtianorum non modò Crucis inimicos, ſed etiam certiſſimæ, quam præ ſe ferebant, immortalis gloriæ æternique Regni ſponſionis inuidos, perſtringeret; ac poſtquam Regni Chriſti & Herodis comparationem ſemel inſtituiſſet, Herodianos, (dicam, ſi pateris, Regios) ſuſurros infantilibus vocullis retunderet. Atque hæc Symmachi ἀντίμαχος ac antagoniſta, orſus aliquid magnum, ac velut

----auſus ſe credere cælo;

CHRISTIANVS ille noſter HORATIVS, (quo certè eum in ordine Sidonius noſter reponit) diuinâ ſuâ lyrâ modulatus, cæleſti Primorum Cælitum hymno, Eccleſiæ naſcentis laudes, ROMÆ TRIVMPHANTIS Regnum, Chriſti ſempiternos honores, Regibus celebrauit. ET quoniam tu ita vis, vt præter propoſitum, data occaſione, DE TEMPORALIBVS agamus, eóque delapſa eſt oratio, vt in GALLICANVM CHRISTIANVMQVE SENECAM, ſanctiſſimum Epiſcopum Sidonium, incideremus; antequam futuræ diſputationi viam aperiamus, vt aliquid præloquar, Regium ſanè ex eius tuíque (ita equidem de te ſemper magnificè ſentiam) animi ſententia conſilium expromam. Scribit ad Conſentium, virum domi militiæque nobilem ac primarium: hortatur, laudat, quòd cœperit de Eccleſia ædificanda, dotanda, locupletandaque cogitare. hinc ſermonis anſas dat, quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſimus: Inuigiletque, inquit, cæleſtibus lingua præconijs, anima ſententijs, dextera donarijs; præcipuè tamen dextera donarijs: quia QVIDQVID ECCLESIIS SPARGIS, TIBI COLLIGIS: AD CVIVS EXERCITIA VIRTVTIS ILLVD VEL PRINCIPALITER TE POTERIT ACCENDERE, QVOD INTER OPES QVASLIBET POSITI (QVÆ BONA STVLTIS FALSO VOCANTVR) SI QVID AGIMVS, NOSTRVM; SI QVID HABEMVS, ALIENVM EST. Qua quidem contorta & aculeata ſententia effectum ſit neceſſe eſt, vt, quod in poëticis laudem habet, ſublimi iam ferientes ſidera vertice, & quod ante diximus, iam Ciues Sanctorum & Domeſtici Dei, audeamus contemnere opes; atque exiſtimemus (quod Ambroſianus notat Commentator, in illum noni capitis poſterioris Epiſtolæ ad Corinthios verſiculum, ex Pſalmo; IVSTITIA eius manet in æternum) hanc Miſericordiam ideo IVSTITIAM appellari, quia iuſtum eſt non ſoli ſibi retinere, quod in commune datum eſt omnibus à Deo. Ex quo demum neceſſariò conſequetur, vt eum minuere Maieſtatem Regum, eorumque ſanctam Propheticam illam Magnificentiam, priore noſtro Libro diuinitus auditam atque acceptam, indigniſſimè violate exiſtimemus, qui tam perditè de Eccleſia ſentire velit, eiuſque ſpem tam abiectam tamque deſperatam fingat, vt quæ reliquerit omnia, & ſecuta Chriſtum fuerit, retento centuplo, ad temporales diuitias, tanquam ad ſaxum, adhæreſcat, æternamque illam vitam, vel ipſis Regibus,

CAP. IV.

Epheſ.2.v.19.

Pſ.111.v.3.

Ecclesiæ manu porrigendam, possidere vnquam sit neglectura, aut cum Temporalibus Regum diuitijs ac Regnis commutatura.

Est ille in cælis, numeros qui præterit omnes,
Angelicus sine fine chorus, qui laude perenni
Conclamat celebratque Deum, famulantia suetus
Ferre ministeria, & iussis parêre supernis.
HI NVNC, quod rectum mortalia corda precantur,
Concipitur dignis sacro quod pectore votis,
QVIDQVID LARGA MANVS COLLECTIS SPARGIT EGENIS,
EXCIPIVNT, SANCTOQVE FERVNT SVPER ASTRA VOLATV,

vt Christianus ille Poëta, Sanctus Auitus Alcimus, libro quarto, qui De Diluuio Mundi inscribitur, olim legitur cecinisse. Ac certè ita fert Christiana Religio, vt nihil celeberrima illa Cælestini Papæ, siue sententia, siue regula, ad Clerum Populumque Constantinopo- » litanum scribentis, certius sit: Vnde Christianorum nullus illatum » sibi temporale deflere debet exsilium; QVIA EORVM NEMO EXSVL » EST DEO. Timeamus, ne è regione viuorum, hoc est, ab illa » quam nostram patriam esse volumus, exsulemus. illud enim no- » strum est, illud perpetuum, illud æternum. NOSTRVM ENIM NON » EST VNDE TRANSITVR; SED ILLA VERE NOSTRA SVNT, QVÆ » SPES CERTISSIMA POLLICETVR: Ὅθεν οὐδεὶς τῶν Χριστιανῶν κλαῦσαι ὀφείλει τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ πρόσκαιρον ἐξορίαν, ΟΤΙ ΕΚΕΙΝΩΝ ΟΥΔΕΙΣ ΕΞΩΡΙΣΜΕΝΟΣ ΕΣΤΙ ΘΕΩ. μᾶλλον δὲ φοβηθῶμεν, μὴ ἀπὸ τῆς χώρας τῶν ζώντων, τουτέστιν ἀπ' ἐκείνης ἣν ἡμετέραν θέλομεν εἶναι πατρίδα, ἐξορισθῶμεν. ἐκεῖνό ἐστιν ἡμέτερον, ἐκεῖνο διηνεκές, ἐκεῖνο αἰώνιον. ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΓΑΡ ΕΚΕΙΝΟ ΗΜΕΤΕΡΟΝ, ΔΙ' ΟΥ ΜΟΝΗ ΠΑΡΟΔΟΣ· ΑΛΛΑ ΤΑΥΤΑ ΑΛΗΘΩΣ ΗΜΕΤΕΡΑ, ΑΠΕΡ ΑΣΦΑΛΕΣΤΑΤΗ ΕΛΠΙΣ ΕΠΑΓΓΕΛΛΕΤΑΙ. Quare meritò, Epistolâ centesimâ trigesimâ octauâ, ad FRATRES CONCLERICOS & Vniuersam Hipponensem Plebem, DE VESTIENDIS PAVPERIBVS agens, intermissumque à suis ciuibus morem exprobrans, Augustinus, quamquam afflicti varijs cladibus essent, hunc Philoso- » phiæ Christianæ locum sic vrget: Non solùm ergo non debetis minùs » facere OPERA MISERICORDIÆ, sed etiam debetis ampliùs quàm sole- » tis. Sicut enim ad loca munitiora festinantiùs migrant, qui ruinam do- » mus vident, contritis parietibus, imminere: sic corda Christiana quan- » tò magis sentiunt mundi huius ruinam, crebrescentibus tribulationi- » bus, propinquare, tantò magis debent bona quæ in terra recondere » disponebant, in Thesaurum Cælestem impigra celeritate transferre: vt » si aliquis humanus casus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoso emi- » grauit; si autem nihil tale fuerit subsequutum, NON CONTRISTE- » TVR QVI QVANDOQVE MORITVRVS, IMMORTALI DOMINO, » AD QVEM VENTVRVS EST, BONA PROPRIA COMMENDAVIT. His dictis instat Augustinus, vt, se absente, sanctum illum morem non omittant, quò constet non PROPTER suam PRÆSENTIAM, sed PROPTER DEI PRÆCEPTVM, QVI NVNQVAM EST ABSENS, eos facere solere quod multis annis, se præsente, & aliquando

etiam absente, fecissent. Accedit haud tacenda illa totius Operis Diuinarum Institutionum præclara peroratio, digna Lactantio, Magno Constantino Imperatore digna: Hunc sequamur omnes (de Christo, duce Iustitiæ, nobis diuinitus misso ac tradito, sermo est) hunc audiamus, huic deuotissimè pareamus, quoniam solus (vt ait Lucretius)

Veridicis hominum purgauit pectora dictis;
Et finem statuit torpedinis atque timoris,
Exposuitque BONVM SVMMVM, quò tendimus omnes,
Quid foret; atque viam monstrauit limite puro,
Qua possemus ad id recto contendere cursu.

Nec monstrauit tantùm, sed etiam præcessit: ne quis, difficultatis gratia, ITER VIRTVTIS horreret. Deseratur, si fieri potest, via perditionis & fraudis, in qua mors, voluptatis illecebris adoperta, celatur. Et quantò quisque, annis in senectutem vergentibus, adpropinquare cernit illum diem, quo sit ei ex hac vita demigrandum; cogitet, quàm purus abscedat, quàm innocens ad iudicem veniat: NON VT FACIVNT, QVORVM CÆCIS MENTIBVS LVX NEGATVR, QVI, IAM DEFICIENTIBVS CORPORIS VIRIBVS, IN HOC ADMONENTVR INSTANTIS VLTIMÆ NECESSITATIS, VT CVPIDIVS, VT ARDENTIVS HAVRIENDIS LIBIDINIBVS INTENDANT. Qua ex voragine liberet se quisque, dum licet, dum facultas adest, seque ad Deum tota mente conuertat; vt illum diem securus exspectet, quo PRÆSES DOMINVSQVE MVNDI, Deus, de singulorum factis cogitationibusque iudicabit. QVÆCVMQVE HIC EXPETVNTVR, NON NEGLIGAT, SED ET FVGIAT: POTIOREMQVE ANIMAM SVAM IVDICET, QVAM BONA ISTA FALLACIA, QVORVM INCERTA ET CADVCA POSSESSIO EST. MIGRANT ENIM QVOTIDIE, ET MVLTO VELOCIVS EXEVNT, QVAM INTRAVERANT: ET TAMEN SI NOBIS VSQVE AD VLTIMVM LICEAT ISTIS FRVI, ALIIS CERTE RELINQVENDA SVNT. NIHIL NOBISCVM FERRE POSSVMVS, NISI VITAM BENE ATQVE INNOCENTER ACTAM. ILLE AD DEVM COPIOSVS, ILLE OPVLENTVS ADVENIET, CVI ADSTABVNT CONTINENTIA, MISERICORDIA, PATIENTIA, CHARITAS, FIDES. HÆC EST HEREDITAS NOSTRA, QVÆ NEC ERIPI CVIQVAM, NEC TRANSFERRI AD ALTERVM POTEST. ET QVIS EST, QVI HÆC BONA PARARE AC ADQVIRERE SIBI VELIT? Veniant qui esuriunt, vt cælesti cibo saturati, sempiternam famem ponant. Veniant qui sitiunt, vt aquam salutarem de perenni cælestique fonte plenissimis faucibus trahant. Hoc cibatu atque potu Dei, & cæci videbunt, & surdi audient, & muti loquentur, & claudi ambulabunt, & stulti sapient, & ægroti valebunt, & mortui reuiuiscent. Quisquis enim CORRVPTELAS TERRÆ, virtute calcauerit, hunc ARBITER ille SVMMVS ET VERAX ad lucem vitamque perpetuam suscitabit. Nemo diuitijs, nemo fascibus, nemo etiam REGIA POTESTATE confidat: IMMORTALEM ISTA NON

» FACIVNT. Nam quicumque rationem hominis abiecerit, ac PRÆ-
» SENTIA SECVTVS, in humum ſe ipſe proſtrauerit, TANQVAM DE-
» SERTOR DOMINI, ET IMPERATORIS, ET PATRIS SVI, punie-
» tur. Intendamus ergo Iuſtitiæ, quæ nos INSEPARABILIS COMES
» ad Deum ſola perducet; & DVM SPIRITVS HOS REGIT ARTVS,
1. Tim 1. » infatigabilem militiam Deo militemus: STATIONES VIGILIASQVE
v.18. & 6. v.12. » CELEBREMVS: congrediamur cum hoſte, quem nouimus, fortiter;
Luc.1.v.8. » vt victores, ac deuicto aduerſario TRIVMPHANTES, præmium vir-
» tutis, quod ipſe promiſit, à Domino conſequamur. Itaque dili-
gentiſſimè apagete fatale hoc portentum prodigiumque Chriſtia-
næ Reipublicæ: amouete à populo Dei: eripite atque auferte ab
oculis veſtris, REGES: à tuis, IACOBE, auribus abijce; ſententiæ il-
» lius, ex primo Annalium Taciti, de Tiberio, memor: Erogandæ
» per honeſta pecuniæ cupiens: quam virtutem diu retinuit, cùm
2.Cor.12. v.14. » cæteras exueret. NON VESTRA, SED VOS, inquiet vobis Paulus,
Eccleſiam appetere, ſi paulo attentiùs rem tantam, vt par eſt, in-
troſpiciatis. Age verò, SAPIENTISSIME REX, nunc infer oculos in
Domum, in Ciuitatem, in Regnum Dei, vno verbo, in Eccleſiam;
& quandoquidem ita loqui decuit, noſtram TRIVMPHANTEM RO-
MAM, ſiue Sanctiſſimam illam ECCLESIÆ Chriſti Regiam DISCI-
PLINAM: vel potiùs tute introſpice in mentem tuam; inſuſurrabit-
1 Cor 4. v 6. que tibi iterum Paulus, transfiguranſque in ſe, vt loquitur, Eccle-
ſiam, totam tibi ac tuis in te Anglis grauiſſimam ſuam Corinthia-
2.Cor.12. v.13. » cam ſententiam, ſuis verbis explicabit: Quid eſt enim quod minus
» habuiſtis præ cæteris Eccleſijs, niſi quod ego ipſe non grauaui vos?
» Donate mihi hanc iniuriam. Ecce, tertio hoc paratus ſum venire
» ad vos: & non ero grauis vobis. NON ENIM QVÆRO QVÆ VE-
» STRA SVNT, SED VOS. NEC ENIM DEBENT FILII PARENTI-
» BVS THESAVRIZARE SED PARENTES FILIIS. Ego autem liben-
» tiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris: li-
» cèt plus vos diligens, minus diligar. Sed eſto: ego vos non graua-
» ui: ſed cùm eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Numquid per aliquem
» eorum quos miſi ad vos, circumueni vos? Rogaui Titum (quod
Corinthijs TITVS ab Apoſtolo miſſus, id Anglis poſtea AVGV-
» STINVS, ab Sede atque Auctoritate Apoſtolica miſſus, fuit) & mi-
» ſi cum illo Fratrem. Numquid Titus (diceret nunc, NVNQVID
» AVGVSTINVS) vos circumuênit? nonne eodem ſpiritu ambulaui-
» mus? nonne iiſdem veſtigijs? olim putatis quòd excuſemus nos apud
» vos? Coram Deo in Chriſto loquimur: OMNIA AVTEM, CARISSIMI,
» PROPTER ÆDIFICATIONEM VESTRAM. Timeo enim, ne fortè cùm
» venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar à vobis,
» qualem non vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animoſi-
» tates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, SEDI-
» TIONES ſint inter vos: ne iterum cùm venero, humiliet me Deus
» apud vos; & lugeam multos ex ijs qui ante peccauerunt, & non
» egerunt pœnitentiam ſuper immunditia, & fornicatione, & impu-

dicitia quam gesserunt. At quàm egregio veréque Regio exemplo dein, Epistolâ ad Hebræos scriptâ, suam illam sententiam illustrauit! Etenim duo, inter cætera, Mosis elogia Paulus in medium protulit, vt vetus illud Ecclesiæ dictum, quodammodo præuidens, in tumultuantium animis infigeret; « CAP.V.

Non eripit mortalia,
Qui regna dat cælestia.

ad quod scribendum, nil de hodierno hymno cogitans, currente Stylo, Librarij nostri gestientis sequente admonitu, atque omnis accepti significatione non parua, haud sine diuina sorte ac numinis consilio, ipso Epiphaniæ Domini ac SANCTORVM REGVM festo die, quem Græci, LVMINVM SACRVM, τῇ Ἡμέρᾳ τῶν Φώτων vocant; illuminandæ causâ huius, DE SACRA ECCLESIÆ PONTIFICVM AC REGVM CONCORDIA, orationis. visus sum accessisse. Sed ad Paulum nostrum reuertamur. Illud igitur in primis de Moyse Moysisque parentibus celebre elogium Paulus primo loco proponebat: Fide « Hebr. 11. Moyses, natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, eò « v. 23. quòd vidissent elegantem infantem, ET NON TIMVERVNT REGIS « EDICTVM. Hoc verò alterum longè illustrius, aureum, & ad ver- « bum profectò ediscendum: Fide Moyses, grandis factus, negauit se « esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, « QVAM TEMPORALIS PECCATI HABERE IVCVNDITATEM; maio- « res diuitias æstimans, thesauro Ægyptiorum, IMPROPERIVM CHRI- « STI: aspiciebat enim in REMVNERATIONEM. Fide reliquit Ægy- « ptum, NON VERITVS ANIMOSITATEM REGIS: INVISIBILEM « ENIM TANQVAM VIDENS SVSTINVIT. Quemadmodum enim priùs « cum rerum temporalium amantissimis Corinthijs Apostolus egerat; ita nunc cum auarissimis cupidissimisque Hebræis sic se gerit, vt cùm vtrique viderentur, posthabitis cæteris omnibus, sua commoda fortunasque colere, idcirco duobus illis locis ex professo locum DE TEMPORALIBVS accuratiùs tractans, in altero personam induat patris, filiorum bonis consulere soliti; in altero denique exhibeat populi Dei ducem, verùm non modò Christi, sed & Petri, & Ecclesiæ Symbolum, qui vel amplissimum regnum sibi oblatum magnificè contempserat, vbi de ea, quam à Domino suo accepturus esset, futura æterna REMVNERATIONE, semel cogitare cœpisset. Quorsum igitur hæc tam multa DE TEMPORALIBVS? an experimentum quæritis eius qui in Paulo, vt ipse de se prædicat, lo- 2.Cor.13. v.3. quitur Christus? Vnus sit nobis instar omnium, plenus ille summæ auctoritatis locus, quo quidem in rem negotiumque serui fugitiui Onesimi, ac Domini sui Philemonis, sese Paulus interposuisse scribit. Quis, quæso, tale nunc ex illo seditiosorum aut delicatissimorum Aulæ susurronum grege; quid, inquam, huiuscemodi in re priuata ac domestica ferat? Attamen his verbis aggreditur vrgetque Philemonem, ANGLIÆ singulari quadam ratione APOSTOLVS, vt posthac videbitur, noster ipse Paulus: Propter quod mul- « Ad Philem. v. 8.

» tam fiduciam habens in Christo Iesu IMPERANDI TIBI QVOD AD
» REM PERTINET: propter Charitatem magis obsecro. Ac dein-
v. 12. » ceps, de Onesimo loquens: Tu autem illum, vt mea viscera, su-
» scipe: quem ego volüeram mecum detinere, vt pro te mihi mini-
» straret IN VINCVLIS EVANGELII: sine consilio autem tuo nihil
» volui facere, vti ne velut EX NECESSITATE Bonum tuum esset,
» sed VOLVNTARIVM. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt
» æternùm illum reciperes: iam non vt Seruum, sed pro seruo, caris-
» simum Fratrem, MAXIME MIHI; QVANTO AVTEM MAGIS TIBI,
v. 20. » ET IN CARNE, ET IN DOMINO? Postremò sequitur: Ego Paulus
» scripsi mea manu: ego reddam, VT NON DICAM TIBI, QVOD ET
» TE IPSVM MIHI DEBES: ITA, FRATER. Ego te fruar in Domino:
» Refice viscera mea in Domino. CONFIDENS IN OBEDIENTIA
» TVA SCRIPSI TIBI: sciens quoniam & super id, quod dico, fa-
» cies.

--imperij pignora iuncta vides.

Sed præcipitat oratio, incurritque in alieni operis dicta, Pauli videlicet nimis multa: quibus ægrè admodum videatur Tertius Li-
CAP. VI. ber orbari, qui PAVLVS PRÆDICANS inscribetur. NVNC verò propiùs curru Britannico ROMAM TRIVMPHANTEM hoc in toto volumine spectemus.

Ipse caput tonsæ folijs ornatus oliuæ,
Dona feram. iam nunc solemnes ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæsosque videre iuuencos;
Vel scena vt versis discedat frontibus; vtque
Purpurea intexti tollant aulæa BRITANNI.
In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto
Gangaridum faciam, VICTORISQVE ARMA QVIRINI.

At etiam qui triumphant, eóque diutiùs viuos hostium duces [illegible]uant, vt his per triumphum ductis, pulcerrimum spectaculum fructumque victoriæ populus Romanus percipere possit; tamen cùm de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent; idemque dies & victoribus imperij, & victis vitæ fi-
2. Cor. 1. v. vlt. » nem facit. Itaque triumphemus: NON QVIA DOMINAMVR FIDEI
» VESTRÆ, SED ADIVTORES SVMVS GAVDII VESTRI: ne ei, de
Habac. 1. v. 10. » quo vetus Prophetica Lex sanxit; ET IPSE DE REGIBVS TRIVM-
» PHABIT, defuisse vlla ex parte videamur, si Triumphi eius vel minimas partes, quas quidem implere ac sustinere sua PER TOTVM ORBEM DIFFVSA Ecclesia debuerit, temere falsâque quâdam modestiâ, omittamus. Ac ne Christiani iugi atque oneris nomine, quod satis omnes animaduertunt ex antedictis designari, inuolutum imperium reformides: vtque nihil, præter errorum, siue Hæresium, siue Schismatum, finem, aut, si mauis, Victoriam DE SCHISMATE reportandam, suspicère; Apostolicam Colossensium scholam adeamus, atque docentem dicentemque de Christo audia-
Col. 2. v. 13. » mus: Et vos, cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis

vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens, «
quod aduersùs nos erat, CHIROGRAPHVM DECRETI, quod erat «
contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: ET «
EXPOLIANS PRINCIPATVS ET POTESTATES, TRADVXIT CONFI- «
DENTER, PALAM TRIVMPHANS ILLOS IN SEMETIPSO. id est, «
cùm de illis Triumphasset per Crucem; vel, Thriumphatis illis per Crucem; vel, in ea Cruce quæ fuit instar Triumphalis Currus. Vides Colossis Triumphantem Christum: si currum flectere Corinthum cœperimus, ROMAM TVAM, hoc est, cum Ecclesiarum illa Principe Romana, CATHOLICAM ET APOSTOLICAM ECCLESIAM, vna cùm Christo victore Sponso, ac sui Sponsi victoris nomine, eodem curru Corinthi Triumphantem spectabis, atque miraberis

---& missum media de Pace Triumphum.

DEO AVTEM GRATIAS, (ouantis Apostolicæ Ecclesiæ vox est) QVI « 1.Cor.2.
SEMPER TRIVMPHAT NOS (id est, triumphare facit) IN CHRISTO « v.14.
IESV. At quo, quæso, TRIVMPHI genere? APOSTOLICI, procul «
dubio, id est, FIDEI ET DISCIPLINÆ. Sentio enim quæ sequun- «
tur, iamque spirat in Apostolicis scriptis interpretationis odor: ET «
ODOREM, inquit, NOTITIÆ SVÆ MANIFESTAT PER NOS IN O- «
MNI LOCO: QVIA CHRISTI BONVS ODOR SVMVS DEO, in ijs «
qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt: Alijs quidem ODOR MORTIS «
IN MORTEM; Alijs autem ODOR VITÆ IN VITAM. Sedere in «
equis Triumphantium prætextati potissimùm filij solent: quid mirum igitur, si nos, Dei voluntate, ac summo Christi beneficio, Filij, HEREDES QVIDEM DEI, COHEREDES AVTEM CHRISTI, effecti, rebus, gratiæ dono, velut communiter gestis, pæne simul cum Patre Triumphemus? ac quidquid in Romam Romanumque nomen dici ab inuidis, potiùs quàm inimicis, consueuit, tanquam MILITARES IOCOS, accipiamus; & velut, de quouis vero CATHOLICO Regnum suum in cælum transferente, dictum vsurpemus, vicissimque reddamus, quod de Priamo Chorus ille Mulierum, in Troade canit: Rom.8.v.17.

--- Felix Priamus,
Dicimus omnes: SECVM, EXCEDENS,
SVA REGNA TVLIT! ---

neque ex ea Vrbe Triumphari patiamur, sine qua nunquam sacri Imperatores ac Maiores nostri ex Vniuerso Orbe Apostolicè Triumpharunt? Quidni enim agnoscamus Apostolos Triumphasse, canente præsertim de Apostolis Triumphali quodam Cantu Ecclesia?

Ecclesiarum Principes,
BELLI TRIVMPHALES DVCES;
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina:

Deuota Sanctorum Fides,
Inuicta Spes credentium,
Perfecta Christi Charitas,
Mundi TRIVMPHAT Principem.
In his Paterna gloria,
In his voluntas Spiritus,
Exsultat in his Filius,
Cælum repletur gaudio.

TRIVMPHALIS enim VIR est, qui Θριαμβικὸς Ἀνὴρ dictus Plutarcho, ille nimirum qui Triumpho potitus est. Ac meritò TRIVM, Fidei scilicet, Spei, & Charitatis; dein verò PATRIS, FILII, ac SPIRITVS SANCTI, in hoc Ttiumphali Ecclesiæ Cantico mentio fit. A TRIBVS enim (quæ, vt nos, TRIA dicunt) Græci, TRIVMPHI deducunt nomen: vel à ficulnis folijs, quæ THRIA, ΘΡΙΑ, eorum linguâ dicuntur; quoniam & ijs in Triumphis vti mos priscus erat. Quod tamen eodem redit, cùm à TRIBVS etiam apud eos THRIORVM deriuetur nomen; quippe quòd ficulnum folium quodammodo trilingue sit, ac trianguli formam efficiat. Is verò Christianorum Consubstantialem Trinitatem profitentium demum est, meâ sententiâ, iustus verusque Triumphus ac vetus, cùm bene de Christiana Republica meritis, ac Veterem ficulneumque istum Homi-
Eph 4. v.22. & 24. » nem, cum moribus & actibus suis, exuentibus; Nouumque Homi-
» nem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia & sanctitate veri-
» ratis, induentibus, testimonium à consensu Ciuitatis datur: in cuius pristina communione, vnicuique Ecclesiæ, vt fit CATHOLICÆ particeps, necessariò manendùm est. Quemadmodum enim PERRONIVS noster, princeps huius memotiæ Theologorum, ptæclarè, vt cæte-
» ra, dicere solebat; FIDES CHRISTI, DOCTRINAQVE CHRISTIA-
» NA, CHRISTIANOS: COMMVNIO AVTEM ECCLESIÆ, AC PRIMÆ
» SEDIS, CATHOLICOS FACIT.

---stat magni nominis vmbra:
Qualis frugifero Quercus sublimis in agro,
Exuuias veteres populi, sacrataque gestans
Dona ducum, nec iam validis radicibus hærens,
Pondere fixa suo est, nudosque per aëra ramos
Effundens, TRVNCO, NON FRONDIBVS, EFFICIT VMBRAM:
Sed quamuis primo nutet casura sub Euro,
Tot circum syluæ firmo se robore tollant,
SOLA TAMEN COLITVR. ---

Atque is est huiuscemodi Triumphus, Regio, immo Rege, non modò spectatore, sed scriptore, dignus: quem Basilius, Constantinus, & Leo, qui IN CHRISTO IESV IMPERATORES AVGVSTI dici & voluerunt, & meruerunt, in Sacro illo Diplomate, quod in extrema Octaua OEcumenica Synodo exstat, de damnato Photio, Trium-

Triumphanteque Ignatio, in Constantinopolitanum Thronum reducto, describunt. Itaque de Constantinopolitanis Patribus loquentes, hæc habent: Nam condemnatione dignos, & turbationis « auctores, cum horum ACEPHALO CAPITE, Regulariter atque Sy- « nodicè, irreprehensibili iudicio condemnauerunt, & reprobauerunt: « ei autem, qui patenter iniustitiam passus est, legitimo scilicet Sum- « mo Sacerdoti, & ijs qui circa ipsum sunt, DECREVERVNT ET « CONTVLERVNT TRIVMPHVM. Et mirabere, quid « CAP. VII.
tandem habet iste Britannicus currus? quid vinctus ante currum, SORBONICE profligatus, Antonius? quid simulacra receptorum ac reuertentium ad Fidem oppidorum, REPERTIS INTER SPOLIA « EORVM CATENIS, QVAS IN ROMANOS, VT NON DVBIO EVEN- « TV, PORTAVERANT, vt in Germanica illa ADVERSVS ARMINIVM « pugna reperire Germanico contigit, Taciti Annalium secundo; vbi MILES IN LOCO PRÆLII TIBERIVM IMPERATOREM SALVTAVIT, « STRVXITQVE AGGEREM, ET IN MODVM TROPHÆORVM ARMA, « SVBSCRIPTIS VICTARVM GENTIVM NOMINIBVS, IMPOSVIT? quid « argentum, quid aurum in pios Ecclesiæ Pauperum ac Pastorum, æternos, potiùs quàm temporales, vsus? quid LEGATI in equis & Tribuni? quid clamor militum spargentium militares iocos? quid tota illa pompa? quid denique Londini porta illa Triumphalis, qua inuectus in interiorem Angliam est Augustinus; vbi vetera secum recolentibus, ordine descripta, instructa, ornataque emineat, atque appareat Veteris Anglicanæ DISCIPLINÆ Historia, testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, meo prope domestico æternoque præconio, immortalitati commendanda? Efficiam profectò vt & illa mirari desinas, SAPIENTISSIME REX, atque, quod maximum est, (quodque Germanico Tacitus, Annalium primo, factitatum narrat) perficiam vt posse velis, DECERNI TRIVMPHVM, MANEN- « TE BELLO. Et quoniam causam suscepi antiquiorem memoria « tua atque nostra, faciam quod ab initio rerum Romanarum, vsque ad P. Mutium Pontificem Max. Pontifices facere solebant. Nam, memoriæ publicæ retinendæ causâ, res omnes singulorum annorum mandabat litteris Pontifex Max. efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi; ijque etiam qui tunc conficiebantur libri, ANNALES MAXIMI nominabantur. Hanc similitudinem scribendi sequar, & sine vllis ornamentis, monimenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum proferam ac proponam: &, dum intelligatur quid dicam, vnam dicendi laudem, breuitatem esse putabo. Paululum tamen me erigam, atque addam Historiæ maiorem sonum vocis: nec, sicut dicendo simpliciter breuiterque fit, tantùm dolabo; sed tractu orationis leui & æquabili perpoliam illud opus: neque tantummodo narratorem me, sed rerum exornatorem aliquantulùm præbebo, vbi Fidei ac Tibi, OPTIME REX, altioribus consilijs succurrendum erit. Ac tandem

vnde aberrauerat, redijt, Deo duce, oratio.

Te sine nil altum mens inchoat. en age segnes
Rumpe moras: vocat ingenti clamore Cithæron.

immo Ecclesia, vt se suaque tibi, ac per te teipsum æterna tua posteritate dignum, sibi hoc Triumphali Regalique Opere commendem. Clamat enim fortiùs atque distinctiùs, quàm cùm ipsam, interpellante transfuga, in Isaïæ velut cunis, ferme dixerim vagientem, Primo Libro expressimus. Vt enim omnes veteres Philosophi ad incunabula accedebant, quòd in primis puerorum ætatulis facillimè se arbitrarentur Naturæ vocem posse agnoscere, & veram innocentemque voluptatem aut imitari, aut consequi: sic ad ECCLESIAM INDICANDAM accessimus, ne frustra IVVANDÆ consilium suscepisses; vt nascitutam, vt è sinu Prophetico mouentem se, vt manibus repentem potiùs quàm gradientem in citeriores nostras partes, conspicarère: ac mox intelligeres, quonam pacto, quibusve conditionibus, Maiores tui, ac tuum illud Britannicum sacris EX AQVIS (vt diceret Ambrosius) ORTVM GENVS, factumque Christianum, tanquam obstetricantibus Apostolicis viris, nostrum demum mysticum Moysem in cunis illis Propheticis excepissent. Necesse est enim, his dictis atque cognitis, alterum sit de duobus, vt AVT fatendum sit Nouatoribus tuis, Anglos nunquam verè fuisse Christianos: (quo quidem nil non modò absurdius, sed nec sceleratius, nec inhumanius, nec tua certè Maiestate indignius, dici potest;) AVT concedendum, eam, quam tenent tui CATHOLICI, vitæ rationem, hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse veteris Anglorum Christianæ DISCIPLINÆ. Id enim sequentibus conficiam, efficiamque vt cæcum Nouatorum agmen in foueam cadat, quam fecit:

Ps. 7. v. 8.

Haud secus ac stabulis procurans otia PASTOR
In foueam parco tectam velamine frondis
Ducit nocte LVPOS, positæ balatibus agnæ.

CAP. VIII.

» ATQVI hæc omnia (inquit optimus Ecclesiæ defensor, ac Religionis Iuris Controuersi doctor omnium facilè princeps, Gallus noster, Sancti Martini ac Sancti Cyrilli Alexandrini æqualis, ex grauissimo Senatore Hieromonachus Lirinensis VINCEN-
» TIVS, tertio post Ephesinam, cui interfuit, Synodum, anno) nun-
» quid vllam aliam ob causam, nisi vtique, dum pro cælesti dogma-
» te HVMANÆ SVPERSTITIONES (eas nunc, IACOBE, Hæ-
» retici REFORMATIONES vocant: cùm REGVLA FIDEI sit
» IRREFORMABILIS) introducuntur? dum BENE FVNDATA
» Antiquitas, SCELESTA NOVITATE subruitur? dum SVPE-
» RIORVM INSTITVTA violantur? dum rescinduntur SCITA
» PATRVM? dum conuelluntur DEFINITA MAIORVM? dum se-
» se intra SACRATÆ ATQVE INCORRVPTÆ VETVSTATIS castissimos
» limites, PROFANÆ AC NOVELLÆ CVRIOSITATIS libido non
» continet? Magnifica sanè atque præclara LIRINENSIS oratio; & quæ suadeat, vt, quod dicere solitum aiunt Ennium, flammam

à ſapiente faciliùs ore in ardente opprimi, quàm bona dicta teneat; id nunc modo noſtro vſurpemus: nec teneamus, quæ maximè tamen tenenda ac prompta habenda ſunt, tanti Doctoris commodè acutéque dicta, quæ in ipſo Eccleſiæ ore verſantur, ſuntque huiuſmodi: Quomodo FIDEM eorum (de Chriſti nominis Confeſſoribus ac Martyribus agit) poſſumus denegare, quorum VICTORIAM prædicamus? Prædicamus planè, inquam, ô venerande AMBROSI, (is eſt non Mediolanenſis, ſed ad quem ſcribit Vincentius) laudanteſque miramur. nam quis ille tam demens eſt, qui eos, & ſi adſequi non eualeat, non exoptet ſequi, QVOS A DEFENSIONE MAIORVM FIDEI, NVLLA VIS DEPVLIT? non minæ, non blandimenta, non vita, non mors, non Palatium, non ſatellites, non IMPERATOR, non Imperium, non homines, non dæmones? Quos, inquam, PRO RELIGIOSÆ VETVSTATIS TENACITATE, tanto munere Dominus dignos iudicauit, vt per eos proſtratas reſtauraret Eccleſias, extinctos ſpiritaliter populos viuificaret, DEIECTAS SACERDOTVM CORONAS REPONERET, nefarias illas NOVELLÆ IMPIETATIS, NON LITTERAS, SED LITVRAS, INFVSO CÆLITVS EPISCOPIS FIDELIVM LACRYMARVM FONTE, (vnde primo noſtro Libro qui DE VNITATE ECCLESIÆ eſt, Auguſtinus, Epiſcopos, FONTES LACRYMARVM, Oratione De Quinque Hæreſibus, appellabat) deleret? Vniuerſum poſtremò iam pæne mundum, ſæua REPENTINÆ HÆRESEOS tempeſtate perculſum, ad Antiquam Fidem, à NOVELLA PERFIDIA; ad Antiquam Sanitatem, à NOVITATIS VESANIA; ad Antiquam Lucem, à NOVITATIS CÆCITATE, reuocaret. Hæc ſecundò dicta Lirinenſis. adderem eò quidem libentiùs quæ ſequuntur tertio loco poſita, quò longè, meo iudicio, grauiora ac vtiliora ſunt, ni in alienis dictis nimius eſſe viderer. At profectò nihil eſt quod ſalua tua, IACOBE REX, vtilitate, cuius potiſſimum causâ ſcribimus, demi poſſit; noſtraque appellanda ſemper eſſe duxi, apud Chriſtianos, (quorum documenta vna atque communia ſunt) quæ vel cum noſtris, propter ſummam doctoris auctoritatem, ex neceſſitate communicanda ſint; vel quæ docentis mentem ac ſententiam aut ſic aperiant, aut ſic declarent, vt id etiamſi alius non dixiſſet, vltro tamen dicenti occurriſſe ac dicendum fuiſſe, videri poſſet. itaque pergamus. MOS ISTE, inquit, SEMPER IN ECCLESIA VIGVIT, VT QVO QVISQVE FORET RELIGIOSIOR, EO PROMPTIVS NOVELLIS ADINVENTIONIBVS CONTRAIRET. Exemplis talibus plena ſunt omnia. Sed ne longum fiat, vnum aliquod, ET HOC AB APOSTOLICA POTISSIMVM SEDE, SVMEMVS; VT OMNES LVCE CLARIVS VIDEANT, BEATORVM APOSTOLORVM BEATA SVCCESSIO QVANTA VI SEMPER, QVANTO STVDIO, QVANTA CONTENTIONE, DEFENDERIT SVSCEPTÆ

» SEMEL RELIGIONIS INTEGRITATEM. Quondam igitur
» venerabilis memoriæ AGRIPINVS, Carthaginienſis Epiſcopus,
» primus omnium mortalium contra DIVVM CANONEM, contra
» VNIVERSALIS ECCLESIÆ REGVLAM, contra SENSVM OMNIVM
» CONSACERDOTVM, contra MOREM ATQVE INSTITVTA MA-
» IORVM, rebaptizandum eſſe cenſebat. Quæ PRÆSVMPTIO tan-
» tum mali inuexit, vt non ſolùm Hæreticis omnibus FORMAM
» SACRILEGII, ſed etiam quibuſdam CATHOLICIS occaſionem præ-
» buerit erroris. Cùm ergo vndique AD NOVITATEM REI cuncti
» reclamarent, atque omnes quaqua verſum Sacerdotes, pro ſuo quiſ-
» que ſtudio, reniterentur; tunc Beatæ Memoriæ PAPA STEPHA-
» NVS, APOSTOLICÆ SEDIS ANTISTES, CVM CÆTERIS quidem
» Collegis ſuis, ſed tamen PRÆ CÆTERIS, reſtitit; DIGNVM, vt opi-
» nor, EXISTIMANS, SI RELIQVOS OMNES TANTVM FIDEI DE-
» VOTIONE VINCERET, QVANTVM LOCI AVCTORITATE SVPERA-
» BAT. Denique in Epiſtola quæ tunc ad Africam miſſa eſt, his
» verbis ſanxit; NIHIL NOVANDVM ESSE, NISI QVOD TRA-
» DITVM EST. Intelligebat enim VIR SANCTVS ET PRVDENS,
» nihil aliud rationem pietatis admittere, niſi VT OMNIA QVA
» FIDE A PATRIBVS SVSCEPTA FORENT, EADEM FI-
» DE FILIIS CONSIGNARENTVR: NOSQVE RELIGIO-
» NEM, NON QVA VELLEMVS, DVCERE; SED POTIVS,
» QVA ILLA DVCERET, SEQVI OPORTERE; IDQVE ES-
» SE PROPRIVM CHRISTIANÆ MODESTIÆ ET GRAVI-
» TATIS, NON SVA POSTERIS TRADERE, SED A MAIO-
» RIBVS ACCEPTA SERVARE. Quis ergo tunc vniuerſi ne-
» gotij EXITVS? quis vtique, niſi vſitatus & ſolitus? RETENTA
» EST SCILICET ANTIQVITAS, EXPLOSA NOVITAS. Sed fortè tunc
» ipſi NOVITIÆ ADINVENTIONI patrocinia defuerunt? immo verò
» tanta vis ingenij adfuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus adſer-
» torum numerus, tanta veri ſimilitudo, TANTA DIVINÆ LEGIS
» ORACVLA, SED PLANE NOVO AC MALO MORE INTELLECTA;
» vt mihi omnis illa CONSPIRATIO nullo modo deſtrui poſſe vi-
» deatur, niſi ſola tanti moliminis cauſa, ipſa illa ſuſcepta, ipſa
» defenſa, ipſa laudata NOVITATIS PROFESSIO deſtituiſſet. Admi-
randa ſanè perfectaque Lirinenſis noſtri narratio; quæ ECCLESIASTI-
CÆ DISCIPLINÆ ANTIQVVM IVRIS ORDINEM & ANTIQVITATIS
ET NOVITATIS Pſychomachiam, curioſis ſanè oculis perſpicien-
dum ſpectaculum, ſumma cum vtilitate, ſumma cum iucunditate
exhibet. Omnem enim Controuerſiam Eccleſiaſticam dirimendi,
artem, tanto artificio, tanta grauitate, tanta ſimplicitate Chriſtia-
na prodit; vt ſanctè prudenterque ſimul, SCHISMATIS Hæ-
reſiſque & ortum & exitum doceat, quóque tandem modo Chri-
ſtiana lis in Nouitatem inferenda, informanda, ac terminanda ſit. Eſt
enim quidam rerum exitus in iudicijs, maximè Religionis, quærendus,
CAP. IX. quo litigantium refrænetur vel temeritas vel ardor. AT præ-

ter TERTIVM Lirinense Vetusque Gallicanum Documentum, quantum, Deus immortalis! illud; quod Quartum erit, quámque scitu necessarium, nostris periculosissimis temporibus, cum prouidentiæ arcanum, tum antiquæ Maiorum Fidei decretum, his paulo post verbis Sanctissimus ille vir profert! Et ô rerum, inquit, mira « conuersio! auctores eiusdem opinionis CATHOLICI, consectatores « verò HÆRETICI iudicantur! absolvuntur magistri, condemnan- « tur discipuli! conscriptores librorum FILII REGNI erunt, adser- « Matt. 13. v. 38. tores verò gehenna suscipiet! Nam quis ille tam demens est qui « illud SANCTORVM OMNIVM ET EPISCOPORVM ET MARTYRVM « LVMEN, Beatissimum Cyprianum, cum cæteris Collegis suis, in æter- « num dubitet regnaturum esse cum Christo? aut quis tam sacrile- « gus, qui Donatistas, (addas licèt, pari ratione, Lutheranos, Zuin- « glianos, Caluinistas) & cæteras PESTES, quæ illius auctoritate Con- « cilij (notissimi videlicet istius Conciliabuli Africani) rebaptizare se « iactitant, IN SEMPITERNVM NEGET ARSVROS ESSE CVM DIABO- « LO? Quod quidem mihi diuinitus videtur promulgatum esse Iudi- « cium; PROPTER EORVM MAXIME FRAVDVLENTIAM, QVI CVM « SVB ALIENO NOMINE HÆRESIM CONCINNARE MACHINENTVR, « CAPTANT PLERVMQVE VETERIS CVIVSPIAM VIRI SCRIPTA « PAVLO INVOLVTIVS EDITA, QVÆ, PRO IPSA SVI OBSCVRITA- « TE, DOGMATI SVO QVASI CONGRVANT; vt illud nescio quid « quodcumque proferunt, NEQVE PRIMI NEQVE SOLI sentire vi- « deantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignam iudico: « vel eò quòd Hæreseos venenum propinare aliis non extimescunt, « VEL EO ETIAM QVOD SANCTI CVIVSQVE VIRI MEMORIAM, « TANQVAM SOPITOS IAM CINERES, PROFANA MANV VENTI- « LANT; & quæ silentio sepeliri oportebat, REDIVIVA OPINIONE « diffamant: sequentes omnino vestigia AVCTORIS SVI CHAM, qui « Genes. 9. nuditatem VENERANDI NOE, non modo operire neglexit, verùm « quoque irridendam cæteris enuntiauit. vnde tantam LÆSÆ PIE- « TATIS meruit offensam, vt etiam posteri ipsius peccati sui maledi- « ctis obligarentur; beatis illis fratribus longéque dissimilis, qui nu- « ditatem ipsam REVERENDI PATRIS, neque suis temerare oculis, ne- « que alienis patere voluerunt, sed auersi, vt scribitur, texerunt eum. « QVOD EST, ERRATVM SANCTI VIRI, NEC APPROBASSE, NEC PRO- « DIDISSE; atque idcirco BEATA in posteros BENEDICTIONE dona- « ti sunt. SED hactenus Lirinensis: cuius virtuti non so- « CAP. X. lùm doctrina, sed & eloquentia, si quærimus, summa coniuncta est; cuiúsque non in sententia solùm, sed etiam in nutu legitur residetque auctoritas. Dignus sanè vir quem sibi auctorem, quem ducem, quem magistrum in dijudicandis Controuersijs Perronius noster delegerit. Quod enim de Tertulliano Cyprianum ferunt, (quem tantopere nuper is auctor commendabat) si quando ab anagnoste legendum postularet, DA MAGISTRVM, dixisse; id de Vincentio Lirinensi dictitare GALLICANVS

CYPRIANVS ſolebat. Et certè ſæpenumero, ſenex, à cuius latere non diſcedebam, mihi ſe quotannis Vincentij ſui COMMONITORIVM relegere conſueuiſſe teſtatus eſt; nec erubeſcere ſe ſæpe ſæpius, idque à PEREGRINO, (ea enim libri inſcriptio eſt) admoneri, quo pacto ad ECCLESIÆ, de Schiſmate TRIVMPHANTIS, Victorias, Romano theatro, hoc eſt Toto Orbe, celebrandas, Gallicanus Cothurnus aptandus foret. Solum ſcilicet Vincentium artem, ſolum iudicium, ſolum grauitatem, ſolum ſanctam quamdam in eo genere peritiam & eloquentiam videri habere, ac SPIRITVM BREVITER SAPIENTERQVE DIRIMENDARVM CONTROVERSIARVM ſortitum eſſe; vt qui Senator, vt qui Prouinciæ Præfectus, vt qui Sanctæ LIRINENSIS ACADEMIÆ conſummatus perfectuſque Philoſophus eſſet; omniaque in pondere, numero, ac menſura diceret. Ac quoniam, eo præſertim dicente, Nouitatis procuratores, litem, vt credibile eſt, non conteſtabuntur; videamus, SERENISSIME REX, Vtri tuorum Anglorum, CATHOLICI-ne, an alij, Nouitatem intentarint; ac repentinam, turbulentiſſimam, ſpurciſſimamque ſeditionum atque diſcordiarum ciuilem tempeſtatem excitarint? Quanto ſpiritu ſcribit ad Clerum Populumque Conſtantinopolitanum
» Cæleſtinus Papa! Quanta dicenda Victoria eſt, VBI SACERDOS,
» (de Neſtorio loquitur) PRÆDICATIONE MVTATA, CATHOLICO-
» RVM FACTVS EST PERSECVTOR? contra PAVLVM prope in omni-
» bus ſentiens, qui Euangelij Domini, quod ante fuerat perſecutus,
» factus eſt poſtea PRÆDICATOR: Πηλίκη δὲ ἐκείνη ἡ Νίκη λεκτέα, ΟΠΟΥ Ο ΙΕΡΕΥΣ ΑΛΛΑΓΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΚΗΡΥΓΜΑΤΟΣ, ΔΙΩΚΤΗΣ ΤΩΝ ΚΑΘΟΛΙΚΩΝ ΕΓΕΝΕΤΟ; ἰδικῶς, ἐν ἅπασι κατὰ ΠΑΥΛΟΥ φρονῶν, ὃς τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Κυρίου, οὗ διώκτης καὶ πρότερον, ὕστερον ἐγένετο ΚΗΡΥΞ. Nam qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus, tua videlicet Anglia, fore videbatur; in eo maximæ moleſtiarum & violentiſſimæ tempeſtates ſubitò exortæ ſunt. Tempeſtates ſæpe certo aliquo cæli ſigno commouentur, ſæpe obſcura aliqua ex cauſa concitantur: ſed nec cæli ſigno commotæ, vt ſtatim patebit, nec obſcura ex cauſa concitatæ ſunt HENRICI fluctibus procellæ patriæ, quibus ſedandis, iam iamque commutandis, naui Reipublicæ Chriſtianæ fluitante in alto, tecum ſtrenuè nauiterque laboramus. Principio quidem, ne diſſimulanter agamus,

Idem Amor exitium eſt pecori, pecoriſque magiſtro:

Deinceps verò clauum tenuit Inuidia, quæ ſuſpiciones, quæ diſcordias, quæ iras furoreſque huc vſque vel ſuppoſuit, vel accendit; vt altero tuo ferme, IACOBE REX, ſæculo, quod ſequitur in paſtorali illo dialogo, vnde priorem verſum exprompſimus, pro veriſſimo habeatur. ſcilicet nunc

His certè neque Amor cauſa eſt: vix oſſibus hærent:
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Nec ignoro, vt qui multò ante proſpexerim, quanta noua tempeſtas Inuidiæ nobis impendeat, cùm, SAPIENTISSIME IACOBE, te

meque in puppi viderint. Sed summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam à vectoribus admoneri solent; nec ijs nobiscum deërit locus, quibus, æquè ac mihi, prora & puppis, vt in prouerbio Græcorum est, fuerit tui consilijs nostris instruendi; vt rationes nostras, tuis fluctuantibus Anglis, tanquam optima quædam vela, explices.

NVNC age, qui REGES, Erato, quæ tempora rerum, CAP. XI.
Quis LATIO ANTIQVO fuerit status?---
---Maior rerum mihi nascitur ordo:
Maius opus moueo.---

Magnum enim opus omnino & arduum, IACOBE REX, conamur: sed nihil difficile Deum Deique Ecclesiam CATHOLICOSQVE Tuos amanti putandum est. Amo autem, & semper amaui, cum ipsa Anglicana Ecclesia, ingenium, studia, mores tuos. incendor porrò quotidie magis, non desiderio solùm, quo quidem conficior, congressus ac doctissimos sermones requirens tuos; sed etiam admirabili fama virtutum incredibilium, quæ specie dispares, prudentiâ coniunguntur. Quid enim tam distans, quàm à Seueritate Comitas? quis tamen vnquam te aut æquitatis amantior est habitus, aut dulcior; Quid tam difficile, quàm in plurimorum controuersijs dijudicandis, ab omnibus diligi? consequeris tamen, vt eos ipsos quos contra statuas, æquos placatosque dimittas. Itaque efficis, vt, cùm gratiæ causâ nihil facias, omnia tamen sint grata quæ facis. Iam, quantum illud est, quòd, in maximis occupationibus, nunquam intermittis studia doctrinæ! semper aut ipse scribis aliquid, aut me aliosve tuis scriptis vocas ad scribendum. Quod ipsum nunquam adtigissem, tempora timens inimica virtuti; nisi tibi, vel per Legatos tuos, hortanti, & mihi caram Collegæ nostri, Senonensis Archiepiscopi, PERRONII Cardinalis memoriam, tanquam Fratris Sanctissimum, quod in Lege est, fidei ac religionis Semen, Christianæ CONSANGVINITATIS DISCIPLINÆQVE iure excitanti, non parêre nefas esse duxissem. Gen. 38. v. 8. Deut. 25. v. 5.

Laudanda feci iussus, hoc vnum meum est.

Quidni igitur præter cætera, horum qui Tres mei Libri sunt, Præfatione diligenter exposita; quidni, inquam, testificer, me à te, quia pro te, rogatum, & recusantem, hæc scribere esse ausum? Volo enim mihi tecum commune esse crimen (si quidem ita liberè loqui cum DOCTISSIMO REGE, ac familiariter cum REGE PHILOSOPHANTE versari non modò licet, sed decet) vt si sustinere tantam quæstionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. In quo tamen iudicij nostri errorem laus tibi dati muneris compensabit. Itaque ad Regium Consilium, tanquam vocati, accedamus; tuique Regni ARCANA CHRISTIANA, quæ & à te exspectantur, & iampridem desiderantur à tuis, dum istis controuersiarum, DE TEMPORALIBVS, quasi domesticis tricis liberati sumus; nec vlla ampliùs traducimur opinione Nouitatis; Antiqua

illa Veritate ac Fide, & soli nunc apud te tractemus, & tibi alijs, pro tua prudentia atque æquitate, (ne inter eos dicendus sis, qui,
Rom. 1. v. 25. iuxta Apostolum, VERITATEM DEI in iniustitia detinent,) referanda tradamus.

CAP. XII. NE fugite hospitium: neve ignorate LATINOS,
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus æquam:
Sponte sua, VETERISQVE DEI SE MORE TENENTEM.
Atque equidem memini (fama est obscurior annis,)

credidisse, immo & scripsisse quamplurimos, Deum Opt. Max. cuius hoc templum est omne quod conspicis, Londini tamen, vt multis voluit in locis, fanum antiquissimum & sanctissimum DIVI PAVLI habuisse, hodieque habere, quod vetustissima AVGVSTINI Anglorum Apostoli (semper enim fuerunt qui dicerentur APO-
2.Cor.8.v.23. STOLI ECCLESIARVM, id est, Legati ab Ecclesijs missi, quorum octauo capite posterioris ad Corinthios mentio est; quo sensu, vt
Phil.2. v. 25. nunc Augustinus Anglorum; sic Epaphroditus Philippensium, APOSTOLVS, secundo ad Philippenses vocari videtur) religione liberatum, vt aiunt, & effatum, siue nuncupatum atque consecratum & publicè dedicatum esset.

-- quis hoc credat, nisi sit pro Teste Vetustas?

Templum porrò istud ALDIBERTI illius ANGLORVM REGIS, qui suos Anglos, velut liberali manu, Christo primus asseruisse dicitur, pietate ac sumptibus exædificatum, à fundamentisque excitatum ferunt, in tutelam salutis ac sempiternam sui memoriam, quòd Fidem Religionemque Christianam amplexus tenuisset. Est enim haud paulo verius quàm quod Platoni placuit, qui Musicorum ait cantibus mutatis, mutari Ciuitatum status: Regum vita victuque mutato, mores mutari solere Ciuitatum. Quò perniciosiùs de Rep. vitiosi merentur Principes, quòd non solùm vitia concipiunt ipsi, sed & ea in Ciuitatem infundunt; neque solùm obsunt, quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpunt; plusque exemplo, quàm peccato, nocent. Hinc Ecclesia & Vniuersalis & Vniuersa, in Concilio Ephesino, Synodicâ ad Clerum Populumque Constanstantinopolitanum, DE DEPOSITIONE NESTORII, hæc inter cætera ait, Actione tertia: Orandus est autem vobis Deus intenta
" precatione, vt DIGNVS SEDE MAGNÆ CIVITATIS aliquis declare-
" tur, qui VESTRA EPISCOPIZET (id est, Vt verus Episcopus ve-
" strum Episcopatum administret.) NAM SI REGIA CIVITAS PIE
" FVERIT GVBERNATA, CÆTERÆ QVOQVE OMNES ECCLESIÆ
" SANCTÆ DEI COMMODVM HINC REPORTABVNT: τὸ δὲ ὑμετέρας ἀρχῆς γενέσθω ἔργον, ἐπιτεταμένως πληθυμένης πρὸς Θεὸν, ΤΟΝ ΑΞΙΟΝ ΤΟΥ ΘΡΟΝΟΥ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΕΩΣ ἀναδειχθῆναι, ΤΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΗΣΕΙΝ ΤΑ ΥΜΕΤΕΡΑ ΜΕΛΛΟΝΤΑ· ΤΗΣ ΓΑΡ ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΗΣ ΕΥΣΕΒΩΣ ΕΥΘΥΝΟΜΕΝΗΣ ΠΟΛΕΩΣ, ΚΟΙΝΟΝ ΤΑΙΣ ΑΠΑΝΤΑΧΟΥ ΑΓΙΑΙΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙΣ ΤΟ ΕΡΓΟΝ (aliàs, τὸ ΚΕΡΔΟΣ) ΓΙΝΕΤΑΙ.
Cæterùm, quod in ciuitatibus ratione quadam, agnationibus fami-

liarum diſtinguntur ſtatus; id in rerum natura tanto eſt magnificentius, tantóque præclarius, vt homines, Regum exemplo, beneficio verò Chriſti, Dei agnatione & gente teneantur. Vnde ad Reginas Cyrillus: Nam etſi REGIVM veſtrum genus, iam inde ab « exordio longa temporum ſerie hucvſque eſt propagatum, & vlte- « riùs, vt credimus, in poſterum adhuc propagabitur; non ob id ta- « men ILLVD QVOD IN CHRISTO EST, REGNVM capeſſere, & ea « quæ illi grata ſunt, facere & ſentire obmittitis: partim quidem præ- « claris actionibus, inculpataque Fide, vt paulo ante dicebamus, præ- « ſtantes; partim rurſum cùm veſtras tum PRINCIPVM quoque ve- « ſtrorum Aulas VIRGINITATIS GLORIA condecorantes; partim de- « nique SVMPTVOSISSIMA TEMPLA CHRISTO DOMINO EXCITAN- « TES. NAM ET HOC QVOQVE PIETATIS STVDIVM, INTER CÆ- « TERA, ILLE SANCTIS VESTRIS ANIMIS IMPERTITVS EST: Αἷμα « μὲν γὰρ ὑμῖν ἄνωθεν, καὶ ἐκ μακρῶν ἥκει χρόνων τὸ ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ. παρεκτείνεται δὲ καὶ εἰς δεῦρο, καὶ ἔτι, καθὰ πεπιστεύκαμεν. ἀλλ' ἰδοὺ δὴ καὶ μάλα σαφῶς, καὶ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ἐπιδραττόμεναι, τὰ αὐτῷ δοκοῦντα φρονεῖν τε καὶ δρᾶν σπουδάζετε. τοῦτο μὲν, ὡς ἔφην, ἔργοις τε καὶ ἀμωμήτῳ διαπρέπουσαι πίστει. καὶ τὰς ἡμῶν τε καὶ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥΣ Αὐλὰς, τῇ τῆς ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ καταλαμπρυνοῦσαι ΔΟΞΗ. τοῦτο δὲ ΠΟΛΥΤΕΛΕΣΤΑΤΟΥΣ ΑΝΙΣΤΩΣΑΙ ΝΑΟΥΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. ΚΕΧΑΡΙΣΤΑΙ ΓΑΡ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ ΤΑΙΣ ΑΓΙΑΙΣ ΥΜΩΝ ΨΥΧΑΙΣ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ. Sed ad ſuſceptam ANGLICANAM HISTORIAM propoſitumque redeamus. Tum demum DOROVERNA ciuitas, quæ poſtea, mutato, vt fit, nomine, CANTVARIA eſt appellata, rerum potiebatur, Sedeſque Regni Anglicani erat. Ibi ALDIBERGA Chriſtiana, ex Regum Francorum, vt vtamur veteri verbo, proſapia, Regis ALDIBERTI fideliſſima coniunx, inſtare zelo, maritum ſuum bonitate placare, concordiâ lenire, viamque precibus atque prudentia, tanquam altera Rahab, ſacris Euangelicíſque ſpeculatoribus admittendis præmunire. Ioſ. 2. v. 1. Quid, quæſo, tandem? Audax videlicet præclari facinoris Heroïna illa, ac in propaganda Fide

----tanti dux fœmina facti,

à Diuo GREGORIO adiuta, Pontifice illo Maximo, qui primus hoc nomen inuênit, Magnîque cognomen æterna cum poſteritatis laude eſt conſecutus) & Regis & Regni Conuerſionem ad Chriſtum facilè impetrauit.

MAGNE, tuum nomen rerum eſt menſura tuarum!

Vbi enim illa vigilantiſſimo noſtro Gregorio ſemel aditum ad Regis cognitionem patefecit, confeſtim dimiſſo à ſe, ac in Angliam miſſo Cœnobij ſui Abbate, cui nomen AVGVSTINVS erat, Inſulam pæne Britannicam, Chriſti nomine, Gregorius occupat; paulo poſtquam Auguſtinus in itinere Germanico creatus Epiſcopus, in Inſulam, tanquam Ierichonte, admiſſus eſt, ſedemque ſuam ac Euangelij, Cantuariæ fixit. Simulatque enim Angli Apoſtolicos viros ROMA accipiunt, ſeſſumque inter ſe recipiunt, vrbs Can-

tuaria efficitur illico Fidei ſeminarium, Sanctitatis emporium, conſilij publici caput, ſociorum ara, Euangelij portus, omnium denique Orbis Gentium communionis ac conuenientiæ cum VRBE, argumenti neceſſitas. Ex eo enim cui non patet, Fidei Oſtium Romanis clauibus aperiendum, à Romanoque Pontifice patefaciendum eſſe? Spemque fore, vt quod ſub GREGORIO PRIMO olim apertum eſt, ſub altero nunc Sedente GREGORIO, DECIMO videlicet TERTIO, ab altero ALDIBERTO, poſt Myſticum ac Apoſtolicum Duodenarium nominum hominumque circulum, velut poſtliminio, noſtris temporibus, arcanâ quâdam prouidentiâ, referetur?

CAP. XIII. Ac ne ſanctiſſima illa integerrimaque Patrum DISCIPLINA corrueret, elabereturque memoriâ fluentis conſeneſcentiſque ætatis; mirandum profectò quemdam in modum, Eccleſiæ Anglicanæ diuina prouidentia proſpexit atque conſuluit. Nam, quemadmodum Vniuerſalis Eccleſia, vt priore Libro oſtenſum eſt, ita omnis omnino mutationis expers, ſuo iure nobis videri debet, vt nec errorum, nec temporum varietate, quidquam detrimenti patiatur: ſic beneficio quodam ſingulari ac prope ſummo, Anglicis rebus eò vſque Chriſtus prouiſum eſſe voluit, vt intuens & reſpectans, quæ aliquando impendêrent perículoſiora tempora, tam maximâ, quanta eſſe poſſet, partis Vniuerſi ac quaſi priuatæ Eccleſiæ, prærogatiuâ, primam illam Gregorianam veteris Anglicanæ DISCIPLINÆ rationem ſartam tectam habuerit, reſeruaritque ad hunc vſque diem; vt, prolatis quaſi conditionibus, qui ab ea receſſiſſe repertus eſſet, à vera Religione atque auita Fide diſceſſiſſe cerneretur:

Credite dicenti: mira, ſed acta, loquor.

Sit ergo maximum iſtuc Imperij tui arcanum, SAPIENTISSIME REX, vt cùm tibi, Volumine primo, demonſtratam Eccleſiam perſuaſeris, non potuiſſe mutari; ipſe item credas, cæteriſque, qua vales arte atque auctoritate, inſinües, nec Anglicanam tuam Eccleſiam, quaſi caſtiſſimam Vniuerſalis illius æmulam, interire aut deficere vnquam poſſe, quandiu Gregorij Magni germaniſſima ſcripta permanebunt. Vt igitur Acta Romanæ, id eſt, Veteris Anglicanæ, DISCIPLINÆ, commodè prudenterque percurramus, Gregorium noſtrum, tanquam æquis paſſibus, proſequamur. Id autem, ſpero, faciemus, ſi ipſum quaſi introducamus loquentem: ne Inquam, & Inquit, ſæpius interponere neceſſe ſit, & tanquam à præſente coram haberi ſermo, vel inuitiſſimis Nouatoribus, videatur. Omnia igitur Gregorij Papæ dicta DE CONVERSIONE ANGLORVM, referam: deinde, poſt ſingula quæque notatu digniſſima, tanquam animaduerſionis ac diligentiæ excitandæ causâ, interpretationem ſubijciam; vt poſtremò quaſi oculis cernas, MAXIME REX, minutis quibuſdam interrogatiunculis; & tanquam punctis, breuitetque concluſis ſententijs, QVIS NOSTRVM, vt ante dictum eſt, PRÆVIVM SEDITIONIS SATELLITEM, NEFANDAM

NOVITATEM, AFFECTARIT? Quamquam enim vtamur, admodumque delectemur oratione perpetua, tamen commodiùs, cùm in rebus singulis insistas, intelligas concludi quid velis & ad exitum perueniri. Cùm enim fertur, quasi torrens, oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coërceas. Atque id vt sine lite atque controuersia, vt in Sacro Consistorio Regio fieri decet, consequare; temporum atque Ecclesiæ vnicum grauissimumque testem loquentem audiamus, vt ex ipsis Angliæ fundamentis, Apostolicas Traditiones, quarum semper retinentissima fuit, eruamus. Gregorius enim, conseruatis notatisque temporibus, nihil cùm illustre prætermitteret, prioris æui memoriam vno Litterarum fasciculo colligauit. Nescire autem quid ante quàm natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. Quid enim est ætas hominis, nisi cùm memoria rerum veterum cum superiorum ætate contexitur? Commemoratio autem Antiquitatis, exemplorumque prolatio, summa cum delectatione & auctoritatem orationi adfert, & fidem. Ergo, explicatis ordinibus temporum, vno in conspectu omnia videbis: quæ cùm studiosè tractare cœpero, ipsa tibi, SAPIENTISSIME REX, tractatio litterarum salutaris erit. Illud tamen, quod iam in ipsa Præfatione diximus, meminerimus, nihil nos præcipiendi causâ esse dicturos: atque ita potiùs acturos, vt existimatores videamur loqui, non magistri. In quo tamen longiùs progredimur, quòd videmus non te hæc solum, DOCTISSIME REX, esse lecturum, qui ea multò quàm nos, qui quasi docere videamur, habeas notiora. Sed hunc Librum etiamsi minùs nostra commendatione, tuo tamen nomine, diuulgari necesse est. En

Auia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo: iuuat integros accedere fontes,
Atque haurire; iuuatque nouos decerpere fructus;
INSIGNEMQVE MEO CAPITI PETERE INDE CORONAM,
Vnde priùs nulli velatint tempora Musæ:
Primum quòd MAGNIS doceo de Rebus, & Actis:
RELLIGIONVM animum NODIS exsoluere pergo.

ECCE igitur orditur explanatque Gregorius Prophetæ Iobi è trigesimo sexto capite versiculum illum, in quo quidem DE BRITANNIA cæterisque nobilissimis Insulis, vaticinari cœpit: Si voluerit extendere Nubes, quasi tentorium, & fulgurare lumine suo desuper; CARDINES quoque MARIS operiet. Caput illud inscribit Gregorius: Quòd diffusis per Orbem Prædicatoribus, mansio præparata est Deo in credentium cordibus, & CLARESCENTIBVS MIRACVLIS, vsque ad terminos mundi nomen Christi peruenit. additque Gregorius suam fidelissimam Interpretationem, quæ est huiusmodi: Quid enim sentire FVLGVRA, nisi MIRACVLA, debemus? de quibus per Psalmistam dicitur; Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos. Per has ergo Nubes lumine suo desuper fulgu- CAP. XIV. Iob. 36. v. 29. Psal. 143. v. 6.

» rat; quia per Prædicatores Sanctos INSENSIBILITATIS NOSTRÆ TE-
» NEBRAS etiam MIRACVLIS illustrat. Cúmque Nubes istæ verbis
» pluunt, cúmque miraculis vim coruscæ lucis aperiunt, EXTREMOS
» ETIAM MVNDI TERMINOS IN DIVINO AMORE CONVERTVNT.
» Vnde rectè subditur: CARDINES QVOQVE MARIS OPERIET:
» Quod FACIENDVM quidem Eliu vocibus audiuimus, sed AVCTO-
» RE DEO iam FACTVM cernimus. Omnipotens enim Dominus
» coruscantibus nubibus CARDINES MARIS operuit: quia emican-
» tibus PRÆDICATORVM MIRACVLIS ad Fidem etiam TERMINOS
» MVNDI perduxit. Ecce enim pæne Cunctarum iam Gentium cor-
» da penetrauit: ECCE IN VNA FIDE ORIENTIS LIMITEM OCCI-
» DENTISQVE CONIVNXIT: ECCE LINGVA BRITANNIÆ, QVÆ NIL
» ALIVD NOVERAT, QVAM BARBARVM FRENDERE, IAMDVDVM
» IN DIVINIS LAVDIBVS HEBRÆVM COEPIT HALLELVIA RESO-
» NARE. Ecce quondam tumidus, iam substratus Sanctorum pedi-
» bus seruit Oceanus, eiusque barbaros motus, quos Terreni Princi-
» pes edomare ferro nequiuerant, hos, pro diuina formidine, SA-
» CERDOTVM ORA SIMPLICIBVS VERBIS LIGANT: & qui cateruas
» pugnantium infidelis nequaquam metuerat, iam nunc fidelis HV-
» MILIVM LINGVAS TIMET. Quia enim perceptis cælestibus verbis,
» CLARESCENTIBVS quoque MIRACVLIS virtus ei diuinæ cognitio-
» nis infunditur, eiusdem diuinitatis terrore refrenatur, vt praua age-
» re metuat, ac totis desiderijs AD ÆTERNITATIS GRATIAM perue-
» nire concupiscat. Vnde hîc quoque conuenienter adiungitur: PER
» HÆC ENIM IVDICAT POPVLOS, ET DAT ESCAS MVLTIS MORTA-
» LIBVS. Per hæc nimirum verba Prædicatorum, id est, GVTTAS
» NVBIVM; per hæc FVLGVRA MIRACVLORVM, Deus populos iudi-
» cat: quia eorum corda territa ad pœnitentiam vocat. Nam dum
» superna audiunt, dum mira opera attendunt, mox ad corda sua re-
» deunt, & se de anteactis prauitatibus affligentes, æterna tormenta
» pertimescunt. Sed per easdem Nubes, per quas TERROR infligi-
» tur, etiam ESCA datur: quia magna Prædicatorum dispensatio est,
» vt sic sciant superbientium mentes affligere, vt etiam afflictas no-
» uerint consolationis eloquio nutrire; quatenus & peccantes, de æter-
» nis supplicijs terreant, & pœnitentes, DE SVPERNI REGNI GAV-
» DIIS pascant. Vnde bene ipse dispensationis ordo seruatus est, vt
» ordinatè Eliu diceret, quòd per has Nubes priùs IVDICAT PO-
» PVLOS, & postmodum Escas præbet: quia nimirum omnipotens
» Deus per Prædicatores suos priùs nos de praua actione corripiens
» concutit, & postmodum per spem consolans nutrit. Si enim diui-
» na dispensatio per has Nubes iudicium modò non ageret, nequa-
Ioan. 20. v. 22. » quam eisdem Nubibus dixisset; Accipite Spiritum Sanctum. Quo-
» rum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis,
» retenta sunt. Et rursum, si per eas ieiuna nostra corda non pasce-
» ret, nequaquam de esurientibus populis, Discipulis Dominus dice-
Matt. 14. v. 16. » ret; DATE ILLIS VOS MANDVCARE. Quod sic tunc eorum

MANIBVS

MANIBVS factum credimus, vt hoc eorum VERBIS quotidie fieri
sine cessatione videamus. Quid enim agit PETRVS, cùm PER EPI-
STOLAS LOQVITVR, nisi vt verbi pabulo corda nostra male ieiu-
na satientur? Quid PAVLVS, quid Ioannes, PER EPISTOLAS
LOQVENTES, operantur; nisi vt mentes nostræ cælestia alimen-
ta percipiant, & inediæ suæ fastidium, quo moriebantur, vin-
cant? Dicatur ergo; Si voluerit extendere Nubes, quasi tento-
rium suum, & fulgurare lumine suo desuper, CARDINES quoque
MARIS operiet: Per hæc enim iudicat populos, & dat escas mul-
tis mortalibus. Ac si apertè diceret: Si sanctos suos in ministe-
rio prædicationis extendit, eorumque VERBA MIRACVLIS
ADIVVAT, Totius Mundi limites ad Fidem vocat, per quæ &
priùs superbientes iudicat, & post per Verbum consolationis nu-
triens in spe humiles roborat. Sed cùm ESCAS dare mortalibus
diceret, notandum quòd non ait, Omnibus, sed Multis: quia vi-
delicet scriptum est; Non omnium est Fides: Et quibusdam di- 2. Thess. 3.
citur; Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Et rur- v. 2. Ioan. 8.
sum; Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, tra- v. 47.
xerit eum. Et rursum; Nouit Dominus qui sunt eius. Vnde IN Ioan. 6.
IPSA quoque SANCTA ECCLESIA PLVRIMI FIDEM TENENT, v. 44.
ET VITAM FIDEI NON TENENT: HVMILITATIS DOMINICÆ
SACRAMENTA percipiunt, sed humiliari Dominica Imitatione con-
temnunt: blanda diuini eloquij PRÆDICAMENTA communi-
cant, sed apud se immanes in tumore perseuerant. Vnde hîc quo-
que, postquam PER CARDINES MARIS AGGREGATÆ ECCLE-
SIÆ LATITVDO SIGNATA EST, aptè subiungitur: IN MANI-
BVS ABSCONDIT LVCEM. Atque hæc primo loco Gregorius: vbi
celeberrimam primamque, DE MAIORIS BRITANNIÆ CONVER-
SIONE, Prophetiam, à PROPHETA NATVRÆ ECCLESIÆQVE
GENTIVM Iobo, QVINQVIES illo VICTORE, τῷ Γενναιάθλῳ, (quo no-
mine Sophronius, Archiepiscopus Hierosolymitanus, Epistolâ ad
Sergium Constantinopolitanum Parriarcham, Beatum Iobum vocat,
vti ex eiusdem Sophronij Libro Synodico Sexta Synodus, Actione
vndecima, protulit) editam, omnium omnino primus aperuit. No-
stro more ingrediamur; vel potiùs, quandoquidem ex pacto agi-
mus, nostram Interpretationem Gregorianis dictis, immo oraculis,
subiungamus, eaque paululum regustemus:

Sacra recognosces Annalibus eruta priscis.

AGAMVS igitur, at pingui Minerua, vt aiunt: ne CAP. XV.
à Christiana Simplicitate, quæ fidelissima est Veritatis custos,
longiùs recedamus. Neque enim id ad viuum reseco, vt illi qui
hæc subtiliùs differunt, fortasse verè, sed ad communem vtilita-
tem parum. Itaque septem partibus suæ, siue à se allatæ, Prophe-
tiæ Interpretationem constare voluit Magnus ille Gregorius. PRI-
MA Pars Miracula, & Fulgura Miraculorum, vt ipsius verbis vtar,
continet. SECVNDA, cum Britannis Neophytis non Anglicum

ſed Hebræum cantat Halleluia, docetque ſatis qua lingua (id eſt, haud vernaculâ, ſed Eccleſiaſticâ) BRITANNICA ECCLESIA naſcens laudes diuinas olim celebrarit? Illud ſcilicet Eccleſiaſticum HALLELVIA eſt de quo, longè ante Cantuarienſem Auguſtinum, Hipponenſis Auguſtinus quondam, Sermone ſuper Geſtis cum Emeri-
» to: Extra ECCLESIAM CATHOLICAM totum poteſt, præter SALV-
» TEM. Poteſt habere Honorem; poteſt habere Sacramentum; po-
» teſt CANTARE HALLELVIA; poteſt reſpondere AMEN; poteſt
» Euangelium tenêre; poteſt in nomine Patris & Filij & Spiritus
» Sancti Fidem & habere & prædicare: SED NVSQVAM NISI IN
» ECCLESIA CATHOLICA SALVTEM POTERIT INVENIRE. TERTIA Sanctos agnoſcit, Sanctorumque pedibus ſubſternit Oceanum. QVARTA repræſentat Sacerdotum ora, quæ metuendos Principibus populos ſimplicibus verbis ligant, auctore eo qui ligandi atque ſoluendi PONTIFICIVM, ſiue omnimodam poteſtatem, ſuis
Ioan. 20. v. 23. » diſcipulis dedit; quique dixit: Accipite Spiritum Sanctum: quo-
» rum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis,
» retenta ſunt. QVINTA conceptum de anteactis peccatis dolorem, veræ pœnitentiæ neceſſariò copulandum definit; ne potiùs mutatio conſilij, quàm, quæ à pœna dicta eſt, pœnitudo videretur. Cecinit hæc libro tertio in Geneſin, qui DE SENTENTIA DEI inſcribitur, Sanctus Auitus Alcimus, Archiepiſcopus Viennenſis, vir nobiliſſimus, ſanctiſſimus, & doctiſſimus, hoc diſticho:

Dum locus eſt flendi, dum ſe clementia Chriſti
Pandit, FLETE ADMISSA, NEC INDE ADMITTITE FLENDA.

» Hæc Beatus Auitus, Epiſcopus & Confeſſor: CVIVS FIDE (vt ad natalem eius diem, Nonis Februarij, Eccleſia in Martyrologio ca-
» nit) ET INDVSTRIA, ATQVE MIRABILI DOCTRINA, AB INFE-
» STATIONE ARIANÆ HÆRESIS GALLIÆ DEFENSÆ SVNT. SEXTA Eccleſiam profitetur, docetque Sanctam eſſe, atque in ipſa Sancta Catholica Chriſtianorum Eccleſia animaduertit, Fidem tenêre quamplurimos, qui tamen Vitam Fidei non teneant. quò nimirum à Charitate & Conſcientia Fidem ita diſtinguendam eſſe ſignificet, vt hominis in peccata lapſum non neceſſariò Fidei iactura conſequatur. SEPTIMA denique atque VLTIMA Gregorianæ orationis pars ſic diffuſam Toto Orbe veram Eccleſiam declarat, vt non alijs finibus quàm Cardinibus Maris (vt de BRITANNICA ECCLESIA nuper fundata agnoſcit) aggregatæ Eccleſiæ latitudinem ſignatam eſſe teſtetur. Verùm hæc ludorum atque pompæ: nos autem iam in aciem dimicationemque veniamus.

CAP. XVI. ADMISSVS ergo in Angliam per Auguſtinum interpretem internuntiumque ſuum noſter Gregorius, apud ALDIBERGAM Anglorum Reginam, DE CONIVGE AD MELIORA EXHORTANDO agit, atque hac eam Epiſtola ſalutat:
» Qui poſt terrenam poteſtatem, Regni cæleſtis gloriam cupit acqui-

rere, ad faciendum lucrum Creatori suo, debet enixiùs laborare, «
vt ad ea quæ desiderat, operationis suæ gradibus possit ascendere: «
sicut vos fecisse gaudemus. Remeantes igitur, dilectissimus Filius «
noster, LAVRENTIVS Presbyter, & PETRVS Monachus, qua- «
lis erga REVERENDISSIMVM FRATREM ET COEPISCO- «
PVM nostrum AVGVSTINVM, Gloria Vestra exstiterit, quan- «
taque illis solatia vel qualem charitatem impenderit, retulerunt. Et «
omnipotentem Deum benediximus, qui CONVERSIONEM GEN- «
TIS ANGLORVM mercedi vestræ dignatus est propitius reseruare. «
Nam, sicut per recordandæ memoriæ Helenam, Matrem pijssimi «
Constantini Imperatoris, ad Christianam fidem corda Romano- «
rum accendit: ita & per Gloriæ Vestræ studium in ANGLORVM «
Gente ei misericordiam confidimus operari. Et quidem iam du- «
dum Gloriosi FILII NOSTRI Coniugis vestri animos prudentiæ «
vestræ bono, sicut reuera Christianæ, debuistis inflectere, vt pro «
REGNI & animæ suæ salute, FIDEM, QVAM COLITIS, SEQVE- «
RETVR: quatenus & de eo, & per eum De Totius Gentis Conuersio- «
ne digna vobis in cælestibus gaudijs retributio nasceretur. Nam «
postquam, sicut diximus, & recta FIDE Gloria Vestra MVNITA, «
& LITTERIS DOCTA est, hoc vobis nec tardum, nec debuit esse dif- «
ficile. Et quoniam, Deo volente, aptum nunc tempus est, agite, vt, «
diuina gratia cooperante, cum augmento possitis quod neglectum «
est reparare. Itaque mentem Gloriosi Coniugis vestri in dilectio- «
ne Christianæ Fidei adhortatione assidua roborate, vestra illi sol- «
licitudo augmentum in Dei amore infundat, atque ita animos «
eius, etiam pro subiectæ sibi gentis Plenissima Conuersione succen- «
dat; vt & magnum omnipotenti Domino de deuotionis suæ stu- «
dio sacrificium offeratis, & ea quæ de vobis narrata sunt, crescant, «
& vera esse modis omnibus approbentur. Quia bona vestra non «
solùm iam apud ROMANOS, QVI PRO VITA VESTRA FORTIVS «
ORAVERVNT; sed etiam per diuersa loca, & vsque Constantinopo- «
lim, ad SERENISSIMVM PRINCIPEM peruenerunt. Vt sicut nobis «
de Christianitatis vestræ solatijs lætitia facta est, ita quoque de per- «
fecta operatione vestra ANGELIS fiat gaudium in cælis. Sic vos «
in adiutorio supradicti REVERENDISSIMI FRATRIS ET «
COEPISCOPI nostri, & Seruorum Dei QVOS ILLVC MISIMVS, «
in Conuersione Gentis vestræ, deuotè ac totis viribus exhibete; vt «
& hîc feliciter cum Glorioso FILIO NOSTRO Coniuge vestro tegne- «
tis, & post longa annorum tempora, futuræ quoque vitæ gaudia, «
quæ finem habere nesciunt, capiatis. Oramus autem omnipotentem «
Deum, vt Gloriæ Vestræ cor & ad operanda quæ diximus, gratiæ «
suæ igne succendat, & æternæ mercedis fructum vobis de placita sibi «
operatione concedat. Ecce Gregorij recitata Prima, DE ECCLESIA «
BRITANNICA AC DE PROPAGANDA FIDE, Epistola est; si non
mole ponderosa, at sensu certè grauis, nec ab vllo nostrûm sic-
cis oculis contemplanda. Etenim in Aldiberga nostra suos ad

Fidem conuertente Anglos, quis non deploret ſimilem tibi, IACOBE REX, differti gloriam, cui nihil præter hanc diuinam miſericordiam deeſt? Si ſexum ſpectemus, prouidentiam intuebimur, quæ & Deo, gloriæ, & nobis humilitatis anſam præbeat: ſin autem doctrinam, qua ſupra muliebrem ſortem euectam teſtatur Gregorius,
» (his videlicet verbis: NAM POSTQVAM, SICVT DIXIMVS, ET CERTA
» FIDE GLORIA VESTRA MVNITA, ET LITTERIS DOCTA EST,
» HOC VOBIS NEC TARDVM, NEC DEBVIT ESSE DIFFICILE) ſpem naſcentem ac ſurgentem cernemus noſtris temporibus fore, vt, conceſſo cælitus Anglis, noſtro ſæculo, Principe, qui æquè Doctrinæ ac Regni hereditario iure potiatur, vnà cum Doctrina Fides ac Pietas ad antiquos ritus ac mores reuerſuræ eſſe videantur. Antiquæ autem Fidei atque Pietatis Octo conditiones ac leges hac Epiſtola contra Nouatores recenſentur. PRIMA eſt; REGES, qui ſalu-
Phil. 2. v. 12. tem ſuam, vt ſcriptum eſt, operantur, in Regni cæleſtis gloriam, bonorum operum ſuorum quaſi gradibus, aſcendere ac ſubleuari. SECVNDA; Presbyterum, gradus atque ordinis, non ætatis eſſe cognomen; vt in eo qui vocatur FILIVS, Laurentio Presbytero, obſeruare licet. TERTIA; Presbyterum quidem FILIVM, at Epiſcopum Romani Pontificis REVERENDISSIMVM FRATREM ET COEPISCOPVM dici. Ex quo cæcus ſit qui non videat, quantum ſit inter Epiſcopum & Presbyterum dignitatis conſtitutum diſcrimen. Quæ quidem proximæ conditiones duæ, tametſi Anglos non percellunt, hac in parte Antiquitatis ſatis retinentes, perturbant ſaltem quoslibet Sectarios, qui Hierarchiam quoquo modo oppugnant, quibuſcum nihilominus aliquo ſocietatis iure vtuntur. Quapropter, ne quid diſſimulando omittam ac peccem, aut ne tam anxiè & ſuperſtitiosè Anglorum à Gallis Nouatoribus cauſam diuidam, velut mutuis teſtimonijs, tanquam communes aduerſarios, vtroſque, vtriſque faciſè patientibus, ſi modò, vt par eſt, Victoriam Saluti poſtponunt, vincamus. Etenim vindicare ſibi ſuo iure & poteſt & ſolet partem Patria, eorum quæ diſpenſanda alijs, nobis ſuppeditat. Ac præterea; vt auctor eſt Cæleſtinus Papa, Epiſtolâ ad Neſtorium, de Neſtorio loquens, in materia DE PECCATO ORIGINALI, ab illorum temporum Hæreticis, Pelagianis, diſſentiente, atque cum
» Catholicis ſentiente, Catholicéque hac ex parte ſcribente; NVN-
» QVAM SINE SVSPICIONE EA QVÆ SIBI SVNT ADVERSA, CONVE-
» NIVNT. EIICERENTVR DENIQVE, SI TIBI SIMILITER DISPLICE-
» RENT: Οὐδέποτε ἀνυπόπτως τὰ ἐναντία ἑαυτοῖς συμφωνεῖ· ἀλλὰ μὴν ἐξεβάλλοντο, εἰ καὶ σοὶ ὁμοίως ἀπήρεσκον. Itaque & illud DE SACRA EPISCOPORVM AVCTORITATE, AC ORDINIBVS SACRIS, DEQVE PRESBYTERI AB EPISCOPO DISCRIMINE, dicamus: reſcripſiſſe nimirum OEcumenicum Concilium Sardicenſe, in Synodica illa ad omnes
» Epiſcopos, quæ apud Athanaſium eſt, Apologiâ ſecundâ: Immo
» præter hæc omnia, depoſitos olim & eiectos, ob Arianam hæreſim,
» non ſolùm receperint, ſed AD MAIORES GRADVS EVEXERINT,

EX DIACONIS PRESBYTEROS, EX PRESBYTERIS EPISCOPOS FA- «
CIENTES; non in alium vſum, quàm vt impietatem diſſeminarent «
latiúſque diffunderent, & PIAM FIDEM corrumperent: Ἐπὶ τούτων «
πρὸς τούτοις πᾶσι, καὶ τοὺς πάλαι καθαιρεθέντας καὶ ἐκβληθέντας, διὰ τὴν τοῦ Ἀρείου αἵρεσιν, οὐ μόνον ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ ΕΙΣ ΜΕΙΖΟΝΑ ΒΑΘΜΟΝ ΠΡΟΗΓΑΓΟΝ· ΔΙΑΚΟΝΟΥΣ ΜΕΝ, ΕΙΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ, ΑΠΟ ΔΕ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝ ΕΙΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ· δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἵνα τὴν ἀσέβειαν διασπείρωσι καὶ πλατύνωσι δυνηθῶσι, καὶ ΤΗΝ ΕΥΣΕΒΗ διαφθείρωσι ΠΙΣΤΙΝ. Quapropter Nazianzenus, in Conſtantinopolitano Concilio, Oratione illa ad Centum Quinquaginta Epiſcopos, Epiſcopalem Cathedram τὸ Ἐπίφθονον ὕψος καὶ Ἐπικίνδυνον, id eſt, INVIDIOSVM ET PERICVLOSVM FASTIGIVM, vocat. Ac tandem, de ſpontanea ſua Conſtantinopolitani Throni abdicatione ibidem loquens, ait: NON ENIM DEI QVO- «
QVE IACTVRAM FACIENT, QVI THRONIS CESSERINT; SED SVPER- «
NAM CATHEDRAM HABEBVNT HIS MVLTO SVBLIMIOREM ET TV- «
TIOREM: Οὐ γὰρ καὶ τὸν Θεὸν ἀπολοῦσιν οἱ ΤΩΝ ΘΡΟΝΩΝ παραχωρήσαντες, «
ΑΛΛ' ΕΞΟΥΣΙ ΤΗΝ ΑΝΩ ΚΑΘΕΔΡΑΝ· Η ΠΟΛΥ ΤΟΥΤΩΝ ΥΨΗΛΟΤΕΡΑ ΤΕ ΚΑΙ ΑΣΦΑΛΕΣΤΕΡΑ ΕΣΤΙ. Sed, quod longè maius eſt, Paſchaſinus & Lucentius Reuerendiſſimi Epiſcopi, & Bonifacius Preſbyter, VICARII APOSTOLICI CATHEDRÆ ROMÆ, Οἱ Τοποτηρηταὶ τῆς Ἀποστολικῆς Καθέδρας τῆς Ῥώμης, Chalcedonenſi Actione quinta, dixerunt, cùm quæſtio orta eſſet de Epiſcopis à Photio ordinatis, ab Euſtathio verò amotis, & poſt Epiſcopatum Preſbyteris eſſe iuſſis: EPISCO- «
PVM IN GRADVM PRESBYTERI REDIGERE, (aliàs, DEMITTERE) «
SACRILEGIVM EST: Ἐπίσκοπον εἰς Πρεσβυτέρου ΚΑΤΑΓΕΙΝ βαθμὸν, ΙΕ- «
ΡΟΣΥΛΙΑ ΕΣΤΙΝ. Cætera, quæ in hanc Catholicam ſententiam ſequúntur, quærat, quem minima ea de re dubitatio tangat: eò quippe loci offendet, quid cum Eccleſia ſentiendum ſit. Præterea obſerues, hanc, vt incautæ huic noſtræ Poſteritati proſpiceretur, iiſdem pæne verbis ſententiam, Actione decima quinta, inter Synodicos referri Canones, Canone vigeſimo nono: EPISCOPVM IN PRESBYTERI «
GRADVM DEDVCERE, EST SACRILEGIVM: Ἐπίσκοπον εἰς Πρεσβυτέρου «
βαθμὸν ΦΕΡΕΙΝ, Ἱεροσυλία ἐστιν. Sed ad rem noſtram redeamus. QVARTA, Petri Monachi facta mentione, Monaſticum Inſtitutum probat, vetatque in Monachos impunè graſſari; vt qui Religionis Chriſtianæ in Anglia primi parentes magiſtrique extiterunt. Et certè Copronymus ille ſit neceſſe eſt, vetus illud portentum Imperij, de quo Sanctus Germanus, Conſtantinopolitanus Patriarcha, prædixit, vt, auctore Theophane, Annales Græcorum teſtantur, quòd cùm Baptiſmo Infans expiaretur, Sacrum Lauacrum ſtercore, vnde fœdiſſimum cognomen ſortitus eſt, inquinaſſet; Rempublicam & Eccleſiam, huius aliquando flagitijs polluendam: ſit, inquam, Copronymus, qui Monachos, quos IMMEMORANDOS, Ἀμνημονεύτους, ille appellabat, oderit; quo aliquando compulſi, vt Hiſtorici Græci narrant, pallio & cucullo depoſito, inire coniugia, & vitam ſordidis artibus tolerare; & cuius tyrannide, tradita militibus Monaſteria, vt Sacri Monachatus

memoria deleretur. Iure ergo ac meritò primitiua Anglia Monachos recepit. Quocirca in ipso QVARTO SYNODICO EVANGELIO, id est, Oecumenico Chalcedonensi Concilio, è Quattuor primis vno, quæ, Sacrorum Quattuor Euangeliorum instar, Gregorius vester probauit, Capitulum Primum Imperatoris Marciani, è Tribus quæ Synodo proposuit, (quæque agnouit potiùs debere ECCLESIASTICIS CANONIBVS FIRMARI, quàm IMPERATORIIS AC SÆCVLARIBVS
» LEGIBVS SANCIRI, cùm ad Synodum ait: Quædam CAPITVLA
» sunt, quæ ad honorem VESTRÆ REVERENTIÆ vobis seruauimus,
» decorum esse iudicantes, à vobis hæc REGVLARITER potiùs FOR-
» MARI PER SYNODVM, quàm NOSTRA LEGE SANCIRI: Τινά ἐστι ΚΕΦΑΛΑΙΑ, ἅτινα πρὸς τιμὴν ΤΗΣ ΥΜΕΤΕΡΑΣ ΕΥΛΑΒΕΙΑΣ ὑμῖν ἐφυλάξαμεν, πρέπον ἡγησάμενοι, παρ' ὑμῶν ταῦτα ΚΑΝΟΝΙΚΩΣ ΚΑΤΑ ΣΥΝΟΔΟΝ ΤΥΠΩΘΗΝΑΙ, Η ΜΟΝΟΙΣ ΘΕΣΠΙΣΘΗΝΑΙ ΗΜΕΤΕΡΟΙΣ) è Tribus, inquam, Imp. Marciani Capitulis, à Synodo probatis, Primum
» sic incipit, Actione sexta: Eos qui verè & sincerè Solitariam arri-
» piunt Vitam, DEBITO HONORE DIGNOS IVDICAMVS: Τοὺς ἀληθῶς, καὶ εἰλικρινῶς, τὸν Μονήρη μετιόντας Βίον, ΤΗΣ ΟΦΕΙΛΟΜΕΝΗΣ ΑΥΤΟΙΣ ΑΞΙΟΥΜΕΝ ΤΙΜΗΣ. Quod quidem REGIVM CAPITVLVM Primum, Quartus postmodum Concilij Canon fuit, Actione decima quinta,
Iof. 10. v. 14. ijsdem ferè, sed Synodicis, verbis, OBEDIENTE DOMINO VOCI HOMINIS, ac Imperatoriæ Regiæque Pietati obsecundante Ecclesia: Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν Μονήρη μετιόντες Βίον, ΤΗΣ ΠΡΟΣΗΚΟΥΣΗΣ ΑΞΙΟΥΣΘΩΣΑΝ ΤΙΜΗΣ. Cuius quidem Canonis duplex Latina Ver-
» sio atque Editio est. Altera: Qui verè & sincerè SINGVLAREM
» (aliàs, Solitariam) sectantur Vitam, COMPETENTER HONOREN-
» TVR. Altera: Qui verè & PVRE Solitariam eligunt Vitam, DI-
» GNI SVNT CONVENIENTI HONORE. Et tamen tui Angli, HVMANISSIME PRINCEPS, contra ius fasque illud & DIVINVM & REGIVM, acerbè, & contumeliosè, & nequiter inuehuntur in Monachos, Monachorumque institutum & odêre, & persequuntur, & damnant. O tempora inimica virtutis! O mores Beneficiorum immemores! Neque enim probamus eos, qui & nomine & habitu &
2. Tim. 3. v. 5. instituto Sancto Monastico Speciem pietatis præferentes, Virtutem autem eius abnegantes, abutuntur. Quin detestandus nobis videtur Apostata Lutherus, vt quondam Valentiniano ac Marciano Impp. Eutyches. En, Rescripto ad Palladium Præfectum Prætoriorum Orientis, Valentinianum Præfectum Illyrici, Tatianum Præfectum Vrbis, Vincomalum MAGISTRVM DIVINORVM OFFICIORVM, ac Consulem Designatum, De confirmandis quæ à Sancta Synodo Chalcedonensi contra Eutychem & eius Monachos constituta sunt, quid aiunt? Τοὺς μέντοι γε παρὰ τούτου Κληρικοὺς ὄντας τῆς Ορθοδόξου Πίστεως, καὶ ΜΟΝΑΧΟΥΣ, τοὺς δὲ αὐτοῦ οἰκήσαντας Εὐτυχοῦς ΚΑΤΑΓΩΓΙΟΝ, (οὐδὲ γὰρ λέγειν πρέπει ΜΟΝΑΣΤΗΡΙΟΝ, ὅπερ τοὺς τῆς ἀσεβείας ἔσχεν ἐχθρούς) τοὺς εἰς τοῦτο ἐλάσαντας μανίας, ὥστε, καταλειφθείσης τῆς εὐσεβοῦς προσκυνουμένης θρησκείας, καὶ τῆς ΣΥΝΟΔΙΚΗΣ ΚΡΙΣΕΩΣ, οἱ σχεδὸν ἐκ πάσης τῆς

Οἰκουμενικῆς συναχθέντες ἐν Χαλκηδόνι, ΩΡΙΣΑΝ ΙΕΡΕΙΣ, ἀκολουθῆσαι ΤΟΙΣ ΦΑΥΛΟΙΣ ΔΙΔΑΓΜΑΣΙΝ ΕΥΤΥΧΟΥΣ, ἐπειδήπερ τὸ ἀληθὲς φῶς καταλείψαντες, τὸ σκότος ἐπιλέξασθαι δεῖν ᾠήθησαν, ΠΑΣΑΙΣ ΤΑΙΣ ΤΙΜΩΡΙΑΙΣ, ΤΑΙΣ ΚΑΙ ΤΩΔΕ ΤΩ ΝΟΜΩ, ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝΑΙΣ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ ΩΡΙΣΜΕΝΑΙΣ ΚΑΤΑΣΧΕΘΗΝΑΙ ΚΕΛΕΥΟΜΕΝ. καθάπερ αἱ πρότερον Εὐσεβεῖς Διατάξεις, περὶ Μανιχαίων ἐτύπωσαν: Eos autem « qui antehac Clerici Orthodoxæ Fidei fuere, & MONACHI, qui « quondam Eutychis habitauere DIVERSORIVM, siue in eodem cum « Eutyche habitauêre DIVERSORIO; (neque enim MONASTERIVM « dicendum est, quod Religionis habuit inimicos) qui ad hoc vsque « insaniæ processerunt, vt relicto venerabilis religionis cultu, & SYNODICO DECRETO, quod Totius pæne Orbis Chalcedone coadunati DECREVERE SACERDOTES, INFAVSTAM EVTYCHETIS sequantur ASSERTIONEM: quia vera luce deserta tenebras eligendas esse crediderunt, OMNIBVS POENIS QVÆ VEL HAC VEL PRÆCEDENTIBVS LEGIBVS ADVERSVS HÆRETICOS DEFINITÆ SVNT, IVBEMVS TENERI, sicut præcedentes Religiosissimæ Constitutiones de Manichæis constituêre. Idem de Pseudo-Monacho ac « Pseudo-Eremita Luthero, cæterisque qui non Apostolicam in Pace, sed Apostaticam in turbis ac tumultu vitam viuunt, Christianitatis illi Heroës procul dubio edixissent. Quare, Patrum vestigijs insistentes, Quartum Chalcedonensem Canonem, ex Regio Scripto iterum apud te piè prudenterque integrum pronuntiamus: Qui « VERE & SINCERE singularem (aliàs, Solitariam) sectantur Vitam, « competenter honorentur. Quoniam verò quidam, vtentes habitu Monachali, Ecclesiastica negotia Ciuiliaque conturbant, circumeüntes indifferenter Vrbes, nec non & Monasteria sibi instituere tentantes; PLACVIT, nullum quidem vsquam ædificare aut constituere Monasterium, vel ORATORII DOMVM, præter CONSCIENTIAM (aliàs, VOLVNTATEM,) CIVITATIS EPISCOPI. Monachos verò per vnamquamque Ciuitatem aut Regionem, subiectos esse Episcopo, & Quietem diligere, & intentos esse tantummodo IEIVNIO & ORATIONI, in locis in quibus renuntiauerunt sæculo, permanentes: nec ECCLESIASTICIS verò, nec SECVLARIBVS Negotijs « Communicent, vel in aliquo sint Molesti, propria Monasteria deserentes: NISI FORTE HIS PRÆCIPIATVR, (aliàs, PERMISSVM FVERIT) PROPTER OPVS NECESSARIVM, AB EPISCOPO CIVITATIS. Nullum verò Recipere in Monasterijs Seruum, vt sit cum eis Monachi obtentu, (aliàs, Monachus) PRÆTER SVI DOMINI CONSCIENTIAM. (aliàs, VOLVNTATEM,) Transgredientem verò hanc « DEFINITIONEM nostram, EXCOMMVNICATVM ESSE DECERNIMVS., NE NOMEN DEI BLASPHEMETVR. Verumtamen Episcopum conuenit Ciuitatis, COMPETENTEM MONASTERIORVM PROVIDENTIAM GERERE: Οἱ ΑΛΗΘΩΣ καὶ ΕΙΛΙΚΡΙΝΩΣ τὸν ΜΟΝΗΡΗ μετιόντες ΒΙΟΝ, τῆς προσηκούσης ἀξιούσθωσαν τιμῆς. ἐπειδὴ δέ τινες τῷ Μοναχικῷ κεχρημένοι Προσχήματι, τάς τε Ἐκκλησίας, καὶ τὰ Πολιτικὰ διαταράττουσι

Πράγματα, περιϊόντες ἀδιαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Μοναστήρια ἑαυτοῖς συνιστᾷν ἐπιτηδεύοντες, ΕΔΟΞΕ, μηδένα μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν, μηδὲ συνιστᾷν Μοναστήριον, ἢ ΕΥΚΤΗΡΙΟΝ ΟΙΚΟΝ, παρὰ ΓΝΩΜΗΝ ΤΟΥ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ. Τοὺς δὲ καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μονάζοντας, Υποτετάχθαι τῷ Επισκόπῳ, καὶ τὴν Ησυχίαν Ασπάζεσθαι, καὶ Προσέχειν μόνῃ ΤΗ ΝΗΣΤΕΙΑ, καὶ τῇ ΠΡΟΣΕΥΧΗ, ἐν οἷς τόποις ἀπετάξαντο Προσκαρτεροῦντες, μήτε δὲ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΙΣ, μήτε ΒΙΩΤΙΚΟΙΣ παρενοχλεῖν Πράγμασιν, ἢ Επικοινωνεῖν, καταλιμπάνοντας τὰ ἴδια Μοναστήρια· ΕΙ ΜΗ ΠΟΤΕ ΑΡΑ ΕΠΙΤΡΑΠΕΙΕΝ, ΔΙΑ ΧΡΕΙΑΝ ΑΝΑΓΚΑΙΑΝ, ΥΠΟ ΤΟΥ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ· Μηδένα δὲ προσδέχεσθαι ἐν τοῖς Μοναστηρίοις δοῦλον, ἐπὶ τῷ μονάσαι, Παρὰ ΓΝΩΜΗΝ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ. Τὸν δὲ παραβαίνοντα τοῦτον ἡμῶν τὸν ΟΡΟΝ, ΩΡΙΣΑΜΕΝ, ΑΚΟΙΝΩΝΗΤΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΙΝΑ ΜΗ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΒΛΑΣΦΗΜΗΤΑΙ. Τὸν μέντοι Επίσκοπον τῆς πόλεως, χρὴ, ΤΗΝ ΔΕΟΥΣΑΝ ΠΡΟΝΟΙΑΝ ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ ΤΩΝ ΜΟΝΑΣΤΗΡΙΩΝ. Cæterùm Aſcetæ ſolitariam vitam degentes, STVDIOSI dicti ſunt olim, tanquam ſoli ij eſſent veræ virtutis cultores. Exſtat apud Septimam Synodum, poſt Canones, SERMO LAVDATORIVS, Sanctæ pronuntiatus Synodo ab Epiphanio Diacono Eccleſiæ Catanæ, Siculorum Prouinciæ, ac LOCISERVATORE Thomæ Archiepiſcopi Sardorum Inſulæ; cuius extrema ferme hæc verba ſunt,
» per apoſtrophen ad Eccleſiam Catholicam: Decet enim te & o-
» mnium Sanctorum Apoſtolorum, & Prophetarum, Confeſſorum,
» Patriarcharum, & Sanctorum Patrum, STVDIOSORVM quoque ac
» Martyrum, & totius PII COLLEGII Formatas Imagines interiùs in
» picturarum confectionibus ferre: quatenus ipſa perfectionem
» Orientis, qui te ab alto circumfulſit, omni viſione oſtentes. QVINTA, Mercedi Deus Populorum Conuerſionem reſeruat adſcribitque, & maxime Regibus, ſi in Euangelio propagando laborare nitantur. SEXTA, demonſtrat, Anglorum Regem, ab Anglicana Eccleſia condita, ROMANI PONTIFICIS FILIVM ſolitum appellari: à quo tamen, id eſt, à parente, adeoque à teipſo, impiè atque crudeliter, ſi modò Nouatoribus credas, tanquam ab Antichriſto, SAPIENTISSIME IACOBE, abhorrebis. SEPTIMA, confirmat Fidei conducere, vt Conuerſionis Operarijs Deus Opt. Max. dignam remunerationem in cælo, tanquam in loco debitum, retribuat. OCTAVA porrò atque extrema conditio eſt; vt diuina Gratia credatur Cooperans: neu ſine diuina gratia, ſuperbè atque impotenter; ſine noſtris autem viribus, otioſè atque inaniter, quidpiam à nobis ſuſceptum atque tentatum ſit.

CAP. XVII. Nec verò fruſtra ſuſcepta aut temere tentata ANGLORVM CONVERSIO eſt ad Apoſtolicam Chriſti Fidem, cuius leges quaſi ſparſas, tibi vno ordine colligimus. Etenim Rex ALDIBERTVS Chriſti iugo cum Vxore ſociatur: eique confeſtim De ſua deque ſuorum Anglorum Conuerſione Gregorius gratulans, ſequenti Epiſtola, Regium animum, paternis verbis,
» hunc in modum erigit ac firmat: Propter hoc Omnipotens Deus
» bonos quoſque ad populorum regimina perducit, vt per eos,

omnibus quibus prælati fuerint, dona suæ pietatis impendat. Quod in ANGLORVM Gente factum cognouimus: cui Vestra Gloria, idcirco præposita est, vt per bona, quæ vobis concessa sunt, etiam subiectæ vobis genti superna beneficia præstarentur. Et ideo, Gloriose FILI, eam quam accepisti diuinitus gratiam, SOLLICITA MENTE custodi. Christianam Fidem in populis tibi subditis extendere festina. Zelum rectitudinis tuæ in eorum Conuersione multiplica: Idolorum cultus insequere: Fanorum ædificia euerte: subditorum mores in magna vitæ mundicia, EXHORTANDO, TERRENDO, BLANDIENDO, CORRIGENDO, ET BONI OPERIS EXEMPLA MONSTRANDO, ædifica; vt illum retributorem inuenias in cælo, cuius nomen atque cognitionem dilataueris in terra. Ipse enim Vestræ quoque Gloriæ nomen etiam posteris gloriosius reddet, cuius vos honorem quæritis & seruatis IN GENTIBVS. Sic enim Constantinus quondam, Pijssimus Imperator, ROMANAM REMPVBLICAM à peruersis Idolorum cultibus reuocans, Omnipotenti Domino Deo nostro Iesu Christo secum subdidit, seque, cum subiectis populis, tota ad Deum mente conuertit. VNDE FACTVM EST, VT ANTIQVORVM NOMEN PRINCIPVM SVIS VIR ILLE LAVDIBVS VINCERET; ET TANTO IN OPINIONE PRÆDECESSORES SVOS, QVANTO ET IN BONO OPERE, SVPERARET Et nunc itaque Vestra Gloria cognitionem vnius Dei Patris & Filij & Spiritus Sancti, REGIBVS, AC POPVLIS SIBIMET SVBIECTIS festinet infundere, vt & antiquos Gentis suæ Reges laudibus ac meritis transeat; & quantò in subiectis suis aliena peccata deterserit, tantò etiam de peccatis proprijs, ante Omnipotentis Dei TERRIBILE EXAMEN, securior fiat. REVERENDISSIMVS autem FRATER noster AVGVSTINVS Episcopus, IN MONASTERII REGVLA DOCTVS, Sacræ Scripturæ SCIENTIA repletus, Bonis, AVCTORE DEO, Operibus præditus, quæque vos admonet, libenter audire, deuotè peragite, studiosè in memoria reseruate: QVIA SI VOS EVM IN EO QVOD PRO OMNIPOTENTE DEO LOQVITVR, AVDITIS; IDEM OMNIPOTENS DEVS HVNC PRO VOBIS EXORANTEM CELERIVS EXAVDIET. SI ENIM (QVOD ABSIT) VERBA EIVS POSTPONITIS, QVANDO EVM OMNIPOTENS DEVS POTERIT AVDIRE PRO VOBIS, QVEM VOS NEGLIGETIS AVDIRE PRO DEO? Tota igitur mente cum eo vos IN FERVORE FIDEI stringite; atque adnisum illius, virtute, quam vobis Diuinitas tribuit, adiuuate: VT REGNI SVI VOS IPSE FACIAT ESSE PARTICIPES, CVIVS VOS FIDEM IN REGNO VESTRO RECIPITIS, ET FACITIS CVSTODIRI. Prætereà scire Vestram Gloriam volumus, quia, sicut in Scriptura Sacra, ex verbis Domini Omnipotentis, agnoscimus, præsentis mundi iam terminus iuxta est, & SANCTORVM REGNVM venturum est, quod nullo vnquam poterit fine terminari. Appropinquante autem eodem Mundi Termino, multa imminent, quæ ante non fuerunt, videlicet IMMVTATIONES AERIS, Terroresque de Luc. 21. v. 11.

» cælo, & CONTRA ORDINEM TEMPORVM Tempestates, Bella, Fames,
» Pestilentiæ, Terræ Motus per loca. Quæ tamen non omnia nostris
» diebus ventura sunt, sed post nostros dies omnia subsequentur.
» Vos itaque, si qua ex his euenire in terra vestra cognoscitis, nullo-
» modo vestrum animum perturbetis, quia idcirco hæc signa de fine
» sæculi præmittuntur, vt de animabus nostris debeamus esse solliciti,
» de mortis hora suspecti; vt Venturo Iudici in BONIS ACTIBVS in-
» ueniamur præparati. Hæc nunc, Gloriose FILI, paucis locutus
» sum, vt cùm Christiana Fides in REGNO vestro excreuerit, nostra
» quoque apud vos locutio latior excrescat; & tantò plus loqui li-
» beat, quantò se in mente vestra gaudia de Gentis vestræ perfecta
» Conuersione multiplicant. Parua autem XENIA transmisi, quæ
» vobis parua non erunt, cùm à nobis ex BEATI PETRI Apo-
» stoli fuerint BENEDICTIONE suscepta. Omnipotens itaque Deus
» in vobis gratiam suam, quam cœpit, custodiat atque perficiat, atque
» & hîc vitam vestram per multorum annorum curricula extendat,
» & post longa tempora IN CÆLESTIS PATRIÆ CONGREGATIONE
» recipiat. Integram, IACOBE REX, dum audis, quam huc transtuli,
Prou. 1. v. 8. Epistolam; Audi, vt in sacro prouerbio est, DISCIPLINAM Patris tui, qui te, in Aldiberto, FILII suauissimo illo nomine videtur appellare. Videre iam incipis iterum in ista blanda appellatione, quanta sit Patriæ tuæ Antiquitatis diuina admurmuratio. Neminem quidem, qui modò attentè consideret, adeo infatuare potuerit contraria Nouitas, quin vna voce, prima susceptæ Religionis Anglicana lex, ne quid secus credas, facilè reclamarit. PRIMO igitur, vt supra notatum, Angliæ Rex ECCLESIÆ ROMANÆ FILIVS dicendus est, quantumuis Romani Pontificis hostes Antichristiani molestè ferant, immo subringantur. SECVNDO; acceptæ Fidei gratia, etiam Angliæ Regi, quem Nouatores ECCLESIÆ CAPVT ferunt, SOLLICITA MENTE custodienda est; vtpote quæ semel admissa, omnino amitti & funditus euerti Nouitatis perfidiâ possit. TERTIO; Deum esse in cælo remunerandi operis auctorem certa animi notione præsentit, eumque hominibus, ætatis piè seueréque exactæ fructum quem meruerunt, retribuentem facit. QVARTO; Constantinum in BONO OPERE deprehendit, ac pio Principi, præter Æternum illud Cælorum Regnum, hîc famæ Centuplum, tanquam diuinas quasdam Centesimas, cum Anatocismi anniversario, Christum obseruaturum esse, pollicetur. Vnde Constantinopolitani Monachi in Supplicatione ad Theodosium ac Valentinia-
» num: Vos, inquiunt, OB ID IN MINISTROS, ET QVASI VI-
» CARIOS, DEVS ASSVMPSIT, VT ILLIVS GLORIAM STRENVE
» PROPVGNETIS, QVI ILLVSTRI QVOQVE HONORE VOS CV-
» MVLAVIT ET CVMVLAT SVBINDE, VOBISQVE CVM OMNIBVS
» SANCTIS, QVI MVNVS SVVM PRÆCLARE OBIERVNT, MERCE-
» DEM TEMPORE SVO REDDET. QVIBVS ET ILLVD QVOQVE DI-
Matt. 25. v. 23. » CTVRVS EST: EVGE SERVE BONE ET FIDELIS, QVIA SVPER

PAVCA FVISTI FIDELIS, SVPER MVLTA TE CONSTITVAM; INTRA IN GAVDIVM DOMINI TVI. QVI VERE CHRISTIANI SVNT, HIS IPSIS VERBIS PER OPERA CREDVNT: Εἰς τοῦτο γὰρ ὑμᾶς ἔθετο ὁ Θεὸς ΔΙΑΚΟΝΟΥΣ ὑπὲρ τῆς δόξης αὐτοῦ τοῦ δοξάσαντος ὑμᾶς καὶ δοξάσοντος, καὶ ἀποδώσοντος ὑμῖν τὸν μισθὸν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, τῶν καλῶς φυλαξάντων τὰς ἐγχειρισθείσας αὐτοῖς διακονίας· πρὸς οὓς εἶπεν· εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ, καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. ΟΙ ΟΝΤΩΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙ, ΤΟΥΤΟΙΣ ΤΟΙΣ ΛΟΓΟΙΣ ΔΙΑ ΤΩΝ ΕΡΓΩΝ ΠΙΣΤΕΥΟΥΣΙΝ. QVINTO: Episcopus Augustinus Romani Pontificis REVERENDISSIMVS FRATER denuo nuncupatur, vt proximè notatum ac disputatum est. SEXTO: commendatur à Diuo Gregorio Augustinus eo potissimùm nomine, quòd IN MONASTERII REGVLA, id est, in Instituto Monastico Monasticaque DISCIPLINA, exercitatus foret. Id autem, præter laudem Monasticam, quam tui Nouatores non admittunt, optimo sensu additum est; vt qui videlicet in regendis alijs multùm & sæpe versatus esset, officio Episcopi pæne par haberetur. Quapropter meritò vniuersos è Monachis Episcopos suos eligit Orientalis Ecclesia; gaudetque Gallicana nostra, spe redeuntis illius fœlicissimi Lirinensis Sæculi, exercitatissimum in ARTE illa ARTIVM, Regimine Animarum, DOMNVM illum RVADIVM, è nobilissima Parisiensi Cartusia, vt è militari tabernaculo in CONSERANENSEM solem & puluerem processisse, ac sub nomine BRVNONIS CONSERANENSIS, Gregorianum in morem, Monasticum Dialogum cum Cura Pastorali coniungere. Quid non dulcius speremus cùm sic CARTVSIENSES florilegæ illæ apes

----distendunt Nectare CELLAS?

SEPTIMO; neminem nostrûm latêre arbitror, ex Gregoriano Augustini elogio, quo Bonis, AVCTORE DEO, Operibus præditus prædicatur, condocefieri Primum Angliæ Christianum Regem, Bona Opera non solùm Fide credenda, sed Fidei, maximè Episcopo, iungenda esse: vt qui alios, cum Apostolo, moneat BONIS OPERIBVS PRÆESSE; & præsit ipse, & prosit. OCTAVO: Idcirco, Tit. 3. v. 8.
« inquit, Gregorius, signa de fine sæculi præmittuntur, vt de anima-
« bus nostris debeamus esse SOLLICITI, de mortis hora suspecti, vt
« venturo Iudici IN BONIS ACTIBVS inueniamur PRÆPARATI: ac
« si nos moneret, primùm cum timore ac tremore operandam salutem nostram: deinde de mortis hora diffidendum, & sanctiore vita antecedentibus annis præcauendum esse, vt Mors & Gratia in interitu nostro concurrant atque coniungantur; in quo potissimùm consistit summum illud amicorum Dei PERSEVERANTIÆ DONVM, de quo Concilia loquuntur; quod quidem nunquam sub meritum cadit, atque IN CONIVNCTIONE GRATIÆ CVM MORTE positum est: vnde Articulo Mortis nobis nihil debet esse suspectius. Postremo ex ea sententia colligitur, nil Bonis Operibus ad salutem vtilius, quæ, Æterno Iudici dum sistimur, nos paratissimos atque Phil. 2. v. 12.

tutiſſimos reddunt. Nono: Xenia, id eſt, pia ſanctaque munera
ra quæ ad primum Chriſtianorum Angliæ Regum tranſmiſit, ſiue
præmiſit Gregorius; Divi Petri reliqvias eſſe, non modò ſu-
» ſpicor, ſed pro certo polliceor atque confirmo. Parua autem, in-
» quit, Xenia tranſmiſi, quæ vobis parua non erunt, cùm à vo-
» bis Beati Petri Apoſtoli fuerint Benedictione ſuſcepta. Si-
milibus enim muneribus, ac velut Apoſtolicis quibuſdam præ-
mijs, Reges remunerandi Pontificius mos erat. Cuiuſmodi verò
illa fuerint, explicat idem Pontifex infinitis propemodum locis,
ſed maximè ad Childebertum Francorum Regem ſcribens, eique
Preſbyterum, cui Candidvs nomen erat, commendans; quem
Beati Petri Apostolorvm Principis, (vt loquitur) adminiſtran-
do in Gallia Patrimonio, in Dynamii Patricij locum, ſufficien-
» dum curauerat: Claves præterea Sancti Petri, inquit, in qui-
» bus de vincvlis catenarvm eius incluſum eſt, Excellen-
» tiæ vestræ direximus, quæ collo vestro svspensæ, à ma-
» lis vos omnibus tueantur. Poſtea verò ad Necharedum Viſigotho-
» rum Regem: Clavem verò parvvlam à Sacratissimo Beati
» Petri Apoſtoli Corpore, Pro eivs benedictione tranſmiſimus,
» in qua ineſt ferrum de catenis eius incluſum: vt quod collum
» illius ad martyrium ligauerat, veſtrum ab omnibus peccatis ſoluat.
» Crvcem quoque dedi latori præſentium vobis offerendam, in
» qua lignvm dominicæ crvcis ineſt, & capilli Beati Ioan-
» nis Baptistæ; ex qua ſemper Solativm nostri Salvato-
» ris, per intercessionem præcvrsoris eius habeatis. Ecquo-
nam poſthac modo appenſa collo, vt ſacra quædam diuini præſi-
dij pignora atque amuleta, Crucem ac Crucis Dominicæ lignum,
Sanctorumque Reliquias, à Regum aliorumve Chriſtianorum pe-
ctoribus Nouatores tui detrahant, atque ſuperſtitionis condemnent?
immo nunc taciti, credo, quantumuis fremant, venerantur; poſt-
quam ex Primo eorum Doctore Gregorio, Sancti præcvrsoris
intercessionem, vnde cæterorum quoque Sanctorum interceſ-
ſio neceſſariò ſequitur, didicerunt. Summam autem præſidij ſpem
in Sanctorum Reliquijs, Chriſtianorum priſcos Reges collocaſſe, &
nonniſi præcedentibus Reliquijs equitantium ac bellantium fa-
ctum conſuetudoque declarat, & Magni illius Conſtantini Por-
phyretica Columna, in medio Conſtantinopolitano foro erecta, con-
firmat, in cuius baſi, ad Vrbis præſidium Fideique monimentum Re-
liquiæ conditæ eſſent. Cæterum, cùm ea quæ de hoc argumento
dici poſſunt, infinita propemodum videantur, Socraticum illud
vnum de Theodoſio Iuniore addamus, ſimuſque, eo tanquam He-
roïco Regum exemplo, contenti. Itaque Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ li-
bro ſeptimo, Λέγεται δὲ ὅτι (inquit Socrates Scholaſticus) τοῦ Χεβρῶν ΕΠΙ-
ΣΚΟΠΟΥ ἐν Κωνσταντίνου πόλει τελευτήσαντος, ΣΑΚΚΟΝ ἐπεζήτησεν, καὶ σφό-
δρα ἐρρυπωμένον περιεβαλέσθαι, ΠΙΣΤΕΥΣΑΣ ΜΕΤΑΛΑΒΕΙΝ ΤΙ ΕΚ ΤΗΣ
» ΤΟΥ ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣ ΑΓΙΟΤΗΤΟΣ. id eſt: Dicitur verò (videlicet
Theodo-

Theodosius Secundus) SACCVM, quo EPISCOPVS Chebrorum, qui Constantinopoli mortē obijt, indutus erat, quæsiuisse, eumque, quantumuis sordidatū induisse: FIDE NIMIRVM PERSVASVM SE ALIQVID EX MORTVI SANCTIMONIA INDE PERCEPTVRVM. Verùm nihil vetat, quin, præter Socraticum illud, hunc quoque Confessionis Basilij, Ancyræ Episcopi, Articulum, OEcumenicè probatum, proferamus ex Septima Synodo, Actione prima: Expetens etiam & INTERCESSIONES INTEMERATÆ DOMINÆ NOSTRÆ SANCTÆ DEI GENITRICIS MARIÆ, Sanctarumque & Cælestium Virtutum, & Omniū omnino Sanctorum, atque SANCTA ET PRETIOSA LIPSANA eorum CVM OMNI HONORE SVSCIPIENS saluto, & HONORABILITER ADORO, FIDEM HABENS PER ILLOS PARTICEPS FIERI SANCTIMONIÆ: Ἐξαιτούμενος καὶ τὰς ΠΡΕΣΒΕΙΑΣ ΤΗΣ ΑΧΡΑΝΤΟΥ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ, τῶν τε Ἁγίων καὶ Ἐπουρανίων Δυνάμεων, καὶ Πάντων τῶν Ἁγίων, καὶ ΤΑ ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΤΙΜΙΑ ΛΕΙΨΑΝΑ αὐτῶν ΜΕΤΑ ΠΑΣΗΣ ΤΙΜΗΣ ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΟΣ ἀσπάζομαι, καὶ ΤΙΜΗΤΙΚΩΣ ΠΡΟΣΚΥΝΩ, ΠΙΣΤΙΝ ΕΧΩΝ ΜΕΤΕΧΕΙΝ ΠΑΡ' ΑΥΤΩΝ ΑΓΙΑΣΜΟΥ. Sanctorum autem Venerario sic omnium optimè Regio Exemplo illustratur, eadem Septima approbante Synodo, vbi supra, à Theodosio Ammorij Episcopo, in Libello suo, his verbis: Si enim REGVM LAVREATA, & Iconas missas ad Ciuitates vel Regiones, OBVII ADEVNT POPVLI CVM CEREIS ET INCENSIS, non cera perfusam tabulam, sed IMPERATOREM honorantes; quantò magis oportet in Ecclesijs Christi Domini nostri Iconem depingi Saluatoris Dei nostri, & Intemeratæ Matris eius, Omniumque Sanctorum & BEATORVM PATRVM & STVDIOSORVM (id est, vt supra diximus, Monachorum;) quemadmodum & Sanctus Basilius ait: Nam & opera magna bellorum Scriptores, & Pictores, designant: illi quidem sermone ornantes, isti verò tabulis exaranres; ET MVLTOS AD FORTITVDINEM EREXERVNT VTRIQVE. Et rursus ipse idem: Quantum laborasti vtique homo, vt inuenires vnum ex Sanctis obsecrantem Dominum? & Chrysostomus dicit: Sanctorum enim gratia non rescinditur morte, non hebescit obitu; SED POSTEAQVAM DEFVNCTI FVERINT, VIVIS POTENTIORES EXSISTVNT. & alia multa, & immensa. ET IDEO ROGO VOS SANCTI, ET CLAMO; Peccaui in cælum & CORAM VOBIS: suscipite me, sicut suscepit Deus Luxuriosum, & Meretricem, & Latronem. Quærite me, sicut quæsiuit Christus Ouem, quæ perijt, quamque super humeros suos sustulit, vt fiat gaudium coram Deo & Angelis eius super salute & pœnitentia mea, PER INTERVENTIONEM VESTRAM, O SANCTISSIMI DOMINI: Εἰ γὰρ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΛΑΥΡΑΤΟΙΣ, καὶ Εἰκόσιν ἀποστελλομέναις ἐν πόλεσι, καὶ χώραις, ΑΠΑΝΤΩΣΙ ΛΑΟΙ ΜΕΤΑ ΚΗΡΩΝ, ΚΑΙ ΘΥΜΙΑΜΑΤΩΝ, οὐ τὴν κηρόχυτον σανίδα τιμῶντες, ἀλλὰ τὸν ΒΑΣΙΛΕΑ, πόσῳ μᾶλλον χρὴ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἀνιστορεῖσθαι τὴν εἰκόνα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, καὶ τῆς Ἀχράντου αὐτοῦ Μητρὸς, καὶ τῶν Ἁγίων Πάντων καὶ ΜΑΚΑΡΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, καὶ ΑΣΚΗΤΩΝ· καθὼς καὶ ὁ Ἅγιος Βασίλειος λέγει; Ἐπεὶ καὶ πολέμων ἀνδραγαθήματα, καὶ

Luc. 14. v. 4.

λογογράφοι καὶ ζωγράφοι πολλάκις διασημαίνουσιν, οἱ μὲν τῷ λόγῳ κοσμοῦντες, οἱ δὲ τοῖς πίναξιν ἐγχαράττοντες. καὶ πολλοὺς διήγειραν εἰς ἀνδρίας ἑκάτεροι. καὶ πάλιν ὁ αὐτός· Πόσα αἰ ἔκαμες ἄνθρωπε, ἵνα εὕρῃς ἕνα ἐκ τῶν Ἁγίων δυσωποῦντα τὸν Κύριον; καὶ ὁ Χρυσόστομος λέγει· ἡ γὰρ τῶν Ἁγίων χάρις οὐ διακόπτεται θανάτῳ, οὐκ ἀμβλύνεται τελευτῇ, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΤΟ ΘΑΝΕΙΝ, ΤΩΝ ΖΩΝΤΩΝ ΕΙΣΙ ΔΥΝΑΤΩΤΕΡΟΙ· καὶ ἄλλα πολλὰ ἄμετρα. ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΠΑΡΑΚΑΛΩ ΥΜΑΣ ΑΓΙΟΙ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΒΟΩ· Ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιον ὑμῶν. δέξασθέ με, ὡς ἐδέξατο ὁ Θεὸς τὸν Ἀσώτην, καὶ τὴν Πόρνην, καὶ τὸν Λῃστήν. ζητήσατέ με, καθὼς ἐζήτησεν ὁ Χριστὸς τὸ ἀπολωλὸς Πρόβατον, ὃ ἀνέλαβεν ἐπὶ τῶν ὤμων· ὅπως γένηται χαρὰ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, ἐπὶ τῇ ἐμῇ Σωτηρίᾳ καὶ μετανοίᾳ, ΔΙΑ ΤΗΣ ΤΩΝ ΠΑΝΑΓΙΩΝ ΥΜΩΝ ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΜΕΣΙΤΕΙΑΣ. Præ cæteris autem Ecclesia Romana, omnium Ecclesiarum & magistra & mater, per sacras illas suas Beati Petri Reliquias Diuum sibi Petrum medijs in Synodis adesse non solùm animo, sed & corpore, gloriata est. Testis ille vnus, omnium instar, Sanctus Xistus Pont. Max. Epistolâ ad Alexandrinum Cyrillum, post initam inter ipsum Cyrillum Ioannemque Antiochenum
» pacem: In vnum, inquit, congregati APOSTOLICI de eius victo-
» ria gratulantur. O relatio digna mittente, digna conuentu! Gau-
» dij cælestis iudicium tales habere debuit cognitores, & quia res &
» causa deposcit, locum quoque conuenit non taceri (aliàs, intueri.)
» Ad Beatum Apostolum Petrum FRATERNITAS VNIVERSA conue-
» nit. Ecce adiutorium congruens, auditoribus conueniens audiendis.
» Habuerunt COEPISCOPI NOSTRI illum congratulationis testem,
» quem habemus HONORIS EXORDIVM. Sanctæ namque & Venerabili
» Synodo, quam natalis mihi dies, fauente Domino, congregarat: quia
» sic credendum est, IPSE PRÆSEDIT, quandoquidem probe-
» tur NEC SPIRITV, NEC CORPORE defuisse. Adfuit Palmæ
» qui Contentioni non defuit. Hæc Sanctus Xistus Papa. DECIMO atque VLTIMO penè omiseram, quod omnino prætereundum non fuit, quantopere videlicet, & quatenus Regibus, & maximè Anglorum, IN PROPAGANDA FIDE laborandum sit. Argumentum sanè huic instituto, huic loco, huic denique tempori aptum ac congruens; quo Diuina Sapientia sic res humanas attingente à fine vsque ad finem fortiter, ac disponente omnia suauiter, veteri Gregoriana vigilantia ac cura SANCTAM EVANGELICAMQVE CONGREGATIONEM DE PROPAGANDA FIDE nouus noster Gregorius, huius nominis Decimus Quintus, instituit; de qua vberrimos EVANGELII fructus reportaturos nos speramus atque confidimus.
» Monitum enim illud Gregorianum recordor: Et nunc itaque Ve-
» stra Gloria cognitionem vnius Dei Patris & Filij & Spiritus San-
» cti REGIBVS ac populis sibimet subiectis festinet infundere, vt
» & ANTIQVOS Gentis suæ REGES laudibus ac meritis transeat; &
» quantò in subiectis suis aliena peccata deterserit, tantò etiam de
» peccatis proprijs ante Omnipotentis Dei TERRIBILE EXAMEN
» securior fiat. At quantò tibi nunc magis, IACOBE REX, cætera

ſpero prolixa eſſe atque expedita, dum vnus populis quidem innumeris, ſed domitis, praes, vbi Deo omnia ad Vnitatem ſuauiter quoque, vt diximus, fortiterque dirigente, in tuum Britannicum Imperium tot antiqua Regum nomina, te regnante, confluxerunt!

Annue conanti per laudes ire tuorum:
  Deque meo pauidos excute corde metus.
Da mihi te placidum. ---

SED paulò vberiore filo reliquam Anglicanam Gregorij Eccleſiaſticam Hiſtoriam Veteremque DISCIPLINAM texamus atque perſequamur. Id modò erit, ſi in priorem velut faſciculum eas Gregorianas Epiſtolas addamus, quæ rerum geſtarum in Conuerſione Anglorum, quam hactenus cum propheticè, tum hiſtoricè generaliter expoſui, ſingulas partes minutatim gradatimque deſcribunt. Vna enim, vt notum eſt, certiſſima ac planiſſima ad Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſimpliciſſimam veritatem via eſt, quam de rebus præſertim à ſe geſtis, Patrum nobis Epiſtolæ contriuerunt. CAP. XIIX.

Inuenies illîc & FESTA DOMESTICA vobis:
  Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus auus.

Itaque ordine PRIMA eſto noſtri Gregorij DE REBVS ANGLICANIS ad SYAGRIVM Epiſcopum Auguſtodunenſem Epiſtola, qua ſic eum aggreditur: « MAGISTRA BONORVM OMNIVM CHARITAS, quæ nil ſapit extraneum, nil aſperum, nil confuſum; ita exercet corda & corroborat, vt nil graue, nil difficilè exiſtimet, ſed fiat totum dulce quod agitur. Huius igitur cùm ſit proprium NVTRIRE CONCORDIAM, SERVARE CONIVNCTA, DISSOCIATA CONIVNGERE, PRAVA DIRIGERE, ET VIRTVTES CÆTERAS PERFECTIONIS SVÆ MVNIMINE SOLIDARE: quiſquis in eius radices ſe inſerit, nec à viriditate deficit, nec fructibus inaneſcit; quia humores fœcunditatis opus efficax non amittit. Atque ideo multum tibi condelector atque congaudeo, quòd ſic eadem charitate te præditum, multorum teſtificatione, comperio, vt & ipſe QVÆ SACERDOTIS SVNT, DECENTER EXHIBEAS, & alijs te laudabiliter imitandum oſtendas. Quia igitur IN PRÆDICATIONIS OPERE, quamdiu cogitans, ANGLORVM Genti per AVGVSTINVM, quondam Monaſterij MEI Præpoſitum, NVNC FRATREM ET COEPISCOPVM NOSTRVM, impendere ſtudui; ita ſollicitum atque deuotum, adiutoremque in omnibus te, vt oportuit, fuiſſe cognouimus, vt magnum me ſibi Fraternitas Tua hac de re faceret debitorem. Tantæ rei conſideratione commonitus, ne infructuoſus erga te viderer exſiſtere, Fraternitatis Tuæ PETITIONEM, nulla pertuli ratione poſtponere. Proinde, ſecundùm poſtulationis tuæ deſiderium, PALLII te VSV, quod intra Eccleſiam tuam habere debeas, ad SACRA tantùm MISSARVM SOLEMNIA CELEBRANDA, Deo AVCTORE, præuidimus honorandum. Quod tamen ita tibi dandum eſſe decreuimus, SI prius PER SYNODI DEFINITIONEM emendari promiſe-

» ris quæ corrigenda mandauimus. Quia dignum profectò esse credimus, vt cum mentis grauitate, qua Deo te propitio pollêre didicimus, HABITVS quoque EXTERIORIS CLARIOR in te CVLTVS accresceret: præsertim cùm te hunc non ad superfluæ elationis pompam, sed PRO GENIO ET HONORE TVÆ arbitramur ECCLESIÆ petiuisse. Cuius ne indumenti munificentiam nudam videamur quodammodo contulisse, hoc etiam pariter prospeximus concedendum, vt METROPOLITÆ, suo per omnia LOCO ET HONORE seruato, Ecclesia ciuitatis Augustodunæ, CVI OMNIPOTENS DEVS PRÆESSE TE VOLVIT, post LVGDVNENSEM Ecclesiam esse debeat, & hunc sibi locum & ordinem, EX NOSTRÆ AVCTORITATIS INDVLGENTIA, vendicare. Cæteros verò Episcopos, SECVNDVM ORDINATIONIS SVÆ TEMPVS, siue ad Considendum in Concilio, siue ad Subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decreuimus, & suorum sibi PRÆROGATIVAM ORDINVM vendicare: quia omnino RATIONIS ORDO nos admonet vt cum VSV PALLII aliqua simul, sicut diximus, largiri PRIVILEGIA debeamus. Sed quoniam cum HONORIS AVGMENTO, cura quoque sollicitudinis debet accrescere, vt cultui vestium ACTIONIS quoque ORNAMENTA conueniant; oportet vt enixiùs in cunctis se studijs VESTRA FRATERNITAS exerceat. Sit circa subiectorum actus vigilans: vt vestrum illis Exemplum, instructio; & Vita, magistra sit. Linguæ vestræ exhortatione DISCANT QVOD METVANT, ET DOCEANTVR QVOD DILIGANT: vt dum talenta credita lucro multiplicata reddideris, in die retributionis audire sis meritus; Euge, serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. CVRAM præterea CONGREGANDÆ SYNODI, quam vobis atque alijs Fratribus Nostris, PRO ILLICITARVM RERVM PROHIBITIONE FIENDAM scripsimus, vestræ specialiter sollicitudini noueritis incumbere. Vnde quia Præcellentissimos FILIOS nostros, FRANCORVM REGES, magnam vobis nouimus dilectionem impendere, omni vos studio omnique agere adnisu necesse est; vt quod DE SYNODO CONGREGANDA mandauimus, Fraternitatis Vestræ diligentiâ compleatur, atque omnia illic quæ pro animarum salute scripsimus, censeantur, quatenus per hoc & vos zelum vestrum, & qualiter vobis illicita displiceant, ostendatis; & Nos vtiliter prouidisse, qui vestram ad hoc præ cæteris personam ELIGIMVS, videamur. Huc vsque hæc ad Syagrium, penes quem Gallicanarum summa rerum erat, Gregorius.

Matt. 25. v. 21 & 23. Luc. 19. v. 17.

O miram & manifestam deprehensionem Nouitatis! Contemplare, SERENISSIME REX, in ipsis primis tuæ Religionis fundamentis; PRIMO: Sacerdotem; à quo quidem Sacrato Nomine omnes propè huius temporis Sectarij, tanquam Gorgone visa, abhorrent. SECVNDO: Monasterium; ac Monasterij Gregoriani Præpositum Augustinum, Primum Anglorum Antistitem, exstitisse. Nunc verò, quia Nouatoribus placet, in Anglia ijs qui vitam sectantur Monasticam, non solùm bonis, vt malè rem gerentibus patribus, sed & tecto & aqua, & igni, vt illis

qui de maiestate damnati sunt, interdici solet: idque in patria, quam
vt cernimus, suis quondam nobilitatam institutis, multo sudore ac
sanguine, Monachorum manus, vt ait Apostolus, & plantauerunt, 1.Cor.3.v.8.
& rigauerunt. At qui quantique olim, libenter ex Nazianzeno au-
dite possis, cùm Oratione prima DE PACE, habita SVPER VNIO-
NE MONACHORVM, ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν Μοναζόντων, ait: Omnia enim «
quæ in alijs cernebam, fomites quidam mihi erant, Dissidijque «
Fraterni monimenta, Vigiliæ nempe, Ieiunia, Preces, Lacrymæ, «
Callosa genua, Pectoris conuerberationes, SVSPIRIVM EX IMO «
MANANS, Pernox Statio, MENTIS AD DEVM PEREGRINATIO, «
TENVIS INTER ORANDVM FLETVS, pharmacum, audientium ani- «
mos ad compunctionem incitans; ipsi præterea Psallentes, ipsi GLO- «
RIFICANTES (id est, Consubstantiali Trinitati Gloriam, siue Glori- «
ficationis Hymnum, GLORIA PATRI, Concinentes;) ipsi Legem « Ps.1.v.2.
Domini diu noctuque meditantes; ipsi Exsultationes Dei in guttu- « Ps.149.
ribus ferentes: ATQVE HÆC ETIAM VITÆ DEO GRATÆ PVL- « v.6.
CRA PROGRAMMATA, (id est, non modò INDICIA ET ARGV- «
MENTA, sed propriè SCRIPTA QVÆ PVBLICE PROPONVNTVR
ALIQVID INDICANTIA AVT FIERI IVBENTIA, seu TABELLÆ
PVBLICE PROPOSITÆ, VT QVOD IN EIS SCRIPTVM EST, AB O-
MNIBVS LEGATVR, & tanquam RESCRIPTA PRINCIPVM ac EDI-
CTA) TACITI illi PRÆCONES, nempe SORDIDA ET SQVALIDA «
COMA, PEDES NVDI, ET APOSTOLICOS IMITANTES, NIHIL «
MORTVVM FERENTES, Apta & moderata TONSVRA, Amictus fa- «
stum coercens, Zona ob ornatus neglectum culta & ornata Pal- «
lium nonnihil restringens, ita vt restringere minimè videatur, Gressus «
constans, Oculus minimè vagus, Subrisus blandus, vel potiùs Mollis «
Risus, Impetus quidam, Risus petulantium castigans, Sermo à Ra- «
tione incitatus, SILENTIVM SERMONE PRÆSTANTIVS, Laudatio «
sale condita, non ad blanditias comparata, sed ad meliora diri- «
gens, Obiurgatio laudatione optabilior, Modus tristitiæ & animo- «
rum relaxationis, atque vtriusque Permixtio, & Connexio, Molli- «
ties fortitudine, Austeritas pudore temperata (sic vt neutra ab al- «
tera lædatur, sed vtraque alterius opera laudem consequatur) MO- «
DVS TVM IN COMMVNE PRODEVNDI, TVM SECEDENDI (illud, «
ad aliorum Instructionem ac PÆDAGOGIAM; hoc, ad suam ipso- «
rum MYSTAGOGIAM, siue vt ipsimet SPIRITVS MYSTERIIS im- «
buantur, ad contemplandaque Spiritus Arcana Anagogica velut «
manu ducantur; atque ita vtrumque, VT ET IN COMMVNI SOLI- «
TVDINEM SERVENT, ET IN SOLITVDINE FRATERNAM BENE- «
VOLENTIAM ET CHARITATEM) & quæ his adhuc maiora & su- «
blimiora sunt, Opes in paupertate, Possessio in peregrinatione, «
Gloria in contemptu, Potentia in infirmitate, FOECVNDITAS IN «
COELIBATV (SIQVIDEM PRÆSTANTIORES FOETVS ILLI SVNT, «
QVI SECVNDVM DEVM EXSISTVNT, QVAM QVI A CARNE OR- «
TVM DVCVNT) Qui delicijs minimè studere, pro delicijs habent, «

» Qui Cælestium causa humiles sunt, Qui in Mundo nihil habent
» & supra Mundum exsistunt, Qui etiam in carne extra carnem vi-
» uunt, Qui pro Portione Dominum habent, QVI PROPTER RE-
» GNVM INOPIA LABORANT, ET PROPTER INOPIAM REGNANT:
» Hi me, MEÆ OPES AC DELICIÆ MEÆ, & præsentes splendidum
» atque illustrem reddebant, & absentes mœrore contrahebant: Καὶ πάντα μοι ἦν ὑπεκκαύματα, καὶ ὑπομνήματα, τῆς τῶν Αδελφῶν Διαζεύξεως, Αγρυπνίαι, Νηστεῖαι, Προσευχαί, Δάκρυα, Τύλοι γονάτων, Στηθῶν ἐπιπλήξεις, Στεναγμοὶ ἐκ βάθους ἀναπεμπόμενοι, Στάσις πάννυχος, Νοῦ πρὸς Θεὸν ἐκδημία, Θρῆνος ἐν δεήσει λεπτὸς, ΦΑΡΜΑΚΟΝ τοῖς ἀκούουσι, κατανύξεως· Οἱ Ψάλλοντες, Οἱ Δοξάζοντες, Οἱ Μελετῶντες τὸν νόμον Κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτὸς, Οἱ τὰς Υψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τοῖς λάρυγξι φέροντες. ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ ΔΗ ΤΑ ΚΑΛΑ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΘΕΟΝ ΒΙΟΥ ΠΡΟΓΡΑΜΜΑΤΑ, ΚΑΙ ΜΗΝΥΜΑΤΑ, ΟΙ ΣΙΩΠΩΝΤΕΣ ΚΗΡΥΚΕΣ, Αὐχμῶσα καὶ πιναρὰ κόμη, Πόδες γυμνοὶ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΙΣ ΕΠΟΜΕΝΟΙ, ΜΗΔΕΝ ΝΕΚΡΟΝ ΦΕΡΟΝΤΕΣ, Κουρὰ σύμμετρος, Περιβολὴ τῦφον κολάζουσα, Ζώνη ΤΩ ΑΚΟΣΜΩ ΚΟΣΜΙΑ, μικρόν τι τοῦ Χιτῶνος ἀναστέλλουσα, καὶ ὅσον μὴ ἀναστέλλειν, Βάδισμα εὐσταθὲς, Ὀφθαλμὸς οὐ πλανώμενος, Μειδίαμα προσηνὲς, μᾶλλον δὲ Ορμὴ μειδιάματος, Ακρασίαν Γέλωτος σωφρονίζουσα, ΛΟΓΟΣ ΤΩ ΛΟΓΩ ΚΙΝΟΥΜΕΝΟΣ, ΣΙΩΠΗ ΛΟΓΟΥ ΤΙΜΙΩΤΕΡΑ, Επαινος ἄλατι ἠρτυμένος, οὐ πρὸς θωπείαν, ἀλλ' ὁδηγίαν τοῦ κρείττονος, Επίπληξις εὐφημίας ποθεινοτέρα· Μέτρα κατηφείας καὶ ἀνέσεως, καὶ δι' ἀμφοτέρων Μίξις, καὶ Κρᾶσις, Τὸ Απαλὸν τῷ Γενναίῳ, τὸ Αὐστηρὸν Αἰδοῖ σύγκρατον, ὡς μηδ' ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου παραβλάπτεσθαι, ἀλλ' ἀμφότερα δι' ἀλλήλων εὐδοκιμεῖν· Μέτρα τῆς εἰς τὸ κοινὸν ἐπιμιξίας καὶ Υποχωρήσεως, τῆς μὲν τοὺς ἄλλους Παιδαγωγούσης, ΤΗΣ ΔΕ ΤΩ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΜΥΣΤΑΓΩΓΟΥΣΗΣ· καὶ τῆς μὲν ΕΝ ΤΩ ΚΟΙΝΩ ΤΟ ΑΚΟΙΝΟΝ φυλαττούσης, ΤΗΣ ΔΕ ΕΝ ΤΩ ΑΜΙΚΤΩ ΤΟ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΝ· Καὶ ἃ μείζω τούτων ἔτι καὶ ὑψηλότερα, Ο ἐν πενίᾳ πλοῦτος, Η ἐν παροικίᾳ κατάσχεσις, Η ἐν ἀτιμίᾳ δόξα, Η ἐν ἀσθενείᾳ δύναμις, Η ἐν ἀγαμίᾳ ΚΑΛΛΙΤΕΚΝΙΑ, ΕΙΠΕΡ ΚΡΕΙΤΤΟΝΑ ΤΩΝ ΑΠΟ ΣΑΡΚΟΣ ΑΡΧΟΜΕΝΩΝ, ΤΑ ΚΑΤΑ ΘΕΟΝ ΓΕΝΝΗΜΑΤΑ, ΟΙ ΤΡΥΦΩΝΤΕΣ ΤΩ ΜΗ ΤΡΥΦΑΝ, Οἱ ταπεινοὶ ὑπὲρ τῶν οὐρανίων, Οἷς μηδὲν ἐν Κόσμῳ, καὶ ὑπὲρ τὸν Κόσμον, Οἱ σαρκὸς ἔξω καὶ ἐν σαρκὶ, Ων μερὶς Κύριος, ΟΙ ΠΤΩΧΟΙ ΔΙΑ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, ΚΑΙ ΔΙΑ ΠΤΩΧΕΙΑΝ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΕΣ· οὗτοί με καὶ παρόντες λαμπρὸν ἐποίουν, Η ΕΜΗ ΠΕΡΙΟΥΣΙΑ, ΤΟ ΕΜΟΝ ΑΓΑΘΟΝ ΕΝΤΡΥΦΗΜΑ, καὶ ἀπόντες συνέστελλον. TERTIO: PALLIVM atque VSVM PALLII notabis, insigne quidem Summi Ecclesiastici Magistratus. QVARTO: Ecclesiam pro Templo positam. tametsi enim Sectarij tui Ecclesias, siue Basilicas, non conseruarunt, at saltem reseruarunt; nostri verò funditus euerterunt. QVINTO: si ad Sacra, IACOBE REX, Missarum Solemnia reuocandi sunt Nouatores, cur, te auscultante, non audiunt CELEBRANTEM (vt hîc hodieque dicitur) Syagrium Gallicanum Episcopum: quem se, DEO AVCTORE, honorificentissimè sacris vestibus ornare, suis veluti manibus ad rem diuinam faciendam, noster ANGLICANÆ ECCLESIÆ FVNDATOR & gloriatur & scribit? SEXTO: Metropolitam

ac Metropolitæ LOCVM ET HONOREM ex Traditione Patrum, ac iuxta Canonem, inuictiſſimis ECCLESIASTICÆ HIERARCHIÆ hoſtibus, ſignat. SEPTIMO: Pontificiæ AVCTORITATIS INDVLGENTIAM, ſiue, vt nunc loquimur, MOTVM PROPRIVM ac PLENITVDINEM POTESTATIS, (ſeruatis tamen ſeruandis) in alios Epiſcopos iſtud Auguſtodunenſis Eccleſiæ tanquam incrementum latens non latenter ſed apertè declarat. OCTAVO: Epiſcopis Galliæ, ORDINATIONIS, ſiue CONSECRATIONIS ordine conſedendum decernit, vt hodie quoque apud nos conſuetudo ratioque viget. Vocat autem Gregorius hanc aliorum alijs præpoſitionem PRÆROGATIVAM ORDINVM, quam quidem, vel modeſtiſſimo cuique, ratione dignitatis, ſatis inſinuat eſſe retinendam. NONO: multiplicatione talentorum, Gloria ſub meritum cadit. DECIMO: Prouincialia Concilia auctoritate ac iuſſu Romani Pontificis ſæpenumero fieri ſolita, ex demandata Syagrio prouincia, nemini dubium eſſe poteſt; ac Nationalium in Gallia, ei Epiſcopo congregandorum & curam & auctoritatem olim fuiſſe datam conſtat, quem Summi Pontificis nutus atque delectus, & ſanctitatis, & induſtriæ, & potentiæ gloriâ, omnium præcellentiſſimum iudicaſſet. IAM CAP. XIX.
vero Locus & Ordo poſtulant vt ad SECVNDAM Hiſtoriæ Partem, id eſt, SECVNDAM Gregorij noſtri de rebus Anglicanis Epiſtolam, quæ quidem ad BRVNICHILDAM Francorum Reginam ſcripta eſt, tranſeamus: Poſtquam Excellentiæ Veſtræ SOLLICITVDO REGIA « eſt vbique gubernatione laudabilis, ad augmentum gloriæ ſuæ vi- « gilantiorem ſe debet & prouidam exhibere; VT QVOS CONSILIO « REGIT EXTERIVS, PERIRE INTERIVS NON PERMITTAT; quate- « nus per fructum piæ ſollicitudinis, poſt huius, quod geritis, TEM- « PORALIS REGNI FASTIGIVM; ad Æterna, Deo auctore, poſſitis « REGNA pertingere. Quod quidem hac vobis confidimus poſſe ra- « tione contingere, ſi inter alia bona, DE ORDINANDIS curam SA- « CERDOTIBVS geſſeritis. Quorum officium in tantam ILLIC, ſic- « vt didicimus, ambitionem perductum eſt, vt SACERDOTES ſubi- « to, quod graue nimis eſt, ex LAICIS Ordinentur. SED QVID ISTI « ACTVRI, QVID POPVLO PRÆSTATVRI SVNT, QVI NON AD « VTILITATEM, SED FIERI, AD HONOREM, EPISCOPI CONCVPI- « SCVNT? Hi ergo qui necdum quod docere debeant, didicerunt, « quid aliud agunt, niſi vt paucorum prouectus illicitus, fiat multis « interitus, & in confuſionem, ECCLESIASTICÆ MODERATIONIS « OBSERVANTIA deducatur? quippe vbi nullus REGVLARIS ORDO « obſeruatur. NAM QVI AD EIVS REGIMEN IMPROVIDVS, ET « OB HOC PRÆCIPITATVS MAGIS, ACCEDIT, QVA ADMONITIONE « SVBIECTOS ÆDIFICET, CVIVS EXEMPLVM NON RATIONEM DO- « CVIT, SED ERROREM? Pudet profectò, pudet alijs tales imperare, « quod ipſi neſciunt cuſtodire. Nec illud quidem quod ſimili emen- « dationi tradendum eſt, prætterimus, ſed omnino exſecrabile & eſſe « grauiſſimum deteſtamur; quod SACRI illi ORDINES per SIMO- «

» NIAÇAM HÆRESIM, quæ PRIMA CONTRA ECCLESIAM orta, & » DISTRICTA MALEDICTIONE damnata eſt, conferantur. Hinc er- » gò agitur, vt SACERDOTII DIGNITAS in deſpectu, & SANCTVS » ſit HONOR in crimine. Perit vtique reuerentia, adimitur DISCI- » PLINA, QVIA QVI CVLPAS DEBVIT EMENDARE, COMMITTIT: » & nefaria ambitione HONORABILIS SACERDOTII ducitur in de- » prauatione CENSVRA. Nam QVIS DENVO VENERETVR QVOD » VENDITVR, AVT QVIS NON VILE PVTET QVOD EMITVR? vnde » valdè contriſtor, & TERRÆ ILLI condoleo: quia dum Sanctum » Spiritum, QVEM PER MANVS IMPOSITIONEM OMNIPOTENS » DEVS HOMINIBVS LARGIRI DIGNATVR, Diuino Munere habere » deſpiciunt, ſed præmijs aſſequuntur; SACERDOTIVM ILLIC SVB- » SISTERE DIV NON ARBITROR. Nam vbi DONA SVPERNÆ GRA- » TIÆ venalia iudicantur, ad Dei ſeruitium non vita quæritur, ſed » magis contra Deum pecuniæ venerantur. Quia igitur tantum fa- » cinus non ſolum illis periculum, verùm etiam VESTRO REGNO » ſatis eſt noxium, ſalutantes Excellentiam Veſtram PATERNO AF- » FECTV, petimus vt de huius prauitatis emendatione Deum vobis » placabilem faciatis. Et vt nulla deinceps valeat occaſione commit- » ti, Synodum fieri IVSSIO VESTRA conſtituat, vbi præſente Dile- » ctiſſimo Filio noſtro CYRIACO Abbate, ſub diſtricta anathematis » interpoſitione debeat interdici, ne vllus EX LAICO HABITV ſubi- » to ad EPISCOPATVS audeat GRADVM accedere, neque pro ECCLE- » SIASTICIS ORDINIBVS cuilibet quidquam dare, vel auſus ſit acci- » pere: VT DOMINVS ET REDEMPTOR NOSTER SIC QVÆ VE- » STRA SVNT, FACIAT; SICVT EXCELLENTIAM VESTRAM IN IIS » QVÆ SVA SVNT, PIA ESSE VIDERIT DEVOTIONE SOLLICITAM. » Curam verò & ſollicitudinem eiuſdem Synodi quam fiendam de- » creuimus, Fratri Coëpiſcopoque noſtro SYAGRIO, QVEM VE- » STRVM PROPRIVM NOVIMVS, ſpecialiter delegare curauimus: » quem, petimus vt & ſupplicantem libenter audire & ope iuuare » dignemini; quatenus quod ad mercedem veſtram reſpiciat, remoto » huius mali contagio in cunctis finibus iuri veſtro ſubiectis, PIA » ET DEO PLACITA procedat Ordinatio Sacerdotum. CVI FRATRI » NOSTRO PRO EO QVOD SE IN EA PRÆDICATIONE QVÆ AN- » GLORVM GENTI, AVCTORE DOMINO, FACTA EST, DEVOTVM » VEHEMENTER EXHIBVIT, PALLIVM AD MISSARVM SOLEMNIA » VTENDVM TRANSMISIMVS: vt quia IVVARE SPIRITALIA ſtuduit, » APOSTOLORVM PRINCIPIS ſolatio, in ipſo quoque inueniatur » SPIRITALI ORDINE profeciſſe. Omnino præterea admirati ſu- » mus, quod in Regno veſtro Iudæos Chriſtiana mancipia poſſidere » permittitis. Quid enim ſunt Chriſtiani omnes, niſi Membra Chri- » ſti? quorum videlicet Membrorum Caput cuncti nouimus quia » fideliter honoratis. Sed quàm diuerſum ſit, Excellentia Veſtra per- » pendat, Caput honorare, & Membra ipſius hoſtibus calcanda ſub- » mittere? Atque ideo petimus vt Excellentiæ Veſtræ conſtitutio de

Regno suo huius prauitatis mala remoueat, vt in hoc vos ampliùs «
dignas cultrices Omnipotentis Domini demonstretis, quòd Fideles «
illius ab inimicis eius absoluitis. His auditis, quò se vertet Noui- «
tas? PRIMVM enim, vt ait Gregorius, per fructum piæ sollicitudinis Reges ad ÆTERNA, Deo auctore, possunt REGNA pertingere. SECVNDVM; nulla Regum cura sanctior esse potest, quàm si DE ORDINANDIS SACERDOTIBVS, id est, ne indigni ad Episcopatum adsumantur, cogitarint atque præuiderint. TERTIVM; ambitiosam DISCIPLINÆ perturbationem notat, cùm Sacerdotes, siue Episcopi, qui SACERDOTES MAGNI, etiamque simpliciter atque absolutè, SACERDOTES, vt primarij sacrorum Antistites, ἀντονομαστικῶς vocitantur, subitò, quod graue nimis esse ait, (est enim contra Apostolicum DE NEOPHYTIS Canonem ac Traditionem Patrum) ex Laïcis ordinantur. Quæ quidem Pontificia expostulatio Sacrorum Ordinum distinctionem illustrat, & quasi gradus statuit à Christi lege præscriptos; atque inde etiam, quod nonnullis Nouatorum inuisum visum est, Clericos à Laïcis secernit ac seuocat. QVARTVM; sic ipse Sacros Ordines Apostolicorum esse temporum docet declaratque Gregorius, vt SIMONIACAM HÆRESIM, omnium PRIMAM contra Ecclesiam fuisse ortam commemoret. Quæ quidem teterrima pestis tunc hortendum in modum grassabatur in Gallia, sæpe de alijs laudata, semper verò de Simonia culpata à Scriptoribus Antiquis, donec tandem (vt, Latinæ Ecclesiasticæ Historiæ Princeps, notauit Cardinalis Baronius) Sanctorum Eligij Antistitis Nouiomensis ac AVDOENI ARCHIEPISCOPI ROTHOMAGENSIS operâ, per Dagobertum Regem compressa est. In eo autem hanc HÆRESIM PRIMAM potissimùm errore positam esse affirmat Gregorius, quòd Simon ille Magus, alijque eius assentatores sibi persuaserint, Episcopatum ac reliquos Ecclesiæ Sacros Ordines, vendibiles esse potuisse. Porrò Imperatoria siue Theodosiana ea Lex quæ in Nestorium lata, ac SACRA LEX, Θεῖος Νόμος, dicta est, vt pote quæ Sacris Ephesinorum Patrum Decretis ancillaretur, Nestorianam ad Simonianam Hæresim refert, tanquam ad omnium Hæreseωn fontem. Caput quoddam Legis huiuscemodi est: Quam- «

1.Tim.3.v.6.

obrem hac lege sancimus, quotquot vbicunque exsecrandæ opi- «
nionis Nestorij sequaces exstiterint, eos SIMONIANORVM nomine «
appellandos esse. Æquum est enim vt qui auersi à Deo impietatem «
SIMONIS æmulantur, eamdem cum illo appellationem sortiantur. «
Quo etiam modo Ariani, Sanctione BEATÆ MEMORIÆ Constan- «
tini, vocati sunt PORPHYRIANI, quòd eamdem cum PORPHY- «
RIO impietatem imbibissent: Διὰ ταῦτα νομοθετοῦμεν, τοὺς ἀπανταχοῦ τῆς «
Νεστορίου ἀθεμίτου δόξης κοινωνοὺς, ΣΙΜΩΝΙΑΝΟΥΣ ὀνομάζεσθαι. προσήκει γὰρ τοὺς ἐν τῇ τοῦ θείου ἀποστροφῇ (aliàs, ἀπογραφῇ) τοῦ ΕΚΕΙΝΟΥ μιμουμένους δυσσέβημα, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ κληροῦσθαι προσηγορίαν. ὃν τρόπον οἱ Ἀρειανοὶ νόμῳ τοῦ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΗΞΕΩΣ (id est, DIVINÆ SORTIS SANCTORVM) Κωνσταντίνου, ΠΟΡΦΥΡΙΑΝΟΙ, διὰ τὸ ὅμοιον τῆς ἀσεβείας, ἐκ ΠΟΡ-

ΦΥΡΙΟΥ προσαγορεύονται. Vbi profectò mirari Maiorum nostrorum diligentiam nunquam desino, qui Hæresis non solùm rem, sed & nomen, nominis mutatione ac in generis sui principium reductione, sapientissimè extinxerunt. Sic enim & sibi ac suis, viuis atque præsentibus cauere, & posteris opportunum legis remedium præscribere simul potuerunt. QVINTVM; Episcopatus, SACERDOTII DIGNITAS, SANCTVS HONOR, ac HONORABILE SACERDOTIVM appellatur. SEXTVM; Collatione Ordinis, Spiritus Sanctus per manus impositionem, diuino munere, confertur. SEPTIMVM; Simoniaca Hæresis non solùm animarum saluti, sed etiam Reipublicæ ac Regni tranquillitati & securitati noxia atque inuidiosa, Regum auctoritate procul ab Ecclesiæ finibus arcenda est. OCTAVVM; paterno affectu, quem pro Romani Pontificis dignitate atque auctoritate, vt supra notatum est, erga Reges gerere solitus est Gregorius, Francorum Reginam ad IVVANDAM ECCLESIAM suumque Regnum teterrima Hæreseos peste liberandum hortatur. NONVM; Cyriacum Abbatem DILECTISSIMVM FILIVM appellat Gregorius: & GREGORIANI ANGLI nihil ABBATIS nomine atque appellatione odiosius fingent? DECIMVM; LAICVS HABITVS ab Episcopali atque Ecclesiastico hîc prorsus distinguitur; dum Brunichildis iussu haberi vult in Gallia Synodum Gregorius, cuius auctoritate cautum sit, neu quis EX LAICO HABITV subitò ad Episcopatus audeat gradum ascendere; neve pro Ecclesiasticis Ordinibus cuilibet quidquam dare, vel à quopiam accipere audeat. VNDECIMVM; Syagrius, quamuis non Archiepiscopus, sed solummodo Episcopus, atque Lugdunensis Archiepiscopi ac Primatis, vt loquuntur Canones, Suffraganeus, tanquam delegatus à Sede Apostolica conuocandæ Synodo, toti Ecclesiæ Gallicanæ præficitur. Nec mirum ei videri possit, cui OEcumenici Sardicensis Concilij
» ea quinti Canonis pars nota fuerit: Si quis autem postulet suum
» negotium rursus audiri, & ad suam supplicationem ROMANORVM
» EPISCOPVM iudicare (aliàs, mouere; si pro κρίνειν, legatur κινεῖν, vti
» quibusdam placuit) visum fuerit, VT A PROPRIO LATERE PRE-
» SBYTEROS mittat; erit in potestate IPSIVS (Græcè, IPSIVS EPI-
» SCOPI) quodcumque rectè habere probauerit; & si decreuerit opor-
» tere eos mitti, qui CVM EPISCOPIS sint iudicaturi, HABENTES AV-
» CTORITATEM EIVS A QVO MISSI SVNT; & hoc ponendum est:
Εἰ δέ τις ἀξιοῖ καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, καὶ τῇ δεήσει τῇ ἑαυτοῦ τὸν ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ κρίνειν (aliàs, κινεῖν) δόξειεν, ἵν' ΑΠΟ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΠΛΕΥΡΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ ΑΠΟΣΤΕΙΛΗ, ἔσται ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, ὅπερ ἂν καλῶς ἔχειν δοκιμάσῃ· καὶ (aliàs, κἂν) ὁρίσῃ, δεῖν ἀποσταλῆναι τοὺς ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ κρινοῦντας, ΕΧΟΝΤΑΣ ΤΕ ΤΗΝ ΑΥΘΕΝΤΙΑΝ ΤΟΥΤΟΥ, ΠΑΡ' ΟΥ ΑΠΕΣΤΑΛΗΣΑΝ· καὶ τοῦτο θετέον. Ex hoc enim & LEGATOS A LATERE, ἀπὸ τοῦ πλευροῦ, & AD APOSTOLOS APPELLATIONEM, ἔχοντάς τε τὴν αὐθεντίαν (id est, Omnimodam Potestatem) τούτου, παρ' οὗ ἀπεστάλησαν, cæcus sit qui non

viderit. DVODECIMVM; cum Brunichilde locum de IVVANDA ECCLESIA, vberiùs tractans Gregorius, VT PIA, inquit, ET DEO « PLACITA PROCEDAT ORDINATIO SACERDOTVM; instat vt repu- « dientur ij, qui, quasi furiæ concitatæ, ad Episcopatum, tanquam ad funus Reipublicæ Christianæ, non Boni Operis, vt ait Apostolus, 1. Tim.3. v.1. desiderio, sed ambitionis vanitate atque alis, conuolant. deinceps verò vrget vt Ecclesiæ Simoniaca labes, quæ diuturnitate non vanescit, manibus Regijs repentinò eluatur. TERTIVM DECIMVM; Gregorij diuinum illud in commendationem Angliæ factum, ipsis Gregorianis verbis attentè repetamus. in ipsis enim quot apices, tot certè Veteris Anglicanæ Catholicæ Fidei argumenta latent, immo patent: Cui, inquit, Fratri nostro (videlicet, Syagrio Augustodu- « nensi Episcopo Gallicano) pro eo quòd se in ea prædicatione, quæ « ANGLORVM Genti, AVCTORE DOMINO, facta est, deuotum ve- « hementer exhibuit, PALLIVM ad MISSARVM SOLEMNIA vtendum « transmisimus: vt quia IVVARE SPIRITALIA studuit APOSTOLO- « RVM PRINCIPIS solatio, in ipso quoque inueniatur SPIRITALI « ORDINE profecisse. Vides, SAPIENTISSIME REX, Gregorium re- « munerantem celeberrimum illum Galliæ Episcopum Syagrium, Archiepiscopali Pallio; quod PLENITVDINEM POTESTATIS, coniunctionemque cum Sede Apostolica, atque cum culmine Apostolico, Pontificioque Petri fastigio proximitatem, denotat ac repræsentat. Tanta est Archiepiscoporum dignitas, tantus ordo, tantus principatus. Ex quo aliquando effectum legimus vt magnæ cuiusdam rei denotandæ causa, Basilius Diaconus & Archimandrita, nec non & Thalassius Lector ac Monachus, reliquique qui CHRISTIANI, ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙ, à Græcis dicebantur, (vt hodie apud nos Ignatiani longè suauiùs, quidquid Aduersarij garriant, IESVITÆ, more illo Maiorum vocantur. quod forsan hactenus obseruatum non est) atque Constantinopoli degebant, Monachi, in illa sua De congreganda Synodo, quæ postea Magna Ephesina fuit, ad Impp. Theodosium & Valentinianum SVPPLICATIONE, non modò APOSTOLVM, sed & ARCHIEPISCOPVM Iacobum Fratrem Domini, bis, Græcis verbis illis, Ἰακώβου Ἀποστόλου, καὶ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, nuncuparint. Atque adeo tanta in Oriente fuit, vt Condemnationi Eutychis, siue Eutychetis, & Receptioni Decretalis Epistolæ Leonis Magni ad Flauianum subscribere Ægyptiacæ Diœcesis Episcopi, id est, quotquot Alexandrinæ Sedi subiiciebantur, recusarint, quantumuis Orthodoxi, quantumuis Dioscori eorum Archiepiscopi in Hæresim lapsi Depositionis auctores; donec in depositi locum ordinato Archiepiscopo, sententiam cum eo ferrent, sine quo, vtpote Prouinciæ Capite, ne os quidem aperire possent. Totius rei celebrem illustremque historiam Chalcedonensis Concilii Actio quarta continet; vbi vrgente mirum in modum Generali Synodo, dum ad subscribendum compellantur atque compelluntur, torqueri eos videas, constanterque tamen perseuerare inter Fidei debitum, suæque

regionis, ac veluti communis patriæ, morem, atque in Archiepiſco-
» palem dignitatem obſeruantiam. Quaptopter poſtquam Omnes
» Reuerendiſſimi Epiſcopi clamauerunt : Subſcribant Damnationi
» Dioſcori, πάντες οἱ Εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι ἐβόησαν· ὑπογραψάτωσαν τῇ καθαι-
» ρέσει Διοσκόρου· Magnificentiſſimi & Glorioſiſſimi Iudices, & Ampliſ-
» ſimus Senatus dixerunt : Quoniam Reuerendiſſimi Epiſcopi Ægy-
» ptiorum, non vt repugnantes CATHOLICÆ Fidei, ſubſcribere in
» præſenti DISTVLERVNT Epiſtolæ ſanctiſſimi ARCHIEPISCOPI Leo-
» nis; ſed dicentes, CONSVETVDINEM ESSE IN ÆGYPTIACA RE-
» GIONE, EXTRA SENTENTIAM ET IVSSIONEM ARCHIEPISCOPI
» NIHIL TALE SE POSSE : POSSVNT AVTEM SVSTINERE SE DONEC
» CONSECRETVR EPISCOPVS, QVI ORDINANDVS EST, MAGNÆ
» CIVITATIS ALEXANDRINÆ : rationabile nobis & clemens eſſe ap-
» paruit, vt IN EODEM HABITV exſpectent in REGIA CIVITATE,
» & DILATIONEM HABEANT VSQVE AD ORDINATIONEM AR-
» CHIEPISCOPI MAGNÆ CIVITATIS ALEXANDRIÆ. Paſchaſinus Re-
» uerendiſſimus Epiſcopus, VICARIVS SEDIS APOSTOLICÆ, dixit: Si
» præceperit POTESTAS VESTRA, & iubetis illis aliquid præſtari HV-
» MANITATIS, fideiuſſoribus datis, non exeant DE ISTA Ciuitate,
» quandiu Alexandria Epiſcopum accipiat. Magnificentiſſimi &
» Glorioſiſſimi Iudices & Ampliſſimus Senatus dixerunt : SANCTIS-
» SIMI PASCHASINI SIT FIRMVM IVDICIVM. Vnde permanentes IN
» PROPRIO HABITV Reuerendiſſimi Epiſcopi Ægyptiorum aut dent
» FIDEIVSSORES, ſi hoc illis eſt poſſibile; aut PER SACRAMENTVM
» eis credatur: quia exſpectant ORDINATIONEM futuri Epiſcopi ma-
» gnæ Ciuitatis Alexandriæ : Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι, καὶ ἐνδοξότατοι Ἄρχον-
τες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς Σύγκλητος, εἶπον· ἐπειδὴ οἱ Εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι τῶν Αἰγυ-
πτίων, οὐχ ὡς μαχόμενοι τῇ ΚΑΘΟΛΙΚΗ Πίστει, ὑπογράψαι τῇ ἐπιστολῇ τοῦ
ὁσιωτάτου ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Λέοντος ἐπὶ τοῦ παρόντος ΑΝΕΒΑΛΛΟΝΤΟ, ἀλ-
λὰ φάσκοντες, ΕΘΟΣ ΕΙΝΑΙ ΕΝ ΤΗ ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΗ ΔΙΟΙΚΗΣΕΙ, ΠΑΡΑ
ΓΝΩΜΗΝ ΚΑΙ ΔΙΑΤΥΠΩΣΙΝ ΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΜΗΔΕΝ
ΤΟΙΟΥΤΟΝ ΠΟΙΕΙΝ, ΚΑΙ ΑΞΙΟΥΣΙΝ ΕΝΔΟΘΗΝΑΙ ΑΥΤΟΙΣ ΑΧΡΙ
ΤΗΣ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΣ ΤΟΥ ΕΣΟΜΕΝΟΥ ΤΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΜΕΓΑ-
ΛΟΠΟΛΕΩΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, εὔλογον ἡμῖν ἐφάνη, καὶ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΝ, ὥστε
αὐτοῖς μένουσιν ΕΠΙ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΣΧΗΜΑΤΟΣ, ἐν τῇ ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΗ ΠΟ-
ΛΕΙ, ΕΝΔΟΣΙΝ ΠΑΡΑΣΧΕΘΗΝΑΙ, ΑΧΡΙΣ ΑΝ ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΘΗ ΑΡ-
ΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΤΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΕΩΣ. Πασχασῖνος ὁ
Εὐλαβέστατος Ἐπίσκοπος, καὶ ΤΟΠΟΤΗΡΗΤΗΣ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥ
ΘΡΟΝΟΥ, εἶπεν· Εἰ προστάττει Η ΥΜΕΤΕΡΑ ΕΞΟΥΣΙΑ, καὶ κελεύετε τί
ποτε αὐτοῖς παραχθῆναι ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑΣ ἐχόμενον, ΕΓΓΥΑΣ δότωσαν, ὅτι
οὐκ ἐξέρχονται ΤΑΥΤΗΣ ΤΗΣ Πόλεως, ἕως οὗ ἡ Ἀλεξανδρέων Ἐπίσκοπον δέ-
ξηται. Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι Ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς Σύγκλη-
τος, εἶπον· Η ΤΟΥ ΟΣΙΩΤΑΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΑΣΧΑΣΙΝΟΥ ΨΗΦΟΣ,
ΒΕΒΑΙΑ ΕΣΤΩ. ὅθεν μένοντες ΕΠΙ ΤΟΥ ΟΙΚΕΙΟΥ ΣΧΗΜΑΤΟΣ οἱ Εὐλα-
βέστατοι Ἐπίσκοποι τῶν Αἰγυπτίων, ἢ ΕΓΓΥΑΣ παρέξουσιν, εἰ τοῦτο αὐτοῖς δυνατὸν,
ἢ ΕΞΩΜΟΣΙΑ καταπιστευθήσονται, ἀναμένοντες ΤΗΝ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ τοῦ

ἐσομένου

ἐσομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. Actione autem vndecima, in causa Bassiani Episcopi, Leontius Reuerendissimus Episcopus Magnesiæ, ex Codice relegit REGVLAM nonagesimam quintam, quæ videlicet IN REGVLIS PATRVM ex decimo sexto Antiocheni Concilij Canone hunc locum obtinebat: Si quis Episcopus « vacans, super Ecclesiam vacantem semetipsum inijciens, subripue- « rit Sedem PRÆTER PERFECTVM CONCILIVM; hunc expellendum « esse, licèt omnis populus, quem arripuit, eum elegerit. PERFECTA VERO SYNODVS ILLA EST, CVI INTEREST « ET METROPOLITANVS EPISCOPVS: Εἴ τις Ἐπίσκοπος σχολάζων, « ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν ἑαυτὸν ἐπιῤῥίψας, ὑφαρπάζοι τὸν Θρόνον ΔΙΧΑ ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΕΛΕΙΑΣ, τοῦτον ἀπόβλητον εἶναι· κἂν εἰ πᾶς ὁ λαὸς, ὃν ὑφήρπασεν, ἕλοιτο αὐτόν· ΤΕΛΕΙΑΝ ΔΕ ΕΙΝΑΙ ΣΥΝΟΔΟΝ ΕΚΕΙΝΗΝ, Η ΣΥΜΠΑΡΕΣΤΙ ΚΑΙ Ο ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Ex quo quidem, quanta sit Metropolitana siue Archiepiscopalis Dignitas, cernere est: sine qua etiam Generalibus Concilijs consensus subscriptioque non datur, cuiusque præsentiâ Concilia perficiuntur, siue suam obtinent perfectionem. Deinde verò, quoniam ad Romani Pontificis PASTORALEM CVRAM Gentium Conuersio spectaret, nil non molitur Gregorius, quò labores pro Sancta illa Expeditione Anglicana susceptos atque exantlatos, honoris Apostolici gloriâ compenset. Quid verò MISSAS? quid PALLII VSVM INTER IPSA MISSARVM SOLEMNIA, vltra dicendo commemorem? quin potiùs quæ nunc à nobis exposita sunt DE Romani Pontificis CVRA PASTORALI, deque mystica Sacri Pallij significatione, vltimis illis Gregorii verbis confirmemus, cùm hanc adfert concessi Pallij rationem: Vt quia « IVVARE SPIRITALIA studuit APOSTOLORVM PRINCIPIS solatio, « in ipso quoque inueniatur SPIRITALI ORDINE profecisse. Etenim, « vt omittam illud inprimis maximè notandum, scilicet Petrum, à Gregorio, APOSTOLORVM PRINCIPEM nominari, & in tenellis illis nascentis Christianitatis Anglicanæ cordibus inscribi, vt crescente Fide, cum Petro quoque cresceret Vnitatis Amor, Conuersionem Angliæ dictam PETRI SOLATIVM fateare necesse est; eumque Spiritali Ordine atque gradu augeri, ac Petro propiùs fortiusque iungi, in ipsaque Petri Plenitudine Potestatis, siue PONTIFICIO, veluti proficere, qui Pallium à Sede Apostolica acceptum induerit. Vnde quinto Decretorum capite Concilij Oecumenici Lateranensis Quarti, sub Innocentio Tertio Pont. Max. vbi DE DIGNITATE PATRIARCHARVM agitur, postquam De Antiquis Patriarchalium Sedium Priuilegiis habitus sermo est, continuò subiungitur: Ita quòd postquam eorum Antistites à Romano Pontifice « receperint PALLIVM, QVOD EST PLENITVDINIS OFFICII PON- « TIFICALIS INSIGNE, præstito sibi FIDELITATIS ET OBEDIEN- « TIÆ Iuramento, licenter & ipsi suis Suffraganeis PALLIVM « largiantur, recipientes pro se PROFESSIONEM CANONICAM, « & pro Romana Ecclesia SPONSIONEM OBEDIENTIÆ ab eisdem. «

Quamobrem venerandæ Diui Petri, Apostolorum Principis, Reliquiæ laneo huic amiculo, siue Pallio, etiamnunc insuuntur: quò innuatur Petri Potestatem communicatam quidem esse nobiscum, translatam verò ad Romanos Pontifices, Petri veros vnicosque successores, fuisse; à quibus huiuscemodi & potestatis testimonium, & dignitatis ornamentum accipimus. Vnde Theodorus Balsamon, Patriarcha Antiochenus, Georgij Xiphilini Constantinopolitani Patriarchæ, cui suum Opus dedicat, æqualis, in Nomocanonem Photij, magnæ quidem eruditionis, sed maioris nequitiæ viri, ac Constantinopolitanæ Sedis Tyranni, Titulo octauo, Canone primo, tradit; ad Beatum Cyrillum à Sancto Cælestino Papa missum fuisse PHRYGIVM, Βασιλικὸν Λῶρον, quo plena quoque Apostolicæ Sedis Potestas significatur; eoque deinceps, more Pontificis Romani, non tantùm in Ephesino Concilio, vt pro Romano Pontifice Præsidis partes impleret, fuisse insignitum, sed eo eius etiam successores in Solemnibus Sacris, dum Procederent aut Sacrificarent, vsos ac vti solitos esse. Inde ortum vt Archiepiscopis Alexandrinis concessum sit vt VNIVERSI ORBIS IVDICES appellentur, non modò Historici Græci narrant, verumetiam Græcarum Ecclesiarum Traditio confirmat: hodieque Archiepiscopi Alexandrini, Κριταὶ τῆς Οἰκουμένης, ORBIS IVDICES, salutantur, idque in Titulis suis Patriarchalibus habent. Vniuersæ rei satis demonstrat originem ipsa Balsamonis oratio, Scholiumque in DECRETVM CONSTANTINI PRO
» PRIMA SEDE: Nota (inquit iste, tametsi æquè ac Photius, Schi-
» smaticus, Photij Antiochenus Interpres) quòd ex præsenti edicto,
» seu REGIA Iussione, SANCTI ET MAGNI Constantini, ius habet
» Papa Romanus Imperatorijs Priuilegijs fruendi, PRÆTER SOLAM
» CORONAM: & ideo in omnibus quæ vbique fiunt PROCESSIONI-
» BVS, & DIVINIS eorum MYSTERIIS, REGIO LORO caput eius
» tegitur. Induitur autem etiam veris vestimentis, & cum vero Im-
» peratoris more equitat, eosque qui ei subsunt, Imperatorijs digni-
» tatibus honorat. QVIA AVTEM SECVNDA SYNODVS DEDIT AR-
» CHIEPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO OMNIA PAPÆ ROMANI
» PRIVILEGIA, CONATI SVNT NONNVLLI PATRIARCHÆ, VT ILLE
» CERVLVS, ET DOMINVS MICHAEL, ET ALII, EADEM SIBI PRI-
» VILEGIA ARROGARE, SED EIS NON RECTE CESSIT. Clericos au-
» tem Constantinopolitanos dignitatibus honorari non est vetitum,
» sed eæ quoque sunt mutilæ. Ius autem habet ex hoc Edicto Char-
» tophylax, equitandi, IN FESTO SANCTORVM NOTARIO-
» RVM, Equum Patriarchalem, cum albo linteamine. Oporteret
» autem etiam eius caput, vtpote PATRIARCHALIS CATE-
» NARII, tegi AVREA TIARA, quæ etiam in Chartophyla-
» cio, seu Tabulario, sita est. HVIVS QVOQVE TEMPO-
» RIS PATRIARCHA ALEXANDRINVS, EX PRÆSEN-
» TI EDICTO, IVS HABET VT CVM PHRYGIO CE-
» LEBRET. HABVIT AVTEM HANC FACVLTATEM

SANCTVS CYRILLVS ALEXANDRINVS A ROMANO PAPA «
CÆLESTINO, QVANDO FACTA EST EPHESINA SYNODVS ADVERSVS «
NESTORIVM. CVM NON POSSET CÆLESTINVS ADESSE EPHESI, «
ET IVDICARE NESTORIVM, VISVM EST VT SANCTO CYRIL- «
LO A CÆLESTINO PERMITTERETVR HVIC SYNODO PRÆSIDE- «
RE. VT ITAQVE CONSTARET EVM HABERE IVS ET AVTORI- «
TATEM PAPÆ, SEDIT CVM PHRYGIO, ET CONDEMNAVIT «
NESTORIVM. AB EO ERGO TEMPORE CVM EODEM PHRYGIO «
SACRIFICANT ET PROCEDVNT PATRIARCHÆ ALEXANDRINI, ET «
NON VERENTVR REPREHENDI. LEGE ETIAM S. CÆLESTINI «
DE EA RE EPISTOLAM SITAM IN ACTIS TERTIÆ SYNODI: «
Σημείωσαι, ὅτι ἀπὸ τῆς παρούσης Ἰνδίκτου, ἤτοι ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ προστάγματος, ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ Κωνσταντίνου, δικαιοῦται ὁ Πάπας Ῥώμης, διὰ πάντων τῶν βασιλικῶν προνομίων μεγαλύνεσθαι, ΑΝΕΥ ΜΟΝΟΥ ΤΟΥ ΣΤΕΜΜΑΤΟΣ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ὁπουδήποτε γινομέναις ΠΡΟΕΛΕΥΣΕΣΙΝ αὐτοῦ, καὶ ταῖς ΘΕΙΑΙΣ αὐτοῦ ΙΕΡΟΤΕΛΕΣΤΙΑΙΣ, ΔΙΑ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ ΛΩΡΟΥ τὴν κεφαλὴν κατακαλύπτεται. ἀμφιέννυται δὲ καὶ ἀληθινὰ ὑποδήματα, καὶ καβαλλικεύει μετὰ ἀληθινοῦ σελλοχαλίνου, κατὰ τοὺς Βασιλεῖς. τιμᾷ δὲ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ, διὰ Ἀξιωμάτων Βασιλικῶν. ΟΤΙ ΔΕ Η ΔΕΥΤΕΡΑ ΣΥΝΟΔΟΣ ΔΕΔΩΚΕ ΤΩ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΩ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΤΑ ΠΡΟΝΟΜΙΑ ΠΑΝΤΑ ΤΟΥ ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ, ΕΠΕΧΕΙΡΗΣΑΝ ΤΙΝΕΣ ΤΩΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΩΝ, ΩΣ Ο ΚΥΡΟΥΛΛΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ, ΚΑΙ ΚΥΡΙΟΣ ΜΙΧΑΗΛ, ΚΑΙ ΕΤΕΡΟΙ, ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΑΠΟΣΕΜΝΥΝΕΣΘΑΙ ΠΡΟΝΟΜΙΟΙΣ· ΟΥ ΓΕΓΟΝΕ ΔΕ ΑΥΤΟΙΣ ΕΙΣ ΚΑΛΟΝ ἡ ἐγχείρησις, τιμᾶσθαι δὲ διὰ ἀξιωμάτων τοὺς κληρικοὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, οὐ κεκώλυται, πλὴν καὶ ταῦτα κεκολοβωμένα εἰσίν. ὁ γὰρ κατὰ καιροὺς Χαρτοφύλαξ, ἀπὸ τῆς παρούσης Ἰνδίκτου, δικαιοῦται καβαλλικεύειν, ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΙΤΗΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΝΟΤΑΡΙΩΝ, ὃ Πατριαρχικὸν ἄλογον, μετὰ ὀθονίου λευκοῦ. ἔχει δὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ΩΣ ΚΑΤΗΝΑΡΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΙΚΟΥ, σκέπεσθαι, μετὰ ΧΡΥΣΗΣ ΤΙΑΡΑΣ, ἥτις καὶ ἐν τῷ Χαρτοφυλακίῳ ἀπόκειται. ΑΛΛΑ ΚΑΙ Ο ΚΑΤΑ ΚΑΙΡΟΥΣ ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ ΙΝΔΙΚΤΟΥ, ΔΙΚΑΙΟΥΤΑΙ ΜΕΤΑ ΛΩΡΟΥ ΛΕΙΤΟΥΡΓΕΙΝ. ΕΛΑΒΕ ΓΑΡ ΤΗΝ ΕΞΟΥΣΙΑΝ ΤΑΥΤΗΝ Ο ΑΓΙΟΣ ΚΥΡΙΛΛΟΣ Ο ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ, ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ ΚΕΛΕΣΤΙΝΟΥ, ΟΤΕ Η ΕΝ ΕΦΕΣΩ ΓΕΓΟΝΕ ΣΥΝΟΔΟΣ, ΚΑΤΑ ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ. ΤΟΥ ΓΑΡ ΚΕΛΕΣΤΙΝΟΥ ΜΗ ΔΥΝΑΜΕΝΟΥ ΠΑΡΟΥΣΙΑΣΑΙ ΕΙΣ ΕΦΕΣΟΝ, ΚΑΙ ΚΡΙΝΑΙ ΤΟΝ ΝΕΣΤΟΡΙΟΝ, ΣΥΝΕΔΟΞΕΝ ΕΠΙΤΡΑΠΗΝΑΙ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΚΥΡΙΛΛΟΝ ΥΠΟ ΤΟΥ ΚΕΛΕΣΤΙΝΟΥ, ΠΡΟΚΑΘΙΣΑΙ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ, ΑΝΤ' ΑΥΤΟΥ. ΕΙΣ ΓΟΥΝ ΠΑΡΑΣΤΑΣΙΝ ΤΟΥ ΕΧΕΙΝ ΑΥΤΟΝ ΤΟ ΔΙΚΑΙΟΝ ΤΟΥ ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ ΚΕΛΕΣΤΙΝΟΥ, ΕΚΑΘΙΣΕ ΜΕΤΑ ΛΩΡΟΥ, ΚΑΙ ΚΑΤΕΔΙΚΑΣΕ ΤΟΝ ΝΕΣΤΟΡΙΟΝ. ΕΚ ΤΟΤΕ ΟΥΝ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΩΡΟΥ ΙΕΡΟΥΡΓΟΥΣΙ ΚΑΙ ΠΡΟΟΔΕΥΟΥΣΙΝ ΟΙ ΠΑΤΡΙΑΡΧΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΑΙΤΙΑΣΙΝ ΟΥΧ ΥΠΟΠΙΠΤΟΥΣΙΝ. ΑΝΑΓΝΩΘΙ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ, ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΕΛΕΣΤΙΝΟΥ, ΚΑΤΕΣΤΡΩΜΕΝΗΝ ΟΥΣΑΝ ΕΙΣ ΤΑ ΠΡΑΚΤΙΚΑ ΤΗΣ Γ. ΣΥΝΟΔΟΥ. Sed ad institutum DE PALLIO sermonem reuertamur. Porrò

autem Macarius, Antiochenus Patriarcha, detecta eius Monothelitica Hæresi, eò quòd PLENITVDINEM POTESTATIS denotaret, Iurisdictionisque Archiepiscopalis Pallium signum esset, Sextæ Synodi
» Actione octaua, iubente Synodo, Omophorio exuitur: Sancta Sy-
» nodus exclamauit: HÆRETICVM seipsum manifestè demonstrauit.
» Novo DIOSCORO Anathema: Huiusmodi deponatur: NOVVM
» DIOSCORVM foras mitte: NOVO APOLLINARIO MALOS ANNOS:
» Meritò ab Episcopatu alienetur; NVDETVR CIRCVMPOSITO EI PAL-
» LIO. ET DENVDATO EO, ATQVE IN MEDIO ADSTANTE, VNA CVM
» STEPHANO EIVS DISCIPVLO, Theophanes Venerabilis Presbyter, &
» Abbas Monasterij Baïarum, interrogauit eosdem Macarium & Ste-
» phanum: Habuit Humanā Voluntatem Dominus noster Iesus Chri-
» stus, & Impeccabilem? Ἡ Ἁγία Σύνοδος ἐξεβόησεν. ΑΙΡΕΤΙΚΟΝ ἑαυτὸν προδήλως ἀπέδειξε. ΤΩ ΝΕΩ ΔΙΟΣΚΟΡΩ Ἀνάθεμα. Ὁ τοιοῦτος καθαιρείσθω. ΤΟΝ ΝΕΟΝ ΔΙΟΣΚΟΡΟΝ ἔξω βάλετε. ΤΟΥ ΝΕΟΥ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ ΚΑΚΑ ΤΑ ΕΤΗ. Δικαίως τῆς Ἐπισκοπῆς ἀλλοτριούσθω. ΓΥΜΝΟΥΣΘΩ ΤΟΥ ΠΕΡΙΚΕΙΜΕΝΟΥ ΑΥΤΩ ΩΜΟΦΟΡΙΟΥ. ΚΑΙ ΓΥΜΝΩΘΕΝΤΟΣ ΑΥΤΟΥ, ΕΙΣ ΜΕΣΟΝ ΤΕ ΕΣΤΩΤΟΣ, ΑΜΑ ΣΤΕΦΑΝΩ ΤΩ ΑΥΤΟΥ ΜΑΘΗΤΗ, Θεοφάνης ὁ Θεοσεβέστατος Πρεσβύτερος, καὶ Ἡγούμενος τοῦ μοναστηρίου Βαΐων, ἠρώτησε τοὺς αὐτοὺς, Μακάριόν τε καὶ Στέφανον, Εἰ εἶχεν Ἀνθρώπινον Θέλημα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ Ἀναμάρτητον; Hinc Nicetas, cognomento Dauid, Paphlagon, in Vita siue Certamine sancti Patris nostri Ignatij, Archiepiscopi Constantinopolitani, tanquam Prologus Galeatus ad Octauam Synodum, nar-
» rat: Post longam ergo verborum altercationem, laborem, & cuncta-
» tionem, solâ impotenti freti potentiâ, præter ius fasque omne, pan-
» nosa & sordenti veste primò induunt, & cùm PONTIFICALEM STO-
» LAM imposuissent, postea à tergo exuunt. Erat autem Hypodiaconus
» quidam, Procopius nomine, ab Ecclesia eiectus; quippe quem mente
» insanum, moribusque profanum Patriarcha non ita pridem gradu
» mouerat. Hic primus ablato à Patriarcha PALLIO, vesteque reliqua
» sacra, illud solemne proclamabat: INDIGNVS: Μετὰ πολλὴν οὖν τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἅμιλλαν, καὶ σπουδὴν καὶ τέχνην, καὶ οὐδένα δικαιοσύνης νόμον, μόνῃ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ μιμικῶς χρώμενοι, ἐνδύουσι τοῦτον ἱμάτια διερρωγότα καὶ ῥυπῶντα, ΚΑΙ ΤΗΝ ΙΕΡΑΤΙΚΗΝ ΣΤΟΛΗΝ περιβαλόντες, ἐκ τοῦ ὄπισθεν ἀπαμφιάζουσιν. Ἦν δέ τις ἐκκήρυκτος Ὑποδιάκονος, Προκόπιος τοὔνομα, ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΑΛΟΓΟΣ, ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΒΕΒΗΛΟΣ, ὃν ὁ Πατριάρχης πρώην διὰ τοῦτο ἔρριψε τοῦ βαθμοῦ. Ἐκεῖνος πρῶτος ἀναιρούμενος ΤΟ ΩΜΟΦΟΡΙΟΝ, καὶ τὴν λοιπὴν ἐσθῆτα, ἐβόα ΤΟ, ΑΝΑΞΙΟΣ. Ac postea ibidem idem Auctor, de Photio, qui in Ignatij Sedem
» inuaserat, hæc scribit: Tanta gloriæ dominandique siti æstuabat vt il-
» lius causâ per furiosam ambitionem, omnem DIVVM CANONEM, ac
» iura omnia sacraque permisceret. In primis autem hoc agebat, vt or-
» dinationes Patriarchæ transmutaret, atque ab eo damnatos Sedibus
» restitueret. Sed cùm id Imperatori nō probaretur, videre quid tentarit:
» Consecratos à Sancto Ignatio RESECRARE conatur. Quod cùm æquè
» parum succederet, ómnesque indignissimè ferrent, atque exsecraren-
» tur; ne ita quidem defecit iniquitas: HVMERALIBVS ET ORARIIS, ET

ALIIS STATVS SACERDOTALIS COEMPTIS INSIGNIBVS, SECRETO PRECES SVPER EA QVASDAM, SI TAMEN PRECES, ET NON POTIVS DIRÆ EXSECRATIONES APPELLANDÆ SVNT, PRONVNTIABAT; SICQVE EA SINGVLIS LOCO MVNERIS LARGITIONISQVE DABAT: Οὕτως ἔπραχεν ἐν ἀδείᾳ, πάντα ΚΑΝΟΝΑ ΘΕΙΟΝ, καὶ πᾶσαν Θεσμοθεσίαν ἱερὰν, διὰ τὴν αὐτοῦ φιλαρχίας συγχέας, καὶ Δοξομανίας. περὶ τούτων δὲ πάντων, πειρᾶται τὴν τοῦ Πατριάρχου προσχέειν μεθισᾶν, καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν καθηρημένους τῆς Ἐκκλησίας ἀντικαθισᾶν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἤρεσκεν οὕτως τῷ ΒΑΣΙΛΕΙ, ὁρᾶται δὲ ἐτόλμα· τοὺς ὑπὸ τοῦ Ἁγίου τετελεσμένους ἐπιχειρεῖ ΑΝΑΧΕΙΡΟΤΟΝΕΙΝ· ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο τῶν ἀτοπωτάτων ἔδοξε, καὶ ἀπευκτῶν, οὐδ' οὕτως ἠπόρησεν ἡ πονηρία· ΩΜΟΦΟΡΙΑ ΔΕ ΚΑΙ ΩΡΑΡΙΑ ΩΝΟΥΜΕΝΟΣ, ΚΑΙ ΟΣΑ ΤΗΣ ΙΕΡΑΤΙΚΗΣ ΣΥΜΒΟΛΑ ΧΡΗΜΑΤΙΣΕΙ ΤΕΛΕΙΩΣΕΩΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΙΣ ΕΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩ ΟΙΚΕΙΑΣ ΕΠΙΛΕΓΩΝ ΕΥΧΑΣ, ΕΙΓΕ ΤΑΥΤΑΣ ΕΥΧΑΣ, ΑΛΛ' ΟΥ ΔΥΣΦΗΜΙΑΣ ΕΝΑΓΕΙΣ, ΟΝΟΜΑΖΕΙΝ ΧΡΕΩΝ, ΟΥΤΩΣ ΕΚΑΣΤΩ, ΛΟΓΩ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ ΕΔΙΔΟΥ, ΚΑΙ ΧΑΡΙΣΜΑΤΟΣ.

Porro Actio secunda Octauæ Synodi, quæ est DE LAPSIS, post datum Lapsorum in Tyrannide Photij Episcoporum Libellum, oblatumque Sanctissimo Patriarchæ Ignatio, hæc habet: Patriarcha dixit: Ponatur Libellus SVPER PRETIOSA LIGNA, & sic receptum mihi porrigant: Quo facto Patriarcha accipiens EPISCOPALIA SVPERHVMERALIA, ijs dedit, & Theodoro, Episcopo Cariæ, dixit: Ecce sanus factus es, iam noli ampliùs peccare, ne quid deteriùs tibi contingat: singulique suo quisque loco adsederunt, actis immensis Deo gratijs: Εἶπεν οὖν ὁ Πατριάρχης, τεθήτω ὁ Λίβελλος ΕΙΣ ΤΑ ΤΙΜΙΑ ΞΥΛΑ, καὶ οὕτως αὐτὸν λαβόντες, καὶ δώσουσί μοι αὐτοί. οὗ γεγονότος, ἔλαβεν ὁ Πατριάρχης ΤΑ ΩΜΟΦΟΡΙΑ ΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, καὶ δέδωκε τούτοις, εἰπὼν πρὸς Θεόδωρον τὸν Καρίας· ἴδε, ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρον τί σοι γένηται. καὶ ἐκάθισεν ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν τάξιν μετ' εὐχαριστίας πολλῆς. Ioan. 5. v. 14.

Priscum verò illud atque Apostolicum indumenti genus cur Laneum esse oportuerit, multiplex quidem, verùm vna atque altera potissimùm ratio percommodè adferenda hîc est. Prima videtur ex eo sumpta quòd PASTORES OVIVM SVMVS, ac proinde optimo iure sericis abstinemus, cùm aliquid mysterij significandi subest. Gen. 47. v. 3. Quam rationis partem distinctè declarat Septimæ Synodi decimus quintus Canon, qui inscribitur, Quod non oporteat SACRATVM VIRVM vestimentis pretiosis indui, Ὅτι οὐ δεῖ ΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΔΡΑ ἱματίοις πολυτελέσιν ἀμφιέννυσθαι· Omnis iactantia & ornatura corporalis aliena est à SACRATO ORDINE. Eos ergo Episcopos vel Clericos qui se FVLGIDIS & CLARIS vestibus ornant, emendari oportet: quòd si in hoc permanserint, EPITIMIO tradantur: similiter eos QVI VNGVENTIS INVNGVNTVR. Quoniam verò radice amaritudinis exorta, contaminatio facta est in CATHOLICA Ecclesia, CHRISTIANOS CALVMNIANTIVM HÆRESIS; etiam hi qui hanc receperunt, non solùm IMAGINARIAS PICTVRAS abominati sunt, sed & omnem reuerentiam repulerunt, eos qui religiosè ac piè viuunt offendentes: (aliàs, odio habentes:) ac per hoc completur in eis quod scriptum

Eccl. 1. v. 32. » est : Abominatio est Peccatori Dei cultus. IGITVR SI INVENTI
» FVERINT DERIDENTES EOS QVI VILIBVS ET RELIGIOSIS VE-
» STIMENTIS AMICTI SVNT, PER EPITIMIVM CORRIGANTVR.
» PRISCIS ENIM TEMPORIBVS OMNIS SACRATVS VIR CVM ME-
» DIOCRI AC VILI VESTE CONVERSABATVR. OMNE QVIPPE
» QVOD NON PROPTER NECESSITATEM SVAM, SED PROPTER
» VENVSTATEM ACCIPITVR, ELATIONIS HABET CALVMNIAM,
» quemadmodum Magnus ait Basilius. Sed neque EX SERICIS TEX-
» TVRIS vestem quis variatam induebat: neque apponebat VARIO-
» RVM COLORVM ORNAMENTA, IN SVMMITATIBVS VESTIMEN-
Matt 11. v. 8. » TORVM. Audierant autem ex DEISONA LINGVA, quia Qui mol-
» libus vestiuntur, in domibus REGVM sunt: Πᾶσα βλακεία καὶ κόσμησις σωματικὴ ἀλλοτρία ἐστὶ ΤΗΣ ΙΕΡΑΤΙΚΗΣ ΤΑΞΕΩΣ. τοὺς οὖν ἑαυτοὺς χρημοῦντας Ἐπισκόπους ἢ Κληρικοὺς δι᾽ ἐσθήτων ΛΑΜΠΡΩΝ καὶ ΠΕΡΙΦΑΝΩΝ, τούτους διορθοῦσθαι χρή· εἰ δὲ ἐπιμένοιεν, ΕΠΙΤΙΜΙΩ παραδίδοσθαι· ὡσαύτως καὶ ΤΟΥΣ ΤΑ ΜΥΡΑ ΧΡΙΟΜΕΝΟΥΣ. ἐπεὶ δ᾽ ἡ ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα μίασμα γέγονεν ἐν τῇ ΚΑΘΟΛΙΚΗ Ἐκκλησίᾳ, Η ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΚΑΤΗΓΟΡΩΝ ΑΙΡΕΣΙΣ, καὶ οἱ ταύτην δεξάμενοι, οὐ μόνον τὰς εἰκονικὰς ἀναζωγραφήσεις ἐβδελύξαντο, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν εὐλάβειαν ἀπώσαντο, τοὺς σεμνῶς καὶ εὐσεβῶς βιοῦντας προσοχθίζοντες. καὶ πεπλήρωται ἐπ᾽ αὐτοῖς τὸ γεγραμμένον, Βδέλυγμα ἁμαρτωλῷ θεοσέβεια. ΕΙ ΕΥΡΕΘΩΣΙ ΤΟΙΝΥΝ ΕΓΓΕΛΩΝΤΕΣ ΤΟΙΣ ΤΗΝ ΕΥΤΕΛΗ ΚΑΙ ΣΕΜΝΗΝ ΑΜΦΙΑΣΙΝ ΠΕΡΙΚΕΙΜΕΝΟΙΣ, ΔΙ᾽ ΕΠΙΤΙΜΙΟΥ ΔΙΟΡΘΟΥΣΘΩΣΑΝ. ΕΚ ΓΑΡ ΤΩΝ ΑΝΩΘΕΝ ΧΡΟΝΩΝ ΠΑΣ ΙΕΡΑΤΙΚΟΣ ΑΝΗΡ, ΜΕΤΑ ΜΕΤΡΙΑΣ ΚΑΙ ΣΕΜΝΗΣ ΑΜΦΙΑΣΕΩΣ ΕΠΟΛΙΤΕΥΕΤΟ. ΠΑΝ ΓΑΡ Ο ΜΗ ΔΙΑ ΧΡΕΙΑΝ ΑΛΛΑ ΔΙΑ ΚΑΛΛΩΠΙΣΜΟΝ ΠΑΡΑΛΑΜΒΑΝΕΤΑΙ, ΠΕΡΠΕΡΕΙΑΣ ΕΧΕΙ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΝ, ὡς ὁ Μέγας ἔφη Βασίλειος. ἀλλ᾽ οὐδὲ ΕΚ ΣΗΡΙΚΩΝ ΥΦΑΣΜΑΤΩΝ πεποικιλμένην ἐσθῆτα ἐνεδιδύσκετό τις, οὐδὲ προσετίθεσαν ΕΤΕΡΟΧΡΟΑ ΕΠΙΒΛΗΜΑΤΑ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΚΡΟΙΣ ΤΩΝ ΙΜΑΤΙΩΝ. ἤκουσαν γὰρ ΕΚ ΤΗΣ ΘΕΟΦΘΟΓΓΟΥ ΓΛΩΤΤΗΣ, ὅτι οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ΒΑΣΙΛΕΩΝ εἰσίν. Quod ad secundam rationem attinet cur, laneum Pallium sit, disputat vnus omnium optimè sanctissimus ille Isidorus Abbas, Diui Ioannis Chrysostomi discipulus, qui in Pelusio Ægypti monte, inter diuinas illas Asceticas Monachorũ mentes, ita purè castéque de Deo philosophabatur, vt idẽ Apostolicus Sacræ Scripturæ Interpres simul breuissimus ac longissimus habitus sit. Exstat ergo centesima tricesima sexta libri primi Isidori Epistola ad Herminum Comitem, in qua de sacro amiculo illo laneo, quod Græci OMOPHORIVM, Ὠμοφόριον (id verò SVPERHVMERALE sonat) nos Latinè PALLIVM dicimus, hunc in modum agit: Ὅσον αὐτὸς ἄπληστος εἶ πρὸς τὴν μάθησιν, τοσοῦτον ἐγὼ πρόθυμος πρὸς τὴν δήλωσιν, μόνον εἰ Θεὸς δῷ ταῖς εὐχαῖς σου τὴν εὕρεσιν αὐτόθεν. Η ΟΘΟΝΗ, μεθ᾽ ἧς ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΥΣΙΝ ἐν τοῖς ΑΓΙΟΙΣ οἱ ΔΙΑΚΟΝΟΙ, τὴν τοῦ Κυρίου ἀναμιμνήσκει ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΝ, νίψαντος τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάξαντος. Τὸ δὲ τοῦ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΩΜΟΦΟΡΙΟΝ ἐξ ΕΡΕΑΣ ὄν, ἀλλ᾽ οὐ λίνου, τὴν τοῦ ΠΡΟΒΑΤΟΥ δορὰν σημαίνει ὅπερ πλανηθὲν ζητήσας ὁ Κύριος, ἐπὶ τῶν οἰκείων ὤμων ἀνέλαβεν. Ο ΓΑΡ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ

ΕΙΣ ΤΥΠΟΝ ΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΤΟ ΕΡΓΟΝ ΕΚΕΙΝΟΥ ΠΛΗΡΟΙ. καὶ δείκνυσι πᾶσι διὰ τοῦ σχήματος, ὅτι ΜΙΜΗΤΗΣ ἐστὶ τοῦ Ἀγαθοῦ καὶ Μεγάλου Ποιμένος, ὁ τὰς ἀσθενείας φέρειν τοῦ Ποιμνίου προβεβλημένος. καὶ πρόσεχε ἀκριβῶς. ἡνίκα γὰρ αὐτὸς ὁ Ἀληθινὸς Ποιμὴν παραγίνηται ΔΙΑ ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣΚΥΝΗΤΩΝ ΑΝΑΠΤΥΞΕΩΣ, καὶ ὑπανίσταται, καὶ ἀποτίθεται ΤΟ ΣΧΗΜΑ ΤΗΣ ΜΙΜΗΣΕΩΣ ὁ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, αὐτὸν δηλῶν παρεῖναι τὸν Κύριον, τὸν τῆς ΠΟΙΜΑΝΤΙΚΗΣ Ἡγεμόνα. καὶ Θεὸν καὶ Δεσπότην. Cuius quidem aureolæ oratiunculæ ſingulas ſententias preſsè ac enucleatè, ſi velimus, ſic interpretari licebit. PRIMA; quæ præfationis, & tanquam exordij, locum obtinet, eſt: Quantum tu inexplebili es « cupiditate diſcendi, tantum ego dicendi ad ea quæ quæris, tantum- « que ad eadem explicanda promptus atque procliuis ſum: dummo- « do Deus, precibus tuis commotus, inuentionem mihi cœlitus con- « cedat. SECVNDA: ALBA illa cum qua DIACONI in SANCTIS SAN- « CTORVM Liturgicè miniſtrant, HVMILITATEM Domini, qui Di- « ſcipulorum pedes lauit & exterſit, nobis in memoriam redigit. « TERTIA: Id autem OMOPHORION, (id eſt, SVPERHVMERALE, ſi- « ue PALLIVM,) quod EPISCOPVS (videlicet EPISCOPVS METRO- « POLITANVS, ſiue Archiepiſcopus: qui, vt Epiſcopus, quia Summus Sacerdos eſt, κατ' ἐξοχὴν SACERDOS; ſic quoniam Summus ipſe Prouinciæ Epiſcopus, per quamdam excellentiam ſimpliciter atque abſolutè EPISCOPVS dicendus eſt) humeris geſtat, atque ex « LANA, non ex lino contextum eſt; OVIS illius, quam Dominus « Luc 15. aberrantem quæſiuit, inuentamque humeris ſuis ſuſtulit, vellus de- « v. 4. & 5. ſignat. QVARTA: EPISCOPVS ENIM QVI CHRISTI TYPVM GE- « RIT, OPVS EIVS COMPLET; atque ipſo etiam habitu geſtuque il- « lud omnibus oſtendit, ſe Boni illius ac Magni Paſtoris partes age- « re, eiuſque eſſe perfectum IMITATOREM ac REPRÆSENTATOREM; « ad Gregiſque infirmitates ferendas ſe eſſe propoſitum. QVINTA, « atque Vltima: Ac diligenter animum attende. Nam cùm ipſe Ve- « rus Paſtor PER ADORANDORVM EVANGELIORVM APERTIONEM « accedit, tum demum EPISCOPVS adſurgit, atque REPRÆSENTA- « TIONIS HABITVM deponit: hinc nimirum Dominum, ipſum PA- « STORALIS ARTIS Ducem, ipſum Deum, ipſum Herum, adeſſe ſi- « gnificans. Quam quidem clauſulam nemo quantumlibet doctus, « intelliget, niſi in Eccleſiæ Orientalis ritibus optimè verſatus ſit. Si verò vſum Græcarum rerum percalluerit, inter ſtatas ſolemneſque Cerimonias quæ Pontificatu continentur, hanc maximam & occultiſſimam mecum rimabitur, quæ in CHRISTIANORVM SACRIFICIO, quod apud Græcos incredibili cerimonia fit, Archiepiſcopo ſacra faciente, obſeruari ſolet. Miſſus quippe ab Archiepiſcopo accepta poteſtate ac benedictione ad recitandum, vel potiùs prædicandum Euangelium, Diaconus, Archiepiſcopi manu, Omophorio, ſiue Pallio, quaſi demiſſo, potiùs quàm depoſito, brachium dextrum induit: quo ſic ornatus Sacra Euangelia, quæ manibus defert, haud ſine latente myſterio, ſit aperturus. Atque illud eſt

quod non quidem apertiùs, ſed acriùs ſignificantiúſque ad Myſticum Cerimoniarum Ius alludens, vltimâ ſuâ ſententiâ, ſic grauiter
» Theologus noſter Peluſiota commemorat: Nam cùm ipſe Verus
» Paſtor, PER ADORANDORVM EVANGELIORVM APERTIONEM
» accedit; tum demum EPISCOPVS adſurgit, atque REPRÆSENTA-
» TIONIS HABITVM deponit: hinc nimirum Dominum, ipſum PA-
» STORALIS ARTIS Ducem, ipſum Deum, ipſum Herum adeſſe ſigni-
» ficans. Euangeliorum enim & Præſentia & Apertio myſtica eſt:
Matt. 5. v. 2. nec alio ſanè inſtrumento atque monimento Chriſtus OS SVVM APERIENS, ac Eccleſiam ſuam docens, rectiùs vnquam repræſentandus fuit. Quapropter, vt memoriæ proditum eſt, in media illa, quæ Epheſi habita eſt, Oecumenica Synodo, vbi tertiùm ſe totam Eccleſia caſtè conſpicere ac ſanctè mirari potuit; Thronus erectus atque paratus eſt: in medioque (tanquam Sponſo ſuo Eccleſia puluinar poſuiſſet) Sacrorum Codicum Volumen collocatum fuit; quo
Matt. 18. v. 20. Chriſtus adeſſe, Concilioque præeſſe, vt Promiſſi ſui veritatem ac ſummam compleret, ſignificaretur: atque ita Eccleſia, id eſt, Epiſcopi, tremenda quadam ſupplicatione atque gratulatione Deo Opt. Max. decreta, quaſi Triumphi prærogatiuâ, inſtinctum diuinum afflatumque futurum, tanquam DEO MEDIO, præſenſit. Solemnem hanc ſacramque formulam Theodoſio & Valentiniano Impp. ſignificat à ſe religioſiſſimè ſeruatam Sacra Epheſina Synodus, in Relatione ad Religioſiſſimos Imperatores, De Depoſitione
» Neſtorij, his verbis: Cum itaque ſequenti die in SANCTA ET MA-
» GNA ECCLESIA, quæ appellatur MARIA, conueniſſemus, SAN-
» CTVMQVE EVANGELIVM, QVOD IPSVM CHRISTVM PRÆSEN-
» TEM NOBIS MONSTRABAT, IN THRONO, QVI MEDIVM LOCVM
» OBTINEBAT, PROPOSITVM ESSET, Canonum formâ ſeruatâ, TRES
» rurſum alios SANCTISSIMOS Epiſcopos ad ipſum miſimus, mo-
» nentes ſimul ac rogantes (ſupple, Neſtorium) vt Sanctæ Synodo
» ſeſe ſiſteret, ſuæque doctrinæ defenſionem proferret: Τῇ οὖν ἐπαύριον συναχθέντες ἐν τῇ ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, τῇ καλουμένῃ ΜΑΡΙΑ, ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΕΝ ΤΩ ΜΕΣΑΙΤΑΤΩ ΘΡΟΝΩ, ΚΑΙ ΑΥΤΟΝ ΗΜΙΝ ΠΑΡΟΝΤΑ ΤΟΝ ΧΡΙΣΤΟΝ ΔΕΙΚΝΥΟΝΤΟΣ, ἡμεῖς μὲν ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΩΝ ΚΑΝΟΝΩΝ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΝ, καὶ αὖθις ἀπεστείλαμεν πρὸς αὐτὸν ΤΡΕΙΣ ἑτέρους ΑΓΙΩΤΑΤΟΥΣ Ἐπισκόπους, παρακαλοῦντες ἀπαντῆσαι εἰς τὴν Ἁγίαν Σύνοδον, καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι. Ac certè inde ortum habuit Sententiæ Depoſitionis Neſtorij formula ab Epheſino, Vniuerſali Concilio edita, at-
» que his verbis concepta: IGITVR DOMINVS NOSTER IESVS CHRI-
» STVS, QVEM SVIS ILLE BLASPHEMIS VOCIBVS IMPETIVIT, PER
» SANCTISSIMAM HANC SYNODVM EVMDEM NESTORIVM EPI-
» SCOPALI DIGNITATE PRIVATVM, ET AB VNIVERSO SACERDO-
» TVM CONSORTIO ET COETV ALIENVM ESSE DEFINIT: Ὁ βλασφημηθεὶς τοίνυν παρ' αὐτοῦ ΚΥΡΙΟΣ ἡμῶν ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΩΡΙΣΕ διὰ τῆς παρούσης Ἁγιωτάτης Συνόδου, ἀλλότριον εἶναι τὸν αὐτὸν Νεστόριον ΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΙΚΟΥ ΑΞΙΩΜΑΤΟΣ, καὶ πάσης ΣΥΛΛΟΓΟΥ ΙΕΡΑΤΙΚΟΥ.
Quod quidem procul dubio factum est, vt Christi esse videretur
Sententia, non Synodi; videlicet præsente per Euangelium, de-
cernente per Synodum Christo. Qui sanè ritus Chalcedone quo-
que diligenter seruatus, nec postea relictus fuit. Quapropter OEcu-
menici Chalcedonensis Concilij Actione prima legere est: ANTE- «
POSITIS IN MEDIO SACROSANCTIS ET VENERABILIBVS EVANGE- «
LIIS, Paschasinus Reuerendissimus Episcopus & VICARIVS SEDIS «
APOSTOLICÆ, cùm in medio vnà cum his viris Reuerendissimis «
Collegis suis stetisset, dixit: ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΥ ΕΝ ΤΩ ΜΕΣΩ ΤΟΥ Α- «
ΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΑΧΡΑΝΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ, Πασχασῖνος ὁ Εὐλαβέστατος
Ἐπίσκοπος ΦΥΛΑΞ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥ ΘΡΟΝΟΥ, ὡς ἔστη ἐν μέσῳ μετὰ
καὶ τῶν συνελθόντων αὐτῷ, ἔφη. Ac iterum eadem Actione: Congrega- «
ta rursus SANCTA ET MAGNA Synodo, PROLATIS SANCTIS ET «
TREMENDIS EVANGELIIS, & Præsidente Sanctissimo Archiepisco- «
po nostro Flauiano, in SECRETARIO EPISCOPII: Συναχθείσης αὖθις «
τῆς ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΗΣ Συνόδου, ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ
ΦΡΙΚΤΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩΝ, καὶ Προεδρεύοντος τοῦ Ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου
ἡμῶν Φλαυιανοῦ ἐν τῷ ΣΗΚΡΗΤΩ ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΕΙΟΥ. Et Actione
quarta: Residentibus omnibus ANTE ALTARIS SANCTISSIMI «
CANCELLOS, PROPOSITIS IN MEDIO SACROSANCTIS EVANGE- «
LIIS, Gloriosissimi Iudices & Amplissimus Senatus dixerunt: Καθε- «
σθέντων πάντων ΠΡΟ ΤΩΝ ΚΑΓΚΕΛΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΘΥΣΙΑ-
ΣΤΗΡΙΟΥ, ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΥ ΕΝ ΤΩ ΜΕΣΩ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ Α-
ΧΡΑΝΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ, οἱ Ἐνδοξότατοι Ἄρχοντες, καὶ ἡ Ὑπερφυὴς Σύγκλη-
τος, εἶπον. Denique Actione quinta, cùm Subscriptio apponenda
decernitur Definitioni, Quòd Sancta Maria, THEOTOCOS, Θεοτό-
κος, dicenda, atque in Symbolo (quod Quinta Synodus vbique fer-
me MATHEMA FIDEI, vel simpliciter MATHEMA, appellat) cre-
denda sit; Vniuersa Synodus clamat: PETIMVS VT DEFINITIO «
SVBSCRIBATVR CORAM EVANGELIIS: Ὁ ὅρος δεόμεθα ὑπογραφῇ «
ΕΠΙ ΤΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩΝ. Hinc Actione quarta, tanquam Christo
per Euangelia præsente, de Dioscori Damnatione dicitur: DIO- «
SCORVM CHRISTVS DEPOSVIT, Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε. Iuliani «
quoque Episcopi Coënsis inde ductum argumentum est, Epistolâ
ad Leonem Imperatorem, cùm de probando ac recipiendo Chal-
cedonensi Concilio, ait: Supplicamus igitur Vestræ Potentiæ, vt «
inuiolabiliter conseruetis ea quæ A CHRISTO per ipsum de ipso «
bene sunt constituta. Vbi enim tantorum erat congregata Mul- «
titudo Pontificum, & SANCTORVM PRÆSENTIA EVANGELIORVM, «
& frequens simul Oratio, ILLIC CREATVRÆ TOTIVS OPIFICEM, «
INVISIBILI VIRTVTE CREDIMVS FVISSE PRÆSENTEM. Atque «
hæc Tertia, siue Ephesina, Quartaque, seu Chalcedonensis, OEcu-
menica Synodus: quorum similia tam Primo quàm Secundo Ge-
nerali Concilio factitata fuisse haud incertum foret, si Primæ ac
Secundæ, id est, Nicænæ ac Constantinopolitanæ, Synodi Acta

ipsa exstarent. Quinta, quæ Constantinopolitana Secunda est, præter innumera loca vbi simile quid vsurpatum colligitur, (quandoquidem nec Græca omnia, nec integra ad nos hactenus Acta peruenere, quæ formulas omnes ritusque seruatos continerent) Collatione quinta, ex Pseudosynodo Mopsuestena, SANCTISSIMI
» EPISCOPI dixerunt: Ista quidem quæ REVERENDISSIMORVM CLE-
» RICORVM scientiæ & memoriæ sunt, declarant robur eorum quæ
» mota sunt: superest verò, vt etiam præsentem rem testimonium
» sequatur eorum qui extra Sacrum Concilium sunt. Singulatim
» igitur præsentes clarissimi & honestissimi & laudabiles viri intro-
» ducti, qui etiam ætate priores demonstrati sunt, declarent tam vi-
» tæ tempus, quàm ea quæcumque sciunt, propter causam quæ nunc
» mouetur, PER PRÆSENTIA DIVINA ET VENERABILIA EVANGE-
» LIA priùs confirmantes ea quæ dicturi sunt. Ex quibus profectò patet eorum quoque temporum sacra laudabilisque consuetudo, quámque mos iste diligenter seruatus, vt qui non in Generalibus Concilijs modò, sed & in Prouincialibus, qualis Mopsuestena erat, retineretur. At clariùs Actione decima quarta, Proposita in hac Synodo, antiquo ritu, Euangelia fuisse constat, his sequentibus ver-
» bis: Sanctum Concilium dixit: Transeat in medium Georgius
» DEO AMABILIS Diaconus, & Chartophylax, TACTISQVE PROPO-
» SITIS SACROSANCTIS CHRISTI DEI NOSTRI EVANGELIIS, satis-
» faciat nobis, si præsignati hi duo libri, & volumen, quomodo ea
» inuenit, & in Bibliotheca VENERABILIS PATRIARCHII percepit,
» ita etiam nunc sunt. TANGENS IGITVR PRÆPOSITA SACROSAN-
» CTA DEI ELOQVIA IDEM DEO-AMABILIS DIACONVS ET CHAR-
» TOPHYLAX GEORGIVS DIXIT: PER ISTAS SANCTAS VIRTVTES
» ET DEVM QVI LOCVTVS EST PER EAS, CVM VERITATE HI
» DVO LIBRI MEMBRANACEI SANCTI QVINTI CONCILII, & Volu-
» men Septimæ Actionis eiusdem Sancti Quinti Concilij, iuxta quod
» iam & excusi sunt & prolati, ita etiam nunc manifestati sunt, &
» sicut, & pridem eos in Bibliotheca VENERABILIS PATRIARCHII
» inueni atque suscepi, & neque additum est quidquam à me, ne-
» que subtractum per me; neque cum conscientia mea à quo-
» quam omnium; sed & Liber Charraceus eiusdem Sancti Quinti
» Concilij, qui in præsenti à me inuentus est in eadem Bibliotheca
» VENERABILIS PATRIARCHII, ita est, sicut ibidem inuentus est
» depositus. Et surgentes Reuerendissimi Episcopi eiusdem Sancti
» Concilij, assumentesque in manibus tam prædictos Duos Libros
» Membranaceos, & Volumen Chartaceum, accuratéque eadem lo-
» ca inspicientes, quæ accusata sunt, eaque conferentes cum Char-
» taceo Libro, quem in recenti protulerat Georgius DEO-AMABI-
» LIS Diaconus, & Chartophylax, nec non & cum alijs antiquis
» Chartaceis Libris eiusdem Sancti Quinti Concilij, dixerunt: Η Ἁγία Σύνοδος εἶπε· προελθέτω εἰς μέσον Γεώργιος ὁ ΘΕΟΣΕΒΕΣΤΑΤΟΣ Διάκονος καὶ Χαρτοφύλαξ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΩΝ ΑΧΡΑΝΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ.

ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩΝ ΕΦΑΠΤΟΜΕΝΟΣ, πληροφορησάτω ἡμᾶς, εἰ ταῦτα τὰ προσδηλούμενα δύο βιβλία, καὶ τὸ εἰλητάριον, ὃν τρόπον εὗρεν αὐτὰ, καὶ παρέλαβεν, ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ ΤΟΥ ΕΥΑΓΟΥΣ ΠΑΤΡΙΑΡΧΕΙΟΥ, οὕτως καὶ νῦν εἰσί. ΚΑΙ ΨΑΜΕΝΟΣ ΤΩΝ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΩΝ ΑΧΡΑΝΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩΝ, Ο ΑΥΤΟΣ ΘΕΟΣΕΒΕΣΤΑΤΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ΚΑΙ ΧΑΡΤΟΦΥΛΑΞ ΓΕΩΡΓΙΟΣ ΕΙΠΕ· ΜΑ ΤΑΣ ΑΓΙΑΣ ΔΥΝΑΜΕΙΣ ΤΑΥΤΑΣ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΤΟΝ ΛΑΛΗΣΑΝΤΑ ΔΙ' ΑΥΤΩΝ σὺν ἀληθείᾳ, ταῦτα τὰ δύο ἐν σώματι βιβλία τῆς Ἁγίας Πέμπτης Συνόδου, καθὼς καὶ ἤδη προσηνέχθησαν καὶ προσεκομίσθησαν, οὕτως καὶ νῦν τυγχάνουσιν ἀκριβῶς, ὡς καὶ ἤδη αὐτὰ ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ ΤΟΥ ΕΥΑΓΟΥΣ ΠΑΤΡΙΑΡΧΕΙΟΥ εὗρον, καὶ παρέλαβον. καὶ οὔτε προσετέθη ἐξ ἐμοῦ τί ποτε, οὔτε ὑφῃρέθη, οὔτε εἰδήσει μου ἐξ οἱουδήποτέ τινος τῶν πάντων. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ παρόντος εὑρεθὲν παρ' ἐμοῦ, ἐν τῇ αὐτῇ Βιβλιοθήκῃ ΤΟΥ ΕΥΑΓΟΥΣ ΠΑΤΡΙΑΡΧΕΙΟΥ Χαρτῷον Βιβλίον, τῆς αὐτῆς Ἁγίας Πέμπτης Συνόδου, οὕτως ἐστὶ καθὼς ἐκεῖσε εὑρέθη ἀποκείμενον. Καὶ ψηλαφήσαντες οἱ τῆς Ἁγίας Συνόδου ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΙ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ, καὶ ἐν χερσὶ λαβόντες τά τε εἰρημένα Δύο ἐν σώματι Βιβλία, καὶ τὸ Χαρτῷον εἰλητάριον, καὶ ἀκριβῶς τοῖς κατηγορηθεῖσιν ἐν αὐτοῖς τοῖς τόποις κατεπισκεψάμενοι, καὶ ἀντιβάλλοντες αὐτὰ πρὸς τὸ Χαρτῷον Βιβλίον, τὸ ἐπὶ τοῦ παρόντος προσκομισθὲν ὑπὸ Γεωργίου τοῦ ΘΕΟΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥ Διακόνου καὶ χαρτοφύλακος, ἔτι μὴν καὶ πρὸς ἕτερα Χαρτῷα ἀρχαῖα Βιβλία τῆς αὐτῆς Ἁγίας Πέμπτης Συνόδου, εἶπον. Sancta Synodus Sexta, Generalis Constantinopolitana Tertia, Actione prima sub Agathone Papa hæc habet : PROPOSITIS IN MEDIO SACROSANCTIS CHRISTI DEI NOSTRI EVANGELIIS; Προκειμένων ἐν μέσῳ τῶν Ἁγίων καὶ Ἀχράντων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ΕΥΑΓΓΕΛΙΩΝ· idemque singulis Synodi Actionibus vbique. Septima, Secunda videlicet Nicæna, ex Anastasij Bibliothecarij versione, hunc ritum sic expositum præfert, Actione prima, cui congruunt sequentes : PROPOSITIS SANCTIS ET INTEMERATIS DEI EVANGELIIS; Προκειμένων τῶν Ἀχράντων καὶ Ἁγίων τοῦ Θεοῦ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩΝ. Ac postea ibidem in SACRA Constantini & Irenes Impp. ad Vniuersam Synodum : Igitur quoniam à Toto terrarum Orbe collegit vos Deus, CONSILIVM SVVM STATVERE VOLENS, ecce PROPOSITIS SANCTIS EVANGELIIS ET INTELLIGIBILITER CLAMANTIBVS; IVSTE IVDICATE : State stabiles Pietatis Propugnatores; & omnem NOVITATEM VOCVM, & NOVITER-APPARENTEM SEDITIONEM recidere procurate; quemadmodum & PETRVS, PRIMVS PRINCEPS COLLEGII APOSTOLICI, (vel, vt Vulgata fert huius Septimæ Synodi Editio : hæc enim qua vtimur, Vetus Anastasij est; PETRVS APOSTOLICÆ SEDIS PRIMVS DVX) qui seruilis deceptionis amentiâ percussâ, IVDAICÆ AVDITIONIS SENSVM Gladio abstulit. Extendite SECVRIM SPIRITVS, & omnem arborem germinantem fructum contentionis & dissensionis, ac Introductæ Nouitatis, aut MAGISTERIALIBVS VOCIBVS transplantate, aut Canonicis Increpationibus concidite, & in ignem futuræ gehennæ transmittite; vt integrum Ecclesiæ Corpus compactum & conueniens, atque Paterna Traditione corroboratum PAX SPI-

Matt. 3. v. 10. Luc. 3. v. 9.

» RITVS custodiat, & totius Romanæ Reipublicæ nostræ constitu-
» tio simul tranquilla cum Fidei tranquillitate consistat. Καὶ ἐπειδὴ τὰς ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης ὁ Θεὸς συνήγαγεν ὑμᾶς, ΒΟΥΛΗΝ ΤΗΝ ΟΙΚΕΙΑΝ ΣΤΗΣΑΙ ΘΕΛΩΝ, ἤδη ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩΝ, ΚΑΙ ΝΩΗΤΩΣ ΒΟΩΝΤΩΝ· ΔΙΚΑΙΩΣ ΚΡΙΝΑΤΕ· στῆτε ἑδραῖοι τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχοι, καὶ πᾶσαν ΚΑΙΝΟΦΩΝΙΑΝ, καὶ ΝΕΟΦΑΝΗ ΕΙΣΗΓΗΣΙΝ, ἐκτεμεῖν προθυμήθητε· καὶ καθὰ ΠΕΤΡΟΣ Ο ΠΡΩΤΑΡΧΟΣ ΤΗΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΣ ΟΜΗΓΥΡΕΩΣ (heu, quàm luculenta quámque Nouitatis inimica oratio) τὴν ἀνδραποδώδη ἀπόνοιαν πατάξας, ΤΟ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ ΑΙΣΘΗΤΗΡΙΟΝ τῇ Μαχαίρᾳ ἀφείλετο. Ανατείνατε τὴν ΑΞΙΝΗΝ τοῦ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, καὶ πᾶν δένδρον ποιοῦν καρπὸν ἐθελοκακίας, καὶ διχονοίας, καὶ Επεισάκτου Καινοτομίας, ἢ ταῖς ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΚΑΙΣ ὑμῶν ΦΩΝΑΙΣ μεταφυτεύσατε, ἢ Κανονικαῖς Επιτιμήσεσι συγκόψατε, καὶ εἰς τὸ πῦρ τῆς μελλούσης γεέννης παραπέμψατε, ἵνα ὁλόκληρον τῆς Εκκλησίας τὸ σῶμα ἁρμολογούμενον, καὶ συμβιβαζόμενον, καὶ τῇ Πατρικῇ Παραδόσει κρατυνόμενον, Η ΕΙΡΗΝΗ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ διαφυλάξῃ· καὶ ἡ τῆς ὅλης Ρωμαικῆς ἡμῶν Πολιτείας κατάστασις ΣΥΓΓΑΛΗΝΙΑ ΤΗ ΓΑΛΗΝΗ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ. Denique in priore Synodica Tarasij, MISERICORDIA DEI, Episcopi Constantinopoleos NOVÆ ROMÆ, ad Hadrianum Papam SENIO-
» RIS ROMÆ, post Septimæ Synodi Canones: Siquidem & nos co-
» mites nobis adsciscentes DEO-AMABILES viros & LOCI-SERVATO-
» RES vestros, similiter & eos, qui de Oriente venerant, perreximus
» ad eamdem Metropolim. QVI CVM OMNES SEDISSEMVS, CAPVT
» FECIMVS CHRISTVM. IACEBAT ENIM IN SANCTA SEDE EVAN-
» GELIVM SANCTVM; CONTESTANS OMNIBVS NOBIS SACRATIS
» VIRIS, QVI CONVENERAMVS; IVDICIVM IVSTVM IVDICATE:
» IVDICATE INTER SANCTAM DEI ECCLESIAM, ET NOVITATEM,
» QVÆ FACTA EST. Et cùm PRÆLATÆ PRIMITVS VESTRÆ FRA-
» TERNÆ SANCTITATIS LITTERÆ legerentur, præstolabantur o-
» mnes (aliàs, COMMVNI considebamus CORONA omnes) Spiritali-
» bus Eduliis, TANQVAM IN REGALIBVS COENIS, fruentes, quæ
» Christus per Litteras tuas epulantibus præparabat: ET, SICVT OCV-
» LVS, TOTVM CORPVS AD RECTITVDINIS ET VERITATIS SEMI-
» TAM OSTENDEBAS. Sic ergò dirupta membra in vnum conueniebant;
» bant; sic vera consonantia confirmabatur; SIC CATHOLICA EC-
» CLESIA VNITATEM RECIPIEBAT: Καὶ δὴ ἡμεῖς συνεκδήμους ἡμῖν λαβόντες, τούς τε ΘΕΟΦΙΛΕΙΣ ἄνδρας καὶ ΤΟΠΟΤΗΡΗΤΑΣ ὑμῶν, ὡσαύτως καὶ τοὺς ἐκ τῆς Ανατολῆς ἐληλυθότας, ἀφικόμεθα ἐν τῇ αὐτῇ Μητροπόλει. ΚΑΙ ΠΡΟΚΑΘΕΣΘΕΝΤΩΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΗΜΩΝ, ΚΕΦΑΛΗΝ ΕΠΟΙΗΣΑΜΕΘΑ ΧΡΙΣΤΟΝ. ΕΚΕΙΤΟ ΓΑΡ ΕΝ ΑΓΙΩ ΘΡΟΝΩ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, ΕΠΙΦΩΝΟΥΝ ΠΑΣΙΝ ΗΜΙΝ ΤΟΙΣ ΣΥΝΕΛΘΟΥΣΙΝ ΙΕΡΟΥΡΓΟΙΣ ΑΝΔΡΑΣΙ· ΚΡΙΜΑ ΔΙΚΑΙΟΝ ΚΡΙΝΑΤΕ· ΔΙΚΑΣΑΤΕ ΤΗ ΑΓΙΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, ΚΑΙ ΤΗ ΓΕΝΟΜΕΝΗ ΚΑΙΝΟΤΟΜΙΑ. ΚΑΙ ΠΡΟΚΡΙΘΕΝΤΩΝ ἀναγνωσθῆναι ΤΩΝ ΤΗΣ ΥΜΕΤΕΡΑΣ ΑΓΙΟΤΗΤΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ, ἦμεν ἐν κοινῇ χορείᾳ, ἅπαντες τοῖς Πνευματικοῖς Εδέσμασιν, ΩΣ ΕΝ ΒΑΣΙΛΙΚΟΙΣ ΔΕΙΠΝΟΙΣ, ἐντρυφῶντες, ἅπερ ὁ Χριστὸς διὰ τῶν σῶν Γραμμάτων

μάτων διωχισμένοις ἀντεπιζε. ΚΑΙ ΩΣ ΟΦΘΑΛΜΟΣ ΤΟ ΟΛΟΝ ΣΩΜΑ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΤΗΣ ΕΥΘΕΙΑΣ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΤΡΙΒΟΝ ΥΠΕΔΕΙΚΝΥΤΕΣ. οὕτως οὖν τὰ διεῤῥωγότα μέλη εἰς ἓν συνεβιβάζετο· οὕτως ἡ ἀληθὴς συμφωνία ἐκρατύνετο· ΟΥΤΩΣ Η ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΤΗΝ ΕΝΩΣΙΝ ΑΠΕΛΑΜΒΑΝΕ. Octaua Vniuersalis Synodus in exordio Actionis primæ, Interprete eodem Anastasio Bibliothecario: PROPOSITIS PRETIOSIS ET VIVIFICIS LIGNIS, ET INTEMERATIS SALVTIS NOSTRÆ EVANGELIIS IN DEXTRIS PARTIBVS CATECHVMENIORVM NOMINATISSIMI TEMPLI SANCTÆ AC MAGNI NOMINIS SOPHIÆ. Nunc verò Græca exemplaria quæ exstant, similiter quoque sic habent: Προτεθέντων τῶν Τιμίων Ξύλων καὶ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩΝ ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν ΚΑΤΗΧΟΥΜΕΝΕΙΩΝ (CATECHVMENIA dicuntur loca in quibus Catechumeni instruuntur) τοῦ περιωνύμου ναοῦ τῆς Αγίας καὶ ΜΕΓΑΛΩΝΥΜΟΥ Σοφίας. Nona, SYNODVS PACIS, quæ Lateranēsis Prima est, à Calixto Secundo Pont. Max. quem ideo Pacis imaginem manu gestantem pingunt, indicta, PRO PACE ET CONCORDIA INTER ECCLESIAM ET IMPERIVM CELEBRANDA (siue, vt loquitur Vrspergensis Abbas, OB RECONCILIATIONEM REGNI ET SACERDOTII, vel, DE FACIENDA INTER REGNVM ET SACERDOTIVM CONCORDIA,) si Acta Synodica ab iniuria temporum tuta ad posteros transmisisset, procul dubio, vt ex antecedentibus videre est, eumdem ritum expressum reliquisset. Decima, nempe Lateranensis Secunda, sub Innocentio Secundo, PRO IVRE CLERI, Contra Anacletū & Victorem, Antipapas, eorumque fautores, celebrata, eamdem vel temporum iniuriam vel hominum incuriam passa, quem ordinem, quos ritus seruarit, indicare non potest præterea quæ facilè ex superioribus suppleueris. Quid verò Vndecima, scilicet Lateranensis Tertia, quæ contra Hæreses Catharorum, quos Vualdenses & Albigenses alij appellant, & contra Schismaticos ab Antipapis ordinatos, Alexandro Tertio Pont. Max. Sedente, Friderico Primo Imperante, insurgit? Pari temporum naufragio Acta illa Lateranensia desunt. Duodecima, Lateranensis Quarta sub Innocentio Tertio (quæ paulo recentioris Ecclesiasticæ Disciplinæ promptuarium est) aduersùs Albigensium & Almarici Hæreses Abbatisque Ioachimi Errores coacta, ac PRO BELLO SACRO habita, suis quoque destituitur plenioribus Actis; & si cui placet ea cuncta esse quæ restant, subintellecta profectò ea Ritualis Formula Cerimoniaque est, facilè ex Synodis quærenda anteactis. Decima Tertia, Lugdunensis Prima, causâ Friderici Secundi Imperatoris, Expeditionisque in Terram Sanctam suscipiendæ, ab Innocentio Quarto conuocata, suis item Actis ferme omnibus orbata est. Decima Quarta, Secunda Lugdunensis, SVPER SVBSIDIO TERRÆ SANCTÆ ET SVPER VNIONE GRÆCORVM ET SVPER REFORMATIONE MORVM, sub Gregorio Decimo & Rudolpho Imperatore, similiter quoque suis quidem integris Actis caret, BREVIQVE NOTA eorum quæ illic gesta sunt, superstite illustratur. Ac ea quidem Synodus est ad quam euocatus Sanctus Thomas Aquinas, in itinere obdormiuit in Domino; cui verò Sanctus Bonauentura,

Lugduni Cardinalis Episcopus Albanensis creatus, interfuit, & in qua diem suum obijt. Nec sanè, paucis cognita, omittenda breuis Historia est, quam sic Synodicorum Actorum quæ supersunt Fragmenta
» commemorant: Eodem anno & mense, die Dominica, decima quinta
» eiusdem, hora matutinali obijt CLARÆ MEMORIÆ FRATER BONA-
» VENTVRA ALBANENSIS EPISCOPVS, QVI FVIT HOMO EMINENTIS
» SCIENTIÆ ET ELOQVENTIÆ, VIR QVIDEM SANCTITATE PRÆ-
» CIPVVS, VITA, COMMISERATIONE AC MORIBVS EXCELLENTISSI-
» MIS DECORATVS, BENIGNVS, AFFABILIS, PIVS, ET MISERICORS,
» VIRTVTIBVS PLENVS, DEO ET HOMINIBVS DILECTVS, QVI SEPVL-
» TVS EST IPSO DIE DOMINICO, IN LOCO FRATRVM MINORVM, LV-
» GDVNI; CVIVS EXSEQVIIS INTERFVIT DOMINVS PAPA CVM O-
» MNIBVS PRÆLATIS QVI ERANT IN CONCILIO, ET TOTA CVRIA;
» ET FRATER PETRVS, OSTIENSIS EPISCOPVS, CELEBRAVIT MISSAM,
2. Reg. 1. v. 26. » ET PRÆDICAVIT, PROPOSITO THEMATE; SCILICET: DOLEO SVPER
» TE, FRATER MI IONATHA. MVLTÆ LACRYMÆ ET GEMITVS IBI
» FVERVNT. HANC EI GRATIAM CONCESSERAT DOMINVS, QVOD
» QVICVNQVE EVM VIDEBANT, IPSIVS AMORE, INCONTINENTI,
(Gallica vox, quæ CONFESTIM, sonat, vulgóq; dicitur nostro idiomate INCONTINENT; quod quidem cautè notaui, ne quis inconsideratè cum AMORE coniungeret) CAPIEBANTVR EX CORDE. Hactenus Concilium Oecumenicum Lugdunense Secundum; cuius Sessione quinta,
» postridie habita, Dominus Papa allocutus est Concilium, dicens: Quo-
» modo Ecclesia Dei INÆSTIMABILE DAMNVM perpessa fuerit ex obi-
» tu Fratris Bonauenturæ ALBANENSIS EPISCOPI; & mandauit omni-
» bus Prælatis & omnibus Presbyteris PER TOTVM MVNDVM, vt quili-
» bet eorum VNAM MISSAM deberet CANTARE pro Anima ipsius (en loquendi nouum genus est, CHANTER LA MESSE, &, FAIRE CHAN-
» TER LA MESSE POVR L'AME DE QVELQV'VN?) & aliam pro Anima
» ipsius, & aliam PRO ANIMABVS OMNIVM ALIORVM QVI MORTVI
» SVNT ADVENIENDO, STANDO, SEV REDEVNDO AD CONCILIA SIVE
» AD CONCILIVM. Atque hæc DE SERAPHICO DOCTORE: nunc ad reliquas Synodos pergamus. Decima Quinta, Viennensis est, tempore Clementis Papæ Quinti Pont. Max. & Henrici Septimi Imperatoris, ex qua CLEMENTINÆ emanarunt, Bonifacij quoque Octaui à Philippi Francorum Regis accusationibus Absolutio, Templariorum Exterminatio, Hæreseôn Petri Ioannis, Fraticellorum, & Dulcinistarum, Begardorum, & Beguinorum Condemnatio, Expeditionísque pro Terra Sancta Decretum atque Institutũ. Cæterùm Historia Synodi mutila & sine Actis. Vnde non mirũ est, si similes cum hac reliquæ Euangeliorũ Apertionem atque Symbolicam Christi Præsentiã, de qua loquimur, haud adpingant. At Decima Sexta, Oecumenicũ nimirum ac Vniuersale Concilium Florentinum, priscum illum Synodicorum Sacrorum morem, Sessione prima Florentina (nam Ferrariæ Conciliũ priùs con-
» sederat) repetit & describit: Super ALTARE autem PROPOSITVS erat
» SANCTI EVANGELII LIBER APERTVS, medius inter Capitum Thecas
» Sanctorum Apostolorum PETRI ET PAVLI, Cereis vtrinque TRI-

BVS appositis: Επάνω δὲ τοῦ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ ΠΡΟΕΚΕΙΤΟ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΑΠΕΠΤΥΓΜΕΝΟΝ, καὶ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν αὐτοῦ, αἱ Στῆλαι τῶν Αγίων Αποστόλων ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΥ, μετὰ Λαμπάδων ἑκατέρωθεν ΤΡΙΩΝ. Sed omnium optimè ad propositumque accommodatissimè in Prima antea Ferrariensi: Cæterum IN MEDIO TEMPLI, ATQVE INTER DVOS CLEROS, ANTE SACRVM ALTARE, SOLIVM Pulcerrimum posuere, perquam ornatum apparatumque aureo velamento, IN QVO SEDIT IVDEX MAGNVS ET IVSTVS DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS, HOC EST, SANCTVM EVANGELIVM, APPOSITIS HINC INDE SANCTORVM APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI CAPITIBVS, CEREISQVE ANTE ILLA ACCENSIS. Et erat planè die illo spectaculum visu horrendum & admirationis plenum. Nam Ecclesia facta erat velut ALTERVM CÆLVM; vt illud Canticum nobis in mentem venerit, LVMINOSVM CÆLVM; TOTA VISA EST ECCLESIA, QVÆ LVCIDOS REDDIT FIDELES; IN QVA STANTES ACCLAMAMVS, DOMVM ISTAM CONSERVA DOMINE: ΜΕΣΟΝ ΔΕ ΤΟΥ ΝΑΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΔΥΟ ΜΕΡΩΝ ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ, ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ, ἔστησαν ΘΡΟΝΟΝ Ωραιότατον, πάνυ κεκοσμημένον, καὶ εὐπρεπισμένον μετὰ χρυσοῦ βλάττης. ΕΠΑΝΩ ΔΕ ΕΚΑΘΙΣΕΝ Ο ΜΕΓΑΣ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣ ΚΡΙΤΗΣ, Ο ΚΥΡΙΟΣ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ, ΗΓΟΥΝ, ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ. ΕΞ ΕΚΑΤΕΡΩΝ ΔΕ ΤΩΝ ΜΕΡΩΝ ΑΥΤΟΥ ΕΚΕΙΝΤΟ ΑΙ ΚΑΡΑΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΥ, ΚΑΙ ΛΑΜΠΑΔΕΣ ΑΝΑΠΤΟΥΣΑΙ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΑΥΤΩΝ, καὶ ἦν ἰδεῖν φρικτὸν καὶ ξένον θέαμα, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. καὶ ἡ Ἐκκλησία ΩΣ ΟΥΡΑΝΟΣ ἐγένετο, ὥστε καὶ μνησθῆναι τοῦ λέγοντος, ΟΥΡΑΝΟΣ ΠΟΛΥΦΩΤΟΣ Η ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΑΝΕΔΕΙΧΘΗ ΑΠΑΣΑ, ΦΩΤΑΓΩΓΟΥΣΑ ΤΟΥΣ ΠΙΣΤΟΥΣ· ΕΝ Η ΕΣΤΩΤΕΣ ΚΡΑΥΓΑΖΟΜΕΝ, ΤΟΥΤΟΝ ΤΟΝ ΟΙΚΟΝ ΣΤΕΡΕΩΣΟΝ ΚΥΡΙΕ. Splendidiora sane quàm quæ habet Theologica documenta antiquaque monumenta hæc Decima Sexta Generalis Synodus, non est qui quærat. Quare non vltra siue in Lateranensi sub Leone Nono, vulgò Decimo, Pont. Max. Oecumenica Decima Septima ac Penultima, siue in Decima Octaua atque Vltima Tridentina, magnopere requirendum ea de re quidquam est, cùm is ritus per Patrum nostrorum memoriam ad nos satis luculenter peruenerit. His dictis sic illustratus Synodicè ac Oecumenicè Sanctus Pelusiota Isidorus, Synodi Matisconensis Primæ, sub Pelagio Secundo & Gunthceramno Rege, cui quidem Syagrius, (ad quem supra scribebat Gregorius) ille Æduorū Episcopus & interfuit, & hac formula; SYAGRIVS IN CHRISTI NOMINE EPISCOPVS ECCLESIÆ ÆDVORVM, CONSTITVTIONIBVS NOSTRIS SVBSCRIPSI, subscripsit, necessariam recordationem ingerit: VT ARCHIEPISCOPVS, (inquit sexto Canone Gallicana Ecclesia) SINE PALLIO MISSAS DICERE NON PRÆSVMAT. Diximus Vsum, diximus Significationem, diximus Materiam, iam iamque Figuram Pallij dicamus, quam in carminibus Pictauiensis illius Episcopi, Venantij Fortunati, velut Solem sub nube, primùm videamus. Vela enim Sanctæ Cruci oblata in Ecclesia à Diuo Gregorio Archiepiscopo Turonensi erecta, PALLIA poëticè appellat: quòd instar Archiepiscopalis Pallij

Crucum imaginibus contexta distinctaque essent. sic ergo canit libro secundo Epigrammatum, Epigrammate tertio, De Sancta Cruce:

Denique sancta Cruci hæc Templa Gregorius offert,
PALLIA dum coperit, signa gerendo Crucis:
Dona repente dedit diuina potentia Christi:
Mox fuit & voti causa secuta pij.
PALLIA nam meruit, sunt quæ Cruce textile pulcra,
OBSEQVIISQVE suis CRVX habet alma Cruces.
SERICA cui NIVEIS agnata est bractea telis,
ET TEXTIS CRVCIBVS MAGNIFICATVR OPVS.
Sic citò PONTIFICI dedit hæc deuota voluntas,
Atque dicata Cruci condita Vela placent.

Quem quidem sanctissimum antiquissimumque morem, PALLIVM Crucibus consignandi, hunc in modum Sanctus Germanus ille, Isauri Iconomachi magnanimus expugnator, Constantinopolitanus Patriarcha, (cuius in deponendo suo, tradendoque Imperatori, PALLIO, potiùs quàm Hæreticæ Cacodoxiæ ac Icomomachiæ subscriberet, fortissimum inuictissimumque animum celebrat Theophanes) interpretatus est, libro qui HISTORIA ECCLESIASTICA ET MYSTICA SPECVLATIO, Ἱστορία Ἐκκλησιαστικὴ καὶ Μυστικὴ Θεωρία, inscribitur: » SVPERHVMERALE, siue PALLIVM, est
Exod. 28. v. 2. » Pontificis duntaxat, Stolæ Aaronis in morem: quam quidem in » Lege Pontifices gestabant, longa redimicula SINISTRO HVME- » RO circumponentes, ad significandum Iugum mandatorum Chri- » sti. Præterea PALLIVM quo inuoluitur EPISCOPVS (subau- » di, METROPOLITANVS, sic per antonomasiam dictus) indi-
Luc. 15. v. 5. » cat secundo Ouis illius vellus quam cùm errantem inuenisset Do- » minus, SVPER HVMEROS assumpsit, ac reliquis non erranti- » bus annumerauit. CRVCES autem habet, quoniam Christus
Ioan. 19. v. 17. » SVPER HVMERVM Crucem suam baiulauit. Adde quòd qui
Matt. 10. v. 38. » volunt secundùm Christum viuere, SVPER HVMEROS Cru- » cem eius tollunt: quæ afflictio & malorum perpessio est: SYMBO-
& 16 v. 24. Marc. 8. v. 34. Luc. 9. v. 23. 14. v. 27. » LVM ENIM AFFLICTIONIS, CRVX: Τὸ ΩΜΟΦΟΡΙΟΝ ἐστὶ τοῦ Ἀρχιερέως, κατὰ τὴν στολὴν τοῦ Ἀαρὼν, ὥσπερ ἐφόρουν οἱ ἐν νόμῳ Ἀρχιερεῖς, σινδονίοις μακροῖς ΤΟΝ ΕΥΩΝΥΜΟΝ ΩΜΟΝ περιθέντες, κατὰ τὸν ζυγὸν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ. τὸ δὲ ΩΜΟΦΟΡΙΟΝ, ὃ περιβέβληται Ο ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, δηλοῖ τὴν τοῦ Προβάτου δορὰν, ὅπερ πλανώμενον εὑρὼν ὁ Κύριος, ΕΠΙ ΤΩΝ ΩΜΩΝ αὐτοῦ ἀνέλαβε, καὶ σὺν τοῖς μὴ πεπλανημένοις ἠρίθμησεν. ἔχει δὲ καὶ ΣΤΑΥΡΟΥΣ, διὰ τὸ καὶ τὸν Χριστὸν ΕΠΙ ΤΟΥ ΩΜΟΥ βαστάσαι τὸν Σταυρὸν αὐτοῦ. ἔτι δὲ καὶ οἱ θέλοντες κατὰ Χριστὸν ζῆν, ΕΠΙ ΤΩΝ ΩΜΩΝ αἴρουσι τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ κακοπάθεια. ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΓΑΡ ΚΑΚΟΠΑΘΕΙΑΣ Ο ΣΤΑΥΡΟΣ. Ac tadem Clemens Secundus Pont. Max. Epistolâ illâ Canonicâ ad Ioannem Archiepiscopum Salernitanum, qua factam eius Translationem ex Episcopatu Pestano in Salernitanum con- » firmat, eique Pallium concedit: Vnde in nomine Patris & Filij, &

Spiritus Sancti, ARCHIEPISCOPALI PALLIO, nostra Apostolica « manu, dilectionem vestram insigniuimus, quo vtaris toties in an- « no, quoties prædecessores tuos eo vsos fuisse constat. In quo, « quia DE VELLERE OVIS EST; intellige te Ouium Pastorem. « Et quia eo CIRCVMCINGERIS, ET ETIAM CIRCA HV- « MEROS portas: cognoscas & vndique circumspicias, ne aliqua er- « ret, & in morsus incidat Luporum. Quod si aliquando (quod « absit) contigerit: eam habeas in humeros ad caulam reporta- « re, & pristinæ societati coadunare. Quòd verò ANTE ET RE- « TRO CRVX DOMINI habetur; illud Apostolicum semper do- « cet ante oculos tuæ mentis habere: Mihi Mundus Crucifixus est, « Gal. 6. v. 14. & ego Mundo. Ex dictis facilè intelligas quorsum sic loquatur « Eustathius Presbyter, Eutychij Archiepiscopi Constantinopolitani Discipulus, apud Surium, Die Sexto Aprilis, Tomo secundo, cùm Visionem de Ordinatione Eutychij sibi diuinitus ostensam narrat, vbi iussu Amaseæ Episcopi Constantinopolim ad Synodum indictam mittitur: OVIS ERRANTIS TYPVM SVPER HV- « MEROS TOLLIT, in SEDEM SVBLIMEM ascendit, IN SO- « LIO SEDET, atque PASTORVM PRINCIPEM CHRI- « STVM IN CÆLVM REVERTENTEM IMITATVR. Dicit « enim ipse quoque Populo Vniuerso Verbum illud, quod con- « iunctionem conciliationemque & CONSERVATIONEM signi- « ficat, nempe, PAX OMNIBVS; atque ab omnibus illud vicis- « sim accipit. De Iure autem Romanorum Pontificum mittendi « tradendique Constantinopolitanis Patriarchis Pallij, Luitprandus Ticinensis Diaconus, qui postmodum Cremonensis Episcopus fuit, vir ob eruditionem & prudentiam, auctoritatis summæ, si consulendus hîc, quo nihil opportunius videtur; Sed quid hoc « commemorem? (inquiet in Relatione Legationis suæ, qua nimi- « rum functus est, nomine Berengarij Imperatoris, ad Constantinum Imperatorem Græcum, anno Domini nongentesimo quadragesi- mo sexto) cùm IPSA CONSTANTINOPOLITANA Eccle- « siæ nostræ Sanctæ CATHOLICÆ atque Apostolicæ Ecclesiæ Ro- « MANÆ meritò sit SVBIECTA. SCIMVS, IMMO VIDEMVS, « CONSTANTINOPOLITANVM EPISCOPVM PALLIO « NON VTI, NISI SANCTI PATRIS NOSTRI PERMISSV. « Verùm cùm IMPIISSIMVS ALBERICVS, quem non stilla- « tim cupiditas, sed velut torrens impleuerat, Romanam Ciuita- « tem sibi vsurparet, DOMINVMQVE APOSTOLICVM qua- « si seruum proprium in conclaui teneret: Romanus Imperator fi- « lium suum Theophylactum Eunuchum, Patriarcham constituit. « Cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis eò muneribus « satis magnis, effecit, VT EX PAPÆ NOMINE, THEOPHYLA- « CTO PATRIARCHÆ LITTERÆ MITTERENTVR, QVARVM AV- « CTORITATE TVM IPSE TVM SVCCESSORES ABSQVE PAPARVM « PERMISSV PALLIIS VTERENTVR. Ex quo turpi commercio «

» VITVPERANDVS MOS inoleuit, VT NON SOLVM PATRIARCHÆ,
» SED ETIAM EPISCOPI TOTIVS GRÆCIÆ, PALLIIS VTANTVR.
» Quod quàm absurdum sit, censere opus non est. Sed nimis multa DE PALLIO, nî quod scribit ad Archiepiscopum Barensem, Eliam, Vrbanus Secundus Pont. Max. esset SVPPLEMENTVM TOTIVS SACERDOTALIS ORDINIS; aut, vt Paschalis Secundus ait ad Archiepiscopum Poloniæ, PLENITVDO PONTIFICALIS OFFICII; vel, vt in Vita Sancti Malachiæ Archiepiscopi Ardinachæ, totius Hiberniæ Metropolitani, à Sancto Bernardo scripta legitur, PLENITVDO HONORIS. Quamquam data occasione, semel interpretari consultius fuit, quàm vel ignorata relinquere, vel quasi Penelopem, telam retexentem, passim sæpius iteranda retractare. Itaque ad Gregorium GREGORIANAMQVE nostram HISTORIAM, tanquam domum, redeamus. Quod antequam faciamus, ne quid intelligentiæ superiorum desit, rursumque vt breuitati consulatur, Gregorij, sine notis, Epistolam ad Theodoricum & Theobertum Re-
» ges, ceu quoddam huius partis historiæ celeusma, audiamus: Gre-
» gorius Theodorico & Theoberto REGIBVS Francorum A PARI-
» BVS. CVM REGNI VESTRI NOMEN INTER CÆTERAS GENTES
» GRATIA OLIM CHRISTIANÆ RELIGIONIS EFFVLSERIT, valde stu-
» dendum est, vt VNDE GLORIOSIORES CÆTERIS GENTIBVS EMI-
» NETIS, inde Omnipotenti Domino, QVI DAT SALVTEM REGIBVS,
» perfectiùs placeatis; & Fidem quam colitis, ADIVTRICEM in omni-
» bus habeatis. Optaueramus quidem, PRÆCELLENTISSIMI FILII,
» nostrum ad vos solita dirigere visitatione, sermonem, vt charitatis
» officijs PATERNVM monstraremus AFFECTVM. Sed quia animum
» res contristat illicita, sic vnum nos conuenit exhibere, vt aliud sub
» silentio, quod emendatione indiget, minimè relinquamus. Quod si
» diligenter attenditis, pro salutis vestræ nos loqui incolumitate co-
» gnoscetis. Fertur autem Simoniaca Hæresis, QVÆ PRIMA CON-
» TRA DEI ECCLESIAM DIABOLICA PLANTATIONE SVBREPSIT,
» & in ipso ortu suo, ZELO APOSTOLICÆ VLTIONIS percussa atque
» damnata est, in REGNI vestri finibus dominari; CVM IN SACER-
» DOTIBVS FIDES SIT ELIGENDA CVM VITA. Si enim Vita deest,
» Fides MERITVM non habet, Beato IACOBO adtestante, qui dicit;
Iacob 2. » Fides sine Operibus mortua est. Quæ enim Opera esse valeant Sa-
v.17.& vlt » cerdotis, qui honorem TANTI SACRAMENTI conuincitur obtine-
» re per præmium? Ex qua re agitur, vt ipsi quoque qui SACROS
» ORDINES appetunt, non vitam corrigere, non mores componere
» studeant: sed diuitias quibus HONOS SACER emitur, satagant con-
» gregare. Hinc fit etiam vt insontes & pauperes à SACRIS ORDI-
» NIBVS prohibiti despectique resiliant. & dum innocentia displicet,
» dubium non est, quòd præmium illic delicta commendent: quia
» VBI AVRVM PLACET, IBI ET VITIVM. Hinc igitur non solùm
» in Ordinatoris & Ordinati animam letale vulnus infligitur; VE-
» RVMETIAM EXCELLENTIÆ VESTRÆ REGIMEN, VESTRORVM

EPISCOPORVM CVLPA, QVORVM MAGIS INTERCESSIONIBVS IVVARI DEBVERAT, PRÆGRAVATVR. Si enim dignus is Sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur; restat vt nihil sibi in Honoribus Ecclesiasticis GRAVITAS, nil defendat INDVSTRIA, sed totum AVRI PROFANVS AMOR obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, IN LOCVM VLTORIS, is qui fortasse fuerat VLCISCENDVS, adducitur: atque hinc Sacerdotes non proficere, sed perire potiùs iudicantur. Vulnerato namque Pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo Populum ORATIONIS CLYPEO tueatur, qui iaculis se hostilibus feriendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste RADIX infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi TALES INTERCESSORES ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam prouocant, quam PER SEMETIPSOS populis placare debuerant. AVDIVIMVS AVTEM, QVIA ECCLESIARVM PRÆDIA TRIBVTA NVNC PRÆBEANT: ET MAGNA SVPER HOC ADMIRATIONE SVSPENDIMVR, SI AB EIS ILLICITA QVÆRANTVR ACCIPI, QVIBVS ETIAM LICITA RELAXENTVR. Nec hoc quoque malũ SOLLICITVDO NOSTRA patitur negligenter omittere, quòd quidam instinctu gloriæ inanis illecti, EX LAICO repentè HABITV Sacerdotij Honorem arripiunt: ET QVOD DICERE PVDET, ET GRAVE TACERE EST; REGENDI RECTORES, ET QVI DOCENDI SVNT DOCTORES, NEC ERVBESCVNT FIERI NEC METVVNT. Ducatum animarum impudenter adsumunt, quibus via omnis ignota ductoris est; & quò vel ipsi gradiantur, ignari sunt. quod quàm prauum, quámve sit temerarium, sæculari etiam ordine, & disciplina, monstratur. NAM DVM DVX EXERCITVS NON SINE LABORE ET SOLLICITVDINE EXPERTVS ELIGITVR, QVALES ANIMARVM DVCES ESSE DEBEANT, QVI AD EPISCOPATVS CVLMEN IMMATVRA CVPIVNT FESTINATIONE CONSCENDERE; HVIVS SALTEM REI COMPARATIONE CONSIDERENT, ET AGGREDI REPENTE INEXPERTOS LABORES ABSTINEANT: ne cæca honoris ambitio & ipsis in pœnam sit, & alijs pestifera erroris semina iaciat: QVIPPE QVI NON DIDICERVNT QVOD IPSI DOCEANT. Proinde, PATERNO salutantes AFFECTV, petimus, EXCELLENTISSIMI FILII, vt hoc TAM DETESTABILE MALVM de REGNI vestri studeatis finibus prohibere; & nulla apud vos excusatio, nulla contra animam vestram suggestio locum inueniat: quia FACIENTIS proculdubio CVLPAM HABET, QVI QVOD POTEST CORRIGERE NEGLIGIT EMENDARE. Qua de re vt magnum Omnipotenti Domino munus valeatis offerre, SYNODVM CONGREGARI PRÆCIPITE. In qua sicut FRATRIBVS COEPISCOPISQVE NOSTRIS mandauimus, PRÆSENTE DILECTISSIMO FILIO NOSTRO CYRIACO ABBATE, sub Anathematis debeat obligatione constitui, nullum pro Ecclesiastico Ordine aliquid vnquam dare, nullum accipere; nec quemquam EX LAICIS ad Sacerdotium REPENTE

» transire: quatenus hanc vobis mercedem, & hîc & in futura vita » Redemptor noster, cuius Sacerdotes interiùs ab hoste perire non » sinitis, recompenset. Omnino prætcrea admirati sumus, quòd in » REGNO vestro Iudæos Christiana Mancipia possidere permittitis. » Quid enim sunt Christiani omnes, nisi membra Christi? Quorum » videlicet membrorum caput cuncti nouimus, quia fideliter hono- » ratis: sed quàm diuersum sit, Excellentia Vestra perpendat, caput » honorare, & membra ipsius hostibus calcanda permittere. Atque » ideo petimus vt Excellentiæ Vestræ Constitutio de REGNO suo » huius prauitatis mala remoueat; vt in hoc vos ampliùs dignos cul- » tores Omnipotentis Domini demonstretis, quòd Fideles illius ab Ini- » micis eius ABSOLVITIS.

CAP. XX. TERTIA Sacræ huius Historiæ Pars erit tertia quoque nostri Gregorij Epistola, (nempe illa ad DESIDERIVM Episcopum Galliæ) DE IVVANDIS CHRISTI OPERARIIS, qui ad Angliæ Conuersionem à Sede Apostolica mitte- » bantur: Cùm multa, inquit, nobis bona de vestris fuissent studijs » nunciata, ita cordi nostro nata est lætitia, vt negare ea quæ sibi » Fraternitas Vestra concedenda poposcit, minimè pateremur. Sed » post hoc, peruenit ad nos, quod sine verecundia memorare non » possumus, Fraternitatem Tuam, GRAMMATICAM quibusdam ex- » ponere. Quam rem ita molestè suscepimus, ac sumus vehementiùs » adspernati, vt ea quæ priùs dicta fuerunt, in gemitum & tristitiam » verteremus: quia IN VNO SE ORE CVM IOVIS LAVDIBVS, CHRI- » STI LAVDES NON CAPIVNT. Et quàm graue nefandumque sit » Episcopis canere, quod nec Laïco religioso conueniat; ipse consi- » dera. Et quamuis Dilectissimus Filius noster CANDIDVS Presby- » ter postmodum veniens, hac de re subtiliter requisitus, negauerit, » atque conatus vos fuerit excusare; de nostris tamen adhuc animis » non recessit: quia QVANTO EXSECRABILE SIT DE SACERDOTE » ENARRARI, TANTO VTRVM ITA NECNE SIT, DISTRICTA ET » VERACI OPORTET SATISFACTIONE COGNOSCI. Vnde, si post » hoc euidenter ea quæ ad nos perlata sunt, falsa esse claruerint; nec » VOS NVGIS ET SECVLARIBVS LITTERIS studere contigerit; Deo » nostro gratias agimus, qui cor vestrum maculari blasphemis nefan- » dorum laudibus non permisit, & de concedendis quæ poscitis, se- » curè iam & sine aliqua dubitatione tractamus. MONACHOS Verò » quos vnà cum Dilectissimo Filio nostro, LAVRENTIO Presbytero, » & MELLITO Abbate, ad Reuerendissimum Fratrem, & Coëpisco- » pum nostrum, AVGVSTINVM, transmisimus, vobis in omnibus » commendamus; vt, Fraternitate Vestra sollicitante, nulla illos ad » proficiscendum mora valeat impedire. In qua quidem Epistola, præter tenuissimum Historiæ filum, nil noui esse constat, cuius obseruatio nouam aliquam nobis rerum antiquarum scientiam ingeneret, si modò vnum illud exceperis Gregorij monitum, quo Desiderium, Gallicanum Episcopum, à docenda Grammatica deterret, in quo veteris illius arcanæ ac mysticæ Episcopalium munerum

DISCIPLINÆ veſtigia ſeueritatis apparent, cùm id Preſbyteri, non Epiſcopi, officium ſit, ex Decima quarta Actione Synodi Sextæ: vbi Conſtantinopolitani Preſbyteri cuiuſdam, Conſtantini nomine, his verbis mentio fit: De Capitulo autem eiuſdem Latini Libri certiſſimè ſcit Conſtantinus AMANTISSIMVS-DEI PRESBYTER huius Sanctæ Magnæ Dei Eccleſiæ, & LATINVS GRAMMATICVS: Τὸ δὲ περὶ τοῦ τοιούτου Ῥωμαϊκοῦ βιβλίου Κεφάλαιον, ἀσφαλῶς ἐπίσταται καὶ Κωνσταντῖνος ὁ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ τῆς Ἁγιωτάτης Μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣ ΡΩΜΑΙΚΟΣ. Ne tamen ab ordine ſolito recedamus, ac proinde ne tantulum de recta ratione deflectere videamur; & hîc aliquid, quandoquidem nullum eorum quæ dicenda eſſent, dictum priùs à nobis non fuit, recordemur, ac veluti repetamus. PRIMO; eſſe Angliæ debere parentum loco Monachos. DEINDE; Monachos, Preſbyteros, Abbates, à Gregorio, Chriſtianæ Religionis nomine, maximoperè commendari. POSTREMO; Preſbyteros quidem Dilectiſſimos duntaxat Filios; Epiſcopos autem Reuerendiſſimos Fratres & Coëpiſcopos Romani Pontificis, & eſſe, & dici.

QVARTA autem Gregorij ſiue Epiſtola, ſiue Hiſtoriæ Pars, eiuſdem ſanè argumenti, VIRGILIO Archiepiſcopo Arelatenſi tunc Galliarum Primati inſcripta eſt. Scribit ergo ad eum quæ ſequuntur, Gregorius: Cùm diuinæ lectionis teſtimonio, Idolorum ſeruitus auaritia nuncupetur, quo ſtudio de domo Dei ſit pellenda, cognoſcitur; & à quibuſdam Sacerdotibus, quod gementes dicimus, non cauetur. TENET ENIM CAPTIVVM COR SÆVA CVPIDITAS, ET LICITVM ESSE SVADET MALVM QVOD IMPERAT, ATQVE ID AGIT, VT VNO EODEMQVE GLADIO ET DANTEM ET ACCIPIENTEM INTERIMAT. QVIS IGITVR POST HOC LOCVS CONTRA AVARITIAM TVTVS ESSE PRÆVALEAT, SI DEI ILLI A PRIVATIS SACERDOTIBVS APERIATVR ECCLESIA? QVANDO OVIVM SEPTA INVIOLATA CVSTODIET, QVI INTRARE LVPVM INVITAT? PROH NEFAS! ILLICITO MANVS MVNERE POLLVIT, ET ALIOS SE BENEDICTIONE CREDIT ERIGERE, CVM IPSE IAM SIT PROPRIA INIQVITATE SVBSTRATVS, ET SVA NIHILOMINVS AMBITIONE CAPTIVVS. Huius ergo mali RAPACITAS, quia arcem veſtræ mentis nunquam intrauerit, & innoxias habere vos manus de ORDINATIONIBVS perhibetis, Omnipotenti Deo gratias agite: & tantò vos Dei debitores eſſe cognoſcite, quantò illæſi ab huius morbi contagione, eo cuſtodiente, manſiſtis. Sed hæc vobis minùs quàm poterant, bona proficiunt, ſi hæc & in alijs ſollicitè non vetatis. Sicut autem in te illud tibi malum diſplicuit, ita hoc in fratre zelare debueras. Nam cùm diuina præcepta moneant, proximos noſtros ſicut nos ipſos diligere debere, non paruæ culpæ eſt deſpicere; ET QVOD SIBI QVISQVE METVIT, ALIIS NON TIMERE. Vel nunc ergo, Dilectiſſime Frater, da operam, vt quod à correptione quieſcendo, in alijs perdidiſti, reſarcias: & ab hac, quos potueris, prauitate compeſcas; atque vt Synodus, ad eradendam ipſam

CAP. XXI.

» Hæresim, congregari possit, insistas: quatenus, cum Dilectionis
» Vestræ mercede, MELIVS AB OMNIBVS CAVEATVR, QVOD, AV-
» CTORE DEO, OMNIVM FVERIT CONSTITVTIONE DAMNATVM.
» Peruenit præterea ad nos, Fratrem & Coëpiscopum nostrum, SE-
» RENVM, prauos homines omnino in societate sua recipere: ita de-
» nique vt Presbyterum quemdam, qui post LAPSVM CARNIS, in
» suis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat: quod
» à vobis subtiliter requirendum est. Et si ita constiterit, curæ vo-
» bis sit NOSTRA eum sic VICE corrigere; vt & qui talem recipit,
» non familiaritate fouere, sed discat potiùs vltione comprimere: &
» qui receptus est, idem discat cum lacrymis peccata diluere, non ini-
» quitatem in immunditijs cumulare. MONACHOS verò quos ad Re-
» uerendissimum Fratrem & Coëpiscopum nostrum AVGVSTINVM
» transmisimus, Fraternitas Vestra habeat in omnibus commenda-
» tos: & ita eis ad proficiscendum solatiari studeat atque concurre-
» re, vt, vobis sibi opitulantibus, celeriter, Deo protegente, quò di-
» recti sunt, valeant peruenire. Iam quid notatu dignum sit, operæ pretium est cognoscere; diligentiamque, vt fecimus, Maiorum, nobiscum perpetuò recolere ac sanctè venerari, qui, nostrâ causâ, tot firmas ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ veluti cautiones fieri suis monimentis voluerunt. PRIMA igitur Epistolæ Pars EPISCOPALEM BENEDICTIONEM signat: cùm ad eam alludens, ait, pudendum, immo nefandum esse, Archiepiscopum ijs manibus alijs benedicere, quibus accepto munere prauis Sacerdotibus ad Episcopale fasti-
» gium euehendis, Simoniaca labe seipsum polluisset. PROH NE-
» FAS! (inquit Gregorius) ILLICITO MANVS MVNERE POLLVIT,
» ET ALIOS SE BENEDICTIONE CREDIT ERIGERE, CVM IPSE IAM
» SIT PROPRIA INIQVITATE SVBSTRATVS, ET SVA NIHILOMINVS
» AMBITIONE CAPTIVVS. SECVNDA de Sacris Episcoporum Ordinationibus ab Archiepiscopo celebrandis tractat. TERTIA hortando admonet Archiepiscopi apud Deum mercedem districtiore Conciliorum DISCIPLINA æstimari. QVARTA autem quid, quæso, sonat, cùm Arelatensis Archiepiscopus, nostri Gregorij Romani Pontificis Vicarius, in mandatis habet, vt tanquam delegatus à Sede Apostolica, seuerè animaduertat in Serenum Episcopum, si modò compertum sit Episcopi domum ac familiam patêre vitiosis, præcipuéque Presbyteris incontinentia lapsis: quibus vnus in pœnitentia portus, vnum in lacrymis refugium assignandum esset? Nec solùm in Gallia Romanus Pontifex, sed in omnibus ferè longinquis regionibus tanquam spirituales quosdam Proreges, Archiepiscopos habuit, Sedis Apostolicæ Vicarios, ac potiùs Legatos, qui vices suas implerent, Maiorum tamen Causarum iudicijs Apostolicæ Sedi reseruatis. Leo enim Magnus, octuagesimâ quartâ Epistolâ, ad Anastasium Thessalonicensem Archiepiscopum scribens, eum non modò per Orientem, à se factum Romani Pontificis Vicarium, sed & olim Thessalonicenses Archiepiscopos Sedis Apo-

ſtolicæ Vicarios exſtitiſſe declarat: QVONIAM SICVT, inquit, PRÆCESSORES MEI PRÆCESSORIBVS TVIS, ITA ETIAM EGO DILECTIONI TVÆ, PRIORVM SECVTVS EXEMPLVM, VICES MEI MODERAMINIS DELEGAVI: VT CVRAM, QVAM VNIVERSIS ECCLESIIS PRINCIPALITER EX DIVINA INSTITVTIONE DEBEMVS, IMITATOR NOSTRÆ MANSVETVDINIS EFFECTVS ADIVVARES, ET LONGINQVIS AB APOSTOLICA SEDE PROVINCIIS PRÆSENTIAM QVODAMMODO NOSTRÆ VISITATIONIS IMPENDERES: QVIA DE CONTINENTI OPPORTVNOQVE PROSPECTV PROMPTVM TIBI ESSET AGNOSCERE, QVID IN QVIBVSQVE REBVS VEL TVO STVDIO COMPONERES, VEL NOSTRO IVDICIO RESERVARES. NAM CVM MAIORA NEGOTIA ET DIFFICILIORES CAVSARVM EXITVS LIBERVM TIBI ESSET SVB NOSTRÆ SENTENTIÆ EXSPECTATIONE SVSPENDERE, NEC GRATIA TIBI, NEC NECESSITAS FVIT, IN ID QVOD MENSVRAM TVAM EXCEDERET, DEVIANDI. ABVNDANT ENIM APVD TE MONITORVM SCRIPTA NOSTRORVM, QVIBVS TE DE OMNIVM ACTIONVM TEMPERANTIA FREQVENTER INSTRVXIMVS: VT COMMENDATAS TIBI CHRISTI ECCLESIAS, PER EXHORTATIONEM CHARITATIS, AD SALVBRITATEM OBEDIENTIÆ PROVOCARES. Ac paulo poſt: VICES ENIM NOSTRAS ITA TVÆ CREDIDIMVS CHARITATI, VT IN PARTEM SIS VOCATVS SOLLICITVDINIS, NON IN PLENITVDINEM POTESTATIS. Denique in fine Epiſtolæ: CONNEXIO TOTIVS CORPORIS VNAM SANITATEM, VNAM PVLCRITVDINEM FACIT. ET HÆC QVIDEM, CONNEXIO TOTIVS QVIDEM CORPORIS VNANIMITATEM REQVIRIT, SED PRÆCIPVE EXIGIT CONCORDIAM SACERDOTVM. QVIBVS ETSI DIGNITAS NON SIT COMMVNIS, EST TAMEN ORDO GENERALIS: QVONIAM ET INTER BEATISSIMOS APOSTOLOS IN SIMILITVDINE HONORIS FVIT QVÆDAM DISCRETIO POTESTATIS, ET CVM OMNIVM PAR ESSET ELECTIO, VNI TAMEN DATVM EST VT CÆTERIS PRÆEMINERET. DE QVA FORMA EPISCOPORVM QVOQVE EST ORTA DISTINCTIO, ET MAGNA DISPOSITIONE PROVISVM EST NE OMNES SIBI OMNIA VINDICARENT; SED ESSENT IN SINGVLIS PROVINCIIS SINGVLI, QVORVM INTER FRATRES HABERETVR PRIMA SENTENTIA: ET RVRSVS QVIDAM IN MAIORIBVS VRBIBVS CONSTITVTI, SOLLICITVDINEM SVSCIPERENT AMPLIOREM, PER QVOS AD VNAM PETRI SEDEM, VNIVERSALIS ECCLESIÆ CVRA CONFLVERET, ET NIHIL VSQVAM A SVO CAPITE DISSIDERET. QVI ERGO SCIT SE QVIBVSDAM ESSE PRÆPOSITVM, NON MOLESTE FERAT ALIQVEM SIBI ESSE PRÆLATVM: SED OBEDIENTIAM QVAM EXIGIT, ETIAM IPSE DEPENDAT. ET SICVT NON VVLT GRAVIS ONERIS SARCINAM FERRE, ITA NON AVDEAT ALII IMPORTABILE PONDVS IMPONERE. DISCIPVLI ENIM SVMVS HVMILIS ET MITIS MAGISTRI, DICENTIS: DISCITE A ME, QVIA MITIS SVM, ET Matt. 11. v. 29.

» HVMILIS CORDE; ET INVENIETIS REQVIEM ANIMABVS VE-
» STRIS. IVGVM ENIM MEVM SVAVE EST, ET ONVS MEVM LE-
» VE. QVOD QVOMODO EXPERIEMVR, NISI ET ILLVD IN OB-
Matt. 23. v. 11. » SERVANTIAM VENIAT, QVOD IDEM DOMINVS AIT: QVI
» MAIOR EST VESTRVM, ERIT MINISTER VESTER? QVI AVTEM
Luc. 14. v. 14. & 18. v. 14. » SE EXALTAT, HVMILIABITVR: ET QVI SE HVMILIAT, EXAL-
» TABITVR. Hinc ortum creditur, vt quoniam Theſſalonicæ, Romani Pontificis ſedebat Vicarius, Clerici vndequaque confluerent, ibique nimiùm diu cum Eccleſiarum ac Regulæ DISCIPLINÆQVE ECCLESIASTICÆ detrimento ſpecie cauſarum Eccleſiaſticarum verſarentur; ſextus decimus Canon Sardicenſis Oecumenici Concilij
» ſcriptus ſit: AETIVS Epiſcopus dixit: Non ignoratis QVALIS QVAN-
» TAQVE ſit Theſſalonicenſium METROPOLIS. Sæpe itaque ad eam
» EX ALIIS PROVINCIIS Preſbyteri & Diaconi accedunt, & breuis
» temporis mora non contenti, permanent, & omne tempus illic a-
» gentes tranſigunt; vel vix tandem poſt plurimum tempus in ſuas
» Eccleſias reuerti coguntur. De ijs ergo definiendum eſt. HOSIVS
» Epiſcopus dixit: Ea Decreta quæ de Epiſcopis conſtituta ſunt (ſe-
» ptimo ſcilicet, qui DE RESIDENTIA eſt, Canone) ſeruentur etiam
» in huiuſmodi perſonis: ΑΕΤΙΟΣ Ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἀγνοεῖτε, ΟΠΟΙΑ, ΚΑΙ ΠΗΛΙΚΗ τυγχάνει ἡ τῶν Θεσσαλονικέων ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. πολλάκις τοιγαροῦν εἰς αὐτὴν ΑΠΟ ΕΤΕΡΩΝ ΕΠΑΡΧΙΩΝ Πρεσβύτεροι καὶ Διάκονοι παραγίνονται, καὶ οὐκ ἀρκούμενοι βραχέος διαγωγῇ χρόνου, ἐναπομένουσι, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αὐτόθι ποιοῦντες διατελοῦσιν· ἢ μόλις μετὰ πλεῖστον χρόνον εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐπανιέναι Ἐκκλησίας ἀναγκάζονται. περὶ τούτων δέον ὁριστέον. ΟΣΙΟΣ Ἐπίσκοπος εἶπεν· οὗτοι οἱ ὅροι, οἱ καὶ ἐπὶ τῶν Ἐπισκόπων ὡρισμένοι, φυλαττέσθωσαν καὶ ἐπὶ τούτων τῶν προσώπων. Sicque, non ab Eccleſia Romana, ſed à Curia Romana Theſſalonicenſi ignauos tanquam

--- à præſepibus arcent.

QVINTA velut Apoſtolicos Nuncios in Angliam ad Auguſtinum Monachos à Gregorio noſtro tranſmiſſos vehit: eoſque non, vt Nouatores garriunt, inter otioſos, ſed inter operarios; non inter hypocritas, ſed inter cultores; non inter Apoſtaticos, ſed inter Apoſtolicos ac fideles ſeruos & amicos collocat. SED in

CAP. XXII. Quintæ huius Partis præcedentis Epiſtolæ locum Quinta Anglicanæ Veteris Hiſtoriæ atque DISCIPLINÆ Pars quæ ſequitur, ſuccedit. Itaque vt facere ſolent ij qui faſciculum ſoluunt, Epiſtolam ad ÆTHERIVM Galliæ Epiſcopum, quæ Gregorianarum ordine Quinta erit, aperire properemus. Euangelizantium Monachorum, vt video, commendatio eſt, qui vt Nubes volant, quemadmodum apud Iſaïam, ſuperiore libro, prædictum eſt, & ſicut Columbæ
» AD FENESTRAS SVAS. Epiſtolarum veſtrarum (inquit ad Gallicanum illum Antiſtitem Anglicanæ Expeditionis Dux Gregorius)
» plena venerabili grauitate locutio ita ſibi cordis noſtri iunxit affe-
» ctum, vt mutuum ſemper libeat miſcere ſermonem: quatenus etſi
» corporali veſtra non valemus frui præſentia, nil ſibi contra nos abſentia

absentia hoc intercurrente valeat commercio vendicare. Quantus « autem in vobis ECCLESIASTICI ORDINIS AMOR eniteat, quanta sit « DILECTIO DISCIPLINÆ, quantum obseruantiæ studium salubrium « decretorum, ex illo quòd nostram submissè & omnino libenter « adhortationem accipitis, & seruandam inuiolabiliter prædicatis, « ostenditis. Quia igitur ad aliorum emendationem promptum cor « geritis, & VETVSTATIS MALVM, libera, sicut decet, voce damna- « tis; postquam & aliis Fratribus & Coëpiscopis nostris ipsa volun- « tas est, oportet vnanimes contra DOMINICOS HOSTES insurgere. « Et vt Auaritiam de domo Dei SYNODALI debeatis DEFINI- « TIONE proiicere, nihil in dandis Ecclesiasticis Ordinibus auri sæ- « ua fames inueniat, nil blandimenta surripiant, nil gratia conferat; « HONORIS PRÆMIVM VITÆ SIT PROVECTVS, SAPIENTIÆ INCRE- « MENTVM MODESTIA MORVM: vt obtinente huiusmodi obser- « uantia, & indignus, qui præmiis quærit ascendere, iudicetur; & « dignè, cui bonum testimonium actio perhibet, honoretur. Hæc « vobis, Dilectissime Frater, cura sit, hæc animis vestris sollicitudo « semper inuigilet, vt & Zelum quem litteris ostenditis, cordis vestri « testem esse, opere demonstretis. Itaque ASSIDVE INSTANTER- « QVE AD CONGREGANDAM SYNODVM IMMINETE, & ita vos eni- « xiùs exhibete, VT NOMINIS DIGNITATEM OFFICII ADMINISTRA- « TIONE COMPLEATIS. De eo verò quod Ecclesiæ vestræ conceden- « dum EX ANTIQVA CONSVETVDINE deposcitis, requiri IN SCRINIO « fecimus, & nihil inuenimus. Vnde nobis Epistolas ipsas quas vos « dicitis habere, transmittite, vt ex eis quid concedendum est, colli- « gamus. GESTA verò VEL SCRIPTA BEATI IRENÆI iamdiu est quòd « sollicitè quæsiuimus, sed hactenus ex eis inueniri aliquid non va- « luit. Præterea Fraternitas Vestra MONACHOS quos ad Reueren- « dissimum Fratrem & Coëpiscopum nostrum AVGVSTINVM di- « reximus, habere studeat commendatos in omnibus, suamque illis « Charitatem propter Deum exhibeat, atque illis ita STVDIO SA- « CERDOTALI enixè concurrat, vt suo eos solatio ad agendum « iter ADIVVARE festinet: vt dum nulla eis illic res morandi cau- « sas intulerit, & hi celeriùs pergere, & vos mercedem de præstitis « inuenire possitis. En iterum atque iterum commendat Gregorius, PRIMO; Ecclesiasticos Ordines: SECVNDO; Episcopatum, eo nomine, quòd Episcopi, & Fratres, & Coëpiscopi Romani Pontificis & sunt & dicuntur. TERTIO; postquam Ætherium hortatus est VT NOMINIS DIGNITATEM, OFFICII ADMINISTRATIONE COMPLERET, id est, se esse ÆTHERIVM, vt EPISCOPVM, meminisset, ac re vt nomine testificaretur, cùm de Irenæo Archiepiscopo ac Primate Lugdunensi agit, queriturque, Sanctissimi illius viri Opera, quæ GESTA VEL SCRIPTA vocat, quamuis à se multo labore quæsita, nondum suis temporibus reperta fuisse; Irenæum, ritu nostro, BEATI nomine, quod Sanctis omnibus præfamur, appellat. QVARTO; Ætherium Ecclesiæ Gallicanæ Episco-

pum, vt habeat Monachos à se commendatissimos Gregorius rogat, Monachorumque causam, quod omnes boni facere solent, contra Nouatores enixè suscipit. QVINTO; STVDIVM SACERDOTALE, vt maximam Charitatem atque Episcopalem curam exprimat, quasi prouerbij loco adfert. SEXTO; docet iis in certissima remuneratione mercedem esse repositam, qui Monachis, qui Angliæ Conuersioni, qui IVVANDÆ ECCLESIÆ, qui denique promulgando Euangelio, ardentiore studio deseruirent. Sexta autem

CAP. XXIII. Gregorianæ Historiæ Pars litteras ad AREGIVM Galliæ Episcopum, in similem Monachorum ROMANÆ MISSIONIS in Angliam, commendationem, scriptas continet, hoc exemplo: Cùm in Fraterna dilectione vnum cor, vnus sit animus, sicut in alterius prosperis mens lætatur, ita in aduersis affligitur: quia in vtroque particeps esse, LEGE CHARITATIS, adstringitur. Atque ideo major nos de tristitia vestra mœtor inuaserat, ne fortasse prolixi luctus afflictio assiduo cor vestrum dolore pulsaret, & vitam gemitibus oneraret. Sed susceptis Charitatis Vestræ Epistolis, optato sumus gaudio consolati, atque Omnipotenti Domino gratias egimus, quia & HVMANITATEM VESTRAM incolumem, & animum ad consolationem rediisse cognouimus. Nec enim aliter de vobis fuerat existimandum, nisi quia quicquid aduersitatis est, SACERDOTALI sine dubio PATIENTIA vinceretis. Qualiter præterea in abscindenda SIMONIACA HÆRESI olim Fraternitatis Vestræ Zelus exarserit, bene recolimus. Vnde hortamur vt operam studiosiùs impendentes, DISTRICTA inter alia quæ scripsimus CONCILII DEFINITIONE damnetur: quatenus, dum voluntatis nostræ Intentio, Sollicitudinis vestræ fuerit ope completa, & Omnipotenti Deo oblationem plenissimam de vitiorum correptionibus offeratis, & ad aliorum ædificationem, qualiter in vobis PASTORALIS OFFICII CVRA fulgeat, ostendatis. Experientia autem vitæ vestræ nos prouocat, quam valde multis præminere cognouimus, vt de vobis hac in re grande solatium præsumamus. Et ideo feruorem vestrum, sicut Deo auctore cœpistis, explete: vt bona quæ in vobis recta intentione cœpta sunt, iuuante Deo, Creatore omnium, rectiùs impleantur. Præterea Monachis quos ad Reuerendissimum Fratrem & Coëpiscopum nostrum transmisimus, Charitatem suam Fraternitas Vestra, vt consueuit, impendat: & ita eis tam per se, quàm per alios quos potuerit, ad proficiscendum solatiari studeat: vt dum, vobis prouidentibus, nullas illic difficultates vel moras habuerint; & nos quod de vobis confidimus, sentiamus; & Deus vobis Omnipotens PRO CONVERSIONE ANIMARVM pro quibus transmissi sunt, SVAM GRATIAM RECOMPENSET. Nouam verò, Gregori, Nouatoribus Virtutem obiicis: quam nisi in animis atque in oculis Angliæ excitasses, Sectariorum vel inuidia, vel certè stupor (Hæresis, an pecudis dicam?) æterno silentio & oppressisset & sepelisset.

In hac enim Epistola atque Anglicanæ Historiæ Parte, PRIMO SACERDOTALES VIRTVTES velut ex alto emergunt, ac inter omnes, præque omnibus, SACERDOTALIS PATIENTIA, tanquam insignita notâ Sacerdotalis Virtutis apparet, vbi DE ÆGRITVDINE LENIENDA ET LEVANDO LVCTV, cum Aregio Gallicano quoque nostro Gregorius noster Christianum in morem philosopharetur. SECVNDO; postquam Sacerdotalis illa Virtus, PATIENTIA, declarata est; quippe quæ ex præscripto Euangelico Animabus Possidendis omnium aptissima sit, ad Perfectionemque Christianam accommodatissima, quæ in se aliisque attentè regendis, atque ad Deum instanter constanterque ac perseueranter dirigendis, communi consensu posita creditur: sic tractatur locus, Quæ quantaque differentia sit Pontificis Maximi, & Minorum cæterorum Pontificum? vt cum suis Ordine Fratribus, Iurisdictionis atque Auctoritatis ratione Parentis locum Romanus Antistes semper tenuisse cernatur. Quamuis enim nil præter Canonem, nil sine Canone Antiqui Romani Pontifices agerent, immo nulla alia re magis quàm Ecclesiastico Canone, siue REGVLA ECCLESIASTICA, suam summam Auctoritatem Iurisdictionemque retinere posse considerent, atque, vt se ÆQVI BONI obseruantissimos præberent, ad celebrandas Synodos Episcopos hortarentur: Romani tamen Pontificis, vt non obscurè innuit ipse Gregorius, Intentio implenda, Episcopis Sollicitudo complenda incumbebat, atque hinc ipsi Ecclesiæ prouidentis Paterna auctoritas; illinc necessaria facilè decernentium Fratrum gerendus mos, atque diuina communio mira quadam DISCIPLINÆ conspiratione concordiaque apparebat. Quid enim, quæso, illa Gregorij verba aliud sonant? Vnde hortamur, (inquit) vt operam « studiosiùs impendentes, DISTRICTA inter alia quæ scripsimus CON- « CILII DEFINITIONE damnetur: quatenus dum Voluntatis Nostræ « INTENTIO SOLLICITVDINIS Vestræ fuerit Ope completa, & O- « mnipotenti Deo OBLATIONEM PLENISSIMAM DE VITIORVM COR- « REPTIONIBVS offeratis, & ad aliorum ædificationem, qualiter in « vobis PASTORALIS OFFICII CVRA fulgeat, ostendatis. TERTIO; « Gregorius, Sollicitudinis Opem, quam sibi in promouenda Synodo Aregius præstiturus esset, GRANDE SOLATIVM vocat: videlicet sentiens atque decernens ad curam atque onus spectare Romani Pontificis quæcumque Episcoporum Ordinem, Auctoritatem, Vigilantiam, Concilium attingerent. QVARTO; hîc Monachorum nomen est adeo frequens, tantisque commendationibus illustre, vt etiamsi aliquæ nationes & gentes Monachorum instituto, quantumuis laudabili, carere potuissent, solis Anglis, sine Monachis, vix esse, non dicam CATHOLICIS, sed leuiter ac sola specie Christianis, licuisse videri posset. Iure igitur Monasticus Ordo in Sectarios ac Nouatores Anglos Paulinum illud vsurpet: Nonne opus meum « vos estis in Domino? Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen « vobis sum: nam SIGNACVLVM APOSTOLATVS mei vos «

Luc.21. v.19.

1.Cor.9. v.1.

» eſtis in Domino. MEA DEFENSIO apud eos qui me interrogant, hæc
» eſt. QVINTO, Monachi rurſus ANIMARVM CONVERSIONI inuigilant, atque ob cariſſimam ſibi Angliam maria tranſmittunt, contra quos tamen Lemani lacûs Ranæ tam importunè tamque intempeſtiuè quotidie ῥητορεύουσιν atque declamitant. SEXTO atque VLTIMO;
» Deus vobis, (inquit ad Epiſcopum Aregium Gregorius Pontifex
» Maximus,) SVAM GRATIAM RECOMPENSET: Ex quo ſubintelligamus atque doceamur, à Deo Opt.Max. quamuis ſua munera noſtra
2.Tim.4.v.8. faciat eſſe merita, CORONAM IVSTITIÆ, quam prædicat Agonotheta Paulus, Victoribus qui legitimè certauerint, repoſitam iri; nec obſtare Gratiam Debito Iuſtitiæ aut Remunerationi Meriti, nec Meritum atque Mercedem Gratiæ muneribus officere.

CAP. XXIV. SED Septima inſtat Hiſtoriæ Pars atque Epiſtola Gregorij ad MENNAM, Tholoſanum Archiepiſcopum, alioſque complures Epiſcopos Gallicanos: in qua breuiloquentem Gregorium facit, & caritatis ardor feſtinantis ad opus, & matura meſſis ad quam in nomine Domini Monachos, Laurentium Presbyterum & Mellitum Abbatem, fide currentes ac ſpe volantes, ad Gentium, ſiue Anglorum, Conuerſionem adiutores atque operarios, tanquam cohortem auxiliariam, celeriter mittit.
» Licèt Fraternitatem Veſtram ſuſcepti (inquit) officij cura commo-
» neat, vt religioſis viris, & præcipuè IN CAVSA ANIMARVM LABO-
» RANTIBVS, omni debeat adniſu concurrere, non tamen abs re eſt, ſi
» Sollicitudinem Veſtram Epiſtolarum noſtrarum ſermo pulſauerit:
» quia SICVT IGNIS AVRA FLANTE FIT GRANDIOR, ITA BONÆ MEN-
» TIS STVDIA COMMENDATIONE PROFICIVNT. Quia igitur Redem-
» ptoris noſtri GRATIA COOPERANTE, tanta de ANGLORVM GENTE
» ad CHRISTIANÆ FIDEI GRATIAM multitudo conuertitur, vt Reue-
» rendiſſimus COMMVNIS Frater & Coëpiſcopus noſter AVGVSTINVS,
» eos qui ſecum ſunt, ad hoc opus exſequendum per diuerſa loca, aſ-
» ſerat non poſſe ſufficere; aliquantos ad eos MONACHOS, cum Dile-
» ctiſſimis & COMMVNIBVS Filiis, LAVRENTIO Presbytero & MEL-
» LITO Abbate, prævidimus tranſmittendos. Et ideo Fraternitas Ve-
» ſtra eis charitatem quam decet, exhibeat, atque ita illis, vbicumque
» neceſſe fuerit, auxiliari feſtinet: quatenus dum vobis opitulantibus
» nullas illic remorandi cauſas habuerint, & ipſi veſtra ſe releuatos
» conſolatione congaudeant, & vos ſolatiorum exhibitione in cauſa
» pro qua directi ſunt, poſſitis participes inueniri. PRINCIPIO, Redemptoris noſtri GRATIA COOPERANS legitur, ne Deus vel gratiam ſuam vacuam atque inanem humano generi infudiſſe, vel Chriſtianis naſcentium lege debitam atque optimam libertatis naturam, inuidiſſe, vel denique ſuorum conatus ac labores defraudaſſe, quod Sectarij delirant, crederetur. Vides, OPTIME REX, defenſum & quaſi inſertum Conuerſioni Anglorum Liberum Arbitrium noſtrum: primiſque Chriſtianis Anglis eam fieri Prædicationem ſolitam, quæ non modò cooperationem noſtram cum Dei gratia coniungeret; ſed, quod longè maius eſt, quæ diuinam gratiam noſtris

faceret coopetantem conatibus: vt qui nostrorum operum actores nos reddidisset, auctores quoque ac dominos in sanguine Filij sui efficeret. Quod quidem, vt non plura dicam, diuinitus institutum ac veluti temperatum est, ne SVPERBVS ERROR aut nostris viribus confidere, aut de diuini auxilij atque potentiæ defectu conqueri iusta aliqua ratione posse vnquam videretur. DEINDE verò, postquam de Gratia & Libeto Arbittio actum est, confirmat Gregotius, Episcopos, Romani Pontificis & Archiepiscoporum COMMVNES FRATRES; Abbates autem atque Presbyteros, COMMVNES FILIOS, appellandos esse. Quis enim aliter interpretatus sit, Augustinum Communem Fratrem, Laurentium & Mellitum, Communes Filios, datâ ad Archiepiscopum Tolosanum Epistolâ, dici? POSTREMO; in hac Gregorij Epistola est extrema, sancta quædam, vt censeo, meritorum sodalitas: dum causæ futuros docet participes Gallicanos Episcopos, qui IVVANDÆ causa ECCLESIÆ in Anglia nascentis, missos ab Apostolica Sede Operarios benignè exciperent ac fouerent.

CAP. XXV.

EXPLICATA Septima, ad Octauam Gregorij Partem ac Epistolam, qua cœpimus via, pergamus. Ea autem ad Francorum Regem THEODORICVM scripta est, his verbis, quorum exordium in te, SAPIENTISSIME REX, mirificè quadrat: « EXCELLENTIÆ VESTRÆ INDEX CORDIS EPISTOLA, « QVANTA IN VOBIS FVLGEAT CVM REGIA POTESTATE PRVDENTIA, ITA LVCVLENTI COPIA SERMONIS EDOCVIT; VT DVBIVM ESSE NON VALEAT QVIDQVID LAVDABILE DE VOBIS FAMA NARRAVERIT. Et quoniam adhortationem nostram adeò REGIIS ANIMIS vestris per LAVDIS PRÆDICAMENTA placuisse signastis, vt quidquid ad Dei nostri cultum, quidquid ad ECCLESIARVM REVERENTIAM, quidquid ad HONOREM pertinere cognoscitis SACERDOTVM, & studiosè statui, & velitis in omnibus custodiri: iterata vos PRO VESTRA MAGNA MERCEDE adhortatione pulsamus, VT CONGREGARI SYNODVM IVBEATIS, & sicut dudum scripsimus, CORPORALIA in Sacerdotibus VITIA, & Simoniacæ Hæreseos Prauitatem, OMNIVM EPISCOPORVM DEFINITIONE damnari, atque de REGNO vestro amputari faciatis, NEC PLVS ILLIC PECVNIAM OBTINERE QVAM PRÆCEPTA DOMINICA, PERMITTATIS. Nam cùm omnis Auaritia, Idolorum sit Seruitus, quisquis hanc, & maximè in dandis Ecclesiasticis Honoribus, vigilanter non præcauet, INFIDELITATIS PERDITIONI subijcitur; etiamsi tenêre Fidem verbis, quam negligit facto, videatur. Sicut ergo contra exteriores hostes, ita quoque contra INTERIORES ANIMARVM ADVERSARIOS studete esse solliciti; vt per hoc quòd Dei nostri Inimicis fideliter repugnatis, & hîc feliciter ipsius protectione regnetis, & ad æterna postmodum gaudia, eius duce gratia, veniatis. Quanta præterea bona Reuerendissimo Fratri & Coëpiscopo nostro AVGVSTINO ad ANGLORVM «

» Gentem proficiſcenti Excellentia Veſtra præbuerit, reuertentes ab
» eo quidam MONACHI retulerunt. Vnde vberes referentes gra-
» tias, petimus vt his quoque MONACHIS qui ad eum directi ſunt,
» ſuffragia veſtra copioſiùs præbere, atque eos ad proficiſcendum
» IVVARE dignemini: vt quantò beneficia veſtra eis ampliùs exhi-
» betis, tantò maiorem VICISSITVDINEM ab Omnipotenti Deo,
» CVI SERVIVNT, exſpectetis. Eccleſiarum Reuerentia huius Epi-
ſtolæ PRIMA conditio eſt. SECVNDA; Sacerdotum honor. TER-
TIA; Eccleſiaſtici Honores, ſiue Ordinum Gradus, atque Magi-
ſtratus. QVARTA; IVVANDÆ ECCLESIÆ duo Regum præmia:
quorum alterum, hîc feliciter Dei protectione regnare; alterum,
ad æterna poſtmodum gaudia, dei gratia duce, peruenire. QVIN-
TA; Auguſtinus & Reuerendiſſimus, & Frater, & Coëpiſcopus di-
ctus. SEXTA; Monachorum teſtimonium de liberalitate atque
munificentia, vel potiùs Charitate Regia Theodorici Galliæ Regis
in IVVANDA Anglia, IVVANDISQVE ad Conuerſionem Anglo-
rum Operarijs à Romano Pontifice miſſis. SEPTIMA; Operum
» Remuneratio his vltimis verbis demonſtrata, Vt quantò, inquit
» Gregorius, beneficia veſtra eis ampliùs exhibetis, tantò maiorem
» VICISSITVDINEM ab Omnipotenti Deo, CVI SERVIVNT, exſpectetis.
Magna certè Piorum Regum dignitas, Deque IVVANDA ECCLE-
SIA ſeriò cogitantium, vt eorum diuinæ beneuolentiæ atque iu-
ſtitiæ remuneratio ad referendæ gratiæ viciſſitudinem, Deo aucto-
CAP. re, Gregorio teſte, pertinere videatur. NONA Hiſto-
XXVI. riæ Pars erit, altera data ad eumdem Francorum Regem THEODO-
RICVM Epiſtola quæ ſequitur, eiuſdem omnino argumenti, vt pa-
» tet: Qui paternæ adhortationis verba libenti animo ſuſcipit, & SI-
» NV CORDIS amplectitur, EMENDATOREM ſe VITIORVM fore pro-
» cul dubio profitetur. Ex qua re ſatis nos Excellentiæ Veſtræ cer-
» tos reddit abſoluta promiſſio. NAM EIVS QVEM IDONEVM AD
» SOLVENDVM ESSE COGNOSCIMVS, VERBA PRO PIGNORE TENE-
» MVS. Itaque Excellentia Veſtra Dei noſtri mandatis inhærens,
» STVDIVM AD CONGREGANDAM SYNODVM pro ſua Mercede ad-
» hibere dignetur, vt omne à Sacerdotibus CORPORALE VITIVM,
» ET SIMONIACA HÆRESIS, quæ PRIMA in Eccleſijs INIQVA AM-
» BITIONE ſurrexit, POTESTATIS veſtræ imminente CENSVRA,
» CONCILII DEFINITIONE tollatur, & abſciſſa à radicibus ampute-
» tur: ne, ſi ampliùs illic aurum quàm Deus diligitur, qui modò
» TRANQVILLVS IN ſuis PRÆCEPTIS deſpicitur, IRATVS IN VIN-
» DICTA poſtmodum ſentiatur. Et hoc quidem quia pro vobis lo-
» quimur, idcirco innuere ſæpius non ceſſamus, vt prodeſſe Excel-
» lentiſſimis ac DVLCISSIMIS FILIIS noſtris, vel ex importunitate,
» poſſimus. NAM REGNO VESTRO PER OMNIA PROFICIT, SI
» QVOD CONTRA DEVM IN ILLIS PARTIBVS GERITVR, EMEN-
» DATIONE VESTRÆ EXCELLENTIÆ CORRIGATVR. Quanta præ-
» terea bona proficiſcenti ad ANGLORVM Gentem Reuerendiſſimo

Fratri & Coëpiſcopo noſtro, AVGVSTINO, Excellentia Veſtra im- «
penderit, referentibus quibuſdam MONACHIS, qui ab eo reuerſi «
ſunt, cognouimus. De qua re maximas gratias exſoluentes petimus, «
vt & MONACHIS præſentium portitoribus, quos ad eumdem Fra- «
trem direximus, veſtra vberiùs beneficia miniſtretis: quatenus, dum «
vobis patrocinantibus, nullas illic difficultates inuenerint, ſed cœ- «
ptum iter, Chriſto adiuuante, peregerint, vberiorem MERCEDIS «
veſtræ fructum ANTE DEI NOSTRI OCVLOS faciatis. PRIMO: Dei «
Mercede dignus Rex, ad Romani Pontificis voluntatem, ac moni-
tum, Synodi procurator. Et profectò ita ſe res habet, vt cùm Le-
gis Veteris REGNVM SACERDOTALE, in Nouæ Legis REGALE Exod. 19. v. 6
SACERDOTIVM euaſerit, ne Euangelica minuatur Maieſtas, Impe- 1. Petr 2. v. 9.
rium rerum Spiritualium ſit penes Sacerdotem. Legis tamen de Malach. 2.
ore Sacerdotis requirendæ ea ratio perpetua fuit, vt cùm Pontifi- v. 7.
cis Maximi & Epiſcoporum & Imperatorum ac Regum partes fo-
rent in obeundo Synodico munere, cum ſumma Vtriuſque Gla-
dij conuenientia, de qua Primo Libro tam multa diximus; Honore Rom. 12.
inuicem, quod Paulus præcipit, præuenirent. Ac, vt ea quæ in hanc v. 10.
ſententiam dicuntur propemodum infinita, & paucioribus & po-
tioribus quoque, quàm ea quæ adferri vulgò ſolent, rationibus con-
traham, atque complectar; nec Regiam Maieſtatem in Conuocan-
dis Concilijs repudiantibus adulabor, nec rurſus Sæculari Poteſtati
in res Spirituales, quod à doctore Chriſtiano abſit, indulgebo. Me-
dia, eaque certa, recta, ac tuta via eſt, & Chriſtianorum Imperato-
rum ad Chriſtianam atque ECCLESIASTICAM PACEM vel tuendam,
vel conciliandam, ſummum Chriſtianorum Principum Officij ius,
ac refugium ad Epiſcopos, tanquam Dei Sacerdotes ac internun-
tios conſulendos, in congreganda Synodo, ceu cogendis Chriſtia-
næ Reipublicæ Comitijs, fuiſſe: & Pontificum auctoritatem omni-
modam, in iudicando decernendoque quid Scrutando Scripturas Ioan. 5. v 39.
de quaque re cenſerent, extitiſſe. In quo quidem nunquam ſatis Act. 17. v. 11.
mirari ſoleo vel rudem aſſentantium, nihilque Regibus permitten-
tium Simpliciorum quorumdam Theologorum ἀνιστορησίας, vel effre-
natam Aulicorum Suſurronum, Summorum Eccleſiæ Dei Pontifi-
cum auctoritatem minuere volentium, temeritatem ac impuden-
tiam, apud te, DOCTISSIME REX: cui imponere conari, ſumma le-
uitas eſt; placere ſine ratione velle, ſumma dementia. Itaque, Quis
in Concilijs fuerit Iudex, ſiue Vter, Pontifex-ne an Imperator? nunc
à CATHOLICIS Quæritur, ad Fidemque ac Theologiam pertinet:
Quis conuocauerit? aliud agentium eſt ad Hiſtoriamque ſpectat,
quæ non iudicium reſpicit, ſed neceſſitatem temporum ac rerum.
Vnde Gregorius Secundus Pont. Max. poſteriore ſua Epiſtola DE
SANCTIS IMAGINIBVS, Περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων, ad Leonem Iſaurum Im-
peratorem, ſic Hæreticum, ſic Tyrannum aggreditur: Sed obſe- «
quutus ex peruicaci animo tuo ac domeſticis perturbationibus, & «
ſcripſiſti: IMPERATOR SVM ET SACERDOS. Enimvero qui ante «

» te fuerunt Imperatores, hoc opere ac sermone demonstrarunt, qui
» curam gesserunt Ecclesiarum vnà CVM PONTIFICIBVS cupiditate
» zeloque incensi, rectæque Fidei Veritatem peruestigantes, Con-
» stantinus Magnus, Theodosius Magnus, VALENTINIANVS MA-
» GNVS, & Constantinus IVSTINIANI PATER, qui Sextæ Synodo
» INTERFVIT. Imperatores isti religiosè imperarunt; ET CVM PON-
» TIFICIBVS VNO CONSILIO AC SENTENTIA SYNODÓS CONGRE-
» GANTES, atque Veritatem Dogmatum perquirentes, Sanctas Ec-
» clesias CONSTITVERVNT ET ORNARVNT. HI SVNT SACERDO-
» TES ET IMPERATORES, qui id opere demonstrarunt: tu verò ex
» quo Imperium occupasti, DEFINITIONES PATRVM perpetuò non
» custodisti; SED CVM SANCTAS ECCLESIAS FIMBRIATIS AVREIS
» VESTIBVS CONVESTITAS ET VARIEGATAS INVENISSES, EAS OR-
» NATV PRIVASTI ATQVE VASTASTI: Ἀλλ' ἐξηκολούθησας τῷ πείσματι, καὶ τοῖς ἐνοίκοις σου πάθεσι, καὶ ἔγραψας, ΟΤΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΙΕΡΕΥΣ ΕΙΜΙ· καὶ τοῦτο οἱ πρὸ σοῦ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ἔδειξαν, ἔργῳ καὶ λόγῳ, οἱ κτισάμενοι, καὶ φροντίσαντες τῶν Ἐκκλησιῶν, ΑΜΑ ΤΟΙΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣΙΝ ἐκζητήσαντες πόθῳ καὶ ζήλῳ τῆς Ὀρθοδοξίας τὴν Ἀλήθειαν· Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας, καὶ Θεοδόσιος ὁ Μέγας, καὶ ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΣ Ο ΜΕΓΑΣ, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΠΑΤΗΡ Ο ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ. οὗτοι οἱ Βασιλεῖς θεοπρεπῶς ἐβασίλευσαν, ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ, ΜΙΑ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΓΝΩΜΗ ΤΑΣ ΣΥΝΟΔΟΥΣ ΣΥΝΑΘΡΟΙΣΑΝΤΕΣ, καὶ τὴν Ἀλήθειαν τῶν Δογμάτων ἐκζητήσαντες, τὰς ἁγίας Ἐκκλησίας ΣΥΝΕΣΤΗΣΑΝΤΟ ΚΑΙ ΚΑΤΕΚΟΣΜΗΣΑΝ. ΟΥΤΟΙ ΕΙΣΙΝ ΙΕΡΕΙΣ, ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ, οἵτινες καὶ τῷ ἔργῳ ἐπεδείξαντο. ΣΥ ΔΕ, ΑΦ' ΟΥ ΕΠΕΛΑΒΟΥ ΤΟ ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ, ΟΥΚ ΕΦΥΛΑΞΑΣ ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ΤΟΥΣ ΟΡΟΥΣ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, ΑΛΛ' ΕΥΡΩΝ ΤΑΣ ΑΓΙΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΕΝ ΚΡΟΣΣΩΤΟΙΣ ΧΡΥΣΟΙΣ ΠΕΡΙΒΕΒΛΗΜΕΝΑΣ, ΠΕΠΟΙΚΙΛΜΕΝΑΣ, ΑΠΕΚΟΣΜΗΣΑΣ, ΚΑΙ ΗΡΗΜΩΣΑΣ.
» Ac paulo post: Audi HVMILITATEM NOSTRAM, Imperator, ces-
» sa, ET SANCTAM ECCLESIAM SEQVERE, PROVT INVENISTI AT-
» QVE ACCEPISTI: NON SVNT IMPERATORVM DOGMATA, SED PON-
» TIFICVM, QVONIAM CHRISTI SENSVM NOS HABEMVS: Ἄκουσον
» ΤΗΣ ΤΑΠΕΙΝΩΣΕΩΣ ΗΜΩΝ Βασιλεῦ, καὶ παῦσον, ΚΑΙ ΑΚΟΛΟΥΘΗ-
» ΣΟΝ ΤΗ ΑΓΙΑ ΕΚΚΛΗΣΙΑ; ΚΑΘΩΣ ΕΥΡΕΣ, ΚΑΙ ΠΑΡΕΛΑΒΕΣ· ΟΥΚ
» ΕΙΣΙ ΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΑΛΛΑ ΤΩΝ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ,
» ΟΤΙ ΗΜΕΙΣ ΝΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΥ ΕΧΟΜΕΝ. Denique hanc sententiam
» sic fortiter concludit idem Gregorius: Et ecce tibi PALATII ET
» ECCLESIARVM scribo discrimen, IMPERATORVM ET PONTIFI-
» CVM, agnosce illud & Saluare, nec Contentiosus esto. Si quis à te
» REGIA INDVMENTA, Purpuram, Diadema capitis, Trabeam abs-
» tulerit & Obsequij Ordines, futurum est vt ab hominibus turpis,
» deformis & abiectus habearis, quem in statum Ecclesias redegisti:
» quod enim ipse non habes, sanctas Ecclesias ORNATV PRIVASTI,
» deformesque reddidisti. NAM QVEMADMODVM PONTIFEX IN-
» TROSPICIENDI IN PALATIVM POTESTATEM NON HABET, AC
» DIGNITATES REGIAS DEFERENDI; SIC NEQVE IMPERATOR IN

ECCLESIAS INTROSPICIENDI, ET ELECTIONES IN CLERO PERA- «
GENDI, NEQVE CONSECRANDI, VEL SYMBOLA SANCTORVM SA- «
CRAMENTORVM ADMINISTRANDI, SED NEQVE PARTICIPANDI «
ABSQVE OPERA SACERDOTIS. SED VNVSQVISQVE NOSTRVM « 1.Cor. 7.
IN QVA VOCATIONE VOCATVS EST A DEO, IN EA MANEAT. « v. 24.
VIDES, IMPERATOR, PONTIFICVM ET IMPERATORVM DISCRIMEN? «
Si quispiam te offenderit, domum eius publicas & spolias, solam «
illi vitam relinquens, tandemque illum etiam vel suspendio necas, «
vel capite truncas, vel relegas, cumque longè à liberis & ab omni- «
bus cognatis & amicis suis amandas. PONTIFICES NON ITA; SED «
VBI PECCARIT QVIS, ET CONFESSVS FVERIT, SVSPENDII, VEL «
AMPVTATIONIS CAPITIS LOCO, EVANGELIVM ET CRVCEM EIVS «
CERVICIBVS CIRCVMPONVNT, EVMQVE TANQVAM IN CARCE- «
REM IN SECRETARIA, SACRORVMQVE VASORVM ÆRARIA «
CONIICIVNT, IN ECCLESIÆ DIACONIA, ET IN CATECHVME- «
NIA ABLEGANT, AC VISCERIBVS EORVM IEIVNIVM, OCVLIS- «
QVE VIGILIAS, ET LAVDATIONEM ORI EIVS INDICVNT, CVM- «
QVE PROBE CASTIGARINT, PROBEQVE FAME AFFLIXERINT, «
TVM PRETIOSVM ILLI DOMINI CORPVS IMPARTIVNT, ET «
SANCTO ILLVM SANGVINE POTANT: ET CVM ILLVM VAS ELE- «
CTIONIS RESTITVERINT, AC IMMVNEM PECCATI, SIC AD DO- «
MINVM PVRVM INSONTEMQVE TRANSMITTVNT. VIDES, IM- «
PERATOR, ECCLESIARVM IMPERATORVMQVE DISCRIMEN: Καὶ «
γράφω σοι τὰς διαφορὰς ΤΟΥ ΠΑΛΑΤΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ, ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ, καὶ ἐπίγνωθι, καὶ σύνηθι, καὶ μὴ φιλονείκει. Ἐὰν τις ἄρῃ ἐκ σοῦ τὰς ΒΑΣΙΛΙΚΑΣ ΕΝΔΥΣΕΙΣ, τὴν Πορφύραν, τὸ Διάδημα τῆς κεφαλῆς, τὴν Ἁλουργίδα, τὰς Τάξεις τῶν Πομπῶν, ὄντως μέλλεις θεωρεῖσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἄσημος, καὶ ἄμορφος, καὶ οὐδαμινὸς, καθὼς κατέστησας τὰς Ἐκκλησίας. ΟΠΕΡ γὰρ ΟΥΚ ΕΧΕΙΣ σὺ, τὰς ἁγίας Ἐκκλησίας ΑΠΕΚΟΣΜΗΣΑΣ, καὶ ἀμόρφους κατέστησας. ΩΣΠΕΡ ΓΑΡ ΟΥΚ ΕΧΕΙ ΕΞΟΥΣΙΑΝ Ο ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΕΓΚΥΨΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΛΑΤΙΟΝ, ΚΑΙ ΠΡΟΒΑΛΕΣΘΑΙ ΑΞΙΑΣ ΒΑΣΙΛΙΚΑΣ, ΟΥΤΩΣ ΟΥΤΕ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΕΓΚΥΨΑΙ ΕΙΣ ΤΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, ΚΑΙ ΨΗΦΟΥΣ ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΛΗΡΟΝ, ΟΥΤΕ ΑΓΙΑΖΕΙΝ, ΚΑΙ ΧΕΙΡΙΖΕΙΝ ΤΑ ΣΥΜΒΟΛΑ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ, ΑΛΛ' ΟΥΤΕ ΜΕΤΑΛΑΜΒΑΝΕΙΝ ΧΩΡΙΣ ΙΕΡΕΩΣ. ΑΛΛ' ΕΚΑΣΤΟΣ ΗΜΩΝ, ΕΝ Η ΚΛΗΣΕΙ ΕΚΛΗΘΗ ΥΠΟ ΘΕΟΥ, ΕΝ ΤΑΥΤΗ ΜΕΝΕΤΩ. ΒΛΕΠΕΙΣ, ΒΑΣΙΛΕΥ, ΤΑΣ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΩΝ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ, ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΝ; Ἐὰν τις ἁμαρτήσῃ, σὺ Βασιλεῦ, δημεύεις τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ γυμνοῖς, ἐάσας ἔχειν τὴν ψυχὴν, καὶ τέλος, κἀκεῖνον ἢ ἀπάγχεις, ἢ ἀποκεφαλίζεις, ἢ ἐξορίζεις, καὶ ἀλλοδαπὴ αὐτὸν ποιεῖς τῶν τέκνων, καὶ πάντων τῶν συγγενῶν, καὶ φίλων αὐτοῦ. ΟΙ ΑΡΧΙΕΡΕΙΣ ΟΥΧ ΟΥΤΩΣ, ΑΛΛ' ΟΤΑΝ ΑΜΑΡΤΗ ΤΙΣ, ΚΑΙ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΗΤΑΙ, ΑΝΤΙ ΤΗΣ ΑΓΧΟΝΗΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΠΟΚΕΦΑΛΙΣΜΟΥ, ΠΕΡΙΤΙΘΕΑΣΙΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΡΑΧΗΛΟΝ ΑΥΤΟΥ ΤΟ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΣΤΑΥΡΟΝ, ΚΑΙ ΦΥΛΑΚΙΖΟΥΣΙΝ ΑΥΤΟΝ ΕΙΣ ΤΑ ΚΕΙΜΗΛΙΑΡΧΕΙΑ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΑ ΔΙΑΚΟΝΕΙΑ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΕΞΟΡΙΖΟΥΣΙΝ ΑΥΤΟΝ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΑ ΚΑΤΗΧΟΥΜΕΝΑ,

ΚΑΙ ΝΗΣΤΕΙΑΝ ΕΙΣ ΤΑ ΕΝΤΕΡΑ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΑΓΡΥΠΝΙΑΝ, ΚΑΙ ΔΟΞΟΛΟΓΙΑΝ ΕΝ ΤΩ ΣΤΟΜΑΤΙ ΑΥΤΟΥ ΕΜΠΟΙΟΥΣΙ. ΚΑΙ ΟΤΕ ΚΑΛΩΣ ΠΑΙΔΕΥΣΩΣΙ, ΚΑΙ ΚΑΛΩΣ ΑΙΜΑΓΧΟΝΗΣΩΣΙ, ΠΑΡΑΒΑΛΛΟΥΣΙΝ ΑΥΤΩ ΤΟ ΤΙΜΙΟΝ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΑΙΜΑ ΠΟΤΙΖΟΥΣΙΝ ΑΥΤΟΝ, ΚΑΙ ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΗΣΑΝΤΕΣ ΑΥΤΟΝ ΣΚΕΥΟΣ ΕΚΛΟΓΗΣ, ΚΑΙ ΑΝΑΜΑΡΤΗΤΟΝ, ΟΥΤΩΣ ΑΥΤΟΝ ΠΡΟΠΕΜΠΟΥΣΙ ΚΑΘΑΡΟΝ ΚΑΙ ΑΜΩΜΟΝ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ. ΒΛΕΠΕΙΣ, ΒΑΣΙΛΕΥ, ΤΑΣ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ; Rem igitur totam TRIBVS facillimis OBSERVATIONIBVS abſoluo atque definio, quæ alioquin innumeris vel erroribus, vel difficultatibus implicari ſolet. Ex quo fit vt Docti rarò meliores, Boni vix doctiores, ex illa diſputatione recedant; tametſi vberrimus, illis PASCENDÆ, his IVVANDÆ, ECCLESIÆ, vtriſque in ea ſit Ædificationis locus. Cùm ergo ex Conciliorum Actis petenda huius dubij ſolutio ſit, deque Primorum Quattuor Conciliorum, duntaxat Duo, Epheſina videlicet, ac Chalcedonenſia, ſuperſint, vt in prioribus illis ſæculis, quæ tui, REX, Theologi tecum agnoſcunt, immoremur, PRIMA hæc ex Chalcedonenſibus OBSERVATIO ſit. Synodica Chalcedonenſis Generalis Concilij ad Sanctum Leonem Papam illud inprimis habet, de QVINGENTIS VIGINTI Epiſcopis, qui Chalcedone, Valentiniani & Marciani Impp. nutu conuenerant. QVIBVS TV QVIDEM (inquit Pontificum Collegium, ac Concilium ad Papam) SICVT MEMBRIS CAPVT, PRÆERAS, in his qui tuum tenebant ordinem, (aliàs, qui tuas vices gerebant) beneuolentiam præferens. Imperatores verò fide-
1. Eſdr. 3. v. 2. » les AD ORDINANDVM DECENTISSIME PRÆSIDEBANT, SICVT ZOROBABEL ET IESVS, ECCLESIÆ, TANQVAM IERVSALEM, ÆDIFICATIONEM RENOVARE CIRCA DOGMATA ADNITENTES: Ὧν σὺ μὲν, ΩΣ ΚΕΦΑΛΗ ΜΕΛΩΝ ΗΓΕΜΟΝΕΥΕΣ, ἐν τοῖς τὴν σὴν τάξιν ἐπέχουσι, τὴν εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενος. ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΔΕ ΠΙΣΤΟΙ, ΠΡΟΣ ΕΥΚΟΣΜΙΑΝ ΕΞΗΡΧΟΝ, ΩΣ ΖΟΡΟΒΑΒΕΛ ΤΩ ΙΗΣΟΥ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, ΚΑΘΑΠΕΡ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ, ΤΗΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΔΟΓΜΑΣΙΝ ΟΙΚΟΔΟΜΙΑΝ ΑΝΑΝΕΟΥΝ ΠΡΟΘΥΜΟΥΜΕΝΟΙ. Ac, quod maximum eſt, ipſe Marcianus Imperator, Actione ſextâ eiuſdem Chalcedonenſis Concilij, ſic omnia Catholicè declarat: » Huic rei remedium volentes imponere, » ſanctam veſtram COLLEGIMVS (vel, Congregauimus) Synodum, laboribus, quos ex itinere ſuſcepiſtis, euentum maximum fore credentes, vt Vera Religio firmaretur, quatenus omnis interiectus error atque caligo auferretur ab intelligentiis ſeductorum, & prout ipſa ſe Diuinitas hominibus propria voluntate manifeſtauit, & vt SANCTORVM PATRVM DOCTRINA Puriſſimam & Veriſſimam animis omniũ præfulgentem expoſuit Fidem, ſic humanum genus coleret, & de reliquo omnis auferatur audentibus præſumptio DE NATIVITATE DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI, aliter ſentiendi, aut diſputandi, præter hæc quæ prædicata quidem ſunt à Sanctis Apoſtolis, tradita autem nunc conſonè à Trecentis decem &

octo Sanctis Patribus nostris, qui Nicææ conuenerunt. SICVT «
ETIAM DEO-AMICISSIMI LEONIS PAPÆ VRBIS ROMÆ, QVI «
SEDEM APOSTOLICAM GVBERNAT, MISSA AD SANCTÆ ME- «
MORIÆ FLAVIANVM, NOVÆ REGIÆ ROMÆ EPISCOPVM, EPI- «
STOLA TESTATVR. Amputato igitur omni inconuenienti studio, «
& eiecto omni patrocinio, & locum nullum habente auaritia, «
CVNCTIS VERITAS VESTRIS EXPOSITIONIBVS INNOTESCAT. NOS «
ENIM AD FIDEM CONFIRMANDAM, NON AD POTENTIAM OSTEN- «
DENDAM, EXEMPLO RELIGIOSI PRINCIPIS CONSTANTINI, SY- «
NODO INTERESSE VOLVIMVS; VT INVENTA VERITATE, NON «
VLTRA MVLTITVDO, PRAVIS QVORVNDAM DOCTRINIS AT- «
TRACTA, DISCORDET: Ταύτην ἰάσασθαι βουλόμενοι, τὴν Ἁγίαν ὑμῶν «
ΗΘΡΟΙΣΑΜΕΝ Σύνοδον, τῶν τῆς ὁδοιπορείας μόχθων ἀποτέλεσμα μέγιστον ἔσεσθαι πιστεύσαντες, τὴν τῆς Ἀληθοῦς Θρησκείας βεβαίωσιν. ὥστε τὴν ἐπικειμένην ἀχλὺν ταῖς τῶν ἀνθρώπων τῶν πεπλανημένων ἐννοίαις, ἀναιρεθῆναι. καὶ καθὼς αὐτὸ ὁ Θεῖος τοῖς ἀνθρώποις, οἰκείᾳ βουλήσει, ἑαυτὸ κατέστησε φανερὸν, καὶ ὡς Η ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ τὴν καθαρωτάτην καὶ ἀληθινὴν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς ἐκλάμπουσαν πίστιν ἐξέθετο, οὕτω ὁ ἀνθρώπινος θρησκεύσῃ λαός, καὶ τῆς λοιπῆς πᾶσαν περιαιρεθῆναι τοῖς τολμῶσιν αὐθάδειαν, ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΓΕΝΝΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ, ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ἕτερόν τι φρονεῖν, ἢ διαλογίζεσθαι, παρὰ τὰ κηρυχθέντα μὲν παρὰ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, παραδοθέντα δὲ νῦν συμφώνως παρὰ τῶν Τριακοσίων δεκαοκτὼ Ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, τῶν ἐν Νικαίᾳ. ΟΝ ΤΡΟΠΟΝ ΚΑΙ Η ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ, ΤΟΥ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ ΡΩΜΗΣ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, ΤΟΥ ΤΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΝ ΘΡΟΝΟΝ ΚΥΒΕΡΝΩΝΤΟΣ, ΕΠΙΣΤΟΛΗ, ΔΙΑΠΕΜΦΘΕΙΣΑ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΤΗΣ ΕΥΛΑΒΟΥΣ ΜΝΗΜΗΣ ΦΛΑΒΙΑΝΟΝ, ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΤΗΣ ΝΕΑΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ ΡΩΜΗΣ ΓΕΓΟΝΟΤΑ, ΣΗΜΑΙΝΕΙ. Ἀναιρεθείσης τοίνυν πάσης ἀτόπου σπουδῆς, ἐκβαλλομένης τε ἁπάσης προστασίας, καὶ τῆς ἀπληστίας χώραν ἐχούσης οὐδεμίαν, Η ΑΛΗΘΕΙΑ ΤΑΙΣ ΥΜΩΝ ΕΚΘΕΣΕΣΙ ΦΑΝΕΡΟΥΣΘΩ. ΗΜΕΙΣ ΓΑΡ ΒΕΒΑΙΟΤΗΤΑ ΤΟΙΣ ΠΡΑΤΤΟΜΕΝΟΙΣ ΠΡΟΣΘΗΣΟΝΤΕΣ, ΟΥ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΕΠΙΔΕΙΞΙΝ ΠΟΙΗΣΟΜΕΝΟΙ, ΠΑΡΕΙΝΑΙ ΤΗ ΣΥΝΟΔΩ ΕΔΟΚΙΜΑΣΑΜΕΝ, ΥΠΟΔΕΙΓΜΑ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΙ, ΤΟΝ ΤΗΣ ΜΑΚΑΡΙΑΣ ΛΗΞΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ· ΩΣΤΕ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΕΥΡΕΘΕΙΣΗΣ, ΜΗ ΠΕΡΑΙΤΕΡΩ ΤΑ ΠΛΗΘΗ ΥΠΟΣΤΡΟΜΕΝΑ ΦΑΥΛΑΙΣ ΤΙΝΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΙΣ, ΔΙΧΟΝΟΕΙΝ. In qua quidem Obseruatione & Pontificis & Imperatoris partes vides. Atque hæc ipsa Synodus Chalcedonensis: in qua tam præclari facinoris, nempe Depositionis Dioscori, Alexandrini Patriarchæ, causa his verbis Octauæ Synodi Actione tertia recolitur atque celebratur, in Epistola qua Hadrianus Pont. Max. respondet Sancto Ignatio, Constantinopolitano Patriarchæ, DE SCHISMATICO ET ADVLTERO (id est alienæ Ecclesiæ inuasore) PHOTIO, περὶ τοῦ Σχισματικοῦ καὶ Μοιχοῦ Φωτίου· Illos verò «
qui in impio Conciliabulo Constantinopoli in Sedis Apostolicæ «
contumeliam & dedecus celebrato, sponte subscripserunt, cuius- «
cumque sint ordinis aut professionis, nullâ veniâ clementiâque «

» dignandos iudicamus; NISI EIVSDEM QVAM OFFENDERE CONATI » SVNT, ECCLESIÆ INGENS EOS PRÆVENIAT COMMISERATIO. Quod » & in Generali Concilio Chalcedonensi factum est, cùm Dioscorus » Sanctissimo Papæ MAGNÆ ROMÆ, Leoni, est ausus Excommunica- » tionem impingere. HINC ET ANATOLIVS DIXIT, DIOSCORVM » NON PROPTER FIDEM CONDEMNATVM ESSE, SED QVOD EX- » COMMVNICATIONEM LEONI PAPÆ FECERIT : Περὶ δὲ τῶν ἐν τῷ Ἀθεμίτῳ Συνεδρίῳ, τῷ ἐφ' ὕβρει καὶ ἀτιμίᾳ τοῦ Ἀποστολικοῦ Θρόνου ἐν Κωνσταντινουπόλει γεγενημένῳ ἑκουσίως ὑπογραψάντων, ἔς τινος εἶ ἐντάξεως, ἢ ἐπαγγελίας, μηδεμιᾶς χρηστότητος ἀξίους εἶναι κρίνομεν, ΕΙ ΜΗ Η ΠΟΛΛΗ ΕΥΣΠΛΑΓΧΝΙΑ ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ ΚΑΘΕΔΡΑΣ, ΗΝ ΒΛΑΨΑΙ ΕΠΕΧΕΙΡΗΣΑΝ, ΠΡΟΦΘΑΣΗ. ὅπερ καὶ ἐν τῇ Οἰκουμενικῇ Συνόδῳ τῇ κατὰ Χαλκηδόνα γέγονεν. ἐτόλμησε γάρ ποτε ὁ Διόσκορος, καὶ Ἀκοινωνησίαν συνθεῖναι εἰς τὸν ἁγιώτατον Πάπαν ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΡΩΜΗΣ Λέοντα. ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΚΑΙ ΑΝΑΤΟΛΙΟΣ ΦΑΣΚΕΙ, ΩΣ ΟΥ ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ ΚΑΤΑΚΕΚΡΙΤΑΙ ΔΙΟΣΚΟΡΟΣ, ΑΛΛ' ὅτι ΑΚΟΙΝΩΝΗΣΙΑΝ ΕΠΗΓΑΓΕ ΤΩ ΜΑΚΑΡΙΩ ΠΑΠΑ ΛΕΟΝΤΙ. Quid tum, quæso, sequitur? » Lectis in hunc modum Epistolis, ad Imperatorum Acclamationes » versi Conuentum soluerunt; Οὕτω τῶν Ἐπιστολῶν ἀναγνωσθεισῶν, ΕΙΣ ΕΥΦΗΜΙΑΝ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ἐτράπησαν, καὶ τὸ Σύλλογον διέλυσαν. Nunc in Ephesino Concilio, Depositionis Sententiam in Nestorium, Constantinopolitanum Patriarcham, in Chalcedonensi verò in Dioscorum, Patriarcham Alexandrinum, Pontificis Romani auctoritate latā videbimus. Pro SECVNDA igitur OBSERVATIONE esto Sententia Depositionis à Sancta Oecumenica Ephesina Synodo, contra Nestorium lata, quæ est huiusmodi, Parte Secunda Actorum; Actione pri- » ma : Sancta Synodus dixit: Cùm præter cætera Impiissimus Nesto- » rius, neque nostræ citationi parêre, neque SANCTISSIMOS RELI- » GIOSISSIMOSQVE EPISCOPOS à nobis destinatos admittere voluerit, » non potuimus ad eorum, quæ impiè docuit, examinationem ani- » mum non adiungere. DEPREHENDENTES itaque partim ex LITTE- » RIS COMMENTARIISQVE ipsius hîc publicè lectis, partim è » SERMONIBVS, quos nuperrimè in hac Ephesiorum Metropoli » habuit, quique testimoniis comperti sunt, illum impiè Sentire & » Prædicare: COACTI per SACROS CANONES, & EPISTOLAM SAN- » CTISSIMI PATRIS NOSTRI, ET COMMINISTRI CONSACERDOTIS » CÆLESTINI ROMANÆ ECCLESIÆ EPISCOPI, Lacrymis subinde » perfusi, ad LVGVBREM hanc contra eum SENTENTIAM necessariò » venimus : IGITVR DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS, QVEM » SVIS ILLE BLASPHEMIS VOCIBVS IMPETIVIT, PER SANCTISSI- » MAM HANC SYNODVM EVMDEM NESTORIVM EPISCOPALI DIGNI- » TATE PRIVATVM, ET AB VNIVERSO SACERDOTVM CONSORTIO » ET COETV ALIENVM ESSE DEFINIT: Η Ἁγία Σύνοδος, εἶπε· Πρὸς τοῖς ἄλλοις, μήτε ὑπακοῦσαι βουληθέντος τοῦ Ἀσεβεστάτου (aliàs, Τιμιωτάτου) Νεστορίου τῇ παρ' ἡμῶν κλήσει· μήτε μὴν τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντας ΑΓΙΩΤΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΘΕΟΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ δεξαμένου, ἀναγκαίως ἐχωρήσαμεν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν δυσσεβηθέντων αὐτῷ· καὶ φωράσαντες αὐτὸν, ἔκ τε τῶν ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ,

ΣΤΟΛΩΝ, καὶ ἐκ τῶν ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἀρτίως παρ᾽ αὐτοῦ ΡΗΘΕΝΤΩΝ κατὰ τὴν δὲ τὴν Μητρόπολιν, καὶ προσμαρτυρηθέντων, δυσσεβῶς φρονοῦντα, καὶ Κηρύττοντα, ΑΝΑΓΚΑΙΩΣ ΚΑΤΕΠΕΙΧΘΕΝΤΕΣ, ἀπό τε ΤΩΝ ΚΑΝΟΝΩΝ, καὶ ἐκ ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ, ΚΑΙ ΣΥΛΛΕΙΤΟΥΡΓΟΥ ΚΕΛΕΣΤΙΝΟΥ, ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, Δακρύσαντες πολλάκις, ἐπὶ τὴν ΣΚΥΘΡΩΠΗΝ κατ᾽ αὐτοῦ ἐχωρήσαμεν ΑΠΟΦΑΣΙΝ. Ο ΒΛΑΣΦΗΜΗΘΕΙΣ ΤΟΙΝΥΝ ΠΑΡ᾽ ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΙΟΣ ΗΜΩΝ, ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ, ΩΡΙΣΕ ΔΙΑ ΤΗΣ ΠΑΡΟΥΣΗΣ ΑΓΙΩΤΑΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ, ΑΛΛΟΤΡΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΝΕΣΤΟΡΙΟΝ ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΙΚΟΥ ΑΞΙΩΜΑΤΟΣ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΟΣ ΣΥΛΛΟΓΟΥ ΙΕΡΑΤΙΚΟΥ. Porrò huius dicti intelligentia, ex ijs petenda est quæ Actione secunda, in Interpretatione Depositionis, tanquam nomine Synodi, Legatis Apostolicis respondet Firmus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus: APOSTOLI- «
CA, ET SANCTA SEDES COELESTINI, SANCTISSIMI EPISCOPI, per «
Litteras, quas ad Religiosissimos Episcopos, ad Cyrillum, inquam, «
Alexandrinum, & Iuuenalem Ierosolymitanum, & Rufum Thes- «
salonicensem; necnon ad Sanctas Constantinopolis & Antiochiæ «
Ecclesias misit, ETIAM ANTE de præsenti negotio SENTENTIAM «
REGVLAMQVE PRÆSCRIPSIT, QVAM NOS QVOQVE SECVTI, (Cùm «
TERMINVS Nestorio ad emendationem datus dudum iam præteriis- «
set, multúmque præterea temporis post nostrum, IVXTA RELIGIO- «
SISSIMI IMPERATORIS DECRETVM, in Ephesiorum Ciuitatem ad- «
uentum, fluxisset, atque hîc non parum temporis commorati esse- «
mus, vt DIES AB IMPERATORE PRÆFINITVS, elapsus iam esset; quo- «
niam Nestorius à nobis citatus non paruit,) FORMAM ILLAM EXE- «
CVTIONI MANDAVIMVS, CANONICVM APOSTOLICVMQVE IVDI- «
CIVM IN ILLVM PROFERENTES: ΚΑΙ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΨΗΦΟΝ ΕΠΕΣΧΕ «
ΚΑΙ ΤΥΠΟΝ ΤΩ ΠΡΑΓΜΑΤΙ Ο ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΣ ΚΑΙ ΑΓΙΟΣ ΘΡΟΝΟΣ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΕΛΕΣΤΙΝΟΥ, διὰ γραμμάτων, τῶν πρὸς τοὺς Θεοφιλεστάτους Ἐπισκόπους· φημὶ δὴ Κύριλλον τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον, τὸν Ἱεροσολύμων, καὶ Ῥοῦφον, τὸν τῆς Θεσσαλονικέων· καὶ πρὸς τὰς ἁγίας ἐκκλησίας, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ· Ω ΑΚΟΛΟΥΘΗΣΑΝΤΕΣ ΚΑΙ ΗΜΕΙΣ, πάλαι τῆς ΠΡΟΘΕΣΜΙΑΣ τῆς δεδομένης Νεστορίῳ, εἰς διόρθωσιν παρελθούσης, καὶ πολλῶν διαγενομένων χρόνων, ἐπειδὴ τῶν Ἐφεσίων κατελάβομεν, ΤΟΥΤΟ ΤΟΥ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΟΣΤΑΞΑΝΤΟΣ, καὶ ἐνταῦθα διατρίψαντες χρόνον οὐκ ὀλίγον, ὥστε καὶ ΤΗΝ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΑΡΕΛΘΕΙΝ ΠΡΟΘΕΣΜΙΑΝ, (aliàs, διορίαν,) ἐπειδὴ προσκαλεσαμένων ἡμῶν Νεστόριον, οὐχ ὑπήκουσε, ΤΟΝ ΤΥΠΟΝ ΕΞΕΒΙΒΑΣΑΜΕΝ, ΚΑΝΟΝΙΚΗΝ ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΝ ΑΥΤΩ ΚΑΤΑΝΟΗΣΑΝΤΕΣ ΚΡΙΣΙΝ. Vt autem ea quorum in hac Sententiæ Depositionis Interpretatione mentio fit, nempe Diem Nestorio ab Apostolica Sede corã Cyrillo, Alexandrino Patriarcha, eius Collega, tanquã Apostolicæ Sedis Legato, dictam, Decem Dierum Terminum eidem ad Palinodiam præfinitum, atque constitutum, ac demum Sententiam à Summo Pontifice Cælestino, ante Chalcedonense Decretum latam, minimè prætercam, ex Epistola Cæ-

» lestini ad Cyrillum, de Nestorio hæc necesse est adferamus: Vniuersi
» proinde quos ille tanquam sibi obsistentes à Communione, vt puta-
» uit, semouit, in nostra Societate se permanere intelligant. AC SCIAT
» SE IPSVM COMMVNIONEM POSTHAC NOBISCVM HABERE NON POS-
» SE, SI DOCTRINÆ APOSTOLICÆ ADVERSATVS, PERVERSAM HANC
» VIAM CONTVMACITER VRGERE PERREXERIT. QVAMOBREM NO-
» STRÆ SEDIS AVCTORITATE ADSCITA, NOSTRAQVE VICE ET LOCO
» CVM POTESTATE VSVS, EIVSMODI NON ABSQVE EXQVISITA SEVE-
» RITATE SENTENTIAM EXSEQVERIS, NEMPE VT NISI DECEM DIE-
» RVM INTERVALLO, AB HVIVS NOSTRÆ ADMONITIONIS DIE NV-
» MERANDORVM, NEFARIAM DOCTRINAM SVAM CONCEPTIS VER-
» BIS ANATHEMATIZET, EAMQVE, DE CHRISTI DEI NOSTRI GENE-
» RATIONE FIDEM IN POSTERVM CONFESSVRVM SE SPONDEAT,
» QVAM ET ROMANA, ET TVÆ SANCTITATIS ECCLESIA, ET VNI-
» VERSA DENIQVE RELIGIO CHRISTIANA PRÆDICAT, ILLICO SAN-
» CTITAS TVA ILLI ECCLESIÆ PROSPICIAT. Is verò modis omnibus
» se A NOSTRO CORPORE segregatum esse intelligat, vt qui omnem
» MEDENTIVM CVRAM adpernatus, nec non instar pestiferi morbi, per
» vniuersum CORPVS ECCLESIÆ insano modo grassatus, tam se ipsum
» quàm cæteros omnes sibi commissos in extremum exitium præcipi-
» tare studuerit. Eadem hæc & ad SANCTOS quoque FRATRES ET
» COEPISCOPOS NOSTROS Ioannem, Rufum, Iuuenalem, & Flauianum
» perscripsimus; QVO NOSTRA, IMMO VERO DIVINA CHRISTI DO-
» MINI NOSTRI SENTENTIA, PLVRIBVS DE EO SIT MANIFESTA: Οὗτοι μενέτωσαν ἐν τῇ Κοινωνίᾳ, οὓς αὐτὸς αἰ πλέγοντας αὐτοῦ, ἀπεκίνησε τῆς Κοινωνίας. καὶ γινωσκέτω (aliàs, γινωσκέτωσαν) ὅτι αὐτὸς ΤΗΝ ΗΜΕΤΕΡΑΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ ἔχειν οὐ δυνήσεται), (aliàs, δύναται) ἐὰν ἐν ταύτῃ τῇ τῆς διαστροφῆς ὁδῷ παραμείνῃ, ἐναντιούμενος τῇ Ἀποστολικῇ Διδαχῇ. συναφθείσης σοι τοίνυν ΤΗΣ ΑΥΘΕΝΤΙΑΣ ΤΟΥ ΗΜΕΤΕΡΟΥ ΘΡΟΝΟΥ, ΚΑΙ ΤΗ ΗΜΕΤΕΡΑ ΤΟΥ ΤΟΠΟΥ ΔΙΑΔΟΧΗ ΕΠ' ΕΞΟΥΣΙΑ χρησάμενος, ταύτην ἐκβιβάσεις ἀκριβεῖ στερρότητι ΤΗΝ ΑΠΟΦΑΣΙΝ· ἵνα, ἢ ἐντὸς ΔΕΚΑ ΗΜΕΡΩΝ, ἀριθμουμένων ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ὑπομνήσεως ταύτης, τὰ κακὰ κηρύγματα ἑαυτοῦ ΕΓΓΡΑΦΩ ΟΜΟΛΟΓΙΑ ἀθετήσῃ (aliàs, ἀναθεματίσῃ,) καὶ ἑαυτὸν διαβεβαιώσηται ταύτην κατέχειν τὴν πίστιν ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΓΕΝΝΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ, ἣν καὶ Η ΡΩΜΑΙΩΝ καὶ Η ΤΗΣ ΣΗΣ ΑΓΙΟΤΗΤΟΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, καὶ Η ΚΑΘΟΛΟΥ ΚΑΘΟΣΙΩΣΙΣ κατέχει, (aliàs, θρησκεία κηρύττει) ἤ, ἐὰν μὴ τοῦτο ποιήσῃ, εὐθὺς Η ΣΗ ΑΓΙΟΤΗΣ (aliàs, Ὁσιότης) ἐκείνης τῆς Ἐκκλησίας προνοησαμένη, μάθῃ αὐτὸν παντὶ τρόπῳ ΑΠΟ ΤΟΥ ΗΜΕΤΕΡΟΥ ΣΩΜΑΤΙΟΥ ἀποκοπτέον τυγχάνειν. ὅς, ὅτε ΤΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΟΝΤΩΝ ΙΑΣΙΝ ἠθέλησε καταδέξασθαι, καὶ εἰς ἀπώλειαν αὐτοῦ καὶ πάντων τῶν αὐτῷ πεπιστευμένων, οἷα λοιμώδης νόσος ἐπείγεται δραμεῖν, διὰ παντὸς τοῦ τῆς ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΣΩΜΑΤΟΣ ἐλαυνόμενος. τὰ δ' αὐτὰ ἐγγεγράφαμεν πρὸς τοὺς ΑΓΙΟΥΣ ΑΔΕΛΦΟΥΣ ΚΑΙ ΣΥΝΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ ΗΜΩΝ, Ἰωάννην, Ῥοῦφον, Ἰουβενάλιον, καὶ Φλαβιανόν· ΙΝΑ ΦΑΝΕΡΑ Η Η ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ ΗΜΩΝ, ΜΑΛΛΟΝ ΔΕ Η ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΗΜΩΝ, ΘΕΙΑ ΑΠΟΦΑΣΙΣ. Et rursus illud ex eius-
» dem Cælestini Epistola ad Nestorium: Ad Clerum quoque, inquit,
» Ecclesiæ Constantinopolitanæ, vel omnes qui censentur nomine

Christiano, qualia necessitas postulauit, scripta direximus, vt si in peruersæ disputationis obstinatione persistis, neque hæc, QVÆ FRATER CYRILLVS PRÆDICAT, nobiscum prædicaueris, A NOSTRO COLLEGIO, cum quo tibi non potest esse Communio, te intelligant separatum, sciturі, exemplo iam cauti, qualiter animæ suæ, decocto & maturo iudicio, debeant prouidere. Apertè igitur hanc nostram scias esse Sententiam, vt nisi DE CHRISTO DEO NOSTRO ea prædices quæ ROMANA, & Alexandrina, & VNIVERSALIS ECCLESIA CATHOLICA TENET, sicut & sancta Constantinopolitanæ magnæ vrbis Ecclesia, AD TE VSQVE OPTIME TENVIT; & HANC PERFIDAM NOVITATEM, quæ hoc quod Venerabilis Scriptura coniungit, nititur separare, INTRA DECIMVM DIEM, à primo innotescentis tibi huius conuentionis die numerandum, APERTA ET SCRIPTA CONFESSIONE damnaueris, AB VNIVERSALIS TE ECCLESIÆ CATHOLICÆ COMMVNIONE DEIECTVM. Quam FORMAM ad te NOSTRI IVDICII per memoratum Filium meum, Possidonium Diaconum, cum omnibus chartis ad sanctum Consacerdotem meum, memoratæ Alexandrinæ vrbis Antistitem, qui ad nos super hoc ipso plenius retulit, destinauimus, VT AGAT VICE NOSTRA, QVATENVS STATVTVM NOSTRVM, ET TIBI ET VNIVERSIS FRATRIBVS INNOTESCAT. QVIA OMNES DEBENT NOSSE QVOD AGITVR, QVOTIES OMNIVM CAVSA TRACTATVR: Καὶ πρὸς τὸν ΚΛΗΡΟΝ δὲ τῆς Ἐκκλησίας, τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν, καὶ πάντας τοὺς ἐπιγραφομένους τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, οἷα ἀπήτησεν ἡ ἀνάγκη, ἀπεστάλκαμεν γράμματα· ἵνα, εἰ ἐν τῇ τῆς διεστραμμένης διαλέξεως παραμονῇ διατελέσῃς, καὶ μὴ ταῦτα, ΑΠΕΡ Ο ΑΔΕΛΦΟΣ ΚΥΡΙΛΛΟΣ ΜΕΘ' ΗΜΩΝ ΚΗΡΥΤΤΕΙ, κηρύξῃς, μάθωσί σε ἀποκεχωρίσθαι τῆς Ἡμετέρας Συνεδρίας, μεθ' ὧν σοι οὐ δύναται κοινωνία εἶναι· εἰσόμενοι καὶ τοῦτο, καὶ λοιπὸν ὄντες τῷ ὑποδείγματι ἀσφαλεῖς, ὅπερ τῆς ψυχῆς ἑαυτῶν προνοεῖσθαι ὀφείλουσι, καθεψημένῃ καὶ πεπεμμένῃ κρίσει. Φανερῶς τοίνυν ἴσθι ταύτην ΗΜΩΝ εἶναι τὴν ΑΠΟΦΑΣΙΝ· ὡς, ἐὰν μὴ περὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ταῦτα κηρύξῃς, ἅπερ καὶ ἡ ΡΩΜΑΙΩΝ, καὶ ἡ Ἀλεξανδρέων, καὶ ΠΑΣΑ Η ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΚΑΤΕΧΕΙ, ὡς καὶ ἡ ἁγία ἡ κατὰ τὴν μεγάλην Κωνσταντινούπολιν Ἐκκλησία ΕΩΣ ΣΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΑ ΚΑΤΕΣΧΕ· καὶ ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΑΠΙΣΤΟΝ ΚΑΙΝΟΤΗΤΑ, ἥτις ἐπιχειρεῖ χωρίζειν ἅπερ συνάπτει ἡ Ἁγία Γραφή, ΕΝΤΟΣ ΔΕΚΑΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ, ἀριθμουμένης, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης τῆς ὑπομνήσεως, ΦΑΝΕΡΑ ΚΑΙ ΕΓΓΡΑΦΩ ΟΜΟΛΟΓΙΑ ΑΘΕΤΗΣΗΣ, ΑΠΟ ΠΑΣΗΣ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ τῆς ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΕΚΒΕΒΛΗΣΑΙ. ὅνπερ ΤΥΠΟΝ πρὸς σὲ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΚΡΙΣΕΩΣ, διὰ τοῦ μνημονευθέντος υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδωνίου τοῦ Διακόνου, μετὰ πάντων τῶν χαρτίων, πρὸς τὸν Ἅγιον, καὶ Συνεπίσκοπόν μου, τὸν μνημονευθείσης Ἀλεξανδρείας Ἱερέα, τὸν περὶ τούτου αὐτοῦ ἐντελέστερον διενεγκόντα, ἀπεστάλκαμεν· ΙΝΑ ΤΟΠΟΤΗΡΩΝ ΗΜΙΝ ΤΟΥΤΟ ΠΡΑΞΗ; ΩΣΤΕ ΤΟ ΠΑΡ' ΗΜΩΝ ΩΡΙΣΜΕΝΟΝ, ΣΟΙ ΤΕ ΚΑΙ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ ΦΑΝΕΡΩΘΗΝΑΙ· ΕΠΕΙΔΗ ΠΑΝΤΕΣ ΕΙΔΕΝΑΙ ΟΦΕΙΛΟΥΣΙ ΤΟ ΠΡΑΤΤΟΜΕΝΟΝ, ΟΣΑΚΙΣ Η ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ Η ΣΚΕΨΙΣ. Hæc Cælestinus, cuius celeberrimum illud dictum Epistolâ post Damnationem Nestorij, ad Sanctam Synodum Ephesinam scriptâ: Longiùs quidem

» ſumus poſiti : Sed PER SOLLICITVDINEM Totum propiùs intue-
» mur. OMNES HABET BEATI PETRI APOSTOLI CVRA PRÆSEN-
» TES. Huius autem Cyrillum fuiſſe in Synodo Vicarium , præter ea quæ proximè ſunt allata ,cæteraque quæ diximus, cùm de Pallio ageremus , Actio ſecunda Secundæ Partis Actorum Epheſinorum demonſtrat; vbi hæc in limine, ad perpetuam rei memoriam, digito Dei, tanquam in Teſtamenti ac Pacti cuiuſdam tabulis, inſcripta ſunt:
» POST CONSVLATVM DOMINORVM NOSTRORVM SEMPER AVGV-
» STORVM, FLAVII QVIDEM, THEODOSII XIII. ET FLAVII, VALEN-
» TINIANI VERO III. SEXTO IDVS IVLII , QVI DIES IVXTA ÆGY-
» PTIOS, EST EPIPHI SEXTVSDECIMVS, SYNODO CONGREGATA IN
» EPHESIORVM METROPOLI , EX DECRETO RELIGIOSISSIMORVM
» CHRISTIANISSIMORVMQVE IMPERATORVM, AC SEDENTIBVS IN
» RELIGIOSISSIMI EPISCOPI MEMNONIS EPISCOPALI ÆDE , PIISSI-
» MIS EPISCOPIS , CYRILLO ALEXANDRINO , QVI ET CÆLESTI-
» NI QVOQVE SANCTISSIMI AC BEATISSIMI ROMANORVM EC-
» CLESIÆ ARCHIEPISCOPI LOCVM REGEBAT ; ET IVVENALI , IE-
» ROSOLYMORVM , ET MEMNONE EPHESIORVM , ET FLAVIANO
» PHILIPPENSIVM , QVI ET RVFI QVOQVE REVERENDISSIMI
» THESSALONICENSIVM EPISCOPI LOCVM TENEBAT, ET THEO-
» DOTO ANCYRÆ GALATIÆ PRIMÆ , ET FIRMO CÆSAREÆ CAP-
» PADOCIÆ PRIMÆ , AC OMNIBVS QVI IN COMMENTARIORVM
» ORDINE SVPRA RECENSITI SVNT , ET BESVLA DIACONO CAR-
» THAGINIS ; INGRESSISQVE AC CONSIDENTIBVS , QVI EX OC-
» CIDENTE VENERANT , ARCADIO ET PROIECTO PIISSIMIS DEO-
» QVE DILECTISSIMIS EPISCOPIS ET LEGATIS , NECNON DEI
» AMANTISSIMO PHILIPPO , APOSTOLICÆ SEDIS PRESBYTERO
» ET LEGATO : ΤΟΙΣ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΥΠΑΤΕΙΑΝ ΤΩΝ ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΗΜΩΝ ; ΦΛΑΥΙΟΥ ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΤΟ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ , ΚΑΙ ΦΛΑΥΙΟΥ ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΥ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ , ΤΩΝ ΑΙΩΝΙΩΝ ΑΥΓΟΥΣΤΩΝ , ΠΡΟ ΕΞ ΕΙΔΩΝ ΙΟΥΛΙΩΝ , Η ΤΙΣ ΕΣΤΙ ΚΑΤ' ΑΙΓΥΠΤΙΟΥΣ ΕΠΙΦΙ. ιϛ. ΣΥΝΟΔΟΥ ΣΥΓΚΡΟΤΗΘΕΙΣΗΣ ΕΝ ΤΗ ΕΦΕΣΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙ , ΕΚ ΘΕΣΠΙΣΜΑΤΟΣ ΤΩΝ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΩΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ , ΚΑΙ ΚΑΘΕΣΘΕΝΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΕΠΙΣΚΟΠΕΙΩ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΜΕΜΝΟΝΟΣ , ΤΩΝ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ , ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ , ΔΙΕΠΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΟΣΙΩΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΚΕΛΕΣΤΙΝΟΥ , ΚΑΙ ΙΟΥΒΕΝΑΛΙΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ, ΚΑΙ ΜΕΜΝΟΝΟΣ ΤΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ, ΚΑΙ ΦΛΑΥΙΑΝΟΥ ΦΙΛΙΠΠΩΝ, ΕΠΕΧΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ΡΟΥΦΟΥ ΤΟΥ ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ , ΚΑΙ ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΑΓΚΥΡΑΣ ΓΑΛΑΤΙΑΣ ΠΡΩΤΗΣ, ΚΑΙ ΦΙΡΜΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ ΠΡΩΤΗΣ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΤΑΓΕΝΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΕΝ ΤΗ ΣΤΑΣΕΙ ΤΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΒΕΣΟΥΛΑ

ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΚΑΡΘΑΓΕΝΗΣ, ΕΙΣΕΛΘΟΝΤΩΝ ΤΕ, ΚΑΙ ΣΥΝΕΔΡΕΥΣΑΝΤΩΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΣΠΕΡΑΣ ΤΩΝ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΩΝ ΚΑΙ ΘΕΟΣΕΒΕΣΤΑΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝ, ΑΡΚΑΔΙΟΥ, ΚΑΙ ΠΡΟΙΕΚΤΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥ ΘΡΟΝΟΥ, ΚΑΙ ΑΗΓΑΤΟΥ. Quibus pleniſſimè confirmatis, pro TERTIA atque VLTIMA OBSERVATIONE, ſit Sententia Depoſitionis Dioſcori, in Chalcedonenſi Oecumenica Synodo, Auctoritate Sancti Leonis Papæ lata, Actione tertia. Ergo Acta Synodica ſic ſe habent: PASCHASINVS Epiſcopus Lilybætanus, Prouinciæ Siciliæ, & cum ipſo Lucentius Epiſcopus Eſculanenſis (aliàs, Herculanenſis) & Bonifacius Presbyter Magnæ Romanæ Eccleſiæ, TENENTES LOCVM SANCTISSIMI ET BEATISSIMI ARCHIEPISCOPI APOSTOLICÆ SEDIS MAGNÆ ET SENIORIS ROMÆ LEONIS, Pronunciarunt: Manifeſta facta ſunt, quæ à Dioſcoro, quondam, Alexandriæ Magnæ Ciuitatis (aliàs, Eccleſiæ) Epiſcopo, commiſſa ſunt ADVERSVS SANCTARVM REGVLARVM ORDINEM, & ECCLESIASTICAM DISCIPLINAM, tam ex ijs quæ dudum examinata ſunt, in priori Conſeſſu, quàm ex ijs quæ hodie acta ſunt. Hic enim (vt plurima intermittamus) Eutychem, ſimilem ſibi ſapientem, & REGVLARITER A PROPRIO DAMNATVM EPISCOPO, (id eſt, Sanctiſſimo Patre noſtro & Archiepiſcopo quondam Flauiano) PRÆSVMENS SIBI PRIMATVM, Irregulariter in Communionem ſuſcepit, priuſquam conſidêret in Epheſo cum DEI-AMANTISSIMIS EPISCOPIS. Sed illis quidem APOSTOLICA SEDES VENIAM PRÆSTITIT DE IIS QVÆ IBI NON VOLVNTARIE AB EIS GESTA SVNT, QVI ET HACTENVS PERMANSERVNT OBEDIENTES SANCTISSIMO ARCHIEPISCOPO LEONI, ET OMNI SANCTO, ET VNIVERSALI CONCILIO: HVIVS GRATIA ET IN SVA COMMVNIONE EOS SICVT CONFIDELES SVSCEPIT. Hic autem & hactenus permanſit glorians in eis, pro quibus eum oportebat gemere, ET SE TERRÆ PROSTERNERE. Super hæc verò neque Epiſtolam legi permiſit BEATISSIMI PAPÆ LEONIS, ſcriptam ad ſanctæ memoriæ Flauianum, & hoc frequenter rogatus, à portitoribus recitari eam, & cum iuramento fieri lectionem promittens. QVA NON LECTA SCANDALVM ET LÆSIONEM SANCTÆ DEI ECCLESIÆ PER TOTVM ORBEM TERRÆ PRÆTVLERVNT. Sed tamen talibus ab eo audacter commiſſis, deliberabamus, vt de priore ſua peſſima actione aliqua ei præſtaretur clementia, ſicut & cæteris Reuerendiſſimis Epiſcopis, & ijs qui neque ſimilem ei auctoritatem iudicandi habuerint, (aliàs, etſi non ſimilem ipſi cauſam iudicij habuerint.) Sed quoniam ſecundis exceſſibus priorem iniquitatem valde tranſcendit, (PRÆSVMPSIT ENIM ET EXCOMMVNICATIONEM DICTARE ADVERSVS SANCTISSIMVM ET BEATISSIMVM ARCHIEPISCOPVM MAGNÆ ROMÆ LEONEM; Inſuper etiam Multi Libelli multis eius pleni iniquitatibus, contra eum in SANCTO &

Ee iij

» MAGNO CONCILIO oblati ſunt; & Semel, & Secundò, & Tertiò,
» per DEI-AMANTISSIMOS EPISCOPOS Regulariter vocatus, minimè voluit obedire, propriâ vtique conſcientiâ ſtimulatus; Et hos,
» qui à Diuerſis Concilijs REGVLARITER damnati ſunt, contra DIVINAS LEGES SVSCEPIT) IDEO ipſe contra ſe elicuit Sententiam,
» diuerſimodè ECCLESIASTICOS conculcans CANONES. Vnde SANCTISSIMVS ET BEATISSIMVS ARCHIEPISCOPVS MAGNÆ ET SENIORIS ROMÆ, LEO, PER NOS, ET PER PRÆSENTEM SANCTAM SYNODVM, VNA CVM TER BEATISSIMO ET OMNI LAVDE DIGNO BEATO PETRO APOSTOLO, QVI EST PETRA ET CREPIDO CATHOLICÆ ECCLESIÆ, ET RECTÆ FIDEI FVNDAMENTVM, NVDAVIT EVM TAM EPISCOPATVS DIGNITATE, QVAM ETIAM ET AB OMNI SACERDOTALI ALIENAVIT MINISTERIO. Igitur Sancta hæc & Magna Synodus, QVÆ PLACENT REGVLIS, ſuper memorato Dioſcoro decernat. ANATOLIVS Archiepiſcopus Regiæ Conſtantinopolis Nouæ Romæ dixit: Hæc eadem APOSTOLICÆ SEDI per omnia ſapiens, concors Sententiæ efficior ſuper Damnatione Dioſcori, quondam Alexandrinæ Magnæ Ciuitatis Epiſcopi, qui ſeipſum AB OMNI SACERDOTALI MINISTERIO oſtendit alienum, eo quòd omnibus SANCTORVM PATRVM REGVLIS exſtitit inobediens, & TERTIO CANONICE VOCATVS noluit obtemperare. Hactenus Synodica Chalcedonenſia Acta Depoſitionis Dioſcori Alexandrini Patriarchæ, cui cæteri Antiſtites eadem mente, ac eodem planè ſenſu ibidem ſubſcribunt: Græcè autem ſic exſtant: ΠΑΣΧΑΣΙΝΟΣ Ἐπίσκοπος Λιλυβαίου τῆς Σικελίας, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ Λουκήνσιος Ἐπίσκοπος Ερκυλαγίων, καὶ Βονιφάτιος πρεσβύτερος τῆς Ἐκκλησίας τῆς μεγάλης Ῥώμης, ΕΠΕΧΟΝΤΕΣ ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΡΩΜΗΣ, ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ, Ἀπεφήνατο· Δῆλα γεγένηται τὰ τετολμημένα Διοσκόρῳ, τῷ γενομένῳ τῆς Ἀλεξανδρέων Μεγάλης Ἐκκλησίας Ἐπισκόπῳ, κατὰ τῆς τῶν ΚΑΝΟΝΩΝ ΤΑΞΕΩΣ, καὶ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Καταστάσεως, ἔκ τε τῶν ἤδη ἐξετασθέντων ἐν τῷ πρώτῳ συνεδρίῳ, καὶ ἀπὸ τῶν σήμερον πεπραγμένων. οὗτος γὰρ, ἵνα τὰ πολλὰ παραλείψωμεν, Εὐτυχῆ τὸν ἐμόδοξον αὐτοῦ, ΚΑΝΟΝΙΚΩΣ ΚΑΘΑΙΡΕΘΕΝΤΑ, ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, τοῦ ἐν Ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Φλαβιανοῦ, ΑΥΘΕΝΤΗΣΑΣ, ΑΚΑΝΟΝΙΣΤΩΣ ΕΙΣ ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ ἐδέξατο, πρὶν συνεδρεῦσαι ἐν τῇ Ἐφεσίων μετὰ ΤΩΝ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ. ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν Ο ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΣ ΘΡΟΝΟΣ ΣΥΓΓΝΩΜΗΝ ΑΠΕΝΕΙΜΕΝ, ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΕΚΕΙΣΕ ΜΗ ΚΑΤΑ ΓΝΩΜΗΝ ΥΠ᾽ ΑΥΤΩΝ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΟΙΣ, ΟΙ ΚΑΙ ΔΙΕΤΕΛΕΣΑΝ ΜΕΧΡΙ ΤΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ, ΕΠΟΜΕΝΟΙ ΤΩ ΤΕ ΑΓΙΩΤΑΤΩ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΩ ΛΕΟΝΤΙ, ΚΑΙ ΠΑΣΗ ΤΗ ΑΓΙΩΤΑΤΗ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΩ. ΟΥ ΔΗ ΧΑΡΙΝ ΚΑΙ ΕΝ ΤΗ ΕΑΥΤΟΥ ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΟΜΟΠΙΣΤΟΥΣ ΕΔΕΞΑΤΟ. οὗτος δὲ μέχρι τοῦ παρόντος ἐνέμεινε σεμνυνόμενος ἐπ᾽ ἐκείνοις ἐφ᾽ οἷς ἔδει στένειν, ΚΑΙ ΕΙΣ ΓΗΝ ΚΕΚΥΦΕΝΑΙ. πρὸς τούτοις δὲ, οὐδὲ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι συνεχώρησε ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΠΑ ΛΕΟΝΤΟΣ, τὴν γραφεῖσαν παρ᾽ αὐτοῦ πρὸς ΤΟΝ ΕΝ

ΑΓΙΟΙΣ ΤΗ ΜΝΗΜΗ Φλαβιανὸν, καὶ ταῦτα, πολλάκις παρακληθεὶς ἀναγνῶναι ταύτην ἀπὸ τῶν κεκελευκότων, καὶ μεθ' ὅρκων ποιήσασθαι τὴν ἀνάγνωσιν ὑποσχόμενος. ΗΣ ΜΗ ΑΝΑΓΝΩΣΘΕΙΣΗΣ, ΣΚΑΝΔΑΛΟΥ ΚΑΙ ΒΛΑΒΗΣ ΑΙ ΑΝΑ ΤΗΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ ΕΠΕΙΡΑΘΗΣΑΝ ΑΓΙΩΤΑΤΑΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙ. Ἀλλ' ὅμως τοιούτων παρ' αὐτοῦ τολμηθέντων, ἐσπουδάζομεν ἐκ τῆς προτέρας πράξεως, φιλανθρωπίας αὐτὸν ἀξιῶσαι, ὡς καὶ τοὺς λοιποὺς ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΥΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ, καί τοι μηδὲ αἰτίας, (aliàs, αὐθεντίας) παραπλησίως αὐτῷ τῆς κρίσεως ἐσχηκότες, (aliàs, ἐσχηκότας.) ἐπεὶ δὲ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν παρανομίαν ὑπερηκόντισεν, (ΕΤΟΛΜΗΣΕ ΓΑΡ ΚΑΙ ΑΚΟΙΝΩΝΗΣΙΑΝ ΥΠΑΓΟΡΕΥΣΑΙ, ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΟΣΙΩΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΡΩΜΗΣ, ΛΕΟΝΤΟΣ· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ Λιβέλλων πολλῶν, παρανομιῶν μεστῶν, κατ' αὐτοῦ προσενεχθέντων ΤΗ ΑΓΙΑ καὶ ΜΕΓΑΛΗ ΣΥΝΟΔΩ, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς, διὰ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, Κανονικῶς κληθεὶς, οὐχ ὑπήκουσεν, ὑπὸ τοῦ συνειδότος δηλονότι κεντούμενος, καὶ τοὺς παρὰ τῶν Συνόδων διαφόρων ἐκθέσμως ΚΑΘΑΙΡΕΘΕΝΤΑΣ, ΠΑΡΑΝΟΜΩΣ ἐδέξατο,) αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξενήνοχε, διαφόρως ΤΟΥΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΥΣ πατήσας ΘΕΣΜΟΥΣ. ὅθεν Ο ΑΓΙΩΤΑΤΟΣ, ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΣ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΑΣ ΡΩΜΗΣ, ΛΕΩΝ, ΔΙ' ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΑΡΟΥΣΗΣ ΑΓΙΩΤΑΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ, ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ, ΚΑΙ ΠΑΝΕΥΦΗΜΟΥ ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ, ΟΣ ΕΣΤΙ ΠΕΤΡΑ, ΚΑΙ ΚΡΗΠΙΣ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΙΣΤΕΩΣ Ο ΘΕΜΕΛΙΟΣ, ΕΓΥΜΝΩΣΕΝ ΑΥΤΟΝ ΤΗΣ ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, ΚΑΙ ΠΑΣΗΣ ΙΕΡΑΤΙΚΗΣ ΗΛΛΟΤΡΙΩΣΕΝ ΑΞΙΑΣ. Τοιγαροῦν ἡ Ἁγιωτάτη αὕτη, καὶ Μεγάλη Σύνοδος, ΤΑ ΔΟΞΑΝΤΑ ΤΟΙΣ ΚΑΝΟΣΙΝ, ἐπὶ τῷ μνημονευθέντι Διοσκόρῳ ψηφίσεται. ΑΝΑΤΟΛΙΟΣ Ἐπίσκοπος τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, εἶπε· τὰ αὐτὰ ΤΩ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΩ ΘΡΟΝΩ διὰ πάντων φρονῶν, σύμψηφος κἀγὼ γίνομαι ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Διοσκόρου, τοῦ γενομένου Ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων Μεγαλοπόλεως, ἑαυτὸν ΠΑΣΗΣ ΙΕΡΑΤΙΚΗΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ ἀλλότριον ἀποδείξαντος, διὰ τὸ ἐν ἅπασιν ἀπειθῆσαι ΤΟΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΚΑΝΟΣΙ, καὶ ΤΡΙΤΟΝ ΚΑΝΟΝΙΚΩΣ ΚΛΗΘΕΝΤΑ, καὶ μὴ ὑπακοῦσαι θελήσαντα. Atque hæc DE SACRA PONTIFICVM AC REGVM CONCORDIA. Ex quibus omnibus, plusquam necesse est, patet, ad quem Synodica Iurisdictio proindeque Iuridica Synodi Indictio, de iure pertineat. Id autem vnum curiosis molestisque huius quæstionis disputatoribus polliceor atque spondeo, nusquam de ijs quæ à me partim proposita, partim exposita sunt, nisi iratos, dubitaturos esse. Cæterùm ne quid præter Christianam Politicam Principisque Christiani Officium, in celebrandis Synodis Imperatores ac Reges præstitisse atque contulisse existimet, sciat cautus attentusque Lector, hac nos cautione monitos ac munitos certioresque factos Antiquitatem voluisse; videlicet Principes abstinuisse sibique temperasse adeo, vt TOPICIS siue LOCALIBVS Concilijs nunquam interessent, intelligendum relicturi se in OECVMENICIS vel GENERALIBVS Synodis potiùs REIPVBLICÆ CHRISTI, quàm ECCLESIÆ CHRISTI, curam suscipere. Quod vt accuratiùs

ventilemus, Tertium inprimis, mox Sextum Septimæ Synodi Canonem proferamus. Tertius Canon eſt qui quidem ſic inſcribitur:
» QVOD NON OPORTEAT PRINCIPES ELIGERE EPISCOPVM: Ὅτι
» οὐ δεῖ Ἄρχοντας ψηφίζεσθαι Ἐπίσκοπον. Omnis Electio, inquit, A PRIN-
» CIPIBVS FACTA Epiſcopi aut Preſbyteri aut Diaconi, irrita maneat,
» ſecundùm REGVLAM quæ dicit; SI QVIS EPISCOPVS SÆCVLA-
» RIBVS POTESTATIBVS VSVS, ECCLESIAM PER IPSAS OBTINEAT,
» DEPONATVR; ET SEGREGENTVR OMNES QVI ILLI COMMVNI-
» CANT. Oportet enim vt qui prouehendus eſt in Epiſcopum, AB
» EPISCOPIS ELIGATVR; quemadmodum à Sanctis Patribus qui a-
» pud Nicæam conuenerunt, IN REGVLA definitum eſt, quæ dicit:
» Epiſcopum conuenit maximè quidem ab omnibus, qui ſunt in
» Prouincia, Epiſcopis ORDINARI. Si autem hoc difficile fuerit, aut
» propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem,
» TRIBVS tamen omnimodis in id ipſum conuenientibus, ET ALIIS
» PER LITTERAS CONSENTIENTIBVS, tunc CONSECRATIO fiat.
» FIRMITAS autem eorum quæ geruntur, per vnamquamque Pro-
» uinciam Metropolitano tribuatur Antiſtiti: Πᾶσαν ψῆφον ΓΙΝΟΜΕΝΗΝ ΠΑΡΑ ΑΡΧΟΝΤΩΝ, Ἐπισκόπου, ἢ Πρεσβυτέρου, ἢ Διακόνου, ἄκυρον μένειν, κατὰ ΤΟΝ ΚΑΝΟΝΑ, τὸν λέγοντα· ΕΙ ΤΙΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΚΟΣΜΙΚΟΙΣ ΑΡΧΟΥΣΙ ΧΡΗΣΑΜΕΝΟΣ, ΔΙ᾽ ΑΥΤΩΝ ΕΓΚΡΑΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΓΕΝΗΤΑΙ, ΚΑΘΑΙΡΕΙΣΘΩ, ΚΑΙ ΑΦΟΡΙΖΕΣΘΩ, ΚΑΙ ΟΙ ΚΟΙΝΩΝΟΥΝΤΕΣ ΑΥΤΩ ΠΑΝΤΕΣ. δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς Ἐπισκοπὴν, ΥΠΟ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΨΗΦΙΖΕΣΘΑΙ. καθὼς παρὰ τῶν Ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὥρισται ΕΝ ΤΩ ΚΑΝΟΝΙ, τῷ λέγοντι, Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ Ἐπαρχίᾳ ΚΑΘΙΣΤΑΣΘΑΙ. εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξ ἅπαντος ΤΡΕΙΣ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων, καὶ τῶν ἀπόντων, συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ ποιεῖσθαι. τὸ δὲ ΚΥΡΟΣ τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ᾽ ἑκάστην Ἐπαρχίαν τῷ Μητροπολίτῃ. Sex-
» tus verò Canon huiuſcemodi eſt: Vt efficiatur LOCALIS SYNO-
» DVS per annum: Περὶ τοῦ γίνεσθαι ΤΟΠΙΚΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ κατὰ χρόνον.
» Quoniam quidem REGVLA EST (inquit Generalis Synodus) quæ
» dicit: Bis in anno per ſingulas Prouincias oportere fieri per Con-
» uentum Epiſcoporum, REGVLARES INQVISITIONES; propter fati-
» gationem, & vt opportunè habeantur ad iter agendum hi qui con-
» gregandi ſunt, definierunt Sextæ Synodi Sancti Patres, omni excu-
» ſatione remota, modis omnibus SEMEL IN ANNO fieri, & depra-
» uata corrigi. Hunc ergo Canonem & nos renouamus. ET SI
» QVISQVAM PRINCEPS INVENTVS FVERIT HOC PROHIBERE,
» COMMVNIONE PRIVETVR. Si quis verò Metropolitanorum hoc ne-
» glexerit agere, abſque neceſſitate vel vi, ſeu aliqua rationabili occaſio-
» ne, CANONICIS POENIS ſubiaceat. Dum autem Synodus agitur SVPER
» CANONICIS ET EVANGELICIS NEGOTIIS, oportet Congregatos Epi-
» ſcopos IN MEDITATIONE & ſollicitudine fieri cuſtodiendorum diui-
Pſ.18. v.12. » norum & VIVIFICORVM Domini Mandatorum; In cuſtodiendis enim

illis retributio multa: quia & Lucerna Mandatum, LEX autem LVX, « Prou. 6. v.23.
& Via Vitæ Argutio & DISCIPLINA est; & Mandatum Domini lu- « Ps.18. v.9.
cidum illuminans oculos. Porrò non habeat Metropolitanus li- «
centiam, ex his quæ defert Episcopus secum, siue iumentum, siue «
aliam speciem expetendi. Quod si hoc egisse conuictus fuerit, «
SOLVAT QVADRVPLVM: Ἐπειδήπερ ΚΑΝΩΝ ΕΣΤΙΝ ὁ λέγων, δὶς τοῦ «
ἔτους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, χρὴ γίνεσθαι διὰ συναθροίσεως ἐπισκόπων ΤΑΣ
ΚΑΝΟΝΙΚΑΣ ΖΗΤΗΣΕΙΣ. διὰ γοῦν τὴν εὐτέλειαν, καὶ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν
πρὸς ὁδοιπορίαν τοὺς συναθροιζομένους, ὥρισαν οἱ τῆς ἕκτης συνόδου ὅσιοι
Πατέρες, ἐξ ἅπαντος τρόπου καὶ προφάσεως ΑΠΑΞ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ γίνε-
σθαι, καὶ τὰ ἐσφαλμένα διορθοῦσθαι. τοῦτον οὖν τὸν κανόνα καὶ ἡμεῖς ἀνανεούμεθα·
ΚΑΙ ΕΙ ΤΙΣ ΕΥΡΕΘΗ ΑΡΧΩΝ ΤΟΥΤΟ ΚΩΛΥΩΝ, ΑΦΟΡΙΖΕΣΘΩ. εἰ
δέ τις ἐκ τῶν μητροπολιτῶν ἀμελήσοι τοῦτο γίνεσθαι ἐκτὸς ἀνάγκης, καὶ βίας, καί
τινος εὐλόγου προφάσεως, τοῖς ΚΑΝΟΝΙΚΟΙΣ ΕΠΙΤΙΜΙΟΙΣ ὑποκείσθω. τῆς
δὲ συνόδου γινομένης ΠΕΡΙ ΚΑΝΟΝΙΚΩΝ ΚΑΙ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΩΝ ΠΡΑΓΜΑ-
ΤΩΝ, δεῖ τοῖς συναθροισθεῖσιν ἐπισκόποις, ἐν μελέτῃ καὶ φροντίδι γίνεσθαι, τοῦ
φυλάττεσθαι τὰς θείας καὶ ΖΩΟΠΟΙΟΥΣ ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. ἐν γὰρ τῷ φυλάσ-
σεσθαι αὐτὰς, ἀνταπόδοσις πολλή· ὅτι καὶ λύχνος, ἐντολή, νόμος δέ, φῶς. καὶ ὁδὸς
ζωῆς, ἔλεγχος, καὶ παιδεία. καὶ ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγής, φωτίζουσα ὀφθαλ-
μούς· μὴ ἔχειν δὲ ἄδειαν τὸν μητροπολίτην, ἐξ ὧν ἐπιφέρονται οἱ ἐπίσκοποι μετ'
αὐτῶν, ἢ κτήνους ἢ ἑτέρου εἴδους ἀπαιτεῖν. εἰ δὲ τοῦτο ἐλεγχθῇ, ΑΠΟΤΙΣΕΙ ΤΟ
ΤΕΤΡΑΠΛΑΣΙΟΝ. Quæ cùm ita sint, ne quid inde Zelo Regio ac
Imperatoriæ Maiestati detractum putes, ecce illud valde notandum
factum apponimus ex Actione quinta Octauæ Oecumenicæ Syno-
di perlegendum, quod huc magno Regum ac Ecclesiæ Exemplo
translatum videatur: Lectis omnibus Epistolis, Elias RELIGIOSIS- «
SIMVS PRESBYTER & SIGILLVS (id est, CVSTOS SIGILLI, qui cor- «
ruptè SYNCELLVS dicitur) Patriarchij Hierosolymitani; Nostis, in- «
quit, omnes, præteritis annis ab Imperatoribus Synodos esse coa- «
ctas: Ipse Imperator contestetur, vnde, & à quo missi peruenieri- «
mus: Nobis autem iam præsentibus, & duos ferè annos hîc, ante- «
quam sanctissimi Legati Veteris Romæ aduenirent, versantibus; «
IMPOSVIT IPSE IMPERATOR CERVICIBVS NOSTRIS ENCOLPIVM «
SVVM, CVM HOC DICTO: EN ECCLESIÆ IVDICIVM AC RATIO- «
NEM EXIGET DEVS A VESTRIS CAPITIBVS IN DIE IVDICII; VT «
NIHIL EX GRATIA VEL AFFECTV FACIATIS. Nos ergo ex CHRI- «
STVM-AMANTIS Imperatoris obtestatione, ita fuimus hactenus af «
fecti, vt Iustitiæ ratio postulabat: Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν πασῶν τῶν «
ἐπιστολῶν Ἠλίας ὁ ΘΕΟΣΕΒΕΣΤΑΤΟΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ, καὶ ΣΙ-
ΓΙΛΛΟΣ (corruptè, ΣΥΓΚΕΛΛΟΣ) τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων· Οἴδατε
πάντες, εἶπεν, ὅτι ἐν τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις ΟΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ἦσαν οἱ συγκροτοῦντες
τὰς συνόδους. αὐτὸς οὖν ὁ βασιλεὺς μαρτυρησάτω, πόθεν, καὶ παρά τινος ἀποσταλέν-
τες ἀφίγμεθα. ἡμῶν δὲ παραγενομένων ἐνταῦθα, καὶ διατελεσάντων ἐπὶ δυσὶ σχεδὸν ἔτε-
σι, πρὸ τοῦ καταλαβεῖν τοὺς ἁγιωτάτους τοποτηρητὰς τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ΕΠΙΤΕ-
ΘΕΙΚΕ ΤΟΙΣ ΗΜΕΤΕΡΟΙΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΡΑΧΗΛΟΙΣ ΤΟ ΕΓΚΟΛΠΙΟΝ

ΑΥΤΟΥ· ΚΑΙ ΕΙΠΕΝ· ΙΔΟΥ, ΤΟ ΚΡΙΜΑ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΑΠΑΙΤΗΣΕΙ Ο ΘΕΟΣ ΕΚ ΤΩΝ ΤΡΑΧΗΛΩΝ ΥΜΩΝ, ΕΝ ΤΗ ΗΜΕΡΑ ΤΗΣ ΚΡΙΣΕΩΣ, ΙΝΑ ΜΗΔΕΝ ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΠΑΘΕΙΑΝ Η ΕΜΠΑΘΕΙΑΝ ΠΟΙΗΣΗΤΕ. Καὶ ὑμεῖς τοίνυν περὶ τὴν τοῦ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΥ Βασιλέως κατάκλησιν, οὕτω διετέθημεν μέχρι τοῦ νῦν, ὡς ἀπαιτεῖ τῆς Δικαιοσύνης ὁ λόγος. Sed referamus nos in ordinem rerum memorabilium, quæ in HAC NONA Gregorianæ noſtræ Hiſtoriæ Parte numeris quaſi ſignandæ erunt. Diximus, quod viſum eſt, PRIMO loco: nunc SECVNDO, quod videbitur, dicamus. SECVNDO igitur Simoniaca Prauitas, quæ inſtar Hæreſis, vt Gregorius inculcat, IN ECCLESIIS INIQVA AMBITIONE SVRREXIT, per Galliæ Eccleſias, quamquam impunè, magno bonorum dolore, graſſaretur; non vtique deſerendum propter Malos Eccleſiam, ſuadet Gregorius; nec Separationem à Malis, ſed Remedia Synodica contra impendentia mala præſcribit. Rectiſſimè ergo ac veriſſimè Theodoſius, in illa ſua Sacra, ad Alexandrinum Cyrillum:

» Oportet, inquit, Sacerdotes ET MORVM SVAVITATE ET
» FIDEI DILIGENTIA ADMIRANDOS ESSE; tum VITÆ
» SIMPLICITATEM apertè omnibus in rebus actionibuſque o-
» ſtendere ac præferre; ac certò denique ſecum ſtatuere, vniuſcu-
» iuſque rei naturam, potiſſimùm verò incorruptæ pietatis doctri-
» nam ſedulo inueſtigandi ſtudio faciliùs quàm pertinaci animo-
» rum contentione inueniri. Etenim iam inde à primis vſque tem-
» poribus non imperantis cuiuſpiam, aut certè imperium vſurpan-
» tis, interminationes aut proteruiæ, ſed SANCTORVM PA-
» TRVM SACRARVMQVE SYNODORVM DECRETA
» EAM NOBIS CONSTITVERVNT. Nam Religionem pruden-
» tiâ & conſilio magis quàm cuiuſpiam impetio firmari nulli opinor
» dubium eſſe poteſt: Τοὺς δὲ ἱερέας χρὴ, ΚΑΙ ΑΠΟ ΤΗΣ ΤΩΝ ΗΘΩΝ ΧΡΗΣΤΟΤΗΤΟΣ, ΚΑΙ ΑΠΟ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ ΑΚΡΙΒΕΙΑΣ ΘΑΥΜΑΖΕΣΘΑΙ, καὶ τὴν ΑΠΛΟΤΗΤΑ ΤΟΥ ΒΙΟΥ διὰ πάντος ἐπιδείκνυσθαι· γινώσκειν τε, ὡς τὴν ἑκάστου πράγματος φύσιν, καὶ τοὺς περὶ τὴν εὐσέβειαν μάλιστα λόγους, μᾶλλον ἂν εὕροι ζήτησις, ἤπερ αὐθάδεια. καὶ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν αὐτοῖς, οὐκ ἀπειλή τινος δυναστεύοντος, ἢ δυναστεύειν νομίζοντος, ἀλλ᾽ Η ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΒΟΥΛΗ ΚΑΤΕΣΤΗΣΑΤΟ. καί τοι παντὶ δῆλον, ὡς Θρησκεία τὸ βέβαιον ΟΥΚ ἂν ΕΚ ΚΕΛΕΥΣΕΩΣ ἔχοι, ΜΑΛΛΟΝ Η ΣΥΝΕΣΕΩΣ. TERTIO; Reges Galliæ, Romani Pontificis Filij Excellentiſſimi ac DVLCISSIMI, antiquo Eccleſiæ Gallicanæ iure, olim vocabantur. Immo, & FILII BENEDICTIONIS, vt ex his verbis Epiſtolæ patet, Innocentij Quarti Pont. Max. ad SANCTVM LVDOVICVM Franciæ Regem, cum ad OEcumenicum Concilium Lugdunenſe Primum, id eſt, Vniuerſale, ſeu Generale Decimum Tertium, inuitantis; in quo, Friderico Secundo Imperatore depoſito, Dux Expeditionis Pro
» Terra Sancta Recuperanda electus eſt: Huiuſmodi autem noſtrum

desiderium sic, FILI BENEDICTIONIS, adimpleas. Fruatur hac auita laude LVDOVICVS noster DECIMVS TERTIVS, &, quod in Turcicis Oraculis DE VICTORE LVDOVICO arcanum ferunt, Maiorum Triumphos, dum superat, impleat.

---LATINOS
In tantum spe tollet AVOS: nec ROMVLA quondam
Vllo se tantum TELLVS iactabit ALVMNO.
Heu PIETAS, heu PRISCA FIDES!—
—MANIBVS DATE LILIA PLENIS.

Sed audi Politicum Sanctissimi Pontificis, ex Regulæ Ecclesiasticæ visceribus depromptum, Christianissimis dignum Regibus Consilium: Regno vestro (inquit Gregorius) per omnia proficit, si quod contra Deum in illis partibus geritur, emendatione Vestræ Excellentiæ corrigatur. QVARTO; præter cætera quæ de Augustino ac Monachis idemtidem tractata sunt, Præmiorum in cælo Diuersitas atque Inæqualitas Gloriæ, proportione Meritorum, subindicatur his verbis: Petimus vt & MONACHIS præsentium portitoribus, quos ad eumdem Fratrem direximus, vestra vberius beneficia ministretis: quatenus, dum vobis patrocinantibus, nullas illic difficultates inuenerint, sed cœptum iter, Christo adiuuante, peregerint, vberiorem Mercedis vestræ fructum ante Dei nostri oculos faciatis. HÆC dum Romæ geruntur, interea Gregorius ad CLOTHARIVM Francorum Regem Epistolam scribit, ordine nostro Decimam, quæ Decimam quoque Historici nostri Centonis Partem conficiet: Inter tot curas & sollicitudines, quas pro subiectarum vobis Gentium regimine sustinetis, exsistere vos IN CAVSA DEI laborantibus ADIVTORES, eximiæ laudis & Magnæ Mercedis est. Et quia tales vos præcedentibus bonis ostenditis, vt præsumere de vobis meliora possimus, AD EA QVÆ PRO MERCEDE VESTRA SVNT, libentissimè prouocamus. Quidam igitur qui cum Reuerendissimo Fratre & Coëpiscopo nostro AVGVSTINO ad ANGLORVM Gentem perrexerant, remeantes, quanta eumdem Fratrem nostrum Excellentia Vestra in præsentia positum, caritate recepetit, quantisque suffragijs proficiscentem ADIVVERIT, narrauerunt. Sed quia illa Deo nostro opera grata sunt semper, quæ à vobis cùm cœperint, non recedunt, PATERNO AFFECTV salutantes petimus, vt MONACHOS, præsentium portitores, quos ad prædictum Fratrem nostrum, vnà cum Dilectissimis Filijs nostris LAVRENTIO Presbytero & MELLITO Abbate transmisimus, habeatis peculiariter commendatos. Et quidquid illis ante exhibuistis, his quoque ad laudis vestræ cumulum vberiùs impendatis: quatenus, dum vobis prouidentibus cœptum sine mora iter expleuerint, Bonorum Vestrorum Omnipotens Deus Recompensator existat, atque vobis & IN PROSPERIS CVSTOS & in aduersitatibus sit adiutor. Præterea peruenit ad nos, quòd SACRI illic ORDINES cum datione pecuniæ conferantur.

CAP. XXVII.

» Et vehementer affligimur, si ad Dei Dona NON MERITIS acceditur
» SED PRÆMIIS prosilitur. Et quia hæc SIMONIACA HÆRESIS Prima
» in Ecclesia surgens, Apostolorum est auctoritate damnata, petimus
» vt PRO MERCEDE VESTRA Congregari Synodum faciatis: quatenus
» OMNIVM SACERDOTVM DEFINITIONIBVS compressa, & radici-
» tus amputata, nullas illic vires de cætero, in periculo animarum,
» inueniat; nec vlteriùs sub qualibet excusatione permittatur exsur-
» gere: vt tantò vos Omnipotens Deus contra aduersarios vestros
» exaltet, quantò vos in suis mandatis zelum habere, & pro anima-
» rum salute, quæ huius fuerant SCELERIS CLADIO perituræ, videritco-
» gitare. Pontificia Regis Institutio hæc est, Sex gradibus constans. PRIMVS; Sancta Regum Merces apud Deum crescit, si quantò plus eos ad se Respublica euocat grauioribus curis, tantò minùs à IVVANDÆ ECCLESIÆ proposito auocentur. SECVNDVS; PATERNO AFFECTV Romanus Pontifex Galliæ Regem salutat, ne quis posthac in Rege Filij, in Pontifice Patris nomen Antiquitati frustra inuiderit. TERTIVS; adhuc & Monachi, & Laurentius Presbyter, & Mellitus Abbas, tanquam Euocatorum firma manus, aut Regum Sociorum auxilia voluntaria, compâtent. QVARTVS; Bo-
» norum Vestrorum, (inquit ad Clotharium Galliæ Regem Grego-
» rius) Omnipotens Deus Recompensator existat, atque vobis, & IN
» PROSPERIS CVSTOS, & in aduersitatibus sit adiutor; notabili sententia, eoque magis, quòd in Monachorum, quibus Angli aduersantur, commendationem apud Regem habita est. QVINTVS; Sacros Ordines, DEI DONA Gregorius vocat. SEXTVS; Denique DISCIPLINAM ECCLESIÆ, ad Synodum, atque Sacerdotum Definitiones, refert, ac peregrinantes errantesque Regum mores, tanquam hospites, ad IVVANDAM ECCLESIAM, quasi domum deducit, Synodique procurandæ Regibus apud Deum Mercedem repositam esse asseuerat. VNDECIMA Gregorianæ Historiæ Pars,

CAP. XXVIII. Epistola est Vndecima, videlicet illa altera quam ad Francorum Reginam BRVNICHILDEM, de IVVANDA ECCLESIA conscripsit.
» Earum litterarum exemplum est: Gratias Omnipotenti Deo refe-
» rimus, qui inter cætera pietatis suæ dona, quæ Excellentiæ Vestræ
» largitus est, ita vos AMORE CHRISTIANÆ RELIGIONIS
» impleuit, vt quidquid ad animarum lucrum, quidquid AD PRO-
» PAGATIONEM FIDEI pertinere cognoscitis, deuota men-
» te & pio operari studio non cessetis. Quanto autem fauore,
» quanta opitulatione Excellentia Vestra Reuerendissimum Fratrem
» & Coëpiscopum nostrum AVGVSTINVM, proficiscentem ad AN-
» GLORVM Gentem, ADIVVERIT, nec ante silentio fama conticuit,
» & postea quidem ab eo ad nos MONACHI redeuntes subtiliter re-
» tulerunt. Et quidem hæc DE CHRISTIANITATE VESTRA
» mirentur alij, quibus adhuc beneficia vestra minùs sunt cognita:
» nam nobis, quibus experimentis iam nota sunt, non mirandum est,
» sed gaudendum, quia per hoc quod alijs impendistis, vos IVVATIS.

Quæ

Quæ autem, QVANTAQVE in Conuersione supra scriptæ Gentis Redemptor noster fuerit MIRACVLA operatus, Excellentiæ Vestræ iam notum est. Ex qua re magnam vos oportet habere lætitiam: quia maiorem sibi partem hac in re præstitorum vestrorum solatia vindicant, cuius, post Deum, AVXILIIS Verbum illic Prædicationis innotuit. NAM QVI ALTERIVS BONVM ADIVVAT, SVVM FACIT. Sed vt Mercedis vestræ magis magisque sit fructus vberior, petimus vt MONACHIS præsentium portitoribus, quos cum Dilectissimis Filiis nostris LAVRENTIO Presbytero & MELLITO Abbate, ad prædictum Reuerendissimum Fratrem & Coëpiscopum nostrum, pro eo quòd illos qui secum sunt, sufficere sibi dicit non posse, transmisimus, patrocinij vestri suffragia benigniùs ministretis, atque ita eis in omnibus adesse dignemini: quatenus dùm bonis Excellentiæ Vestræ initiis meliora successerint, & nullas illîc moras vel difficultates inuenerint, tantò erga vos, ac DVLCISSIMOS NOBIS Nepotes vestros, Dei nostri misericordiam prouocetis, quantò pro eius amore vos in huiusmodi causis misericorditer exhibetis. Vix notatione iam dignum est quod PRIMO loco occurrit, nostro sæpius sermone contritum: videlicet Archiepiscopum illum Cantuariensem, totius Angliæ Primatem atque Apostolum, Augustinum, & Reuerendissimum, & Fratrem, & Coëpiscopum Romani Pontificis; Monachosque Anglis, vt Sanctitatis nomine carissimos, sic patrio Antiquitatis iure maximè retinendos esse. SECVNDO verò loco, patrata in conuersione Angliæ, auctore Christo, Miracula quanta pietate iactat! vt quæ in oculis Galliæ atque Ecclesiæ luce, Romæ iam versarentur. TERTIO; Christianam Sententiam Nouatoribus vel inauditam, vel inuisam (qui Sanctorum Communionem, ac Bonorum Operum delere Communicationem conantur) Gregorius celebrat: NAM QVI, inquit, ALTERIVS BONVM ADIVVAT, SVVM FACIT; Galliæ Regno partem gloriæ Miraculorum, ac Reginæ Brunichildi Sperandæ postmodum Æternæ Mercedis ac Gloriæ, ob Anglorum Susceptam Conuersionem, pollicitus. Vnde nemini mirum esse debet, si etiam nunc ego Gallus quoque Episcopus, pro antiqua consuetudine, & quasi patrio iure, Anglorum Conuersioni seriò inuigilem. QVARTO; solitam, Monachorum, Presbyteri, atque Abbatis, commendationem addit, ne quid Nouatoribus Anglis nouandum relinqueret. SED vim Gregorij in Apostolicis dictis atque factis propiùs contemplemur. Quod quidem bene feliciterque successerit, si agentem eum cum suo nostroque Augustino, in hanc Duodecimam Historiæ Ecclesiasticæ Veteris Angliæ Partem inducamus. Itaque Duodecima, ordine nostro, Epistola ad AVGVSTINVM recitetur: GREGORIVS AVGVSTINO EPISCOPO ANGLORVM. Gloria in excelsis Deo, & in terra Pax hominibus bonæ voluntatis. quia Granum Frumenti mortuum cadens in terram, multum fructum adtulit, ne solùm regnaret in cœlo CVIVS MORTE VIVIMVS, CVIVS INFIRMITA-

CAP. XXIX.

Luc.2.v.14.

Io.12.v.24.

» TE ROBORAMVR, CVIVS PASSIONE A PAS-
» SIONE ERIPIMVR, CVIVS AMORE IN BRITAN-
» NIA FRATRES QVÆRIMVS QVOS IGNORAMVS, CVIVS
» MVNERE QVOS NESCIENTES QVÆREBAMVS, INVENI-
» MVS. Quis autem narrare hîc sufficiat, quanta lætitia in o-
» mnium corde Fidelium fuerit exorta, quòd Gens ANGLORVM, ope-
» rante Omnipotentis Dei gratia, & Tua Fraternitate laborante, ex-
» pulsis errorum tenebris, SANCTÆ FIDEI luce perfusa est: quòd deuo-
» tione integerrima IAM CALCAT IDOLA, quibus priùs væsano timore
» subiacebat: quòd Omnipotenti Deo puro corde substernitur: quòd
» à praui operis lapsibus SANCTÆ PRÆDICATIONIS REGVLIS liga-
» tur: quòd Præceptis Diuinis SVBIACET ET intellectu SVBLEVA-
» TVR: quòd VSQVE AD TERRAM SE IN ORATIONE HVMILIAT,
» NE MENTE IACEAT IN TERRA. Cuius hoc opus est? nisi eius qui
Io.5.v.17. » ait: Pater meus vsque nunc operatur, et ego operor? Qui vt Mun-
» dum ostenderet non sapientiâ hominum, sed sua se virtute con-
Act.4.v.13. » uertere, PRÆDICATORES suos quos in mundo misit, sine litteris
» elegit: hoc etiam modo faciens, quia in ANGLORVM Gente FOR-
» TIA dignatus est PER INFIRMOS operari. Sed est in isto DONO CÆ-
» LESTI, Frater Carissime, quod cum magno gaudio vehementis-
» simè debeat formidari. Scio enim quia Deus PER DILECTIONEM
» TVAM in Gente quam eligi voluit, MAGNA MIRACVLA ostendit.
» Vnde necesse est vt de eodem Dono Cœlesti ET TIMENDO GAV-
» DEAS, ET GAVDENDO PERTIMESCAS. Gaudeas videlicet, quia AN-
» GLORVM ANIMÆ PER EXTERIORA MIRACVLA AD INTERIO-
» REM GRATIAM PERTRAHVNTVR: pertimescas verò, ne inter SIGNA
» quæ fiunt, infirmus animus in sui præsumptione se eleuet; & vnde
» FORAS in honore attollitur, inde per inanem gloriam INTVS
» cadat. Meminisse etenim debemus, quòd Discipuli cum gaudio
» à PRÆDICATIONE redeuntes, dum CÆLESTI MAGISTRO
Luc.10. v.17. » dicerent: Domine, in nomine tuo Dæmonia nobis subiecta fue-
Ibid.v.20. » runt; protinus audierunt: Nolite gaudere super hoc, sed potiùs
» gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Non enim o-
» mnes Electi Miracula faciunt, sed tamen nomina omnium in cœlo
» tenentur adscripta. VERITATIS ETENIM DISCIPVLIS
» ESSE GAVDIVM NON DEBET, NISI DE EO BO-
» NO QVOD COMMVNE CVM OMNIBVS HABENT,
» ET IN QVO FINEM LÆTITIÆ NON HABENT.
» Restat itaque, Frater Carissime, vt inter ea quæ, operante Deo,
» exteriùs facis, semper te interiùs subtiliter iudices, ac subtiliter
» intelligas & temetipsum, Qui sis, ET QVANTA SIT IN EA-
» DEM GENTE GRATIA, PRO CVIVS CONVERSIONE
» ETIAM FACIENDORVM SIGNORVM DONA PERCEPI-
» STI. Et si quando Creatori nostro, seu per linguam, siue per ope-
» ra, reminisceris deliquisse, semper hæc ad memoriam reuoces,
» VT SVRGENTEM CORDIS GLORIAM MEMORIA REATVS PREMAT.

Et quidquid DE FACIENDIS SIGNIS acceperis, vel accepisti, «
hæc non tibi, sed illi reputes donata, pro quorum tibi salute «
collata sunt. Occurrit autem menti ista cogitanti, quid de vno «
Dei famulo actum sit, etiam egregiè electo. Certè Moyses cùm «
Dei Populum ex Ægypto educeret, mira, sicut Fraternitas Tua «
nouit, Signa in Ægypto operatus est. In Sina Monte quadra- « Exod. 24.
ginta diebus & noctibus ieiunans, Legis Tabulas accepit: Inter « v. 18. 9. v. 23.
coruscos tonitruos, pertimescente omni populo, Omnipotentis «
Dei seruitio solus familiari etiam collocutione coniunctus est: Ru- « Exod 27.
brum Mare aperuit: In itinere ducem habuit Nubis Columnam: « v. 14. 13. v. 21.
Esurienti populo Manna de cælo pluit: Carnem desiderantibus « 16. v. 4. &
vsque ad satietatem nimiam in Eremo per Miraculum ministra- « 14. Num 11.
uit. Sed cùm iam sitis tempore ad Petram ventum fuisset, diffi- « v 20.
sus est, seque de eadem aquam educere posse dubitauit. quam iu- « 9. v. 20.
bente Domino percussit, atque aquas effluentes aperuit. Quan- «
ta autem post hæc per triginta & octo annos in deserto Miracu- «
la fecerit, quis enumerare, quis inuestigare valeat? Quoties res «
dubia animum pulsasset, recurrens ad Tabernaculum, secretò Do- « 7. v. 89.
minum requirebat: atque de ea protinus, Deo loquente, doceba- «
tur. Iratum populo Dominum placabat suæ precis interuentio- « Exod. 32.
ne: Surgentes IN SVPERBIA ATQVE IN DISCORDIA dis- « v. 14. Deut. 11.
sidentes dehiscentis terræ hiatibus absorbebat: Victorijs premebat « v. 6.
hostes: Signa monstrabat CIVIBVS. Sed cùm iam ad REPRO- « Exod. 17. v. 11.
MISSIONIS TERRAM ventum fuisset, vocatus in Montem « Num. 21.
est, & quam culpam ANTE ANNOS TRIGINTA, vt dixi, ET « v. 9.
OCTO fecerat, audiuit; quia DE EDVCENDA AQVA dubi- « 17. v. 4. Deut. 32.
tauit: Et propter hoc quia REPROMISSIONIS TERRAM in- « v. 51.
trare non posset, agnouit. Qua in re considerandum nobis est, «
quàm timendum sit Omnipotentis Dei iudicium, qui per illum «
famulum suum tot Signa faciebat, cuius culpam longo tempore «
adhuc seruabat in cogitatione. Igitur, Frater Carissime, si & il- «
lum agnoscimus post Signa pro culpa mortuum, quem Omnipotenti «
Deo nouimus præcipuè electum; QVANTO NOS DEBEMVS METV «
CONTREMISCERE, QVI NECDVM ADHVC NOVIMVS SI ELECTI SV- «
MVS? De Reproborum verò Miraculis quid dicere debeo? cùm Tua «
Fraternitas nouerit quid in Euangelio Veritas dicit: Multi venient « Matt. 7.
in illa die, dicentes mihi; Domine, in nomine tuo prophetauimus, & « v. 22.
in tuo nomine Dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas «
fecimus: Sed dicam illis, Quia nescio qui estis: Recedite à me Operarij «
Iniquitatis. Valde ergo premendus est animus inter Signa & Miracu- «
la, ne fortassis in his propriam gloriam quærat, & PRIVATO suæ «
exsultationis GAVDIO exsultet. Per Signa enim, animarum lu- «
cra quærenda sunt, & illius gloria, cuius virtute illa eadem Si- «
gna geruntur. Vnum verò nobis Dominus Signum dedit, de «
quo & vehementer gaudere, & ELECTIONIS GLORIAM in nobis «
possimus agnoscere, dicens: In hoc scietur quia mei discipuli estis, « Ioan. 13. v. 35.

» ſi dilectionem habueritis adinuicem. Quod ſignum Propheta requi-
Pſal. 85. v. vlt. » rebat, cùm diceret: Fac mecum, Domine, SIGNVM IN BONVM, vt
» videant qui oderunt me, & confundantur. Hæc autem dico, quia au-
» ditoris mei animum in Humilitate ſternere cupio. SED IPSA TVA
» HVMILITAS HABEAT FIDVCIAM SVAM. Nam peccator ego ſpem
» certiſſimam teneo, quia per Omnipotentis Creatoris ac Redempto-
» ris noſtri Dei ac Domini Ieſu Chriſti gratiam, IAM PECCATA TVA
» DIMISSA SVNT: ET IDCIRCO ELECTVS ES, VT PER TE DIMITTAN-
» TVR ALIENA. Nec habebis luctum de quolibet reatu in poſterum,
» qui de multorum Conuerſione gaudium conaris facere in cælo. Idem
» verò Conditor & Redemptor, noſter cùm DE POENITENTIA HOMI-
Luc. 15. v. 7. » NIS loqueretur, ait: Ita dico vobis, maius gaudium erit in cælo ſuper
» vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem
» iuſtis, quibus non opus eſt pœnitentia. Et, ſi de vno Pœnitente grande
» fit gaudium in cælo, QVALE GAVDIVM FACTVM CREDIMVS DE
» TANTO POPVLO A SVO ERRORE CONVERSO, QVI AD FIDEM VE-
» NIENS, MALA QVÆ EGIT, POENITENDO DAMNAVIT? In hoc ita-
» que Cœli & Angelorum gaudio repetamus ipſas quas prædiximus
Luc. 2. v. 14. » voces Angelorum. Dicamus igitur, dicamus omnes; Gloria in ex-
» celſis Deo, & in terra Pax hominibus bonæ voluntatis. Apoſtolica hæc Epiſtola reconditas atque interiores ſententias continet, numeris, tanquam notis atque ſignis, quo cœpimus quidem ordine, ſed paulo attentiùs diligentiúſque conſignandas. Etenim PRIMO; ſimul ac notantur in Conuerſione Angliæ facta ab Auguſtino Miracula, INTERIORIS GRATIÆ mentio fit, tanquam adhæreſcentis ſiue ipſi animæ Inhærentis: cuius tamen contrarium Nouato-
» res veteratoriè inducunt. Verba Gregorij ſunt: Gaudens videlicet
» quia ANGLORVM ANIMÆ per Exteriora Miracula ad INTERIO-
» REM GRATIAM pertrahuntur. SECVNDO; hæc quæ ſequitur ſententia enucleanda videtur, quam ex Euangelio concludit & VELVT E CATHEDRA decernit ac pronuntiat noſter Gregorius: Non ex eo capite Chriſtianis præcipuè gloriandum, quòd Miracula patrent; ſed ex eo maximè, quòd eorum nomina in cælo, tanquam ſcripta ſint, à Beatis illis Mentibus, quæ cæleſtem Æternitatis regionem
1. Cor. 13. v. 12. incolunt, non per tranſennam, aut in ænigmate, vt hîc à nobis dicitur, videri, ſed velut in ſpeculo, & quaſi fixa ac impreſſa, legi at-
» que conſiderari poſſint: VERITATIS ETENIM DISCIPVLIS ESSE
» GAVDIVM NON DEBET, NISI DE EO BONO QVOD COMMVNE
» CVM OMNIBVS HABENT, ET IN QVO FINEM LÆTITIÆ NON
» HABENT. TERTIO; Apoſtolicæ illæ Miraculorum virtutes, à Gregorio, FACIENDORVM SIGNORVM DONA nominantur; moneturque Auguſtinus, ei qui Apoſtoli perſonam ſuſceperit, in hac meditatio-
» ne verſandum ac laborandum eſſe: Qui ſis, & Quanta ſit in eadem
» Gente gratia, pro cuius Conuerſione etiam FACIENDORVM SIGNO-
» RVM DONA percepiſti! QVARTO; quum tot Signis Eccleſia ſe Chriſti Sponſam declaret, Chriſtuſque per ſuam Eccleſiam portendat quid

velit; obsurdescere tamen nescio quomodo Nouatores solent, vt nec ea quæ ab ea monentur, audiant, quemadmodum primum Anglorum Apostolum à Romano Pontifice & monita & documenta, Sedis Apostolicæ Ecclesiæque nomine tradita, accepisse legimus. Exempli causâ, quot quantaque Sectarij de sua cuique nota Prædestinatione fabulantur? E contrario, Gregorius, de Möyse loquens, cuius, quantumlibet patratis Miraculis, etiam post diuini colloquij familiaritates, & duodequadraginta annos, hæsitantiam ad Petram, Deus, Vitæ atque Promissæ Terræ Sanctæ ingressûs seuerissima priuatione mulctauit: Igitur, Frater Charissime (inquit) si & illum « agnoscimus post Signa pro culpa, mortuum, quem Omnipotenti « Deo nouimus præcipuè electum; QVANTO NOS DEBEMVS METV « CONTREMISCERE, QVI NEC DVM ADHVC NOVIMVS SI ELECTI « SVMVS? Nouatores verò, Apostolo suo doctiores atque certiores, nil non nouerunt, immò, si credimus, inuenerunt; vnam secuti falsæ securitatis viam, quæ ad licentiam impudentiamque impunitate deducit. QVINTO; ne quis de Miraculorum virtute atque veritate dubitet, addit Gregorius: Per Signa enim animarum lucra quærenda sunt, & illius gloria cuius virtute illa eadem Signa gerun- « tur. SEXTO; vnam diuinæ Electionis in nobis Notam, nempè Cha- « ritatem, Gregorius confirmat his verbis: VNVM verò Dominus no- « bis SIGNVM dedit, de quo & vehementer gaudere, & ELECTIONIS « GLORIAM in nobis possimus agnoscere; dicens; In hoc scietur quia « mei Discipuli estis, si DILECTIONEM habueritis adinuicem. Quod «Io.13.v.35. Signum Propheta requirebat, cùm diceret: Fac mecum, Domine, «Ps.85.v.17. SIGNVM IN BONVM, vt videant qui oderunt me, & confundantur. « SEPTIMO; per Episcopos dimittuntur peccata, eliguntur que Epi- « scopi, vt per eos aliena peccata remittantur: ET IDCIRCO, (inquit « ad Augustinum Gregorius) ELECTVS ES, VT PER TE DIMITTANTVR ALIENA, subaudi, peccata; de quibus illic sermo erat. OCTAVO atque VLTIMO; hinc Cœli ANGELORVMQVE Gaudium, illinc Terræ atque Hominum, id est, ANGLORVM, Pax insonat. auditur à læua Anglorum Conuersio; à dextra autem Regni Christi in GREGORIANA nostra ANGLIA resultat Ecclesiastica Tranquillitas. Quæ si vnquam ignoto mortalibus Prouidentiæ munere reditura sunt, hoc altero IACOBVM REGEM, illo altero BRITANNICVM frui REGNVM, ô Deus bone, meis lacrymis, vel meo sanguine, nostris temporibus largiaris! Quin etiam corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas patria ac antiqua Ecclesiæ, carissimæque in Christo Angliæ, potest; vt aliquando dolor populi CATHOLICI pariat quod iamdiu parturit.

SED ad instituta reuertamur. Tertia Decima Historiæ nostræ Pars, Epistola Tertia Decima est; altera videlicet ad eum qui supra, nostrum VIRGILIVM, ARCHIEPISCOPVM ARELATENSEM: quâ quidem & Augustino portum, & sibi speculam pastorali Virgilij vigilantia parat, ne quid operi incœpto, vel molestiarum onere, vel comitum vitio, no- CAP. XXX.

» ceat. Itaque sic paucis affatur Virgilium Gregorius: Quantus sit affectus venientibus sponte Fratribus impendendus, ex eo quòd plerúmque solent Charitatis causâ inuitari, agnóscitur. Et ideo si COMMVNEM FRATREM, AVGVSTINVM Episcopum, ad vos venire contigerit, ita illum dilectio vestra, sicut decet, affectuosè dulciterque suscipiat, vt & ipsum consolationis suæ bono refoueat, & alios, qualiter Fraterna Charitas colenda sit, doceat. Et quoniam sæpius euenit vt hi qui longè sunt positi, priùs ab aliis quæ sunt emendanda, cognoscant, si quas fortasse Fraternitati Vestræ SACERDOTVM VEL ALIORVM culpas intulerit, vnà cum eo residentes, subtili cuncta inuestigatione perquirite. Et ita vos in ea quæ Deum offendunt & ad iracundiam prouocant, districtos ac sollicitos exhibete, vt aliorum emendationem & vindicta culpabilem feriat, & innocentem falsa opinio non affligat. Hac Epistola Gregorius vnam tantummodo rem, maximam quidem atque pulcerrimam, id est, Hierarchiam, declarat, dùm ad Archiepiscopum, in quo plurimus inesse solet (vt diceret Ambrosius) SACERDOTALIS VIGOR, Sacerdotum ab Episcopis immo Episcoporum causas deferendas docet.

CAP. XXXI. QVARTA decima Gregoriana Anglicanæ Historiæ siue DISCIPLINÆ Pars tantò futura Notis illustrior quantò sensu nobis vberior erit; litteras multiiuges adfert, Epistolam nempe Quartam Decimam, ad MELLITVM Abbatem: quæ mandata à Gregorio, siue à Pontifice Maximo, ad Augustinum, hæc habet: Post discessum (inquit Gregorius) Congregationis nostræ quæ tecum est, valde sumus suspensi redditi, quia nil de prosperitate vestri itineris audisse nos contigit. Cùm verò vos Deus Omnipotens ad Reuerendissimum virum Fratrem nostrum AVGVSTINVM perduxerit, dicite ei, quòd diu mecum DE CAVSA ANGLORVM cogitans tractaui; videlicet quia Fana Idolorum destrui in eadem Gente minimè debeant, sed ipsa quæ in eis sunt Idola destruantur; AQVA BENEDICTA FIAT; IN EISDEM FANIS ASPERGATVR; ALTARIA CONSTRVANTVR; RELIQVIÆ PONANTVR: quia si Fana eadem benè constructa sunt, necesse est à cultu Dæmonum in obsequium Veri Dei commodari: vt dum Gens ipsa eadem Fana sua videat non destrui, de corde errorem deponat, & Deum Verum cognoscens & adorans, AD LOCA QVÆ CONSVEVIT, FAMILIARIVS CONCVRRAT. Et quia boues solent in Sacrificio Dæmonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua Solemnitas immutari: vt DIE DEDICATIONIS, vel NATALITIO SANCTORVM MARTYRVM, QVORVM ILLIC RELIQVIÆ PONVNTVR, Tabernacula sibi circa easdem ECCLESIAS, quæ ex FANIS cõmutatæ sunt, DE RAMIS ARBORVM faciant, & RELIGIOSIS CONVIVIIS Solemnitatem celebrent: Nec Diabolo iam animalia immolent, sed ad laudem Dei IN ESV SVO animalia occidant, ET DONATORI OMNIVM DE SATIETATE SVA GRATIAS REFERANT: VT DVM EIS ALIQVA EXTERIVS GAVDIA RESERVANTVR, AD INTERIORA GAVDIA CONSENTIRE FACILIVS
»

VALEANT. Nam duris mentibus SIMVL OMNIA ABSCINDERE impossibile esse non dubium est: quia is qui locum summum ascendere nititur, GRADIBVS VEL PASSIBVS, NON SALTIBVS, eleuatur. Sic Israelitico Populo in Ægypto Dominus ipse quidem innotuit, SED TAMEN EI SACRIFICIORVM VSVS, QVOS DIABOLO SOLEBANT EXHIBERE, IN CVLTV PROPRIO RESERVAVIT, vt eis in sacrificio suo animalia immolare præciperet: QVATENVS COMMVTANTES, ALIVD DE SACRIFICIO AMITTERENT, ALIVD RETINERENT: vt etsi ipsa essent animalia quæ offerre consueuerant, verumtamen Deo hæc, & non Idolis immolantes, IAM SACRIFICIA IPSA NON ESSENT. Hæc igitur Dilectionem Tuam prædicto Fratri necesse est dicere, vt ipse in præsenti illic positus perpendat qualiter omnia debeat dispensare. Hîc iam Nouitatis impetus reflectatur, ac Nouatorum ardor restinguatur necesse est, si modò ignis in aquam coniectus continuò restingui & refrigerari consueuit. En hoc illud est quod PRIMO Gregorius dixit: AQVA BENEDICTA FIAT? SECVNDO; IN EISDEM FANIS ASPERGATVR? TERTIO; ALTARIA CONSTRVANTVR? QVARTO; RELIQVIÆ PONANTVR? Ad hæc QVINTO Gregorius; Dies Festos atque Solemnes, Ecclesiæ decreto atque Summi Pontificis auctoritate, vt nunc, ita olim à Patribus nostris, rite solitos celebrari; rectéque etiam ac laudabiliter, quod sæpe CATHOLICIS stolidi Nouatores exprobrant, institutos nonnullos fuisse qui in Rituum Gentilitiorũ locum, religione informandis continendísque in officio populis, mutato cultu succederent, in verique Dei honorem cederent. Quapropter non dubitauit Cyrillus ille Alexandrinus, contra Iulianum Apostatam, libro decimo, circa finem, tanquam oraculum fundere: Mos erat Chaldæorum, vt fœderum certiores facerent, per medias transire victimarum partes æqua portione diuisas, atque ita rem pactumque apud eos PATRIA LEX firmabat. Hunc patrium ritum seruari præcepit Deus, dicens: Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Quod cùm admodum rectè intelligeret DIVINVS (vel ad vim atque originem verbi, QVI DEVM SEQVEBATVR) ABRAHAM, tametsi Deus vnum illud facere præcepisset, ipse cætera de suo addens, secundùm fœderis regionis illius LEGEM IVRAMENTI, immolata diuisit per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit, tanquam confestim inter diuisiones illas, vt pactum æqualiter ratum haberet, hinc inde desilituro ac transituro Deo. Viderit enim quis apud posteriores talia iuramenta, apud barbaros facta, & apud quosdam antiquiores. Vnde Sophocles in Antigone introducit quemdam Nuncium, cui etiam præceptum erat Polynicis corpus seruare, Thebanorum duci dicentem: (Creon hic erat:)

Genes. 15. vers. 9.

Eramus autem parati & ferrum tollere manibus,
Et ignem DIVIDERE, & deos adiurare.

NAM EVNTES PER MEDIVM IGNEM, ET FERRVM FERENTES MA-

Admouere oculis distantia sidera nostris:
Ætheraque ingenio suppoſuere suo.
Sic petitur cælum: non, vt ferat Oſſan Olympus;
Summaque Peliacus sidera tangat apex.
NOS QVOQVE SVB DVCIBVS CÆLVM METABIMVR ILLIS:
PONEMVSQVE SVOS AD VAGA SIGNA DIES.

Quid SEXTO Gregorius? Nunc Festo DEDICATIONIS Die, Sacrum Epulum exhibet; nunc NATALITIA dat Natali Sanctorum Martyrum Die; quorum, IVRE APOSTOLICO, quemadmodum se diuinus ille Ioannes in Apocalypsi vidiſſe testatus eſt, SVB ALTARI Reliquiæ, tanquam & publicæ fidei Depoſita, & communis ſpei sanctiſſima quædam ac certiſſima Pignora, reconduntur. SEPTIMO; Templa Gentilium, si strictim sumas, FANA; Christianorum verò, ECCLESIÆ, quidquid Nouatores garriant, aptè propriéque dicuntur. OCTAVO; magnum quiddam sonant illa Gregorij sequentia verba: Et RELIGIOSIS CONVIVIIS Solemnitatem celebrent. Hoc enim loco commemorare operæpretium eſt, quot quantaſque ob cauſas Maiores noſtri, Veteres illi admodum Antiqui, ſolemni Christianorum ritu, Sacrum Epulum, quod quidem de Charitatis nomine, AGAPEN dixere, olim celebrarint. Quattuor omnino fuiſſe reperio; NATALITIA, FVNERA, CONNVBIA, & ECCLESIARVM DEDICATIONES. Obstrepebant Manichæi, (atque etiamnunc pro Manichæis, si fas eſt, aut si tantulùm diſſimules, Noui Nouitij Nouatores:) Pagani ARIS, DELVBRIS, SIMVLACRIS, VICTIMIS, ATQVE INCENSO Deum colendum putant. Ego ab his in hoc quoque multùm diuerſus incedo, qui ipſum me, si modò ſum dignus, RATIONABILE Dei TEMPLVM, puto Viuum VIVÆ MAIESTATIS: Simulacrum, Christum Filium eius, accipio: ARAM, MENTEM BONIS ARTIBVS ET DISCIPLINIS IMBVTAM: Honores quoque Diuinos ac Sacrificia IN SOLIS ORATIONIBVS, ET IPSIS PVRIS AC SIMPLICIBVS, pono. QVOMODO ERGO SCHISMA SVM PAGANORVM? Hactenus enim & IVDÆORVM me poteras dicere SCHISMA, quia & Omnipotentem Deum colam; quod sibi & Iudæus omnis audaciter aſſumit: cùm non conſiderares RITVVM DIVERSITATEM, qua à me coleretur Omnipotens, & à Iudæis; si tamen Omnipotentem Iudæi colunt. Sed interim de opinione tractamus, quæ sic & Paganos de Solis cultura fefellit, vt de Omnipotentis, Iudæos. SED NE VESTRVM QVIDEM SCHISMA, SI A ME DIXERIS, VERVM EST, quamuis Christum venerer & colam; quia ALIO eum RITV colo, & alia Fide, quàm vos. SCHISMA VERO AVT NIHIL IMMVTARI DEBET AB EO VNDE FACTVM EST, AVT NON MVLTVM: vt puta vos, qui deſciſcentes à Gentibus MONARCHIÆ OPINIONEM primo vobiſcum diuulſiſtis, id eſt, vt omnia credatis ex Deo: SACRIFICIA VERO EORVM VERTISTIS IN AGAPES, IDOLA IN MARTYRES, QVOS VOTIS SIMILIBVS COLITIS; DEFVNCTORVM VMBRAS VINO PLACATIS ET DAPIBVS: SOLEMNES GEN-

Apoc. 6. v. 9.

» TIVM DIES CVM IPSIS CELEBRATIS, vt Calendas & Solſticia; de
» vita certè mutaſtis nihil: ESTIS SANE SCHISMA, A MATRICE SVA
» DIVERSVM NIHIL HABENS, NISI CONVENTVM. Nec non & prio-
» res veſtri Iudæi, ſegregati etiam ipſi à Gentibus, SCVLPTVRAS ſo-
» lùm dimiſerunt: Templa verò, & Immolationes, & Aras, & Sa-
» cerdotia, atque Sacrorum Miniſterium, eodem ritu exercuerunt, ac
» multò ſuperſtitioſiùs quàm Gentes. DE OPINIONE vero MONAR-
» CHIÆ in nullo etiam ipſi diſſentiunt à Paganis: QVARE CONSTAT
» VOS ATQVE IVDÆOS SCHISMA ESSE GENTILITATIS, cuius Fidem
» tenentes & ritus, MODICE QVAMVIS IMMVTATOS, de ſola Con-
» uentuum diuiſione putatis vos eſſe SECTAS. Atque hæc Manichæo-
rum Os ac Princeps ille infelix horribiliſque atque infauſtus Fauſtus: quem Auguſtinus Eccleſiæ Doctor, trium ac triginta, quæ ingenti planéque admirando illo Allegoriarum Opere aduersùs eum con-
» ſcripſit, viceſimo volumine ſic refellebat: Vbi ſunt ergo SACRIFI-
» CIA VESTRA, SIMPLICES AC PVRÆ ORATIONES VESTRÆ, cùm
» ſint fallaces & impuræ blaſphemiæ? & tamen volo mihi dicatis vn-
» de iſta omnia quæ laudatis in vobis, his nominibus appelletis; vt
» dicâtis TEMPLVM, ARAM, SACRIFICIVM? Si enim Vero Deo iſta
» vera non debentur, CVR LAVDABILITER IN VERA RELIGIONE
» PRÆDICANTVR? SI AVTEM DEO VERO VERVM SACRIFICIVM
» RITE DEBETVR, VNDE ETIAM DIVINI HONORES RECTE APPEL-
» LANTVR; CÆTERA QVÆ DICVNTVR SACRIFICIA, AD SIMILITV-
» DINEM FIVNT CVIVSDAM VERI SACRIFICII. Hæc autem partim
» ſunt IMITAMENTA falſorum & fallacium Deorum, hoc eſt Dæ-
» moniorum, SVPERBE ſibi ab eis quos deceperint, DIVINOS HO-
» NORES exigentium, ſicut ſunt vel erant omnia in Templis Idoliſ-
» que Gentilium: partim PRÆDICAMENTA venturi VNIVS VERIS-
» SIMI SACRIFICII, QVOD PRO PECCATIS OMNIVM CREDENTIVM
» OFFERRI OPORTERET: qualia erant præcepta diuinitus Antiquis
» Patribus noſtris, VBI ERAT ET ILLA MYSTICA VNCTIO, QVA
» CHRISTVS PRÆFIGVRABATVR: VNDE ET IPSVM NOMEN A
» CHRISMATE DICITVR. Proinde VERVM SACRIFICIVM, quod
» VNI VERO debetur DEO, QVO EIVS ALTARE SOLVS CHRISTVS
» IMPLEVIT, in victimis pecorum IMITATA Dæmonia ſibi ARRO-
1 Cor. 10. v. 20. » GANTER expoſcunt. Vnde dicit Apoſtolus: Quæ immolant Gen-
» tes, Dæmonijs immolant, & non Deo: NON QVOD OFFEREBATVR
» CVLPANS, SED QVIA ILLIS OFFEREBATVR. Hebræi autem in vi-
» ctimis pecorum quas offerebant Deo, multis & varijs modis, ſicut
» re tanta dignum erat, PROPHETIAM CELEBRABANT FVTVRÆ VI-
» CTIMÆ QVAM CHRISTVS OBTVLIT. VNDE IAM CHRISTIANI,
» PERACTI EIVSDEM SACRIFICII MEMORIAM CELEBRANT, SA-
» CROSANCTA OBLATIONE ET PARTICIPATIONE CORPORIS ET
» SANGVINIS CHRISTI. Manichæi verò neſcientes quid damnan-
» dum ſit in Sacrificijs Hebræorum, ET QVOD TENENDVM VEL
» OBSERVANDVM IN SACRIFICIIS CHRISTIANORVM; Vanitatem

suam offerunt Diabolo qui eos decepit, RECEDENTES A FIDE, intendentes SPIRITIBVS SEDVCTORIBVS, & DOCTRINIS DÆMONIORVM, in Hypocrisi MENDACILOQVORVM. Hæc est Augustini ad primam Obiectionis Partem responsio: ad Secundam verò his verbis accedit: Nec Sacrificia eorum (scilicet Paganorum) vertimus in AGAPES, sed Sacrificium illud quod paulo antè commemorari intelleximus, dicente Domino: Misericordiam volo, quàm Sacrificium. AGAPES ENIM NOSTRÆ PAVPERES PASCVNT, SIVE FRVGIBVS, SIVE CARNIBVS. Pascitur enim creatura Dei de creatura Dei, quæ hominis dapibus congrua est. Vobis autem quia Dæmonia MENDACILOQVA persuaserunt, NON AD REGENDAM CARNEM, SED AD EXERCENDAM BLASPHEMIAM, abstinere à cibis quos Deus creauit, ad percipiendum cum Gratiarum Actione, Fidelibus, & iis qui cognouerunt Veritatem, quoniam omnis creatura Dei bona est, nihil abiiciendum quod cum Gratiarum Actione percipitur; ingrati Creatori, & pro largis eius beneficiis Sacrilegas retribuentes iniurias, QVONIAM PLERVMQVE IN AGAPIBVS ETIAM CARNES PAVPERIBVS EROGANTVR, Misericordiam Christianorum similem dicitis Sacrificiis Paganorum: quorum nonnullis in hoc quoque similes estis. Propterea enim nefas habetis pecora occìdi, quia humanas animas in ea reuolui arbitramini; quod in quorundam Gentilium libris inuenitur: quamquam à posterioribus aliter intellectum esse dicatur. Postremò autem Tertiam Argumenti Partem sic diluit Augustinus: Nam quod etiam hinc nobis calumniatur Faustus, quòd MARTYRVM MEMORIAS honoramus, IN HOC DICENS NOS IDOLA CONVERTISSE; non tam me mouet, vt huic calumniæ respondeam, quàm vt ipsum Faustum ostendam studio calumniandi, etiam ab ipsius Manichæi vanitatibus exorbitare voluisse, & in vulgarem atque POETICAM PAGANORVM OPINIONEM, à quibus se alienissimum cupit videri, nescio quomodo incautum incidisse. Cùm enim dixisset, nos vertisse IDOLA IN MARTYRES, quos VOTIS, inquit, similibus colitis; DEFVNCTORVM VMBRAS Vino placatis & Dapibus: Sunt ergò Vmbræ Defunctorum? Nunquam hoc in vestris Sermonibus audiuimus, nunquam in litteris legimus. Immo contradicere soletis talibus opinionibus; asserentes, Animas mortuorum malas, minúsve purgatas, aut in reuolutiones ire, aut in grauiores aliquas pœnas: bonas autem, IN NAVES imponi, & IN CÆLO NAVIGANTES transire hinc in illud PHANTASMA TERRÆ LVMINIS, pro qua pugnando perierant: ITA NONNVLLAS ANIMAS CIRCA SVORVM CORPORVM SEPVLCHRA DETINERI. Vnde igitur Vmbræ Defunctorum? quæ substantia earum? qui locus? sed maledicendi cupiditate FAVSTVS, quid profiteretur oblitus est; aut fortè dormitans, vmbras somniando dictauit, nec cùm Verba sua legeret, euigilauit. Populus AVTEM CHRISTIANVS MEMORIAS MARTYRVM RELIGIOSA SOLEMNITATE CONCELEBRAT, ET AD EXCITANDAM IMITATIONEM, VT

[Margin notes: 1. Tim. 4. v. 1. — Osee 6. v. 6. Matth. 9. v. 13. & 12. v. 7. — 1. Tim. 4. v. 3.]

» MERITIS EORVM CONSOCIETVR, ATQVE ORATIONIBVS ADIVVETVR: ITA TAMEN VT NVLLI MARTYRVM, SED IPSI DEO MARTYRVM SACRIFICEMVS, QVAMVIS IN MEMORIAS (aliàs, MEMORIIS) MARTYRVM, CONSTITVAMVS ALTARIA. Quis enim ANTISTITVM in locis SANCTORVM CORPORVM assistens ALTARI, aliquando dixit; Offerimus tibi, Petre, aut PAVLE, aut Cypriane! sed QVOD OFFERTVR, offertur Deo, qui Martyres CORONAVIT, apud MEMORIAS eorum quos cognouit; vt ex ipsorum locorum admonitione maior affectus exsurgat, AD ACVENDAM CHARITATEM, ET IN ILLOS QVOS IMITARI POSSVMVS, ET IN ILLVM QVO ADIVVANTE POSSVMVS. Colimus ergo Martyres eo CVLTV DILECTIONIS ET SOCIETATIS, quo & in hac vita coluntur SANCTI HOMINES DEI, quorum COR ad talem pro Euangelica veritate passionem PARATVM esse sentimus. Sed illos TANTO DEVOTIVS, QVANTO SECVRIVS post certamina superata; quantò etiam fidentiore laude prædicamus iam in vita feliciore VICTORES, quàm in ista adhuc vsque PVGNANTES. At verò eo cultu, quæ Græcè LATRIA dicitur, Latinè VNO VERBO DICI NON POTEST, cùm sit quædam propriè Diuinitati debita seruitus; nec colimus, nec colendum ducimus nisi Vnum Deum. CVM AVTEM AD HVNC CVLTVM PERTINEAT OBLATIO SACRIFICII, vnde Idololatria dicitur eorum qui hoc etiam Idolis exhibent; nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam SANCTÆ ANIMÆ, vel cuiquam Angelo: & quisquis in hunc errorem delabitur, CORRIPITVR PER SANAM DOCTRINAM, siue VT CORRIGATVR, siue VT CONDEMNETVR, siue VT CAVEATVR. Ipsi enim Sancti, vel Homines vel Angeli, exhiberi sibi NOLVNT, quod Vni Deo deberi NORVNT. Apparuit hoc in
Act. 14. v.10. & 12. PAVLO & Barnaba, cùm commoti Miraculis quæ per eos facta sunt, Lycaonij, tanquam Diis, immolare voluerunt: conscissis enim vestimentis, confitentes & persuadentes se Deos non esse, ista sibi fieri
Apoc. 19. v.10. & 22. v.9. vetuerunt. Apparuit & in Angelis, sicut in Apocalypsi legimus, Angelum se adorari prohibentem, ac dicentem Adoratori suo; Conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Ista sibi planè SVPERBI SPIRITVS exigunt Diabolus & Angeli eius, sicut per omnia Templa & Sacra Gentilium: Quorum similitudo in quibusdam etiam superbis hominibus expressa est: sicut de BABYLONIIS quibusdam REGIBVS memoriæ commendatum tenemus. Vnde
Dan. 6. v.7. SANCTVS DANIEL accusatores ac persecutores pertulit, quòd REGIS Edicto proposito, Vt nihil à quoquam Deo peteretur, nisi à
v.11. REGE solo; Deum suum, hoc est, Vnum & Verum Deum, adorare deprecarique deprehensus est. QVI AVTEM SE IN MEMORIIS MARTYRVM INEBRIANT, QVOMODO A NOBIS APPROBARI POSSVNT, CVM EOS, ETIAMSI IN DOMIBVS SVIS ID FACIANT, SACRA DOCTRINA CONDEMNET? SED ALIVD EST QVOD DOCEMVS, ALIVD QVOD SVSTINEMVS: ALIVD QVOD PRÆCIPERE IVBEMVS:

MVS: ALIVD QVOD EMENDARE PRÆCIPIMVR; ET DONEC EMENDEMVS, TOLERARE COMPELLIMVR. Alia est DISCIPLINA CHRISTIANORVM, alia luxuria vinolentorum, vel ERROR INFIRMORVM. Verumtamen & in hoc ipso distant culpæ vinolentorum & sacrilegorum: Longè quippe minoris peccati est, ebrium redire à Martyribus, quàm vel ieiunum sacrificare Martyribus. Sacrificare Martyribus dixi, non dixi SACRIFICARE DEO in Memorijs Martyrum; QVOD FREQVENTISSIME FACIMVS, ILLO DVNTAXAT RITV QVO SIBI SACRIFICARI NOVI TESTAMENTI MANIFESTATIONE PRÆCEPIT: QVOD PERTINET AD ILLVM CVLTVM QVÆ LATRIA DICITVR, ET VNI DEO DEBETVR. Sed quid agam? & tantæ cæcitati istorum HÆRETICORVM quando demonstrabo QVAM VIM HABEAT, quod in Psalmis canitur: SACRIFICIVM LAVDIS glorificabit me; & illic via est vbi ostendam salutare meum? HVIVS SACRIFICII CARO ET SANGVIS ante Aduentum Christi PER VICTIMAS SIMILITVDINVM PROMITTEBATVR: in Passione Christi PER SACRAMENTVM MEMORIÆ CELEBRATVR: ac per hoc tantum interest inter Sacrificia Paganorum & Hebræorum, quantum inter IMITATIONEM ERRANTEM, & PRÆFIGVRATIONEM PRÆNVNTIANTEM. Sicut autem non ideo contemnenda vel detestanda est VIRGINITAS SANCTIMONIALIVM, quia & Vestales virgines fuerunt; sic non ideo reprehendenda Sacrificia Patrum, quia sunt & Sacrificia Gentium: quia sicvt inter illas virginitates MVLTVM DISTAT, QVAMVIS NIHIL ALIVD DISTET, NISI QVÆ CVI VOVEATVR ATQVE REDDATVR; sic inter Sacrificia Paganorum & Hebræorum multum distat, eo ipso quòd hoc solum distat, quæ cui sint oblata & immolata: illa scilicet SVPERBÆ IMPIETATI DÆMONIORVM, id ipsum sibi ob hoc arrogantium, quod haberentur Dij, quia DIVINVS HONOR EST SACRIFICIVM; illa verò Vni Deo, vt ei offerretur SIMILITVDO PROMITTENS VERITATEM SACRIFICII, cui erat OFFERENDA IPSA REDDITA VERITAS, in Passione Corporis & Sanguinis Christi. Atque hæc digna Augustino Augustinus, ad illustrandum Gregorium, ex quo DE RELIGIOSIS CONVIVIIS atque AGAPE tanta, tam necessaria, tam multa. Quæ si iudicio certo ponderes, quot syllabas, tot profectò CATHOLICORVM APOLOGIAS reperies.

Psal. 49. v. vlt.

CAP. XXXII.

QVINTA Decima Historiæ nostræ Parte, Epistola Gregorij DE REBVS ANGLICIS Quinta Decima, nempe altera AD AVGVSTINVM ANGLORVM scripta, occurrit: Cùm certum sit pro Omnipotente Deo laborantibus ineffabilia ÆTERNI REGNI præmia reseruari, nobis tamen eis necesse est honorum beneficia tribuere, vt in SPIRITALIS OPERIS studio ex remuneratione valeant multipliciùs insu-

» dare. Et quia NOVA ANGLORVM ECCLESIA ad Omnipotentis Dei
» gratiam, eodem Domino largiente, & te laborante, perducta est;
» VSVM tibi PALLII, ad sola MISSARVM SOLEMNIA agenda, conce-
» dimus, ita vt per loca singula DVODECIM EPISCOPOS ordines, qui
» tuæ ditioni subiaceant: quatenus LVNDONIENSIS Episcopus Ciuita-
» tis semper in posterum A SYNODO PROPRIA DEBEAT CONSECRA-
» RI, atque HONORIS PALLIVM ab hac SANCTA ET APOSTOLICA,
» cui, AVCTORE DEO, deseruio, SEDE percipiat. Ad EBORACAM
» verò Ciuitatem TE VOLVIMVS EPISCOPVM MITTERE
» quem ipse iudicaueris ORDINANDVM: ita vt si eadem Ciuitas cum
» finitimis locis Verbum Dei receperit, IPSE quoque DVODECIM
» EPISCOPOS Ordinet, ET METROPOLITANI HONORE PERFRVA-
» TVR; quia ei quoque, si vita comes fuerit, PALLIVM TRIBVERE,
» Domino fauente, proponimus: quem tamen FRATERNITATIS vo-
» lumus DISPOSITIONI subiacere. Post obitum verò tuum, ita Epi-
» scopis quos Ordinauerit, præsit, vt LVNDONIENSIS Episcopi nul-
» lo modo ditioni subiaceat. Sit verò inter Lundoniæ & Eboracæ
» Episcopos ista distinctio, VT IPSE PRIOR HABEATVR, QVI PRIVS
» FVERIT ORDINATVS. COMMVNI autem CONCILIO & CONCOR-
» DI ACTIONE quæque erunt PRO CHRISTI ZELO agenda, dis-
» ponant, vnanimiter recta sentiant, & ea quæ senserint, non sibi-
» met discrepando, perficiant. Tua ergo Fraternitas non solùm eos
» Episcopos quos Ordinauerit, neque eos tantummodo qui per Ebo-
» racensem Episcopum fuerint Ordinati, sed etiam OMNES BRITAN-
» NIÆ SACERDOTES HABEAT, DOMINO DEO NOSTRO AVCTORE,
» SVBIECTOS: quatenus ex Vita & Lingua TVÆ SANCTITATIS, &
» Recte Credendi, & Bene Viuendi formam percipiant, atque OFFI-
» CIVM SVVM FIDE AC MORIBVS PROSEQVENTES, ad Cælestia, cùm
» Dominus voluerit, Regna pertingant. Hîc hîc tentandum est si forte expergefacere tuos, IACOBE REX, Nouatores possimus, qui his auditis, quasi semisomnes stupent. Audiunt enim PRIMO, vt de Operum æternis præmijs ac Spirituali & Ecclesiastica remuneratione taceam, AVCTORITATEM ET VSVM PALLII Primo Anglorum Episcopo Augustino, atque Anglicanæ Ecclesiæ, olim à Sede Apostolica Romanoque Pontifice concessum, vt superioris Libri initio dicturos nos pollicebamur. SECVNDO; MISSARVM SOLEMNIA, quæ Nouatores tam impudenter oppugnant, peregisse atque celebrasse; ac in illis duntaxat augustis tremendisque mysterijs, ARCHIEPISCOPALI PALLIO, siue OMOPHORIO, tanquam sacra quadam & singulari veste, vsum sanctissimum Anglorum Apostolum Augustinum, sic manifestum est, vt iam Nouatores fronte sententiam occultare non possint. Atque in eorum quæso gratiam, omniumque qui æquo animo in ipsa Antiquitate, Vtri nostrûm verè dicendi sint NOVATORES? requi-
» runt; ipsa Gregorij ad Augustinum verba ponderemus: Et quia, in-
» quit, NOVA ANGLORVM ECCLESIA ad Omnipotentis Dei gratiam
» eodem Domino largiente, & te laborante, perducta est, VSVM

tibi PALLII AD SOLA MISSARVM SOLEMNIA AGENDA «
concedimus: ita vt per loca singula Duodecim Episcopos Or- «
dines qui tuæ ditioni subiaceant: quatenus Lundoniensis Episco- «
pus Ciuitatis semper in posterum A SYNODO PROPRIA de- «
beat CONSECRARI, atque HONORIS PALLIVM ab hac «
SANCTA ET APOSTOLICA, cui, AVCTORE DEO, deser- «
uio, SEDE percipiat. Ex quibus verbis Tria, meo iudicio, Con- «
sectaria sunt: quorum primum velut TERTIVM Corollarium est; «
Episcoporum Ordinationem CONSECRATIONEM appellandam esse. QVARTVM; Archiepiscopale Pallium, HONORIS PALLIVM in Occidentali Ecclesia, ac præsertim in Veteris Angliæ DISCIPLINA, ex Isaiæ sexagesimo primo, vt facile conijcere est, olim solitum dici. QVINTVM; Sortitionis Pontificatus Maximi AVCTOREM DEVM; Romanamque Sedem, SANCTAM ET APOSTOLICAM SEDEM & haberi, & esse; atque ab ea Lundoniensem Episcopum HONORIS PALLIVM accipere posse ac debere. Quid vltra debuit (vt in Prophetis est) per Gregorium Deus facere Anglicanæ Vineæ suæ, & non fecit? Res enim Gregorio ita præuisa atque præcauta est, vt, nisi Nouatorum vel vitio, vel damno, periculosior sit in Anglia Morum quàm Temporum Conuersio, futurum fuerit vt vel illo solum PALLII Hereditario Iure, nulla vnquam impeditura sit Ætas aut Nouitas, quominus Anglicana Ecclesia Romanæ Sedis Communionem, tanquam à Maioribus acceptam hereditatem, adeat. Atque hæc QVINTO loco dicta sint. SEXTO autem METROPOLITANI HONOS in medium profertur; atque iterum Archiepiscopalis Pallij veneranda mentio fit. SEPTIMO; Episcoporum Iurisdictiones à Romano Pontifice dispensantur, statuuntur, distinguntur.

Is. 61. v.

Is. 5. v. 4.

Gentibus est alijs tellus data Limite certo:
ROMANÆ spatium est VRBIS & ORBIS idem.

OCTAVO; Religiosum inter Archiepiscopos Honorem Gregorius Ordinatione, ac Ordinationis ordine & tempore metiendum, vt inter Episcopos iam alibi supra decernit, dum ait: Sit «
vero inter Lundoniæ & Eboracæ Episcopos ista distinctio, vt «
ipse prior habeatur, qui priùs fuerit Ordinatus. NONO; o- «
mnes Britanniæ Sacerdotes subijcit Augustino Gregorius; vt & Britannia Sacerdotes habere atque retinere doceatur, & Episcopi atque Sacerdotis vel Presbyteri quanta sit, DOMINO (vt loquitur Gregorius) DEO NOSTRO AVCTORE, differentia innotescat. Ratio verò quam adiungit Gregorius, satis superque declarat, ab Episcopis & Fidei & Morum normam ipsis non modo Laïcis, sed etiam Presbyteris petendam esse, atque Statum Ecclesiæ sub Romano Pontifice Monarchicum semper extitisse. Si quis verò malit Sacerdotum nomine Gregorium suo, vt supra vidimus, more intellexisse Episcopos, qui SACERDOTES MAGNI, ac per excellentiam

tanquam soli essent veri Sacerdotes, quorum cæteri vices gerunt, sæpenumero SACERDOTES simpliciter olim dicti: vnde nata nouantium Caluinistarum δυϛοργεσία est, Sacræ Hierarchiæ in Anglicano Primatu siue Primatia Anglicana luculentissimum documentum erit.

CAP. XXXIII. IAM serò quidem aggressi, sed seriò ingressi sumus disputationem ac locum DE DISCIPLINA ECCLESIÆ, vbi Romana Ecclesia de Nouitate TRIVMPHARE solet. En igitur illum locum Veteris videlicet Anglicanæ Historiæ, Gregoriana Fide, atque Epistolâ Sextâ Decimâ, quæ ad FELICEM, Siciliæ Episcopum data est, prosequamur. Hæc autem Pars Sexta Decima Antiquitatis Anglicæ sic se habet: » Reuerendissimo Fratri FELICI » Episcopo Gregorius, SERVVS SERVORVM DEI. Caput no- » strum quod est Christus, ad hoc sua MEMBRA nos esse voluit, vt » per eius largam Charitatem & Fidem, vnum nos in se CORPVS » efficeret: cui ita nos adhærere conuenit, vt quia sine ipso nihil es- » se possumus, per ipsum possimus esse quod dicimus. AB ARCE » CAPITIS res nulla nos diuidat; ne ab eo, si membrum eius esse » refugimus, & velut deiecti de Vite palmites, arescamus. Vt er- » go Redemptoris nostri habitaculum esse mereamur, in dilectio- Ioan. 14. v. 23. » ne ipsius toto mentis studio maneamus. Ipse namque, ait: Qui di- » ligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum: » & ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus. Exe- » git ergo dilectio tua, Frater Carissime, vt EX AVCTORITA- » TE SEDIS APOSTOLICÆ tuis deberemus CONSVLTIS re- » spondere. Quod licèt non prolixe sed succinctè agere festine- » mus, propter quasdam importunitates, QVÆ NOSTRIS PRÆ- » PEDIENTIBVS PECCATIS IN NOS SVPERVENERE, tuis » tamen hoc per reliqua SANCTORVM PATRVM INSTITV- » TA studijs perquirere latiùs & inuestigare committimus. Non » enim potest mens attrita, ET HONORIBVS ET IMPORTV- » NITATIBVS GRAVATA, & oppressionibus soluta, liberè de » his loqui. Non ergo ista ob id prætulimus, vt hæc & alia quæ ne- » cessaria fore cognouerimus, TVÆ SANCTITATI velimus de- » negare: sed vt quod hîc minùs inuenitur, latiùs perquiratur. DE » TRIBVS enim APOSTOLICAM SEDEM, in qua alitus es & » doctus, CAPITVLIS consulendum, PRÆDECESSORVM » TVORVM SEQVENS EXEMPLA, credidisti, id est, DE CON- » SANGVINITATIS CONIVNCTIONE, & DE VEXATIONE » EPISCOPORVM A SVBDITIS, & DE ECCLESIARVM DV- » BITATONE CONSECRATIONVM. Quod autem scripsi AV- » GVSTINO, ANGLORVM GENTIS EPISCOPO, ALVMNO » videlicet, vt recordatus es, TVO, DE CONSANGVINITATIS CON- » IVNCTIONE, ipsi & ANGLORVM Genti, quæ nuper ad Fidem » venerat, ne à bono quod cœperat, metuendo austeriora, recede- » ret; SPECIALITER ET NON GENERALITER, cæteris me » scripsisse cognoscas. Vnde & mihi OMNIS ROMANA CIVITAS exstitit

testis, nec ea intentione hæc illis scriptis mandaui, vt postquam «
firma radice in Fide fuerint solidati, si infra propriam fuerint «
consanguinitatem inuenti, non separentur; aut infra Affinitatis «
Lineam, id est, vsque ad Septimam Generationem, coniungan- «
tur: sed adhuc illos NEOPHYTOS exsistentes sæpissime eos «
priùs illicita docere vitare, & verbis ac exemplis instruere, & «
quæ post de talibus egerint rationabiliter & fideliter excludere «
oportet. Nam iuxta Apostolum, qui ait: Lac vobis potum de « 1.Cor.3.
di, non escam; ista ILLIS modò, NON POSTERIS, vt præfi- « v.2.
xum est, temporibus tenenda indulsimus; ne bonum, quod in- «
firma adhuc radice plantatum est, erueretur, sed cœptum fir- «
maretur, & vsque ad perfectionem custodiretur. Sanè si in his «
secus quàm debuimus aliquid egimus, non propter ipsam, sed «
commiserando actum esse cognoscas. Vnde TESTEM INVO- «
CO DEVM, qui cogitationes omnium nouit, cuius etiam ocu- « Hebr. 4.
lis omnia nuda sunt & aperta. NAM SI EA DESTRVEREM « v.13.
QVÆ ANTECESSORES NOSTRI STATVERVNT, NON «
CONSTRVCTOR, SED EVERSOR ESSE IVSTE COMPRO- «
BARER, testante Veritatis voce, quæ ait: Omne REGNVM in « Luc. 11.
se ipsum diuisum non stabit, ET OMNIS SCIENTIA ET LEX « v.17.
ADVERSVS SE DIVISA, DESTRVETVR. Ideoque NECES- «
SE EST VT OMNES CONCORDITER STATVTA SAN- «
CTORVM PATRVM NOSTRORVM TENEAMVS: nihil vi- «
delicet PER CONTENTIONEM agentes, sed ad omne studium «
bonæ deuotionis vnanimes DIVINIS ET APOSTOLICIS CON- «
STITVTIONIBVS, auxiliante Domino, pareamus. O QVAM «
BONA EST CHARITAS, QVÆ ABSENTIA PER IMAGINEM, PRÆ- «
SENTIA SIBIMETIPSIS EXHIBET PER AMOREM! diuisa vnit, «
confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta consummat. Quàm «
rectè PRÆDICATOR EGREGIVS Vinculum perfectionis vocat: quia « Coloss. 3.
VIRTVTES quidem CÆTERÆ PERFECTIONEM GENERANT, SED « v.14.
TAMEN EAS ITA CHARITAS LIGAT, VT AB AMANTIS MENTE «
DISSOLVI IAM NEQVEANT. His rite perpensis, Charitati «
Tuæ iam dictis indulsi; nec præceptum dedi, sed CONSILIVM; «
nec REGVLAM in his Posteris vllis tenendam tradidi, sed de duo- «
bus periculis quod facilius vitandum sit, ostendi. SI IGITVR «
IN REBVS SÆCVLARIBVS SVVM CVIQVE IVS ET PROPRIVS «
ORDO SERVANDVS EST, QVANTO MAGIS IN ECCLE- «
SIASTICIS DISPOSITIONIBVS NVLLA DEBET INDVCI «
CONFVSIO, NE IBI DISCORDIA LOCVM INVENIAT, VN- «
DE PACIS BONA DEBENT PROCEDERE? QVOD HAC RATIO- «
NE SERVABITVR, SI NIHIL POTESTATI, SED TOTVM ÆQVI- «
TATI TRIBVITVR. Quapropter multùm cor nostrum MAGNI- «
TVDINI VESTRÆ congaudet, QVOD SIC VOS IN VESTRIS «
ACTIBVS STVDIOSOS INVENIMVS, VT ET NOSTRI CVRAM HA- «
BEATIS: quatenus talia vobis non solùm APVD HOMINES GLORIAM, «

» ſed & APVD OMNIPOTENTEM DOMINVM PRÆMIA MERCEDIS ac-
» quirant. Cæterum SVPER VEXATIONE EPISCOPORVM, quia nos
» conſulere voluiſtis, SCIMVS QVIA A NVLLIS VITA PRÆSVLVM
1 Reg. 24. » PERTVRBARI DEBET: quoniam ſi Dauid, REGVM IVSTISSIMVS, in
v. 7. » Saül, quem conſtabat iam à Domino reprobatum & abiectum eſſe,
» manum mittere non præſumpſit; quantò magis cauendum eſt, ne
» MANVM DETRACTIONIS AVT DEHONORATIONIS quidam mittant
» in VNCTVM DOMINI, vel in PRÆDICATORES SANCTÆ ECCLE-
» SIÆ: quia eorum Vexatio ſiue Detractio ad Chriſtum pertinet,
» CVIVS VICE IN ECCLESIA LEGATIONE FVNGVNTVR: Vnde ſum-
» mopere cauendum Omnibus Fidelibus, ne clanculò aut publicè
» EPISCOPVM SVVM, ID EST, VNCTVM DOMINI, detractionibus
Num. 12. » aut vituperationibus dilanient; perpendentes illud exemplum Ma-
v. 1. » riæ, quia pro eo quòd Moyſi, Famulo Dei, propter Æthiopiſſam
v. 10. » detraxit, immunditia Lepræ mulctata ſit: & illud Pſalmiſtæ: Nolite
Pſal. 104. v. 15. » tangere CHRISTOS meos, & in PROPHETIS meis nolite malignari. Et
Exod. 22. » LEGE DIVINA legitur: Diis non detrahes, & POPVLI tui PRINCIPI
v. 28. » non maledices. Vnde valde prouidendum eſt ſubditis, tam Clericis
» quàm Laïcis, ne EPISCOPORVM, ne PRÆPOSITORVM vitam TE-
» MERE reprehendant, ſi quid eos fortaſſe agere REPREHENSIBILITER
» vident; NE VNDE MALA REDARGVVNT, INDE PER ELATIONIS
» IMPVLSVM IN PROFVNDIORA MERGANTVR. Admonendi ſunt
» etiam, ne cùm culpas PRÆPOSITORVM ſuorum conſiderant, con-
» tra eos audaciores fiant: SED SIC EORVM PRAVA APVD SEMET-
» IPSOS CONSIDERENT, VT DIVINO TIMORE CONSTRICTI, FERRE
» SVB EIS IVGVM REVERENTIÆ NON RECVSENT, quoniam facta
» ſuorum EPISCOPORVM vel PRÆPOSITORVM oris gladio non ſunt
» ferienda, etiam cùm rectè reprehendenda videntur: quoniam A
» PRÆDECESSORIBVS NOSTRIS & à reliquis multis Sanctis Epiſcopis
» STATVTVM fore cognoſcimus, VT OVES PASTORES SVOS NON
» REPREHENDANT, NEC EOS CRIMINARI VEL ACCVSARE PRÆSV-
» MANT: quia CVM IN PRÆPOSITOS DELINQVIMVS, EIVS ORDI-
» NATIONI QVI NOBIS EOS PRÆTVLIT, OBVIAMVS. Vnde Moyſes
Exod. 16. » dum contra ſe & Aaron conqueri populum cognouiſſet, ait: Nos
v. 8. » enim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed con-
» tra Deum. Quapropter admonendi ſunt ſubditi VTRIVSQVE OR-
» DINIS VIRI, vt cùm MAGISTRORVM facta conſpiciunt, ad ſuum
» cor redeant, & de eorum increpationibus non præſumant: quia
Matt. 10. » non eſt Diſcipulus ſuper Magiſtrum, nec Seruus ſuper Dominum
v. 24. » ſuum. DE DEDICATIONVM verò ECCLESIARVM DVBITATIO-
Luc. 6. v. 40. » NE, ſuper qua inter cætera nos conſuluiſtis, hoc vos rite Tenêre
Ioan. 13. » debetis, quod nos AB ANTECESSORIBVS TRADITVM accepimus: id
v. 16 & 15. v. 20. » eſt, Vt quoties tam de Baptiſmo aliquorum, vel CONFIRMATIO-
» NE, quàm DE ECCLESIARVM CONSECRATIONE dubitatio habe-
» tur, & nec Scriptis nec Teſtibus ratio certa habetur, vtrùm Baptizati
» vel CONFIRMATI, ſiue ECCLESIÆ CONSECRATÆ ſunt;

vt Baptizentur tales ac CONFIRMENTVR, atque Ecclesiæ CANONICE DEDICENTVR, ne talis dubitatio ruina Fidelibus fiat. QVONIAM NON MONSTRATVR ITERATVM, QVOD NON CERTIS INDICIIS OSTENDITVR RITE PERACTVM. Hæc nos, adminiculante Diuina gratia, ITA tenêre cupimus, vobísque, vt postulatis, tenêre & docere mandamus, VT EA QVÆ A SANCTIS PATRIBVS ANTE NOS SVNT STATVTA, NON PROTERVE IRRVMPERE, SED FIDELITER SERVARE OPTEMVS. Vnde Redemptoris Misericordiam exoramus, vt sua vobis omnibus gratia suffragetur, & effectu implere vos tribuat, quod velle concessit: quia in hac re tantò COMMODA RETRIBVTIONIS accrescunt, quantò & STVDIVM LABORIS augetur. Progeniem verò suam vnumquemque de his qui fideliter edocti sunt, etiam firma radice plantati, stant inconuulsi, VSQVE AD SEPTIMAM obseruare decernimus GENERATIONEM. Et quamdiu se affinitate agnoscunt propinquos, ad huius copulæ non accedere societatem præsumant: nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, VEL ALIQVA ILLICITA POLLVTIONE MACVLAVIT, in coniugium ducere vlli profectò licet Christianorum, vel licebit: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis est Deo, & cunctis bonis hominibus. Incestuosos verò nullo Coniugij nomine reputandos A SANCTIS PATRIBVS dudum STATVTVM esse legimus. IDEO NOLVMVS NOS IN HAC RE A VOBIS, SIVE A CÆTERIS FIDELIBVS REPREHENDI, quod in his ANGLORVM GENTI INDVLSIMVS, non formam dando, sed consideratione, ne CHRISTIANITATIS BONVM quod cœperant, imperfectum dimitterent, egimus. PATERNA ergo vos DILECTIONE salutantes hortamur, vt propositas opportunitate occasiones in vestra efficacia enixiùs elaborare debeatis, atque id modis quibus possibile fuerit omni studio agere contendatis; quatenus PRÆDICABILE DESIDERIVM vestrum in auxilium omnium, adiuuante Domino, compleatis. Nec hoc quoque IN HAC SOLLICITVDINIS PARTE RELINQVIMVS, QVOD OMNES INCESTVOSI A LIMINIBVS SANCTÆ ECCLESIÆ SINT SEPARANDI, QVOVSQVE PER SATISFACTIONEM PRECIBVS SACERDOTVM, EIDEM SANCTÆ ECCLESIÆ CATHOLICÆ RECONCILIENTVR. Sunt enim mali segregati à bonis, iniqui à iustis: vt saltem RVBORE SVO conscientias suas recognoscant, & conuertantur à prauitatibus suis. Et, si incorrigibiles apparuerint, segregentur à Fidelibus vsque ad satisfactionem, iuxta Saluatoris Domini sententiam, quâ inter cætera DE PECCANTE IN SE FRATRE PRÆCIPIENDO, ait: Si peccauerit in te Frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es Fratrem tuum: si autem non audierit te, adhibe tecum Duos vel Tres, vt in ore Duorum vel Trium testium stet omne verbum: quòd si non audierit, dic ECCLESIÆ: si autem ECCLESIAM non audierit, sit tibi ETHNICVS & PVBLICANVS. His ergo & aliis multis SANCTORVM PATRVM auctoritatibus segregandi sunt mali à bonis, ne pereant iu- Matt. 18. v. 15. Luc. 17. v. 3.

Eccl. 7. v. 16. » ﬅi pro iniuﬅis, ſicut ſcriptum eﬅ: Perit iuﬅus pro impio. Debet
» enim diſcretio fieri inter bonos & malos, ſicut eſt inter hœdos &
» oues. Manifeſta quoque peccata non ſunt occulta correctione pur-
» ganda, ſed PALAM SVNT ARGVENDI QVI PALAM NOCENT; vt
» dum aperta obiurgatione ſanantur, ij qui, eos imitando, delique-
» rant, corrigantur. DVM enim VNVS CORRIPITVR, PLVRIMI
» EMENDANTVR. Et melius eſt vt pro multorum ſalute vnus con-
» demnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur. Nec mi-
» rum ſi inter homines hæc ratio cuſtoditur, cùm & INTER IVMEN-
» TA hoc fieri perſæpe cognouimus, vt ea quæ ſcabiem aut impetigi-
» nem habere videntur, SEPARENTVR à ſanis, ne illorum morbo ſa-
» na damnentur & pereant. Vnde volumus nos in vnum conuenire
» Epiſcopos, vt de incidentibus cauſis fiat diſceptatio, & ſalubris DE
» ECCLESIASTICA OBSERVATIONE collatio, quatenus dum per hoc &
» præterita corriguntur & REGVLAM futura ſuſcipiunt, Omnipotens
» vbique Dominus FRATRVM ORE collaudetur: CVIVS VOBIS AD-
» ESSE PRÆSENTIAM, SI HÆC OBSERVAVERITIS, SCITOTE; quia
Matt. 18. » ſcriptum eſt: Vbi fuerint Duo vel Tres congregati in nomine meo,
v. 20. » ibi in medio eorum ſum. Si ergo dignatur adeſſe duobus vel tri-
» bus congregatis, quantò magis non deerit, vbi plures conueniunt
» SACERDOTES? Et quidem quia adhibendum BIS in anno Conci-
» lium, PATRVM ſit REGVLIS inſtitutum, non latet. Sed ne fortè
» aliqua excuſatio ſit, SEMEL decreuimus congregari, VT EXSPECTA-
» TIONE CONCILII NIHIL PRÆSVMATVR ILLICITVM: NAM PLE-
» RIQVE, ET SINE AMORE IVSTITIÆ, METV EXAMINATIONIS, ABS-
» TINENT AB HOC QVOD OMNIVM NOTVM EST POSSE DISPLI-
» CERE IVDICIO. Hanc, Frater Cariſſime, Obſeruantiam NOSTRIS
» RELINQVENDAM POSTERIS teneamus, & omnia quæ ad eruditio-
» nem noſtram SACRIS APICIBVS ſcripta ſunt, cuſtodiamus, atque
» ad ea quoſcumque poſſumus exciremus. Certum quippe eſt, quia
» ſi toto corde præceptis ſalutaribus nos occupamus, omnem vitio-
» rum labem effugimus: quia dum his quibus ædificamur, innitimur,
» locum ſine dubio deceptionis excludimus. Quapropter oportet vt
» enixiùs in cunctis ſtudioſos vos circa Fratres atque Subiectos oſten-
» datis, vt omnes cum quibus aliti eſtis, atque didiciſtis SANCTÆ
» ROMANÆ ECCLESIÆ PRÆCEPTIONIBVS PARERE, APOSTOLICÆ
» SEDIS PRÆCEPTA MVLTIPLICARE, aperriſſiméque nota facere co-
» gnoſcant: quia quod ſpecialiter tibi tuiſque, vt tuæ litteræ inno-
» tuerunt, CONSVLTIS ſcribimus, GENERALITER OMNIBVS TENE-
» RE MANDAMVS. Circa Subiectorum autem actus Fraternitas Tua
» ſit vigilans, VT CVM ILLIS EXEMPLVM, INSTRVCTIO, ET VITA
» MAGISTRA SIT, LINGVÆ VESTRÆ EXHORTATIONE DISCANT
» QVOD METVANT, ET DOCEANTVR QVOD DILIGANT: vt dum
» talenta credita cum lucro multiplicant, IN DIE RETRIBVTIONIS,
Matt. 25. » annuente diuina gratia, audire mereamini: Euge, Serue bone & fi-
v. 21. & 23. » delis, intra in gaudium Domini tui. Curam præterea de omnibus

quæ vobis aliisque Fratribus vestris, & generaliter cunctis pro il- «
larum rerum prohibitione scripsimus, habere vos per omnia co- «
gnoscamus: quia omni studio omnique adnisu necesse est Fraterni- «
tatis vestræ vigilantia compleatur, atque illic omnia quæ pro ani- «
marum scripsimus salute, fideliter recenseantur: quatenus & vos «
per hoc, vestrum zelum, qualiter vobis illicita displiceant, ostenda- «
tis, ET NOS VTILITER PROVIDISSE QVI VOS AC VESTRAM AD «
HOC PRÆ CÆTERIS PERSONAM ELEGIMVS, videamur. Omni- «
potens Deus sua vos protectione custodiat, honoremque perce- «
ptum moribus seruare concedat. Amen. Atque hæc, longissi- «
mâ Epistolâ ad FELICEM, Siciliæ Episcopum, Gregorius: nunc An-
tiquitates in ea inuentas, nostro more, Nouitatibus opponamus.
PRIMA in hac Gregorianæ Historiæ Parte Antiquitatis effigies in
eo eminet atque apparet, quòd in Pontificijs Rescriptis atque De-
cretis, Romanus Pontifex illud, vt hodieque fit, SERVVS SERVO-
RVM DEI, vt se omnium Pastoralem atque Apostolicam curam
suscepisse indicet, Saluti præmittere consueuit Ergo nouum est,
(si modò quid nouum atque intentatum Nouatoribus vsquam esse
potest) Auctoritatem Pontificiam, quam demonstrat, &, quam-
quam caput, tanquam sui partem, includit Anglicana Antiquitas,
vlla ex parte Anglos audere criminari. Atque adeo Gregorius Epi-
stolam sic exorsus est: Reuerendissimo Fratri Felici Gregorius, SER- «
VVS SERVORVM DEI. SECVNDA Antiquitas Romanam Sedem, «
APOSTOLICAM SEDEM agnoscit. TERTIA in his Gregorij verbis
latet; PRÆDECESSORVM TVORVM SEQVENS EXEMPLA: vt Apo- «
stolicam siue Romanam Sedem, de Fide ac DE DISCIPLINA EC-
CLESIÆ, more Maiorum, consulendam declararet, tametsi illa ex
omnium quoque Ecclesiarum floribus mel suum conficeret. Quod
cùm ante sexcentos annos, exemplis verbisque nostri Gregorij con-
firmaret Berno, vir doctus, Augiensis Abbas, libro De Officio Mis-
sæ, siue DE QVIBVSDAM REBVS AD MISSÆ OFFICIVM PERTI-
NENTIBVS, vbi Gallicanum Missale Vetus cum Romano confert,
hanc de Benedicto Octauo Papa, de Sancto Henrico Primo Impe-
ratore, de se Historiam narrat: Nam si ideo, vt sæpe dictum, il- «
lum ANGELICVM HYMNVM (intelligit Berno Canticum, GLORIA «
IN EXCELSIS) prohibemur in festiuis diebus canere, EO QVOD «
ROMANORVM PRESBYTERI NON SOLENT EVM CANERE, possu- «
mus simili modo POST EVANGELIVM Symbolum reticere, quod «
Romani vsque ad hæc tempora DIVÆ MEMORIÆ Henrici Impe- «
ratoris, nullomodo cecinerunt, sed ab eodem interrogati, cur ita «
agerent, me coram assistente, audiui eos eiusmodi responsum red- «
dere; videlicet: QVOD ROMANA ECCLESIA NON FVISSET ALI- «
QVANDO VLLA HÆRESEOS FÆCE INFECTA, SED SECVNDVM «
SANCTI PETRI DOCTRINAM IN SOLIDITATE CATHOLICÆ FIDEI «
PERMANERET INCONCVSSA; ET IDEO MAGIS HIS NECESSARIVM «
ESSE ILLVD SYMBOLVM SÆPIVS CANTANDO FREQVENTARE, «

» QVI ALIQVANDO VLLA HÆRESI POTVERVNT MACVLARI. At
» Dominus Imperator non antea desijt, quàm omnium consensu id
» Domino BENEDICTO APOSTOLICO persuasit, vt ad PVBLICAM
» MISSAM illud decantatent. Sed vtrùm hanc consuetudinem ser-
» uent adhuc, affirmare non possumus, quia certum non tenemus.
Hactenus Berno, apud quem Romanus Clerus eam responsionem vsurpat quam Sanctorum Hieronymi atque Augustini temporibus, Commentariolo suo in Symbolum inseruerat Aquileiensis Presby-
» ter Ruffinus, his verbis: Verùm, priùs quàm incipiam DE IPSIS SER-
» MONVM VIRTVTIBVS disputare, illud non importunè commonen-
» dum puto, quòd in diuersis Ecclesijs aliqua in his verbis inueniun-
» tur adiecta. IN ECCLESIA TAMEN VRBIS ROMÆ HOC NON DE-
» PREHENDITVR FACTVM: quod ego propterea esse arbitror, QVOD
» NEQVE HÆRESIS VLLA ILLIC SVMPSIT EXORDIVM: ET MOS INI-
» BI SERVATVR ANTIQVVS, EOS QVI GRATIAM BAPTISMI SVSCE-
» PTVRI SVNT, PVBLICE, ID EST, FIDELIVM POPVLO AVDIENTE,
» SYMBOLVM REDDERE: ET VTIQVE AD ADIECTIONEM HVIVS
» SALTEM SERMONIS EORVM QVI PRÆCESSERVNT IN FIDE, NON
» ADMITTIT AVDITVM. IN CÆTERIS AVTEM LOCIS QVANTVM IN-
» TELLIGI DATVR, PROPTER NONNVLLOS HÆRETICOS ADDITA
» QVÆDAM VIDENTVR, PER QVÆ NOVELLÆ DOCTRINÆ SENSVS
» CREDERETVR EXCLVDI. NOS TAMEN ILLVM ORDINEM SEQVI-
» MVR, QVEM IN AQVILEIENSI ECCLESIA, LAVACRI GRATIA, SVS-
» CEPIMVS. QVARTA tribus illis quæstionum generibus continetur, quæ huic Epistolæ scribendæ materiam suppeditauerunt; videlicet, DE CONSANGVINITATIS CONIVNCTIONE, DE VEXATIONE EPISCOPORVM A SVBDITIS, DE ECCLESIARVM DVBITATIONE CON-
Luc.18.v.2. SECRATIONVM: quæ hodierni Sectarij, qui nec Deum timent, nec Homines reuerentur, vel quia non curant, vel quia impugnant, haud anxiè quærunt. QVINTA hæc est: Ideoque necesse est, inquit Gregorius, vt omnes concorditer STATVTA SANCTORVM PATRVM teneamus; nihil videlicet per contentionem agentes, sed ad omne studium bonæ deuotionis, vnanimes Diuinis & APOSTOLICIS CONSTITVTIONIBVS, auxiliante Domino, pareamus. Duæ autem sunt huius Quintæ Obseruationis partes: quarum alterâ Romani Pontifices, siue Pontifices Maximi, SANCTI PATRES nominantur; alterâ verò Romanæ Constitutiones, APOSTOLICÆ & sunt & dicuntur. SEXTA; postquam Sanctorum Patrum, id est, Romanorum Pontificum, Statuta esse seruanda decreuit Gregorius, affirmat, obseruantiam, qua Diuinam Christi in Petro Auctoritatem, id est, Apostolicam siue Romanam Sedem, colimus, non solùm apud Homines Gloriam, sed & apud Omnipotentem Dominum Mercedis, vt loquitur, Præmia promereri, ac tanquam hereditatem acquirere atque obire. SEPTIMA; Gregorius Episcoporum Vexationem horrendam ac detestabilem declarat; Episcopum appellat VNCTVM DOMINI; ac tandem Episcopi & Prædicatorum Sanctæ Ecclesiæ

vexationem, siue detractionem, definir ad Christum pertinere, Cvivs vice, inquit, in Ecclesia legatione fvn- « gvntvr: ex illo procul dubio Pauli Posterioris ad Corinthios « quinto; Pro Christo ergo legatione fvngimvr, tanquam « 2 Cor. 5. Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, Reconci- « v. 20. liamini Deo. Addit præterea, admonendos esse subditos, tam « Clericos quàm Laïcos, dum praua apud semetipsos Episcoporum facta considerant, vt diuino timore constricti, ferre sub eis Ivgvm Reverentiæ non recusent. Ratio autem quæ à Gregorio redditur, hæc est: Quia cùm in Præpositos delinquimus, eius ordi- « nationi qui nobis eos prætulit, obuiamus. Octava; Gregorius « hanc Ecclesiasticam Regulam à Maioribus acceptam tradit: Quo- « ties tam de Baptismo vel Confirmatione, quàm de Ecclesiarum « Consecratione dubitatio habetur, & nec Scriptis nec Testibus ra- « tio certa habetur, vtrùm Baptizati vel Confirmati, siue Ec- « clesiæ Consecratæ sint, baptizentur tales ac confirmentur, atque « Ecclesiæ Canonice dedicentvr. Quocirca De Baptismate non « repetendo Sanctus ille, verè ἄλκιμος, Auitus, quarto suo libro, qui De Diluuio Mundi inscribitur, agens, argumentum ex inducto semel, & iterum non inducendo Diluuio, tanquam Mundi Baptismate, his versibus quos edidit, ducit:

Sic vnum Genitor Ivrans Baptisma Sacrabat,
Vt semel abluto Lymphis Purgantibus orbem,
Baptismum haud liceat nobis sperare Secundum.

Huius verò Antiquissimi atque Apostolici Canonis causam assignat Gregorius; Ne talis dubitatio ruina Fidelibus fiat: quoniam « non monstratur iteratum, quod non certis indicijs ostenditur ri- « tè peractum. Nona, Consanguinitatis Gradus continet Veteri « Apostolica Lege præscriptos, intra quos Nuptiæ, non Matrimonij dignitate, sed sceleris societate, coniunguntur. Decima, Indultum, (vt vocant) Apostolicum exhibet, siue Primam Dispensationem cum Anglis, Romani Pontificis Gregorij auctoritate, super nonnullis Gradibus Consanguinitatis factam; vt adhuc tenera & lasciuientia, necdum dura pati, Christianorum more, solita, renascentium Anglorum colla Christiano Iugo paulatim assuescerent. Vndecima; Felicem Episcopum Paterna dilectione salutans Gregorius, admonet, Romanum Pontificem ita Fratrem esse, vt Episcoporum Pater & Patriarcha sit. Dvodecima; Illam XII. Tabularum Legem, Incestvm Pontifices svpremo svpplicio sarcivnto, tanquam ab iniustis possessoribus vindicans, grauiora peccata, qualia profectò Incesta sunt, adeo seuerè punienda decernit, vt arcendi ab Ecclesia à cæterisque Fidelibus separandi sint qui talia committunt, quousque Per Satisfactionem, precibvs Sacerdotvm, eidem « Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ reconcilientur. Decima tertia; « congregatis Episcopis etiam in Concilijs Nationalibus, immo &

Prouincialibus interesse Christum, prædicat Gregorius; in iisque
» agendum de duobus esse: quorum alterum est, VT DE INCIDEN-
» TIBVS CAVSIS FIAT DISCEPTATIO; alterum verò, VT SALVBRIS DE
» ECCLESIASTICA OBSERVATIONE COLLATIO HABEATVR; quæ
certissimam Regulam Ecclesiasticam parit. Gregorius porrò sua
dicta confirmat notissimo illo testimonio Christi, quod quidem
Matt 18. » apud Matthæum his verbis scriptum reperitur: Vbi fuerint Duo
v. 20. » vel Tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum. ac
» tandem exclamat: Si ergo dignatur adesse Duobus vel Tribus con-
» gregatis, quantò magis non deerit vbi plures conueniunt SACER-
» DOTES? Quare Sexta Synodus, Actione decima octaua, postquam
Vniuersalia Quinque Concilia probasset, sanctéque commendasset,
& congregatos Episcopos DEI-FEROS PATRES, ΘΕΟΦΟΡΟΥΣ ΠΑ-
» ΤΕΡΑΣ, nuncupasset, illud nobis de se scriptum reliquit: Et qui-
» dem nos omnes Christo Deo continente, quod studebamus, facilè
» confecimus. DEVS ENIM MOVEBAT, DEVS CORONABAT
» CONSESSVM: Καὶ δὴ πάντες ἡμᾶς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ συνέχοντος, ὃ
σπουδαζόμενοι, ἀμόχθως διηνύσαμεν· ΘΕΟΣ ΓΑΡ ΗΝ Ο ΕΝΕΡΓΩΝ, ΚΑΙ
ΣΤΕΦΑΝΩΝ ΤΟ ΣΥΝΕΔΡΙΟΝ. Ac postea eadem Actione, Imperator
Constantinus Pogonatus, in Sacro suo Rescripto ad Leonem Secun-
» dum Pontificem Maximum: Compluries enim Ecclesia IMPRESSIO-
» NIBVS HÆRESVM periculosè ægrotauit: at non aliter ORTHODOXIÆ
» accepit MEDICINAM, quàm Piorum & CHRISTI-AMANTIVM Im-
» peratorum Adhortationibus, Sacerdotum vero A-DEO-INSTINCTO-
» RVM Consensionibus ac Cœtibus: Πολλάκις γὰρ ἡ Ἐκκλησία, ταῖς ΕΙΣΒΟΛΑΙΣ
ΤΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ἐπικινδύνως ἐνόσησεν, ἀλλ᾽ οὐχ ἑτέρως ἐδέξατο ΤΗΣ ΟΡΘΟ-
ΔΟΞΙΑΣ ΤΗΝ ΙΑΣΙΝ, εἰ μὴ ταῖς τῶν εὐσεβῶν καὶ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΩΝ Βασιλέων Προσ-
κλήσεσι, καὶ ταῖς τῶν ΘΕΟΦΟΡΩΝ ΙΕΡΕΩΝ Συνθέσεσί τε καὶ Συνελεύσεσι. Ex eo au-
tem quòd Concilijs intersit Christus; Synodalis, Conuentus, ANGELI-
CVS, CHORVS, Ἀγγελικὸς Χορός, ANGELICA MILITIA, Ἀγγελικὴ Στρατηγία,
vel Ἀγγελικὴ Στρατιά, Generalis Concilij Chalcedonensis Actione ter-
tia in Libello Ischyrionis Diaconi, necnon & in Libello Sophronii
ad Sanctum Leonem, ac SACROSANCTVM CONCILIVM, appellatur.
DECIMA QVARTA exhortationem, DISCIPLINA veteri, id est, No-
» uatoribus oppositâ atque contrariâ, plenam subiicit: Quapropter
» (ad Episcopum Felicem inquiebat Gregorius) oportet vt enixiùs in
» cunctis studiosos vos circa FRATRES ATQVE SVBIECTOS ostenda-
» tis, vt omnes cum quibus aliti estis atque didicistis SANCTÆ RO-
» MANÆ ECCLESIÆ PRÆCEPTIONIBVS parêre, APOSTOLICÆ SEDIS
» PRÆCEPTA MVLTIPLICARE, apertissiméque nota facere cognoscant:
» quia quod specialiter tibi tuisque, vt tuæ litteræ innotuerunt, CON-
» SVLTIS scribimus, generaliter omnibus tenêre mandamus. DECIMA
QVINTA atque VLTIMA, Sedis Apostolicæ in Episcopos auctoritatem
sic etiam optimè repræsentat, dum vehementer commendans Grego-
rius Felici demandatam Episcopalem Animarum Curam, hæc addit:
Quatenus & vos per hoc, vestrum zelum, qualiter vobis illicita displi-
ceant

ceant, oſtendatis, ET NOS VTILITER PROVIDISSE, QVI VOS AC VESTRAM AD HOC PRÆ CÆTERIS PERSONAM ELEGIMVS, videamur. AC tandem ex offuſis Nouitatis tenebris in clariſſimam Antiquitatis lucem emerſimus; & iam propiùs admoti, ac prope dicam, appulſi, quaſi terram videmur videre, aliquandoque in portum ex longa nauigatione eſſe venturi. DECIMVM SEPTIMVM Gregorianæ Hiſtoriæ Veteris Angliæ, Caput apparet, non iam naſcentis, ſed adultæ, ac, vt loquitur Auguſtinus, FVNDATISSIMÆ ECCLESIÆ. His ergo Eccleſia Anglicana latentibus incrementis adoleuetat, cùm Toto Orbe notiſſimo Sancti Medardi Sueſſionenſis Priuilegio Epiſcoporum conſenſu concedendo atque firmando, Auguſtini noſtri Cantuariorum Archiepiſcopi & Angliæ Primatis quæritur auctoritas atque ſubſcriptio, quippe qui cæteras iam priores Eccleſias ſua grauitate ſuæque Eccleſiæ Anglicanæ SANCTA NOVITATE atque auctoritate roboraret. Itaque ſubſcribit ordine ac dignitate quintus Auguſtinus hoc nomine ac formula: AVGVSTINVS CANTVARIORVM EPISCOPVS SVBSCRIPSIT. Quoniam verò celeberrimum illud Pontificium, id eſt, Gregorianum, Diploma huiuſcemodi eſt, vt ea quæ in re diſperſa atque infinita viderentur eſſe, ratione & diſtributione ſub vno aſpectu ponat, ſiue perfectam Totius Eccleſiæ ſimilitudinem ac imaginem referat; operæpretium eſt integrum ſubiicere; vt & Eccleſiæ Vnitas, & Conſenſus Vniuerſitas, & Epiſcoporum Dignitas & Angliæ ſub Romano Pontifice Communitas, & Romanæ Sedis Auctoritas, & Eccleſiæ Gallicanæ in Monachos Pietas, & Franciæ Regum in Monaſteria Charitas, & omnis denique Religionis, cui poſt Epiſcopos ipſi Reges ſubſcribunt, Antiquitas à Nouitate vindicetur. Itaque Diploma recitemus, ex quo tanquam certiſſimo notiſſimoque Gregorij ſcripto Gregorius Septimus in Henricum Quartum, Imperatorem, argumentatus legitur, maximè cùm ad Hermannum Metenſem Epiſcopum, Epiſtolâ vigeſimâ libri octaui ſcribit: Pretioſiſſimis lapidibus in Diademate Chriſti meritò renitentibus, omnibuſque Sanctæ Dei Eccleſiæ membris, quorum VNIVERSALE CAPVT eſt Chriſtus, GREGORIVS, licèt SANCTÆ ROMANÆ SEDIS PONTIFICIO ſublimetur, humillimus tamen SERVORVM DEI SERVVS. Quando CATHOLICORVM REGVM corda, ad ea quæ PONTIFICALIBVS ſunt MONITIS prouocanda, ita ardenti deſiderio, diuina præueniente gratia, ſuccenduntur, vt ab eis vltro poſcantur; tantò ſunt lætiùs concedenda, QVANTO EA IPSA QVÆ CVPIVNT, SI NOLLENT FACERE, PETI DEBVERANT. Proinde iuxta FILIORVM noſtrorum Præcellentiſſimorum ſcripta Regum, BRVNICHILDIS, ac Nepotis eius THEODORICI, MONASTERIO SANCTÆ DEI GENITRICIS MARIÆ, AC BEATORVM PETRI APOSTOLORVM PRINCIPIS, NECNON PROTOMARTYRIS CHRISTI, STEPHANI, quod eſt in SVESSORVM Ciuitate ſitum, vbi SANCTVS MEDARDVS requieſcere, & VIR VE-

CAP. XXXIV.

» NERABILIS GAIRALDVS Abbas præesse videtur, huiusmodi PRIVI-
» LEGIA AVCTORITATIS NOSTRÆ DECRETO indulgemus, & ea ple-
» niùs confirmamus PRIVILEGIA quæ à Bonæ Memoriæ Domino,
» PAPA IOANNE, comitante Illustrium Regum clementia, CLOTA-
» RII scilicet & SIGEBERTI, huius nostræ FILIÆ IVGALIS, ipsi loco
» SVB ANATHEMATIS VINCVLO sunt concessa vel INDVL-
» TA, concedimus atque firmamus. Statuentes, nullum REGVM, AN-
» TISTITVM, vel Iudicum, nullum quacumque præditum digni-
» tate, ea quæ à PRÆCELLENTISSIMIS REGIBVS, vel qui-
» buslibet aliis Deum timentibus, loco concessa sunt, vel conferen-
» tur, sub cuiuslibet occasionis specie minuere vel auferre, vel suis
» vsibus applicare; sed cuncta quæ DEO SERVIENTIBVS MONA-
» CHIS oblata sunt, vel offerri contigerit, perenni tempore illi-
» bata, & sine aliqua inquietudine volumus possideri, eorum vsibus
» pro quorum sustentatione concessa sunt, modis omnibus profu-
» tura. Concedimus etiam, vt obeunte ABBATE, non alius ibi
» quicumque OBREPTIONIS astutiâ Ordinetur, nisi quem COM-
» MVNIS CONSENSVS MONACHORVM elegerit, aut prævi-
» derit Ordinandum. Caueant autem præfati Monachi SIMONIA-
» CAM HÆRESIM, ne potentia REGVM vel Antistitum conuicti,
» loco Pastoris suscipiant TYRANNVM. Quod omnino fieri pro-
» hibemus; & eundem ABBATEM causa Ordinationis suæ, aliquid
» dare præsumere vetamus: ne hac occasione quæ à Fidelibus PIIS
» LOCIS offeruntur, vel oblata sunt, consumantur. Et quia Fama
» Religionis DEO SERVIENTIVM MONACHORVM nostras peruenit
» ad aures, quibus VIR VITÆ VENERABILIS GAIRALDVS præesse
» dignoscitur, iustis petitionibus Præcellentissimorum Regum, BRV-
» NICHILDIS atque THEODORICI, fauentes, ob amorem DOMINI
» MEDARDI, tantam DIVINI HONORIS DIGNITATEM ET SECVRI-
» TATEM concedimus perenni tempore mansuram. Auctoritate igi-
» tur diuina, VICE BEATI PETRI APOSTOLORVM PRIN-
» CIPIS, consensu omnium ROMANORVM PONTIFICVM, & volun-
» tate TOTIVS SENATVS ROMANI, suadente nobis VIRO
» APOSTOLICO ANSERICO, Suessorum vrbis Pontifice, ET
» OMNIVM GALLIÆ EPISCOPORVM FAVENTE IVDI-
» CIO, decernimus, Vt nullus Archiepiscoporum vel ARCHI-
» DIACONORVM Fratres præfatæ BASILICÆ de Ordinatione sui
» ABBATIS vel ECCLESIASTICORVM GRADVVM ASSVM-
» PTIONE inquietet, sed secundùm PRÆROGATIVAM ipsius
» loci vobis modò recitaram, Beatissimi Prædecessoris nostri Do-
» mini IOANNIS PAPÆ tempore decretam, & APOSTOLICA
» AVCTORITATE FIRMATAM, Ordinationem sui ABBATIS
» ipsi Fratres peragant, & ECCLESIASTICORVM GRADVVM
» DIGNITATEM suscipiant, CONSECRATIONES quoque
» FONTIVM, & SCRVTINII MYSTERIA in ipso Monaste-
» rio celebrent; CHRISMATIS quoque, ac OLEI Altaris, CA-

LICIS, CORPORALIS, A Quocumque voluerint Pontifice « BENEDICTIONEM expetant; ne TANTVS HONOR à quoquam RECTORE, vllius occasionis causâ, vel necessitatis, intermittatur; ne vilescat TANTÆ SVBLIMITATIS locus, Sanctæ MARIÆ & BEATI PETRI, necnon & PROTOMARTYRIS, & DOMINI MEDARDI MERITIS SACRATVS: quem CAPVT MONASTERIORVM TOTIVS GALLIÆ Constituimus, nulliusque ditioni patimur subesse, sed VELVT HÆC SEDES ROMANA SPECVLATIONEM SVAM TOTI ORBI INDICIT, ET NOVAS CONSTITVTIONES (aliàs,) CONSVETVDINES OMNIBVS MITTIT, ET OMNIVM PERSONARVM SERVITIO CARET; ita præfatus locus, remota omni consuetudine pessimâ REGVM, ANTISTITVM, IVDICVM, exemplum DIVINÆ RELIGIONIS & honestatis cæteris exhibeat Monasteriis, & super ea PLENA gaudeat LIBERTATE. Cuius Rectores & Filij præsentes & successuri TANTVM SVB REGVM CVSTODIA POSITI admonitionem SANCTI PETRI ET SVCCESSORVM suorum huius Sanctæ Romanæ Sedis Pontificum auctoritate proclament: &, si incumbit necessitas, adeant. HVIVS REI GRATIA FRATRIBVS DIRIGENDIS IN VIA TANTI ITINERIS FILIA NOSTRA BRVNICHILDIS REGINA XX MANSOS INGENVOS, ET TOTIDEM SERVILES, CVNCTA INTEGRITATE ÆTERNALITER FACTA PRÆCEPTIONE IVXTA FINEM ALPIVM CONTVLIT: ET MVLTOS ALIOS REDITVS TERRARVM OB HANC CAVSAM DELEGAVIT, SITOS IN EIVSDEM ITINERIS SPATIO. Tusiacum verò & Mortinetum Fiscos Regios communiter AD STIPENDIA FRATRVM dedit, & ita omnes Villas DEO ET SANCTO MEDARDO traditas, vel tradendas, sua præceptione conclusit, vt quicumque SVPER TERRAS DOMINI MEDARDI habitare voluerit, vel steterit, siue seruus, siue liber, cuiuscumque sit, alterius dominio priuetur, ET SANCTÆ DEI GENITRICIS SERVITIO APTETVR, nec vltrà redeundi licentiam habeat. Quòd si fugerit, REPVTETVR VT SERVVS NVNCIVSQVE SANCTÆ DEI ECCLESIÆ. De Altaribus quoque iuxta institutionem Domini PAPÆ IOANNIS, Apostolica auctoritate confirmamus, vt qui fuerit Rector præfati Monasterij, fiat præterea ALTARIVM PRÆSVL, & omnium Ecclesiarum sibi pertinentium, & inde præfatorum Sanctorum PRÆCIPVO ALTARI LVMINARIA exhibeantur, & HOSPITALITAS PEREGRINORVM CVM REVERENTIA AGATVR. Subiungimus & aliud Edictum: Si causa capitalis criminis ABBAS est deponendus, non priùs deponatur donec DEPOSITORES Apostolicam Auctoritatem requirant, & ita sint tres METROPOLITANI cum SVFFRAGANEIS suis, & ABBATES QVAMPLVRIMI. In ipso autem CONCILIO «

» accusatores, vnusquisque cum DVODECIM TESTIBVS, præ-
» sentes assistant, & ita Veri Iudicij examine probent se vidisse, vt
» audiente CONCILIO obtestentur. Ad vltimum verò ipse AB-
» BAS rationes suæ excusationis reddat, ET IVRISIVRANDI
» PACTO SVPRA SACRORVM MYSTERIA QVATTVOR
» EVANGELIORVM SATISFACIAT. Tunc verò si
» conuictus fuerit, correctione deponatur: sin autem, suo hono-
» ri reddatur, & ECCLESIASTICÆ DIGNITATIS MY-
» STERIA recipiat, & INTER SACRA MISSARVM SOLE-
» MNIA BENEDICTIONEM ET PRÆDICATIONEM iuxta
» Instituta Domini PAPÆ IOANNIS peragat, & suæ CONVER-
» SATIONIS VITAM melioribus exemplis deducat. Monachis
» quoque hanc proponimus sententiam; vt nullus eorum, inuidiâ, aut
» odio ABBATIS, quod absit, comprimatur, vel extranearum per-
» sonarum censura plectatur. Quòd si culpa PRINCIPALIS VI-
» TII deliquerit, priuatim intra Claustrum eiusdem Monasterij ab
» ipso ABBATE & SPIRITVALIBVS FRATRIBVS argua-
» tur, & à Corpore SANCTÆ CONGREGATIONIS segrege-
» tur. Quòd si perseuerante contumacia abscissus fuerit, præcipi-
» mus illi vt PRECATORIAS accipiens LITTERAS quodcum-
» que voluerit ingrediatur Monasterium, aut CAVSA POENITENTIÆ,
» huius SEDIS APOSTOLICÆ licentiam petat; & susceptis à
» DOMINO PAPA litteris, liber suum Monasterium repetat. Hæc
» igitur omnia quæ huius Apostolicæ Auctoritatis & NOSTRÆ
» PRÆCEPTIONIS PRIVILEGIO continentur, præfati Mona-
» sterij Rectoribus & Filiis præsentibus & futuris, & omnibus Mo-
» nasteriis ipsi loco subiectis vel sociatis, SVB ANATHEMATE
» SERVANDA constituimus. Si quis autem REGVM, ANTI-
» STITVM, IVDICVM, vel quarumcumque sæcularium personarum,
» huius Apostolicæ Auctoritatis & NOSTRÆ PRÆCEPTIO-
» NIS DECRETA violauerit, aut contradixerit, aut negligenter
» duxerit, vel Fratres inquietauerit, vel conturbauerit; vel aliter or-
» dinauerit, cuiuscumque dignitatis vel sublimitatis sit, HONORE
» SVO PRIVETVR, ET VT CATHOLICÆ FIDEI DEPRA-
» VATOR, VEL SANCTÆ DEI ECCLESIÆ DESTRVCTOR, CON-
» SORTIO CHRISTIANITATIS ET CORPORE AC SANGVI-
» NE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI sequestretur, & O-
» MNIVM MALEDICTIONVM ANATHEMATE, quibus INFI-
» DELES ET HÆRETICI ab initio sæculi vsque in præsens da-
» mnati sunt, CVM IVDA TRADITORE DOMINI, IN IN-
» FERNO INFERIORI damnetur; nisi dignâ pœnitentiâ
» præfatorum SANCTORVM sibi propitiauerit CLEMEN-
» TIAM, & Fratrum COMMVNEM RECONCILIAVERIT CON-
» CORDIAM. Ego GREGORIVS, Sanctæ Romanæ Se-
» dis Antistes huic PRIVILEGIO subscripsi. Euterius,

Arelatensis Archiepiscopus subscripsit. Gregorius, Portunensis « Episcopus subscripsit. Andreas, Albanensis Episcopus subscripsit. « AVGVSTINVS, CANTVARIORVM EPISCOPVS subscripsit. Anasta- « sius, Tiburtineæ Episcopus subscripsit. Sergius, Prænestinæ Episco- « pus subscripsit. Petrus, Ananiæ Episcopus subscripsit. Agnellus, « Futrinæ Episcopus subscripsit. MELLITVS, LVNDONIÆ EPISCO- « PVS subscripsit. Ioannes, Veliternensium Episcopus subscripsit. « Tiberius, Syluæ Candidæ Episcopus subscripsit. Marinianus, Ra- « uennatis Ecclesiæ Episcopus subscripsit. Vitulinus, Sipuntinensis « Episcopus subscripsit. Ioannes, Syracusanorum Episcopus subscri- « psit. Sabinianus, Tudertinorum Episcopus subscripsit. EVLOGIVS, « ALEXANDRIÆ EPISCOPVS subscripsit. DOMINICVS, CARTHAGI- « NIENSIS EPISCOPVS subscripsit. Fortunatus, Neapolitanorum Epi « scopus subscripsit. Ioannes, Surrentinus Episcopus subscripsit. Pri- « mæuius, Nunciensium Episcopus subscripsit. Felix, Portuensium « Episcopus subscripsit. Gloriosus, Ostiensium Episcopus subscripsit. « Constantius, Narniensis Episcopus subscripsit. Constantius Medio- « lanensis Episcopus subscripsit. SVTELLIVS, BVRDEGALENSIVM « EPISCOPVS subscripsit. Vitalis, Vesuncensium Episcopus subscri- « psit. Bonifacius, Placentiæ Episcopus subscripsit. SYAGRIVS, AV- « GVSTODVNENSIVM EPISCOPVS subscripsit. FLAVIVS, REMORVM « EPISCOPVS subscripsit. ANSERICVS, SVESSORVM EPISCOPVS sub- « scripsit. THEODORICVS REX subscripsit. BRVNICHILDIS REGI- « NA subscripsit. Ego PETRVS SANCTÆ ROMANÆ SEDIS subscri- « si & sigillaui. Datum VII. Kalend. Iunij Anno ab Incarnatione « Domini; Quingentesimo nonagesimo tertio, Mense Iunio, Indi- « ctione vndecima. Hic Orbe Toto, tanquam communis periculi « propulsandi causâ, concurritur, videturque relinqui quasi sempiternum retinendæ conuenientiæ, repudiandæque Nouitatis monimentum: quod quidem sit posteris etiam nostris ad memoriam æternitatis, ara Religionis Antiquæ. Asia verò atque Africa, cum Europa nostra ita consentiunt, vt credibile sit non aliam ob causam Eulogium, Alexandrinum Patriarcham, ac Dominicum, Archiepiscopum Carthaginiensem, Africæ Primatem, cum Gregorio nostro, Romanæ Sedis Antistite ac Pontifice Max. huic vni Diplomati subscripsisse; quàm vt Ecclesiæ CATHOLICÆ Vnitati atque sibi ECCLESIAM ANGLICANAM (cuius Primas Augustinus huic postea SVESSIONENSI PRIVILEGIO subscripsit) inseruiisse, & contra Nouitatem armasse Romanus Pontifex, Occidentali atque Orientali Ecclesia teste, Posteritatis oculis legeretur. Porrò Dominicus Carthaginiensis Primas is erat qui de suscepto Pontificatu, Gregorio nostro gratulans, Quattuor ad eam Romam Legatos misit, Episcopos videlicet duos, Donatum & Quod-vult-Deum, victorem Diaconum, & Angelum Notarium; per quos post gratulationis impertitum officium, petiit ab eodem, vt concessa suæ Ecclesiæ Priuilegia salua esse vellet. Ad quem Gregorius, libro se-

cundo Pastoralem reddens Epistolam, hæc De Priuilegiis habet:
» De Ecclesiasticis verò Privilegiis quod vestra Fraternitas
» scribit: hoc postposita dubitatione teneat, quia sicut nostra
» defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua iura
» servamus: Nec cuilibet, favente gratia, vltra quam
» meretur, Impertior: nec vlli hoc quod sui iuris est, am-
» bitu stimulante, derogo: sed fratres meos per omnia
» honorare cupio; sicque studeo honore singulos sub-
» vehi; dummodo non sit quod alteri iure ab altero
» possit opponi. Hæc de his ipse, equidem Gregorio digna, Gre-
Matth. 18. v. 16. gorius. Cùm autem, vt scriptum est, in ore Duorum aut Trium
stet omne verbum; duobus præterea fidelissimis Angliæ testibus,
Avgvstino & Mellito, altero Cantuariæ, altero Lundoniæ
siue Londini, Episcopis, consignata atque communita est huius
Pontificij Diplomatis auctoritas: ne quid ad præcauendum ac se-
dandum, si quando oriretur, Anglicanum Schisma, à primis illis
Ecclesiæ Anglicanæ Fundatoribus prætermissum esset. Iam verò &
ipsum quid contineat Diploma, interiùs exploremus ac discutia-
mus. Ac Primvm quidem illud mecum, Sapientissime Rex,
» considera: Gregorivs, licèt Sanctæ Romanæ Sedis Ponti-
» ficio svblimetvr, humillimus tamen servorvm Dei ser-
» vvs. Vides Gregorium eius sedis Pontificio præcellentissi-
mum, in qua sederat ille Apostolorum Princeps, cui, vt vetus
orantis Ecclesiæ vox est, Ligandi atque Soluendi Pontificivm,
siue Omnimodam Potestatem, Dominus omnium, Traditis Claui-
bus, dedit. Secvndvm; Reges Filios, te audiente ac vidente, ap-
pellat Romanus Pontifex Gregorius. Tertivm; Suessionense Cœ-
» nobium vocat Gregorius, Monasterium Sanctæ Dei Genitricis Ma-
» riæ, ac Beatorum Petri Apostolorvm Principis, necnon
» Protomartyris Christi, Stephani, quod est in Suessorum Ciuitate si-
» tum, vbi Sanctus Medardus requiescere, & Vir venerabilis
» Gairaldus præesse videtur. Qvartvm; contemplare quòd quam-
uis Suessionensi Priuilegio cùm Alexandrinus Patriarcha, tum
Africæ Primas, & Rex Reginàque Galliæ subscribant atque suffra-
gentur; vnius tamen Gregorij Romaniue Pontificis in Rescripto
sonat auditurque auctoritas: idque etiam non tanquam nouum
aliquod inuentum, sed velut à certissima auctoritate olim, pro Re-
gum Christianissimorum desiderio, ab Apostolica Sede quæsitum,
atque iampridem sub Ioanne, huius nominis Tertio Pontifice Ma-
ximo, vsurpatum. Itaque diligenter notanda in hanc Sententiam
» verba sunt: Huiusmodi Privilegia, Auctoritatis Nostræ Decre-
» to, indvlgemvs, & ea pleniùs confirmamus privilegia quæ à
» bonæ memoriæ Domino Papa Ioanne, comitante Illustrium Re-
» gum Clementia, Clotarij scilicet & Sigeberti huius nostræ Filiæ
» Ivgalis, ipsi loco svb anathematis vincvlo sunt concessa vel
» indvlta, concedimus atque terminamus. Qvintvm; ad ea quæ

ſequuntur, ſi modò id ferre poſſint, animo attendant quæſo Nouatores: AVCTORITATE igitur DIVINA, (inquit Gregorius) VICE BEATI PETRI APOSTOLORVM PRINCIPIS, Decernimus. SEXTVM; Archiepiſcoporum auctoritas, vel Plenitudo Poteſtatis, ſiue Metropolitanorum, τὰ κῦρος, vt Magna Synodus Nicæna, quarto Canone præcipit, agnoſcitur; dum eam, Sueſſionenſis Monaſterij cauſâ, reprimit Gregorius compeſcitque, neu fortè poſthac in Abbatem & Monachos Sancti Medardi ſuo iure vtantur atque animaduerrant. SEPTIMVM; Archidiaconorum pariter mentione, dum eos quoque arcet à procuratione huius Monaſterij, & officium & poteſtatem compeſcendo ac diſpenſando declarat. OCTAVVM; de Ordinatione ſiue Inſtitutione Abbatis, & ECCLESIASTICORVM GRADVVM ASSVMPTIONE, Sueſſione haberi ſolita, agit Gregorius. NONVM; Conſecrationes FONTIVM, & SCRVTINII, vt loquitur Gregorius, MYSTERIA, numquid hîc Nouatores non agnoſcent, non ſtupebunt? DECIMVM; Chriſmatis, ac Olei Sancti, ſiue Catechumenorum, ſiue Infirmorum, Altaris, Calicis, Corporalis, meminit ea lege Gregorius, vt Benedictionem ſiue Conſecrationem à Pontifice, id eſt, Epiſcopo, priuſquam Eccleſiæ vſui ſint, ſortiantur. VNDECIMVM; Sancti Medardi Monaſterium dicitur, TANTÆ SVBLIMITATIS LOCVS, Sanctæ Mariæ, & Beati Petri, nec non & Protomartyris, & Domini Medardi MERITIS SACRATVS. Sanctorum enim cum Chriſto regnantium & Merita & Orationes prodeſſe Patres noſtri ſemper conſtanterque crediderunt. Vnde in Chalcedonenſi Concilio Generali Quarto Actione vndecima Cecropius Reuerendiſſimus Epiſcopus Sebaſtopolis dixit: DOMNE Stephane cognoſce QVANTVM POTEST Flauianus, Beatæ Memoriæ, ETIAM POST MORTEM (aliàs, ET IMPERATOR BEATÆ MEMORIÆ, ETIAM POST MORTEM) ΚΤΡΙ Στέφανε, πόσα δυνάσαι Φλαυιανὸς καὶ ὁ Βασιλεὺς, ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΘΑΝΑΤΟΝ: Reuerendiſſimi Epiſcopi & Clerici Conſtantinopolitani clamauerunt: VERITAS SIC HABET: OMNES HÆC IPSA DICIMVS. FLAVIANI ÆTERNA MEMORIA: ORTHODOXI ÆTERNA MEMORIA: ECCE VLTIO, ECCE VERITAS. FLAVIANVS POST MORTEM VIVIT: MARTYR PRO NOBIS ORET. FLAVIANVS POST MORTEM FIDEM EXPOSVIT. FLAVIANVS HIC EST. Orthodoxus Hîc eſt. Multos annos Imperatori. FLAVIANVS NOBISCVM IVDICAT: Πάντες οἱ Εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι, καὶ οἱ Κληρικοὶ Κωνσταντινουπόλεως, εἶπον. Η ΑΛΗΘΕΙΑ ΟΤΤΩΣ ΕΧΕΙ. ΠΑΝΤΕΣ ΤΑ ΑΤΤΑ ΛΕΓΟΜΕΝ. ΦΛΑΤΙΑΝΟΤ ΑΙΩΝΙΑ Η ΜΝΗΜΗ· ΤΟΤ ΟΡΘΟΔΟΞΟΤ ΑΙΩΝΙΑ Η ΜΝΗΜΗ. ΙΔΕ ΕΚΔΙΚΗΣΙΣ, ΙΔΕ ΑΛΗΘΕΙΑ. ΦΛΑΤΙΑΝΟΣ ΜΕΤΑ ΘΑΝΑΤΟΝ ΖΗ. Ο ΜΑΡΤΤΣ ΤΠΕΡ ΗΜΩΝ ΕΤΞΕΤΑΙ. ΦΛΑΤΙΑΝΟΣ ΜΕΤΑ ΘΑΝΑΤΟΝ ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ ΕΞΕΘΕΤΟ. ΦΛΑΤΙΑΝΟΣ ΩΔΕ ΕΣΤΙΝ. Ο Ὀρθόδοξος ΩΔΕ ΕΣΤΙΝ. Πολλὰ τὰ ἔτη τοῦ Βασιλέως. ΦΛΑΤΙΑΝΟΣ ΗΜΙΝ ΣΤΝΔΙΚΑΖΕΙ. DVODECIMVM; Hæc Sedes Romana, inquit Gregorius, ſpeculationem ſuam Toto Orbi indicit, & NOVAS CONSTITVTIO-

NES (aliàs, CONSVETVDINES) omnibus mittit. Quid igitur mirum videri debet, si quam, in dies, SANCTAM NOVITATEM in via morum, ab antiqua primaque, ac Apostolica Sede & exspectemus & admittamus? DECIMVM TERTIVM; Appellatio prouocatioque ad Sedem Apostolicam tanta erat veneratione, nascentis Ecclesiæ Anglicanæ temporibus, vt Regina Brunichildis Suessionensibus Monachis, præter Monasterij reditus annuos, ex Fisco Regio censum fundumque, atque agros ad Alpes vsque certos, assignaret. Id autem factitabat, ne quid Romanum iter impediret, & quòplus Suessione Romam viæ esset, cò plus viatici atque subsidij suis amantissimis Dei cultoribus compararet, ac faciliùs Exempti, ne quid inultum foret, ad primam Sedem commearent. DECIMVM QVAR-
» TVM, Sanctio Regia est: Vt quicumque SVPER TERRAS DOMINI
» MEDARDI habitare voluerit, vel steterit, siue seruus, siue liber
» cuiuscumque sit, alterius dominio priuetur, & SANCTÆ GENI-
» TRICIS SERVITIO aptetur. Scilicet, vt Proclus Episcopus Cyzici
Homiliâ quondam Constantinopoli DE INCARNATIONE habita,
» Sedente Nestorio, egregiè in Æde Maiore disputauit: SACRA DEI-
» PARA VIRGO MARIA est Τὸ ἀμόλυντον τῆς παρθενίας κειμήλιον, ILLI-
» BATÆ VIRGINITATIS PVRVS THESAVRVS, DECVSQVE ET OR-
» NAMENTVM; ὁ λογικὸς τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ παράδεισος, SPIRITVALIS vel
» RATIONALIS, SECVNDI ADAMI PARADISVS; Τὸ ἐργαστήριον
» τῆς ἑνώσεως τῶν φύσεων, VNIONIS NATVRARVM OFFICINA;
» ἡ πανήγυρις τοῦ σωτηρίου συναλλαγμάτων, SALVTARIS RECONCILIATIO-
» NIS PANEGYRIS; ἡ παστάς, ἐν ᾗ ὁ λόγος ἐνυμφεύσατο τὴν σάρκα, THALA-
» MVS IN QVO VERBVM HVMANAM CARNEM SIBI DESPONSA-
» VIT; ἡ ἔμψυχος τῆς φύσεως βάτος, ἣν τὸ τῆς θείας ὠδῖνος πῦρ οὐ κατέκαυσεν, ANI-
» MATVS NATVRÆ RVBVS, QVEM DIVINI PARTVS IGNIS NON
» COMBVSSIT; ἡ ὄντως κούφη νεφέλη, ἡ τὸν ἐπὶ Χερουβὶμ μετὰ σώματος βαστάσασα,
» VERE LEVIS ILLA NVBES QVÆ SVPER CHERVBIM SEDENTEM
» IN CORPORE SVO GESTAVIT; Ο τοῦ ἐξ οὐρανοῦ ὑετοῦ καθαρώτατος πόκος,
» ἐξ οὗ ὁ ποιμὴν τὸ πρόβατον ἐνεδύσατο, VELLVS MVNDISSIMVM CÆLE-
» STI PLVVIA MADENS, EX QVO PASTOR OVEM INDVIT; ἡ δούλη καὶ
» μήτηρ, ANCILLA ET MATER; ἡ παρθένος καὶ οὐρανός, VIRGO ET COE-
» LVM; ἡ μόνη θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους γέφυρα, SOLVS DEO AD HOMINES
» PONS; Ο φρικτὸς τῆς οἰκονομίας ἱστὸς, ἐν ᾧ ἀρρήτως ὑφάνθη ὁ τῆς ἑνώσεως χι-
» τών. οὗπερ ἱστουργὸς μὲν ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ τὸ ΑΓΙΟΝ· ἔριθος δὲ, Η ΕΞ ΥΨΟΥΣ
» ΕΠΙΣΚΙΑΣΑΣΑ ΔΥΝΑΜΙΣ. ἔριον δὲ, ΤΟ ΑΡΧΑΙΟΝ ΤΟΥ ΑΔΑΜ ΚΩΔΙΟΝ·
» κρόκη δὲ, Η ΕΚ ΠΑΡΘΕΝΟΥ ΑΜΟΛΥΝΤΟΣ ΣΑΡΞ. κερκὶς δὲ, Η ΑΜΕΤΡΗΤΟΣ
» ΤΟΥ ΦΟΡΕΣΑΝΤΟΣ ΧΑΡΙΣ· τεχνίτης δὲ, Ο ΔΙ' ΑΚΟΗΣ ΕΙΣΠΗΔΗΣΑΣ
» ΛΟΓΟΣ, ADMIRANDÆ ILLIVS OECONOMIÆ TELA, IN QVA INEF-
» FABILI QVODAM MODO ADMIRABILIS ILLIVS VNIONIS TVNICA
» CONTEXTA EST: CVIVS QVIDEM TEXTOR EXSTITIT SPIRITVS
» SANCTVS; NETRIX, VIRTVS EX ALTO OBVMBRANS; LANA, VE-
» TVSTA ADAMI PELLIS; TRAMA, IMPOLLVTA VIRGINIS CARO;
» RADIVS TEXTORIVS, IMMENSA GESTANTIS GRATIA; ARTIFEX,

VERBVM PER AVDITVM ILLAPSVM. Τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν, ὅτι μήτραν «
ὁ Θεὸς ἀπεριγράπτως ᾤκησεν; καὶ ὃν οὐρανὸς οὐκ ΕΧΩΡΗΣΕ, γαστὴρ τῆς παρθένου οὐκ «
ΕΣΤΕΝΟΧΩΡΗΣΕΝ· QVIS VIDIT? QVIS AVDI- «
VIT TALIA? INCIRCVMSCRIPTVS DEVS VTE- «
RVM INHABITAT! QVEM COELVM NON CEPIT, «
VENTER VIRGINIS CONCEPIT! Hæc Proclus Cy-
zicenus. Porrò Antiochus Epiſcopus (quem in Exhortatorio ad
Reginas Libello citat Cyrillus, vt eius grauiſſimo teſtimonio atque
auctoritate conſequatur id quod eo loci intendit, conuincatque
hanc vocem, Θεοτόκος, DEIPARA, haud Veteribus Patribus igno-
tam; ſed familiarem fuiſſe) de Chriſto loquens: Quem heſterno, «
inquit, die, immaculato puerperio Saluatorem nobis MATER VI- «
TÆ, MATER PVLCRITVDINIS, MATER MAGNIFICENTIÆ, LV- «
CIFERA (vt quæ ſcilicet, ante Luciferum genitum, gignit; Lucife- « Pſ.109.v.3.
ri ſuperbiæ, humilitate victrix) SPEIFERA (vel vt hodie in La «
tinis Litaniis canitur, MATER SPEI) DEIPARA, MIRIPARA, VIR- «
GO-MATER peperit MARIA; Οἱ χθὲς ἀχράντοις λοχείαις σωτῆρα ἡμῖν, ἡ «
ΖΩΟΤΟΚΟΣ, Η ΚΑΛΛΙΟΤΟΚΟΣ, Η ΜΕΓΑΛΟΤΟΚΟΣ, ἡ ΦΑΕΣΦΟ-
ΡΟΣ, ἡ ΕΛΠΙΔΟΦΟΡΟΣ, ἡ ΘΕΟΤΟΚΟΣ, ἡ ΞΕΝΟΤΟΚΟΣ, ἡ ΠΑΡΘΕΝΟ-
ΜΗΤΩΡ ὤδινε ΜΑΡΙΑ. Ab Arianis certè in huius ſæculi Antidico-
marianos, Nouatorum deriuatus error eſt; adſtruentibus, inquit
Ammon Archiepiſcopus HADRIANOPOLEOS, (illius celeberri-
mæ vrbis ex qua quondam ROTHOMAGVM tranſlatus, id eſt, vt
hodie loquimur, ad cuius Titulum, FRANCISCI DE IOIEVSA
CARDINALIS ROTHOMAGENSIS LEGATI APOSTO-
LICI primùm Coadiutor ordinatus ſum) effutientibus, inquam,
Beatam Virginem communi Mulierum legi adſtrictam in puer-
perio exſtitiſſe. Sic enim ipſe ait DE DEO VERBO inter Te-
ſtimonia Patrum apud Cyrillum, vbi ſupra: CLARE PATET, «
IN QVANTAM IMPIETATEM PROLABANTVR «
ARIANI, QVI DEIPARAM MARIAM IIS SACRIFI- «
CIIS QVÆ PRO PVERPERIS EX LEGE OFFERRI MOS «
ERAT, OPVS HABVISSE ADSERVNT: Ἤδη μὲν ἔδειξα
τὴν ἀσέβειαν, ᾗ περιπίπτουσιν οἱ ΑΡΕΙΑΝΟΙ, λέγοντες, χρείαν ἐσχηκέναι
τὴν ΘΕΟΤΟΚΟΝ ΜΑΡΙΑΝ, τῶν κατὰ τὸν νόμον τότε προσφε-
ρομένων θυσιῶν, ὑπὲρ τῶν τικτουσῶν γυναικῶν; Quàm ſanctiùs ibi-
dem Seuerianus Epiſcopus: QVANDOQVIDEM VER- «
BVM QVOD SVPERNE ARCANA QVADAM «
INEXPLICABILIQVE AC INCOMPREHENSA «
RATIONE, EX DEO PATRE AB OMNI ÆTER- «
NITATE NASCITVR; ID IPSVM INFERNE EX «
VIRGINE MARIA IN TEMPORE GENERATVR: «
QVO NIMIRVM, QVI NATI ERANT INFERNE, «
EX DEO RENASCANTVR DENVO SVPERNE: Ὁ γὰρ γεννη- «
θεὶς ΑΝΩΘΕΝ ἐκ πατρὸς Λόγος, ΑΠΟΡΡΗΤΩΣ, ΑΦΡΑΣΤΩΣ, ΑΚΑΤΑ- «

ΛΗΠΤΩΣ, ΑΙΔΙΩΣ, ὁ αὐτὸς ἐν χρόνῳ γεννᾶται ΚΑΤΩΘΕΝ ἐκ παρ-
θένου ΜΑΡΙΑΣ· ἵνα οἱ πρότερον γεννηθέντες ΚΑΤΩΘΕΝ, ΑΝΩΘΕΝ γεννη-
θῶσιν ἐκ δευτέρας, τοῦτ' ἔστιν ἐκ Θεοῦ. Scilicet aduerſari Chriſto priùs eum
oportet qui Matri Chriſti audeat aduerſari. Hinc Græci ex Septima
Oecumenica Synodo iuxta Theodori Studitæ Canonem, Quadra-
geſimæ Dominicâ primâ, quod nos Latini Maioris Hebdomadæ
Feriâ Quintâ, dum in omnes Hæreſes Anathematiſmos publicè in
Eccleſia pronuntiant, hunc Anathematiſmi cantare verſiculum ſo-
lent: ARIO PRIMO THEOMACHO, (id eſt, Gigantæo more contra
» Deum pugnanti) AC OMNIVM HÆRESEVM PRINCIPI ET AV-
» CTORI; Ἀρείῳ τῷ πρώτῳ Θεομάχῳ, καὶ ἀρχηγῷ τῶν αἱρέσεων. ANATHEMA
» TER, Ἀνάθεμα τρίς: Populo cum Clero reſpondente. Contra verò,
» Cyrilli ore Concilium Epheſinum, vt dulce illud Hymnographi Da-
uidis Verbum apud nos, de Beata Virgine, impleretur, IN TRIBV-
Pſ. 4. v. 2. » LATIONE DILATASTI MIHI, Homiliâ Epheſi in Neſtorium, poſt
» Latam in eum à Synodo Depoſitionis Sententiam, habitâ, Quando
SEPTEM ad SANCTAM MARIAM deſcenderunt, ἡνίκα κατῆλθον ΟΙ
» ΕΠΤΑ πρὸς τὴν ΑΓΙΑΝ ΜΑΡΙΑΝ: Salue itaque, inquit, à nobis SAN-
» CTA MYSTICA TRINITAS, quæ nos omnes in hanc MARIÆ DEI-
» PARÆ ECCLESIAM conuocaſti. SALVE à nobis Deipara MARIA:
ΧΑΙΡΟΙΣ τοίνυν παρ' ἡμῶν ΑΓΙΑ ΜΥΣΤΙΚΗ ΤΡΙΑΣ, ἡ τούτοις ἡμᾶς πάν-
τας συγκαλεσαμένη ἐπὶ τὴν δὲ τὴν ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΜΑ-
» ΡΙΑΣ. χαίροις παρ' ἡμῶν Μαρία θεοτόκε· VENERANDVS TOTIVS ORBIS
» THESAVRVS, Τὸ σεμνὸν κειμήλιον ἁπάσης τῆς οἰκουμένης· LAMPAS INEX-
» TINGVIBILIS, Η Λαμπὰς ἡ ἄσβεστος· CORONA VIRGINITATIS, Ο Στέ-
» φανος τῆς παρθενίας· SCEPTRVM RECTÆ DOCTRINÆ, ΤΟ ΣΚΗΠΤΡΟΝ
» ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΙΑΣ· TEMPLVM INDISSOLVBILE, Ο ναὸς ὁ ἀκατάλυ-
» τος· LOCVS EIVS QVI LOCO CAPI NON POTEST, Τὸ χωρίον τοῦ ἀχω-
» ρήτου· MATER ET VIRGO, Η μήτηρ, καὶ παρθένος· PER QVAM IS BE-
» NEDICTVS IN SANCTIS EVANGELIIS NOMINATVR, QVI VENIT
Luc. 1. v. 42. » IN NOMINE DOMINI, Δι' ἧς ὀνομάζεται ἐν τοῖς Ἁγίοις Εὐαγγελίοις, εὐλο-
» γημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· SALVE, QVÆ IMMENSVM INCOM-
» PREHENSVMQVE IN SANCTO VIRGINEO VTERO COMPREHEN-
» DISTI, ΧΑΙΡΟΙΣ, Η τὸν ἀχώρητον χωρήσασα ἐν μήτρᾳ ἁγίᾳ παρθενικῇ· PER
» QVAM SANCTA TRINITAS SANCTIFICATVR, GLORIFICATVR
» ET ADORATVR, Δι' ἧς ἡ τριὰς ἁγιάζεται, καὶ δοξάζεται, καὶ προσκυνεῖται·
» PER QVAM PRETIOSA CRVX CELEBRATVR ET IN VNIVERSO
» ORBE ADORATVR, ΔΙ' ΗΣ Ο ΣΤΑΥΡΟΣ Ο ΤΙΜΙΟΣ ΟΝΟΜΑΖΕΤΑΙ,
» ΚΑΙ ΠΡΟΣΚΥΝΕΙΤΑΙ ΕΙΣ ΠΑΣΑΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ· PER QVAM CÆ-
» LVM EXSVLTAT, Δι' ἧς ὁ οὐρανὸς ἀγάλλεται· PER QVAM ANGELI
» ET ARCHANGELI LÆTANTVR, Δι' ἧς ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι εὐ-
» φραίνονται· PER QVAM DÆMONES FVGANTVR, Δι' ἧς δαίμονες φυ-
» γαδεύονται· PER QVAM TENTATOR DIABOLVS CÆLO DECIDIT,
» Δι' ἧς ὁ διάβολος πειράζων ἔπεσεν ἐξ οὐρανοῦ· PER QVAM PROLAPSA
» CREATVRA IN CÆLVM ADSVMITVR, Δι' ἧς τὸ ἐκπεσὸν πλάσμα

εἰς οὐρανοὺς ἀναλαμβάνεται· PER QVAM VNIVERSA CREATVRA, IDO- «
LORVM VÆSANIA DETENTA, AD VERITATIS AGNITIONEM PER- «
VENIT, Δι' ἧς πᾶσα ἡ κτίσις, εἰδωλομανίᾳ κατεχομένη, εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας «
ἐλήλυθεν· PER QVAM SANCTVM BAPTISMA OBTINGIT CREDENTI- «
BVS, Δι' ἧς τὸ βάπτισμα ἅγιον γίνεται τοῖς πιστεύουσι· PER QVAM OLEVM «
EXSVLTATIONIS, ΔΙ' ΗΣ ΕΛΑΙΟΝ ΑΓΑΛΛΙΑΣΕΩΣ· PER QVAM TO- «
TO TERRARVM ORBE FVNDATÆ SVNT ECCLESIÆ, ΔΙ' ΗΣ ΕΙΣ «
ΠΑΣΑΝ ΤΗΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙ ΤΕΘΕΜΕΛΙΩΝΤΑΙ, (ex illo «
Cyrilli ne mireris si tot tantæque ac maximè Primariæ Principesque
Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ, vt ROTHOMAGENSIS NOSTRA; immo
quod totâ Galliâ, ac ferme terrarum vbique post hominum me-
moriam vulgò dici solet, NOSTRÆ DOMINÆ titulo censeantur)
PER QVAM GENTES ADDVCVNTVR AD POENITENTIAM, ΔΙ' ΗΣ «
ΕΘΝΗ ΑΓΟΝΤΑΙ ΕΙΣ ΜΕΤΑΝΟΙΑΝ, Et quid plura dicam? καὶ τί πολ- «
λὰ λέγω; PER QVAM VNIGENITVS DEI FILIVS IIS QVI IN TENE- «
BRIS ET IN VMBRA MORTIS SEDEBANT, LVX RESPLENDVIT, «
Δι' ἧς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, φῶς ἔλαμψε, τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις· «
PER QVAM PROPHETÆ PRÆNVNTIARVNT, ΔΙ' ΗΣ ΠΡΟΦΗΤΑΙ «
ΠΡΟΕΜΗΝΥΣΑΝ. PER QVAM APOSTOLI SALVTEM GENTIBVS PRÆ- «
DICANT, ΔΙ' ΗΣ ΑΠΟΣΤΟΛΟΙ ΚΗΡΥΤΤΟΥΣΙ ΣΩΤΗΡΙΑΝ ΤΟΙΣ «
ΕΘΝΕΣΙ· PER QVAM MORTVI EXSVSCITANTVR Δι' ἧς νεκροὶ ἐγείρονται· «
PER QVAM REGES REGNANT PER SANCTAM TRINITATEM, ΔΙ' «
ΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΙ ΔΙΑ ΤΡΙΑΔΟΣ ΑΓΙΑΣ. (arrige au- «
res, atque hîc introspice, DOCTISSIME REX.) Ecquis homi- «
num LAVDABILISSIMAM ILLAM MARIAM pro dignitate celebrare «
queat? Καὶ τίς δυνατὸς ἀνθρώπων, λέγειν ΤΗΝ ΠΟΛΥΥΜΝΗΤΟΝ ΜΑΡΙΑΝ; «
Hactenus THEOLOGORVM PRINCEPS, quo nomine Cyrillum li-
benter appellare soleo. Porrò Basilius, Episcopus Ancyræ, Actione
prima Septimæ Synodi, ex Libello in sua Fidei Confessione, coram
Christi Ecclesia Nicææ congregata, ita legit: Expetens etiam & IN- «
TERCESSIONES Intemeratæ DOMINÆ NOSTRÆ Sanctæ Dei Geni- «
tricis MARIÆ, Sanctarumque & Cælestium Virtutum, & omnium «
omnino Sanctorum, atque Sancta & Pretiosa LIPSANA (id est, Re- «
liquias) eorum omni honore suscipiens saluto, & HONORABILITER «
ADORO, fidem habens illorum particeps fieri Sanctimoniæ: ἐξαιτού- «
μενος καὶ τὰς ΠΡΕΣΒΕΙΑΣ τῆς ἀχράντου ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ Θεοτόκου τῆς Ἁγίας,
τῶν τε Ἁγίων καὶ Ἐπουρανίων Δυνάμεων, καὶ Πάντων τῶν Ἁγίων· καὶ τὰ ἅγια καὶ
τίμια ΛΕΙΨΑΝΑ αὐτῶν μετὰ πάσης τιμῆς ἀποδεχόμενος ἀσπάζομαι, καὶ ΤΙΜΗΤΙ-
ΚΩΣ ΠΡΟΣΚΥΝΩ, πίστιν ἔχων μετέχειν περὶ αὐτῶν Ἁγιασμοῦ. Cui tandem
Confessioni sic respondet Tarasius Constantinopolitanus Patriar-
cha: Omne hoc SACRATVM COLLEGIVM Deo gloriam & gratia- «
rum actiones rependit super hac Confessione quam CATHOLICÆ «
obtulisti ECCLESIÆ. Sancta Synodus dixit: GLORIA DEO, QVI VNIT «
INTER SE DISSIDENTIA: Πᾶσα Η ΙΕΡΑΤΙΚΗ ΟΜΗΓΥΡΙΣ «
ΑΥΤΗ, τῷ θεῷ δόξαν καὶ εὐχαριστίαν ἀναπέμπει, ἐπὶ ταύτῃ σου τῇ ὁμο-
λογίᾳ, ἣν προσήγαγες ΤΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ. ἡ Ἁγία

gorio, habenda est: quarum altera, VT ECCLESIASTICÆ DIGNITATIS MYSTERIA RECIPIAT: altera, VT INTER SACRA MISSARVM SOLEMNIA BENEDICTIONEM ET PRÆDICATIONEM, iuxta Instituta Domini Papæ Ioannis, PERAGAT. Ac certè De diuini verbi Prædicatione inter Sacra Missarum solemnia olim fieri solita, Cyrillus, Epistolâ suâ primâ ad Cælestinum Papam, veterem Orientis consuetudinem satis innuit, dum de Nestorio sic loquitur: Ad Nestorium autem quod adtinet, & MAGNI ILLI ADMIRABILESQVE ET CELEBRATI PATRES NOSTRI, qui sacram Virginem Deiparam esse dixerunt, & nos ipsi quoque qui adhuc superstites sumus, vna cum ipsis Anathemate percussi sumus. Quamuis enim is ore suo id facere noluerit, attamen SEDENS & audiens, alium, nempe supra memoratum Dorotheum, vt hoc diceret, induxit subornauitque: CVI ETIAM CONFESTIM, VBI E CATHEDRA DESCENDISSET, IN DIVINORVM MYSTERIORVM CELEBRATIONE AC SACRIFICIO COMMVNICAVIT: Ὅσον γὰρ δὴ καὶ αὐτὸν καὶ ΟΙ ΠΑΤΕΡΕΣ ΗΜΩΝ ΟΙ ΜΕΓΑΛΟΙ, ΚΑΙ ΘΑΥΜΑΣΤΟΙ, ΚΑΙ ΕΥΔΟΚΙΜΟΙ, Θεοτόκον τὴν ἁγίαν εἰπόντες Παρθένον, ἀναθεματίσθη μὲν, καὶ ἡμεῖς δὲ σὺν αὐτοῖς, οἱ ζῶντες ἔτι. καὶ εἰ τῇ ἰδίᾳ φωνῇ τοῦτο ποιῆσαι οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' οὖν ἔστησε τὸν μνημονευθέντα Δωρόθεον καὶ τοῦτο εἰπεῖν προεκβιάσας, αὐτοῦ ΚΑΘΕΖΟΜΕΝΟΥ καὶ ἀκούοντος. Ω ΚΑΙ ΚΑΤΕΛΘΩΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΡΟΝΟΥ, ΕΥΘΥΣ ΚΕΚΟΙΝΩΝΗΚΕΝ, ΕΠΙΤΕΛΕΣΑΣ ΤΑ ΘΕΙΑ ΜΥΣΤΗΡΙΑ. Ac certè idem ex eiusdem ad Acacium Beroënsem Epistola patet; vbi prædicandi Euangelij rationem à Patribus obseruatam, si quis quærat, dum queritur Cyrillus, ex Cyrillo audiat: Quorsum quæso adtinebat subtilia illa & arcana in medium adducere? quin potiùs MORALIBVS EXPOSITIONIBVS, Populis dum præsumus, prosumus? NISI PLENE PERFECTEQVE POSSIDEMVS DOGMATICAM, (id est, Theologiam Scholasticam:) Ποία γὰρ ὅλως ἡ χρεία, καὶ εἰς μέσον ἄγεσθαι τὰ οὕτω λεπτὰ καὶ κεκρυμμένα; ἀλλὰ τί δεῖ μὴ μᾶλλον ΗΘΙΚΑΙΣ ΕΞΗΓΗΣΕΣΙΝ ὠφελοῦμεν τοὺς λαοὺς, εἰ μὴ σφόδρα ἔχομεν ἱκανῶς εἰς ἀκρίβειαν, ΤΗΝ ΔΟΓΜΑΤΙΚΗΝ; Et rectè quidem. Inter Sacra quippe Missarum Solemnia Sacrum Symbolum, siue Fidem, recitari; deinde explicari, ac morum præcepta dari mos erat. Testis Germanus ille Constantinopolitanus Patriarcha, Epistolâ ad Thomam Episcopum Claudiopoleos, Septimæ Synodi Actione quarta: Confitens pariter & Filij Dei Perfectam Incarnationem, & alia SECVNDVM VIRTVTEM SACRATISSIMI SYMBOLI, QVOD PLEBS CHRISTI CONCORDITER ANTE MYSTICAM ET SANCTAM OBLATIONEM OFFERT DEO: Συνομολογουμένης καὶ τῆς τοῦ υἱοῦ Θεοῦ τελείας ἐνανθρωπήσεως, καὶ τῶν ἄλλων ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΔΥΝΑΜΙΝ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΣΥΜΒΟΛΟΥ, ΟΠΕΡ Ο ΛΑΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΟΜΟΦΡΟΝΟΣ ΠΡΟ ΤΗΣ ΜΥΣΤΙΚΗΣ ΚΑΙ ΑΓΙΑΣ ΑΝΑΦΟΡΑΣ, ΠΡΟΣΑΓΕΙ ΘΕΩ. VIGESIMVM; Gregorius, eos qui virtute Monastica sunt prouectiores, SPIRITVALES siue Pneumaticos, non Psychicos aut ANIMALES nouo Sectariorum more, appellauit. Ecclesiastica autem

Regula Gregorij De Monacho peccante, quæ id potissimùm conti-
» net, hæc est: Quòd si culpâ principalis vitij deliquerit, priuatim
» intra Claustrum eiusdem Monasterij ab ipso Abbate & SPIRITVA-
» LIBVS FRATRIBVS arguatur, & à Corpore SANCTÆ CONGREGA-
» TIONIS segregetur. VIGESIMVM PRIMVM; Romanus Pontifex summam in omnes Totius Orbis Antistites iurisdictionem atque auctoritatem exercet. grauissimis pœnis in eos latis, qui secus faxint quàm quod Romanæ Sedis Apostolicum Diploma decreuerit. VIGESIMVM SECVNDVM atque VLTIMVM; quod tamen inter prima Veteris DISCIPLINÆ fundamenta numerandum est, ex quibus tantus surrexit olim Sacerdotalis Vigor; videlicet, nihil vnquam, spretis omissisve Episcopis, fuisse à Sede Apostolica Monachis, quantacumque pietate florerent, concessum atque permissum: tamdiu nimirum Priuilegiis duraturis, quamdiu, cum quadam huiusmodi sancta licentia, Monasticæ Regulæ integritas, populi Christiani ædificatio, & Episcoporum honos Sacrosanctus, stare posset. Vnde tantum abest, vt contra Episcopos Romana siue Apostolica Priuilegia militent; quin potius, non equidem contra se, vt credibile est, sed pro se, Ansericus ille Suessionensis Episcopus, quem, APOSTOLICVM VIRVM, Gregorius noster appellat; suasisse legitur, vt id Sanctissimus Papa Gregorius concederet: quod certè Gregorius intellexit, De Consensu Fratrum, id est, Episcoporum Iudicio, omnium votis condonari posse.

CAP. XXXV. NVNC verò obseruandum restat, illum, cuius memoria in benedictione est, Eulogium, Alexandrinum Patriarcham, qui Orientalis Ecclesiæ nomine, huic Suessionensi Priuilegio subscripsit, haud equidem alium ab eo exstitisse, ad quem Gregorij nostri exstat Epistola, De Anglicana Ecclesia, à se, id est, à Romano Pontifice, atque ab Apostolica Sede fundata; quæ DVODEVIGESIMVM in hac Anglicana Historia locum suo sibi iure vindicabit. En igitur
» Gregorium cum Eulogio, diligenter sermocinantem audiamus: COM-
» MVNIS FILIVS præsentium lator, SANCTITATIS VESTRÆ scripta de-
» ferens, ægrum me reperit, ægrum reliquit. qua ex re contigit, vt ad lar-
» gum Vestræ Beatitudinis fontē, breuis Epistolæ me vix parua potuis-
» set aqua reseruare. Superni autem muneris fuit, vt in dolore corporis
» positus, suauissima VESTRÆ SANCTITATIS scripta susciperem, quæ
» me de doctrina Alexandrinæ Ecclesiæ, DE CONVERSIONE HÆRETI-
» CORVM, DE CONCORDIA FIDELIVM sublimiter lætificaret: quate-
» nus ipsa mentis lætitia immanitatem mihi molestiæ temperaret.
» Et quidem de bonis vestris noua semper exsultatione gaudemus,
» sed tamen, ita nos perfectè agere, noua esse nullo modo deputa-
» mus. Quod enim crescit SANCTÆ ECCLESIÆ populus, quod ad Cæ-
» leste Horreum SPIRITALES SEGETES multiplicantur, hoc de Omni-
» potentis Dei gratia, quæ in BEATISSIMIS VOBIS largè influit, nun-
» quam habuimus incertum. Gratias itaque Omnipotenti Deo sol-
» uimus, quia impletum videmus in nobis esse, quod scriptum
Prou.14. v.4. » est: Vbi plurimæ segetes, ibi manifesta est multitudo boum.

Si enim bos fortis ARATRVM LINGVÆ in terram cordis audientium non transfixisset, tanta Fidelium seges non surrexisset. Sed quoniam verè in bonis quæ agitis, scio, quòd & alijs congaudetis, vestræ vobis gratiæ vicem reddo, & NON DISSIMILIA nuntio: quia, dum GENS ANGLORVM in MVNDI ANGVLO posita, in cultu lignorum ac lapidum perfida nunc vsque remaneret, EX VESTRÆ MIHI ORATIONIS ADIVTORIO PLACVIT, vt ad eam MONASTERII MEI MONACHVM in Prædicationem transmittere, DEO AVCTORE, debuissem. Qui DATA A ME LICENTIA A GERMANIARVM EPISCOPIS, EPISCOPVS FACTVS, cum eorum quoque solatijs, ad prædictam gentem IN FINE MVNDI perductus est: & iam nunc de eius salute & opere ad nos scripta peruenerunt: quia TANTIS MIRACVLIS, vel ipse, vel hi qui cum eo transmissi sunt, in gente eadem coruscant, vt APOSTOLORVM VIRTVTES in SIGNIS quæ exhibent, imitari videantur. In SOLEMNITATE autem DOMINICÆ NATIVITATIS, quæ hac Prima Indictione transacta est, PLVS QVAM DECEM MILLIA ANGLI ab eodem nuntiati sunt Fratre & Coëpiscopo nostro baptizati. Quod idcirco narraui, VT COGNOSCATIS QVID IN ALEXANDRINO POPVLO, LOQVENDO, ET QVID IN MVNDI FINIBVS AGITIS ORANDO. VESTRÆ ENIM ORATIONES SVNT IN EO LOCO VBI NON ESTIS, QVORVM OPERATIONES SANCTÆ MONSTRANTVR IN EO LOCO IN QVO ESTIS. Præterea de EVDOXII HÆRETICI persona, DE CVIVS ERRORE IN LATINA LINGVA NIHIL REPERI, mihi A VESTRA BEATITVDINE largissimè gaudeo satisfactum. VIRORVM quippe FORTISSIMORVM, BASILII, GREGORII, atque EPIPHANII Testimonia protulistis, & manifestè peremptum cognoscimus eum, in quem HEROES NOSTRI tot iacula dederunt. De his verò Erroribus, QVI NVNC IN CONSTANTINOPOLITANA ECCLESIA PROBANTVR EXORTI, doctissimè omnia, ET VT IVDICIVM TANTÆ SEDIS PROFERRE DECVIT, respondistis. Vnde Omnipotenti Deo gratias agimus, QVIA ADHVC ARCÆ DEI INSVNT TABVLÆ TESTAMENTI. Quid est enim SACERDOTALE COR, nisi ARCA TESTAMENTI? in qua quia SPIRITALIS DOCTRINA viget, proculdubio Tabulæ Legis iacent. Indicare quoque VESTRA BEATITVDO studuit, iam se quibusdam non scribere SVPERBA VOCABVLA, QVÆ EX VANITATIS RADICE PRODIERVNT; & mihi loquitur, dicens; SICVT IVSSISTIS. Quod verbum IVSSIONIS, peto, à meo auditu remouete; quia scio, Quis sum, Qui estis. LOCO ENIM FRATRES ESTIS, MORIBVS PATRES. NON ERGO IVSSI, SED QVÆ VTILIA VISA SVNT, INDICARE CVRAVI. Non tamen inuenio VESTRAM BEATITVDINEM, hocipsum, quod memoriæ vestræ intuli, perfectè retinere voluisse. Nam dixi, nec mihi vos, nec cuiquam alteri tale aliquid scribere debere: & ecce in præfatione, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, SVPERBÆ APPELLATIONIS

» verbum, VNIVERSALEM me PAPAM dicentes, imprimere curastis.
» Quod peto mihi DVLCISSIMA SANCTITAS vltra non faciat: QVIA
» VOBIS SVBTRAHITVR, QVOD ALTERI, PLVSQVAM RATIO EXI-
» GIT, PRÆBETVR. Ego enim NON VERBIS quæro prosperari, SED
» MORIBVS. Nec honorem esse deputo, in quo Fratres meos hono-
» rem suum perdere cognosco. MEVS NAMQVE HONOR EST FRA-
» TRVM MEORVM SOLIDVS VIGOR. Tunc ego verè honoratus sum,
» cùm singulis quibusque HONOS DEBITVS non negatur. Si enim
» VNIVERSALEM me PAPAM Vestra Sanctitas dicit, NEGAT SE HOC
» ESSE, QVOD ME FATETVR, VNIVERSVM: Sed absit hoc. Recedant
» verba, QVÆ VNITATEM INFLANT, CHARITATEM VVLNERANT. Et
» quidem in SANCTA CHALCEDONENSI SYNODO, atque post à subse-
» quentibus Patribus, hoc Decessoribus meis oblatum VESTRA SAN-
» CTITAS nouit. Sed tamen nullus eorum vti hoc vnquam vocabulo vo-
» luit: VT, DVM IN HOC MVNDO HONOREM SACERDOTVM DILIGE-
» RENT OMNIVM, APVD OMNIPOTENTEM DEVM CVSTODIRENT
» SVVM. Proinde debitum salutationis alloquium soluens, peto vt
» in Sanctis Orationibus vestris mei memores esse dignemini: quate-
» nus à peccatorum meorum nexibus, quia meis meritis non valeo,
» vestris intercessionibus me Dominus absoluat. Huc vsque, SERE-
NISSIME REX, CATHOLICORVM Patronum Gregorium, tanquam contra præuisam animo Nouitatem Anglicanam, ipso, prope dixerim, Antiquitatis ore perorantem audis. Eho, tu digitum in singulas partes nostro more non intendes? PRIMO; MISSIO ANGLICANA à Gregorio, id est, à Romano Pontifice, à Papa, à Sede Romana, siue Apostolica, ortum atque initium habet. SECVNDO; Monasterij sui Monachum, diuinæ Prædicationis causâ, in Angliam mittit Gregorius. TERTIO; Episcopi non nisi auctoritate Romani Pontificis fiunt; vt pote apud quem Summum Ordinationis Ius residet: ex quo intellectum est, neque enim aliter intelligi id posset, quid
» sibi vult de Augustino Angliæ Apostolo Gregorianum illud? QVI
» DATA A ME LICENTIA, A GERMANIARVM EPISCOPIS, EPISCOPVS
» FACTVS. Ex quo Gallicana Anglicanaque ac Germanica illustratur Historia; in quas ætatis nostræ maximi scriptores peccant, cùm De Gregorianis Temporibus ac DE ORDINATIONE CONSECRATIONEQVE AVGVSTINI ANGLORVM EPISCOPI agunt, quem non in Germania A GERMANIARVM EPISCOPIS, sed in Gallia ab Antistite Arelatensi Ordinatum ferunt; quod ad Annum Gregorij Duodecimum, id est, Christi sexcentesimum primum, nescio quomodo etiam ipsi BARONIO, Gregorij nostri lectori cultorique diligentissimo excidit. QVARTO; ANGLICANA MISSIO prope infinitis illustratur Miraculis, vt, quæ sequuntur de Augustino eiusque Sociis, à Gregorio
» scripta, legentibus patent; Tantis MIRACVLIS vel ipse, vel hi, qui
» cum eo transmissi sunt in Gente eadem (de Anglicana sermo est)
» coruscant, vt APOSTOLORVM VIRTVTES in Signis, quæ exhi-
» bent, imitari videantur. QVINTO; Natalis Christi dies festus,

atque solemnis est à Patribus acceptus, si Sanctissimum Patrem audimus Gregorium, dum ait: In SOLEMNITATE autem DOMINICÆ NATIVITATIS, quæ hac prima Indictione transacta est, PLVS QVAM DECEM MILLIA ANGLI ab eodem nunciati sunt Fratre & Coëpiscopo nostro baptizati. SEXTO; vt Orationis vim ac Bonorum Operum in Episcopo lucentium exprimat, insignem Theologici animi sententiam in laudibus Eulogij declarat, his verbis, Eulogio Gregorius: Quod idcirco narraui, vt cognoscatis, quid in Alexandrino populo LOQVENDO, & quid in Mundi finibus agitis ORANDO. Vestræ enim ORATIONES sunt in eo loco vbi non estis, quorum OPERATIONES SANCTÆ monstrantur in eo loco in quo estis. SEPTIMO; Orientalis Ecclesiæ atque Eulogij Patriarchæ artem in expugnandis, auctoritate Patrum, Hæreticis, magnopere commendat Gregorius, apud illos nimirum intelligens, DISCIPLINÆ Talenta quæ superlucrati sunt Apostoli, tanquam sacra quædam Fidei Traditionisque DEPOSITA, religiosè adseruari. qua de re verba Gregorij libenter vsurpo: Præterea, inquit, de EVDOXII Hæretici, DE CVIVS ERRORE IN LATINA LINGVA NIHIL REPERI, mihi à VESTRA BEATITVDINE largissimè gaudeo satisfactum. VIRORVM quippe FORTISSIMORVM, BASILII, GREGORII, atque EPIPHANII Testimonia protulistis, & manifestè peremptum cognoscimus eum, in quem HEROES NOSTRI tot iacula dederunt. Sanctos vero Patres Viam intelligendi atque explicandi tradit Oecumenicum Sardicense Concilium, Synodicâ ad omnes Episcopos, apud Athanasium, Apologiâ Secundâ, his verbis: Recitata quoque sunt scripta COLLEGÆ NOSTRI IN SACRIS Marcelli, & deprehensa est Eusebij DOLOSA ARS. Quæ enim Marcellus PER MODVM QVÆSTIONIS tractauerat, ea tanquam ita esse profiteretur, calumniati sunt. Recitata quoque sunt in his Quæstionibus QVÆ ANTECEDERENT ET SVBSEQVERENTVR; ET INVENTA EST BONA ET RECTA FIDES ISTIVS VIRI. Non enim ex SANCTA MARIA, vt ipsi asseuerabant, Verbo Dei initium attribuit, NEQVE FINEM EIVS REGNO CONSTITVIT; SED REGNVM EIVS INITIO ET FINE CARERE, SCRIPTIS PRODIDIT: Ἀνεγνώσθη δὲ καὶ τὸ σύγγραμμα τοῦ ΣΥΛΛΕΙΤΟΥΡΓΟΥ Μαρκέλλου, καὶ εὑρέθη τὴν περὶ Εὐσέβιον Η ΚΑΚΟΤΕΧΝΙΑ. ἃ γὰρ ΩΣ ΖΗΤΩΝ Ο ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ εἰρήκει, ταῦτα ὡς ὁμολογούμενα διαβεβλήκασιν. ἀνεγνώσθη γοῦν ΤΑ ΕΞΗΣ, ΚΑΙ ΤΑ ΠΡΟ ΑΥΤΩΝ ΤΩΝ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ, καὶ ὀρθὴ ἡ πίστις τοῦ ἀνδρὸς εὑρέθη. οὔτε γὰρ ἀπὸ τῆς ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΙΑΣ, ὡς αὐτοὶ διεβεβαιώσαντο, ἀρχὴν ἐδίδου τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, ΟΥΤΕ ΤΕΛΟΣ ΕΧΕΙΝ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ ΑΥΤΟΥ· ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ ΑΝΑΡΧΟΝ, ΚΑΙ ΑΤΕΛΕΥΤΗΤΟΝ εἶναι ΤΗΝ ΤΟΥΤΟΥ ΕΓΡΑΨΕ. Vbi nostrorum temporum, IACOBE REX, imaginem vides, cùm omnium primus docuit HENRICI MAGNI Regius Catechistes ac Doctor noster PERRONIVS, qua quisque Arte DOLOSAM illam Plessæi Mornæi ARTEM ac Eusebianam κακοτεχνίαν, iam facilè

eluderet, quâ quidem pro Reſponſis Propoſita, pro Decretis Quæſita, pro Solutis Dubia, Patrum ore, ac non more, imprudentibus impudenter, non tam proponere quàm ſupponere ſolitus erat; vt ex FONTANO-BELLAQVÆÆ COLLATIONIS ACTIS, Henrico Magno teſte, poſt tamdiu duraturas ſuas, quamdiu hominum memoria viuet, AD CLERVM POPVLVMQVE PARISIENSEM HOMILIAS in Eccleſia Sancti Mederici habitas, apertiſſimè innotuit. Quod tandem aliquan-
Pſ. 71. v. 1. » do MAIORIS BRITANNIÆ Regi, & re, & nomine Magno, Deus
» IVDICIVM TVVM (IACOBO, inquam,) REGI da, & IVSTITIAM
» TVAM Filio (IACOBI) Regis, vt pro ſe proque Filio, Regni herede, Salomone canere Rex Pſalmographus quondam ſolebat. Porrò quod ad Patrum lectionem auctoritatemque attinet, Baſilius Epiſcopus Ancyræ, ex Libello hanc ſuam ad Oecumenicam Septimam
» Synodum, Confeſſionem legit, Actione prima: His qui ſpernunt
» MAGISTERIA SANCTORVM PATRVM, & TRADITIONEM CA-
» THOLICÆ ECCLESIÆ, prætendentes & adſumentes voces Arij, Ne-
» ſtorij, Eutychetis, & Dioſcori, ATQVE PERHIBENTES, QVOD NI-
» SI DE VETERI AC NOVO TESTAMENTO EVIDENTER FVERIMVS
» EDOCTI, NON SEQVEMVR DOCTRINAS SANCTORVM PATRVM,
» NEQVE SANCTARVM GENERALIVM SYNODORVM ATQVE TRA-
» DITIONEM CATHOLICÆ ECCLESIÆ, ANATHEMA; Τοῖς ἀθετοῦσι ΤΑΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, καὶ ΤΗΝ ΠΑΡΑΔΟΣΙΝ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ προφασιζομένοις, καὶ ἀναλαμβάνουσι τὰς φωνὰς τοῦ Ἀρείου, Νεστορίου, Εὐτυχοῦς, καὶ Διοσκόρου, ΩΣ ΕΙ ΜΗ ΕΚ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙΑΣ ΚΑΙ ΚΑΙΝΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ ΑΣΦΑΛΩΣ ΔΙΔΑΧΘΩΜΕΝ, ΟΥΚ ΕΠΟΜΕΘΑ ΤΑΙΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΩΝ ΣΥΝΟΔΩΝ, ΚΑΙ ΤΗ ΠΑΡΑΔΟΣΕΙ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, ΑΝΑΘΕΜΑ. OCTAVO; Sacerdotale ſiue Epiſcopale Cor, quanto myſterio, quantaque dignitatis Epiſcopalis commendatione, ARCAM TESTAMENTI vocat Gregorius, vt in Epiſcopali Iudicio, nec alibi, Euangelicæ Legis Tabulæ repoſitæ ſint, atque videantur, indeque errorum ſequatur damnatio! NONO; Eulogius Alexandrinus Patriarcha Epiſtolâ ad Gregorium Pontificem datâ, inter cætera quamplurima, quæ non exſtant, reuerentiæ priſca veſtigia, quam aduerſus Romanam ac Apoſtolicam Sedem adhibet, toto Oriente, vt & Occidente, creditam omnium principem, matrem, ac magiſtram; hæc duo verba, SICVT IVSSISTIS, interſerit: quæ, ſine Gregorij noſtri admiranda ſanè modeſtia, cum reliquis, tanquam communi naufragio, periiſſent. Ex qua quoque aurea illa, Pontifice Maximo digna, ſententia emerſit, dum procul à ſe reijcit Gregorius VNIVERSALIS PAPÆ appellationem, quaſi vnus qui omnium maximus, ſolus pariter Epiſcopus videretur; atque Humilitate adſurgens, in has Veritatis (quæ cum Humi-
» litate non pugnat) voces prorumpit: MEVS HONOR EST HONOR
» VNIVERSALIS ECCLESIÆ. Atque vt Gregorij modeſtiæ coniuncta quoque Theologica Veritas à me ſupra allati ſenſus manifeſtè

videatur, sequentia verba, vt Nouatores tui ampliùs ne hiscere quidem audeant, apud te, quæso, ponderabis: Si enim VNIVERSALEM « me Papam Vestra Sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur « VNIVERSVM. Sed absit hoc. Recedant verba quæ VNITATEM « inflant, CHARITATEM vulnerant. DECIMO; Mirandum porrò « in modum Sedis Romanæ Romanique Pontificis Pontificatus Maximus illustratur, dum oblatus ab Oecumenica Chalcedonensi Synodo Romano Antistiti VNIVERSALIS PAPÆ Titulus, à nullo tamen Romanorum Pontificum, ad Gregorium vsque, teste Gregorio, vsurpatur: ita vt nescias quid priùs mirere, aut Ecclesiæ CATHOLICÆ in suos Pontifices Maximos venerationem maximam ardentemque zelum: an verò summam Maximorum Pontificum modestiam, vnamque admirabilem planè, non dominandi, sed vigilandi in Ecclesiam, CATHOLICAM, Pastoralem, atque Vniuersalem Curam. Hinc exclamat Gregorius, suæ quidem Sedis Auctoritatem agnoscens, Vsum verò Auctoritatis, tanquam nauigium aliquod, sapienter moderans: Et quidem IN SANCTA CHALCEDO- « NENSI SYNODO, atque post A SVBSEQVENTIBVS PATRIBVS hoc « Decessoribus meis oblatum Vestra Sanctitas nouit. Sed tamen nul- « lus eorum vti hoc vmquam vocabulo voluit: vt dum in hoc mun- « do honorem Sacerdotum diligerent OMNIVM, apud Omnipo- « tentem Deum, custodirent SVVM. Sed de his satis superque di- « ctum est.

CAP. XXXVI.

EXTREMA iam, eaque nec laboriosa, restat Anglicanæ Historiæ VNDEVIGESIMA PARS: quæ tantò Regiis auribus dignior habenda est, quantò magis, immo potiùs tota, Anglicana erit. INTERROGATIONES numero sunt VNDECIM, Augustini nostri, illius Primatis Patriarchæ atque APOSTOLI ANGLIÆ; totidemque RESPONSA ac Decreta Romani Pontificis, id est, GREGORII, super iis potissimùm Quæstionibus, quæ nouellis, & vt Apostolica Scriptura loquitur, QVASI MODO-GENITIS Christianis 1 Petr. 2. v. 2. Anglis occurrebant: quas quidem, vt conscientiam publicam liberaret, suæ ipsius testimonio, atque officio ad Apostolicam Sedem, Augustinus, Veteris Anglicanæ DISCIPLINÆ solemni ritu, deferebat.

PRIMA INTERROGATIO AVGVSTINI. «

Quæro, PATER BEATISSIME, DE EPISCOPIS, Qualiter cum suis « CLERICIS conuersentur: Vel de his quæ Fidelium OBLATIONI- « BVS accedunt ad ALTARIA; & Quantæ debeant fieri portiones; « & Qualiter Episcopus AGERE in Ecclesia debeat? «

RESPONSIO BEATISSIMI GREGORII PAPÆ «
VRBIS ROMÆ. «

Qualiter Episcopus AGERE debeat in Ecclesia, SACRA SCRIPTV- « RA testatur, quam te bene nosse non dubium est; ET SPECIALI- « TER BEATI PAVLI AD TIMOTHEVM EPISTOLÆ, in quibus eum « erudire studuit; Qualiter in Domo Dei conuersari debuisset? MOS « AVTEM APOSTOLICÆ SEDIS EST, ORDINATIS EPISCOPIS PRÆ- «

» CEPTVM TRADERE, VT DE OMNI STIPENDIO, QVOD ACCEDIT, QVATTVOR FIERI DEBEANT PORTIONES: VNA VIDELICET EPISCOPO ET FAMILIÆ EIVS, PROPTER HOSPITALITATEM ET SVSCEPTIONEM; ALIA CLERO; TERTIA VERO PAVPERIBVS; QVARTA ECCLESIIS REPARANDIS. Sed quia Tua Fraternitas MONASTERII REGVLIS ERVDITA, seorsum viuere non debet à CLERICIS suis, IN ECCLESIA ANGLORVM, QVÆ AVCTORE DEO NVPER AD FIDEM PERDVCTA EST, hanc debet instituere CONVERSATIONEM, quæ in INITIO NASCENTIS ECCLESIÆ fuit PATRIBVS NOSTRIS, in quibus nullus eorum, ex his quæ possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

» SECVNDA INTERROGATIO AVGVSTINI.

» Opto enim doceri, An Clerici CONTINERE NON VALENTES, possint contrahere; &, si contraxerint, an debeant ad sæculum redire?

» RESPONSIO BEATI GREGORII PAPÆ.

» Si qui verò sunt Clerici EXTRA SACROS ORDINES CONSTITVTI, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, ET STIPENDIA SVA EXTERIVS ACCIPERE. quia & de iisdem Patribus, de
Act.4.v.35. quibus præfati sumus, nouimus scriptum, quòd diuidebatur singulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo STIPENDIO cogitandum, atque prouidendum est, & SVB ECCLESIASTICA REGVLA SVNT CONTINENDI, vt bonis moribus viuant, & CANENDIS PSALMIS inuigilent, & ab omnibus illicitis COR & LINGVAM & CORPVS, Deo auctore, conseruent. Communiter autem iam De Faciendis Portionibus, vel Exhibenda Hospitalitate, & ADIMPLENDA MISERICORDIA, nobis quid erit loquendum, CVM OMNE QVOD SVPEREST, NECESSITATIBVS, IN CAVSIS PIIS AC RELIGIOSIS EROGANDVM EST? Domino & magistro omnium dicen-
Luc. 11. v. 41. te: QVOD SVPEREST, DATE ELEEMOSYNAM, & ecce omnia munda sunt vobis.

» TERTIA INTERROGATIO AVGVSTINI.

» Cur, cùm VNA sit FIDES, sunt Ecclesiarum CONSVETVDINES tam DIVERSÆ? ET ALTERA CONSVETVDO MISSARVM EST IN ROMANA ECCLESIA, ATQVE ALIA IN GALLIARVM ECCLESIIS TENETVR?

» RESPONSIO BEATI GREGORII PAPÆ.

» Nouit Fraternitas Tua Romanæ Ecclesiæ Consuetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in GALLIARVM, seu in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti, QVOD PLVS OMNIPOTENTI DEO POSSIT PLACERE, sollicitè eligas, & in ANGLORVM ECCLESIA, quæ adhuc AD FIDEM NOVA est, institutione præcipua QVÆ DE MVLTIS ECCLESIIS COLLIGERE POTVISTI, infundas. NON ENIM PRO LOCIS RES, SED PRO BONIS REBVS LOCA AMANDA SVNT. Ex singulis ergo QVIBVSQVE ECCLESIIS, quæ PIA, quæ RELIGIOSA, quæ RECTA sunt, elige; ET HÆC QVASI IN FASCICVLVM COLLECTA, APVD

ANGLORVM MENTES IN CONSVETVDINEM DEPONE.

QVARTA INTERROGATIO AVGVSTINI.

Obsecro, quid pati debeat, si quis de ECCLESIA aliquid furto extulerit?

RESPONSIO BEATI GREGORII PAPÆ.

Hoc Tua Fraternitas, ex persona fûris pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam qui habentes subsidia, furtum perpetrant: & sunt alij, qui in hac re ex inopia delinquunt. Vnde necesse est, vt quidam damnis, quidam verò VERBERIBVS; & quidam districtiùs, quidam verò leuiùs corrigantur. Et cùm paulo districtiùs agitur, EX CHARITATE agendum est, & NON EX FVRORE: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. SIC ENIM NOS FIDELIBVS TENERE DISCIPLINAM DEBEMVS, SICVT BONI PATRES CARNALIBVS FILIIS SOLENT: QVOS ET PRO CVLPIS, VERBERIBVS FERIVNT; ET TAMEN IPSOS QVOS DOLORIBVS AFFLIGVNT, HABERE HEREDES QVÆRVNT, ET QVÆ POSSIDENT, IPSIS SERVANT, QVOS IRATI INSEQVI VIDENTVR. Hæc ergo charitas in mente seruanda est. & ipse modus correctionis dictat, vt mens extra rationis regulam omnino nihil faciat. Addis etiam, Quo augmento ea quæ furto de Ecclesijs abstulerunt, reddere debeant? SED ABSIT, QVOD ECCLESIA CVM AVGMENTO RECIPIAT QVOD DE REBVS TERRENIS VIDETVR AMITTERE, VT LVCRA DAMNIS QVÆRAT.

QVINTA INTERROGATIO AVGVSTINI.

Peto, An debeant duo germani Fratres singulas Sorores suscipere, quæ sunt ab illis longa progenie generatæ?

RESPONSIO BEATI GREGORII PAPÆ.

Hoc fieri omnibus modis licet. Nequaquam enim in sacris Eloquijs inuenitur, quod huic Capitulo contradicere videatur.

SEXTA INTERROGATIO AVGVSTINI.

Vsque ad quotam generationem Fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari: Et nouercis & cognatis si liceat coniugio copulari?

RESPONSIO BEATI GREGORII PAPÆ.

Quædam TERRENA LEX in Romana Republica permittit, vt siue Frater, siue Soror, seu duorum Fratrum germanorum, vel duarum Sororum Filius, & Filia misceantur. Sed EXPERIMENTO DIDICIMVS, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Et SACRA LEX prohibet Cognationis Turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, vt iam Tertia vel Quarta generatio Fidelium licenter sibi iungi debeat. [Leuit 18. v. 6.] Nam Secunda quam diximus à se omni modo debet abstinere. Cum Nouerca autem misceri, graue est facinus: quia in Lege scriptum est: Erunt duo in carne vna. qui Turpitudinem Nouercæ, quæ vna caro cum Patre fuit, reuelare præsumpserit, profecto Patris Turpitudinem reuelauit. [Gen. 2. v. 24.] Cum Cognata quoque misceri prohibitum est, quæ per coniunctionem priorem, CARO FRA-

» TRIS facta est. Pro qua re etiam Ioannes Baptista capite truncatus est, & SANCTO MARTYRIO coronatus. CVI NON EST DICTVM, VT CHRISTVM NEGARET: NEC PRO CHRISTI CONFESSIONE OCCISVS: SED QVIA IDEM DOMINVS NOSTER IESVS
Ioan. 14. v. 6. » CHRISTVS DIXERAT; EGO SVM VERITAS; QVIA PRO VERITATE OCCISVS EST IOANNES, PRO CHRISTO SANGVINEM FVDIT.

» SEPTIMA INTERROGATIO AVGVSTINI.

» Declarari posco, An sic turpiter coniunctis, sit indicenda separatio, & SACRÆ COMMVNIONIS deneganda OBLATIO?

» RESPONSIO BEATI GREGORII PAPÆ.

» Quia verò multi sunt in ANGLORVM Gente, qui dum adhuc in Infidelitate essent, huic Nefando Coniugio dicuntur admixti, AD FIDEM VENIENTES admonendi sunt, vt se abstineant, & graue hoc peccatum esse cognoscant. Tremendum Dei iudicium timeant, ne pro carnali delectatione tormenta æterni cruciatus incurrant. Non tamen pro hac re SACRI CORPORIS AC SANGVINIS DOMINI COMMVNIONE priuandi sunt, NE IN EIS ILLA VLCISCI VIDEAMVR, IN QVIBVS SE PER IGNORANTIAM ANTE LAVACRVM BAPTISMATIS ADSTRINXERVNT. In hoc enim tempore Sancta Ecclesia quædam PER FERVOREM corrigit, quædam PER MANSVETVDINEM tolerat, quædam PER CONSIDERATIONEM dissimulat atque portat, vt sæpe malum quod auersatur, PORTANDO ET DISSIMVLANDO COMPESCAT. Omnes autem qui ad Fidem veniunt, admonendi sunt ne aliquid tale valeant perpetrare. Si qui autem perpetrauerint, CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI COMMVNIONE PRIVANDI SVNT: quia sicut in his, quæ per ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda; ita in his fortiter insequenda, qui non metuunt sciendò peccare.

» OCTAVA INTERROGATIO AVGVSTINI.

» Peto, si longinquitas itineris magna interiacet, vt Episcopi facilè non possint conuenire, An debeat sine aliorum Episcoporum præsentia Episcopus Ordinari?

» RESPONSIO BEATI GREGORII.

» Et quidem etiam in ANGLORVM ECCLESIA, in qua adhuc SOLVS TV EPISCOPVS inueniris, Ordinare Episcopum non aliter nisi cum Episcopis potes. Nam quando DE GALLIIS Episcopi VENIVNT, illi in Ordinationem Episcopi TESTES tibi adsistant. Sed Fraternitatem Tuam ita volumus in Anglia Episcopos Ordinare, vt IPSI SIBI EPISCOPI LONGO INTERVALLO MINIME DISIVNGANTVR, QVATENVS NVLLA SIT NECESSITAS, VT IN ORDINATIONE CONVENIRE NON POSSINT: PASTORVM QVOQVE ALIQVORVM PRÆSENTI VALDE EST VTILIS, VT FACILLIME DEBEANT CONVENIRE. Cùm igitur, DEO AVCTORE, ita fuerint Episcopi etiam in propinquis sibi locis Ordinati, per omnia Episcoporum Ordinatio sine aggregatis TRIBVS VEL QVATTVOR Episcopis fieri non debet. Nam in ipsis rebus Spiritalibus, vt sapienter &

mature diſponantur, exemplum trahere à rebus etiam Carnalibus «
poſſumus. CERTE ENIM DVM CONIVGIA IN MVNDO CELE- «
BRANTVR, CONIVGATI QVIQVE VOCANTVR, VT QVI IN VIA «
CONIVGII IAM PRÆCESSERVNT, IN SVBSEQVENTI QVOQVE «
GAVDIO MISCEANTVR. CVR NON ERGO IN HAC SPIRITALI «
ORDINATIONE, QVA PER SACRVM MYSTERIVM HOMO DEO «
CONIVNGITVR, TALES CONVENIANT, QVI VEL IN PROFECTV «
ORDINATI EPISCOPI GAVDEANT, VEL PER EIVS STVDIA OMNI- «
POTENTI DOMINO PRECES PARITER FVNDANT? «

NONA INTERROGATIO BEATI AVGVSTINI. «

Poſtulo etiam, Qualiter debemus cum GALLIARVM ATQVE BRI- «
TANNIARVM Epiſcopis agere? «

RESPONSIO BEATI GREGORII PAPÆ. «

IN GALLIARVM EPISCOPOS NVLLAM TIBI AVCTORITATEM TRI- «
BVIMVS: QVIA AB ANTIQVIS PRÆDECESSORVM MEORVM TEM- «
PORIBVS PALLIVM ARELATENSIS EPISCOPVS ACCEPIT, QVEM «
NVNC PRIVARE AVCTORITATE PERCEPTA MINIME DEBEMVS. «
Si igitur contingat vt Fraternitas Tua ad GALLIARVM PROVIN- «
CIAM tranſeat, & aliquid EX AVCTORITATE agendum fuerit, CVM «
EODEM ARELATENSI EPISCOPO DEBET AGERE, qualiter ſi qua ſunt «
IN EPISCOPIS vitia, corrigantur: Qui ſi fortè in DISCIPLINÆ vigo- «
re tepidus exiſtat, Tuæ Fraternitatis ZELO ACCENDENDVS eſt. Cui «
etiam Epiſtolas fecimus, vt cùm TVÆ SANCTITATIS præſentia in «
Galliis fuerit, & ipſe tota mente ſubueniat, & quæ ſunt Creatoris «
Noſtri Iuſſioni contraria, ab Epiſcoporum moribus compeſcatis. «
Ipſe autem AVCTORITATE PROPRIA Epiſcopos Galliarum iudi- «
care non poteris, SED SVADENDO, BLANDIENDO, BONA QVO- «
QVE OPERA TVA EORVM IMITATIONI MONSTRANDO, prauorum «
mentes ad Sanctitatis ſtudia REFORMA, quia ſcriptum eſt in Lege: «
Per alienam meſſem tranſiens, falcem mittere non debet, ſed ma- « Deut. 23. v. vlt.
nu ſpicas conterere & manducare. FALCEM ergo IVDICII mitte- «
re non potes in eam ſegetem, quæ alteri videtur eſſe commiſſa, ſed «
per effectum Boni Operis FRVMENTA DOMINICA VITIORVM «
SVORVM PALEIS EXSPOLIA, & in ECCLESIÆ CORPVS monendo «
& perſuadendo, QVASI MVNDANDO, conuerte. Quidquid verò «
EX AVCTORITATE agendum eſt, CVM prædicto ARELATENSI «
EPISCOPO agatur, NE PRÆTERMITTI POSSIT HOC QVOD ANTI- «
QVA PATRVM INSTITVTIO INVENIT. Britannorum verò omnes «
Epiſcopos Tuæ Fraternitati committimus, VT INDOCTI DOCEAN- «
TVR, INFIRMI PERSVASIONE ROBORENTVR, PERVERSI AVCTO- «
RITATE CORRIGANTVR. «

OBSECRATIO AVGVSTINI. «

Obſecro, vt RELIQVIÆ SANCTI SIXTI MARTYRIS nobis tranſ- «
mittantur. «

CONCESSIO GREGORII. «

Fecimus quod petiiſti, quatenus Populus, qui in loco quodam «

» SANCTI SIXTI MARTYRIS CORPVS DVXERVNT VENERARI: » (quod Tuæ Fraternitati NEC VERVM NEC VERACITER SANCTVM » videtur,) CERTA Sanctissimi & Probatissimi Martyris BENEFICIA » SVSCIPIENS, colere INCERTE non debeat. Mihi tamen videtur » quia si Corpus quod à Populo cuiusdam Martyris esse creditur, » nullis illic MIRACVLIS coruscar, & neque aliqui de antiquio- » ribus existant, qui se A PARENTIBVS Passionem eius audisse » fateantur; ita RELIQVIÆ quas petisti SEORSVM CONDENDÆ » sunt, vt locus, in quo præfatum corpus iacet, modis omnibus OB- » SERVATVR, nec permittatur Populus CERTVM deserere, & INCER- » TVM venerari.

» DECIMA INTERROGATIO AVGVSTINI.

» SI PRÆGNANS MVLIER DEBEAT BAPTIZARI? Aut, postquam ge- » nuerit, post quantum tempus possit Ecclesiam intrare? Aut etiam » ne morte præoccupetur, quod genuerit, post quot dies hoc liceat » SACRI BAPTISMATIS SACRAMENTA percipere? Aut, post quan- » tum temporis huic vir possit in carnis copulatione coniungi? Aut, » si menstrua consuetudine tenetur, an Ecclesiam introire ei liceat, » aut SACRÆ COMMVNIONIS SACRAMENTA percipere? Aut, vir » suæ Coniugi permixtus, antequam lauetur aqua, si Ecclesiam intra- » re possit, vel etiam ad MYSTERIVM SACRÆ COMMVNIONIS ac- » cedere? QVÆ OMNIA RVDI ANGLORVM GENTI OPORTET » HABERE COMPERTA.

» RESPONSIO BEATI GREGORII.

» Hoc non ambigo, Fraternitatem Tuam esse requisitam; cui etiam » responsum addidisse me arbitror. Sed hoc quod ipse dicere, » aut sentire potuisti, credo quòd mea apud te volueris respon- » sione firmari. Mulier etenim prægnans cur non debeat Bapti- » zari, cùm non sit ante Omnipotentis Dei oculos culpa aliqua » FOECVNDITAS CARNIS? Nam cùm primi parentes nostri in » Paradiso deliquissent, Immortalitatem quam acceperunt, recto » Dei iudicio, perdiderunt. Quia itaque Omnipotens Deus huma- » num genus pro culpa sua funditus extinguere noluit, ET IM- » MORTALITATEM HOMINIS PRO PECCATO SVO ABSTVLIT, ET » TAMEN PRO BENIGNITATE SVÆ PIETATIS, FOECVN- » DITATEM SOBOLIS EI RESERVAVIT. Quod ergo natu- » ræ humanæ ex competenti Dei dono seruatum est, qua ratione po- » terit à SACRI BAPTISMATIS GRATIA prohiberi? Illi quippe My- » sterio, IN QVO OMNIS CVLPA FVNDITVS EXTINGVITVR, val- » de stultum est si DONVM GRATIÆ contradicere posse videatur. Cùm » verò enixa fuerit mulier, post quot dies debeat Ecclesiam intrare,

Leuit. 12. v. 4. » Testamenti Veteris præceptione didicisti: vt pro Masculo diebus Tri- » ginta tribus, pro Femina vero SEXAGINTA SEX debeat abstine- » re. Quod tamen sciendum est, quia IN MYSTERIO accipi- » tur. Nam si eâdem horâ quâ genuerit, actura gratias intrat Ec- » clesiam, nullo peccati pondere grauatur. VOLVPTAS ENIM

CARNIS,

CARNIS, NON DOLOR, IN CVLPA EST. In carnis autem commix-
tione voluptas est: in prolis verò partu dolor, & gemitus. Vnde &
ipsi PRIMÆ MATRI OMNIVM dicitur: In doloribus paries. Si ita- Genes.3.
que enixam mulierem prohibemus Ecclesiam intrare, ipsam ei POE- v.16.
NAM suam IN CVLPAM deputamus. Baptizari autem vel enixam
mulierem, vel hoc quod genuerit, si mortis periculo vrgetur, vel
ipsa hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadem qua
natum est, nullo modo prohibetur; quia sicut SANCTI MYSTE-
RII GRATIA viuentibus atque discernentibus cum magna discre-
tione prouidenda est: ita quibus mors imminet, sine vlla dilatio-
ne offerenda est, ne dum adhuc tempus AD PRÆBENDVM RE-
DEMPTIONIS MYSTERIVM quæritur, interueniente paululum
mora, inueniri non valeat qui redimatur. Ad eius verò concubi-
tum vir eius accedere non debet, QVOVSQVE QVI GIGNITVR,
ABLACTETVR. PRAVA autem in Coniugatorum Moribus CON-
SVETVDO SVRREXIT, vt mulieres, filios quos gignunt, nutrire con-
temnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant. QVOD
VIDELICET EX SOLA CAVSA INCONTINENTIÆ VIDETVR IN-
VENTVM: quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare
quos gignunt. Hæ itaque quæ filios suos EX PRAVA CON-
SVETVDINE aliis ad nutriendum tradunt, nisi Purgationis Tem-
pus transierint, viris suis non debent admisceri; quippe quia &
sine partus causa, cùm consuetis menstruis detinentur, viris suis
misceri prohibeantur, ita vt morte LEX SACRA feriat, Si quis Leuit.20.
vir ad menstruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum v.18.
ex consuetudine Menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare
non debet: quia ei NATVRÆ SVPERFLVITAS IN CVLPAM non
valet imputari: Et per hoc quod INVITA PATITVR, iustum
non est vt Ecclesiæ ingressu priuetur. Nouimus namque quòd Matth.9.v.
mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum Domini 20.
humiliter veniens, vestimenti eius fimbriam tetigit, atque statim Marc.5.
ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita lau- v.25. Luc.8.v.43.
dabiliter potuit Domini vestimentum TANGERE, cur etiam quæ
Menstruum Sanguinis patitur, ei non liceat Domini Ecclesiam
intrare? Sed dices, illam Infirmitas compulit; has verò, de quibus
loquimur, Consuetudo constringit. Perpende autem, Frater Ca-
rissime, quia OMNE QVOD IN MORTALI CARNE PATIMVR, EX
INFIRMITATE NATVRÆ, EST DIGNO DEI IVDICIO POST CVL-
PAM ORDINATVM. Esurire namque, sitire, æstuare, algere, las-
sescere, ex infirmitate naturæ est. Et quid est aliud contra famem
alimenta, contra sitim potum, contra æstum auras, contra frigus
vestem, contra lassitudinem requiem quærere, nisi MEDICAMEN-
TA quædam contra ægritudines explorare? Feminis namque &
Menstruus sui sanguinis fluxus ægritudo est. Si igitur bene præ-
sumpsit quæ vestimentum Domini in languore posita tetigit, quod
vni personæ Infirmanti conceditur; cur non concedatur cunctis

» mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? SANCTÆ autem » COMMVNIONIS MYSTERIVM in eisdem diebus percipere non de- » bet prohiberi. SI AVTEM EX VENERATIONE MAGNA PERCI- » PERE NON PRÆSVMIT, LAVDANDA EST: SED SI PERCIPIAT, » NON EST IVDICANDA. (BONARVM QVIPPE MENTIVM EST » ETIAM IBI ALIQVO MODO CVLPAS SVAS AGNOSCERE, VBI » CVLPA NON EST) QVIA SÆPE SINE CVLPA AGITVR, QVOD VENIT » EX CVLPA: VNDE ETIAM CVM ESVRIMVS, SINE CVLPA COMEDI- » MVS; QVIBVS EX CVLPA PRIMI HOMINIS FACTVM EST, VT ESV- » RIREMVS. Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua culpa » est, videlicet quia naturaliter accidit: Sed tamen quia natura ipsa » ita vitiata est, vt etiam sine voluntatis studio videatur esse polluta, ex » culpæ venit vitio, in quo seipsam qualis per iudicium facta sit hu- » mana natura, cognoscat, vt homo qui sponte culpam perpetrauit, » reatum culpæ portet inuitus. Atque ideo fœminæ, quæ cùm se- » metipsas considerant in menstrua consuetudine, ad SACRAMEN- » TVM DOMINICI CORPORIS ET SANGVINIS accedere non præsu- » munt, de sua recta consideratione laudandæ sunt. Dum verò Per- » cipiendi EX RELIGIOSA VITÆ CONSVETVDINE eiusdem MYSTERII » AMORE RAPIVNTVR, reprimendæ, sicut diximus, non sunt. Sicut » enim in Veteri Testamento, Exteriora Opera seruabantur: ita in » Testamento Nouo, non tam quod exteriùs agitur, quàm id quod » interiùs cogitatur, sollicita intentione attenditur, vt subtili sen- » tentia puniatur. Nam cùm multa, Lex, velut immunda, non man- Matth.15.v.11. » ducari præcipiat, in Euangelio tamen Dominus ait: Non quod in- « trat in os, coinquinat hominem. Atque paulo post subiecit, ex- Ibid.v.19. » ponens: Ex corde exeunt cogitationes malæ. VNDE VBERTIM IN- » DICATVM EST, QVIA ILLVD AB OMNIPOTENTI DEO POLLVTVM » ESSE IN OPERE OSTENDITVR, QVOD EX POLLVTÆ COGITA- » TIONIS RADICE GENERATVR. Vnde Paulus quoque Apostolus Tit 1.v.15. » dicit: Omnia munda Mundis; Coinquinatis autem & Infidelibus, » nihil est mundum. Atque mox eiusdem Coinquinationis causam Ibid. » nuncians, subiungit: Coinquinata sunt enim eorum & Mens & » Conscientia. Si ergo cibus ei immundus non est, cuius mens im- » munda non est, cur quod munda mente mulier ex natura patitur, » ei in immunditiam reputetur? Vir autem cum propria Coniuge » dormiens, NISI LOTVS AQVA, INTRARE ECCLESIAM NON DEBET, » SED NEQVE LOTVS INTRARE STATIM DEBET. Lex autem VE- Leuit.15.17. » TERI populo præcepit, vt mixtus vir mulieri, & lauari aqua de- » beat, & ANTE SOLIS OCCASVM Ecclesiam non intrare. Quod in- » telligi spiritualiter potest: quia Mulieri Vir miscetur, quando illi- » citæ Concupiscentiæ Animus in cogitatione per delectationem con- » iungitur. Qui, nisi priùs IGNIS CONCVPISCENTIÆ à mente de- » ferueat, dignum se CONGREGATIONE FRATRVM existimare non » debet: quia se grauari per nequitiam prauæ voluntatis videt. Quam- » uis enim de hac re DIVERSÆ hominum nationes DIVERSA sen-

tiant, atque alia custodire videantur; ROMANORVM TAMEN SEMPER AB ANTIQVIORIBVS VSVS FVIT, POST ADMIXTIONEM PROPRIÆ CONIVGIS, LAVACRI PVRIFICATIONEM QVÆRERE, ET AB INGRESSV ECCLESIÆ PAVLVLVM REVERENTER ABSTINERE. Nec hoc dicentes, culpandum putamus esse Coniugium: sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, ideo A SACRI LOCI INGRESSV abstinendum est. Non enim de adulterio vel fornicatione, sed de legitimo coniugio natus fuerat qui dicebat, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, Ps. 50. v. 7.
& in DELICTIS PEPERIT me mater mea. Qui enim in iniquitatibus conceptum se nouerat, in delicto se natum gemebat. QVIA PORTAT ARBOR IN RAMO HVMOREM VITII SVI, QVOD TRAXIT EX RADICE. In quibus verbis non ipsam ADMIXTIONEM coniugum, INIQVITATEM nominat, sed ipsam videlicet VOLVPTATEM ADMIXTIONIS. Sunt enim multa licita ac legitima, & tamen in eorum actu aliquatenus fœdamur: SICVT sæpe irascendo, culpas insequimur, & tranquillitatem in nobis animi perturbamus; & cùm rectum sit quod agitur, non est tamen approbabile, quòd in eo animus perturbatur. Contra quippe vitia delinquentium iratus fuerat, qui dicebat; Turbatus est præ ira oculus meus. Ps. 6. v. 8.
Quia enim non valet nisi tranquilla mens IN CONTEMPLATIONIS LVCEM SE SVSPENDERE, in ira suum oculum turbatum dolebat: quia dum malè acta deorsum insequitur, confundi tamen atque turbari A SVMMORVM CONTEMPLATIONE cogebatur. Et laudabilis ergo est ita contra vitium, & tamen molesta, quia turbatum se, reatum aliquem incurrisse æstimabat. OPORTET ITAQVE LEGITIMAM CARNIS ESSE COPVLAM, VT CAVSA PROLIS SIT, NON VOLVPTATIS; ET CARNIS COMMIXTIO, CREANDORVM LIBERORVM SIT GRATIA, NON SATISFACTIO VITIORVM. Si quis ergo sua coniuge, non cupidine voluptatis captus, sed solummodo liberorum creandorum gratiâ vtitur, iste profectò de ingressu Ecclesiæ, seu DE SVMENDO CORPORIS DOMINICI SANGVINISQVE MYSTERIO, suo est derelinquendus iudicio: quia à nobis prohiberi non debet accipere, QVI IN IGNE POSITVS NESCIT ARDERE. Cùm verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in OPERE COMMIXTIONIS, habent Coniuges etiam, de sua commixtione QVOD DEFLEANT. Hoc enim eis concedit SANCTA PRÆDICATIO, & tamen de ipsa concessione metu animum concutit. Nam cùm Paulus Apostolus diceret: Qui se continere non potest, habeat vxorem suam; statim subiungere curauit: Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium. Non enim indulgetur quod licet & iustum est. Quod enim indulgeri dixit, CVLPAM esse demonstrauit. Vigilanti ergo mente pensandum est, quòd in Sina monte Dominus Populum à mulieribus abstinere præcepit. Et si illic vbi Dominus PER CREATVRAM SVBDITAM hominibus loquebatur,

1. Cor. 7. v. 2. — v. 6.

» tanta prouisione est munditia corporis requisita, vt qui verba Dei
» perciperent, mulieribus permixti non essent: quanto magis, qui
» CORPVS DOMINI OMNIPOTENTIS accipiunt, custodire in
» se munditiam carnis debent, ne ipsi INÆSTIMABILIS MYSTE-
» RII MAGNITVDINE prægrauentur? Hinc etiam ad Dauid de
1 Reg. 21. v. 4. » pueris suis per Sacerdotem dicitur, vt si à mulieribus mundi essent,
» Panes Propositionis acciperent, nisi priùs mundos eos Dauid à mu-
» lieribus fateretur. Tunc autem vir qui post commixtionem con-
» iugis lotus fuerit aqua, etiam SACRÆ COMMVNIONIS MY-
» STERIVM valet accipere, CVM ei iuxta præfinitam sententiam
» etiam LICVERIT INTRARE.

» VNDECIMA INTERROGATIO AVGVSTINI.

» Quæro etiam, Si post illusionem, quæ per somnium solet accide-
» re, vel CORPVS DOMINI quilibet accipere valeat; vel si SACER-
» DOS sit, SACRA MYSTERIA CELEBRARE?

» RESPONSIO BEATI GREGORII PAPÆ.

» Hunc quidem TESTAMENTVM VETERIS LEGIS, sicut in
Leuit. 15. v. 2. 5. & 10. » superiori Capitulo iam diximus, POLLVTVM DOMINO dicit, & ni-
» si lotum aquâ, etiam vsque ad vesperam, Intrare Ecclesiam non
» concedit. Quod tamen specialiter ad illum populum, spiritualiter
» autem (aliàs, aliter) intelligens sub eodem intellectu accipiet,
» quem præfati sumus: quia quasi per somnium illuditur, qui ten-
» tatur immunditiâ, vanis imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed
» lauandus est aquâ, vt culpas cogitationis lacrymis abluat. Et nisi
» priùs IGNIS TENTATIONIS recesserit, reum se quasi vsque ad
» vesperam cognoscat. Sed est in eadem Illusione valde necessaria
» discretio, quia valde subtiliter pensare debet, ex qua re accidat
» menti dormientis. Aliquando enim ex Crapula, aliquando EX
» NATVRÆ SVPERFLVITATE vel Infirmitate, aliquando ex
» Cogitatione procedit pollutio. Et quidem cùm EX NATVRÆ
» SVPERFLVITATE vel Infirmitate euenerit, omnimodo hæc
» Illusio non est timenda; QVIA HANC ANIMVS NESCIENS,
» PERTVLISSE MAGIS DOLENDVS EST, QVAM FECISSE.
» Cùm verò vltra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapi-
» tur, atque idcirco HVMORVM RECEPTACVLA grauantur, ha-
» bet exinde animus aliquem reatum, non tamen vsque ad prohibi-
» tionem percipiendi SACRI MYSTERII, vel MISSARVM SO-
» LEMNIA CELEBRANDI, cùm fortasse aut Festus Dies exigit, aut
» EXHIBERI MYSTERIVM, pro eo quòd Sacerdos alius in lo-
» co deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alij, qui IM-
» PLERE MYSTERIVM valent, Illusio per Crapulam facta, A PER-
» CEPTIONE SACRI MYSTERII prohibere non debet, sed
» ab IMMOLATIONE SACRI MYSTERII abstinere, vt arbitror, humi-
» liter debet, si tamen dormientis mentem turpis imaginario non
» concusserit, (aliàs, dormientem turpi imaginatione Illusio non con-
» cusserit.) Nam sunt quidam in quibus ita plerumque Illusio nasci-

tur, vt eorum animus, etiam in somno corporis positus, turpibus « imaginationibus non fœdetur. Qua in re vnum tibi ostenditur, « quòd ipsa mens omnino rea non sit tunc, sed suo iudicio penitus « libera, cùm se, etsi dormienti corpore, nihil meminerit vidisse, ta- « men, in vigiliis corporis meminit se in ingluuiem cecidisse. Si verò « ex turpi cogitatione vigilantis, oritur Illusio in mente dormientis, « patet animo suus reatus. Videt enim à qua radice inquinatio illa « processerit, QVI QVOD COGITAVIT SCIENS, HOC PER- « TVLIT NESCIENS: & propter talem Pollutionem à SACRO « MYSTERIO, ea die abstinere oportet. Sed pensandum est, ipsa « Cogitatio vtrùm in Suggestione, an Delectatione, vel, quod maius « est, peccati Consensu acciderit. Tribus enim modis impletur o- « mne Peccatum: videlicet Suggestione, Delectatione, Consensu. « Suggestio quippe fit per Diabolum, Delectatio per Carnem, Con- « sensus per Spiritum: QVIA CVM PRIMAM CVLPAM SVG- « GESSIT; EVA, VELVT CARO DELECTATA EST; ADAM, « VELVT SPIRITVS, CONSENSIT. Et necessaria est magna dis- « cretio, vt inter Suggestionem, Delectationem, & Consensum « IVDEX SVI ANIMVS PRÆSIDEAT. Cùm enim malignus « Spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio « sequatur, peccatum omnimodo perpetratum non est: cùm verò « caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit nasci. Si autem « etiam ad Consensionem ex deliberatione descendis, tunc pecca- « tum cognoscitur perfici. In Suggestione igitur PECCATI SE- « MEN est, in Delectatione fit Nutrimentum, in Consensu fit Per- « fectio. Et sæpe contingit, vt hoc quod Malignus Spiritus se- « minat in cogitatione, Caro in delectationem trahat, nec ta- « men Animus eidem Delectationi consentiat. Et cùm Caro sine « animo delectari nequeat, ipse tamen animus Carnis voluptati- « bus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur in- « uitus, vt ei ex ratione contradicat, nec consentiat: & tamen ea « delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat: « Vnde & ILLE CÆLESTIS EXERCITVS PRÆCIPVVS MI- « LES gemebat, dicens: Video aliam Legem in Membris meis re- « Rom. 7. v. 23. pugnantem Legi Mentis meæ, & captiuum me ducentem in Le- « ge Peccati, quæ est in Membris meis. Si autem captiuus erat, « minimè repugnabat: quapropter & captiuus erat, & captiuus non « erat, & repugnabat. Igitur LEGI MENTIS eius LEX, quæ « IN MEMBRIS est, repugnabat. PVGNABAT AVTEM, QVA- « PROPTER CAPTIVVS NON ERAT. Ecce itaque homo est, « ita dixerim, & Captiuus & Liber: Liber ex Iustitia quam diligit, « Captiuus ex Delectatione quam portat inuitus. Atque hæc Au- « gustinus ad Gregorium, vicissimque ad Augustinum Grego- « rius.

CAP. XXXVII.

QVA de re, antequam dicere incipio, perpauca mihi de CENTVRIATORIBVS ISTIS MA-

GDEBVRGENSIBVS verba facienda sunt: immò ista quibus scripserant verbis, eorum, si qua in fraudulentis & mendacibus Historicis subesse potest, exponenda fides, siue Iudicium, seu potiùs, frigida calumnia de duobus vltimò allatis insignibus Gregorianis scriptis, videlicet SVESSIONENSI PRIVILEGIO ac INTERROGATIONIBVS AVGVSTINIANIS. Ex eo enim Iudicio velut ex incendio nudus videbitur Gregorius vester effugere. Ac de altero quidem verecundè satis, haud tamen dubi-
» tanter, hunc in modum ordiuntur, Centuriâ sextâ: Exemplum
» PRIVILEGIORVM Monasterij in Suessorum Ciuitate, quod
» Gregorius dedit, exstat in libro eius duodecimo, capite XXXII. Capita
» sunt: I. Ne donata ei Monasterio cuiquam fas sit abalienare. II. vt
» Monachi habeant potestatem eligendi Abbatem, & ordinandi. III.
» FONTIVM CONSECRATIONES, & Scrutinij Mysteria in ipso
» Monasterio celebrent. IV. CHRISMATIS, OLEI, ALTARIS, CA-
» LYCIS, CORPORALIS BENEDICTIONEM, A QVOCVM-
» QVE PONTIFICE EXPETANT. V. Sit Caput Monasteriorum
» Galliæ, nulliusque ditioni subsit. VI. Tantùm Pontificibus Roma-
» nis pareat. VII. Rector Monasterij fiat, & ALTARIVM PRÆSVL.
» IIX. Si Abbas ob causam capitalem deponendus sit, non priùs id fiat,
» nisi Pontifex Romanus ratum id fecerit. Et in eo Iudicio sint Tres
» METROPOLITANI cum SVFFRAGANEIS, & Abbates Quam-
» plurimi. Accusatores cum Duodecim Testibus adsint. Hactenus Centuriatores de altero siue de Primo, quod licet inuitiùs, at honestiùs quàm de iniquissimis sperares, SAPIENTISSIME REX, non quia negare non audent, (quid enim non audent?) sed quia non possunt, admittunt, vnàque cum illis Octo illa Antiquitatis & Veritatis Insignia quæ nostri Nouatores admisisse nollent, &, si possent, erubescerent. Quod autem ad alterum siue Secundum attinet Gregorianum Opusculum, quamuis esse germanissimum agnoscant, mirum est cùm DE BRITANNICIS DOCTORIBVS agunt, quot quantasque nebulas offundere nitantur, ne Solem illum Angliæ, AVGVSTINVM intelligo, eiusque clarissimam lucem, GREGORIANAM eius dicere volui HISTORIAM, plenis oculis intueamur. Spero equidem fore, SERENISSIME REX, te quantumuis veritatis cupidissimum, non tam ad iracundiam plusquam millia illa Centuriata mendacia, moueant, quàm illorum Magdeburgensium, apud quos omnia tanquam vocibus ebriorum personant, inconstanter dicta, ad risum prouocabunt. Sic igitur quasi inter sobrios bacchari vinolenti videntur, ac de tuorum Anglorum Apostolo infinita negando
» affirmant. Adeo (quod de nonnullis Germanis Annalium primo
» Tacitus scripsit) cuncta incuriâ disiecta erant, nec belli timor: ac
» ne Pax quidem nisi languida & soluta inter temulentos. AVGV-
» STINVS Romanus, (inquiunt, Centuriâ Sextâ) Ordinis Benedi-
» cti Monachus, A GREGORIO PAPA, anno Domini DLXXXII,

Mauricij decimo quarto, cum quadraginta comitibus Italis, & aliquot Gallis, MITTITVR in Angliam, vt eam ROMANO PONTIFICI lucretur, eiusque quæstuosæ & superstitiosæ IVRISDICTIONI SVBIICIAT. Cùm autem aliquantulum itineris confecisset, FRATRES, SVÆ CVTI METVENTES, incipiunt propositum mutare; Gentis ferocitatem, & Linguæ Britannicæ imperitiam expendentes. Ne autem temerè id quod cœperant, videantur abiecisse, Augustinum ad Gregorium remittunt; qui ab illo reuersus, adfert litteras consolatorias, & adhortatorias, ad cœptum opus perficiendum. Bed. lib. I. Cap. XXIII. Historiæ Anglicæ. Ingressus Cantionum Insulam, quæ Tanaros nominatur, anno Domini DXCVI. EDELBERTVM Regem cum Vxore sua SVPERSTITIOSA, (id est, Centuriatorum linguâ, CHRISTIANA) RELIGIONE ROMANA, (id est, Centuriatorum quoque idiomate, CHRISTIANA) imbuit, ea tamen conditione, vt omnino liber & non coactitius iste PONTIFICIVS CVLTVS esset. A plebe IN DOROBERNENSEM, quæ nunc CANTVARIA dicitur, ARCHIEPISCOPVM electus, AB ETHERIO ARELATENSI CONSECRATVR: Londino, qui HACTENVS ea dignitate vsus fuerat, suo iure priuato. Postea, CONVOCATA SYNODO, ROMANOS RITVS ET CONSVETVDINES ILLIS ECCLESIIS OBTRVSIT: nimirum ALTARIA, VESTES, IMAGINES, MISSAS, CALYCES, CRVCES, CANDELABRA, THVRIBVLA, VEXILLA, VASA SACRA, LVSTRALES AQVAS, ROMANARVM CEREMONIARVM CODICES, OBLATIONES, PROCESSIONES, POMPAS, DECIMAS, ET SIMILIA, quæ hactenus Britanni ignorabant, CONTENTI ASIANIS ET GRÆCIS CEREMONIIS: (id est, Centuriatorum etiam dialecto, Idolis, quæ, vt supra vidimus, per Augustinum Gregorius destruxit) & postulauit, vt eodem tempore Pascha celebrarent, & Baptismum RITIBVS ROMANORVM administrarent, & GENTI ANGLORVM vna secum prædicarent, SEQVE ARCHIEPISCOPVM SVVM AGNOSCERENT. Cùm autem Britanni nollent decretis eius parêre, ATROX BELLVM CONCITAVIT, ET LIBERTATEM ECCLESIÆ TVENTES PERSECVTVS EST. Beda li. II. cap. II. Scripsit de suo successu prospero, AD GREGORIVM LIBRVM VNVM; & Ecclesiarum suarum Statuta, LIBRVM VNVM; ET QVÆSTIONES VNDECIM, AD QVAS GREGORIVS EI RESPONDET lib. XII. tom. XII. quas etiam Beda refert lib. I. cap. XXVII. HISTORIÆ ANGLICÆ.

A Gregorio PALLIVM, RELIQVIAS SANCTORVM, & similia SVPERSTITIONVM INSTRVMENTA, & socios Mellitum, Iustum, Paulinum, Rufinianum, EX ROMA ACCEPIT. Bed. lib. eodem, cap. XXIX.

Ecclesiam Saluatoris Cantuariæ instaurauit, & MONASTERIVM IN HONOREM PETRI exstruxit. Beda lib. eodem, cap. XXXIII.

MIRACVLA ETIAM EVM FECISSE NARRANT: SED CVM AD SVPERSTITIONIS CONFIRMATIONEM PE-

» NITIVS QVAM AD VERITATIS DIVINÆ, DIRECTA
» FVERINT, MERITO SVSPECTA SVNT. ET GREGO-
» RIVS, FORTE NON SINE CAVSA, EVM PER LIT-
» TERAS HORTATVS EST, NE DE IPSIS NIMIVM
» GLORIARETVR. Bed. lib. eodem, capite XXXI. ILLVD CER-
» TE, QVOD CÆCO VISVM RESTITVISSE DICITVR,
» AD SVI HONORIS ET EXALTATIONIS SVPER BRI-
» TANNIÆ EPISCOPOS CONFIRMATIONEM, NON CA-
» RET SVSPICIONE, QVOD VEL ARTIBVS MAGICIS EF-
» FECTVM SIT, AVT ALIOQVIN FICTITIVM.
» CVM AVTEM ANNOS TREDECIM BRITANNICAS
» ECCLESIAS DIVEXASSET, ET ROMANO ANTICHRI-
» STO SVBIECISSET, obiit Septimo Cal. Iunij, circiter annum
» Domini Sexcentesimum octauum. Balæus. Sed obliuione, vt vino, sepultos dimittamus illos Anglicani nominis hostes: qui dum sibi non constant; prælatum illud Augustini Epitaphium sequenti Centuria, id est, Septima, ex tertio capite secundi libri Bedæ refe-
» runt: HIC REQVIESCIT DIVVS AVGVSTINVS DORO-
» VERNENSIS EPISCOPVS PRIMVS, QVI OLIM HVC A
» GREGORIO ROMANO PONTIFICE DIRECTVS, ET A
» DEO MIRACVLORVM OPERATIONE SVFFVLTVS,
» EDILBERTVM REGEM ET GENTEM ILLIVS AB IDO-
» LORVM CVLTV AD FIDEM CHRISTI PERDVXIT. Sed quanti id refert, si ex vino vacillantes, dum ANGLORVM APOSTOLVM culpant, Anglos nunquam fuisse Christianos vlulant? Horrendum tamen, ac dictu nefas semper apud nos, qui sanctiùs de Sanctis ac de tuis rebus æstimamus, erit. Nesciant verò Romani tui; ne amore patriæ, censorium stylum, cuius mucronem multis remediis Maiores nostri retuderunt, æquè posthac atque illum Dictatorium gladium, acuant. Vt autem extremum habeat aliquid oratio mea, & vt ego ante dicendi finem faciam, quàm tu, MAXIME REX, me attentè audiendi; concludam illud de Augustino, de Consultatione Anglicana, de Sententiis Consultisque Romanis. Et quoniam quidquid in iis positum est, sola lectione patet, argumentum varietate distinguitur, atque id omne huiusmodi est, vt iam huius Secundi Libri epilogo facilè capi ac repræsentari possit, hæc erit summa conclusionis meæ; VT QVEMADMODVM PRIORE LIBRO PROBATVM EST, NON MODO NON MVTARI, SED NEC MVTATVM ESSE, NEC MVTARI QVIDEM POSSE MAIORVM MOREM IN ECCLESIA, QVÆ ANTIQVITATE, TANQVAM DIVINÆ VNITATIS AC VERITATIS TRIPODE, NITITVR: SIC POSTERIORE HOC SECVNDO LIBRO CONFECTVM AC APERTISSIME ET PLANISSIME EXPLICATVM ATQVE DEMONSTRATVM EST, AB IPSO ANGLICANÆ ECCLESIÆ NASCENTIS EXORDIO REM DIVINAM IN

Anglia, nostro Romano, id est, Catholico, ritv fieri ac celebrari coeptam; nihilqve Anglos Catholicos in his sacris qvæ a maioribvs acceperunt, immvtasse, sed paternarvm semper traditionvm svique veteris Anglicani Pontificii ivris retinentes; qvam vniversalis Ecclesia Propheticis promissis, ac Evangelico oracvlo, constantiam nacta fvisse creditvr, hanc in vnitate sortitos, hanc Apostolica fide imitatos, hang grandi qvodam providentiæ privilegio, conservatis primis svsceptæ religionis Gregorianis Pontificiis tabvlis, et videri et esse semper consecvtos. Ex qvo necessario intelligitvr atqve effectvm est, vt etiamsi ivre fieret, id qvo nihil vnqvam absvrdivs cogitari potest, sicvti ex antedictis liqvet, videlicet vt alicvbi gentivm aliqva natio à Romana ac Apostolica Sede impvne deficeret; ipsa tamen Anglia Romani Pontificis paterno, proindeqve æterno, ivri nvsqvam reclamare posset: notissimo illo argvmento Pavli, qvo interdvm familiariter vsvs est, & nos post evm vtimvr: Nonne opvs mevm vos «« 1.Cor.9.v.1.
estis in Domino? et si aliis non svm Apostolvs, «
sed tamen vobis svm: nam signacvlvm Apostolatvs «
mei vos estis in Domino. Mea defensio apvd eos, «
qvi me interrogant, hæc est. Adeo tuis Anglis, ac tibi, «
Iacobe, Anglorum Regi Deus & Optimus & Maximus videri voluit, vt cùm modis omnibus ivvandam quasi suscepisset Anglicanam Ecclesiam, ita salutariter prouiderit, atque prospexerit, vt à Gregorio duce Anglicanæ veritatis historicæ, idem relictum esset & acceptæ à Romano Pontifice Christianitatis, & conseruandæ cum Sede Apostolicâ Vnitatis, sempiternum Fidei monimentum. Quapropter, Sapientissime Rex, Sectariorum tuæ Angliæ, tanquam Nouatorum, turpem illam fabulam, de reformanda Anglicana fide, explodamus. Theatra enim Christianitatis, vt vides, tota cum Gregorio reclamant; ac mox ille, qui dixit: Spectaculum (quod Græcè «« 1.Cor.4.v.9.
est Θέατρον) facti sumus Mundo, & Angelis, & Hominibus: qui «
quidem suas partes toto Tertio sequente Libro acturus est. Quantum autem absint à priore forma, ad quam se reducere ac referre omnia fabulantur, in Schismate Anglicano cernere est:

———iacet ingens litore truncus,
Auulsumque humeris Caput, & sine nomine Corpus.

Sed iam sentio me esse longiùs prouectum quàm proposita ratio postularet. Verùm admirabilis compositio Disciplinæ, incredibilisque rerum traxit ordo. Antiquam verò formam ac speciem hac tibi, Optime Rex, breuis antedictorum me-

moria, atque recognitio sub vno aspectu ponet. Mimi enim iam exitus, non Fabulæ, qualis à me illa Nouatorum Anglicana (ex
1.Tim.4.v.4. Paulinis illis ad Timotheum verbis: AD FABVLAS AVTEM CONVERTENTVR) dicta est, spectatores eludere. Cùm enim in Mimo clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus, deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. At sic Nouatores non effugient, mihi credas, ac potiùs tibi, immo Imperij tui Christianis Consiliis, CATHOLICISQVE Arcanis, quæ ex mei Primi Libri perorationis pacto,
Matth.13. v.52. non secus ac Euangelicus ille, QVI PROFERT DE THESAVRO SVO NOVA AC VETERA, protuli. Nunc, me tuam compellante fidem, eos, tuo Regio exemplo atque imperio, Felici illa Necessitate QVÆ AD MELIORA COMPELLIT, Intrare Compelles.

CAP. XXXVIII. LEGES enim Christianæ, leges Patriæ, leges Anglicanæ, Antiquæ, ac Primæ; hæ nimirum fuerunt, & erunt Gregorianæ, & Apostolicæ, & Pontificiæ, CENTVM QVATVORDECIM, ne minutiora Legum Capita numeremus: PRIMA; Miracula, Miraculisque credere. SECVNDA; Non Vernaculum sed Hebræum Halleluia cantare. TERTIA; Ecclesiæ Sanctæ Sanctos agnoscere. QVARTA; Sacerdotalis Oris ac Manus, ligandi atque soluendi potestatem, immo potentiam reuereri. QVINTA; Christianam Pœnitentiam esse non modò futura cauere, sed etiam præterita plangere. SEXTA; Ecclesiam Sanctam esse, quantumuis multi Fidem teneant, qui Vitam Fidei, siue Charitatem, non tenent. SEPTIMA; Ecclesiam Christi CATHOLICAM esse, id est, Toto Orbe diffusam. OCTAVA; Reges Cœlum Bonis Operibus promereri. NONA; Presbyterum, gradus atque ordinis, non ætatis esse cognomen. DECIMA; Episcopum Presbytero superiorem esse. VNDECIMA; Monachos omnibus amplectendos, vt Deo Hominibusque probatos, ac maximè Anglis vnicè colendos, vt Christianæ Religionis in Anglia Fundatores ac Patres. DVODECIMA; Sanctitatem, ac Sanctitatis vnam inter alias mercedem, Regum Salutem, atque Conuersionem populorum esse. DECIMA TERTIA; Anglorum Regem ab Anglicana Ecclesia condita, Romani Pontificis FILIVM, & esse & dici. DECIMA QVARTA; Operariis Conuersionis Anglicæ ad hanc Christianam Fidem, mercedem in Cœlo ex iustitia deberi. DECIMA QVINTA; Gratiam Dei Cooperantem dari, vt in Supernaturali Opere & Virtus à Deo, & Libertas intelligatur in nobis. DECIMA SEXTA; Fidem semel acceptam, quemlibet, etiam Angliæ Regem, Nouatorum Ecclesiæ Caput, amittere posse. DECIMA SEPTIMA; Deum vlciscendæ iniuriæ vindicem, Boni quoque Operis, tanquam beneficij, remunerandi auctorem esse. DECIMA OCTAVA; Pio Principi Deum, Christi promissis ac sanguine, & Vitæ Æternæ & Centupli Famæ debitorem esse constitutum. DECIMA NONA; Bona, Auctore Deo, Opera esse, ac vnicuique, maximè Episcopo, non solùm Fide Cre-

denda, ſed etiam Fidei omnino Coniungenda, ac paterno ſuo exemplo proponenda: VIGESIMA; Neminem noſtrum de ſua Prædeſtinatione ac Salute eſſe certum, ac vnumquemque cum Timore ac Tremore Salutem ſuam Operari debere: VIGESIMA PRIMA; Sacras Diui Petri Reliquias Claue, Clauium Regni Cœlorum Petro traditarum, & ad Petri Succeſſores tranſmiſſarum, indice, incluſas, & AD REGEM ANGLIÆ cæteroſque Chriſtianos Reges ac Principes ab Apoſtolica Sede mitti ſolitas, ſalutares, ac religioſè venerandas, atque adſeruandas, & collo geſtandas ad omnia mala debellanda eſſe. VIGESIMA SECVNDA; Beati Petri Apoſtoli, vt ipſe quadam ſua Epiſtola loquitur, TABERNACVLVM, non humanum cadauer, aut vilem puluiſculum, ſed SACRATISSIMVM CORPVS, cum Gregorio, id eſt, cum Angliæ Proto- Apoſtolo, appellandum eſſe. VIGESIMA TERTIA, Ferrum Catenarum Petri, quæ collum eius in Martyrio vinciebant, collo appenſum, ab omnibus, vt ait Gregorius, peccatis ſoluere, id eſt, Venialia detergere, ac Mortalibus venientibus occurrere, & ni diffidas, liberare. VIGESIMA QVARTA; Crucis vſum Sanctum eſſe, eumque qui Capillos Beati Ioannis Baptiſtæ cum Ligno Dominicæ Crucis, Cruce incluſo, geſtauerit, ſemper ſolatium noſtri Saluatoris per Interceſſionem Præcurſoris eius, teſte Gregorio, eſſe habiturum. VIGESIMA QVINTA; Orationes Interceſſioneſque Sanctorum in Cœlo regnantium, nobis & credendas & ſperandas eſſe. VIGESIMA SEXTA; Sacerdotis cœleſtem vim, ac diuinum nomen, Archiepiſcopalis Pallij Auctoritatem & Vſum, Significationemque Myſticam, necnon & Sacroſancta Miſſarum Solemnia Nouatoribus incognita, aut certè violata, Anglicanæ Eccleſiæ, doctore Gregorio, celebrante Syagrio, Sacræ Expeditionis Anglicanæ adiutore acerrimo, probatiſſima, certiſſima, ac ſanctiſſima ſemper atque ab initio extitiſſe. VIGESIMA SEPTIMA; Templa Chriſtiana rite atque olim ECCLESIAS conſueſſe nominari. VIGESIMA OCTAVA; Epiſcoporum Metropolitanorum, ſiue Archiepiſcoporum, Locum, Dignitatem, Splendorem, Iura denique omnia, ſarta tecta eſſe debere. VIGESIMA NONA; Pontificis Maximi Apoſtolicum, id, eſt, Summum, Eccleſiaſticum Tribunal, atque in Epiſcopos ac Metropolitas Animaduerſionis Ius, ex Archiepiſcopalis Pallij conceſſione Syagrio Epiſcopo facta, ſatis apertè colligi, etiamſi meliora nobis argumenta deeſſent. TRIGESIMA; Ordinationis, ſiue Conſecrationis, ordinem in Epiſcopali conſeſſu ſemper eſſe ſeruandum, eamque Πρωτοκαθεδρίαν, id eſt, PRIMVM CONSESSVM, nemini ex Patrum interpretatione ac præcepto, negligendam, à Gregorio PRÆROGATIVAM ORDINVM appellari. TRIGESIMA PRIMA; Cœlorum Regnum vim pati, ac Violentis patêre; qui multiplicatis, ceu Talentis, Operibus Gratiæ, æternam illam gloriam rapere, auxiliante Domino, totis viribus certatim feſtinant. TRIGESIMA SECVNDA; Concilia Prouincialia auctoritate Pontificis Maximi ſæpe congre-

2. Pet 1. v. 13.

Matt. 11. v. 12.

gata esse; Nationalia vero cùm non sint congregabilia naturâ absque Sedis Apostolicæ iudicio, eum sibi præfecisse Præsidem, quem Romani Antistitis sententia atque arbitrium tulisset, vt videre est in Syagrio Augustodunensi Præsule, Lugdunensis Archiepiscopi Suffraganeo, qui ad id munus eâ viâ delectus supra seniores Episcopos, immò supra Archiepiscopos, adde & supra proprium Archiepiscopum, lectus ac visus est. TRIGESIMA TERTIA; Sacerdotes, ac Episcopos, non ex Laicis, sed ex Clericis assumendos esse; neque Christianos omnes Clericos, sed Laicos esse, quantacumque dignitate præfulgeant, nisi Sacerdotio, aut Gradu vel Ordine Sacri Ministerij à populi turba & quasi fæce, diuinitus, id est diuina ordinatione, segregentur. TRIGESIMA QVARTA; Sacros Ordines Institutionis Christi, ac Apostolicorum temporum esse, ex Prima Simoniaca Hæresi, quam omnium Primam fuisse adstruit Ecclesiæ Doctor Gregorius, apertissimè conuinci. TRIGESIMA QVINTA; Episcopatum, SACERDOTII DIGNITATEM, SANCTVM HONOREM, ac HONORABILE SACERDOTIVM, ab Antiquis appellatum esse. TRIGESIMA SEXTA; Collatione Ordinis Episcopo Spiritum Sanctum per Manuum Impositionem diuino munere conferri. TRIGESIMA SEPTIMA; Omnem Hæresim, aut Sectam, ab Ecclesia damnatam, præsertim Simoniacam, (qualem omnium nunc constat esse Nouatorum, se pro Veris Dei Ministris supponentium ac intrudentium, turbam,) velut quamdam seditiosorum factionem, Regum imperio, saltem relegatione atque amandatione, à populo Dei arcendam, atque cohibendam esse. TRIGESIMA OCTAVA; Episcopos ac Clericos à Laicis, vt Gradu atque Moribus, sic & Vestibus differre; vt liquet, ex congreganda, IVVANTE Brunichilde, IVBENTE Gregorio, Gallicana Synodo: cuius auctoritate cautum sit, neu quis ex Laico Habitu ad Episcopatus audeat Gradum accedere. TRIGESIMA NONA; Archiepiscoporum Benedictionem manibus impertiendam atque consignandam apud Christianos Inuocatione Dei nominis, qui Vnus ac Trinus est, sanctam esse ac religiosam. QVADRAGESIMA; Virgilium, Arelatensem Archiepiscopum, vice Gregorij, id est Romani Pontificis, Episcopum nomine Serenum, (quem Massiliensem ferunt) suspecti contubernij accusatum, Iure, ac vt dicitur Viâ Iuris, corrigere potuisse. QVADRAGESIMA PRIMA; Irenæum, Occidentalis Ecclesiæ Orientem illum Solem, non IRONÆVM, vt Hæ-
Gal.6.v.7. reticorum mimus turpiter coram Deo, qui non irridetur, ludit; sed BEATVM IRENÆVM, appellandum esse, eo nomine quo Cœlitum Sanctus quisque, Patrum nostrorum exemplo, cum laude, religione, ac fide, à nobis vsurpari solet. QVADRAGESIMA SECVNDA; SACERDOTALES VIRTVTES esse, atque inter eas præcipuam, vt potè Heroïcam maximéque Coronandam, PATIENTIAM; id est tam sibi quàm aliis Episcopalem siue Apostolicam à Christo Domino institutam imperandi facultatem; vnde illud Episcopi Sidonij di-

ctum

ctum de Sacerdote, ac de Sacerdotaliter viuente; MALO SACERDOTALEM VIRVM, QVAM SACERDOTEM. QVADRAGESIMA TERTIA; Ad Pontificem Maximum MAIORES, quas vocant, CAVSAS spectare, eumque Synodicarum, reliquarumque rerum, vt SAPIENTEM ARCHITECTVM, quod aiebat Paulus, FVNDAMENTVM PONERE, cæteros Minores Pontifices SVPERÆDIFICARE, siue partes Romanæ Sedis esse, vt res fiant, ac rite rectéque fiant, modum verò rerum agendarum, reliquarum Sedium inferiorum esse. QVADRAGESIMA QVARTA; Ita Deum sua Dona in nobis nostra Merita esse velle, vt cùm Gloriam donet, nostra tamen Opera coronet. QVADRAGESIMA QVINTA; Millies Episcopos Romani Pontificis & Archiepiscoporum FRATRES; Abbates autem atque Presbyteros, FILIOS nominandos esse. QVADRAGESIMA SEXTA; Sanctam Meritorum Sodalitatem esse, eosque laborum Sanctorum hic degentium, fieri singulariter participes, qui cum Sanctæ Sedis Operarijs Apostolicis, fidem, operam, zelum, bona quoque temporalia, in Euangelij munere communicare non dubitant. QVADRAGESIMA SEPTIMA; Reuerentiam aduersùs Ecclesias adhibendam esse. QVADRAGESIMA OCTAVA; Sacerdotes esse sanctè honorandos. QVADRAGESIMA NONA; Regum ECCLESIAM IVVANTIVM Duplex Præmium esse; videlicet & Feliciter, & Æternùm regnare. QVINQVAGESIMA; In celebrandis Synodis, & Romani Pontificis & Episcoporum & Regum eas esse varias, quamuis in vnum concurrentes, partes; quemadmodum in Theodorico, Francorum Rege, notandum fuit: vt penes Maiores Pontifices sit Indicere; Minores, Decernere; Principes, vt Concilia fiant, potenter Procurare, & vt facta seruentur, contumaces cogere, ac ministris legibus sacros morum magistros Canones reuerenter tueri. QVINQVAGESIMA PRIMA; Christianam Vnitatem ac Pacem, tanquam Euangelicum Rete, NEC PROPTER MVLTOS, NEC PROPTER MALOS, vt Patres loquuntur, scindendum aut rumpendum esse. QVINQVAGESIMA SECVNDA; Reges Galliæ Romani Pontificis FILIOS EXCELLENTISSIMOS ac DVLCISSIMOS, antiquo Ecclesiæ Gallicanæ iure, olim vocitatos esse. QVINQVAGESIMA TERTIA; Præmiorum Gloriæ, vt Meritorum Gratiæ, Inæqualitatem fore. QVINQVAGESIMA QVARTA; GRATIAM CONVERSIONIS, siue Gratiam qua iustificamur, & ad Deum atque à Creatura ad Creatorem conuertimur, internam atque inhærentem esse. QVINQVAGESIMA QVINTA; Incertam esse mortalibus mortalium PRÆDESTINATIONEM AD VITAM, vnamque diuinæ electionis in nobis à Christo Domino esse declaratam ac ostensam siue reuelatam notam, nempe Charitatem; si modò eam, vt ait Apostolus, teneamus de Corde puro, & Conscientia bona, & Fide non ficta. QVINQVAGESIMA SEXTA; Per Episcopos peccata dimitti; Episcoposque eligi, vt per eos aliena peccata remittantur. QVINQVAGESIMA SEPTIMA; Archiepiscoporum Animaduersionem in Sacerdotes ac Episcopos, proinde-

1.Cor.3.v.10.

1.Tim.1.v.5.

que ab Episcopis ad Archiepiscopos prouocationem, siue Appellationem, legitimam esse. QVINQVAGESIMA OCTAVA; Aquam Benedictam more Maiorum fieri, eiusque aspersione Fana profana expiari. QVINQVAGESIMA NONA; In Gentilium Templis in Ecclesias commutandis atque dedicandis, Altaria construi debere, in iisque Reliquias reponendas esse. SEXAGESIMA; Dies Festos atque Solemnes, vt Dedicationis, vel Natalis Sanctorum Martyrum, & reliquos huiusmodi, Ecclesia iubente, Pontifice decernente, rite celebrari solitos, rectéque etiam ac laudabiliter aliquos ex Gentilium ritibus in Ecclesiæ morem atque vsum inuectos ac translatos; vt tanquam ab iniustis possessoribus auferretur quod Deo consectaretur Vero & Immortali. SEXAGESIMA PRIMA; Agapem, siue Sacrum ac solemne Christianorum Epulum, quattuor potissimùm ob causas à Patribus celebrari consueuisse, videlicet Natalitia, Funera, Connubia, Dedicationes. SEXAGESIMA SECVNDA; Nouatorum de Christianorum Sacrificio opinionem ac Sectam, Hæresim Manichæorum esse ab Augustino detectam, vt ipsis Augustinianis verbis plenissimè supra demonstratum fuit. SEXAGESIMA TERTIA; Anglicanam nascentem Ecclesiam in Augustini sui Anglorum Episcopi persona vsam Archiepiscopali Pallio AD MISSARVM SOLEMNIA, & quidem sola, vt hodieque apud nos moris est, qui finitis Missarum maioribus Sacris, Pallium exuimus; Augustinumque Angliæ Apostolum MISSARVM SOLEMNIA, quæ Nouatores tam impudenter oppugnant, peregisse, atque celebrasse. SEXAGESIMA QVARTA; Episcoporum Ordinationem CONSECRATIONEM appellandam esse. SEXAGESIMA QVINTA; Archiepiscopale Pallium, HONORIS PALLIVM in Occidentali Ecclesia solitum dici. SEXAGESIMA SEXTA; Sortitionis Pontificatus Maximi auctorem Deum; Romanamque Sedem, SANCTAM & APOSTOLICAM SEDEM & haberi & esse, atque ab ea Lundiniensem Episcopum Honoris Pallium accipere posse, ac debere. SEXAGESIMA SEPTIMA; Episcoporum Iurisdictiones à Romano Pontifice dispensari, statui, distingui. SEXAGESIMA OCTAVA; In Archiepiscoporum, vti & de Episcopis dictum est, consessu, Ordinationis Tempus sequendum esse. SEXAGESIMA NONA; Salutem Apostolicam Pontificis Rescriptis præmitti solitam, hac antiqua formula concipi, SERVVS SERVORVM DEI, vt cunctorum Dei Seruorum curam, ac, vt loquitur
2 Cor. 11. v. 28. Paulus, INSTANTIAM QVOTIDIANAM, & SOLLICITVDINEM OMNIVM ECCLESIARVM, suscipere ac gerere Pontifex Maximus intelligatur. SEPTVAGESIMA; Apostolicam siue Romanam Sedem, de Fide, ac DE DISCIPLINA ECCLESIÆ, More Maiorum consulendam esse. SEPTVAGESIMA PRIMA; Eos qui Romanum Pontificem SANCTI PATRIS appellatione ac nomine salutauerint, iure ac merito, & ex Ecclesiæ vsu atque Religionis Antiquitate fecisse ac facere. SEPTVAGESIMA SECVNDA; Summorum Pontificum Decretales Epistolas, DIVINAS & APOSTOLICAS CONSTITVTIONES à Gregorio nominatas

videri. SEPTVAGESIMA TERTIA; In Apostolicam Sedem Obseruantiam ac Reuerentiam magni apud Deum meriti esse. SEPTVAGESIMA QVARTA; Episcopum Veteres VNCTVM DOMINI appellasse, & quasi Sanctum, semper Inuiolatum defendisse: nec tam Hominis mores, quàm Dei Latentem in eo potestatem attendisse. SEPTVAGESIMA QVINTA; Baptismum, Confirmationem, Ecclesiarum Dedicationem, quam CONSECRATIONEM vocat Gregorius, nonnisi in dubio, id est, cùm nec Scriptis, nec Testibus ratio certa haberi potest; repetendam esse ac repeti posse. SEPTVAGESIMA SEXTA; Certos esse Consanguinitatis Gradus, intra quos, vt quidam nominatus Poëta cecinit, INNVPTÆ INIVNGVNTVR NVPTIÆ, id est, contra ius fasque coniunctæ. SEPTVAGESIMA SEPTIMA, Indulti Apostolici, siue Dispensationis, vt vocant, Romani Pontificis, super quibusdam Consanguinitatis Gradibus in matrimoniis contrahendis, vsum legitimum; ac nascente Anglicana Ecclesia, sic in Anglia receptum fuisse, vt de parentibus ante suis Angli dubitare debeant, quàm de communi illo parente, Romano Pontifice, dubitare suos sinant. SEPTVAGESIMA OCTAVA; Pontificem Maximum, ita Fraternè cum Episcopis egisse, vt tanquam Patris loco esset, quo reuera semper fuit, plerumque etiam Paternè ageret. SEPTVAGESIMA NONA; Excommunicatos Ecclesiæ Matri per satisfactionem reddi, ac Sacerdotum precibus eidem Sanctæ Ecclesiæ CATHOLICÆ reconciliari. OCTVAGESIMA; Nationalibus, immo & Prouincialibus Conciliis Christum interesse, & quasi contra hostium copias adsistere, ex illo loco Matthæi: Vbi fuerint Duo vel Tres congregati in nomine meo, Matt.18. in medio eorum sum, Gregorium, TANQVAM E CATHEDRA definisse. v.20. OCTVAGESIMA PRIMA; Episcopos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præceptionibus semper paruisse, ac Apostolicæ Sedis mandata, tanquam Apostolica, exhausisse, eisque Pontifices Maximos quamplurima tenenda mandasse, laboresque multos delegasse. OCTVAGESIMA SECVNDA; Celeberrimum illud Suessionense Diploma, ad quod condendum Totus Orbis concurrere visus est, & se Fidei Anglicanæ ab illis iam sæculis, contra horum temporum Nouatores, subscripsisse miratus est; non tam Priuilegij Indultum, aut Primæ, id est, Romanæ Sedis, summæ auctoritatis vestigium, quàm ad Anglicanam Antiquitatem ac Veritatem retinendam, singularis diuinæ prouidentiæ in Anglos perpetuam memoriam, sempiternumque exstare Symbolum atque Monimentum. OCTVAGESIMA TERTIA; Monasteria Sanctæ Dei Genitricis, aut Sanctorum, velut PETRI Apostolorum Principis, vel Protomartyris Christi, Stephani nomine, rectè religioséque Deo nuncupari. OCTVAGESIMA QVARTA; Anglicanam Ecclesiam prope lactentem in gremio Matris Romanæ Ecclesiæ, tanquam sacrum aliquod, vt veteri verbo vtar, lallare audiisse Gregorianam illam, id est, Pontificiam, vocem Apostolico viro dignissimam, ac antiquitatis & fiduciæ plenissimam; AVCTORITATE DIVINA, VICE BEATI PETRI, APOSTOLORVM

PRINCIPIS DECERNIMVS. OCTVAGESIMA QVINTA; Archiepiscoporum PLENITVDINEM POTESTATIS esse, sed vt ab Apostolica Sede per Pallium acceptam, eam quandoque Romanum Pontificem, certis ex causis ac partibus, DE CONSILIO FRATRVM, compescere potuisse. OCTVAGESIMA SEXTA; Archidiaconorum in Veteri Ecclesia non sine honore mentionem fieri, eorumque dignitatem ac potestatem in procurandis Ecclesiis versari. OCTVAGESIMA SEPTIMA; Benedictionem Abbatis, quam Gregorius ORDINATIONEM ABBATIS vocat, antiquam ac probatam esse. OCTVAGESIMA OCTAVA; CONSECRATIONES FONTIVM hîc apud Gregorium ab Vniuersa Vniuersalique Ecclesia agnosci. OCTVAGESIMA NONA; Chrismatis, ac Olei Sancti, Altaris, Calycis, Corporalis, vsum sanctissimum esse, vbi fuerint Pontificali Benedictione consecrata. NONAGESIMA; Merita Sanctorum in Cælo regnantium ad nos vsque pertinere, & à Gregorio Suessionense Sancti Medardi Monasterium, LOCVM DOMINI MEDARDI MERITIS SACRATVM dici. NONAGESIMA PRIMA; Ecclesiasticæ Disciplinæ fontem Sedem Apostolicam esse, iuxta illud nunquam satis dicendum
» Gregorij; HÆC SEDES ROMANA SPECVLATIONEM SVAM TOTO
» ORBI INDICIT, ET NOVAS CONSTITVTIONES (aliàs, CONSVETVDI-
» NES) OMNIBVS MITTIT. NONAGESIMA SECVNDA; Illustri Reginæ Galliæ facto, Appellationum siue prouocationum ad Sedem Apostolicam, insignitam & quasi stratam Viam Regiam esse, cùm nimirum Brunichildis, vt Suessionensibus Monachis tutum commodumque AD LIMINA APOSTOLORVM aditum pararet, ad Alpes vsque viaticum suo Fisco perduxit. NONAGESIMA TERTIA; Ecclesiarum ac Monasteriorum immunitates munificentiâ Regum laudabiliter variis iuribus auctas, atque nobilitatas esse. NONAGESIMA QVARTA; De cultu Virginis haud vllum exstare potuisse clarius monimentum, quàm quod vetus regia illa sanctio prodidit, quæ in Suessionensis Monasterij commendationem lata est; quod quidem postea Sancti Medardi vocitatum fuit, cùm antea MONASTERIVM SANCTÆ DEI GENITRICIS MARIÆ appellaretur: estque huiusmo-
» di; VT QVICVMQVE SVPER TERRAS DOMINI MEDARDI HABI-
» TARE VOLVERIT, VEL STETERIT, SIVE SERVVS, SI-
» VE LIBER CVIVSCVMQVE SIT, ALTERIVS DOMINIO
» PRIVETVR, ET SANCTÆ GENITRICIS SERVITIO APTETVR. NONAGESIMA QVINTA; Cereos atque lampades in Ecclesiis accendi, mediis in sacris adhiberi, LVMINARIA, vt hodieque apud nos Gallos, (LVMINAIRES) nuncupari, Altaribus aptari, in More Maiorum, videntibus, scientibus, atque approbantibus Primis Anglis, positum fuisse. NONAGESIMA SEXTA; Maiores nostros, PRÆCIPVI ALTARIS, id est Maioris, vt nunc vocant, (cùm PRINCIPEM ARAM Latini Veteres dicerent) meminisse; & ex sacro aliorum Altarium prouentu, ei sacra Lumina siue Luminaria, quæsiisse, ac quærenda statuisse. NONAGESIMA SEPTIMA; Romani Pontificis aucto-

ritatem, APOSTOLICAM AVCTORITATEM, in Gregoriano Canone, de Depositione Abbatis Sancti Medardi Suessionensis, nominatum esse. NONAGESIMA OCTAVA; Episcopos Archiepiscopi Comprouinciales, Canonum ritu ac nostro, SVFFRAGANEOS, renascente Anglia appellari. NONAGESIMA NONA; Nomen, dignitatem, numerum innumerum primis Anglicanis temporibus & fuisse, & magno in loco fuisse. CENTESIMA; Iurisiurandi, tactis Sacrosanctis Euangeliis iurari soliti, sanctissimum pactum, antiquissimam cerimoniam, ac vsitatissimam Purgationem Canonicam habitam esse. CENTESIMA PRIMA; Abbates, inter Sacra Missarum Solemnia, iis qui interessent, Benedictionem impertiisse. CENTESIMA SECVNDA; Diuini Verbi Prædicationem inter Sacra Missarum Solemnia haberi consueuisse, & ab Abbatibus Pontificaliter peroratum esse; vt videlicet Prædicatio, quæ est PARS EVANGELII, lectum Euangelium illico sequeretur, ante ipsam Professionem Fidei mox in Symbolo emittendam, eo sensu, id est Ecclesiæ, quo in Ecclesia explicatum erit. CENTESIMA TERTIA; Monachos Perfectos, id est, vt definit Paulus, eos qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali, SPIRITVALES Apostolico verbo appellandos esse. Heb.5.v.vlt. CENTESIMA QVARTA; Summam in Patriarchas & in omnes Totius Orbis Antistites Iurisdictionem atque Auctoritatem Romani Pontificis exercitam esse, grauissimis pœnis in eos latis qui secus faxint quàm quod Romanæ Sedis Apostolicum Diploma decreuisset. CENTESIMA QVINTA; Missionem Anglicanam à Gregorio, id est, à Romano Pontifice, à Papa, à Sede Apostolica, siue Romana, ortum atque initium habuisse. CENTESIMA SEXTA; Episcopos nonnisi auctoritate Romani Pontificis in Sacrum illud Pontificum Collegium cooptandos; vt pote, apud quem Summum Ordinationis Ius residere cernatur: atque Augustinum Angliæ nostræ Apostolum, data à Gregorio licentia, atque facta potestate, à Germaniarum Episcopis Episcopum ad expeditionem Anglicanam factum, ac consecratum esse. CENTESIMA SEPTIMA; Anglicanam Missionem tantis Miraculis coruscasse, vt Apostolorum virtutes, in Signis, quæ exhiberent, imitari, teste Gregorio, spectante Orbe, viderentur. CENTESIMA OCTAVA; Dominicæ Natiuitatis Solemnitatem (quæ à Proclo Cyziceno Episcopo Homiliâ De Incarnatione Verbi, VIRGINEA PANEGYRIS, Παρθενικὴ Πανήγυρις, dicta est) maximam semper fuisse, in ea Conuersionem Anglorum illuxisse: & quoniam Angli eo sacratissimo die ab Augustino ad decem & ampliùs millia baptizati, siue illuminati, ac regenerati sunt, omnium Angliæ Festorum primum ac principium, omni sane gaudio celebrandum, iure ac Maiorum More rite haberi. CENTESIMA NONA; Episcopalis Orationis vim ingentem esse, & ad promouendam Vocationem Gentium Conuersionemque Populorum maturandam, & ad signa ac Prodigia, etiam per alios longè dissitos, & quasi hominum vltimos, actuosam esse. CENTESIMA DECIMA; Orientalis Ecclesiæ,

atque Eulogij, Alexandrini Patriarchæ, artem in expugnandis auctoritate Patrum Hæreticis, magnopere commendandam Gregorio videri, ac Patres, exempli causâ Basilium, Gregorium, Epiphanium, reliquos, HEROAS NOSTROS, Gregoriano oraculo appellatos esse. CENTESIMA VNDECIMA; Sacerdotale siue Episcopale Cor, Sacrâ Gregorij Philosophiâ, ARCAM TESTAMENTI nuncupatum esse. quo nomine postea quadringentis abhinc annis, Sanctum Antonium de Padua, primum illum Franciscani Ordinis Sacrarum litterarum Doctorem atque Professorem, (qui PERPETVVS HÆRETICORVM MALLEVS dicebatur) Honorius Tertius Pont. Max. appellauit, cùm eum mirabiliter concionantem audiuisset. Cuius quidem
Ier. 1 v. 11. dicti ratio optimè constat, ob Legem Latentem, Virgam Vigilan-
Apoc. 2. v. 17. tem, atque Sacri oris Vim Sacrosanctum MANNA ABSCONDITVM proferentem; sicut de Tribus Dei Maximis Muneribus, ipso Dei ore, Arcâ Testamenti includi iussis, Cyri Antistes Theodoretus, in Exodum
» Quæstione sexagesima dixit: Symbola Maximorum suorum Mune-
» rum ac Donorum intus recondi atque adseruati mandauit. Tabu-
» læ enim LEGISLATIONEM monstrabant; SACERDOTIVM, Virga;
» Manna, ESCAM IN EREMO & PANEM NON MANVFACTVM; Pro-
» pitiatorium verò PROPHETIÆ SYMBOLVM erat. Nam inde PRÆ-
» DICTIONES emanabant: Τὰ σύμβολα τῶν Μεγίστων αὐτοῦ Δωρεῶν, ἔνδον κεῖσθαι προσέταξεν. αἱ γὰρ Πλάκες τὴν Νομοθεσίαν ἐδήλουν, τὴν Ἱερωσύνην ἡ Ῥάβδος, τὸ Μάννα ΤΗΝ ΕΝ ΕΡΗΜΩ ΤΡΟΦΗΝ, καὶ τὸν ΑΧΕΙΡΟΠΟΙΗΤΟΝ ΑΡΤΟΝ· τὸ δέ γε Ἱλαστήριον, ΤΗΣ ΠΡΟΦΗΤΕΙΑΣ ΣΥΜΒΟΛΟΝ ἦν· ἐκεῖθεν γὰρ αἱ ΠΡΟΡΡΗΣΕΙΣ ἐγίνοντο. CENTESIMA DVODECIMA; Alexandrinum Patriatcham cum Romano Pontifice, dum ageret hæc duo verba, SICVT IVSSISTIS, honoris causâ ac reuerentiæ erga Primam Sedem, interposuisse. CENTESIMA DECIMA TERTIA; VNIVERSALIS PAPÆ Titulum ab Oecumenica Chalcedonensi Synodo, atque à Subsequentibus Patribus, vt ait Gregorius, Pontifici Maximo oblatum ac decretum fuisse, atque auctoritatem Primæ Sedis in Vniuersalem Ecclesiam sic ab omnibus creditam esse, vt vndique Toto Orbe conquirerentur vocabula, non ad Romani Pontificis Primatum inducendum, sed ad Romani Pontificis Apostolici Primatûs excellentiam digna veneratione prosequendam, Totique Orbi submissis fascibus repræsentandam; vt, CAPITE constituto, SCHISMATIS tolleretur occasio. CENTESIMA DECIMA QVARTA; Non modò Maiores Causas ad Romanam Sedem olim delatas esse, sed & de Minoribus Pontificem Maximum consuli cœptum ac solitum ab ipso Conuersionis Angliæ exordio, eamque primam fuisse Veteris Anglicanæ ECCLESIÆ DISCIPLINAM, hodieque in eam sententiam exstare Vndecim siue Interrogationes, siue Quæsita Augustini, Primi Anglorum Episcopi, DE MORIBVS ECCLESIÆ, ad Gregorium, Veteris Romæ Episcopum, totidemque Gregorij Responsa ad Augustinum, ANGLORVM EPISCOPVM, transmissa in Saxoniam Transmarinam: videlicet PRIMVM; De Obuentionibus Ecclesiasti-

cis diuidendis: SECVNDVM ; De Clericis Contrahentibus post Clericatum: TERTIVM ; De Diuersis Consuetudinibus diuersarum Ecclesiarum non improbandis. Quo certè loco hanc inter DE DIVINIS OFFICIIS Quæstiones scitu dignissimam Augustinus mouet; QVONAM POTISSIMVM NASCENTI ANGLICANÆ ECCLESIÆ VTENDVM MISSALI, CVM ALIVD ROMANVM, ALIVD GALLICANVM FORET? Cui Quæstioni occurrens Gregorius suadet potiùs vti pro reliquarum Ecclesiarum varietate rituque laudabili MISSALE componat ANGLICANVM, at ex omnibus omnium Ecclesiarum Consuetudinibus collectum. Cùm ergo TERTIA INTERROGATIO AVGVSTINI ea esset: Cur, cùm VNA sit FIDES, sunt « Ecclesiarum CONSVETVDINES tam DIVERSÆ? ET ALTERA CON- « SVETVDO MISSARVM EST IN ROMANA ECCLESIA, ATQVE ALIA « IN GALLIARVM ECCLESIIS TENETVR? Hæc quoque Beati Gregorij « Responsio fuit: Nouit Fraternitas Tua Romanæ Ecclesiæ consuetu « dinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, vt siue in Ro- « mana, siue in GALLIARVM, seu in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti « QVOD PLVS OMNIPOTENTI DEO POSSIT PLACERE, sollicitè eligas, « & in ANGLORVM ECCLESIA, quæ adhuc AD FIDEM NOVA est, in- « stitutione præcipua QVÆ DE MVLTIS ECCLESIIS COLLIGERE PO- « TVISTI, infundas. NON ENIM PRO LOCIS RES, SED PRO BONIS « REBVS LOCA AMANDA SVNT. Ex SINGVLIS ergo QVIBVSQVE « ECCLESIIS, quæ PIA, quæ RELIGIOSA, quæ RECTA sunt, elige: « ET HÆC QVASI IN FASCICVLVM COLLECTA; APVD ANGLORVM « MENTES IN CONSVETVDINEM DEPONE. Quem locum doctus il « le Abbas Augiensis Berno sic vrgebat PRO GALLICANO MISSALI, ante sexcentos annos, cùm DE CANENDO ANGELICO HYMNO, (id est, GLORIA IN EXCELSIS DEO) non solùm in Paschate, sed etiam Luc.2.v.14. in Die Dominicæ Natiuitatis (quo primùm cælitus, inquit, auditus est) immo in omni Die Dominico & Natalitiis Sanctorum, Libro De Officio Missæ disputaret: Ad hæc potest aliquis dicere, tunc tem- « poris GALLOS & Hispanos in MISSARVM suarum celebritate, NON- « DVM HABVISSE VSVM SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ. Quod & « nos NON NEGAMVS. Testatur hoc Abbas Hilduinus, VIR IN DI- « VINA LEGE APPRIME ERVDITVS, in ea Epistola quam ad Ludo- « uicum Imperatorem direxit, Pro Passione Sanctorum Martyrum « Dionysij & Sociorum eius: vbi inter alia quæ suæ narrationi vi « debantur congrua, hæc adiecit; Cui astipulari videntur ANTIQVIS- « SIMI ET NIMIA VETVSTATE PENE CONSVMPTI MISSALES LI- « BRI, CONTINENTES MISSÆ ORDINEM, MORE GALLICO: QVI « AB INITIO RECEPTÆ FIDEI VSVS IN HAC OCCIDENTALI PLAGA « EST HABITVS, VSQVEQVO TENOREM QVO NVNC VTITVR, RO- « MANVM SVSCEPIT. In nostri quoque Monasterij Archiuo, habe- « tur MISSALIS LONGE ALITER ORDINATVS QVAM ROMANÆ « ECCLESIÆ SE HABEAT VSVS. Et quod iis omnibus maius est, cùm «

» VNA sit FIDES, Cur super MISSARVM CELEBRATIONE, Gallia-
» rum Ecclesiæ à Romana discordant? AVGVSTINO requirenti, GRE-
» GORIVS Respondit: Nouit Fraternitas Tua Romanæ Ecclesiæ Con-
» suetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet vt siue
» in Romana, siue in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti QVOD PLVS
» OMNIPOTENTI DEO POSSIT PLACERE, sollicitè eligas, & ANGLO-
» RVM ECCLESIÆ, quæ adhuc NOVA est AD FIDEM, institutione
» præcipua, quæ de multis Ecclesijs colligere potuisti, infundas: NON
» ENIM PRO LOCIS RES, SED PRO BONIS REBVS LOCA AMANDA
» SVNT. Ex singulis ergo quibusque Ecclesijs, quæ PIA, quæ RE-
» LIGIOSA, quæ RECTA sunt, eligas; & hæc quasi VASCVLO collecta,
» apud ANGLORVM mentes in Consuetudinem vertas. His satis in-
» struimur exemplis, NIL NOS DELINQVERE, SI EA QVÆ EX AV-
» CTORITATE PONTIFICVM QVI ILLVM SANCTVM VIRVM TEM-
» PORE PRÆCESSERVNT, INSTITVTA SVSCEPIMVS, & vel EX GAL-
» LICANARVM ECCLESIARVM, aut Hispanicarum VSV MVTVAVI-
» MVS, Fideli Deuotione seruamus; imitantes ipsius BEATISSIMI PA-
» PÆ PRÆDICANDAM HVMILITATEM; Qui cùm reprehenderetur à
» quibusdam, QVOD ALIARVM ECCLESIARVM MOREM SEQVERE-
» TVR, inter alia fatetur, dicens: Si quid boni vel ipsa videlicet CON-
» STANTINOPOLITANA vel altera Ecclesia habet EGO ET MINORES
» MEOS QVOS AB ILLICITIS PROHIBEBO, IN BONO IMITARI
» PARATVS SVM. STVLTVS EST ENIM QVI IN EO SE PRIMVM
» EXISTIMAT VT BONA QVÆ VIDERIT, DISCERE CONTEMNAT.
» Nam si ideo, vt sæpe dictum, illum ANGELICVM HYMNVM pro-
» hibemur IN FESTIVIS DIEBVS canere, EO QVOD ROMANORVM
» PRESBYTERI NON SOLENT EVM CANERE, possumus simili modo
» POST EVANGELIVM, Symbolum (videlicet Nicenum aut Constan-
tinopolitanum, vt ex eodem Bernone ac Ruffino superiùs adnota-
» uimus) reticere, quod ROMANI vsque ad hæc tempora DIVÆ ME-
» MORIÆ Henrici Imperatoris nullomodo cecinerunt. Sed redeamus
ad Augustiniana Quæsita & Disputata, Gregorianaque Responsa.
QVARTVM; De Pœnitentia Furum, & restitutione Ecclesiasticarum
rerum: QVINTVM; Quòd duo Fratres possunt contrahere cum
duabus Sororibus: SEXTVM; Qui sint in contrahendo prohibiti Gra-
dus Consanguinitatis & Affinitatis? SEPTIMVM; Quòd Neophyti
in gradu prohibito iuncti, nec separandi sunt, nec SACRA COM-
MVNIONE priuandi; sed admonendi qui soluti sunt, vt abstineant:
OCTAVVM; Quòd sunt necessarij Episcopi in Episcopi Consecra-
tionem: NONVM; Qualiter Metropolitanus in aliena prouincia se
habere debeat? DECIMVM; Quòd mulier prægnans & Puer natus
possit baptizari; Quòd menstruata ab Ecclesiæ ingressu non prohi-
beatur, & Quòd post Coniugale Debitum, siue, vt omnium castis-
1.Cor.7 v.3. simè dixit Paulus, τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν, DEBITAM BENEVOLEN-
TIAM, &, vt alicubi legitur, τὴν ὀφειλομένην τιμὴν, DEBITVM HONO-
REM, Coniuges ab Ecclesiæ ingressu abstinere debeant, donec

ſcilicet animum à ſenſu carnis reuocarint, purgarint: VNDECIMVM denique ac VLTIMVM; Quando Nocturna Pollutio CELEBRATIONEM & COMMVNIONEM impediat? Atque hæc ſunt Vndecim Auguſtini Quæſita, Vndecimque Reſponſa Gregorij. in quorum DECIMO duo valde obſeruanda videntur, nempe DE COMMVNICANTE MENSTRVATA, ET CONIVGATA ABSTINENTE POST COPVLAM. Etenim primo loco Gregorius, antiqui Canonis ſeueritati moderatur, cumque Anglis præſertim diſpenſat. Namque Canon Eccleſiaſticus, is perpetuus fuit, qui annis ducentis & quinquaginta poſt Romanam Sedem conditam, ſcriptus in Sancti Dionyſij Patriarchæ Alexandrini, Athanaſij laudibus celeberrimi, Epiſtola Canonica, ad Baſilidem, Canone ſecundo, legitur: De Mulieribus verò « quæ menſtrua patiuntur; deceatne ſic affectas in DOMVM DEI in- « trare, ſuperuacaneum eſt quærere. Haud enim eas, credo, fideles ac « religioſæ cùm ſint, auſuras in hoc ſtatu vel ad SANCTAM MENSAM « accedere, vel CORPVS AC SANGVINEM CHRISTI attingere. Ne- « Matt. 9. v. 20.
que enim illa Hæmorroiſſa Mulier, quæ duodecim annos fluxum « Marc. 5.
ſanguinis patiebatur, ad ſalutem conſequendam eum, ſed eius tan- « v. 25
tùm fimbriam tetigit. Orare enim quomodocumque ſe habeat « Luc 8. v. 43.
aliquis, & vtcumque ſit affectus, Domini meminiſſe, & auxilium « implorare, non eſt reprehendendum. Ad SANCTA autem SAN- « CTORVM qui non Anima & Corpore purus eſt, accedere prohi- « bebitur: Περὶ δὲ τῶν ἐν ἀφέδρῳ Γυναικῶν, εἰ προσήκει αὐτὰς οὕτω διακειμένας « εἰς τὸν ΟΙΚΟΝ εἰσιέναι τοῦ ΘΕΟΥ, περιττὸν καὶ τὸ πυνθάνεσθαι νομίζω. Οὐδὲ γὰρ αὐτάς, οἶμαι, πιστὰς οὔσας, καὶ εὐλαβεῖς, τολμήσειν οὕτω διακειμένας, ἢ ΤΗ ΤΡΑΠΕΖΗ ΤΗ ΑΓΙΑ προσελθεῖν, ἢ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ προσάψασθαι. Οὐδὲ γὰρ ἡ τὴν δωδεκαετῆ ῥύσιν ἔχουσα, πρὸς τὴν ἴασιν ἔθιγεν αὐτοῦ, ἀλλὰ μόνου τοῦ κρασπέδου. Προσεύχεσθαι μὲν γὰρ ὅπως ἂν ἔχοι τις, καὶ ὡς ἂν διάκειται, μεμνῆσθαι τοῦ Δεσπότου, καὶ δεῖσθαι βοηθείας τυχεῖν, ἀνεπίφθονον. Εἰς δὲ τὰ Ἅγια τῶν Ἁγίων, ὁ μὴ πάντῃ καθαρὸς καὶ Ψυχῇ καὶ Σώματι, προσιέναι κωλυθήσεται. Ex quo ſanè loco conficitur, eam aduersùs Euchariſtiam adhibendam eſſe reuerentiam, quam Corpus Chriſti Aſpectabile ſiue Viſibile, tanquam ſibi debitam, ſummo iure Cultus poſtulaſſet, vti variis ex Synodicis locis Imperatoriiſque Reſcriptis Antiochenus Patriarcha, Theodorus Balſamon, Scholiis ſuis in hunc locum probat. Confirmat autem Hæmorroiſſæ exemplo Dionyſius: quod quidem Euangelicum in Veterum ore Patrum, dum locus DE EVCHARISTIA EFFECTIBVSQVE EVCHARISTIÆ tractaretur, ferè ſemper erat. Vnus omnium inſtar eſto Nazianzenus Gregorius, Oratione Funebri Sororis ſuæ Gorgoniæ, cùm de mirabili eius per Euchariſtiæ virtutem curatione ab inſolenti ac planè prodigioſo quodam efferueſcentiæ ſanguinis morbo agit: Deſperatis, inquit, omnibus aliis « auxiliis, ad MORTALIVM OMNIVM MEDICVM confugit, atque in- « tempeſta nocte captata, cùm morbus non nihil remiſiſſet, AD AL- « TARE CVM FIDE PROCVMBIT, eumque QVI SVPER IPSO COLI- « TVR, cum ingenti clamore inuocans, OMNIBVSQVE NOMINIBVS «

» APPELLANS, atque omnia ea quæ vnquam mirificè gesserat, velut
» in memoriam ei reuocans: (nam vtriusque Testamenti historias cal-
» lebat) tandem PIA & Præclarâ quâdam IMPVDENTIA effertur.
a Matt. 9. v. 20. » Eam, quæ Christi [a] fimbriâ sanguinis profluuium compresserat, imi-
Marc 5. » tatur. Quidque fecerit, audite. Cùm caput suum pari cum clamo-
v. 25. » re, lacrymisque quibus abundabat (mulierculæ illius instar quæ
Luc. 8. v. 43. » olim Christi [b] pedes rigauit) ALTARI admouisset, nec se priùs illud
b Matt. 16. » dimissuram esse denunciasset, quàm sanitatem obtinuisset, ac dein-
v. 7. » de hoc suo pharmaco corpus totum perfudisset, ET SI QVID VSPIAM
Marc. 14 v. 3. » ANTITYPORVM PRETIOSI CORPORIS AVT SANGVINIS MANVS VT
Luc 7. » THESAVRVM RECONDIDERAT, ID LACRYMIS ADMISCVISSET (ô
v. 37. Ioan. 12. » rem admirandam!) statim liberatam se morbo sentit, atque & corpore
v. 3. » & animo & mente leuis discedit, hanc spei mercedem consequuta,
» vt quod sperauerat, obtineret, animæque firmitate corpori firmi-
» tatem compararet. Hæc magna quidem sunt & egregia: cæterùm
» vera. His omnes tam sani quàm ægrotantes FIDEM HABETE; vt sa-
» nitatem vel integram conseruetis, vel amissam recuperetis; Ac nar-
» rationem hanc à me iactantiæ causâ nequaquam institutam fuisse
» hinc liquidò constat, quòd eam rem, quandiu ipsa vixit, tectam &
» silentio compressam nunc primùm patefeci. Ac ne nunc quidem sanè
» detexissem, nisi mihi periculi cuiusdam timor incessisset, si TANTVM
» MIRACVLVM, nec fidelibus, nec INFIDELIBVS, nec huius ætatis ho-
» minibus, nec POSTERIS impertirem: Πάντων ἀπογνοῦσα τῶν ἄλλων, ἐπὶ
ΤΟΝ ΠΑΝΤΩΝ ΙΑΤΡΟΝ καταφεύγει, καὶ νυκτὸς ἀωρίαν τηρήσασα, μικρὸν
ἐνδούσης αὐτῇ τῆς νόσου, ΤΩ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΩ ΠΡΟΣΠΙΠΤΕΙ, ΜΕΤΑ ΤΗΣ
ΠΙΣΤΕΩΣ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΕΠ' ΑΥΤΩ ΤΙΜΩΜΕΝΟΝ ΑΝΑΚΑΛΟΥΜΕΝΗ,
μεγάλῃ τῇ βοῇ, ΚΑΙ ΠΑΣΑΙΣ ΤΑΙΣ ΚΛΗΣΕΣΙ, καὶ πασῶν αὐτὸν τῶν πώποτε
δυνάμεων ΥΠΟΜΝΗΣΑΣΑ. Σοφὴ γὰρ ἐκείνη ΚΑΙ ΤΑ ΠΑΛΑΙΑ ΚΑΙ ΤΑ ΝΕΑ,
τέλος ΕΥΣΕΒΗ τινα καὶ καλὴν ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΙΑΝ ἀναισχυντεῖ· Μιμεῖται καὶ τὴν κεκρυμμένην
αἱμορροοῦσαν· ... τὴν τοῦ Χριστοῦ ξηρανθεῖσαν πηγὴν αἵματος· καὶ τί ποιεῖ; τῷ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΩ τὴν
κεφαλὴν ἑαυτῆς προσθεῖσα, μετὰ τῆς ἴσης βοῆς, καὶ δάκρυσι τούτο πλουσίοις, ὥσπερ τις
πάλαι τοὺς πόδας τοῦ Χριστοῦ καταβρέχουσα, καὶ μὴ πρότερον ἀνήσειν, ἢ τῆς ὑγιείας
τυχεῖν ἀπειλοῦσα· εἶτα τῷ παρ' ἑαυτῆς φαρμάκῳ τούτῳ, τὸ σῶμα πᾶν ἐπαλείφου-
σα, ΚΑΙ ΕΙ ΠΟΥ ΤΙ ΤΩΝ ΑΝΤΙΤΥΠΩΝ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ, Η ΧΕΙΡ ΕΘΗ-
ΣΑΥΡΙΣΕ, ΤΟΥΤΟ ΚΑΤΑΜΙΓΝΥΣΑ ΤΟΙΣ ΔΑΚΡΥΣΙΝ, ὢ τοῦ θαύματος, ἀ-
πῆλθεν εὐθὺς αἰσθομένη τῆς σωτηρίας, κούφη καὶ σῶμα, καὶ ψυχὴν καὶ διάνοιαν,
μισθὸν ἐλπίδος λαβοῦσα τὸ ἐλπιζόμενον, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς εὐρωστίᾳ, κομισαμένη τὴν τοῦ
σώματος. Ταῦτα μεγάλα μὲν, οὐ ψευδῆ δέ· τούτοις ΠΙΣΤΕΥΕΤΕ ΑΠΑΝΤΕΣ, καὶ νο-
σοῦντες, καὶ ὑγιαίνοντες· ἵν' οἱ μὲν ἔχητε τὴν ὑγίειαν, οἱ δὲ ἀπολάβητε. καὶ ὅτι μὴ
κόμπος τὸ διήγημα, δῆλον ἐξ ὧν ζώσης κατασιγήσας, νῦν ἐξεκάλυψα· καὶ οὐδ' ἂν νῦν
ἐδημοσίευσα εὖ ἴστε, εἰ μή τις ἐξῄει με φόβος, ΘΑΥΜΑ ΤΟΣΟΥΤΟΝ κατακρύψαι, καὶ
πιστοῖς, καὶ ΑΠΙΣΤΟΙΣ, καὶ τοῖς νῦν, καὶ ΤΟΙΣ ΥΣΤΕΡΟΝ. Secundo autem loco
obseruandum illud alterum Gregorij dictum videri possit, notandum
meo iudicio maximè, dum DE CONIVGATA POST COPVLAM ABS-
TINENTE agens, Puritatem Euangelicam ex Legali Puritate, velut
» ex Vmbra Solem, metitur: Vigilanti ergo, inquit, mente pensandum

est quòd in Sina monte Dominus populum abstinere à mulieri- «
bus præcepit. ET SI ILLIC, vbi Dominus PER CREATVRAM SVB- «
DITAM hominibus loquebatur, tanta prouisione est MVNDITIA «
CORPORIS requisita, vt QVI VERBA DEI PERCIPERENT, Mulieri- «
bus mixti non essent: QVANTO MAGIS qui CORPVS DOMINI «
OMNIPOTENTIS accipiunt, custodire in se MVNDITIAM CARNIS «
debent, ne ipsi INÆSTIMABILIS MYSTERII Magnitudine prægra- «
uentur? Vbi Gregorius CREATVRAM SVBDITAM opponens COR- «
PORI DOMINI OMNIPOTENTIS, & VERBA DEI ÆTERNI, VERBO ÆTERNO DEI, innuit, non per Angelum, sed per Se, non per aliquid Vicarium sed per Proprium Corpus, non Per Effigiem, (vt locuti olim, Cypriani temporibus,) sed per Naturam, Christum Dominum Diuinæ Eucharistiæ interesse. Quod eò videri credibilius certiùsque debet, quò de Gregorij, quod valdè notandum est, libris nec ausus quidem vnquam est ipse dubitare Berengarius. Auctor nobis sit Berengarianorum Temporum fidelissimus ac locupletissimus testis Guitmundus Archiepiscopus Cardinalisque Auersanus. Is enim altero suo de
Veritate Eucharistiæ libro: Quòd si obiicias, inquit, vt dici assolet, quia «
Berengarius VITAS SANCTORVM pro auctoritate non recepit, SCIAS «
quia tametsi quasdam Sanctorum Vitas non recipit, BEATI GRE- «
GORII TAMEN LIBROS NVNQVAM EVM RESPVISSE, PROVT RE- «
CORDOR, ACCEPI. Quapropter & Dialogum BEATI GREGORII «
pro auctoritate adsumpsimus, in quo de Martyrio memorantur ista «
quæ diximus. TANTVS ENIM AVCTOR NON EA SCRIBERET, NISI «
ET IPSE VERA ESSE CREDERET, ET DIGNA CREDI A POSTERIS «
IVDICARET. Hactenus Guitmundus. «

Sed nos immensum spatiis confecimus æquor,
Et iam tempus equûm fumantia soluere colla.

Habes, SAPIENTISSIME REX, Vndeviginti Partibus à me confectam, atque in sese constantem tuam ANGLICANAM HISTORIAM, id est, ab amantissimo Anglorum Gregorio, (vt pote qui, Ioanne Diacono teste, ANGLOS, honoris & amoris causâ, interpositâ litterâ ANGELOS vocitare blandè solitus erat; atque ita nollet eos emptos vt alia mancipia glebis tradi, sed inter Angelos collocari, in Monasteriis scilicet, ad Vitam Angelicam excolendam,) fidelissimè ac diligentissimè pertractatam, Veteris Angliæ siue ECCLESIÆ DISCIPLINAM. Vtere & fruere nunc, vt tuo iure, Maiorum tuorum Regiis illis gazis atque exemplis. Tecum reputa tot reperta atque existimanda esse Arcana Imperij DEFENSORIS FIDEI, quot inuentæ ac tuis subministratæ sunt Consiliis, Veteris Regni Christi in Anglia quondam sub tuis Maioribus florentissimi, tanquam APOLOGIÆ EVANGELII partes, defensiones factæ. Mirare quid superesse possit dubitationis aut scrupuli post DECEM ET QVATTVOR SVPRA CENTVM iamiam numeratas CONCLVSIONES illas, vt quæ magis eminerent; præter innumeras, quæ in suis principiis, quasi signis, quæ quidem dum occultant, indicant, pro cuiusque ingenio,

atque æquitate relegentibus, licèt latentes, notabuntur. Consilium tuum aduoca, tuæ voluntatis Regiæ eiusmodi prærogatiuam daturus, vt Senatores tui explorent, Sit-ne Sapientis cum re mutare consilium? Deliberent, Vtrùm concedendum sit, Aut Anglos (quod absit) numquam fuisse Christianos; Aut eâ esse debere priscâ formâ, quam tui hactenus secuti sunt CATHOLICI ANGLI, non nouâ, id est, Teutonicâ, qualem Sectarij tui præferunt? Iudicent, anne gloriosum sit ei Vnionem Ecclesiæ vrgere, ac procurare, qui Rex, qui DOCTISSIMVS REX, qui Regis Rex successor, & heres illius, quem PRO VNITATE ECCLESIÆ, de scindente Ecclesiam Luthero, Scriptis Rescriptisque Regiis, animo Regio, Patrum nostrorum memoriâ triumphasse, ac DEFENSORIS FIDEI Titulum pro se suisque Successoribus reportasse, tam notum est, quàm tunc ignotum in Anglia Lutheranum inuentum erat? Si victor Lutheri, non libidinis ac sui, (pace Regum dixerim) imparibus humeris sub tanto gloriæ pondere gemuit, huc ingenij neruos, huc zeli lacertos adhibe, quibus ingentem illam ruentis gloriæ & orbis machinam fulcias ac sustentes, vt & Christianæ vniuersitati vtilitate constet, hanc VNIENDÆ ECCLESIÆ laudem Anglicanis Regibus non tam ereptam quàm tibi reseruatam fuisse; Anglicanæ verò Ecclesiæ, exemplo probes te esse, quem post multos annos omnes Reges Posteri æternùm sequantur, dum tu Vnitatem inducens sub antiquo capite, ALDIBERTVM Vnitatis, vt Ecclesiæ, illum receptorem; quia primum, imitere; quia vnum, æquipares. Id autem consequimur, OPTIME REX, si quod Lundoniensis Pauli Templum, in Fidei receptæ publicam gratulationem ac fidele testimonium, Aldibertum condidisse, memoriæ proditum est; ipse futurus nostrorum temporum Aldibertus alter, tanquam reædificare moliaris: id est, postquam ROMA nostra, te iudice, de Antiquitatis tuæ ac DISCIPLINÆ ECCLESIÆ hostibus TRIVMPHAVIT, te, opus nostrum coronante, PAVLVS, quasi Angliæ tuæ Patronus, & tutelaris ac honorarius Apostolus, Templum reædificet, id est, PRÆDICET. Quapropter, quoniam in Capitolium, triumphantium more, currum flectere cœpimus, AD ROMANOS orantem PAVLVM, siue ad CATHOLICOS Anglos, Nouatoribus tuis, qui hactenus deerrauerant, præsentibus, tanquam Catechumenis, Viam Domini, ac DOCTRINAM ECCLESIÆ toto Tertio atque Vltimo sequente Libro PAVLVM PRÆDICANTEM audiamus. Vt enim in tertio de Bello Punico secundo scriptum est,

(Act. 18. v. 26.)

> Iamque tibi veniet tempus quo maxima rerum
> Nobilior sit ROMA malis: hinc nomina nostro
> Non indigna POLO referet labor; hinc tibi PAVLVS.

SECVNDI LIBRI FINIS.

APOLO-



APOLOGETICVS,

SIVE,

APOLOGIA EVANGELII.

LIBER TERTIVS.

PAVLVS PRÆDICANS, VEL, DE DOCTRINA ECCLESIÆ.



NSTITVENTI mihi, MAXIME REX, eum Sermonem referre & mandare huic Tertio Libro, quem post Antonij Disputationem, ac Gregorij Historiam, PAVLVS habuisset, si eum Londini, reddita per te Ecclesiæ Pace, DOCTRINAM ECCLESIÆ Henticianis Nouatoribus exponentem, Aldibertæis verò nostris, ac vetè tuis, Antiquis CATHOLICIS Anglis, DE VNITATE gratulantem, id est, PRÆDICANTEM, audires; iucundi sanè, qualis esse Angelis solet super vno peccatore pœnitentiam agente, DE ANTONII REDITV AC CONVERSIONE, rumoris nescio quid afflauerat. Recurrebat etiam Isaïæ Vatis Propheticum illud: Ecce accola veniet, qui non erat mecum; ADVENA (QVONDAM TVVS) ADIVNGETVR TIBI; cuius quidem in ipsius Ecclesiæ loquentis ore, interpretatione PRIMO Libro posita, aliquid huiusmodi, his verbis, si memoriâ tenes, à nobis quasi diuinitus præsigni-

CAP. I.

Luc. 15 v. 7. & 10.

« Is. 54. v. 15.

«

lib.1.c.18 » ficatum erat: QVI ACCOLAM, QVI NON ERAT MEVS, MIHI
» IVNGENDVM PRÆDICAS, ET ADVENAM (CREDO EQVIDEM SPA-
» LATENSEM ANGLICANVM) QVONDAM MEVM, ADIVNGENDVM
Matt. 3. v. 9 » PROFITERIS. Memineram insuper, Quia potens est Deus de lapidi-
Luc. 3. v. 8. » bus istis suscitare filios Abrahæ (vt illud ex tertio Matthæi de nouo Apostata Luthero ac Frederico Saxonum Duce Lutheri propugnatore vsurpat in Apostolico BREVI ad Fredericum Hadrianus Sextus Pont. Max.) ac de istis præsertim per Sedem Apostolicam est solitus, qui non tantum ab Vnitate recedunt quin semper aliquid de Vnitatis Radice tenêre videantur; quale de Antonio Pontificis Maximi fictitium Antichristianismum, inuitissimis Nouatoribus tuis, coram te fortiter refutante, inaudisse se memorare solent qui ex Anglia ad nos, tanquam ad sacram aliquam sa-
» lutis anchoram, quotidie confluunt atque confugiunt. SEDIS
» ENIM APOSTOLICÆ MODERATIO HANC TEMPE-
» RANTIAM SERVAT, VT ET SEVERIVS AGAT CVM OBDV-
» RATIS, ET VENIAM CVPIAT PRÆSTARE CORRECTIS. Quod quidem Leonis Magni Pastorale dictum, Epistolâ ad Pulceriam Augustam, inter OEcumenici Chalcedonensis Concilij Acta repositum, Græcè tunc quoque, ad Eutychetem in gremium Ecclesiæ reducendum, redditum fuit his verbis, ad sempiternam rei ROMANÆQVE MANSVETVDINIS memoriam, plurima cum Lapsis de Canonum seueritate dispensantis, ac plus cæteris Ecclesiis misericorditer remittentis atque condonantis, vt pote cui Dominici illius SEPTVAGIES SEPTIES, sensum Petrus altiùs infixit: Καὶ γὰρ τοῦ ΘΡΟΝΟΤ τοῦ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΤ ὁ σύμμετρον, ταύτην φυλάττει τὴν οἰκονομίαν, ὥστε καὶ σκληρότερον παρέχειν κατὰ τῶν ἐπιμενόντων, καὶ ΣΤΓΓΝΩΜΗΣ ΑΞΙΟΤΝ τοὺς τὴν διόρθωσιν ἐπιγινώσκοντας. Vnde & nobis Spes reditus Antonij, & Antonio Venia Indulgentiaque Canonum, hac Veteri Apostolica Lege IN SPIRITV LENITATIS exspectanda
» fuit, ADDVCTO præsertim IN SPEM CLEMENTIÆ ROMANÆ, vt
» de Segimundo, qui SACERDOS APVD ARAM VBIORVM CREATVS
» RVPERAT VITTAS, PROFVGVS AD REBELLES, loquitur Tacitus, Annalium Primo. Quidquid autem de ANTONIO sit, quem persolutis PRIMO Libro quas meruerat pœnis, diuinæ misericordiæ iudicio relinquimus, quique à nobis, tanquam Atlas, vt aiunt, inductus erat, qui Ioue tonante, cæli onus & fulmina ac minas ferret:

—(si noui Herculem,
Lycus Creonti debitas pœnas dabit.
Lentum est: dabit. dat. hoc quoque est lentum: dedit.)

mihi liceat exclamare tecum, OPTIME IACOBE: O fallacem Hæreticorum spem, fragilemque Schismaticorum inuidiam & inanes contentiones mortalium contra immortalem Christi, qui
Rom. 6. v. 9. iam non moritur, sponsam Ecclesiam! Nouatorum profectò
Matt. 16. v. 18. studia medio in spatio, quasi Portæ Inferi, vel franguntur,

vel corruunt; & ante in ipſo curſu obruuntur, quàm ſibi quem
adfingunt portum, conſpicere poſſint, vno illis relicto communi
cum Pœnitentibus illo portu, Mutatione Conſilij.

Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores via;

QVEM POENITET PECCASSE, PÆNE EST INNOCENS.

Quam in ſententiam Taraſius, Conſtantinopolitanus Patriarcha,
in Synodica ad Ioannem Preſbyterum, Hegumenum, (id eſt, Mo-
nachorum Ducem & Abbatem) & ANACHORETAM, (id eſt,
SEGREGATVM;) A MVNDANIS CVRIS, Καὶ Ἀναχωρητὴν
τῶν κοσμικῶν φροντίδων, apud Septimam Synodum, ſcriptum reli-
quit: Pœnitentia, inſignis eſt Armatura, Magna Salutis Via, «
HOSPITA REGNI CÆLORVM, (aliàs, REGNI CÆLORVM «
CONCILIATRIX ATQVE DISPENSATRIX) Incorruptibilis «
Viæ Dux, MARTYRICORVM CERTAMINVM ÆQVIPARATIO; ad «
Deum viam Indicans, & cum ipſo nos eſſe Faciens; HVMANI GE- «
NERIS BACVLVS (vel potiùs, SCIPIO: ægrorum enim ac ſenum «
propriè βακτηρία, qua vtitur Pſalterium Græcum, Pſalmo vigeſimo Pſ. 22. v. 4.
ſecundo) Cadentium & Lapſorum Surrectio. Beati qui hanc am- «
plectuntur & huic adhærent, CVM ANGELIS VITAM ÆQVA- «
LEM DVCVNT. Qui hanc exercent, ab omni malo declinant, & «
bonum faciunt. Pœnitentia eſt COALVMNA ET FAMILIARIS «
(id eſt, Contubernalis & Eiuſdem Familiæ ac Domus: Græcè enim «
eſt ὁμόοικος) Dilectionis, Eleemoſynæ, Orationis, Ieiunij, Abſtinen- «
tiæ, Temperantiæ, Humilitatis, Manſuetudinis, Bonitatis, Mode- «
ſtiæ (Græcè Ἐπιεικείας: illius videlicet quæ PRO BONO PACIS, non «
ſequitur ſummum Ius, ſed interdum de ſuo iure cedit) & vt verum «
vno verbo dicam, HÆC OMNIA EST POENITENTIA. Si quis au- «
tem hanc contaminat & contemnit, non inter ſeruatos, ſed inter «
perditos numerandus eſt; quorum vermis non moritur, & ignis « Iſ. vlt. v. vlt.
non extinguitur: Μέγα Ὅπλον ἡ Μετάνοια, Μεγάλη Σωτηρίας Ὁδὸς, ΠΡΟ- « Marc. 9. v. 44.
ΞΕΝΟΣ ΟΥΡΑΝΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ, Ἀφθάρτου Ζωῆς Ὁδηγὸς, ΜΑΡΤΥΡΙΚΩΝ
ΑΘΛΗΣΕΩΝ ΠΑΡΙΣΟΣ, πρὸς Θεὸν Ὁδηγοῦσα, καὶ σὺν Θεῷ εἶναι Ποιοῦσα,
ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΒΑΚΤΗΡΙΑ, Πεσόντων Ἀνάστασις. Μακά-
ριοι οἱ ταύτην ἀσπαζόμενοι, οἱ ταύτῃ προσέχοντες, ΜΕΤΑ ΑΓΓΕΛΩΝ ΣΥΝ-
ΔΙΑΙΤΩΝΤΑΙ ΟΙ ΤΑΥΤΗΝ ΑΣΚΟΥΝΤΕΣ (hinc Monachi ASCETÆ)
ἐκκλίνουσιν ἀπὸ παντὸς κακοῦ, καὶ ποιοῦσιν ἀγαθόν. Μετάνοια ἐστὶ ΤΡΟ-
ΦΟΣ ΚΑΙ ΟΜΟΟΙΚΟΣ Ἀγάπης, Ἐλεημοσύνης, Προσευχῆς, Νηστείας, Ἐγ-
κρατείας, Σωφροσύνης, Ταπεινοφροσύνης, Χρηστότητος, Ἀγαθωσύνης, Ἐπιει-
κείας, καὶ τῶν τούτοις ἀκολούθων· τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ΤΑΥΤΑ ΜΕΤΑΝΟΙΑ. Καὶ
εἴ τις ταύτην ἀθετεῖ, ἐν τοῖς σωζομένοις οὐκ ἔστιν, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις,
ἐν οἷς ὁ σκώληξ οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Quamobrem Ale-
xander ille Alexandriæ Archiepiſcopus, Epiſtolâ quam ad co-
gnominem ſuum Alexandrum paulo ante Nicænam Synodum,
ſcribit, hæc inter cætera habet: Et cùm multæ aliæ curationes «
ad eos ſanandos qui hoc errore vulnerati ſunt, ſuppetebant; tum «
iſtud etiam REMEDIVM ad medicinam Populo ab iſtis decepto «

» faciendam inuentum est, si modò obtemperare voluerint, & cùm
» consensum COLLEGARVM nostrorum intelligant, eorum hortatu
» ad POENITENTIAM se seriò recipere: Πολλῶν γάρ μοι βοηθημάτων πρὸς τοὺς βλαβέντας πεπορισμένων, καὶ τοῦτο εὕρηται ΛΥΣΙΦΑΡΜΑΚΟΝ, τοῦ ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθέντος λαοῦ, πειθομένων, καὶ ταῖς τῶν ΣΥΛΛΕΙΤΟΥΡΓΩΝ ἡμῶν συγκαταθέσεσιν εἰς ΜΕΤΑΝΟΙΑΝ, διὰ τούτου ἔρχεσθαι σπουδαζόντων.
Ægrè tamen, animi dubius, reuerti ANTONIVS potuerit:

Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque,
Occurrensque sibi ventutas adspicit vndas,
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum,
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias, VIXQVE IPSE REVERTI
AD LIMEN POTVIT, TANTA EST FALLACIA TECTI.

Sed quoniam adrigi cogitatione vim varietatemque prouidentiæ, humana consilia aut dissipantis, aut certè in melius vertentis; non vagabitur oratio mea longiùs, atque iis ipsis definietur locis ac vitis, qui hoc Sermone quem referre cœpimus, concludendi erunt:

Et PAVLI stare Ingentem miraberis Vmbram.

CAP. II. REGEM illum atque Imperatorem Apostatam, Iulianum, ferunt, vbi crudeliter grassari non successisset, callidè sæuire cœpisse, ac inaudibili edicto sanxisse, ne in Studiis Humanitatis ac litterarum, Græcorumque institutis ac disciplinis versari Christianis liceret; Eloquentiæ videlicet ac politioris litteraturæ acerbissimo funere, Christianam, si queat, non modò Veræ Simplicitatis in animo, sed maximè Doctæ Prudentiæ constantiæque in dictis & factis, quæ primo loco Christo Doctore numerata est, (Matt. 10. v. 16.) Ecclesiæ Scientiam & Gloriam extincturus. Præclarum tunc quoddam ac singulare sæclisque omnibus memorabile Apolinariorum, Patris & Filij, & consilium & factum Socrates Scholasticus tacitum non tulit, sed scriptis egregiè illustrauit suis. Ambo, inquit, Sacros Codices, tamquam diuisis inter se pensis, orsi sunt diuinitus aggredi. Ille, Scripturam Veterem Homericis siue Heroïcis celebrare atque contexere carminibus; hic, Nouam in Platonis Dialogos coniicere. vterque Tyranni intolerantiam & artem diuina quadam potentia & arte deludere, perficereque mirandum opus, alter alterius ope, vt Ecclesiæ, suæ virtutis, id est, Propheticorum de se Librorum Homerum præconem inueniret, & eâ Platonis linguâ, cùm vellet, vteretur, qua Iouem ipsum, Veteres illi Philosophi perhibent, si modo Græcè voluisset, fuisse locuturum. Atque vtinam, iterum autem vtinam, Apolinarij Iunioris nobilissimum Opus illud exstaret, in quo quidem PAVLVM nostrum Platonico more omnem Orationem eius DE CHRISTIANIS LEGIBVS, quasi vno æstiuo die suauiter fortiterque perorantem, id est, PRÆDICAN-

TEM, nullo non labore audiremus. Sed periit ille iucundissimi argumenti Liber: de quo certè, quamuis Græcè loqui in Latino Sermone non plus soleam, quàm in Græco Latinè, libenter illud quod de Libri auctore Socrates Historicus, decimo quarto libri tertij capite, dixit, Græcè vsurpem: Ὁ δὲ ΝΕΩΤΕΡΟΣ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΣ, εὖ πρὸς τὸ λέγειν παρεσκευασμένος, τὰ Εὐαγγέλια, καὶ τὰ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΑ ΔΟΓΜΑΤΑ, ἐν τύπῳ ΔΙΑΛΟΓΩΝ ἔθετο, καθὰ καὶ ΠΛΑΤΩΝ παρ' Ἕλλησι. quæ tamen Latinè sic interpretor: IVNIOR ille APOLINARIVS, eloquen- «
tissimus cùm esset, ipsa Euangelia & APOSTOLICA DOGMA- «
TA, DIALOGORVM in morem composuit, ad eum prorsus «
modum ac dicendi formam quam PLATO quondam apud Græ- «
cos illustrauerat. Hæc ille. Amborum autem Apolinariorum, «
si principatum suum tenuissent, id est, si in Vnitate ac Pace Ecclesiæ mansissent, ob præclarum illud vtriusque factum, libenter hoc panegyrico memoriam, vt historiam, honestarem:

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, Imperiumque PATER ROMANVS habebit.

De me autem suscipe, IACOBE REX, paulisper meas partes, & eum iam te esse finge qui ego sum. liberæ enim sunt cogitationes nostræ, & quæ volunt sic intuentur, vt ea cernimus quæ videmus. Finge igitur cogitatione imaginem eius tecum loquentis PAVLI, quem sermocinantem siue PRÆDICANTEM, Christianis seruauerat Apolinarius ille, cui Græci ipsi solebant suæ linguæ subtilitatem elegantiamque concedere. Quid vultu extimuistis, Nouatores? quonam modo ille vos viuus afficeret, qui, nullo docente, in vobis mortuus, & in suæ Secretioris Sapientiæ Arcanis, illis diuinis Epistolis, tanquam sepultus, vel minima cogitatione percussit? Quamquam vos recordor hoc toto Tertio Libro sedere Catechumenos ac dociles auditores PAVLI, qui nunc apud Regem, Patrum nostrorum more, per me facilè, Deo dante, vobis restituetur atque reuiuiscet. Viuit enim & adhuc PRÆDICAT in suis libris ac æternis monimentis Gentium Doctor, & ANGLIÆ PATRONVS singularis, PAVLVS. Quapropter Cælestinus Papa, Epistolâ ad Clerum CATHOLICVMQVE Constantinopolitanum Populum, sic sermonem exorsus est: Ad eos QVI FACIVNT ECCLESIAM DEI, mihi locuturo «
det APOSTOLICVS SERMO Principium, vt SANCTI DI- «
SCIPVLI priùs audiant illius qui PRÆDICAVIT Gentibus, «
verba DOCTORIS: Πρὸς τούτους μοι διαλεχθησομένῳ, ΟΙ ΤΙΝΕΣ «
ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΘΕΟΥ ΠΟΙΟΥΣΙ, παρέχοι ὁ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ Προοίμιον, ἵνα ΟΙ ΕΥΛΑΒΕΙΣ ΜΑΘΗΤΑΙ, πρῶτον ἀκούσωσιν ἐκείνου τοῦ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ τὰ ῥήματα, ὃς τοῖς ἔθνεσιν ΕΚΗΡΥΞΕΝ. Nec aliud certè Apostolorum Epistolæ, quàm scriptæ Homeliæ & fuerunt & sunt; vt iis quibus Apostoli Apostolicique

viri verbis non possent, ipsi suis scriptis Euangelium prædicarent. Ex quo effectum est vt in mox allato Cælestini Apostolico Rescripto, his verbis elogium de Chrysostomo Ioanne conceptum sit:
» Quid non animis vestris ERVDITIO SANCTÆ MEMORIÆ Episcopi
» Ioannis infudit, cuius sermo adstruens CATHOLICAM Fidem, To-
» to Orbe diffusus est? Qui nusquam per doctrinam suam defuit;
» QVIA VBICVMQVE LECTVS EST, PRÆDICAVIT: Τί οὐκ ἐνέβαλε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν Η ΠΑΙΔΕΥΣΙΣ ΤΟΥ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΝΗΜΗΣ Ἐπισκόπου Ἰωάννου; οὗ ὁ λόγος εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐξεχύθη, οἰκοδομῶν τὴν ΚΑΘΟΛΙΚΗΝ Πίστιν; ὃς οὐδαμοῦ κατὰ διδασκαλίαν ἀπῆν; ΟΠΟΥ ΓΑΡ ΔΗΠΟΤΕ ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ, ΕΚΗΡΥΞΕΝ. Ac CHRISTIANORVM MORALIVM auctor Gregorius, in Iobum, trigesimum sextum caput explanans, hæc habet, ex Secundo nostro Libro in hunc locum opportunè transferenda:
» Quid enim, inquit, agit Petrus, cùm per Epistolas loquitur, nisi
» vt Verbi Pabulo corda nostra malè ieiuna satientur? Quid PAVLVS,
» quid Ioannes, PER EPISTOLAS LOQVENTES operantur, nisi vt men-
» tes nostræ CÆLESTIA ALIMENTA percipiant, & Inediæ suæ fasti-
» dium, quo moriebantur, vincant? Vir quoque ac Doctor ille Apostolicus, Cyprianus, hunc octauum ex primo capite ad Romanos
Rom. 1. v. 8. versiculum, FIDES VESTRA ANNVNTIATVR IN VNIVERSO MVNDO, Propheticè dictum esse existimans, Epistolâ quinquagesimâ se-
» ptimâ, ad Cornelium Papam hæc ait: Dum apud vos vnus animus,
» & vna vox est, Ecclesia omnis Romana confessa est. Claruit, Fra-
» tres Carissimi, Fides quam de vobis Beatus Apostolus PRÆDICAVIT:
» hanc laudem virtutis & ROBORIS FIRMITATEM, IAM TVNC IN
» SPIRITV PRÆVIDEBAT, ET PRÆCONIO FVTVRORVM MERITA
» VESTRA CONTESTANS, DVM PARENTES LAVDAT, FILIOS PRO-
» VOCABAT. Haud quaquam enim aliò respexisse putandus est nobilissimus antiquitatis testis, Sanctus Paulinus, Nolæ Episcopus, dum Martiniani naufragium pangit: (illius videlicet amatoris PAVLI, cuius Salutem ac Vitam Epistolæ PAVLI, ab eo circumgestari solitæ, mediis in vndis tutatæ essent) atque hæc ad Cytherium de Martiniano canit:

Abeunte somno, fit sui tandem memor,
  Recipitque sese expergitus,
Et adiacentes pectori tangit suo
  EPISTOLAS APOSTOLI
Hunc in pauore codicem, sed nesciens,
  Rebus relictis sumpserat;
Vel ille codex SPIRITV VIVENS SACRO
  Non sentienti adhæserat.
Metire quæso, quis, nisi Christus, suo
  Dedit hunc ministro Præsulem?
Testatur iste nec cogitatum sibi
  Illo pericli tempore,
Vt implicatam sarcinis membranulam
  Meminisset illinc tollere.

Quod si subisset in metu mentem suam,
Non & vacasset quærere:
SED IN SVARVM LITTERARVM CORPORE
PAVLVS MAGISTER ADFVIT:
AMANSQVE puro corde LECTOREM sui,
De mortis abduxit manu.
Iterum eximendos è maris fundo viros
Largitus est PAVLO Deus.
Quæ quondam in ipso nauigante APOSTOLO
Fuit Potestas Gratiæ,
HÆC NVNC PER EIVS SVFFRAGATA LITTERAS
MARTINIANO ET CÆTERIS,
Qui Christianis tunc cohæserant fugâ,
Discrimen à discrimine
Tutum parauit; vt fideles impiis
Discriminarat naufragos.

Sed non exaudimus nosmetipsos, neque adtendimus quæ in manibus sunt. Quantum enim quæso quattuor præsertim illi distichorum ordines sonant? quos antequam vlteriùs progredior, libenter vobiscum iterabo. Ac primos illos versus quo spiritu Paulinus edidit!

Vel ille Codex SPIRITV VIVENS SACRO,
Non sentienti adhæserat.

item:

Sed in suarum Litterarum Corpore
PAVLVS, Magister ADFVIT.

deinde:

AMANSQVE puro corde LECTOREM SVI,
De mortis abduxit manu.

postremò:

HÆC NVNC PER EIVS SVFFRAGATA LITTERAS
MARTINIANO ET CÆTERIS.

Namque si animos incitatos studiosè aliquantùm reflectitis, intelligetis profectò Paulinum illud Paulini carmen, vt Phidiæ signum, simul aspectum & probatum iri; ac præterea nullo negotio conficere id quod probare ac dicendo consequi nitebamur: nempe PAVLVM adhuc nostros ingredi Dialogos, nostrisque temporibus, si non videri, at audiri PRÆDICANTEM posse. PAVLVS Apostolus «
(inquit Augustinus, in Enarratione Psalmi centesimi trigesimi)
quamuis ex Persecutore factus PRÆDICATOR, abundantiorem gra- «
tiam consecutus est in omni labore Apostolico quàm cæteri Apo- «
stoli: vt magis Deus ostenderet suum esse quod dat, non hominis: «
quomodo solent MEDICI potentiam suæ artis in desperatis osten- «
dere. Audiet ergo iterum Latinè PRÆDICANTEM, «

—similemque videbit
Varroni PAVLVM redeuntem saucia ROMA.

Quòd si interdum paulo elegantiùs videbitur disputare, quàm in Sermonibus, cùm à se, Epistolari stylo; tum Historico, à Luca, conscriptis, ipse consueuit; ei attribuitote, qui non tam in sermone rudis esse, quàm videri voluit: ei, quem constat Romanarum rerum perstudiosum fuisse in senectute, cùm Romæ Christum & loquendo & moriendo PRÆDICAT,

Ceruice cæsa truncus in pronum ruit,

Querulum cucurrit murmure incerto caput:

1. Cor. 2. v. 5. 9 v. 22 Ep. ad Hebr. ei, qui Scientiam loquitur inter Perfectos: ei, qui Omnia Omnibus factus, quibuscum voluit, vt cum Hebræis familiaribus suis, ac Legis Diuinæ peritis, elegantissimè communicat: ei, qui linguas hominum nouit & Angelorum, quidni potiùs ANGLORVM dicam? dum mihi alludere cum Gregorio licet, sicut extremo superiore Libro notatum est. Etenim vicini nostri Angli Theologi cum Toto Orbe de eloquentia studiisque humanitatis, tanquam de aliquo opulentissimo regno ac litterarum imperio, summa cum laude certant. Et profectò à Conuersione Anglorum viris semper litteratis ac strenuis Maior Britannia in Orbe Christiano, ceu in Agro Dominico, floruit. Necdum certè elapsi octuaginta anni ab Ecclesia Britannica condita, cùm sub Agathone Romana Synodus ad Oecumenicam Sextam in Apostolicorum Legatorum SVGGESTIONE SYNODICA, Actione quarta Constantinopolitana, hæc habet:
» Præterea satisfaciendum est NOSTRO EXIGVO FAMVLATVI APVD
» SERENISSIMORVM DOMINORVM NOSTRORVM CLEMENTIAM,
» pro tarditate missarum ex Concilio nostro personarum, quas diri-
» gi per suam augustissimam SACRAM, Vestrum Piissimum Fasti-
» gium iussit. Primum quidem quòd numerosa multitudo nostro-
» rum VSQVE AD OCEANI REGIONES extenditur, cuius itineris lon-
» ginquitas in multi temporis cursum protelatur. SPERABAMVS DEIN-
» DE DE BRITANNIA, THEODORVM CONFAMVLVM ATQVE COE-
» PISCOPVM NOSTRVM, MAGNÆ INSVLÆ BRITANNIÆ ARCHIE-
» PISCOPVM ET PHILOSOPHVM, CVM ALIIS QVI IBIDEM VS-
» QVE HACTENVS DEMORANTVR, EXINDE AD NOSTRAM HV-
» MILITATEM CONIVNGERE, atque diuersos huius Concilij Episcopos
» in diuersis regionibus constitutos, vt à GENERALITATE totius Con-
» cilij SERVILIS nostra SVGGESTIO fieret; ne si tantum pars, quod age-
» batur, cognosceret, partem lateret: & maximè, qui in medio gentium,
» tam Longobardorum quámque Sclauorum, nec non FRANCORVM,
» GALLORVM, & Gothorum, atque BRITANNORVM, plurimi Con-
» famulorum nostrorum esse noscuntur, qui & de hoc curiosè sata-
» gere non desistunt, vt cognoscant quid IN CAVSA APOSTO-
» LICÆ FIDEI peragatur: qui quantum prodesse possunt, DVM IN
» CONSONANTIA FIDEI NOBISCVM TENENTVR, nobisque concorditer
» sentiunt: tantum, quod absit, si quid scandali in FIDEI CAPITV-
» LO patiantur, inueniuntur infesti atque contrarij. NOS AVTEM,
» LICET HVMILLIMI, SVMMIS VIRIBVS ENITIMVR, VT

CHRISTIANI VESTRI IMPERII RESPVBLICA, IN QVA «
BEATI PETRI APOSTOLORVM PRINCIPIS SEDES «
FVNDATA EST, CVIVS AVCTORITATEM OMNES CHRI- «
STIANÆ NOBISCVM NATIONES VENERANTVR ET COLVNT, «
PER IPSIVS BEATI PETRI APOSTOLI REVERENTIAM, OMNIVM «
GENTIVM SVBLIMIOR ESSE MONSTRETVR : Πρὸς τούτοις, ΑΠΟ- «
ΛΟΓΗΤΕΟΝ ΕΣΤΙΝ ἡμῖν ΤΟΙΣ ΕΛΑΧΙΣΤΟΙΣ ΟΙΚΕΤΑΙΣ, ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΥΜΕΝΕΙΑΝ ΤΩΝ ΓΑΛΗΝΟΤΑΤΩΝ ΗΜΩΝ ΔΕΣΠΟΤΩΝ, χάριν τῆς βραδύτητος τῶν σαλέντων ἐκ τῆς ἡμετέρας Συνόδου προσώπων, οὓς σταλῆναι διὰ τῆς σεβασμίας αὐτῆς ΣΑΚΡΑΣ, ἡ Ὑμετέρα Κορυφὴ προσεκελεύσατο. πρῶτον μὲν οὖν, ὅτι ἀναρίθμητον πλῆθος τῶν ἡμετέρων, ΜΕΧΡΙ ΤΩΝ ΚΛΙΜΑΤΩΝ ΤΟΥ ΩΚΕΑΝΟΥ ἐπικτείνεται· ἧς τινος Συνόδου τὸ μῆκος, ἐν πολλῇ χρόνου παραδρομῇ διατείνει. ΕΙΤΑ ΕΛΠΙΖΟΜΕΝ ΑΠΟ ΒΡΕΤΑΝΙΑΣ, ΘΕΟΔΩΡΟΝ ΤΟΝ ΣΥΝΔΟΥΛΟΝ ΗΜΩΝ, ΚΑΙ ΣΥΝΕΠΙΣΚΟΠΟΝ, ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΝΗΣΟΥ ΒΡΕΤΤΑΝΙΑΣ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ, ΚΑΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΝ, ΜΕΤΑ ΑΛΛΩΝ ΕΚΕΙΣΕ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΤΡΟΠΟΝ ΔΙΑΓΟΝΤΩΝ, ΕΚΕΙΘΕΝ ΤΗ ΗΜΕΤΕΡΑ ΕΝΩΘΗΝΑΙ ΜΕΤΡΙΟΤΗΤΙ, καὶ διαφόρους ταύτης τῆς Συνόδου Επισκόπους, ἐν διαφόροις κλίμασι τυγχάνοντας. ἵνα ἐξ ὅλης τῆς ΚΟΙΝΟΤΗΤΟΣ ΤΗΣ ΔΟΥΛΙΚΗΣ ἡμῶν Συνόδου, ἡ ἡμετέρα ΑΝΑΦΟΡΑ γένοιτο. μήπως, εἰ ΜΟΝΟΜΕΡΩΣ τὸ περατούμενον γνωσθήσεται, τὸ μέρος λάθῃ, καὶ μάλιστα, ἐπεὶ ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν, τῶν τε Λογγοβαρδῶν, καὶ Σκλάβων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ΦΡΑΓΚΩΝ, καὶ Γότθων, καὶ ΒΡΕΤΤΑΝΩΝ πλεῖστοι, ἐκ τῶν Συνδούλων ἡμῶν, εἶναι γνωρίζονται· οἵ τινες καὶ περὶ τούτου περιεργάζεσθαι οὐκ ἀφίστανται, ἵνα γνώσωνται, τί ΕΙΣ ΤΟ ΠΡΑΓΜΑ ΤΗΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ πράττεται. οἵ τινες, ὁπόσον ὠφελῆσαι δύνανται, ἐπὰν ἐν τῇ ΣΥΜΦΩΝΙΑ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ, μεθ' ἡμῶν κρατῶνται, καὶ ἡμῖν ὁμοφωνῶσι, τοσοῦτον, ὅσον ἀπίστω, ἐὰν σκάνδαλόν τι ποτε ἐν τῷ ΚΕΦΑΛΑΙΩ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ὑπομείνωσιν, εὑρίσκονται ἐχθροὶ, καὶ ἐναντίοι. ΗΜΕΙΣ ΔΕ, ΕΙ ΚΑΙ ΕΛΑΧΙΣΤΟΙ, ΑΛΛ' ΟΜΩΣ, ΑΠΟ ΟΛΗΣ ΙΣΧΥΟΣ ΘΑΡΡΟΥΜΕΝ, ΙΝΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΚΩΤΑΤΟΥ ΥΜΩΝ ΚΡΑΤΟΥΣ Η ΠΟΛΙΤΕΙΑ, ΕΝ Η ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΚΟΡΥΦΑΙΟΥ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ Ο ΘΡΟΝΟΣ ΤΕΘΕΜΕΛΙΩΤΑΙ, ΟΥ ΤΙΝΟΣ ΤΗΝ ΑΥΘΕΝΤΙΑΝ, ΤΗ ΑΛΗΘΕΙΑ, ΠΑΝΤΑ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΤΑ ΕΘΝΗ, ΑΜΑ ΗΜΙΝ ΠΡΟΣΚΥΝΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΣΕΒΟΥΣΙ, ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΤΙΜΗΝ, ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ ΑΠΟΔΕΙΧΘΗ ΥΨΗΛΟΤΕΡΑ. Sed nau- CAP. III.
fragus ecce PAVLVS noster PRÆDICAT. Tenemus enim eum, quem quærimus, ſed animo: nam manu ſi prehendiſſem, ne ipſe quidem ſuâ tantâ eloquentiâ mihi perſuaſiſſet vt ſe dimitterem. Quin ergo, IACOBE, quod ex illo notiſſimo Apoſtolico, tum Corinthiaco 1.Cor.14. v.30.
noſtro, tum IACOBÆO more ac præſcripto, in myſteriis fit, ſeſſum Iac.2.v.3.
imus, & tacemus? Etenim iam Angli tui PAVLVM intuentur, ſeſeque ad audiendum paratos ſignificant, (vt ait Alcimus, ſingulari illo libro DE CONSOLATORIA CASTITATIS LAVDE, ad Fuſcinam Sororem)

Biſſeptena PII quod ſpargit Epiſtola PAVLI.

Quam auidè ſinguli ſub tanto Doctore, (qui Seſſione Vndecima Lateranenſi, à Leone Decimo Pont. Max. SACRO APPROBANTE CONCILIO, in Conſtitutione Synodica DE MODO PRÆDICANDI, dictus eſt PRÆDICATORVM PRINCEPS) tanquam ſedendo victuri, atripimus Magiſtri Epiſtolas, ceu naufragij tabulas ac tabellas, quas extenta manu, ſicut in Actis ſolet, ſilentium indicente, nunc & naufragium quod in Anglia paſſus eſt, indicante, nobis vniuerſis ac ſingulis porrigit, nullo alio præter ſe auctore atque interprete, explicandas atque declarandas:

Act.13.v.16.

--ſer, PAVLE, in deuia tecti

Pectora: --

I præ, SAPIENTISSIME REX, ſequor certiſſimum Myſtagogum ſui (ὑπηχετάτης enim μυσταγωγὸς, ſolertiſſimos myſteriorum doctores Cyrillus, Epiſtolâ de Symbolo ad Monachos, vocat) quem, te, vt Reges olim affatus eſt quamplurimos, immo, (quoniam Chriſtianis primordiis ſemper familiare miraculum) Aldibertum ipſum, cùm Apoſtolus Angliæ tutelam ſuſciperet, id enim & credibile & credere pium eſt; ſic honorificè, ſic ſalutariter affari puta:

CAP. IV. ILLE EGO ſum PAVLVS, IACOBE REX,

1. Tim. 2. v. 7. & II. 1. v. 11. Gentium atque Angliæ tuæ REGVMQVE PRÆDICATOR, APOSTOLVS, ac DOCTOR: de quo Dominus ad Ananiam, quaſi ſecum luctantem, dixit: Vade, quoniam VAS electionis eſt mihi

Act 9. v. 15. » iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus & REGIBVS, &

2. Petr. 3. v 14. » Filiis Iſraël: de quo Petrus ſcripſit; Propter quod, Cariſſimi, hæc » exſpectantes ſatagite immaculati & inuiolati ei inueniri IN PA-

Rom. 2. v. 4. » CE, & Domini noſtri longanimitatem, ſalutem arbitremini; ſicut » & cariſſimus Frater Noſter PAVLVS, ſecundùm DATAM SIBI » Sapientiam, ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus EPISTOLIS lo- » quens in eis de his: IN QVIBVS SVNT QVÆDAM DIFFI- » CILIA INTELLECTV, QVÆ INDOCTI ET INSTABI- » LES DEPRAVANT, SICVT ET CÆTERAS SCRIPTV- » RAS, AD SVAM IPSORVM PERDITIONEM. Vos igitur, » Fratres, præſcientes cuſtodite: NE INSIPIENTIVM ERRORE TRA- » DVCTI EXCIDATIS A PROPRIA FIRMITATE. creſcite vero IN » GRATIA ET IN COGNITIONE Domini noſtri & Saluatoris Ieſu » Chriſti. Ipſi gloria & nunc & in DIEM ÆTERNITATIS.

Rom. 1. v. 14. » Amen. Ex quo fit, OPTIME IACOBE, vt qui Sapientibus & Inſipientibus debitor ſum, Salutis tuæ ac Regni tui causâ, omnia cupiens, non grauatè difficiliora mearum Epiſtolarum loca apud te illuſtrem atque explanem, in quibus cum Luthero HENRICVS OCTAVVS Zizania ſuperſeminauit. Ac primùm, vt aliquid de me dicam, antequam, confirmata rectè credentium Fide, Nouatorum dubiis occurrere ac ſatisfacere incipio; à meis illis Concionibus, ſiue PRÆDICATIONIBVS, quæ exſtant quæque in Actis leguntur, dicendi initium facturus ſum: vt quæ neceſſaria

erunt, omnia reliquo Sermoni disputationique nostræ præmuniti videantur. SEPTEM omnino sunt, REX IACOBE, habitæ ac scriptæ Oratiunculæ meæ, quas in Apostolicarum Visitationum, siue Procurationum cursu, coram Domino IN SIMPLICITATE CORDIS effudi. Ab ea autem quam Cæsareæ ad Regem habui, (is Agrippa erat) tui ac honoris causâ, quem REGI, QVASI PRÆCELLENTI, semper habendum Frater Noster Petrus edixit, tanquam ab alio principio exordiar. En legis nostrorum Actuum vigesimo sexto, Sermonum meorum PRIMVM (qui ordine SEXTVS siue penultimus foret, ni præposterè, & ad tuam intelligentiam accommodatè, ipsum priore loco recensuissem) legis, inquam, quæ mihi in APOLOGIAM EVANGELII posito, ac tuorum apud te CATHOLICORVM causam peroranti, in ipso sermonis exordio dicenda sint? Neque enim, vt video, mihi alio exordio vtendum est, si quod olim Agrippæ Regi, id tibi, REX, paucis immutatis dicam, extenta de Cælo manu, tanquam dictorum factorumque meorum iis rationem redditurus, qui mutatis vicibus mihi suorum, si neglexerint, tandem aliquando reddent, Iudice illo qui iam mihi IVSTITIÆ CORONAM repositam & reddidit & imposuit: « DE OMNIBVS QVIBVS ACCVSOR ab Anglis, REX IACOBE, ÆSTIMO ME BEATVM, APVD TE CVM SIM DEFENSVRVS ME HODIE, « MAXIME TE SCIENTE OMNIA, ET QVÆ APVD Anglos SVNT « CONSVETVDINES ET QVÆSTIONES: PROPTER QVOD OBSECRO PATIENTER ME AVDIAS. « NEQVE VERO INSANIO, Nouatores, SED VERITATIS ET SOBRIETATIS VERBA LOQVOR: « SCIT ENIM DE HIS REX, AD QVEM ET CONSTANTER LOQVOR: « LATERE ENIM EVM NIHIL HORVM QVÆ de nostra « Veteri Anglia superiore libro DICTA SVNT, ARBITROR. « NEQVE ENIM IN ANGVLO QVIDQVAM HORVM GESTVM EST. « CREDIS, REX IACOBE, PROPHETIS? SCIO QVIA CREDIS. & « quia credis, cùm Gregorij dictis, de Prophetia Conuersionis ac « Conuersione Anglorum, tum à me dicendis credes. « OPTO AVTEM APVD DEVM ET IN MODICO ET IN MAGNO, NON TANTVM TE, « SED OMNES QVI HOC AVDIVNT, HODIE FIERI TALES, « QVALIS ET EGO SVM, VINCVLIS HIS in quæ cum CATHOLICIS tuis iterum quotidie coniicior, EXCEPTIS. « SED vt referam me ad ordinem, à quo longiùs quàm voluntas fuit, digressa est oratio mea; in medium SECVNDO loco prodeat meus ille omnium Sermonum PRIMVS, Antiochiæ Pisidiæ dictus, qui Trium horum Librorum Primo (qui ECCLESIA MILITANS, vel DE IVVANDA ECCLESIA, inscribitur) allatus atque explicatus est, cùm trigesimo capite, locus DE SVCCESSIONE AC INFALLIBILITATE ECCLESIÆ, secundùm Ecclesiæ Prophetam, id est, Isaïam, (quem vt rerum Ecclesiæ auctorem religiosissimum laudaueram) grauissimè tractaretur. Euoluite atque recitate testimonium Actuum capitis decimi tertij, ne quid dicendorum vos prætereat, aut

Act. 15. v. 36. Ephes. 6. 5. Col. 3. v. 22. 1. Petr. 2. v. 13. Phil. 1. v. 16. 2. Tim. 4. v. 8. Act. 26. v. 2. CAP. V. Act. 13. v. 17.

elabatur. Atque hæc Prima, vel Antiochena siue AD POPVLVM
CAP. VI. ANTIOCHENVM, mea Concione. SECVNDA verò non Iudæorum, vt prior, sed Gentilium, quorum erat posterior cura, ad Athenienses fuit, percuriosum hominum genus, & ad dicendum aut discendum aliquid noui semper paratum, vt ex illo
Act 17. v. 21. » capitis decimiseptimi Actuum notum est: ATHENIENSES AVTEM OMNES, ET ADVENÆ HOSPITES, AD NIHIL ALIVD VACABANT, NISI AVT DICERE, AVT AVDIRE ALIQVID NOVI. Illa autem mea Euangelij prædicatio, & summa auctoritate Areopagi ac Vrbis, & argumenti nouitate, DE PROPONENDA scilicet GENTIBVS FIDE, & IGNOTI DEI occasione captata, ad Christumque translatione facta, & Areopagitæ Dionysij vnà cum
Act 17. v. vlt. coniuge Damari Conuersione illustrior, legitur decimo septimo
CAP. VII. Actuum à Spiritu Sancto verbis descripta Apostolicis. SED relictis Athenis: Miletum appellamus, & postquam ad Reges, ad
Act 20. v. 18. Iudæos, ad Gentiles diximus; nunc ad PASTORES, qui MAIORES NATV ECCLESIÆ appellati sunt, conuertatur oratio. Notissima huius Scripturæ lectio est, quam vigesimum caput Actuum habet, vbi TERTIO PRÆDICANTEM me, DE CVRA PASTORALI AC MARTYRIO, etiam nunc ferè quotidie, dum Triumphos Martyrum celebratis, audi-
CAP IIX. tis. QVARTA iam sequitur Ierosolymitana PRÆDICATIO reticenda cum reliquis; cuius hoc ad Plebem exordium fuit
Act. 22. v. 1. » vigesimo secundo Actuum: Viri FRATRES ET PATRES, audite » quam ad vos nunc reddo rationem. Cúmque sic exorsus essem eum prorsus in modum quo me quoque hodie, confirmatis in Fide Fratribus CATHOLICIS, Nouatoribus Anglis rationem redditurum pollicitus sum, eo se Ierosolymitani attentiores præbuerunt, si bene Apostolicam meministi Historiam; quòd Hebraicè me PRÆDICANTEM audirent: ac notanda multa populariter dicere per-
CAP. IX. rexi. CÆSARIENSIS QVINTA est Oratio nostra ad Felicem illum Præsidem, apud quem, accusante me Oratore Tertullo,
Act 24. v. 10. quem Ananias Sacerdotum Princeps aduocatum, vt Iudæorum inuidiæ velificaretur, inuocauerat; ea PRÆDICATIONE quæ Actuum vigesimo quarto exstat, mei patrocinium suscepi. Atque hæc QVIN-
CAP. X. TO. SEXTO autem, Cæsareæ me PAVLVM iterum PRÆDICANTEM primo loco audisti, Viam Domini ac DOCTRINAM EC-
Act. 26. v. 2. CLESIÆ Regi Agrippæ, vxorique eius Bernici Reginæ, apud Festum, Præsidis Felicis, cuius proximè mentionem fecimus, vicarium ac successorem, tradere festinantem. Quocirca quoniam APOLOGIÆ VEL DEFENSIONIS EVANGELII PRÆDICATIONEM illam, tanquam egregium regiumque sermonem reminisceris, ab hoc vigesimo sexto
Act. vlt. v. 17. Actuum in illum duodetrigesimi atque vltimi capitis locum, qui VLTIMAM quoque siue SEPTIMAM nostram videlicet illam ROMANAM HOMELIAM continet, commigremus: vbi tanquam Romæ, quasi nimis multa ac diu de nobis dicendo fessi, ac nostra mox AD ROMANOS
Epistolica

Epiſtolica Apoſtolicaque documenta ſuo loco PRÆDICATVRI paululum reſpiremus. Interea dum hæc parantur, fideliſſimus teſtis atque diligentiſſimus comes meus ille, ſi modò illum conſulas, loquetur Lucas, & cum fine Hiſtoriæ Actuum, noſtrarum quoque SEPTEM illarum Veterum PRÆDICATIONVM finiſerit. vt, qui auſcultante Rege, animo adeſtis, PAVLVM denuo PRÆDICANTEM audiatis.

CAP. XI.

ILLA tanquam cygnea fuit Apoſtoli Gentium vox & oratio, quam quaſi exſpectantes, poſt RESOLVTIONEM meam, vel potiùs, vt in Codice Cypriani, Epiſtolâ eius octauâ legitur, ASSVMPTIONEM, ſiue Vltimum meum Raptum (quem nos NATALEM, Mortales INTERITVM vocant) veniebant veniuntque quotidie AD APOSTOLORVM LIMINA, in Romanam Apoſtolicamque Curiam, Templum ſcilicet illud Sanctitatis, Amplitudinem mentis Conſilij Publici, Caput Vrbis & Orbis, Aram ſociorum, Portum omnium Gentium, Vindicem temeritatis, Moderatricem officij; confluebant, inquam, Romam, vt veſtigium illud ipſum, in quo illud ego PAVLVS PRÆDICANS poſtremum inſtitiſſem contuerentur. De rebus ipſis vtere tuo iudicio, REX IACOBE, nihil enim impedio; voſque, CATHOLICI FRATRES, Auditores & Factores Chriſtianæ Legis, & vos INFIRMI IN FIDE ASSVMENDI Filioli (quos in Perfidæ Nouitatis odium, ſupra vocaui NOVATORES: & hæc aliquando fuiſtis, ſed proximo Libro abluti eſtis, ſed agnitione veritatis ſanctificati eſtis) vtimini rebus à me geſtis: Fidem autem in vobis quæ eſt in Chriſto Ieſu, legendis noſtris efficite firmiorem atque pleniorem. & non (ſicut « blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere, quorum damna- « tio iuſta eſt) cum diuidentibus Chriſtum & Eccleſiam hodiernis « Nouatoribus Schiſmaticis ac Hæreticis, erremus, vt iam non ſi- « mus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni Vento Doctrinæ « IN NEQVITIA HOMINVM, in aſtutia ad circunuentionem Erroris: « vel, vt è verbo ad verbum Græca mea Epheſina Latinè conuertam, Vt ne ſimus ampliùs pueri qui fluctuemus & circumferamur quouis « Vento Doctrinæ IN HOMINVM ALEA, per veteratoriam, ad inſi- « dioſè Fallendum, verſutiam. Græcis enim certum eſt, ΚΥΒΕΙΑΝ dici, « quam Latini ALEAM vocant. Quapropter vt hominum deſultoriam, vt ita dicam, leuitatem ſignificarem, in SCHISMA Hæreſimque degenerantium, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, hoc eſt, IN HOMINVM ALEA dixi: pro qua ILLVSIONEM, ad id alludens, poſuit duodeuigeſimo capite vigeſimi ſecundi De Ciuitate Libri Auguſtinianus Codex. Ad Aleatorum enim fraudes NEQVITIA atque ASTVTIA CIRCVMVENTIOQVE ERRORIS referuntur: quod per ALEAM ac VETERATORIAM AD INSIDIOSE FALLENDVM VERSVTIAM, ſiue πανουργίαν, acutiùs videtur exprimi. Auctores enim defenſoreſque SCHISMATVM Scriptura vt Alea vtuntur, nec ſenſum Domini proferunt, ſed ſortiuntur; difficiléque vbi iacta eſt, vt dicitur, alea, redeunt ad meliorem frugem. Præterea Salutem hominum vt talos componunt, & quaſi præſtigiis inductis. ſic er[illegible] ſecum oculos decipiunt ac fugiunt, vt quod

2.Tim 4.v.6.
Iacob.1.22.
Rom.14 v 1.
1.Cor 6.v.11.
Rom.3.v.8
Ephes. 4. v.14.

Isa.6.v.9. Isaïas prædixit, VIDENTES NON VIDEANT. Vnde ſignanter ex me Epiphanius in Manichæos,vanas & ineptas ſubtilitates,Κυβευτικὴν Διδασκαλίαν, ALEATORIAM DOCTRINAM, nuncupat. Atque hæc omnia AD CIRCVMVENTIONEM ERRORIS, ſiue (vt, vbi ſupra, Auguſtinus vertit) AD MACHINATIONEM ERRORIS; ſibi enim ipſi aliiſque Schiſmatici atque Hæretici nefariam erroris peſtem machinantur. Venit
2. Timo.4. v.3. » enim tempus cùm SANAM DOCTRINAM non ſuſtinebunt, ſed ad ſua
» deſideria COACERVABVNT SIBI MAGISTROS PRVRIENTES AVRIBVS: & à Veritate quidem auditum auertent, ad FABVLAS autem con-
» uertentur. Vnde quoniam talibus MAGISTRIS, meo ſenſu, tanquam
» poſſeſſione, pulſus videor, ac dum vix me inter eos agnoſco, canitur
» & carmen illud;

Iamque aderat, multa vix cognoſcendus in vmbra,
PAVLVS:—

placuit de cœlitum ſententia conſtituere, quo pacto in rem (quod aiunt) præſentem veniretur; ac proinde is eſto exorſus orationis

CAP. XII.

meæ. QVÆ igitur mea mens, quis germanus ſenſus Epiſtolarum mearum erit? Complectar breui, diſſeram pluribus: is enim eſt vnus atque certiſſimus quem AVGVSTINVS A GREGORIO in Angliam primùm intulit: quem Eccleſiæ praxis atque vſus ſanxit: quem ſupra explicata Vetus Anglicana DISCIPLINA tenuit: quem Regina Aldiberga coluit: quem Aldibertus Rex amplexus eſt: quem Patres veſtri, Sancti illi priores Anglorum Chriſtiani, ſecuti ſunt: atque, vt ad me redeam, quem denique omnium ego Seruorum, ac iam
Ioan.15.v.14. verè AMICORVM DEI, Cœlitum qui in Anglia inuocari cœpti ſunt, primus Vetere in Templo Aldibertæo illo Chriſti, nuncupato PAVLINO, (quamuis, vt rectè Beda veſter, ex ſuperiorum temporum memoria recordatus eſt; ſub Petri ac Pauli communi inuocatione eſſet, idque Romanæ Coloniæ conſentaneum foret) tacitus docui concordi Eccleſię, id eſt, Oecumenicæ ac Vniuerſalis Fidei ore; quo vno certè remedio, vt vos videbitis, contra Schiſmata ac Hæreſes, ab erroris aut ignorantiæ calumniis tenebriſque vindicatus ſum. Ac veteres illi maius quiddam animo complexi, quoniam noſtra lectitarent, immo me vix è manibus dimitterent; atque ita mecum aſſiduiſſimè verſarentur, vt faciendum ſapienter præcepit auditor ac neceſſarius interpreſque noſter Chryſoſtomus, (cùm nulla alia arte quàm Familiaritate ac Vſu capi ac intelligi poſſim) quemadmodum ipſe quondam Epheſios his verbis
Epheſ.3. v.4. » docui: PROVT POTESTIS LEGENTES INTELLIGERE PRVDENTIAM
» MEAM IN MYSTERIO CHRISTI: plus multò etiam vidiſſe videntur, quàm quantum veſtrorum ingeniorum acies intueri nunc poteſt. Omnia enim hæc in Epiſtolis noſtris quæ clara, & quæ obſcura, vnum eſſe, & vnâ vi atque vnâ conſenſione DOCTRINÆ conſtricta eſſe dixerunt. Nullum eſt enim genus rerum, quod aut auulſum à cæteris per ſe ipſum conſtare, aut quo cętera ſi careant, vim ſuam atque æternitatem conſeruare poſſint. Sed hæc maior eſſe ratio videtur, quàm vt hominum poſſit ſenſu aut cogitatione comprehendi. Ergo hinc ne capiamus exordium, ſed deſcendamus ad turbas: ac quoniam propriùs locis

mysteria latent, distincto opere quandoque aperienda, nunc communibus nos defendamus; atque adeò quandoquidem magna cum audiendi expectatione considitur, quæramus dicendorum sedes nostro non inopportunas Sermoni. Ac quoniam Christianorum omnis contrà extraque Ecclesiam Secta aut SCHISMA aut HÆRESIS est (vt sapienter attigisse videtur Episcopus quidam nomine Arcadius, Apostolicæ Sedis Legatus, in Concilio Ephesino, cùm Sententiæ Depositionis in Nestorium latæ subscribit his verbis, Actione tertia: Arcadius Episcopus & APOSTOLICÆ SEDIS LEGATVS, sententiæ latæ in « Nestorium, Auctorem SCHISMATIS & HÆRESIS, omnis BLASPHEMIÆ ac IMPIETATIS, Subscripsi: Ἀρκάδιος Ἐπίσκοπος, καὶ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΣ « ΤΗΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΣ ΚΑΘΕΔΡΑΣ, τῇ ἐξενεχθείσῃ Ἀποφάσει κατὰ Νεστορίου, τοῦ Αὐθέντου τοῦ ΣΧΙΣΜΑΤΟΣ, ΚΑΙ ΑΙΡΕΣΕΩΣ, ἁπάσης ΒΛΑΣΦΗΜΙΑΣ ΚΑΙ ΑΣΕΒΕΙΑΣ, Ὑπέγραψα.) De SCHISMATE, Primùm: Deinde, De HÆRESI, generatim atque vniuersè loquamur: Postremò, CREDENDORVM SVMMAM, quæ Nouatorum quæstionibus infinitis implicata est, separatim, articulatim, distinctéque explicemus. In partienda autem disputatione nostra, vbi SCHISMA insonuit, video quosdam strepitu significare nescio quid, & non eosdem vultus quos proxima mea præfatione præbuerunt, in hanc concionem mihi retulisse. Quare à vobis, qui nihil de me, supra id, vt Corinthios monebam, quod vidistis in me, aut audistis ex me, credidistis, vt eam voluntatem quam semper habuistis, erga me retineatis, peto: à vobis autem, quos leuiter immutatos esse sentio, paruam exigui temporis vsuram, non quidem bonæ de me opinionis, quæ in vestris mentibus diuinitus sat insita est; sed grauitatis, sed docilitatis, sed pietatis, postulo, vt quidquid inuerso nomine DE SCHISMATE ANGLICANO dicendum subodoramini, id postea pace vestra, vel potiùs pro Pace vestra, ac Bono Pacis dictum, non quasi prouocati à me, sed tanquam reuocati, saltem intelligatis. Neque enim ante apud vos, vt potui, ac fortasse debui, Schismatis Anglicani feci mentionem; & consultò quidem, ne aut refricare obductam iam superiore Libro Angliæ cicatricem viderer, aut aliquid alienissimo tempore nouæ dissensionis commouere, præsertim qui otij & concordiæ, ac vestrorum commodorum PATRONVM me in omne tempus Angliæ professus sim. Completi sunt animi auresque vestræ, FRATRES, non adeo illicitum esse SCHISMA, quin nonnullas ob causas, vestro vel diuino iudicio cognitas, nostro, si Deo placet, occultas, diffidere atque à præsentis temporis Ecclesia separare sese, aut per naturam fas sit aut per leges Christianas liceat. Hæc si qui crediderunt, illud priùs crediderint necesse est, me non generaliter DE SCHISMATE dixisse, me non Anglos in Corinthiis fermè nominatim exclamasse: « 1.Cor.1.v.9.
Fidelis Deus per quem vocati estis in SOCIETATEM Filij eius IESV «
Christi Dómini nostri. Obsecro autem vos, FRATRES, per NOMEN «
Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint «
in vobis SCHISMATA: sitis autem perfecti in eodem SENSV, & in eadem SENTENTIA. Significatum est enim mihi «

(Margin: CAP. XIII. — 1.Cor.11.v.6.)

» de vobis, FRATRES mei, ab iis qui sunt Chloës, quia Contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrûm dicit: Ego quidem sum PAVLI, ego autem Apollo, ego verò CEPHÆ: ego autem Christi. DIVISVS EST CHRISTVS? Nunquid PAVLVS crucifixus est pro vobis? aut in nomine PAVLI baptizati estis? Gratias ago Deo, quòd neminem vestrûm baptizaui, nisi Crispum, & Caium: ne quis dicat quòd in nomine meo baptizati estis. Baptizaui autem & Stephani domum: cæterùm nescio si quem alium baptizauerim. ALTERA est etiam illa nostra, & tibi, REX IACOBE, certè non inaudita vox, illustri rem totam confirmans exemplo, naturamque VNITATIS ECCLESIÆ contra pestem Schismatis admodum familiariter exprimens: Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt: ITA ET CHRISTVS. Etenim in vno Spiritu omnes nos IN VNVM CORPVS baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes; quoniam non sum manus, non sum de corpore; NVM IDEO NON EST DE CORPORE? Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore; NVM IDEO NON EST DE CORPORE? Si totum corpus, oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra vnumquodque eorum IN CORPORE, sicut voluit. Quòd si essent omnia vnum membrum, VBI CORPVS? Nunc autem multa quidem membra, VNVM AVTEM CORPVS. Non potest autem oculus dicere manui; Opera tua non indigeo: aut iterum CAPVT PEDIBVS; Non estis mihi necessarij. Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, NECESSARIORA SVNT: & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, HIS HONOREM ABVNDANTIOREM CIRCVMDAMVS; & quæ inhonesta sunt nostra, ABVNDANTIOREM HONESTATEM HABENT. Honesta autem nostra nullius egent, SED DEVS TEMPERAVIT CORPVS; EI CVI DEERAT, ABVNDANTIOREM TRIBVENDO HONOREM, VT NON SIT SCHISMA IN CORPORE, sed idipsum pro inuicem sollicita sint membra. Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. VOS AVTEM ESTIS CORPVS CHRISTI, ET MEMBRA DE MEMBRO. Sed quoniam oppressi iam sumus opinionibus non modò Anglicani vulgi, verùm etiam hominum leuiter eruditorum, qui quæ complecti tota nequeunt, hæc faciliùs diuulsa & quasi discerpta contrectant, & qui tanquam à sententiis verba, sic ab animo corpus, & à corpore partes seiungunt; quorum sine interitu fieri neutrum potest; significabo breui, vbi mirus ille omnium quasi consensus doctrinarum concentusque, videlicet IN VNITATE, cuius SCHISMA

1.Cor.12. v 12.

diuisio ac euersio est, reperiatur. An me tam mei oblitum esse existimatis, vt vobis hoc præsertim munus putem diutiùs posse debere? Quinam igitur, inquiet aliquis, ille tuarum Epistolarum locus? TERTIVS est scilicet, quo sic eosdem, nimirum Corinthios, non tam gregem docendi, quàm ducendi cupidos, ac SINE NOBIS REGNANTES perstringebam, vt duobus pæne verbis impressum atque penitus defixum, immo in medullis Metropoleos Achaiæ ac visceribus Corinthi hærentem aculeum relinquerem. Quæ enim maior vis ad conuellenda Schismata vsquam esse potuit, quàm mucronis huius acutissimæ & subtilissimæ sententiæ, quasi vtrinque ferientis, qui tunc in manibus erat, cùm DE SPIRITVALIBVS fortissimè agentes, ac SPIRITVALIA SPIRITVALIBVS COMPARANTES, in omni genere amplificationis exarsimus, & magna voce diximus: AN A VOBIS VERBVM DEI PROCESSIT? AVT IN VOS SOLOS PERVENIT? Num-ne Anglia Romæ, tanquam imago, resonabit, & quasi Communionis atque Vnitatis ore referet quinque illas (ceu QVINQVE Meo Sensu VERBA) accepti à Romanis Euangelij, Confessionis voces: A VOBIS VERBVM DEI PROCESSIT? an Schismati respondeat, PROCESSIT; quia ex maiori Angliæ parte cessit? At fortassis IN VOS SOLOS PERVENIT, immo verò, quemadmodum de altero dictum est: DE SION EXIBIT LEX, ET VERBVM DOMINI DE IERVSALEM; de altero quoque scriptum legimus: IN OMNEM TERRAM EXIVIT SONVS EORVM, ET IN FINES ORBIS TERRÆ VERBA EORVM. Itaque Christiana Lex nec ab Anglis PROCESSIT, nec ad Anglos solos PERVENIT. Restat igitur vt neque sibi interpretari ac canere, neque sibi solis viuere Anglis nostris liceat. Namque ei qui Princeps non est, Principem siue Priorem aliquodve principium ac caput agnoscere necesse est, ipsisque Communitatis Leges seruandæ sunt, quibuscum esse cœpit aliqua communitas. Quemadmodum enim, vt ad me, siue ad Membrorum comparationem, quasi quodammodo iterum redeam; quemadmodum, inquam, membris vtimur priusquam didicimus cuius ea vtilitatis causa habeamus: sic inter vos à Christianis parentibus oriundos, religione, tanquam diuina sorte, ad sacram communitatem, quam Ecclesiam dicimus, coniuncti & consociati estis; vsque ipso Baptismali præuio, quasi dubitationi, QVÆNAM DICENDA ECCLESIA SIT, VT QVÆNAM DICENDA MATER SIT, occurritis. Vniuersalis porrò Ecclesia, cùm vniuersale quid, siue quoddam VNVM IN MVLTIS sit: Christiano cuilibet & in Communitate Fidei, Ecclesiæ Vnitas; & in Vnitate Ecclesiæ, Fidei ac Disciplinæ Communitas seruanda est. Est enim (vt fert natura Vniuersalium) & VNVM & MVLTVM de essentia Ecclesiæ. Exempli causâ ponendum videtur illud ipsum quod tumultuantibus Corinthiis opposui. DE DISCIPLINA Moribusque ECCLESIÆ agebatur; Prophetandi dignitatem, ordinem, ac libertatem descripsi, Mulieres à docendi munere arcui, atque DE TRADITIS, ET DE VNITATE IN COMMVNITATE, COMMVNITATEQVE

1.Cor. 4.v.8.

1 Cor.2.v.13.

1.Cor.14.v.36.

ibid.v.19.

Is.2.v 3.

Psal.18.v.5. & Rom. 10. v.18.

IN VNITATE SERVANDA, hunc in modum tandem pectoraui: AN A VOBIS VERBVM DEI PROCESSIT? AVT IN VOS SOLOS PERVENIT? hinc, Schiſmatis impotentiam ad ſeque omnia rapientem tyrannidem; illinc, ſuperbam ſui magiſtram, Hæreſim diſſipans: neu à ſe aut in ſe Corinthij eſſe ſomniarent, ſed Apoſtolo ſuo ſubditi & in Corpore Eccleſiæ perſeuerarent. Hac arte regendarum animarum Corinthios compeſcui ac fregi, vel potiùs illis exſultantibus, hanc ſententiam ſemper in ore habendam, tanquam frenos furoris, inieci: AN A VOBIS VERBVM DEI PROCESSIT? AVT IN VOS SOLOS PERVENIT? vt & ſe & alios ferre diſcerent, ac illorum verborum memoriam, A VOBIS, &, IN VOS, ſæpius refricarent, meique æternùm meminiſſent, atque aliis exemplum non ſimiliter laſciuiendi eſſent. Sic & in Communitate Vnitas, & in Vnitate ſeruata eſt Communitas. Quiſquis enim inſtat ac vrget, AN A VOBIS VERBVM DEI PROCESSIT? ſatis acriter innuit, tale accipiendum Euangelium quale traditur; ita vt nec detrahendo, nec addendo,

Matth.5. v.19. IOTA VNVM AVT VNVS APEX à Chriſtiana Lege prætereundus ſit, donec omnia fiant. Qui verò interrogat, AVT IN VOS SOLOS PERVENIT? haud quaquam ſanè aliud intelligat neceſſe eſt, quàm cum aliis vnà ſiue communiter ſentiendum, atque, vt dice-

Galat.2.v.14. re ſolemus, AD VERITATEM EVANGELII ὀρθοποδητέον, ſeu RECTE RECTAQVE; (hoc eſt, neque ad ſiniſtram, neque ad dextram fle-

Rom.14. v.vlt. ctendo) ambulandum eſſe. Etenim quod non eſt ex Fide, peccatum eſt; extra Vnitatem eſt, Schiſmaticum eſt; vt in LITVRGICIS

Matth.12. v.30. ORDINATIONIBVS Eccleſia meo ore canit: ac qui cum Chriſto non eſt, contra Chriſtum eſt; & qui cum Eccleſiæ Chriſti Vnitate non colligit, pro Schiſmate ſpargit. Hinc ortum eſt vt qui Corpus Chriſti Myſticum, quod eſt Eccleſia, quemadmodum quandoque monui, ſcindunt ac diuidunt, grauiùs, teſte Chryſoſtomo, peccent iis qui corpus Chriſti Reale ac Verum clauis confixerunt vel lancea perfoderunt, τῶν τὸ σῶμα αὐτοῦ διαπηξάντων, vt Homilia vndecima in Epiſtolam noſtram ad Epheſios declarat. QVARTA denique, eaque maximè memoriâ tenenda, DE VNITATE ECCLESIÆ aduersùs Schiſma, ſententia noſtra eſt, Hebræorum decimo; vbi

Heb.10.v.24. v.25. » diximus: Et conſideremus inuicem in prouocationem Charitatis &
» Bonorum Operum; NON DESERENTES COLLECTIONEM NOSTRAM,
» ſicut conſuetudinis quibuſdam, ſed conſolantes: & tantò magis,
» quantò videritis appropinquantem diem. His enim palàm profeſſi ſumus, Chriſtianis, cum Fratribus, ſi non ſemper CORDE, at ſemper TEMPLO, vel, vt loquimur, COLLECTIONE, communicandum eſſe. Sed toti huic quæſtioni DE SCHISMATE, quæ in ECCLESIA MILITANTE ſiue Primo Libro, à duodecimo capite diligenter admodum, Auguſtinianum in morem, ventilata eſt, abunde ſatisfactum videtur; ſi modò vnum ex eodem fonte, id eſt, Auguſtino, CERTISSIMO DOCTORE DEMONSTRATOREQVE ECCLESIÆ, addideris, ſingulari illo libro De Catechizandis Rudibus,

vbi singularem hanc DE ECCLESIA sententiam profert, vel potiùs nascenti Ecclesiæ sic obstetricatur: Neque enim ob aliud ante Ad- « uentum Domini scripta sunt omnia quæ in sanctis Scripturis legi- « mus, nisi vt illius commendaretur aduentus, & FVTVRA præsigna- « retur ECCLESIA, id est, POPVLVS DEI PER OMNES GENTES, « QVOD EST CORPVS EIVS: adiunctis atque adnumeratis omnibus « Sanctis, qui etiam ante aduentum eius in hoc sæculo vixerunt, ita « eum credentes venturum esse, sicut nos, venisse. Sicut enim IACOB, « Gen.25.v.26. MANVM priùs dum nasceretur, emisit ex vtero, qua etiam PEDEM « prænascentis fratris tenebat, deinde vtique secutum est CAPVT, « tum demum necessario MEMBRA CÆTERA: sed tamen CAPVT non « tantùm Membra, quæ secuta sunt, sed etiam ipsam Manum quæ « in nascendo præcessit, DIGNITATE ac POTESTATE PRÆCESSIT; & « quamuis NON TEMPORE APPARENDI, tamen NATVRÆ ORDINE prius « est: Ita & Dominus Iesus Christus, etsi antequam appareret in car- « ne, ET QVODAMMODO EX VTERO SECRETI SVI, ad hominum « 1. Tim.2.v.5. oculos mediator Dei & hominum homo procederet, qui est super « Rom.9 v.5. omnes Deus benedictus in sæcula, PRÆMISIT IN SANCTIS PA- « TRIARCHIS ET PROPHETIS QVANDAM PARTEM CORPORIS SVI, « QVA VELVT MANV SE NASCITVRVM ESSE PRÆNVNCIANS, « etiam Populum, præcedentem superbè, VINCVLIS LEGIS TAN- « QVAM DIGITIS QVINQVE SVPPLANTAVIT: quòd & per QVIN- « QVE TEMPORVM ARTICVLOS prænunciari venturus prophetari- « que non destitit: & huic rei consonans per quem Lex data est QVIN- « QVE LIBROS conscripsit. Et superbi carnaliter sentientes, & suam « Rom.10.v.3. Iustitiam volentes constituere, NON APERTA MANV CHRISTI « REPLETI SVNT BENEDICTIONE, SED CONSTRICTA ATQVE CON- « CLVSA RETENTI SVNT. Itaque illis obligati sunt PEDES, & ceci- « derunt, nos verò surreximus & erecti sumus. Quamuis ergo, vt « Ps.19.v.9. dixi, præmiserit Dominus Christus QVANDAM PARTEM CORPO- « RIS SVI in Sanctis, qui eum nascendi tempore præferunt, tamen « ipse est CAPVT CORPORIS ECCLESIÆ: illique omnes eidem Cor- « Coloss.1.v.18. pori, cuius ille Caput est, cohæserunt, credendo in eum quem « prænunciabant. NON ENIM PRÆCVRRENDO DIVVLSI SVNT, SED « ADIVNCTI POTIVS OBSEQVENDO. NAM, ETSI MANVS A CA- « PITE PRÆMITTI POTEST, CONNEXIO TAMEN EIVS SVB CA- « PITE EST. Quapropter omnia, quæ ante scripta sunt, vt nos do- « ceremur, scripta sunt, & figuræ nostræ fuerunt, & in figura con- « 1.Cor.10.v.2. tingebant eis: scripta sunt autem propter nos, in quos finis sæcu- « lorum obuenit. Hæc quàm nouè, quàm aptè, quàm mirabiliter Au- « gustinus, vides. Quibus dictis nos modum aliquem conuerso ad te, REX IACOBE, tanquam ad diuisæ Angliæ populi parentem, sermone, & finem PRIMÆ Parti ac Orationi nostræ, quæ est DE SCHISMATE, faciamus; cumque Tragico illo exclamemus, inducente Patrem discerpti membra reponentem atque componentem Gnati:

O triste fractis Orbitas annis malum!
Complectere artus, quodque de Gnato est super,
Miserande, mœsto pectore incumbens foue.
Disjecta, Genitor, membra laceri corporis
In ordinem dispone, ET ERRANTES LOCO
RESTITVE PARTES. Fortis hîc dextræ locus:
Hîc læua, frenis docta moderandis manus,
Ponenda: læui lateris agnosco notas.
Quàm magna lacrymis pars adhuc nostris abest!
Durate trepidæ lugubri officio, manus;
Fletusque largos sistite, arentes genæ,
Dum Membra Gnato Genitor adnumerat suo,
Corpusque fingit; hoc quidem est formâ carens,
Et turpe, multo & vulnere ambesum vndique.
QVÆ PARS TVI SIT DVBITO, SED PARS EST TVI:
Hîc hîc repone, non suo, at vacuo loco.

CAP. XIV. Ac paucis multa quidem DE SCHISMATE dicta sunto. NVNC quoniam DE HÆRESI dicendum est, fracto Schismate superbiat licet, ac de se quod superest, tamquam Scripturæ (cuius magna pars versibus descripta est) ac nostræ laudis æmula, poëticè quoque loquatur

——illa
Exanguis, turbante metu: DISCORDIA dicor,
Cognomento HERESIS, Deus est mihi discolor, inquit:
Nunc minor aut maior; modò duplex, & modò simplex,
Cum placet aëreus & de phantasmate visus.
Aut innata anima est: quoties volo ludere Numen,
PRÆCEPTOR BELIAL MIHI FIT, domus est plaga mundi.

Gal 6. v. 7. Sed nolite errare: Deus non irridetur; quemadmodum Galatas iisdem olim verbis docui. Verùm enim habemus tanquam ream confitentem Hæresim, ac Hæreticorum vitam suis depingentem coloribus:
» Qui quidem (vt tertio, quod DE HÆRETICIS est, suorum Decreto-
Iud. 15. v. 4. rum capite, Oecumenicum Lateranense Quartum, olim ad Sampsonicam colligatatum vulpecularum historiam alludens, non minùs præ-
» clarè quàm subtiliter dixit:) Facies quidem habent diuersas, sed caudas
» ad inuicem colligatas, quia de Vanitate (aliàs, de Varietate) conue-
» niunt in idipsum. Quid ergo hæremus aut moramur vltra? Reuocate in memoriam quæ duobus duntaxat peruulgatis locis DE HÆRESI, ATQVE HÆRETICO, quondam disserui. Alter eiusmodi est ad Co-
» rinthios, cùm DE VELANDIS MVLIERIBVS sermo incidisset: Si quis
» autem (inquiebam) videtur CONTENTIOSVS esse; nos talem CON-
» SVETVDINEM non habemus, neque ECCLESIA DEI: Hoc autem
» præcipio: non laudans quòd in melius sed in deterius conuenitis.
» Primum quidem conuenientibus vobis IN ECCLESIAM, audio SCIS-
» SVRAS (Græcè SCHISMATA σχίσματα) esse inter vos: & ex parte credo.
» Nam oportet & HÆRESES esse, vt qui PROBATI sunt, manifesti fiant

in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est DOMINICAM COENAM manducare? vnusquisque enim SVAM COENAM præsumit ad manducandum. Hic prior de Eucharistia locus, ob Hæresim lubricus, qui monito illo, tanquam custode, tuendus fuit. Exorsus verò sum ab ipsa prima Cœna quam cum Discipulis suis Dominus egit: quam libro de Ecclesiastica Hierarchia Θειότατον Δεῖπνον καὶ Ἀρχισύμβολον τῶν τελετῶν, DIVINISSIMAM COENAM ET ARCHISYMBOLVM SACRIFICIORVM, siue DIVINISSIMAM ET OMNIVM COENARVM QVÆ FIVNT, COENAM PRIMAM, vel DIVINISSIMAM COENAM, IN QVA SVNT INSTITVTA SYMBOLA RERVM QVÆ FIVNT, (id est Eucharistiæ quæ hodie celebratur) Dionysius vocat. Alter autem ad Titum, amantissimum Discipulum, Cretæ Episcopum. is fuit, cùm in eo Domus Dei zelum Tit.3.v.10. accensurus dixi: HÆRETICVM HOMINEM, POST VNAM ET SECVNDAM CORREPTIONEM, DEVITA, SCIENS QVIA SVBVERSVS EST, ET DELINQVIT, CVM SIT PROPRIO IVDICIO CONDEMNATVS, Αὐτοκατάκριτος. Vnde ex Altero quidem Primùm colligeris, Fratres, nec apud Nos, scilicet Iudæos, siue Statum Synagogæ; nec apud ECCLESIAM DEI, hoc est, neque in Veteri, neque in Nouo, vt nunc loquuntur, Testamento, contentiosè agere licitum esse: sed Sacerdotem, Iudicio Dei, Legis Quæstiones terminare; Deinde, Hæreses, vt Primo Libro dictum est, SCISSVRAS esse; Tum, huiuscemodi Sectas ad Bonorum Probationem esse oportere; PROBATOSQVE eos appellandos, qui in Vnitate & Fratrum Concordia constanter remaneant: atque Schisma in Hæresim, rursusque declinantem Hæresim in Schisma conuerti; Hæresisque, quasi horribilis cuiusdam Monstri, caput ac caudam idem Schisma esse. Denique quod ad Fidem attinet, nihil SVVM, & non Vnitatis, sed Vnius tantùm proprium, posse DOMINICVM dici; Cœnamque eam haud censeri DOMINICAM debere, quæ non omnium, sed cuiusquam priuati ingenij sit, ac non potiùs eius cui omnes, (cùm Dominus omnium sit) ac non sibi, viuant. Cœna enim Domini priuatæ epulæ non sunt naturâ suâ, sed publica quædam omnium Fidelium inuitatio. Vnde appositissimè notissimus ille Moralis Philosophus Plutarchus, in hanc rem, libri octaui Problemate sexto: τὸ δεῖπνον φασὶ, KOINA, διὰ τὴν KOINΩNIAN, καλεῖσθαι. καθ' ἑαυτοὺς γὰρ ἀρίστων ἐπιεικῶς οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, συνδειπνοῦντες τοῖς φίλοις: Aiunt COENAM Romanis dictam ob Κοινωνίαν, COMMVNIONEM: VETERES enim ROMANOS solos modicè prandere solitos; cœnare verò VNA cum amicis. Ex altero autem illo, videlicet meæ ad Titum Epistolæ loco, ecquis non videat quæ quantaque in piscandis Hæreticis adhibenda cautio sit? Semper enim verendum est cum eo familiariter versari, vel eius consuetudine vti, qui proprio iudicio condemnatus, id est, agnita Veritate, sciens prudensque peccat. Vnde Tertullianus, De Præscriptionibus, aduersùs Hæreticos: HÆRESES, inquit, dictæ Græca voce, ex interpretatione ELECTIONIS, quâ quis

» siue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas vtitur pileo, & SIBI
» DAMNATVM dixit Hæreticum, QVIA ET IN QVO DAMNA-
» TVR, SIBI ELEGIT. Nobis verò nihil ex nostro arbitrio indu-
» cere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit.
» Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quidquam ex
» suo arbitrio quod inducerent, elegerunt; sed acceptam à Christo
» DISCIPLINAM fideliter Nationibus adsignauerunt. Itaque etiamsi
Gal 1.v.8 » Angelus de cœlis aliter euangelizaret, Anathema diceretur à no-
Tit.3.v.10. » bis. Hæreticus ergo, vt vno dicam verbo meoque, & meministis enim ipsi, & referre potestis, Αὐτοκατάκριτος est, SVOPTE IVDICIO CONDEMNATVS, siue, vt Doctor ille Afer vertebat, SIBI DAMNATVS; vel, vt Augustinus De Baptismo contra Donatistas libro quinto, A SEMETIPSO DAMNATVS: quandoquidem probè sciat, quod Primo Libro probatum est, nulli, quamlibet ob causam, Separare fas esse; aut, sicut Timotheum præmonui, ab eo quod traditum est, ALITER-DOCERE, Ἑτεροδιδασκαλεῖν. Verè nimirum SIBI DAMNATVS est, qui post conuictam
Hebr.11.v.1. conscientiam in pertinacia perseuerat. Est autem Fides non modò sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, siue illud quo exstant quæ sperantur, & quod demonstrat quæ non cernuntur; sed etiam Ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, id est propriè, CONVICTIO INEVIDENTIVM. Quo sanè CONVICTIONIS verbo, libro secundo De Peccatorum meritis & remissione, vsus est Augustinus: ex quo necessariò conuincitur vt SIBI DAMNATVS sit. Nemo
Hebr.6.v.4. enim SEMEL ILLVMINATVS, nisi contra PROPRIVM IVDICIVM, id est CONSCIENTIAM, aut ab VNITATE, per Schisma, aut à COMMVNITATE per Hæresim recedit. Hinc Constantinopolitanum Concilium, sub Hormisda & Ioanne, vti legere est Actione quinta in Constantinopolitano sequenti sub Agapeto & Menna,
» contra Seuerum pronunciat: QVOD SEVERVS, QVI SEI-
» PSVM AB HAC ECCLESIA SEPARAVIT, IVDICIO SEIPSVM SVBMI-
» SERIT, OMNIBVS MANIFESTVM EST. SEQVENTES ITAQVE ET
» NOS, DIVINOS CANONES, AC SANCTOS PATRES, ALIENVM I-
» PSVM PVTAMVS, ET A DIVINIS CANONIBVS PER SVAM BLA-
» SPHEMIAM CONDEMNATVM ANATHEMATIZAMVS ET NOS: ὅτι Σεβῆρος ΧΩΡΙΣΑΣ ΕΑΥΤΟΝ τῆς ἁγίας ταύτης ἐκκλησίας, ΕΑΥΤΟΝ κρίματι ὑπέβαλε, πρόδηλον πᾶσιν. Επόμενοι τοίνυν καὶ ἡμεῖς ΤΟΙΣ ΘΕΙΟΙΣ ΚΑΝΟΣΙ, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΑΣΙΝ, ἀλλότριον τοῦτον ἡγούμεθα, καὶ ὑπὸ τῶν ΘΕΙΩΝ ΚΑΝΟΝΩΝ ἤδη, διὰ τῆς βλασφημίας αὐτοῦ, κατακεκριμένον, Αναθεματίζομεν καὶ ἡμεῖς. Ac quoniam duos habui præ cæteris amantissimos mei, mihique vicissim multis nominibus commendatissimos: quorum alter, (vt ANGLO-ROMANVS vester Gregorius, libro DE CVRA PASTORALI, notasse primus dicitur,) Calcari, videlicet Titus; alter Fræno, nempe Timotheus, indigebat: illi IMPERIVM, huic verò MODESTIAM, qua sibi moderaretur, seque ad mediocritatem reuocaret, identidem ingessi. Quapropter Tito,

cui non tam zeli quàm animi excitandi causâ, ſanctaque quadam Epiſcopali fiducia potiùs quàm audacia armandi, ARGVE CVM OMNI IMPERIO, dixeram; continuò reiiciendos, excutiendos, recidendoſque Hæreticos poſt vnam aut alteram correptionem animoſè ac fortiter, vt aliquando tandem auderet, edixi; audiente alia ex parte Timotheo: STVLTAS ET SINE DISCIPLINA QVÆSTIONES DEVITA: SCIENS QVIA GENERANT LITES. SERVVM AVTEM DOMINI NON OPORTET LITIGARE; SED MANSVETVM ESSE AD OMNES, DOCIBILEM, PATIENTEM, CVM MODESTIA CORRIPIENTEM EOS QVI RESISTVNT VERITATI: NEQVANDO DEVS DET ILLIS POENITENTIAM AD COGNOSCENDAM VERITATEM, ET RESIPISCANT A DIABOLI LAQVEIS, A QVO CAPTIVI TENENTVR AD IPSIVS VOLVNTATEM. Hæreticos autem dicimus (Canonis ſexti Concilij Conſtantinopolitani Primi ſiue Generalis Secundi verba ſunt) & qui olim ab Eccleſia abdicati ſunt, ET QVI SVNT POSTEA A VOBIS ANATHEMATIZATI. Adhæc autem & eos qui ſe Sanam quidem Fidem confitèri præ ſe ferunt, AVVLSI autem ſunt ET ABSCISSI, & aduersùs CANONICOS noſtros EPISCOPOS congregationem faciunt: ΑΙΡΕΤΙΚΟΥΣ δὲ λέγομεν, τούς τε πάλαι τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυχθέντας, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΜΕΤΑ ΤΑΥΤΑ ΥΦ' ΥΜΩΝ ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΘΕΝΤΑΣ. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τοὺς τὴν ΠΙΣΤΙΝ μὲν τὴν ΥΓΙΗ προσποιουμένους ὁμολογεῖν, ΑΠΟΣΧΙΣΑΝΤΑΣ δὲ καὶ ἀντισυνάγοντας (aliàs, ΑΠΟΣΧΙΣΘΕΝΤΑΣ δὲ καὶ ἀντισυναγαγόντας) τοῖς ΚΑΝΟΝΙΚΟΙΣ ἡμῶν ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ. Huiuſmodi verò in Diſciplina Eccleſiaſtica olim nec Chriſtiani cenſebantur, vt ex trigeſimo primo Laodiceno Canone facilè cernas, quem profero: Quod non oporteat cum HÆRETICIS VNIVERSIS Nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare vel filias, ſed magis accipere, ſi tamen CHRISTIANOS ſe fieri promittant: ὅτι οὐ δεῖ πρὸς ΠΑΝΤΑΣ ΑΙΡΕΤΙΚΟΥΣ ἐπιγαμίας ποιεῖν, ἢ διδόναι υἱοὺς, ἢ θυγατέρας, ἀλλὰ μᾶλλον λαμβάνειν, εἴγε ἐπαγγέλλοιντο ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙ γίνεσθαι: Quod autem, REX IACOBE, & ipſe iam audis DE VITANDIS HÆRETICIS, referre memento ad duas potiſſimùm cauſas. Altera eſt, quòd ſcilicet Hæreſiarchæ DÆMONIA à me dicti ſunt, IN HYPOCRISI LOQVENTIA MENDACIVM, ET CAVTERIATAM HABENTIA SVAM CONSCIENTIAM, tanquam fugitiuam aut Stigmaticam. Vnde Hæreticorum capita Hæreſiarchæ illi, tanquam CAVTERIO inuſtæ partes, quaſi ſenſus omnis expertes, & dicuntur & ſunt, vt irritos conatus ad conuerſionem eorum edere videare. Adde quòd Excommunicatio, quâ, tanquam igne, purgatur Eccleſia, CAVTERII quoddam genus eſt, vt in Sancto Malachia notauit Bernardus: quoniam vtroque videlicet ea quibus applicueris & mortificantur & reſcinduntur. Reſpiciebam præterea ad id quod facturi erant Carpocratiani Hæretici, de quibus Irenæus, libri primi capite vigeſimo quarto: Alij verò ex ipſis ſignant CAVTERIANTES ſuos Diſcipulos in poſterioribus partibus exſtantiæ dextræ auris: vt ſicut aurem, ſic & conſcientiam caute-

Tit.2.v.vlt. — 2.Tim.2.v.23. — 1.Tim.4.v.2.

riatam habituros, maximè nouissimorum temporum Hæreticos, quasi digito monstrarem. Bene autem Hypocrisim cum Mala Conscientia coniunxi: nam quisquis virtutem simulat, eo ipso sibi testis est se ea carere. Altera Vitandi Hæretici ratio est, quoniam
Tim.2.17. Hæreticorum sermo VT CANCER SERPIT: quod quidem in causa Hymenæi & Phileti, qui à veritate exciderant, ad Ephesinum Episcopum, Timotheum illum nostrum, scripsi. Hæresim autem semper prouidi, eidemque Timotheo significaui, ex indiligenti bonæ conscientiæ custodia, quam veri Christiani vnicè colendam ducunt,
1.Tim.1. v.18. » prouenturam esse, inquiens: Hoc PRÆCEPTVM commendo tibi,
» FILI Timothee, secundum præcedentes in te PROPHETIAS, vt mi-
» lites in illis BONAM MILITIAM, habens Fidem & BONAM CON-
» SCIENTIAM, quam quidam repellentes, circa Fidem naufragaue-
» runt: ex quibus Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ VT
» DISCANT NON BLASPHEMARE. Quæ cuncta cùm ita se habeant, vna mihi sententia conclusisse, ac tanquam perorasse, remque confecisse videor, cùm, intactum multis, orationis meæ versiculum il-
2.Tim.3. v.8. » lum Timotheo suggessi: Quemadmodum autem Iamnes & Mam-
» bres restiterunt MOYSI; ita & hi resistunt VERITATI (de nouissimorum dierum, siue periculosorum vestrorum temporum Hære-
» ticis, velut indicans loquebar) homines CORRVPTI MENTE, repro-
» bi circa Fidem, sed vltrà non proficient: insipientia enim eorum ma-
» nifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Adludebam enim, quod
Exod.7. v.11. » omnes norunt, ad versiculum illum Exodi: Vocauit autem Pharao
» Sapientes & Maleficos: & fecerunt etiam ipsi per INCANTATIONES
» ÆGYPTIACAS & ARCANA QVÆDAM similiter: Proieceruntque
» singuli Virgas suas, quæ versæ sunt in DRACONES: sed deuorauit
» VIRGA AARON Virgas eorum. Quanquam verò Magorum Pharaonis desint citato loco nomina, supplenda tamen ex Traditione duxi, vt cum Verbo Dei SCRIPTO etiam NON SCRIPTVM, More Maiorum, curreret. Viderat simile quid Frater noster Petrus, cùm
Petr.2.v.1. » admonens: Fuerunt, inquit, & Pseudoprophetæ in populo, sicut
» & in vobis erunt MAGISTRI MENDACES, qui introducent SECTAS
» PERDITIONIS. Sed, vt ante dixi, VLTRA NON PROFICIENT. Vt enim Ecclesia quondam congregata Sardicæ in Synodica illa ad omnes Episcopos, quam altera Athanasij Apologia continet, primis illis temporibus de Hæreticis Arianis, quos ARIOMANITAS vocat,
» scripsit: Sed non vltra, hæc facere permissi sunt. EST ENIM PRÆ-
» POSITVS AC ANTISTES ECCLESIARVM DOMINVS qui
» pro illis proque omnibus nobis mortem passus, ac per seipsum,
» ipsum in cœlum TRANSITVM nobis quoque omnibus LAR-
» GITVS est: Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ταῦτα ποιεῖν συνεχωρήθησαν· ἔστι γὰρ ὁ ΠΡΟΙΣΤΑΜΕΝΟΣ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ, Ο ΚΥΡΙΟΣ, ὁ ὑπὲρ τούτων, καὶ πάντων ἡμῶν, θάνατον ὑπομείνας, καὶ δι' ἑαυτοῦ, τὴν εἰς οὐρανὸν ΑΝΟΔΟΝ πᾶσιν ἡμῖν, ΔΕΔΩΚΩΣ. Idem de omnibus Schismaticis Hæreticisque esto iudicium, vt nec negligendi, nec tamen formidandi sint in ea Gentium Com-

munione cui præest prospicitque Dominus; in eo denique in Cæ-
lum Transitu atque Ascensu, cuius se Viam Christus fieri esseque
declarauit. Nam oportet meminisse verbi Domini Iesu, quoniam
ipse dixit; ET PORTÆ INFERI NON PRÆVALEBVNT ADVERSVS « Matth.16.
EAM. Valent enim, sed non præualent: premunt, sed non oppri- « v.18.
munt: oppugnant sed non expugnant. Vnde ad Clerum Populum-
que Constantinopolitanum celeberrimâ Epistolâ Cælestinus Papa:
NVNQVAM, inquit, NOSTRI REGIS ARMA VINCVNTVR: Οὐδέποτε «
τὰ ὅπλα ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΜΩΝ ἡττᾶται. Itaque seductores proficiunt
quidem, sed non vltra; siue, vt optimè, VNITATIS AC ZELI VERA
IDEA, Cyprianus, DE VNITATE ECCLESIÆ agens, legit: SED NON «
PROFICIENT PLVRIMVM. Ter autem Pharaonis illi Magi, Iamnes «
& Mambres (qui Moysi & Aaroni Fratribus oppositi, Fratres cre-
duntur) insipientiæ vel amentiæ ac imbecillitatis manifestè conui-
cti, Scriptura teste, sunt. Primùm, Exodi septimo, quando Virga Exod 7.v.12.
Aaron deuorauit virgas eorum. Deinde, octauo Exodi, quando in
Tertio Signo deficientes, dicere compulsi sunt: DIGITVS DEI EST Exod.8 v 19.
HIC. Tertiò, cum, Exodi nono capite, ad Sextum Signum stare co- Exod 9.v.11.
ram Moyse, propter vlcera quæ in ipsis erant, non poterant. Haud
aliter sanè Hæretici, & Pastorali Episcoporum Virgæ, & Apostoli-
cis Ecclesiæ Signis, & Supremis Dei tandem de se Iudiciis atque
Suppliciis, quantumuis renuentes & inuiti, cedere coguntur, post-
quam VIRGA VIRTVTIS Dei Patris (de qua Psalmo centesimo no- Ps.109 v.2.
no) incarnata fuit. Vnde Irenæus, tertij aduersùs Hæreses libri ca-
pite vndetrigesimo, cuius inscriptio est, QVARE VIRGA MOYSI
SERPENS FACTVS EST? Propter hoc autem, inquit, & Moyses «
ostendens typum, proiecit VIRGAM in terram, vt EA INCARNA- «
TA omnem Ægyptiorum præuaricationem, quæ insurgebat aduer- «
sus Dei dispositionem, argueret & absorberet. Etenim eò loci Ire- «
næus contra Valentinianos insurgens, probat, Allegorico exemplo
INCARNATIONIS VIRGÆ Mosaicæ, INCARNATIONEM VERBI: vt
quemadmodum Virga Mosis in terram proiecta fiebat Caro; sic
cùm Filius Dei, tanquam VIRGA VIRTVTIS DEI emissa à Domi- «
no ex Sion, descendens de cælis, in terris visus est, & cum homini- « Baruch. 3. v. vlt
bus conuersatus est, missum à Patre Verbum in terris Caro factum « Ioan. 1.
est, & habitauit in nobis & vidimus Gloriam eius. Qua de re cense- « v.14.
mus consulendum, Ecclesiæ IN MATERIA DE INCARNATIONE
Consultorem longè omnium optimum, Cyrillum, decimo quinto
capite DE VIRGA MOYSIS, in Scholio DE VNIGENITI INCARNA-
TIONE, quod Tertia Parte Actorum Concilij Ephesini Latinè tan-
tùm exstat. Ac ne quid in hac parte à nobis prætermissum sit, ma-
ximam eius capitis partem, quæ Theologicas illas rationes conti-
net, recitabimus: Animaduerte in his natura & veritate Filium «
Dei, tanquam si quædam VIRGA sit Patris. VIRGA AVTEM IN- «
SIGNE EST REGNI. IN FILIO ENIM HABET OMNIVM POTESTATEM. «
Denique etiam DIVINVS DAVID; Thronus tuus, inquit, Deus in « Ps.44. v.7.

» sæculum sæculi: & Virga Æquitatis, VIRGA REGNI tui. Sed eam
» proiecit in terram: ID EST, terreno corpore circumdedit, siue per
» humanitatem misit in terram: Tunc enim in similitudinem fa-
» ctus est malignorum hominum scilicet. Malignitatis autem signum
» est SERPENS. Quòd autem verum sit, hinc describitur. Ipse enim
» Dominus noster Iesus Christus in imaginem & figuram DISPEN-
» SATIONIS factæ cum Carne, pro Serpente accipitur Æneo, quem
Num. 21. v. 9. & Ioan. 3. v. 7. » erexit Moyses. Et sicut, inquit, Moyses, exaltauit Serpentem in
» deserto; ita exaltari oportet Filium Hominis, vt omnes qui credunt
» in ipsum, non pereant, sed habeant vitam æternam. Quemadmo-
» dum enim Serpens factus ex ære, salutis erat periclitantibus causa;
» (sanabantur enim in eum respicientes:) eodem modo etiam Domi-
» nus noster Iesus Christus eis qui eum vident quidem, in similitu-
» dine malignorum, eo quòd factus sit homo, non ignorant tamen
» quòd DEVS sit VIVIFICVS; causa erit vitæ, & dat posse venenosa
» animalia vitare; id est, Contrarias Potestates. Id quoque huius rei
Exod. 7. v. 12. » figura fit, quòd AARON VIRGA alias deuoraret, quas in terram
» Magi proiecerant. Igitur Virga quidem in terram proiecta est,
» non tamen Serpens remansit; resumpta autem, fuit quod erat.
» Nam licèt facta sit, vt ante dixi, IN SIMILITVDINE NOSTRA PA-
» TRIS VIRGA, id est, Filius, per quem habet omnium potestatem;
» hac autem impleta DISPENSATIONE reuolauit in cælum, & FVIT
Psal. 44. v. 7. » ITERVM TANQVAM IN MANV PATRIS, VIRGA ÆQVITATIS AC
Marc. 16. v. 10. » REGNI. Sedet enim ad dexteram genitoris sui PROPRIA MAIE-
» STATE, Sedes altissimas obtinens, ET CVM CARNE. Hæc Cyril-
Luc. 1. v. 33. lus siue ECCLESIÆ THEOLOGVS: cuius Regni non erit finis; cu-
ius Omnipotentis Sceptri symbolum Pastoralis Episcoporum Vir-
ga instituta superiori parte incurua, ac Serpentis more (quod in
Ecclesia Orientali, Serpentes Duo in Baculo Pastorali sculpti ac su-
periori Baculi parte intorti, præter Euangelicæ Prudentiæ Symbo-
lum, apposite signant) quasi in seipsam reuertens, Diuinitatis ty-
pum gerit: recta vero demissaque inferiùs Humanitatis Christi hu-
militatem rectitudinemque mirabiliter indicat.

Hunc modo Serpentem, BACVLVM qui nexibus ambit,
Perspice: & vsque nota: visam vt cognoscere possis,
Vertar in hunc: sed maior ero: tantusque videbor
In quantum verti CÆLESTIA CORPORA debent.

In hoc autem differunt DVÆ INCARNATIONES illæ, quòd altera facta est Conuersione Virgæ in naturam Carnis: altera Assumptione substantiæ Carnis ad Virgam Patris ac Personam Verbi. Vtrique tamen vel hoc maximè proprium est, quòd in vtraque Incarnatione vtrumque, tam scilicet VIRGA MOSIS, quàm VIRGA PATRIS siue Verbum, factum est reuera ac realiter Caro. Allatam verò vt adferret exprimeretque differentiam Sanctus Theodotus Ancyranus Episcopus, Theodoreti æqualis, audiente ac legente postea attente Concilio illo Ephesino, omnium longè maximo,

Homiliâ in die Natiuitatis Domini habitâ confert, Nili fluuium manentem Hebræis aquam, Ægyptiis sanguinem manantem factum, cum Incarnato Verbo, quod Deus apud Patrem manens, Hominibus in homine apparuit, ac immutabiliter cœpit esse quod non erat, non desistens esse quod erat; μείνας, ὃ ἦν, καὶ γενόμενος, ὃ οὐκ ἦν. Sic autem Veritatem Carnis cum Verbi Immutabilitate componit, Allegorico exemplo, superiori prorsus simili, in quo Virga Caro facta, Virga tamen in se semper cùm redibat, Virga, vt videbatur, in se manebat: Neque enim, inquit, dicere mihi potes, quomodo Ægyptiorum ille fluuius sanguis factus est, immutabili manente ipsa aquæ natura. Namque idem Nilus & Hebræis AQVA (sic enim eo semper vsi sunt) & Ægyptiis SANGVIS ERAT; ET FACTVS EST QVOD NON ERAT, MANENS QVOD ERAT: Οὐδὲ γὰρ σύ μοι δυνάσαι λέγειν, πῶς ὁ τῶν Αἰγυπτίων ποταμὸς αἷμα γεγένηται, ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως. καὶ γὰρ ὡς ὕδατι μὲν οἱ Ἑβραῖοι ἐκέχρηντο, ΑΙΜΑ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ Νεῖλος ἐγένετο, ΚΑΙ ΓΕΓΟΝΕΝ, Ο ΟΥΚ ΗΝ, ΜΕΙΝΑΣ, Ο ΗΝ. Et postea; Quomodo igitur Aqua Nili manens Aqua, facta est Sanguis? Πῶς οὖν τὸ Ὕδωρ τοῦ Νείλου μεῖναν Ὕδωρ, Αἷμα γεγένηται; ac paulo post: Haud quaquam enim Aquæ natura corrupta est. Et hoc ostendebant Hebræi hanc potabilem habentes. Verùm mansit illa ipsa natura intra proprios fines, ET FACTA EST SANGVIS, QVOD NON ERAT, DEO SVPRA OMNEM RATIONIS CAPTVM MIRACVLVM DEMONSTRANTE: Οὐδὲ γὰρ ἐφθάρη ἡ φύσις τοῦ ὕδατος. καὶ ἐδήλουν οἱ Ἑβραῖοι, τοῦτο πότιμον ἔχοντες. ἀλλ᾽ ἔμεινε καὶ αὐτὴ ἡ φύσις ἐν ἰδίοις ὅροις, ΚΑΙ ΓΕΓΟΝΕΝ ΑΙΜΑ, ΟΠΕΡ ΟΥΚ ΗΝ, ΘΕΟΥ ΥΠΕΡ ΛΟΓΟΝ ΔΕΙΚΝΥΝΤΟΣ ΤΟ ΘΑΥΜΑ. Quapropter tria tantùm asseruabantur in Arca, Tabulæ, Manna, Virga; vt Arcæ figura aptior foret eius Radicis Iesse, eius Sacerdotalis Virgæ ex arida ac sterili Virgine aliquando tandem floritutæ, quæ hinc Verbi Incarnationem in Tabulis, inde Corporis & Sanguinis Eucharistiam in Manna repræsentaret. Nam vt de Manna quod clarissimum est, omittam, Tabulæ certè Legis hominibus datæ, ipsa scriptione Digito Dei (qui sanè Spiritus Sanctus est, vt Ecclesia docet, dum canit; DEXTRÆ DEI TV DIGITVS) Verbi Dei in lapide facta, Verbum Consubstantiale Patris, superuentu ac obumbratione siue operatione Spiritus Sancti in Virgine (haud secus incorrupta viro, ac si lapidea esset,) quasi scriptum atque consignatum hominibus à Patre datum, graphicè depingunt, & omnino declarant. Sed relicta Virga & Baculo, quæ me, vt Psalmista canit, consolata sunt, quia (vt Gregorius libro de Cura Pastorali docet) Virga percutimus, Baculo sustentamur; satis superque dicta ea sint de HÆRESI, quam percutimus, atque SCHISMATE, contra quod sustentamus: quorum vtrumque septimo capite Posterioris ad Corinthios, INQVINAMENTVM SPIRITVS, μολυσμὸν πνεύματος, cum Idololatria vocauimus, cum eaque coniunximus. Ac de vtroque equidem præclarè Augustinus, Epistolâ quadragesimâ secundâ,

Psal. 22. v. 4.

2. Cor. 7. v. 1.

» ad Idololatras Madaurenses: Videtis certè, inquit, multos præcisos
» à RADICE CHRISTIANÆ SOCIETATIS, quæ per SEDES APO-
» STOLORVM & SVCCESSIONES EPISCOPORVM, Certa per Orbem
» PROPAGATIONE diffunditur, de sola figura originis, sub Christia-
» no nomine, quasi ARESCENTIA SARMENTA, gloriari, quas HÆ-
» RESES ET SCHISMATA nominamus: præuisa-prædicta, scripta sunt
CAP. XV. » omnia. OPVS nunc aggredior plenum variis quæstionibus, atrox dubiis, discors solutionibus, ipsa etiam nisi cum charitate certetur, Ecclesiæ pace difficile ac sæuum. Ius siquidem illud omne quod periculosa tempora, qualia certè vestra sunt, CONTROVERSVM vocant, cuius interdum nimium altercando veritas amittitur; meis, id est, Apostolicis sententiis verbisque definio. Atque id meo vel iure, vel certè munere, quandoquidem ex meorum fere verborum interpretatione tota amplissima illa seges vel nata est, vel creuit, vt ex Ephesinis Actis patet. In iis enim & Beatissimus Cælestinus Pontifex Maximus, & Sanctissimus Cyrillus Alexandrinus Patriarcha, vterque NOVVS PAVLVS, ΝΕΟΣ ΠΑΥΛΟΣ, ab Vniuersa Vniuersalique Synodo acclamatus est, quòd in Controuersis Quæstionibus DE FIDE, Pauli mentem ac sententiam, id est, scriptorum meorum veram germanamque explanationem nacti essent; ac si pro iure dicundo, PAVLVM nosse sat foret. Sed PAVLVS PRÆDICANS nunc ipse se scribentem explicabit. Principio, QVATTVOR præsertim clarissimis in rebus lapsos esse plures vno miror, qui sibi auctor esse seditionis aut sectæ voluerit ac tentauerit, nempe in tollendo contra religionem omnem SACRIFICIO, quo quidem summam Dei Opt. Max. maiestatem, tanquam grati aliquo munere nostro, quamtumuis suo, adimus: LIBERTATE, contra experientiam, quam vt rerum magistram cæteris in rebus saltem reueremur: CVRA PRO
1. Cor. 11. v. 14. MORTVIS GERENDA, ad quam tamen exercendam, ET IPSA NATVRA, (quo argumento Corinthios ad Velandas Mulieres vrgere solebam) DOCET VOS, & humanitas inuitat, & horror ille cogit in omnium mentibus insidens, cùm non maiori curæ esse vident hominibus homines quàm brutæ sint animantes. QVEM (vt de horrore rebaptizandi dixit quinto contra Donatistas de Baptismo Libro Augustinus) DIVINITVS INFVSVM ESSE CREDIDERIM, VT ADVERSVS QVASLIBET DISPVTATIONES QVAS INFIRMI DISCVTERE NEQVEVNT, HORRORE IPSO ECCLESIA MVNIRETVR; BONORVM denique OPERVM PROCVRATIONE, quo vno Societatis Christianæ vinculo Mortales inter se Christi sanguine colligantur, ad Christique Immortalitatem, datis velut sibi de cælo vel conditionibus, vel pignoribus, se trahendos sperant. Etenim hodierni Hæretici, ac si qui supersint HENRICIANI tui, Deum summo atque vno quem sibi reseruauit, Religionis cultu; Christianos, naturali Experientiæ quæ
Hebr. 5. v. 14. » etiam in actibus supernaturalibus viget, sensu ac magisterio; (Cùm
» Perfectorum sit solidus cibus, eorum QVI EXERCITATOS HABENT
» SENSVS ad discretionem boni & mali) Homines, Humanitatis sensu,

ac Mortuorum, verbi gratia Parentum, debito honore: ad quorum nihilominus memoriam semper aliqua pars eius Mandati, QVOD IN PROMISSIONE PRIMVM EST, pertingit; ac postremo Societatem Sanctorum, multiplicatione talentorum ac Operum fructu, quantum quidem in ipsis situm est, priuant, immo, spoliant, & Ephes.6.v.2.

—quod habet proprium Furor,
In se ipse saeuit.—

Vnde primo libro de Trinitate Hilarius: Inter haec emerserunt DESPERATA IN SE, ET SCAEVA IN OMNES impiae TEMERITATIS INGENIA. Atque illud quod Praefatione faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Quae si singula vos fortè non mouent, vniuersa certè tamen inter se coniuncta atque connexa mouere debebunt. Sed ad singula nihilominus reuertamur. nec enim vniuerso generi hominum solùm, sed etiam singulis à Deo Immortali, cui honor & gloria in saecula saeculorum, Amen, consuli & prouideri solet; DOMINVSQVE IESVS separatim ab vniuersis singulos & dirigit & diligit. Itaque sigillatim vnamquamque rem attingamus, totumque Controuersum Opus QVATTVOR TRACTATIBVS, tanquam Partibus, prout res tulerit, absoluamus. ac primo loco DE CHRISTIANORVM SACRIFICIO dicamus. 1.Tim.1.v.17.

CAP. XVI.

MAGNVS erat, (inquit, in nonagesimum quintum Psalmum, Chrysostomus: nec mitemini me quasi aliena laudarè; libenter enim discipulos meos, Ecclesiae Doctores, ac praesertim LITTERALEM MORALEMQVE Interpretem meum plerumque audio, vt & DOCTRINALEM, qui haud alius est, vt alicubi ex Beda dicemus, quàm ipse Augustinus) & sine modo, Sacrificiorum in Lege numerus; quae omnia NOVA ILLA superueniens GRATIA, vnam & VERAM statuens HOSTIAM, Vno complectitur SACRIFICIO: Καὶ πολλὴν τὴν καὶ ἄμετρον ἀριθμὸν θυσιῶν, τὸν κατὰ νόμον. Ἡ δὲ ΝΕΑ ΧΑΡΙΣ (nimirum Christus Dominus, qui, vt ex Patribus PERRONIVS noster immo vester notat, SVBSTANTIALIS GRATIA est) ἐλθοῦσα, ΔΙΑ ΜΙΑΣ περιεγράφη πάσας, καὶ μίαν ΑΛΗΘΙΝΗΝ ἔστησε ΘΥΣΙΑΝ. Ac in decimum caput Epistolae nostrae prioris ad Corinthios, Homiliâ vigesimâ quartâ, de Christo loquens: Et SACRIFICIVM ipsum, succedentium more, mutans, & pro animalium victimis SEIPSVM OFFERRI PRAECIPIENS: Καὶ τὴν ΘΥΣΙΑΝ αὐτὴν ἀμείψας, καὶ ἀντὶ τῆς ΑΛΟΓΟΥ σφαγῆς, ΕΑΥΤΟΝ ΠΡΟΣΦΕΡΕΙΝ ΚΕΛΕΥΣΑΣ. Ac si diceret Chrysostomus; Quippe qui Patris Λόγος, ac Solus SVBSTANTIALIS Λόγος, praefiguratus ac praesignificatus, Ἀλόγων Sacrificiis, suo tempore ac in temporis plenitudine, vices suas obiret, ac iuxta illud, TVNC DIXI; ECCE VENIO; victima fieret. Haec ille, non Eloquentiae sub Libanio auditor, necnon & Scholae designatus successor, ni factus Christianus esset: nō Philosophiae sub Andragathio peritissimus: nō Theologiae sub Diodoro magistro clarior Discipulus; sed TVBA MVNDI, OS AVREVM, MIRACVLVM VNIVERSI, Ecclesiae aetate meliore dictus. de quo Augustinus, prioris contra Iulianum libri capite sexto: Ingredere SANCTE IOANNES, ingredere, ET CONSIDE CVM FRATRIBVS TVIS, (Ecclesiae scilicet Vniuersalis Doctoribus Hebr.10.v.7. & Ps.39.v.7.

ac Patribus, quos eò loci vndique Augustinus colligit ac in me-
» dium profert) A QVIBVS NVLLA RATIO, NVLLA TENTATIO TE
» SEPARAVIT. ac paulo post: Sed absit vt tu ALIVD SAPERES, &
» in ea (nempe Ecclesia Catholica) TAM PRÆCIPVVS EMINERES.
Sed ad propositum VNICI SACRIFICII argumentum reuertamur.
» Nunc (scilicet respondet Leo, Sermone octauo de Passione Domi-
» ni) Carnalium Sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias
» Hostiarum, VNA CORPORIS ET SANGVINIS TVI IMPLET OBLA-
» TIO. Ac omnium optimis, & quantumuis mysticis, verbis id expli-
cat potiùs quàm implicat Eusebius, priore libro de Demonstratio-
» ne Euangelica: Quin igitur & SACRIFICAMVS, & THVRE SVFFI-
» MVS, modò quidem IPSAM COMMEMORATIONEM MAGNÆ IL-
» LIVS VICTIMÆ; modò verò AB IPSO TRADITA MYSTERIA SA-
» CRIFICALI RITV CELEBRANTES, & illam quæ PRO SALVTE NO-
» STRA EST, EVCHARISTIAM PER PIOS HYMNOS, perque PRECES
» SACRIFICALIA VOTA ipsi DEO OFFERENTES. modò verò nos-
» metipsos TOTALITER CONSECRANTES IPSI, & PONTIFICI eius
» ΛΟΓΩ siue VERBO, ipso corpore & anima dedicati: Οὐκοῦν, καὶ ΘΥΟΜΕΝ, καὶ ΘΥΜΙΩΜΕΝ, ποτὲ μὲν ΤΗΝ ΜΝΗΜΗΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΘΥΜΑΤΟΣ, καὶ ΤΑ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥ ΠΑΡΑΔΟΘΕΝΤΑ ΜΥΣΤΗΡΙΑ, ΕΠΙΤΕΛΟΥΝΤΕΣ, καὶ τὴν ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ἡμῶν ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΝ, δι' εὐσεβῶν ΥΜΝΩΝ τε καὶ ΕΥΧΩΝ, ΤΩ ΘΕΩ ΠΡΟΣΚΟΜΙΖΟΝΤΕΣ. ποτὲ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ΟΛΩ ΚΑΘΙΕΡΟΥΝΤΕΣ αὐτῷ, καὶ τῷ γε ΑΡΧΙΕΡΕΙ αὐτοῦ ΛΟΓΩ, αὐτῷ Σώματι καὶ Ψυχῇ ἀνακείμενοι. Quæ cùm ita sint, ea quæ Chrysostomo de Ἀλόγων Sacrificiis nunc diximus, cum
2. Cor. 12. v. 4. Eusebij Pontifice Λόγῳ si iunxeris, intelliges ARCANA VERBA QVÆ NON LICET HOMINI LOQVI. Atque hæc vt Libro Primo, plurima DE VNITATE ECCLESIÆ dicta sunt, sic DE VNITATE SACRIFICII, quæ illius indiuidua comes, nunc satis multa. Sacrificium autem est oblatio externa facta soli Deo, qua ad agnitionem humanæ infirmitatis, & professionem diuinæ maiestatis à legitimo ministro res aliqua sensibilis & permanens, ritu mystico consecra-
» tur & transmutatur. Soli Deo inquam: Quis enim (vt Chrysostomus ex Thracia, at tanquam pro confini Asia; Leo ex Europa; ex Africa mihi ordine suo nunc veluti succinit de Ciuitate Dei DIVINVS ILLE CIVIS SANCTORVM, AC DOMESTICVS DEI, Au-
» gustinus,) qui SACRIFICANDVM censuit, nisi ei quem DEVM
» aut sciuit, aut putauit, aut finxit? Atque alibi disputans Contra Aduersarium Legis & Prophetarum, anonymum illum librum
» sibi à Fratribus Carthagine missum: Dæmon, sibi, ait, SACRI-
» FICIVM non exigeret, nisi Deo Vero deberi sciret. Nam ob-
» sequia cætera quæ diuinitati exhibentur, ausi sunt sibi etiam su-
» perbiæ fastu homines arrogare: rarissimi autem commemorantur,
» qui sibi vt sacrificaretur, cùm REGIA POTESTATE possent,
» ausi fuerint imperare. QVICVMQVE TAMEN AVSI SVNT,
» PER HOC SE DEOS HABERI VOLVERVNT. Quemad-

modum verò SOLI, ſic & Vni Deo Sacrificium fit. non enim ſolùm Deo fit, ſed ita fit, vt quiſquis Sacrificium alicui fecerit, ſuum eſſe Deum ex conſequenti in illo actu, velit nolit, agnoſcat atque fateatur neceſſe eſt. Quamobrem vtrumque videtur iunxiſſe Euſebius, Oratione de laudibus Conſtantini: INCRVENTA verò & RATIONABILIA SACRIFICIA quæ per PRECES MYSTICAS ac INEFFABILEM THEOLOGIAM fiunt ORDINI CHOROQVE SACERDOTVM SVORVM, quis ſolus celebrare tradidit alius, quàm ſolus noſter Saluator? Ideo & PER VNIVERSVM TERRARVM ORBEM ALTARIA ERECTA SVNT, ET ECCLESIARVM CONSECRATIONES ſoli MONARCHÆ OMNIVMQVE REGI Deo AB OMNIBVS GENTIBVS offeruntur: ΑΝΑΙΜΟΥΣ δὲ, καὶ ΛΟΓΙΚΑΣ ΘΥΣΙΑΣ τὰς δι' εὐχῶν τῆς ΑΠΟΡΡΗΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ, τοῖς αὐτοῦ ΘΙΑΣΩΤΑΙΣ (vnde apud Dionyſium ORDO DIVINA CANENTIVM, τῶν τὰ θεῖα ᾀδόντων, THIASOTARVM, ſiue THIASOTICVS dicitur) τίς μόνος ἐπιτελεῖν παραδέδωκεν ἄλλος, ἢ μόνος ὁ ἡμέτερος Σωτήρ; διὸ καὶ ΕΠΙ ΤΗΣ ΚΑΘ' ΟΛΗΣ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ, ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΑ ΣΥΝΕΣΤΗ, ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ τε ΑΦΙΕΡΩΜΑΤΑ, Μόνῳ τῷ ΠΑΜΒΑΣΙΛΕΙ Θεῷ, ΠΡΟΣ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ ἀναπεμπόμενα. Ac de Demonſtratione Euangelica, libro primo: VNI vero SOLI Domino, iuxta diuinum oraculum, ALTARE INCRVENTORVM AC RATIONABILIVM SACRIFICIORVM, ſecundùm Noua Noui Teſtamenti Myſteria, TOTVM PER ORBEM erectum eſt: ΕΝΙ δὲ ΤΩ ΜΟΝΩ Κυρίῳ, κατὰ τὸ ἱερὸν λόγιον, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΝ ΑΝΑΙΜΩΝ ΚΑΙ ΛΟΓΙΚΩΝ ΘΥΣΙΩΝ, κατὰ τὰ ΚΑΙΝΑ μυστήρια τῆς νέας καὶ ΚΑΙΝΗΣ διαθήκης, ΚΑΘ' ΟΛΗΣ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ἀνεγήγερται. Ac optimè, vigeſimo primo libri vigeſimi contra Fauſtum Manichæum, Auguſtinus: Populus Chriſtianus MEMORIAS Martyrum RELIGIOSA SOLEMNITATE concelebrat, & ad excitandum imitationem, & VT MERITIS EORVM CONSOCIETVR, ATQVE ORATIONIBVS ADIVVETVR: ita tamen vt nulli Martyrum, ſed ipſi DEO MARTYRVM, ſacrificemus; quamuis in Memoriis (aliàs, Memoria) Martyrum CONSTITVAMVS ALTARIA. Quis enim ANTISTITVM IN LOCIS SANCTORVM CORPORVM ASSISTENS ALTARI, aliquando dixit; OFFERIMVS TIBI Petre, aut PAVLE, aut Cypriane? SED QVOD OFFERTVR, OFFERTVR DEO, qui Martyres CORONAVIT, apud Memorias eorum quos CORONAVIT, vt ex ipſorum LOCORVM ADMONITIONE maior affectus exſurgat AD ACVENDAM CHARITATEM, ET IN ILLOS QVOS IMITARI POSSVMVS, ET IN ILLVM QVO ADIVVANTE POSSVMVS. Colimus ergo Martyres eo CVLTV DILECTIONIS ET SOCIETATIS quo & in hac vita coluntur SANCTI HOMINES DEI, quorum cor ad talem pro EVANGELICA VERITATE paſſionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tantò deuotiùs quantò ſecuriùs poſt incerta omnia ſuperata:

» quantò etiam fidentiore laude prædicamus iam in vita feliciore
» victores, quàm IN ISTA ADHVC VSQVE PVGNANTES. At verò
» illo cultu qui Græcè Latria dicitur, Latinè vno verbo dici non po-
» test, cùm sit QVÆDAM PROPRIE DIVINITATI DEBITA SERVI-
» TVS; nec colimus, nec colendum docemus, nisi VNVM Deum.
» Cùm autem AD HVNC CVLTVM pertineat OBLATIO SACRIFI-
» CII (vnde Idololatria dicitur, eorum qui hoc etiam Idolis exhi-
» bent) nullo modo tale aliquid offerimus aut offerendum præci-
» pimus vel cuiquam Martyri, vel cuiquam SANCTÆ ANIMÆ, vel
» cuiquam Angelo: Et quisquis in hunc errorem delabitur, COR-
» RIPITVR PER SANAM DOCTRINAM, SIVE VT CORRIGATVR,
» SIVE VT CONDEMNETVR, SIVE VT CAVEATVR. Quibus sanè
simillima sunt quæ idem Augustinus scripsit, vigesimo septimo ca-
» pite octaui libri De Ciuitate Dei, in eamdem sententiam: Nec ta-
» men nos eisdem Martyribus Templa, Sacerdotia, Sacra, & Sacrifi-
» cia, constituimus: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est
» Deus. Honoramus sanè Memorias eorum, tanquam SANCTORVM
» HOMINVM DEI, qui VSQVE AD MORTEM SVORVM CORPORVM,
» pro veritate certarunt, vt innotesceret vera Religio, falsis Religioni-
» bus fictisque conuictis: quod etiam, si qui antea sentiebant, timen-
» do reprimebant. Quis autem audiuit aliquando Fidelium, STAN-
» TEM SACERDOTEM AD ALTARE ETIAM SVPER SAN-
» CTVM CORPVS MARTYRIS (quoniam videlicet SVB ALTARI,
Apoc. 6. v. 9. non SVPRA ALTARE, ex illo Apocalypseos: VIDI SVBTVS ALTA-
RE, collocandæ ex Veteri Augustiniana ac Africana DISCIPLINA,
» Sanctorum Reliquiæ) AD DEI HONOREM CVLTVMQVE CON-
» STRVCTVM dicere in Precibus; OFFERO TIBI SACRIFICIVM Petre,
» vel PAVLE, vel Cypriane? cùm apud eorum Memorias OFFE-
» RATVR DEO, qui eos & Homines & Martyres fecit, ET SANCTIS
» SVIS ANGELIS CÆLESTI HONORE SOCIAVIT; vt ea celebritate &
» DEO VERO illorum de Victoriis gratias agamus, & nos ad imitatio-
» nem TALIVM CORONARVM atque Palmarum eodem inuocato in au-
» xilium ex eorum memoriæ renouatione adhortemur? Quæcumque
» igitur adhibentur RELIGIOSORVM OBSEQVIA in Martyrum locis,
» Ornamenta sunt Memoriarum, non Sacra vel Sacrificia Mortuorum
» TANQVAM DEORVM. Quicumque etiam Epulas suas eò deferunt
» (quod quidem à CHRISTIANIS MELIORIBVS non fit, & in pleris-
» que terrarum nulla talis est Consuetudo) tamen quicumque id fa-
» ciunt, QVAS CVM APPOSVERINT, ORANT ET AVFERVNT VT
» VESCANTVR, VEL EX EIS ETIAM INDIGENTIBVS LARGIANTVR;
» Sanctificari ibi eas volunt PER MERITA MARTYRVM in nomine
» DOMINI MARTYRVM. Non autem ista esse SACRIFICIA
» MARTYRVM nouit, qui nouit VNVM QVOD DEO ILLIC
» OFFERTVR SACRIFICIVM CHRISTIANORVM. Hæc secundo loco
Augustinus. Nec prætermittenda illa Augustini tanquam clau-
sula, quæ decimo capite libri vigesimi secundi eiusdem operis

habetur his verbis: NOS Martyribus nostris NON TEMPLA sicut «
Diis, SED MEMORIAS, sicut Hominibus Mortuis, quorum apud «
Deum viuunt Spiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus Altaria, in «
quibus SACRIFICEMVS Martyribus, SED VNI DEO ET MARTY- «
RVM ET NOSTRO, SACRIFICIVM IMMOLAMVS; ad quod SA- «
CRIFICIVM sicut HOMINES DEI qui Mundum in eius confessio- «
ne vicerunt, suo loco & ordine nominantur, non tamen à SA- «
CERDOTE QVI SACRIFICAT inuocantur, (quomodo enim quon- «
dam ad Romanos dixi, inuocabunt in quem non crediderunt, pri- Rom. 10.
mo scilicet Inuocationis gradu, id est, cultu Latriæ, quo in nos vo- v. 14.
camus quem in nobis inuocamus, vt ipse passim Augustinus au-
ctor est) Deo quippe non ipsis SACRIFICAT, quamuis in Memo-
ria SACRIFICET eorum, QVIA DEI SACERDOS EST, non il-
lorum. Hactenus SACRIFICII CHRISTIANORVM adsertor Au-
gustinus. Ea videlicet est natura rerum, vt nihil præter Sacrifi-
cium sit, quod alteri quàm Deo facere exteriùs non queas. Nam
Adorare, siue humiliter se incuruare, Precari, Laudare, & quid-
uis huiuscemodi actuum qui ad Dei religionem referuntur, com-
munia quoque ciuili hominum inter homines societati sunt. Vnus
atque vnicus Sacrificij modus est qui cum nemine quàm cum Deo
communicari possit, & debeat. Hinc ortum illud Irenæi Theologi-
cum documentum libri quarti capite trigesimo secundo: Christus «
Discipulis suis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis crea- «
turis, non quasi indigenti, SED VT IPSI NEC INFRVCTVO- «
SI NEC INGRATI SINT (videlicet quod Irenæi verba sonant, «
non sacrificando) eum qui ex creatura panis est, accepit & gra- «
tias egit, dicens, HOC EST CORPVS MEVM; & Calycem simi- «
liter qui est ex ea creatura quæ est secundùm nos, SVVM SANGVI- «
NEM CONFESSVS EST, & NOVI TESTAMENTI NOVAM DOCVIT «
OBLATIONEM. Spoliat igitur Diuinitatem, Hominum, quanta «
esse potest, gratitudine, atque honore eo quem sibi solum atque
singularem ipsa reseruauit, ille qui Sacrificium à rebus humanis
diuinisque tollit. Hinc Augustinus Libri de Spiritu & Littera
vndecimo capite: THEOSEBIA porrò si ad verbi originem La- «
tinè expressam interpretaretur, DEI CVLTVS dici poterat: QVI «
IN HOC MAXIME CONSTITVTVS EST, VT ANIMA EI NON «
SIT INGRATA. Vnde & in ipso VERISSIMO & SINGVLARI «
SACRIFICIO, Domino Deo nostro AGERE GRATIAS admone- «
mur. Intelligit Augustinus, quando Sacerdos ex Altari Populum «
hortatur & canit; GRATIAS AGAMVS DOMINO DEO NOSTRO.
Quocirca vt Holocausta præ cæteris Sacrificiorum generibus, pro-
priè in Diuinæ Maiestatis reuerentiam offerri crederentur, tota cre-
mari Diuina Lex fuit, vt resoluta in vaporem tota sursum ascenderent, Leuit. 6.
in signum quòd quidquid habemus, totum, quodcumque illud omne
esse videatur. totum, inquam, quidquid habemus, Dei est. Cur autem
brutarum animantium Triplici Terrenarum genere, Oue, Capra,

Boue; Volatilium quoque Triplici, Columba, Passere, Turture; iisque tantum victimis seu hostiis in Scripta Lege sacrificatio erat, alterius est omnino instituti: nunc vrget Christianum Opus. Itaque istis terrenis relictis, ad maiorem, atque adeo Apostolicum nostrum morem conuolemus, ac Christianorum ritu quemadmodum rem olim diuinam fecerimus, doceamus.

CAP. XVII. AC primum quidem querentibus Iudæis, se, derelicto Moyse, Altari cariturοs, CHRISTIANORVM ALTARE imprimis insigne prodidi meâ ad Hebræos Epistolâ fere extremâ, his verbis: » HABEMVS ALTARE DE » QVO EDERE NON HABENT POTESTATEM QVI TABERNACVLO » DESERVIVNT. (Hebr. 13 v. 10.) Sed vt taceam quanta fide (ex Traditione quippe Ecclesiæ) DE CHRISTIANORVM ALTARIBVS hunc sensum vestris quondam Patribus tradiderint Græci, Theodoretus, Theophylactus & OEcumenius; inter autem Latinos Primasius, Sedulius, Anselmus, itemque vtriusque linguæ alij quamplurimi: redeat vobis in memoriam prioris ad Corinthios ille locus: » NON POTESTIS MENSÆ DOMINI PARTICIPES ESSE, ET MEN- » SÆ DÆMONIORVM; (1. Cor 10. v. 21.) atque ex amborum collatione sensum amborum assequemini. Ex hoc enim Corinthiorum documento Vniuersalis Ecclesia in OEcumenica vltima Synodo Eucharistiam à Christo Domino institutam esse non solùm vt Sacramentum, verum etiam vt Sacrificium; quod semper tenuit, nuper defini- » uit. Id enim (inquiunt DIVINITVS-INSPIRATI Patres) non » obscure innuit APOSTOLVS PAVLVS, Corinthiis scribens, » cùm dicit: Non posse eos qui participatione MENSÆ DÆMO- » NIORVM polluti sunt, MENSÆ DOMINI participes fieri: per » Mensam ALTARE vtrobique intelligens. Et rectè quidem cùm pro Argumento adduco PARTICIPATIONEM MENSÆ DOMINI, credendus sum intelligere ea quæ de Mensa Domini percipiuntur, oblata siue immolata esse, vt & quæ de Mensa Dæmoniorum, certo certiùs oblata atque immolata sunt. Porrò » MENSAM pro ALTARI & Isaïas ante posuerat, dicens: (Is 65. v. 11.) Qui poni- » tis Fortunæ MENSAM, & libatis super eam. Immo & Christiani Sacrificij Minister ac Præco Malachias Propheta, postquam » Dominum induxerat obiurgantem: (Malach. 1. v. 7.) Offertis super ALTARE » meum Panem pollutum; ait ipse, & quasi de Hæreticorum iniu- » riis deplorat ac conqueritur; MENSA Domini despecta est; videlicet MENSAM appellans quod prius ALTARE vocauerat. Hanc postea consuetudinem Ecclesia me duce vsurpauit, vt Ecclesiasticâ linguâ MENSA significaret ALTARE. Testis, quibus opus est, omnium instar, erit Augustini DE MENSA CYPRIANI (siue primus De Cypriano) Sermo, sic appellata à Reliquiis eius » sub ea conditis, vbi & Martyrio fuerat affectus: In eodem, inquit, » loco MENSA DEO CONSTRVCTA EST; tamen MENSA dicitur » CYPRIANI, non quia ibi est vnquam Cyprianus epulatus, sed quia » ibi est immolatus, ET QVIA IPSA IMMOLATIONE SVA PARAVIT

HANC MENSAM, non in qua paſcat ſiue paſcatur; SED IN QVA SACRIFICIVM DEO, CVI ET IPSE OBLATVS EST, OFFERATVR. Sed vt Menſa illa, quæ Dei eſt, etiam Cypriani vocetur, hæc cauſa eſt; QVIA VT ILLA MODO CINGATVR AB OBSEQVENTIBVS, IBI CYPRIANVS CINGEBATVR A PERSEQVENTIBVS. At Cyprianum ipſum antiquiorem audiamus, pulchettimo illo libro DE CALYCE DOMINI: Sed & per Salomonem, inquit, Spiritus Sanctus typus DOMINICI SACRIFICII ante præmonſtrat, IMMOLATÆ HOSTIÆ, & Panis & Vini, ſed & ALTARIS ET APOSTOLORVM faciens mentionem: Sapientia, inquit, ædificauit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem. Mactauit ſuas HOSTIAS, miſcuit in cratera Vinum ſuum, & parauit MENSAM SVAM. Et miſit ſeruos ſuos conuocans CVM EXCELSA PRÆDICATIONE ad Crateram, dicens: Quis eſt INSIPIENS? declinet ad me. & EGENTIBVS SENSV, dixit: Venite, edite de meis Panibus, & bibite Vinum quod miſcui vobis. Tum ſcilicet Altatis, cùm facta MENSÆ per Salomonem mentio eſt; adeo certum, adeo antiquum Cyprianus credidit Menſæ pro Altari vſum. Quare Euſebius Aram Dominicam nunc ALTARE, Θυσιαστήριον· nunc MENSAM Τράπεζαν vocat: illud, propter OBLATIONEM SACRIFICII; hoc, propter SACRIFICII PARTICIPATIONEM. Portò inſignis ea de te locus Athanaſij eſt Apologiâ ſecundâ: Nam de Myſteriis, inquit, inquirentes, Iudæos interrogarunt, & Catechumenos examinarunt: Vbinam, inquientes, eratis cùm Macarius acceſſit, & MENSAM ſubuertit? Illique reſponderunt, Nos intus fuimus. Iam ſi id verum eſt, ergo eo tempore OBLATIO celebrari non potuit, ſi quidem Catechumeni intus erant: æquè tamen paſſim ſcriptitarunt, STANTE PRESBYTERO ET SACRVM FACIENTE, Macarium ingreſſum ſubuertiſſe omnia: Περὶ Μυστηρίων γὰρ ἐρωτῶντες, Ἰουδαίους ἀνέκρινον, καὶ Κατηχουμένους ἐξήταζον, ποῦ ἦτε ὅτε ὁ Μακάριος ἦλθε, καὶ ἀνέτρεψε τὴν ΤΡΑΠΕΖΑΝ; κἀκεῖνοι ἀπεκρίναντο, ὅτι ἔνδον ὄντες ἐτυγχάνομεν. οὐκ οὖν οὐκ ἦν ΠΡΟΣΦΟΡΑ, εἰ Κατηχούμενοι ἔνδον ἦσαν· ἔπειτα γεγράφαντες πανταχοῦ, ΩΣ ΕΣΤΩΤΟΣ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ, ΚΑΙ ΕΠΙΤΕΛΟΥΝΤΟΣ, εἰσελθὼν ὁ Μακάριος, ἀνέτρεψε πάντα. Quocitca Chryſoſtomus notiſſimum illum primi Malachiæ verſiculum interpretationi nonageſimi quinti Pſalmi inſerens MYSTICAM MENSAM, Μυστικὴν Τράπεζαν, vt vtrumque conciliet, vocat: ne quid Cruenti ſapere, Altaris Oblatio; neue etiam Participationi Menſæ, Veritas deeſſe videretur: Vide, inquit, quomodo clare ac perſpicue MYSTICAM appellauit MENSAM, Incruentum Sacrificium: Incenſum verò Purum, Orationem illam Sanctam quæ CVM SACRIFICIO offertur: Ὅρα πῶς λαμπρῶς καὶ περιφανῶς τὴν ΜΥΣΤΙΚΗΝ ἡρμήνευσε ΤΡΑΠΕΖΑΝ, τὴν Ἀναίμακτον Θυσίαν. θυμίαμα δὲ λέγει καθαρὸν, τὴν Προσευχὴν, τὴν Ἁγίαν τὴν ΜΕΤΑ ΤΗΣ ΘΥΣΙΑΣ ἀναφερομένην. Vnde non minùs Sa-

Epiſt. 63.

Malach. 1. v. 11.

pienter quàm eleganter Sanctus Theodotus Ancyranus, in Concilio Ephesino, Part: Actorum Tertia, Homiliâ primâ de Natiuitate: Sed iste, inquit, qui tunc Magos ineffabili virtute ad pietatem traxit, idem lætam hanc festiuitatem hodierno die constituit; NON IAM IN PRÆSEPI POSITVS, SED IN HAC SALVTARI MENSA PROPOSITVS. Illud namque PRÆSEPE MATER factum est huius MENSÆ. Propterea in illo est positus, VT IN ISTA EDATVR, & Fidelibus fiat SALVTARIS CIBVS. Sed illud Præsepe quidem claram hanc MENSAM designauit: Ἀλλ᾽ οὗτος, ὁ τότε Μάγους ἑλκύσας ἀῤῥήτῳ δυνάμει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ νῦν τὴν φαιδρὰν πανήγυριν συνεκρότησε σήμερον. ΟΥΚ ΕΤΙ ΕΝ ΦΑΤΝΗ ΤΙΘΕΜΕΝΟΣ, ΑΛΛ᾽ ΕΠΙ ΤΗΣ ΣΩΤΗΡΙΩΔΟΥΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ ΤΑΥΤΗΣ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΣ· ἐκείνη γὰρ ἡ ΦΑΤΝΗ, τῆς ΤΡΑΠΕΖΗΣ ταύτης ΜΗΤΗΡ ἐγένετο. Διὰ τοῦτο ΕΝ ΕΚΕΙΝΗ ΤΙΘΕΤΑΙ, ἵνα ἐπὶ ταύτης ΒΡΩΘΗ, ἀλλ᾽ ἡ μὲν φάτνη τὴν λαμπρὰν ταύτην ἀνέδειξε ΤΡΑΠΕΖΑΝ. Præterquam autem quòd superioribus dictum atque probatum est, si quæ allato ex Epistola nostra ad Hebræos versiculo antecedunt, vt par est, ponderetis, non de ALTARI CRVCIS, sed de ALTARI COENÆ; non de ALTARI REDEMPTIONIS, sed de ALTARI RELIGIONIS, (vnde Eucharistiam, capite decimo tertio vigesimi libri contra Faustum, SACRAMENTVM RELIGIONIS Augustinus appellat:) non de ALTARI OMNIVM, sed de ALTARI CHRISTIANORVM, cùm nos Christianos HABERE ALTARE dixi, intelligitis. De quo profectò Altari Chrysostomus, vigesimâ quartâ Homiliâ, in priorem meam ad Corin-

Matt. 2. v. 11. thios: Hoc corpus, etiam iacens in Præsepi, reueriti sunt Magi; & viri IMPII & Barbari, patria & domo relicta, & longam viam confecerunt; & quum venissent, cum multo metu & tremore adorarunt. Imitemur ergo vel Barbaros, nos Cælorum Ciues. Nam illi quidem cùm & in præsepi vidissent & in tugurio, neque tale quidpiam vidissent, quale tu nunc; cum magna accesserunt reuerentia. Tu autem NON IN PRÆSEPI vides, SED IN ALTARI, non Fœminam eum tenentem, sed Sacerdotem adstantem, & Spiritum cum magna copia ea quæ sunt proposita superuolantem: Τοῦτο δὲ Σῶμα, καὶ ἐπὶ φάτνης κείμενον ᾐδέσθησαν Μάγοι· καὶ ἄνδρες ΑΣΕΒΕΙΣ, καὶ Βάρβαροι, τὴν πατρίδα καὶ τὴν οἰκίαν ἀφέντες, καὶ ὁδὸν ἐστείλαντο μακρὰν, καὶ ἐλθόντες μετὰ φόβου καὶ τρόμου πολλοῦ, προσεκύνησαν. μιμησώμεθα τοίνυν κἂν τοὺς Βαρβάρους, ἡμεῖς οἱ τῶν Οὐρανῶν Πολῖται. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ φάτνης ἰδόντες, καὶ ἐν καλύβῃ, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἰδόντες, οἷον σὺ νῦν, μετὰ πολλῆς τῆς φρίκης προσήεσαν. σὺ δὲ ΟΥΚ ΕΝ ΦΑΤΝΗ ὁρᾷς, ΑΛΛ᾽ ΕΝ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΩ, οὐ Γυναῖκα κατέχουσαν, ἀλλ᾽ Ἱερέα παρεστῶτα, καὶ Πνεῦμα μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας τοῖς προκειμένοις ἐφιπτάμενον. Atque Homiliâ de Beato Philogonio: Cùm alienigenæ barbarique Magi ex Perside occurrant, vt illum videant in præsepi iacentem, tu verò, qui Christianus es, ne breue quidem spacium emetiri sustineas, vt hoc felici spectaculo perfruaris? Nam si cum fide accesserimus, proculdubio

videbimus

proculdubio videbimus illum in præsepi iacentem. Siquidem HÆC MENSA VICEM EXPLET PRÆSEPIS. NAM ET HIC PONITVR CORPVS DOMINICVM, non quidem fasciis inuolutum sicuti tunc, sed vndiquaque SPIRITV SANCTO conuestitum. QVI MYSTERIIS INITIATI SVNT, INTELLIGVNT QVÆ DICVNTVR. Ac Magi quidem NIHIL ALIVD QVAM ADORARVNT, TIBI VERO SI CVM PVRA ACCESSERIS CONSCIENTIA, PERMITTEMVS VT SVMAS, ET SVMPTO DOMVM ABEAS: Οἱ Μάγοι μὲν, ἄνθρωποι βάρβαροι καὶ ἀλλόφυλοι, ἐκ Περσίδος ἥκουσιν, ὥστε αὐτὸν ἰδεῖν ἐπὶ φάτνης κείμενον· σὺ δὲ ὁ Χριστιανὸς, μηδὲ μικρὸν διάστημα ὑπομένεις, ὥστε τῆς μακαρίας ταύτης ἀπολαῦσαι θεωρίας. καὶ γὰρ ἂν μετὰ πίστεως προσερχώμεθα, πάντως αὐτὸν ὀψόμεθα ἐπὶ φάτνης κείμενον. Η γὰρ ΤΡΑΠΕΖΑ ΑΥΤΗ, ΤΑΞΙΝ ΤΗΣ ΦΑΤΝΗΣ ΠΛΗΡΟΙ. ΚΑΙ ΓΑΡ ΚΑΙ ΕΝΤΑΥΘΑ ΚΕΙΤΑΙ ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟ ΔΕΣΠΟΤΙΚΟΝ, οὐχὶ ἐσπαργανωμένον καθάπερ τότε, ἀλλὰ ΠΝΕΥΜΑΤΙ πανταχόθεν περιστελλόμενον. ΙΣΑΣΙΝ ΟΙ ΜΕΜΥΗΜΕΝΟΙ ΤΑ ΛΕΓΟΜΕΝΑ. οἱ μὲν Μάγοι ΠΡΟΣΕΚΥΝΗΣΑΝ ΜΟΝΟΝ. ΣΥ ΔΕ ΑΝ ΜΕΤΑ ΚΑΘΑΡΟΥ ΠΡΟΣΕΛΘΗΣ ΣΥΝΕΙΔΟΤΟΣ, ΚΑΙ ΛΑΒΕΙΝ ΣΟΙ ΑΥΤΟ ΣΥΓΧΩΡΗΣΟΜΕΝ, ΚΑΙ ΑΠΕΛΘΕΙΝ ΟΙΚΑΔΕ. De quo denique Altari intelligendum illum Apocalypsis locum vbi sexto capite memorat se vidisse Ioannes Sanctorum Martyrum SVB ALTARI Animas, docet Augustinus Epistolâ, quæ est ad Casulanum, Octuagesimâ sextâ: iste autem (Vrbicus) qui vetera, (inquit) transisse sic dicit, vt in Christo cederet ARA ALTARI; Gladius Ieiunio; Precibus, Ignis; Pani, Pecus; Populo, Sanguis: nescit Altaris nomen magis LEGIS ET PROPHETARVM LITERIS frequentatum, & Altare Deo priùs in tabernaculo, quod per Moysem factum est, collocatum. ARAM quoque in APOSTOLICIS LITERIS inueniri, vbi Martyres clamant SVB Ara Dei. Dicit cessisse Ieiunio Gladium, non recordâs illum quo MILITES EVANGELICI armantur ex vtroque Testamento, Gladiũ Bis acutum. Dicit cessisse Precibus Ignem, quasi non & tunc preces deferebãtur in Tẽplum; & nunc à Christo Ignis est missus in mundum. Dicit cessisse Pani Pecus, tanquam nesciens, & tunc in Domini Mensa PANES PROPOSITIONIS poni solêre, ET NVNC, SE DE AGNI IMMACVLATI CORPORE PARTEM SVMERE. Dicit cessisse Poculo Sanguinem, NON COGITANS ETIAM NVNC SE ACCIPERE IN POCVLO SANGVINEM. Quantò ergo meliùs & congruentiùs vetera transisse, & noua in Christo facta esse sic diceret, vt cederet ALTARE ALTARI; Gladius Gladio; Ignis Igni; PANIS PANI; Pecus, Pecori; SANGVIS SANGVINI? Hæc DE ALTARI illi qui me secuti, verbaque Apostolica illa mea assecuti sunt: HABEMVS ALTARE, DE QVO EDERE NON HABENT POTESTATEM QVI TABERNACVLO DESERVIVNT. Sed anteà de futuris dixeram, & quasi, quod Augurum esse Gentiles aiunt, ante dixeram ea quæ vitari potuissent, si me in consilium adhibuissetis. Quâ enim, quęso, pręfatione vsus sum vt vos attentos ad magnam quandam rem pararem! Mementote (inquiebam) PRÆPOSITORVM VESTRORVM qui vobis locuti sunt verbum Dei, QVORVM intuentes EXITVM CONVERSATIONIS, imitamini FIDEM. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sęcula. Doctri-

Apoc.6.v.9.

Luc.12.v.49

Heb.13.v.7.

» nis VARIIS & PEREGRINIS nolire abduci. Optimum est enim gratia
» stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. quasi
» dicerem: Cùm autem Apostolicis documẽtis variis variéque expositis,
accedo ad tractanda, licèt occulris & arcanis verbis, Christianorum TREMENDA MYSTERIA, ad Euangelicum Altare, Christi sanguine consecratum; ad Altare Corporis & Sanguinis Christi, Aræ Crucis sacratissimam illam Mensam: dum posthac quisque vestrûm tanquam sacra facturus, quod consecraris pararisque Altaribus fit, introibir ad Altare Dei, illud inprimis commendatum volo; iste sit vobis Liturgicus Canon: Vt PRÆPOSITORVM, id est Episcoporum, siue, vt è Syriaco reddi solet, ANTISTITVM, Vestrorum, qui vobis locuti sunt Verbum Dei, memoriam ad Altare faciatis, vel cùm recensendi sunt Sancti Martyres, vel cùm precibus iuuandi qui sancto fine quiescunt, vbi mystieum illud Sacerdorum MEMENTO, quod etiam nunc vocant, celebrabitis. Nam priscis Ecclesiæ temporibus iidem appellabantur EPISCOPI & PRÆPOSITI, vt ex Terrulliano, Cypriano, Augustino, aliis sæpissimè obseruastis. Prærer eos enim qui Verbum Scriptum reliquerunt, eorum meminisse debetis qui vobis LOCVTI SVNT, id est, TRADIDERVNT, Verbum Dei, siue Fidei & ECCLESIÆ DOCTRINAM. Iudæorum porrò multæ runc eranr Ecclesiæ, præserrim in Iudæa & Syria constirutæ; quæ singulæ suis nobilitatæ Episcopis, nunc hos martyrio, nunc illos sancto quodam alio fine, quiescentes, quasi communis Fidei ac Spei sinu complexæ essent. Ac Iacobi quidem frarris Domini, Ierosolymorum Episcopi, septimo Neronis anno Ierosolymis in Domino mortui, quo sex fermè annis plus vixi; erat memoria recens, ad quem præcipuè respexeram, vt omittam alterum Iacobum Ioannis fratrem, Herodis interfectum gladio, innumerosque iam cum PROTOMARTYRE (heu nimiùm meo!) STEPHANO Coronâ Gloriæ perillustres; quorum in sacro Missarum Canone vel expressa, vel racita, cum veneratione, commemoratio fit. IESVS CHRISTVS HERI ET HODIE, IPSE ET IN SÆCVLA per defunctos Episcopos, quasi per plurimam hostiam, ranquam Abel, vobis defunctus adhuc loquitur. Itaque Præpositorum siue Episcoporum vestrorum, GREGORII; AVGVSTINI, quorum alter, quòd fecerit & docuerit, MAGNVS vocatur in Regno Cœlorum, quod est Ecclesia, vt ipsemet interpretatus est; alter, quia fidelis & prudens, in pauca fuit fidelis, supra multa constitutus est, eâ Fide in Gaudium Domini sui, arque in Sanctorum numerum, relatus, quam Anglis primò ille vel potiùs in illo primus PAVLVS PRÆDICANS,

Heb.13.v.8. Heb.11.v 4. Matth.5.v.19.

» sicuti Secundo huius Operis Libro expositum est, declarauit. Me-
» mentote igitur Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt
» Verbum Dei, quorum intuentes Exitum Conuersationis, IMI-
» TAMINI FIDEM. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæ-
» cula. De vestrorum Episcoporum morre actum est, quæ PRIMA omnium cautio adhibenda fuit, cùm turpe sit in eo viuere in quo quis non audeat mori; & è contrà, vbi Sancti au-

deant mori, illic viuere sit tutum atque gloriosum. Quare duo præsertim in Episcopis, qui nos (vt mysticis Ecclesiæ Verbis vtar) præcesserunt in SIGNO FIDEI, & dormiunt in SOMNO PACIS, diligentissimè notanda proposui, videlicet EXITVM CONVERSATIONIS & FIDEM: quorum alterum, INTVENDVM; alterum IMITANDVM præcepi: vt sine delectu ac labore, ANTIQVORVM FIDEM; sine periculo, SANCTORVM FINEM sequamini. Nunc ALTERA cautio maxima maximéque attendenda sequitur: DOCTRINIS VARIIS ET PEREGRINIS NOLITE ABDVCI; μὴ Περιφέρεσθε. quo verbo, cùm Ephesiorum quarto; Ne circumferamur omni vento Doctrinæ, scripsi; eodem planè non sine causa vsus sum. Περιφέρεσθαι CIRCVMFERRI, vel CIRCVMAGI (quod proprium Impiorum est qui, vt animaduertit Psalmista, IN CIRCVITV AMBVLANT) significat; nisi Παραφέρεσθαι magis vobis dici placeat, quod est perperam & in diuersum moueri, item aberrare & abduci à recto. VARIAS autem DOCTRINAS appello, quæ diuisæ sunt atque inter se dissident: PEREGRINAS verò forinsecus aduectas, aduentitias, & à DOCTRINA domestica ECCLESIASTICA Apostolica alienas; vt vocantur Peregrinæ Merces, quæ non sunt domi natæ. Quapropter Acacius, Ciuitatis Melitenæ Episcopus, in Censura Epistolæ Nestorij, DE FIDE inter Ephesinos Patres sic perorat: Cæterùm quod DOCTRINA admodum PEREGRINA vtatur, vel hoc argumento clarè demonstrat, QVOD FIDEI DOGMA NVNC DEMVM OPERA SVA ILLVSTRATVM ESSE AFFIRMARE AVDET. His omnibus ergo, quòd à veritate quàm longissimè distent, multamque impietatem in se contineant, reiectis; AB ILLORVM QVI TALIA PROLOQVVNTVR, COMMVNIONE ALIENVM ME ESSE PRONVNCIO: Ἤλεγξε δὲ ἑαυτὸν, καὶ ΞΕΝΗ ΔΙΔΑΧΗ χρησάμενον, ΕΝ ΤΩ ΝΥΝ ΠΕΦΩΤΙΣΘΑΙ ΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ, ΛΕΓΕΙΝ, ΔΙ' ΑΥΤΟΥ. οἷς ἅπασιν ΑΛΛΟΤΡΙΟΙΣ οὖσι τῆς ἀληθείας, καὶ πολλὴν τὴν ἀσέβειαν ἔχουσιν, ἀποτάσσομαι. ΑΛΛΟΤΡΙΟΝ ΕΜΑΥΤΟΝ ΤΗΣ ΤΩΝ ΤΟΙΑΥΤΑ ΦΘΕΓΓΟΜΕΝΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΠΟΙΩΝ. TERTIA denique cautio, ceu præfationis clausula, hæc est: OPTIMVM EST ENIM GRATIA STABILIRE COR, NON ESCIS, QVÆ NON PROFVERVNT AMBVLANTIBVS IN EIS. Verbis aliis eandem sententiam dixissem, si vtique dixissem: Quàm longè optimum est, illâ gratiâ, illâ Supersubstantiali Gratiâ, diuinâ Eucharistiâ, Sacrosancto Christianorum Mystico Sacrificio & Epulo stabilire, vel stabiliri, Cor (Vtrumque enim verbum Græcum medium βεβαιοῦσθαι sonat) quàm escis, siue Iudæorum Sacrificalibus illis Cibis, Infirmis Egenisque reuerâ Elementis, in quorum vsu magnam religionis partem Iudaïzantes collocant. Quorsum igitur hæc spectat tam longa & tam altè repetita oratio? vt nimirum sequentia intelligantur quorsum euasura sint: HABEMVS ALTARE DE QVO EDERE NON HABENT POTESTATEM, QVI TABERNACVLO DESERVIVNT. Nunc enim profectò intelligitis Ecclesiæ ac Christianorum nomine (quam certè vim vox illa pluralis,

Hebr.13.v.9. Eph.4.v.14. Psal.1.v.vlt. Hebr.13.v.9. Gal.4.v.9.

HABEMVS, præ se fert atque sortita est) me esse locutum; hancque nos tenere Spei nostræ CONFESSIONEM INDECLINABILEM: Christum REDEMPTIONIS ALTARE Religioni attulisse; non Religioni RELIGIONIS ALTARE sustulisse, cùm legem non soluere, sed adimplere venisset: ac proinde Christianos Altare habere, de quo non Credendi solùm, sed & Edendi potestas

Heb.10.v.23.

Matth.5.v.18.

» nobis facta sit diuinis Eucharistiæ verbis ac præceptis. Potestas quidem Filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui non ex

Ioan.1.v.14. » sanguinibus neque ex voluntate carnis, sed ex voluntate Dei: ET

» VERBVM CARO FACTVM EST, & habitauit in nobis, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν: id est, si characterem Græcum exprimas, HABITAVIT IN TABERNACVLO IN NOBIS, vt figura TABERNACVLI (quo etiam nunc nomine locus in quo Eucharisticum adseruatur Manna, habitatque in nobis Christus, vocitari solet) vt VIRTVTEM INCARNATIONIS, & VERITATEM EVCHARISTIÆ digitus Dei in Ioanne adumbraret.

Sic longæua fuit, sed non damnosa vetustas,
Dum SACRVM populo VICTVM candentia Manna
Ferrent, & COELI FRVGEM terrena viderent.
MYSTICA quæ longè prædiceret antè FIGVRA,
Virgineo ex vtero purum SINE SEMINE, Christi
EDENDVM nobísque aliquando Corpus EDENDVM:
Quas caperet pascendus homo, DE SEDE SVPERNA
ILLABENTE DEO SANCTIS ALTARIBVS escas:

vt quinto libro, qui DE TRANSITV MARIS RVBRI est, Sanctus Auitus Alcimus, Sacris Carminibus lusit. VTRIVSQVE autem Altaris, MOSAICI scilicet atque CHRISTIANI comparatio, cui non introspicienti diuina planè in nostris rursum ad Corinthios

CAP. XIIX.

1.Cor.9.13. » scriptis appareat? Nescitis (diximus) quoniam qui in Sacrario ope-
» rantur, quæ de Sacrario sunt, edunt; & qui Altari deseruiunt, cum
» Altari participant? Ita & Dominus ordinauit iis qui Euangelium
» annunciant, de Euangelio viuere. Semper verò vt supplenda necessariò nonnulla sint, familiaris mihi breuiloquentia facit. Explebis autem facilè sententiam omnem, si de meo addideris, Quoniam & nos HABEMVS ALTARE. Vix enim aliter, si bene animaduertis, cohæreant: cùm & Legis tempore nec Doctores nec Prædicatores Legis deessent, à quibus ducenda potiori iure similitudo videretur: Sed vtrumque ET Lex, & Euangelium, habuit, PRÆDICATIONEM videlicet ET SACRIFICIVM; VERBVM ET ALTARE: præter Aram Crucis, IN QVA SOLVS ET SEMEL OBTVLIT, QVI SOLVS ET SEMEL REDEMIT. Quapropter quoties Africanæ Ecclesiæ Canones euoluitis atque percurritis, toties equidem, credo, Concilij Carthaginiensis Quarti (quod Veteris Ecclesiasticę DISCIPLINÆ promptuarium semper ab omnibus habitum est) trigesimus ille tertius vo-
» bis occurrit, hac formula conceptus: EPISCOPI VEL PRESBY-
» TERI SI CAVSA VISITANDÆ ECCLESIÆ, AD ALTERIVS EC-

CLESIAM VENERINT, IN GRADV SVO SVSCIPIANTVR, ET TAMAD VERBVM FACIENDVM QVAM AD OBLATIONEM CONSECRANDAM INVITENTVR. Hinc enim confirmare hoc liquidò possum, duo apud Veteres Communionis ac Sacerdotalis Societatis certissima Symbola exstitisse, VERBVM FACIENDVM ac OBLATIONEM CONSECRANDAM; ita vt qui hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominum fuisset, is Christi CATHEDRAM & ALTARE foris aduenienti Fratri ac Consacerdoti obtulisset. Tantumque sacer ille mos inualuit, vt retinendæ Catholicæ DISCIPLINÆ ac Communionis, Christianæque Religionis tanquam ansas ipsum Concilium apprehenderet, ac posteris ad perpetuam rei memoriam traderet. Vno SACRIFICANDI verbo vtrumque complexus vigesimus Arelatensis Canon: VT PEREGRINO EPISCOPO LOCVS SACRIFICANDI DETVR. Sed nunquamne & vos singulare illud meum locutionis genus quandoque expendistis, dum Philippensium Ecclesiam sic alloquor, ad eorum, id est, ad Christianorum, Sacrificium VERBIS SACRIFICALIBVS alludens: Sed & si immolor supra Sacrificium & Obsequium Fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis. Idipsum autem & vos gaudete & congratulamini mihi. quod sanè Græcè significantiùs positum est, mea germana verba sunt; si attenditis LITVRGIAM, siue Missam, vel Christianorum Sacrificium, cccc auditis: Ἀλλ' εἰ καὶ ΣΠΕΝΔΟΜΑΙ ἐπὶ τῇ ΘΥΣΙΑ ΚΑΙ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ τῆς Πίστεως ὑμῶν, χαίρω δὲ καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγχαίρετέ μοι. id est, Quinetiam si PRO LIBAMENTO OFFERAR super SACRIFICIO ET LITVRGIA Fidei vestræ, gaudeo & gratulor omnibus vobis. Itidem autem & vos gaudete & gratulamini mihi. Rectè quidem dixi, SVPER SACRIFICIO siue HOSTIA: nam præterquam quòd adolebatur Victima; Sanguinis adspersio, ac etiam Vini, addebatur; quorum alterum FVNDENDO VINO (vt loquuntur Sacrarum Ordinationum Rituales Libri) IN EVCHARISTIAM SANGVINIS CHRISTI; alterum Calyce Benedictionis, cui benedicimus, quique est Communicatio Sanguinis Christi, siue Sanguis Christi cui communicamus, Christianorum Liturgia factitat. Perinde est igitur ac si scripsissem: Ego vos Philippenses ad Christum adduxi, cui postulo vt vos tanquam hostiam viuam Liturgico Christianorum ritu, vbi Christus, qui iam non moritur, se mortuum viuus exhibet, Mortificati quidem Carne, Viuificati autem Spiritu sistatis; nec dubitem ego in hoc vestro spirituali Sacrificio mysticaque Liturgia, tanquam libaminis additamentum sanguine meo Sanguinis Christi teste interuenire. Cæterùm σπένδειν libare, σπονδὰς fœdus sancire est, quòd in fœderibus libari soleat. Nouo tamen quodam loquendi more σπένδεσθαι pro libari accepi, vt qui Legatione fungimur pro Christo, quemadmodum ille pro vniuersis, sic nos pro singulis suo nomine, sui sanguinis pretio, nostri libamine, fœdus sancire intelligamur. Quo sanè verbo delectatus

Philip.2. v.17.

1.Cor.10.v.16.

2 Cor 5.v.10. & Ephes. 6. v.20.

ob multas easque varias, vt attigi, causas, cùm Discipulo, at tunc
Episcopo, Collegæque nostro Timotheo, mysticis arcanisque ver-
bis discessum potiùs quàm decessum, abitum quàm obitum no-
strum præsignificarem, Sacrificali quoque notissimo illo Verbo
vsus sum: Ἐγὼ γὰρ ἤδη ΣΠΕΝΔΟΜΑΙ, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς Ἀναλύσεως ἐφέστηκε:
2. Tim. 4. v. 6. » Ego enim iam del.bor (tolle De, remaneat Libor) & tempus Reso-
» lutionis (Remigrationis ac Domuitionis propriè, ita vt Cyprianus,
octauâ suâ Epistolâ, ASSVMPTIONIS, id est, Ἀναλήψεως, vt quando-
» que notauimus, legere maluit) meæ instat. Malui etiam ego ipse
σπένδομαι potiùs quàm σφάζομαι, vel θύομαι, alludens ad Sanguinis aut
etiam Vini aspersionem dictam, quæ in Sacrificiis vsurpabatur. Adeò
etiam Græcum RESOLVTIONIS verbum, videlicet ἀναλύσεως, placuit:
Phil. 1. v. 23. vt cùm mihi in cœlum, tanquam domum, repedandum, (Epistolâ ad
Philippenses) dicturus essem; hanc dicendi formulam secutus sim, τὴν
» ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ΑΝΑΛΥΣΑΙ, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι): Desiderium habens
» dissolui, & esse cum Christo. Vel planiùs: Desiderio tendens ad re-
migrationem, & vt cum Christo sim, vt Historicus ille meus Lu-
cas, de regressuro à nuptiis Domino, capite duodecimo Euangelij,
Luc. 12. v. 36. pro Quando reuertetur à nuptiis, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, dixit.
nam, τὸ ἀναλύειν, de eo dicitur non qui quouis abeat, sed qui domum
se recipiat, vnde aliquandiu abfuerit. Quare Beatus Doctor Hie-
ronymus, vt in priore libro Apologiæ aduersùs Ruffinum video,
qui vobis in manibus est, hunc meum locum Philippensium ci-
tans, ac τὸ ἀναλῦσαι, interpretans, pro Dissolui, REVERTI habet.
Hinc Elias Cretensis in Orationem Nazianzeni Gregorij vigesimam
» quartam: Ergo per hospitij quidem, inquit, vocabulum, vitæ finem
» intellexit (scilicet Gregorius) quoniam quemadmodum qui lon-
» gum iter faciunt, labores hospitio leuant: sic etiam qui ad vitæ
» finem peruenerunt, multis laboribus seipsos soluunt: Per ἀνάλυσιν
» autem, ad patriam & res supernas reditum. Illinc enim anima no-
» stra per diuinam inspirationem ortum traxit: atque illuc rursum,
» tanquam ad veram patriam recurrit.

Hic sensus verbi: vis ea vocis erat.

Nos enim Christiani, si quid tale acciderit, vt à Deo denuntiatum
videatur vt exeamus è vita, læti & agentes gratias, paremus: emit-
tique nos è custodia & leuari vinculis arbitramur; vt in æternum
& planè in nostram domum remigrare, omnique huius vitæ, quasi
viæ, molestia carentes, Domini gaudio perfrui queamus. Sed in
SACRIFICALIBVS NOSTRIS, donec è cœlo, vt ita dicam, ser-
uatum, vel à Deo denuntiatum sit, paulùlum adhuc immore-
CAP. XIX. mur. NOSTIS iam in hac materia sonitus no-
stros. num tamen Româ hîc audiuntur? Euangelicâ enim Tubâ
Sanctam illam Romanam Turbam atque Ecclesiam ad Sacrificium,
Rom. 15. v. 16. » sic quandoque inuitabam, imò accendebam: Vt sim MINISTER
» Christi Iesu in Gentibus, SANCTIFICANS Euangelium Dei, vt fiat
» OBLATIO Gentium accepta, Sanctificata in Spiritu Sancto. at quàm

Græcè clariùs & fortiùs: Εἰς τὸ εἶναί με ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΝ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ Ἔθνη, ΙΕΡΟΥΡΓΟΥΝΤΑ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται Η ΠΡΟΣΦΟΡΑ τῶν Ἐθνῶν, εὐπρόσδεκτος, Ἡγιασμένη Πνεύματι Ἁγίῳ. Hoc enim loco deprehendor à vobis LITVRGVS Iesu Christi, SACRIFICANS, vt ἱερουργοῦντα vel SCHISMATIS iste PRÆCVRSOR Erasmus vertit, vt fiat προσφορὰ OBLATIO, eaque, ἡγιασμένη πνεύματι ἁγίῳ, SANCTIFICATA IN SPIRITV SANCTO, hac nimirum Liturgiæ Sacrificali Formula quâ AD OBLATA in Sacris vtimur: VENI SANCTIFICATOR OMNIPOTENS «
ÆTERNE DEVS, ET BENEDIC HOC SACRIFICIVM TVO SANCTO «
NOMINI PRÆPARATVM. Vtinam, inquiet aliquis, CONSECRATIO «
in his verbis esset, nihil iam profectò desideraretur ampliùs, quo Christianorum Sacrificium constaret! Ecce ἱερουργοῦντα, Augustinus explicat, & si modò legitis, quod quærere videmini, porrigit. Etenim apud eum, (vt ex libro Expositionis quarumdam Propositionum, ex Epistola ad Romanos, patet, quem Carthagine cùm Presbyter adhuc esset, edidit ex Responsis ad FRATRVM siue Consacerdotum Quæstiones, cùm inter eos Epistola nostra ad Romanos legeretur) ἱερουργῶν, CONSECRANS, Latinè redditur. Nec verò relictus est scrupulo vel minimo quidem locus, si quo sermone, id est, Græco, Historia nostra scripta est, inquirant Nouatores Sæculi: qui tamen semper dubitare, nunquam scire volunt. Dubitatio siquidem primus est ad Philosophorum scientiam; at Fides, ad SCIENTIAM SANCTORVM, gradus. Audeant, inquam, sed audiant quid Actuum tandem decimo tertio de nobis ac prò nobis narrabit & quasi respondebit Lucas: Erant autem IN ECCLESIA quæ erat Antiochiæ, «
PROPHETÆ ET DOCTORES, in quibus Barnabas & Simon qui vo- «
cabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Hero- «
dis Tetrarchæ collactaneus, & SAVLVS. Quid tum? MINISTRAN- «
TIBVS autem (dicere pergit Lucas) illis Domino, & IEIVNANTI- «
BVS, dixit illis SPIRITVS SANCTVS: Segregate mihi SAVLVM & «
Barnabam, in opus ad quos assumpsi eos. Tunc IEIVNANTES, & «
ORANTES IMPONENTESQVE eis MANVS, dimiserunt illos. Et ipsi «
quidem MISSI A SPIRITV SANCTO abierunt Seleuciam, & inde «
nauigauerunt Cyprum. Sex profectò quædam maxima in hac Historia non latent, sed eminent. Ac PRIMVM quidem, PROPHETAM ac DOCTOREM me vocat auctor Actuum Spiritus Sanctus, ne quid gratiæ mihi ac cæteris quibus Spiritus prout vult spirat, defuisse putetis. Vnde remotissimas Orbis Terrarum partes BRITANNICAS semper IN ÆTERNITATIS Prophetico illo Theologogorum SPECVLO quasi intuebar, iamque complecti videbar. Videbamus enim tunc PER SPECVLVM in ænigmate, vt Corinthios olim monui, Mysteria SPECVLIS, Verbi Prædicationem ÆNIGMATI comparans. ALTERVM nunquid non cernitis? & certè si nondum oculos amisistis, videtis me, me, inquam, ipsum qui loquor, necnon & Prophetas Doctoresque Antiochenos (qui cæteroquin haud dissimile aliquid ANGLICANO SCHISMATI suspicari, si fas fuisset,

Prouerb.30. v.3.

Act.13.v.1.

Ioan.3.v.8.

1.Cor.13.v.12.

potuiſſemus) SACRIFICANTES, ac vt (quemadmodum in prouerbio eſt) COMMVNIA NOVE', NOVAQVE COMMVNITER, καινὰ κοινῶς, κοινάque καινῶς, dicam, LITVRGIZANTES, ſiue Chriſtianorum Sacrificium Miſſamque celebrantes. Ecquis enim preſſiùs Græcè quærenti, Pauluſne ac Apoſtolici viri Liturgizauerint; (idem enim eſt ac ſi dicere quoque Latinè poſſes, MISSAVERINT) aptè ac verè conſtanterque & diſtinctè non reſpondeat cum Luca, LITVRGIZAVERVNT; &, ſi quidem ita audire vultis, MISSAVERVNT? Vndecima certè Chalcedonenſis Actio MISSAS CELEBRARVNT, dixiſſet; ſiquidem in Libello Supplici Baſſiani Epiſcopi ad Valentinianum & Marcianum Impp. audiente probanteque Quarto Ge-
» nerali Concilio ſcriptum eſt: Craſtina autem die Miſſas CELEBRA-
» VIMVS omnes ſimul, & POST MISSAS, manus iniicientes incluſerunt
» me, & cum vi abripuerunt PALLIVM SACERDOTII MEI: Τῇ δὲ αὔριον ἡμέρᾳ ΛΕΙΤΟΥΡΓΗΣΑΝΤΕΣ πάντες ἡμῶν, ΑΠΟ ΤΗΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ αὐτόχειρες γενόμενοι, κατέκλεισάν με ἐποίησαν· καὶ μετὰ βίας ἀρπάσαντες ΜΟΥ τὸ ΠΕΡΙΒΟΛΑΙΟΝ τῆς ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ. Explicandis tamen tradendiſque Ineffabilibus Chriſtiani Sacrificij Myſteriis noua quærenda ſunt vocabula: quod Iuſtinus Martyr, Theologus in primis inſignis, ac Apoſtolicorum temporum Diſcipulus, feciſſe legitur, dum in priore, Scilicet ad Imp. Apologetico, Panem, Vinumque Myſticum, vocat Panem & Vinum EVCHARISTIZATVM, Ἄρτον καὶ οἶνον ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΘΕΝΤΑ; & Cibũ EVCHARISTIZATVM, ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΘΕΙΣΑΝ τροφὴν: & Irenæus, ne quid vobis nunc ob oculos præter Apoſtolicam Antiquitatem occurrat atque obuerſetur, libro primo aduersùs Hæreſes, capite nono, dixit, Pocula vino miſta EVCHARISTIZARE, Ποτήρια οἴνῳ κεκερασμένα ΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙΝ, Epiphanio, Hæreſi trigeſima quarta, Græca verba citante. Nec verò alio, vt Latini MISSÆ, ſic Græci quàm LITVRGIÆ vocabulo vtuntur, & quod maximum eſt, vti queunt. Et profectò id vel cæcis indicant Veteres tum Conciliorum tum Patrum Editiones: in quibus vel Latini per Maſſam, Λειτουργίαν, vel Græci per Λειτουργίαν, Latinorum Miſſam interpretati ſunt: vt videatur impudens aut inſanum omnino, de verborum ſignificationibus, quorum Vſus arbiter eſt, velle apud Neotericos contendere, & inter Lexica atque Gloſſaria conſeneſcere ac nugari. Chalcedonenſis certè Concilij vndecima Actio ſemel LITVRGIAM per SACRIFICIVM, bis per MISSAM explicat; vt non tam diximus, quàm ſuo loco pleniſſimè dicemus. Hinc RELATIO AD IOANNEM PATRIARCHAM A SYNODO CONGREGATA (quæ eſt Epiſtola Synodalis Concilij Conſtantinopolitani ſub Hormiſda, Actioni quintæ inſerta Concilij Conſtantinopolitani ſub Agapeto & Menna, cùm ſignificare vellet id quod vetus Latina Editio habet, EXPLETA MISSA IN SANCTA DEI ECLESIA HVIVS REGIÆ VRBIS, haud aliis Græcis verbis expreſſit, quàm his: ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ ἐπιτελουμένης, ἐν τῇ Ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τῆς βασιλίδος ταύτης τῆς πόλεως. Et in eiuſdem Conſtantinopolitani Concilij ſub Hormiſda Acclamationibus: quas dicto loco reperies, con-

tinuò additum legas vbi de Missa Catechumenorum sermo est: Et post Lectionem Sancti Euangelij, EX MORE SACRA MISSA FINITA, & ianuis clausis, ac SANCTA LECTIONE (vel potiùs SYMBOLO, quod Quinta Synodus MATHEMA FIDEI vocat) iuxta consuetudinem lecta, tempore DIPTYCHORVM (quibus scilicet, vt ibidem dicitur, continebantur & recensebantur Oecumenicorum Conciliorum & Orthodoxorum ARCHIEPISCOPORVM, Ἀρχιεπισκόπων, nomina) concurrit omnis multitudo cum magno silentio CIRCVMCIRCA ALTARE, & audiebant: Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, ΕΞ ΕΘΟΥΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ ΕΠΙΤΕΛΟΥΜΕΝΗΣ, καὶ τῶν θυρῶν κλεισθεισῶν καὶ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΘΗΜΑΤΟΣ, κατὰ τὸ συνήθες, λεχθέντος, τῷ καιρῷ ΤΩΝ ΔΥΠΤΥΧΩΝ, μετὰ πολλῆς τῆς ἡσυχίας, συνεδράμομεν ἅπαν τὸ πλῆθος, ΚΥΚΛΩ ΤΟΥ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, καὶ ἠκροῶντο. Ac paulò pòst: Et pòst cum omni modestia COMPLETA FVIT CVM DEO DIVINA MISSA: Καὶ μετὰ τοῦτο, μετὰ πάσης εὐταξίας ΕΠΛΗΡΩΘΗ, ΣΥΝ ΘΕΩ, Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ. Consulenda quoque ibidem Acta Tyria, siue Concilij Tyrij, sub Hormisda, quæ inter citata Constantinopolitana leguntur, vbi sancta hæc LITVRGIÆ siue MISSÆ mentio est: Et clama- «
uerunt Multitudo: Vnus Deus Christus regnat, EPISCOPORVM «
MVLTI SINT ANNI, Orthodoxorum multi anni. Benedictus Do- « Luc. 1. v. 68.
MINVS Rex, quoniam visitauit & fecit redemptionem populo suo. «
Et adhuc turba exspectante & exclamante, vt CONGREGATIO fie- «
ret in ORATORIO Sanctæ & Gloriosæ Dei Genitricis Virginis Ma- «
riæ, acclamauit ipsis Sanctissimus ARCHIEPISCOPVS noster hæc: «
QVONIAM MAGNA HORA EST, ET IVSTVM EST NOS DIVINAM «
CELEBRARE MISSAM, PER QVAM COLITVR DEVS, IN VTILI- «
TATEM ANIMARVM NOSTRARVM, SVFFICIANT HÆC. MVLTA «
ENIM SVNT QVÆ LEGENDA SVNT. CVM DEO IGITVR SANCTA «
DOMINICA SEQVENTI IN PRÆDICTO ORATORIO DOMINÆ NO- «
STRÆ GLORIOSISSIMÆ DEI GENITRICIS VIRGINIS MARIÆ «
RELIQVA LEGEMVS, ET ITERVM ANATHEMATIZABIMVS ACE- «
PHALVM, ET OMNES QVI CVM EO SVNT. Ipsâ autem Sanctâ «
Dominicâ in matutino ibidem conueniemus; vt cùm inde, CVM «
PSALMODIIS ET CEREIS AC INCENSIS in ipsam SANCTAM DO- «
MVM peruenerimus, LITANIAM ET SACRAM SYNAXIM explea- «
mus. Sic itaque omnes Viri, omnesque Fœminæ cum studio con- «
ueniamus. Et post ipsum sanctissimus Archiepiscopus noster sic «
dixit: Notificamus vestræ dilectioni, quomodo sequenti Sancta «
Dominica huc conueniemus, vt inde CVM PSALMODIIS ET CE- «
REIS AC TVRIBVS IN ORATORIVM DOMVS SANCTÆ DEI GE- «
NITRICIS SEMPER VIRGINIS MARIÆ, LITANIAS CANENTES «
PERVENIAMVS, & ibi SANCTAM SYNAXIM compleamus. Et ex- «
clamauit turba: Euphorum foras mitte. OMNES QVI SEPARANT «
FORAS EIICE. Anathema IIS QVI SEPARANT. Anathe- «
ma QVI ALIQVEM ILLORVM recipiunt. CLERICOS QVI «
SEPARANT, NVLLVS SVSCIPIAT. (Latinus Codex, quod «

» in Græco deest, postmodum habet: NVLLVS SVSCIPIAT. Aposta-
» tas nullus recipiat; EOS QVI CONTRA CRVCEM PVLSAVERVNT,
» NVLLVS SVSCIPIAT.) Et postea acclamauit eis Sanctissimus AR-
» CHIEPISCOPVS NOSTER, HÆC: LVMINARIVM quoque
» SABBATHO in VESPERIS in ipso ORATORIO San-
» ctæ Dei genitricis SEMPER-VIRGINIS Mariæ, faciemus:
Καὶ ἐξεβόησαν οἱ ἀπὸ τοῦ πλήθους· Εἷς θεὸς ὁ Χριστὸς βασιλεύει. Τῶν ἐπισκόπων πολλὰ τὰ ἔτη, τῶν ὀρθοδόξων πολλὰ τὰ ἔτη. Εὐλογητὸς ΚΥΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ὅτι ἐπεσκέψατο, καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ. Καὶ ἔτι ἐπιμείναντων τῶν ἀπὸ τοῦ πλήθους, καὶ ἐκβοώντων, περὶ τοῦ γενέσθαι ΑΓΙΑΝ ΣΥΝΑΞΙΝ ἐν τῷ ΕΥΚΤΗΡΙΩ ΟΙΚΩ, τῆς ἁγίας ἐνδόξου, θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, προσεφώνησεν αὐτοῖς ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, ταῦτα. ΕΠΕΙΔΗ ΠΟΛΛΗ ΩΡΑ ΕΣΤΙ, ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΝ ΕΣΤΙ, ΠΟΙΗΣΑΙ ΗΜΑΣ· ΤΗΝ ΘΕΙΑΝ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΝ, ΔΙ' ΗΣ ΘΕΡΑΠΕΥΕΤΑΙ Ο ΘΕΟΣ, ΕΙΣ· ΩΦΕΛΕΙΑΝ ΤΩΝ ΗΜΕΤΕΡΩΝ ΨΥΧΩΝ, ΑΡΚΕΣΘΩΜΕΝ ΤΟΥΤΟΙΣ. ΠΟΛΛΑ ΓΑΡ ΕΣΤΙ ΤΑ ΕΧΟΝΤΑ ΑΝΑΓΝΩΣΘΗΝΑΙ· ΤΗ ΟΥΝ, ΣΥΝ ΘΕΩ, ΑΓΙΑ ΚΥΡΙΑΚΗ, ΤΗ ΕΠΙΟΥΣΗ, ΕΝ ΤΩ ΕΙΡΗΜΕΝΩ ΕΥΚΤΗΡΙΩ ΟΙΚΩ, ΤΗΣ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ, ΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΥ, ΘΕΟΤΟΚΟΥ, ΚΑΙ ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ ΜΑΡΙΑΣ, ΤΑ ΛΟΙΠΑ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΩΜΕΝ, ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΖΩΜΕΝ ΤΟΝ ΑΚΕΦΑΛΟΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΜΕΤ' ΑΥΤΟΥ. Τῇ δὲ αὐτῇ Ἁγίᾳ Κυριακῇ, ἕωθεν ἐνταῦθα συναγώμεθα, ἵνα, ἐντεῦθεν ΜΕΤΑ ΨΑΛΜΩΔΙΩΝ, ΚΑΙ ΚΗΡΩΝ, ΚΑΙ ΘΥΜΙΑΜΑΤΩΝ, ἐν τῷ ΑΓΙΩ ΟΙΚΩ καταντήσαντες, τὴν Λιτὴν, καὶ τὴν Ἁγίαν Σύναξιν, πληρώσωμεν, ἡ Γνῶτις ἐπὶ πᾶσαν, μετὰ σπουδῆς συνέλθωμεν. Καὶ μετὰ αὐτὸν, ἡ ὁ Ἁγιώτατος Ἀρχιεπίσκοπος ἡμῶν εἶπεν οὕτως· Γνωρίζομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ὡς ὅτι παρὰ τῇ ἐπιούσῃ ἁγίᾳ κυριακῇ, ἐνταῦθα συνερχόμεθα, ἵνα ἐντεῦθεν ΜΕΤΑ ΨΑΛΜΩΔΙΩΝ, ΚΑΙ ΚΗΡΩΝ, ΚΑΙ ΘΥΜΙΑΜΑΤΩΝ, ΛΙΤΑΝΕΥΟΝΤΕΣ, ΚΑΤΑΝΤΗΣΩΜΕΝ ΕΝ ΤΩ ΕΥΚΤΗΡΙΩ ΟΙΚΩ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ, ΚΑΙ ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ ΜΑΡΙΑΣ, κἀκεῖσε τὴν ΑΓΙΑΝ ΣΥΝΑΞΙΝ πληρῶμεν. Καὶ ἐξεβόησαν οἱ ἀπὸ τοῦ πλήθους· Τὸν Εὐφόρβιον ἔξω βάλε· ΟΛΟΥΣ ΤΟΥΣ ΑΠΟΣΧΙΣΤΑΣ ΕΞΩ ΒΑΛΕ· ἀνάθεμα ΤΟΙΣ ΑΠΟΣΧΙΣΤΑΙΣ· ἀνάθεμα ΤΟΙΣ ΔΕΧΟΜΕΝΟΙΣ ΕΝΑ ΕΚ ΤΙΝΩΝ. ΚΛΗΡΙΚΟΥΣ ΑΠΟΣΧΙΣΤΑΣ μηδεὶς δέξηται. Καὶ λοιπὸν προσεφώνησεν αὐτοῖς ὁ Ἁγιώτατος ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ἡμῶν ταῦτα. Τὸ μέντοι ΛΥΧΝΙΚΟΝ, ΤΩ ΣΑΒΒΑΤΩ ἑσπέρας, ἐν τῷ Ἁγίῳ ΕΥΚΤΗΡΙΩ ΟΙΚΩ, τῆς Ἁγίας θεοτόκου, καὶ ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ Μαρίας, ποιούμεθα. Vnde Basilius, Epistolâ ad Cæsariam Patriciam (à qua quidem sibi auctoritatem quæsiuit quondam Anastasius, Episcopus Nicænus) Christianorum more, SACERDOTEM & LITVRGISTAM aut LITVRGVM pro
» eodem sumit: Graue autem ac insolens nemini videri debere in-
» quit, si absente SACERDOTE vel LITVRGO cogatur quis Persecu-
» tionis temporum necessitate, vt propria manu COMMVNIONEM su-
» mat, demonstrare superuacaneum est, cùm longa consuetudo ad
» hoc probandum exempla non requirat. Omnes enim qui per de-
» serta solitariam vitam degunt, vbi deest Sacerdos, COMMVNIONEM
» domi seruantes, per seipsos sumunt. Alexandriæ verò ac in Ægy-
» pto quisque è plebe vt plurimùm, habet COMMVNIONEM domi;

Τὸ δὲ ἐν ταῖς τοῦ διωγμοῦ καιροῖς ἀναγκάζεσθαί τινα, μὴ παρόντος ΙΕΡΕΩΣ, ἢ ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΥ, τὴν ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ λαμβάνειν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ, μηδαμῶς ἐστι βαρὺ, περιττὸν ἐστιν ἀποδείκνυσθαι, διὰ τὸ τὴν μακρὰν συνήθειαν τοῦτο δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων πιστώσασθαι. πάντες γὰρ ΟΙ ΚΑΤΑ ΤΑΣ ΕΡΗΜΟΥΣ ΜΟΝΑΖΟΝΤΕΣ, ἔνθα μή ἐστιν ἱερεὺς, ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ οἴκοι κατέχοντες, ἀφ᾽ ἑαυτῶν μεταλαμβάνουσιν. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, ἕκαστος, καὶ τῶν ἐν τῷ λαῷ τελούντων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἔχει ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Et certè Græcolatinus Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ, Canone sexto Concilij Carthaginiensis secundi, quod Latinè MISSAM, id Græcè ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΝ habet. Latinus Canon est huiuscemodi: FORTVNATVS Episcopus dixit: In præteritis Conciliis statutum meminimus esse, vt CHRISMA, vel RECONCILIATIO POENITENTIVM, necnon & PVELLARVM CONSECRATIO, à Presbyteris non fiant; si quis autem emerserit hoc faciens; quid de eo statuendum sit? AVRELIVS Episcopus dixit: Audiuit dignatio vestra suggestionem Fratris & Coëpiscopi nostri, Fortunati; quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis Episcopis dictum est; CHRISMÆ (Africanè dictum pro CHRISMATIS) CONFECTIO, & PVELLARVM CONSECRATIO à Presbyteris non fiat; vel RECONCILIARE quenquam in PVBLICA MISSA, Presbytero non licere, hoc omnibus placet. Græcus verò Canon: ΦΟΡΤΟΥΝΑΤΟΣ Ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἐν ταῖς προλαβούσαις συνόδοις μεμνήμεθα τὰ ὁρισθέντα· ὥστε ΧΡΙΣΜΑ, ἢ ΚΑΤΑΛΛΑΓΗΝ ΜΕΤΑΝΟΟΥΝΤΩΝ, ἢ ΚΟΡΩΝ ΚΑΘΙΕΡΩΣΙΝ, ἀπὸ Πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι· ἐὰν δέ τις ἀναφυῇ τοῦτο πράττων, τί δεῖ περὶ τούτου ὁρίσαι; ΑΥΡΗΛΙΟΣ Ἐπίσκοπος εἶπε· τὸ δὲ ὑμέτερον ἀξίωμα ἤκουσε τὸ ἀνενεχθὲν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Φορτουνάτου· τί πρὸς ταῦτα λέγετε; ἀπὸ πάντων τῶν Ἐπισκόπων ἐλέχθη· ΧΡΙΣΜΑΤΟΣ ΠΟΙΗΣΙΣ, καὶ ΚΟΡΩΝ ΚΑΘΙΕΡΩΣΙΣ, ἀπὸ Πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι· μήτε δὲ ΚΑΤΑΛΛΑΞΑΙ τινὰ εἰς ΔΗΜΟΣΙΑΝ ΛΕΙΤΟΥΓΙΑΝ, Πρεσβυτέρῳ ἐξεῖναι, τοῦτο πᾶσιν ἀρέσκει. Lucas ergo, quasi oculatus testis, immò in Lucâ Dominus, instat & vrget: ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΥΝΤΩΝ δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ: quod conuertit tamen iste, iste inquam, nouorum ac nouantium hominum FRONS MERETRICIS Erasmus; DVM ERGO ILLI (at Deus bone, qui & quanti viri, vt de me ipse taceam, Barnabas, cæterique illi Collegæ nostri Apostolici!) SACRIFICARENT DOMINO. Tanta est Veritatis ac Fidei vis, vt qui Ecclesiæ Christi, volentes, nouitate noceant; nolentes quoque, nouitate prosint. Et reuera verbum λειτουργέω, licèt tam ad profana quàm ad sacra ministeria accommodari possit; tamen cùm accommodatur ad Sacra, & absolutè ponitur in Scripturis, vbique accipitur pro MINISTERIO SACRIFICII. Vnde Augustinus de duobus Donatis disputans, quorum alter Schismatis AVCTOR, nempe Casensis, siue, vt optimè Schismati conueniebat cognomen, A CASIS NIGRIS: alter Fautor ac Propagator, videlicet Carthaginiensis; dixit Libro secundo contra Cresconium Grammaticum: Vtrum postremò à Donato, vel QVI PRIMVS EXTRA ECCLESIAM SACRIFICAVIT, vel qui hanc dissensionem maximè roborauit. Et SACRIFICARE pro MISSAM CELEBRARE, omnino ac simpliciter dixit

Ierem. 3. v. 3.

Oecumenica Lateranensis Quarta Synodus quarto suo Decretorum capite, cui titulus est, DE SVPERBIA GRÆCORVM CONTRA LATINOS:
» Postquam enim (inquiunt Lateranenses Patres) Græcorum Ecclesia
» cum quibusdam cōplicibus ac fautoribus suis, AB OBEDIENTIA SEDIS
» APOSTOLICÆ se subtraxit, in tantum Græci cœperunt abominari La-
» tinos, quòd inter alia quæ in derogationem eorum impiè cōmittebāt,
» si quādo Sacerdotes Latini SVPER EORVM CELEBRASSENT ALTARIA,
» non priùs ipsi SACRIFICARE volebant IN ILLIS, quàm ea, tanquam per
» hoc inquinata, lauissent. Baptizatos etiam à Latinis & ipsi Græci REBA-
» PTIZARE ausu temerario præsumebant, & adhuc (sicut accepimus) qui-
» dā agere hoc non verētur. Ac in Sexta Oecumenica Λειτουργεῖν est MISSAS
» AGERE, his verbis, Actione decima quarta: Constātinus DEO AMABILIS
» Presbyter ET GRAMMATICVS LATINVS dixit: Scio Domine, tēporibus
» Pauli quondam Patriarchæ venisse Fortunium, qui fuit Episcopus
» Carthaginiensis, & cùm MISSAS ACTVRVS esset in Sancta Magna
» Dei Ecclesia, quæsitum est quomodo sedere debuisset, VTRVMNE
» ANTE METROPOLITANOS, qui hìc morabantur, an post eos? Et requi-
» rente eodem Paulo quondam Patriarcha in Bibliotheca Patriarchij, li-
» brum Quinti Concilij, vt cognosceret quomodo sedere debuissent,
» contigit vt inueniretur & Latinus liber eiusdem Concilij. Et exinde
» instructus idem Paulus, fecit eum ORDINABILITER sedere: Κωνςαντῖνος ὁ ΘΕΟΣΕΒΕΣΤΑΤΟΣ Πρεσβύτερος, ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣ ΡΩΜΑΙΚΟΣ, εἶπεν· οἶδα, δέσποτα, ὅτι ἐπὶ τῆς ἐκείνου Παύλου τοῦ γενομένου πατριάρχου, ἐλθόντος Φορτουνίου, τοῦ γενομένου Ἀρχιεπισκόπου Καρθαγένης, καὶ μέλλοντος αὐτοῦ ΛΕΙΤΟΥΡΓΕΙΝ, ἐν τῇ Ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, ἐζητήθη, ὅπως ὤφειλε καθίσαι, εἴτε πρὸ τῶν μητροπολιτῶν τῶν ἐνδημούντων ἐνταῦθα, εἴτε μετ' αὐτούς. καὶ δὴ ζητοῦντος τοῦ αὐτοῦ Παύλου, τοῦ γενομένου Πατριάρχου, τὸ βιβλίον τῆς Πέμπτης Συνόδου, ἵνα γνῷ πῶς ὤφειλον καθίσαι, εὑρέθη, κατὰ συγκυρίαν, καὶ Ῥωμαϊκὸν βιβλίον τῆς αὐτῆς Συνόδου. κἀκεῖθεν ὁδηγηθεὶς ὁ αὐτὸς Παῦλος, ἐποίησεν αὐτὸν ΚΑΤΑ ΤΑΞΙΝ καθίσαι.

Et, vt superiorum temporum, velut rem altiùs repetentes, exemplum aliquod adferamus, vnus nobis instar omnium sit Concilij Gangrensis, cui magnus ille Osius, Nicæni Præses, interfuit, Quartus Canon, qui DE PRESBYTERIS QVI HABVERE CONIVGIA, inscribi-
» tur: Quicumque discernit à Presbytero QVI VXOREM HABVIT,
» quòd non oporteat, eo MINISTRANTE (aliàs, SACRIFICANTE, vt Socratis & Zonaræ Latini Interpretes, dum hunc Canonem Au-
» ctores illi recensent, perpetuò posuêre) de OBLATIONE percipere,
» Anathema sit: Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ Πρεσβυτέρου ΓΕΓΑΜΗΚΟΤΟΣ, ὡς μὴ χρῆναι, ΛΕΙΤΟΥΡΓΗΣΑΝΤΟΣ αὐτοῦ, ΠΡΟΣΦΟΡΑΣ ΜΕΤΑΛΑΜΒΑΝΕΙΝ, ἀνάθεμα ἔστω. Verùm addendus est alter eiusdem Concilij Vltimus,
» nempe Vigesimus: Si quis SVPERBIÆ vsus affectu, CONVENTVS
» abominatur QVI AD CONFESSIONES MARTYRVM CELEBRANTVR,
» ET MYSTERIA (vel, vt secunda fert Editio, SACRA; quod Tertia,
» OBLATIONES dixit) QVÆ IN EIS FIVNT, cum eorum MEMORIIS
» exsecratur, Anathema sit: Εἴ τις αἰτιῷτο ΥΠΕΡΗΦΑΝΩ ΔΙΑΘΕΣΕΙ κεχρημένος, καὶ βδελυσσόμενος, τὰς ΣΥΝΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ, ἢ τὰς ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΓΕΝΟΜΕΝΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ, καὶ τὰς ΜΝΗΜΑΣ αὐτῶν, ἀνάθεμα ἔστω.

At cur

Ac cur Vetus ille Vulgatuſque Interpres, MINISTRANTIBVS, non SACRIFICANTIBVS, è Græco in Latinum Sermonem tranſtulit? planè ſatisfacio. Miniſterij fuſum latumque nomen ſi propius attendas, Sacrificium indicans, ſed cæteras Sacerdotalis Officij explicans partes. Itaque quemadmodum apud Latinos REM DIVINAM FACERE, immo abſolute ſimpliciterque FACERE, Sacrificare eſt, itidem vbique nunc CELEBRARE (quod Græci ΕΠΙΤΕΛΕΙΝ dicunt) Generali Concilio Tridentino, Seſſione decima tertia, capite ſeptimo, vſu receptum eſt; immo apud Gallos OFFICIER, aut FAIRE L'OFFICE; Miſſam, ni quid reſtrinxeris, complectitur: ſic MINISTRARE DOMINO (ac ſi ex Gallico corruptè OFFICIARE diceres) Vulgatus Interpres poſuit, ne penuriâ verbi ſi quid minùs diceret, ſenſus laborare; ſi Sacrificium exprimeret, Interpretis, vel ſimplicitas aç fides aliquid affectare, vel prudentia primis illis temporibus Chriſtiana, etiam Catechumenis occultanda (quod iam omnes ex PERRONIANA noſtra SCHOLA norunt) Myſteria vulgare non ſine crimine videretur. Vnde Poſterioris noſtræ ad Corinthios capite nono pro LITVRGIA, OFFICIVM poſuit Interpres, 2.Cor.9.v.12.
quod poſtea ad OFFICIVM ECCLESIASTICVM ſub quo SACRIFICIVM comprehendi, vt MISSALE, debet, tranſiit. Apoſtolicus ille noſter locus eſt, verſiculo duodecimo: « Quoniam Miniſterium huius OFFICII non ſolùm ſupplet ea quæ deſunt Sanctis, ſed etiam « abundat per multas gratiarum actiones in Domino: « Ὅτι ἡ Διακονία τῆς ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ ταύτης, οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν Εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ. Vides quo pacto pro MINISTERIO OFFICII Græcè eſt Διακονία τῆς ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ, id eſt, Miniſtratio ſeu Functio Miniſterij Sacri huius, ταύτης. Quapropter Theophylacti Interpres vertit; MINISTERIVM SACRI ET OBLATIONIS HVIVS. Itaque inſinuabam Miniſterium mihi delegatum ad procurandam & perferendam Eleemoſynam, eſſe functionem cuiuſdam Sacrificij Deo gratiſſimi; ea nimirum generali ratione qua omne opus bonum ad honorem Dei factum, maxime ſi fiat cum exteriori quadam oblatione, quale eſt opus Eleemoſynæ; Sacrificium in Scripturis vocatur, per analogiam atque habitudinem ad verum Sacrificium Legale. Diſtingunt ſed indicant quæ diximus, Magni illi Ancyrani Patres, Canone primo, cuius, Dionyſij Exigui Interpretatio hæc eſt: « PRESBYTEROS immolantes & iterum luctamen adeuntes, ſi hoc non per illuſionem aliquam, « ſed ex veritate fecerint, vt iterum teneri viderentur, aut tormentis « ſubiici, quo facinus pati viderentur, inuiti: hos ergo placuit « HONOREM quidem SEDIS retinere: OFFERRE autem illis, & « SERMONEM AD POPVLVM FACERE, aut aliquibus SACERDOTALIBVS « OFFICIIS fungi non liceat: ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ τοὺς ἐπιθύσαντας, εἶτα « ἐπαναπαλαίσαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινός, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, μήτε προκατασκευάσαντας, καὶ ἐπιτηδεύσαντας, καὶ πείσαντας, ἵνα δόξωσι μὲν βασάνοις ὑποβάλλεσθαι, ταύτας δὲ, τῷ δοκεῖν, καὶ τῷ σχήματι προσαχθῆναι· τούτους ἔδοξε,

τῆς μὲν ΤΙΜΗΣ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΚΑΘΕΔΡΑΝ μετέχειν, ΠΡΟΣΦΕΡΕΙΝ δὲ αὐτοὺς, ἢ ΟΜΙΛΕΙΝ, ἢ ὅλως ΛΕΙΤΟΥΡΓΕΙΝ τι τῶν ΙΕΡΑΤΙΚΩΝ
» ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΩΝ, μὴ ἐξεῖναι. Clarius vero Canone ſecundo: Diaconi
» ſimiliter, qui immolauerunt, honorem quidem habeant, ceſſare
» vero ab omni SACRO MINISTERIO, ſiue A PANE, SIVE A CA-
» LYCE OFFERENDO, vel PRÆDICANDO. Quod ſi quidam Epiſco-
» porum conſcij ſunt Laboris eorum & Humilitatis & Manſuetudinis,
» & voluerint eis aliquid amplius tribuere, penes ipſos erit poteſtas:
Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαλαίσαντας, τὴν μὲν ἄλλην τιμὴν ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς ΙΕΡΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ, ΤΗΣ ΤΕ ΤΟΥ, ΑΡΤΟΝ Η ΠΟΤΗΡΙΟΝ ΑΝΑΦΕΡΕΙΝ, Η ΚΗΡΥΣΣΕΙΝ· εἰ μέντοι τινὲς τῶν Ἐπισκόπων τούτοις συνείδοιεν Κάματόν τινα, ἢ ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΝ ΠΡΑΟΤΗΤΟΣ, καὶ ἐθέλοιεν πλεῖόν τι διδόναι, ἢ ἀφαιρεῖν, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν. Hæc Patres illi Ancyrani admodum illuſtres, quorum pars maxima Concilio Nicæno poſtea interfuit. Denique ſeptuageſi-
» mus Trullanus Canon: Ne liceat mulieribus IN DIVINI SACRI-
1. Cor. 14. » FICII TEMPORE, loqui, ſed vt vox eſt APOSTOLI PAVLI, ſileant:
v. 34. » Non enim eis loqui permiſſum eſt ſed ſubiici, ſicut Lex dicit. Si
» quid autem volunt diſcere, domi Proprios Maritos interrogent:
Μὴ ἐξέστω ταῖς Γυναιξὶν ΕΝ ΤΩ ΚΑΙΡΩ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ λαλεῖν, ἀλλὰ κατὰ τὴν φωνὴν ΓΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ, Σιγάτωσαν. οὐδὲ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι, καθὼς καὶ ὁ Νόμος λέγει. Εἰ δέ τι μαθεῖν ἐθέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν. Ac plenæ ſunt auctorum rhetorumque paginæ ſimilibus exemplis, vt ea ſemper habita populorum omnium in loquendo Lex ſit, deficiente ſpecie ad genus eſſe recurrendum, ſeu Scriptoris, ſeu Interpretis perſonam ſuſtineas. Ac de non vulgandis quidem Myſteriis Nazianzenus Oratione quadrageſima ſecunda vno
Exod. 12. concludit verbo, dum id quod Lege Dei cautum eſt, neu quis Pa-
v. 46. ſchalis Agni quid extra limen deferat, vetitum ſignificare docet, ne myſteria Fidelium, ac noſtra maxime Liturgica, quis nimiùm interpretando foras eliminet. Ex quo natum illud Chryſoſtomi paſſim (vt Homiliâ ſexageſimâ ſeptimâ in Geneſim, Homiliâ ſeptuageſimâ ſecundâ in Matthæum, Homiliâ decimâ octauâ in Poſteriorem ad Corinthios, Homiliâ de Sancto Philogonio, ac Homiliâ ſexageſimâ ad Populum Antiochenum, in Catecheſi ad illuminandos, & alibi) NORVNT INITIATI, ΙΣΑΣΙΝ ΟΙ ΜΕΜΥΗΜΕΝΟΙ. &, NORVNT FIDELES, Ἴσασιν οἱ Πιστοὶ, in Pſalmum centeſimum quadrageſimum, & in Epiſtolam ad Galatas capite quarto; &, NORVNT SYMMYSTÆ, Ἴσασιν οἱ Συμμύσται, Homiliâ decimâ quintâ in Ioannem (quod poſtea imitatus Chryſoſtomi diſcipulus Sanctus Iſidorus Ægyptius Peluſiota, NORVNT MYSTÆ, Ἴσασιν οἱ μύσται, dixit libro quarto Epiſtolâ centeſimâ ſexageſimâ ſecundâ, De Eſu atque Vſu Euchariſtiæ loquens) &, NORVNT CONSECRATI, Ἴσασιν οἱ ΜΥΣΤΑΓΩΓΟΥΜΕΝΟΙ, Homiliâ octuageſimâ quintâ. Inde apud Latinos, Auguſtini notiſſi-

mum illud, NORVNT FIDELES, vt in decimo de Ciuitate Dei, capite sexto, in Psalmum trigesimum nonum, & centesimum nonum, ac in Ioannem Tractatu vigesimo sexto, & cæteris infinitis locis. Vnde Homiliâ decimâ octauâ in posteriorem ad Corinthios, Chrysostomus, DE SACRIS ORDINIBVS agens, hæc ait:
Qui ORDINATVRVS EST aliquem, FIDELIVM PRECES EXIGIT «
ILLO TEMPORE; atque illi assensu suo quæ geruntur, comprobant, «
& acclamant illa quæ NORVNT INITIATI. Nam apud eos qui ini- «
tiati non sunt, omnia retegere fas non est: Ο ΜΕΛΛΩΝ ΧΕΙΡΟΤΟ- «
ΝΕΙΝ, καὶ τὰς ἐκείνων ΕΥΧΑΣ ΚΑΛΕΙ· καὶ αὐτοὶ ἐπιψηφίζονται, καὶ ἐπιβοῶσιν, ἅπερ ΙΣΑΣΙΝ ΟΙ ΜΕΜΥΗΜΕΝΟΙ. οὐ γὰρ δὴ θέμις ἐπὶ τῶν ἀμυήτων ἐκκαλύπτεσθαι ἅπαντα. Adeoque seuerè ac strictè hæc Christiana Disciplina (dum baptizarentur adulti) ad Augustini vsque tempora seruata est, vt ipse Tractatu vndecimo in Ioannem scripserit valde notanda illa verba: Si dixerimus CATECHVMENO, Credis in «
Christum? Respondet, Credo; & SIGNAT SE CRVCE CHRISTI: ac «
postea: Interrogemus eum, MANDVCAS CARNEM FILII HOMI- «
NIS, ET BIBIS SANGVINEM FILII HOMINIS? nescit quid dicimus. «
QVIA IESVS NON SE CREDIDIT EI. Vnde Nicetas Acominatus, «
siue Choniates, in Alexio Comneno, Annalium tertio, veteris memor disciplinæ, suam his egregiè dictis ante quadringentos circiter annos, nobilitauit Historiam: Ὅτι καὶ τὸ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ἀνακαλυφθὲν δόγμα, πρὸς μοίρας ἐναντίας διέστησε τὸ Χριστώνυμον. καὶ λαμπρῶς ἐπ' ἀγορᾶς καὶ τριόδων παρὰ τοῦ βουλομένου παντὸς ΤΑ ΤΙΜΗΣ ΟΜΟΥ ΚΑΙ ΣΙΓΗΣ, ἐξεφαυλίζετο, ΑΞΙΑ. μετὰ γὰρ τὸν Ξιφιλῖνον Γεώργιον, ὃς ἔτεσιν ἑπτὰ τὴν Ἐκκλησίαν διεκυβέρνησεν, ὁ Καματηρὸς Ἰωάννης τὸν Πατριαρχικὸν εἴληφε θρόνον, καὶ δέον, τὸ, ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ Ξιφιλίνου ἀρξάμενον, ἀπολελεῖσθαι, καὶ φύσαξ δόγμα, προρρίζον ἐκτεμεῖν καὶ καθυποβαλεῖν μετ' ἀναθέματι τὸν γεννήτορα τούτου, τὸν ΨΕΥΔΟΜΟΝΑΧΟΝ Σικιδίτην, ΩΣ ΑΙΡΕΣΙΑΡΧΗΝ, ΚΑΙ ΝΕΑ ΕΠΕΙΣΑΓΟΝΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ· τοὺς δ' ἄλλους ἐχεμυθεῖν πεῖσαι τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι, ΩΣ ΕΙΝΑΙ ΤΟ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ ΑΥΘΙΣ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ. ὁ δὲ ΛΟΓΙΚΑΙΣ ΜΕΘΟΔΟΙΣ ἐχρῆτο, καὶ ΑΠΟΔΕΙΞΕΣΙ βιαζομέναις εἰς συγκατάθεσιν τὸν προσδιαλεγόμενον, ΕΝ ΤΟΙΣ ΥΠΕΡΦΥΕΣΙ ΚΑΙ ΜΗΔΕΝ ΕΞΩΘΕΝ ΔΕΟΜΕΝΟΙΣ ΕΠΙΤΕΧΝΗΣΕΩΣ. Quod Latinè sic Interpretetor: Eodem tempore dogma DE DIVINIS MYSTERIIS vulga- «
tum, Christianos in factiones diuisit. Vnde in foro & triuiis RES «
VENERATIONE ET SILENTIO DIGNÆ, palàm ludibrio exponeban «
tur. Nam Georgio Xiphilino septem annis Patriarchatu functo, «
Ioannes Camaterus successit: qui, cùm opinio quæ sub Xiphilino «
pullularat, radicitus extirpanda, & eius auctor PSEVDOMONACHVS «
(id optimè cum Luthero conuenit) Sicidites, VT HÆRESIARCHA, «
ET NOVA SVPERINDVCENS DOGMATA condemnandus fuisset, & «
aliis ipsius exemplo Silentium imperandum, VT MYSTERIVM RVR- «
SVS ESSET MYSTERIVM; LOGICIS METHODIS & DEMONSTRATIO- «
NIBVS aduersarium subtilius contendentem, ad assensum cogentibus, «
IN REBVS SVPERNATVRALIBVS NIHILQVE PEREGRINO ATQVE «

» EXTRINSECVS ADVENIENTE ARTIFICIO EGENTIBVS, vtebatur.

Diſce tamen veniens ætas —

Vbi nunc repoſui illud, NOVA SVPERINDVCENS DOGMATA, vim Græcam verbumque è verbo conuertens ac exprimens, ΝΕΑ ΕΠΕΙΣΑΓΟΝΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ · hanc adulterinam interpretationem fuiſſe, TANQVAM HOMO SEDITIOSVS; vt SEDITIONIS nomine, NOVITATIS notam, ſi non vitaret, at tegeret eluderetque Falſa Religio. Quod latentis excuſationis genus hodieque callida ſummaque arte ſuis Sectarum condemnatis auctoribus Nouatores tanquam latibulum quærunt. Vidiſſet, ſi Immortali Gallico DE EVCHARISTIA Operi ſuperuixiſſet, INGENIVM SOLERS, MEMOR, LABORIOSVM, vno nomine, PERRONIVS: cuius laudes hoc breuiſſimo, at grauiſſimo elogio coronabat olim acerrimus Iudex dignus alia quàm qua vixit ætate, Rothomagenſis Primatus Suffraganeus Franciæ Procancellarius, GVILLELMVS Lexouienſis cognomento DV-VERIVS. Etſi enim in tanta Scriptorum, ceu ventorum in Angliam reflantium turba, haud vitarit hunc ſcopulum PERRONIVS, non patior quemquam dicere diuinum illud ingenium in Niceta, quem toties, & equidem mirum eſt, in manibus habet, lapſum fuiſſe, ſed aliquid imperfectum reliquiſſe, quò ſuprema manus tanti deſideraretur artificis. Sed de Niceta hactenus. Auſum ergo non modò dicere, ſed ſcribere, Ambroſium mitari deſinat indulgentior ætas:
» PATER TVVS (Epiſtolæ decimæ tertiæ libri ſecundi verba ſunt)
» DEO FAVENTE, VIR MATVRIORIS ÆVI DICEBAT: NON EST
» MEVM IVDICARE INTER EPISCOPOS: TVA NVNC DICIT CLE-
» MENTIA (quod nunc Regi TVA MAIESTAS, id olim vel TVA FIDES, vel TVA PIETAS, vt de Conſtantinopolitanis Monachis ac Conſtantinopolitana Synodo in Præfatione Salutatoria videre eſt: vel quandoque à Chriſtianæ Legis peritis, qualis maximopere fuit Ambroſius, qui IVRISPERITORVM ELOQVENTISSIMVS, ELOQVENTIVM IVRISPERITISSIMVS exſtitit; TVA CLEMENTIA, vt hîc vſurpatur, ad Pacificationem commendandam, dici ſolebat)
» EGO DEBEO IVDICARE? ET ILLE BAPTIZATVS IN CHRISTO
» INHABILEM SE PONDERI TANTI PVTABAT ESSE IVDICII:
» CLEMENTIA TVA, CVI ADHVC EMERENDA BAPTISMATIS SA-
» CRAMENTA SERVANTVR, ARROGAT DE FIDE IVDICIVM, CVM
» FIDEI IPSIVS SACRAMENTA NON NOVERIT. Ac vt tandem ad inſtitutum DE NON VVLGANDIS MYSTERIIS redeam, videri poſſit Fidus ac Vetus Interpres, cùm Λειτουργούντων, MINISTRANTIBVS, reddit, idem nobis dicere quod olim ad interlocutorem Orthodoxum Eraniſta, Dialogo IMMVTABILIS, apud Theodore-
» tum: Velim te monitum vt arcanis verbis nec ita apertis mihi re-
» ſpondeas. Quidam enim fortaſſe adſtant auſcultantque non ini-
» tiati: Ἀξιῶ σε ΜΥΣΤΙΚΩΤΕΡΟΝ ἀποκρίνασθαι· τυχὸν γάρ εἰσι περιεστήκασιν ΑΜΥΗΤΟΙ. TERTIVM ex hoc Apoſtolico Actuum loco, documentum eſt, me cæteroſque Apoſtolos ac Apoſtolicos viros Sacrificaſſe

Ieiunos. MINISTRANTIBVS (inquit Lucas) ET IEIVNANTIBVS, Λειτουργούντων καὶ Νηστευόντων. Atqui hæc Apoſtolica Traditio piè inuiolatéque ſeruata eſt, haud ignota ei qui altero Chriſti ſæculo ad Vxorem hunc in modum ſcripſit: Latebis-ne tu (Tertullianus loquitur) cùm LECTVLVM, cùm CORPVSCVLVM tuum SIGNAS, cùm aliquid immundum flatu exſpuis, CVM ETIAM PER NOCTEM EXSVRGIS ORATVM, & non MAGIÆ aliquid videberis operari? Non ſciet maritus QVID SECRETO ANTE OMNEM CIBVM GVSTES? Et ſi ſciuerit, PANEM NON ILLVM CREDIT ESSE QVI DICITVR. Qui ſanè Tertulliani locus nullibi mihi videtur feliciùs imitatus, quàm circiter ſexaginta poſt annos apud Zenonem Veronenſem, ſcriptorem vetuſtiſſimum & elegantiſſimum, Epiſcopum illum ſanctiſſimum illuſtriſſimumque ſub Gallieno, Martyrem Veronæ, cuius libro tertio Dialogorum, capite decimo nono, Diuus Gregorius meminit. Is, Sermone De Continentia, loquens de Vxore Fideli Mariti Infidelis: Quid quòd, inquit, illius SACRIFICIVM publicum eſt, TVVM SECRETVM? illius à quouis liberè tractari poteſt: TVVM ETIAM A CHRISTIANIS IPSIS, MINIME CONSECRATIS, SINE SACRILEGIO VIDERI NON POTEST. Declarat vero Sacram illam, de qua loquimur, Conſuetudinem noſtram Concilium Carthaginienſe Tertium, (cuius alterum Matiſconenſe meminit, ſequentem citans Apoſtolicam Regulam) cùm ſic, vndetrigeſimo Capitulo, decernit: SACRAMENTA ALTARIS nonniſi à Ieiunis hominibus Celebrentur, EXCEPTO VNO DIE ANNIVERSARIO, QVO COENA DOMINI CELEBRATVR. Nam ſi aliquorum pomeridiano tempore DEFVNCTORVM, ſiue EPISCOPORVM, ſeu Clericorum ſiue cæterorum COMMENDATIO facienda eſt, SOLIS ORATIONIBVS FIAT, ſi illi qui faciunt, iam pranſi inueniantur. Quem certè Canonem, Græcos vſurpaſſe, ex eo intelliges, quòd in Græco-Latino Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ, Capitulo quadrageſimo primo, ſic Græcè expreſſus reperiatur, (poſt Capituli Inſcriptionem, quæ eſt, VT A IEIVNIS DEO SACRIFICIA CELEBRENTVR, Περὶ τοῦ ἀπὸ ΝΗΣΤΙΚΩΝ τὰς Θεοῦ προσάγεσθαι ΘΥΣΙΑΣ) ΩΣΤΕ ΑΓΙΑ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, εἰ μὴ ἀπὸ ΝΗΣΤΙΚΩΝ Ἀνθρώπων, μὴ Ἐπιτελεῖσθαι· ΕΞΗΡΗΜΕΝΗΣ ΜΙΑΣ ΕΤΗΣΙΑΣ ΗΜΕΡΑΣ, ΕΝ Η ΤΟ ΚΥΡΙΑΚΟΝ ΔΕΙΠΝΟΝ ΕΠΙΤΕΛΕΙΤΑΙ. ἐὰν δέ τινων μετὰ τὸ δειλινὸν καιρὸν ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΩΝ, εἴτε ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, εἴτε τῶν λοιπῶν, ΠΑΡΑΘΕΣΙΣ γένηται, ΜΟΝΑΙΣ ΕΥΧΑΙΣ ἐκτελεσθῇ, ἐὰν οἱ ταύτην ποιοῦντες, ἀριστήσαντες εὑρεθῶσιν. Is deinde Canon in Concilium Africanum relatus eſt, poſituſque eſt Canonum Plenariæ illius Synodi, ſub Bonifacio & Cæleſtino celebratæ, octauo loco, & confirmatus decimo quarto Canone, qui ſic poſtmodum Græco-Latinus editus eſt in Græco-Latino Africano Codice, Capitulo quadrageſimo ſeptimo: De Fide enim NICÆNI TRACTATVS audiuimus, verùm & DE SACRIFICIIS INHIBENDIS POST PRANDIVM, VT A IEIVNIS, SICVT DIGNVM EST, OFFERANTVR, ET TVNC ET NVNC FIRMATVM EST: Περὶ τῆς Πίστεως γὰρ ΤΟΥ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΤΡΑΚΤΑΤΟΥ ἠκούσαμεν. Ἀληθές ἐστιν ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΙΝΟΜΕΝΩΝ ΜΕΤΑ

ΤΟ ΑΡΙΣΤΟΝ ΑΓΙΩΝ, ΙΝΑ ΑΠΟ ΝΗΣΤΙΚΩΝ, ΩΣ ΕΣΤΙΝ ΑΞΙΟΝ, ΠΡΟΣΦΕΡΩΝΤΑΙ· ΚΑΙ ΤΟΤΕ ΕΒΕΒΑΙΩΘΗ. Visum autem fuisse Nobis & Spiritui Sancto setuare hunc morem, scribcbat Epistolâ centcsimâ decimâ octauâ, ad Ianuarium, LATINORVM CYRILLVS,
» Augustinus, Theologorum Theologus, dicens: Illud magis moue-
» re potuit homines, vtrùm iam refecti die illa vel OFFERRENT, vel
Matth. 26. v. 26. » sumerent EVCHARISTIAM, quòd in EVANGELIO dicitur: Cùm
» autem illi manducarent, accepit Iesus Panem, ET BENEDIXIT.
ibid. v. 20. » Cùm etiam superiùs dixisset; Cùm serò factum esset, recumbebat
» cum Duodecim, & manducantibus eis, dixit: Quoniam vnus ex
» vobis me tradet. Post enim tradidit SACRAMENTVM. Et liqui-
» dò appâret quando primum acceperunt Discipuli CORPVS ET
» SANGVINEM DOMINI, non eos accepisse Ieiunos. Nunquid ta-
» men propterea CALVMNIANDVM est VNIVERSÆ ECCLESIÆ,
» quòd A IEIVNIS semper accipitur? ET HOC ENIM PLACVIT
» SPIRITVI SANCTO, vt in honorem Tanti Sacramenti IN OS Chri-
» stiani prius DOMINICVM CORPVS INTRARET, quàm cæteri ci-
» bi. NAM IDEO PER VNIVERSVM ORBEM MOS ISTE SERVA-
» TVR. Neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea
» pransi aut cœnati FRATRES ad illud Sacramentum accipiendum
» conuenire debent, aut sicut faciebant, quos Apostolus arguit &
» emendat, MENSIS SVIS ISTA MISCERE. Namque Saluator quò
» vehementiùs commendaret MYSTERII ILLIVS ALTITVDINEM, vl-
» timum hoc voluit arctiùs infigere cordibus & memoriæ Discipu-
» lorum, à quibus ad Passionem digressurus erat. ET IDEO NON
» PRÆCEPIT QVO DEINCEPS ORDINE SVMERETVR, VT APO-
» STOLIS, PER QVOS ECCLESIAS DISPOSITVRVS ERAT, SERVA-
» RET HVNC LOCVM. Loco nunc QVARTO illud in Liturgica nostra Actuum Historia obseruandum est, Spiritum Sanctum mediis interesse Liturgicis Sactis, iisque præesse ac præsidere, quippe qui vt Pater, Creationis; Filius, Redemptionis: ita & ipse Spiritus, Sanctificationis operum dicendus sit auctor. Deus enim Pater est ex quo omnia; Deus Filius, per quem omnia; Deus Spiritus Sanctus, in quo omnia, si quasi singula singulis nostro intelligendi more attribuere rectè velimus, vt Romanos olim docuisse me, vos meminis-
Rom. 11. v. vlt. » se potestis, si attentè mea illa consideretis vetba: Quis enim co-
» gnouit SENSVM DOMINI? Aut quis Consiliatius eius fuit? Aut
» quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam EX IPSO, & PER
» IPSVM, & IN IPSO sunt omnia: ipsi gloria in secula, Amen. En Deus paucis Trinus & Vnus adumbratur trinis intettogatiunculis & quasi punctis, quibus totidem eæque breuiores responsiones adiunguntur, vnde satis ad Christianæ Fidei captum diuinarum personarum vnaquæque notio emineat. De Patte enim PRIMA Quæ-
» stione agitut, cùm dicitur: Quis enim cognouit SENSVM DOMI-
» ni? Idcirco primæ quoque responsum est; Quoniam EX IPSO sunt omnia. cuius quidem dicti rationem quandoque Frater noster

Ioannes reddidit; hanc videlicet subtilem: MAIOR EST DEVS « 1. Ioan. 3.
CORDE NOSTRO, ET NOVIT OMNIA. A contrario siquidem argu- « v. 20.
mentari licet, ac dicere: Nemo maior est Deo Deique corde, cùm
Deus ex nullo, ex ipso verò omnes quotquot per creationem fecit,
naturæ, ac tandem per gratiam & adoptionem, gloriæ suæ, parti-
cipes. nullus igitur nouit Dei Omnia, id est, Sensum Domini. AL-
TERA Quæstio: Aut quis Consiliarius eius fuit? Altera etiam
Responsio fuit: Quoniam PER IPSVM sunt Omnia. Deus enim
Filius, Magni Consilij Angelus, ac Verbum & Λόγος Patris, vnus
atque vnicus est Consiliarius Patris. hinc PER IPSVM sunt Omnia, Is. 9. v. 6.
cùm nil sine diuina mente & fiat & sit. TERTIA vltimaque Quæ-
stio erat: Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? ratio conti- «
nuo addita est: Quoniam IN IPSO sunt omnia. qui quasi vincu- «
lum, nexus, vnio vnitasque in Deo, ac Patris & Filij amor, ac Spi-
ritus nempe Sanctus, Sanctificationis proinde auctor, qui tan-
quam Sacrificationis operator benedicit Sacrificium, suo sancto
nomini ac numini (vt Ecclesia orat) præparatum. Itaque EX
PATRE sunt Omnia, qua ratione Pater est principium sine prin-
cipio; PER FILIVM Omnia, quatenus ipse est media persona,
per quam quodammodo operatio à Patre accepta, tum per natu-
ram transmittitur ad Spiritum Sanctum, tum per creationem
transit ad res productas. Namque, vt optimè Cyrillus, Libri ad
Reginas Sectione prima, quæ inscribitur QVOD CHRISTVS SIT «
DEVS VNIONE TEMPLI, (id est, Carnis atque Humanita- «
tis; ex hoc Christi Euangelico, SOLVITE TEMPLVM HOC: Ioan. 2. v. 19.
quo verbo Veteres, Sacræ Theologiæ Magistri ac præsertim o-
mnium facilè princeps Cyrillus, Patresque Ephesini in Materia DE
INCARNATIONE VERBI, sapienter admodum vsi sunt; vt
quemadmodum olim Dei Maiestas replere Templum, sic PLE- 2. Paral. 7.
NITVDO DIVINITATIS in homine adsumpto inhabitare COR- v. 1. Col. 2. v. 9.
PORALITER, quod quandoque docui, intelligeretur) AD «
DEVM VERBVM ADSVMPTI, ET IN EIVS GLORIAM EVE- «
CTI, EX APOSTOLICIS: Ὅτι Θεὸς ὁ Χριστὸς, ἑνώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν
Λόγον εἰς τὴν αὐτοῦ δόξαν ἀναβαίνοντος, καὶ τοῦ προσληφθέντος ΝΑΟΥ, ἐκ τῶν
Ἀποστολικῶν, (nempe prioris nostræ Corinthiorum vndecimo;) Volo au- « 1. Cor. 11.
tem vos scire quòd omnis VIRI caput Christus est; caput autem MV- « v. 3.
LIERIS, Vir; caput verò CHRISTI, Deus. Beatus Lucas dum Chri- «
sti Genealogiam texit, à Ioseph exorsus, paulatim ad Adam vsque « Luc. 3. v. 23.
ascendit, ac tandem infert: Qui fuit Dei; ipsum nimirum procrea- « ibid. v. vlt.
torem Deum principij loco assignans. Pari itaque modo omnis viri «
Caput Christum definimus: per ipsum enim conditus & ad ortum «
euectus est. Non quòd Dei Filius Creationis illius Instrumentum vel «
Minister exstiterit; SED QVOD TANQVAM NATVRALIS RERVM «
OPIFEX DIVINA VIRTVTE ILLVM PRODVXERIT. Caput «
autem Mulieris est Vir: quandoquidem EX CARNE illius «
sumpta est, ipsumque tanquam quoddam sui initium sortita est. «

» Caput itidem Christi Deus est: siquidem NATVRALITER ex ipso
» est. Verbum namque ex Deo & Patre genitum est. Iam qua
» ratione Christus, cuius caput SECVNDVM NATVRAM consti-
» tutus est Deus Pater, non erit Deus? Cùm autem Christum appello,
» Dei Patris Verbum intelligo, quod in humana natura apparuit: Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι παντὸς ΑΝΔΡΟΣ ἡ κεφαλὴ, ὁ Χριστός ἐστι. κεφαλὴ δὲ ΓΥΝΑΙΚΟΣ, ὁ ἀνήρ. κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ, ὁ Θεός. ὁ Μακάριος Λουκᾶς, τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίαν ἡμῖν συντιθεὶς, ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, εἶτα φθάσας ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, ἐπιφέρει. λέγων, τοῦ Θεοῦ, ἀρχὴν τοῦ ἀνθρώπου τιθεὶς, τὸν ποιήσαντα Θεόν. οὕτως ἐστὶ φαμὲν παντὸς Ἀνδρὸς κεφαλὴν, τὸν Χριστόν. πεποίηται γὰρ δι' αὐτοῦ, καὶ παρήχθη πρὸς γένεσιν. ΟΥΧ ΥΠΟΥΡΓΙΚΩΣ ΚΤΙΖΟΝΤΟΣ ΑΥΤΟΝ ΤΟΥΤΟΥ, ΘΕΟΥΡΓΙΚΩΣ (aliàs, Θεικῶς) ΔΕ ΜΑΛΛΟΝ, ΩΣ ΦΥΣΕΙ ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΥ. κεφαλὴ δὲ Γυναικὸς, ὁ Ἀνήρ. ὅτι ἐκ τῆς ΣΑΡΚΟΣ αὐτοῦ ἐλήφθη, καὶ ἐξ αὐτοῦ ὥσπερ ἔχει τὴν ἀρχήν. κεφαλὴ δὲ ὁμοίως τοῦ Χριστοῦ, ὁ Θεός. ὅτι ἐξ αὐτοῦ ΚΑΤΑ ΦΥΣΙΝ. γεγέννηται γὰρ ὁ Λόγος ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. εἶτα πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστὸς; οὗ ἡ κεφαλὴ τέθειται, ΚΑΤΑ ΦΥΣΙΝ ὁ Πατήρ; Χριστὸν δὲ ὅταν λέγωμεν, ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ πεφηνότα, τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον σημαίνω. Et sic IN SPIRITV SANCTO omnia vt in fine (vnde Græcè est non IN IPSO, sed IN IPSVM, εἰς αὐτὸν, tanquam in ipsum finem) quia Spiritus Sanctus in Trinitate veluti Finis est, à quo ad aliam personam non fit progressus, vt pote mutuo æternoque amore, in quo æternúmque conquiescitur. Quamobrem qua, velut propria, ratione, Patri adscribitur Potentia, Filio Sapientia, Spiritui Sancto Bonitas; certum est ex Patre, Per Filium, in Spiritu Sancto esse Omnia, A DEO PER BONITATEM PROCEDENTIA, IN DEVMQVE REDEVNTIA PER SACRIFICIVM. Sed ad propositum, vnde digressi sumus, reuertamur. QVARTO loco notauimus, Spiritum Sanctum Sanctæ Liturgiæ, seu Missæ, Sacrificioque Christianorum & adesse & adspirare: vt ex versiculo illo patet: ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΥΝΤΩΝ δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ ΝΗΣΤΕΥΟΝ-
» ΤΩΝ, εἶπε τὸ ΠΝΕΥΜΑ τὸ ΑΓΙΟΝ· MINISTRANTIBVS autem illis Do-
» mino & IEIVNANTIBVS, dixit SPIRITVS SANCTVS. En Sacrificio vo-
Rom.8. v. 16. catus aduenit, Testimoniumque reddit Spiritui nostro ac instituenti Christianum Sactificium Christo Domino Legislatori atque Saluatori! QVINTVM verò caput obsetuatione dignum Liturgicæ Historiæ nostræ Cérimonia est Ieiunij, Orationis, Impositionisque Manuum mihi (tunc SAVLO, postmodum PAVLO) ac Barnabæ fa-
» ctæ post Spiritus Sancti adsumptionem in opus: Segregate mihi, (ait
» Spiritus Sanctus) SAVLVM & Barnabam IN OPVS ad quod ADSVM-
» PSI eos. Tunc IEIVNANTES & ORANTES, IMPONENTESQVE EIS
» MANVS, dimiserunt illos. Diuinitus facta, sed hominum ministerio, ac Pastorum manibus, ORDINATIO est mediis in Sacris, inuocato Sancto Spiritu, vt hódieque fit, tanquam Sacerdotum ac Præsulum Electore,
Ps.67.v.15. » iuxta Dauidicum illud DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA: Dum DIS-
» CERNIT Cælestis REGES SVPER EAM, niue dealbabuntur in Selmon. Itaque Vocatio mea, Apostolatus meus Extraordinarius; Ordinatio mea, Ordinaria fuit: præsente quidem ac iubente Spiritu, sed ordi-

nante Sacro Magistratu; sed PRESBYTERIO siue Sacerdotum Collegio, vt Ecclesiæ CATHOLICÆ mos est, quem in Ordinando Discipulo secutus sum, manus imponente. SEXTA denique Liturgiæ Apostolicæ Obseruatio illa VLTIMO loco apparet, Missos atque emissos à Spiritu Sancto, Pontificali Ordinatione accepta: vt tanquam in arenam descendisse IN OPVS nemini, ante Impositionem Manuum, non à Magistratu Politico sed Sacro, acceptam, fas esse significaretur, ac tractare res sacras, opusque aggredi Euangelicum licere. quo scelere vltimi auctores Nouitatis ac Perfidiæ Schismatis se supra modum suosque Sectatores macularunt. Post Ordinationem enim sequitur: Et IPSI quidem (ego ipse scilicet ac Barnabas) Missi à Spiritu Sancto abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Et cùm venissent Salaminam, PRÆDICABANT Verbum Dei in Synagogis Iudæorum: habebant autem & Ioannem IN MINISTERIO.

I Tim. 4. v. 14 & II. 1. v. 6.

Act. 13. v. 4.

CAP. XX.

Ps. 42. v. 4.

His ita expositis, & quasi præmissis, nunc Introibo ad Altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam, Sanctorum gloria renascentem. Iam enim EVANGELICVM atque APOSTOLICVM ALTARE ereximus; quod Constantinopolitanum illud sub Hormisda Concilium adorat, dum Constantinopolitano Populo nouis acclamationibus pro Chalcedonensi Synodo ac damnatione Seueri vrgenti respondet in Promulgatione siue Publicatione Synodi (quam Antiqui PRÆDICATIONEM vocabant, ὅπως ΕΚΗΡΥΧΘΗΣΑΝ, Quomodo PRÆDICATÆ SVNT, supple Synodi) Ioannes Patriarcha; vt Actione quinta Constantinopolitani Concilij sub Agapeto & Menna videre est: « Hæc patienter sustinete Fratres, VT PRIVS ADOREMVS SANCTVM ALTARE: & post hoc do vobis Responsionem: » Μακροθυμήσατε, Ἀδελφοί, ΙΝΑ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΠΡΟΣΚΥΝΗΣΩΜΕΝ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΝ· καὶ μετὰ τοῦτο, δίδωμι ὑμῖν ἀπόκρισιν. Ad quod Altare alludebat priorum temporum Christianus Poëta, cùm de Sancto Laurentio Archileuita, siue Archidiacono, Hymno secundo caneret:

Hic primus è septem viris
Qui stant ad ARAM proximi,
LEVITA sublimis gradu,
Et cæteris præstantior.

Cuius quidem Aræ siue Altaris vim persequitur de Sancto Hippolyto agens:

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter vbi apposita est ARA dicata Deo.
Illa SACRAMENTI DONATRIX MENSA, eademque
Custos fida sui Martyris apposita,
Seruat ad ÆTERNI spem VINDICIS ossa sepulcro,
Pascit item SANCTIS Tibricolas DAPIBVS.
Mira loci pietas, & PROMPTA PRECANTIBVS ARA,
Spes hominum PLACIDA PROSPERITATE iuuat.

& suo quoque carmine, ALTER ECCLESIÆ IOSEPH, non qui à

Fratribus, ſed qui pro Fratribus vendi paſſus eſt, SVI VENDITOR, CHRISTI EMPTOR, Epiſcopus Paulinus, Auguſtini æqualis, dum Epiſtolâ duodecimâ ad Seuerum, ait:

DIVINVM veneranda tegunt Altaria FOEDVS,
Compoſitis SACRA cum CRVCE Martyribus.

ac felicem Sancti Felicis in Chriſto Natalem, Poëmate decimo octauo, ſiue Natali tertio, celebrans:

Te priùs alma PIO celebrans ALTARIA cultu,
PRESBYTER inſtituit, placido & moderamine rexit.

ac paulo poſt:

AVREA nunc NIVEIS ornantur limina VELIS,
Clara CORONANTVR DENSIS ALTARIA LYCHNIS,
LVMINA ceratis adolentur ODORA papyris.

Tertius demum tanquam Sacrorum Vatum Dialogo ſe inſerit Drepanius ille Florus, qui circa Saluiani tempora floruit. De Cereo Paſchali cantat:

Hunc vt per totam poſſimus dicere noctem,
Inferimus claros SACRIS ALTARIBVS ignes.

Sed illi dum canunt ad Cereum Paſchalem (quem lumine ex Petra accendi ſolitum deſcribit Prudentius, in figuram Chriſti, qui Petra ex qua noſtra Lux noſtrique veri Ignes) PASCHA NOSTRVM IMMOLATVS EST CHRISTVS; non audis, REX IACOBE, illud quod

1. Cor 5. v. 7. » Corinthiis, priore Epiſtola, ſcripſimus? Expurgate igitur Vetus Fer-
» mentum, vt ſitis Noua Conſperſio, ſicut eſtis Azymi. Etenim PA-
» SCHA noſtrum IMMOLATVS eſt Chriſtus. ITAQVE EPVLEMVR non
» in Fermento Veteri, neque in Fermento Malitiæ & Nequitiæ, ſed
» in Azymis Sinceritatis & Veritatis. Vnde citatus à Beato Thoma,
Tertiæ Partis Quæſtione octuageſima tertia, Auguſtinus dicit (inquit
» Diuus Thomas) in Libro Sententiarum Proſperi, SEMEL IMMOLA-
» TVS EST IN SEMETIPSO CHRISTVS, ET TAMEN IMMOLATVR QVO-
» TIDIE IN SACRAMENTO. Etenim, vt Aquinas docet eiuſdem Quæ-
» ſtionis Articulo primo ad ſecundum: SICVT CELEBRATIO HVIVS
» SACRAMENTI EST IMAGO REPRÆSENTATIVA PASSIONIS CHRI-
» STI, ITA ALTARE EST REPRÆSENTATIVVM CRVCIS IPSIVS, IN
» QVA CHRISTVS IN PROPRIA SPECIE IMMOLATVS EST. Et in Cor-
» pore Articuli: CELEBRATIO HVIVS SACRAMENTI, IMAGO QVÆDAM
» EST REPRÆSENTATIVA PASSIONIS CHRISTI, QVÆ EST VERA
» EIVS IMMOLATIO. ET IDEO CELEBRATIO HVIVS SACRAMEN-
» TI, DICITVR CHRISTI IMMOLATIO. VNDE AMBROSIVS DICIT
» SVPER EPISTOLAM AD HEBRÆOS: IN CHRISTO SEMEL OBLA-
» TA EST HOSTIA AD SALVTEM SEMPITERNAM POTENS. QVID
» ERGO NOS? NONNE PER SINGVLOS DIES OFFERIMVS? SED AD
» RECORDATIONEM MORTIS EIVS. Refertur quoque ab eodem
Sancto Doctore, Quæſtione octuageſima ſecunda, Quod in Conci-
» lio Toletano (Duodecimum intelligit Diuus Thomas, Decre-
» to quinto) legitur & habetur de Conſecrat. D. II. C. Re-
» latum; modis omnibus tenendum eſt, vt quotieſcumque SA-

CRIFICANS Corpus Christi & Sanguinem Domini nostri Iesu « IN ALTARIO IMMOLAT, toties perceptionis Corporis & Sanguinis « Christi se participem præbeat. Quæ cuncta haud aliud certè « sonant quàm merito me VITAM AZYMAM à vobis exigere: quandoquidem Agnus noster Paschalis immolatus, seu Sacrificatus est, ἐτύθη, nempe Christus pro nobis in Ara Crucis oblatus. Ipse enim Verus est Agnus (vt Ecclesia canit) qui abstulit peccata mundi. Itaque sicut Iudæi Fermento abstinebant, quandiu Pascha celebrabant: ita & vos Christianum ac PERPETVVM PASCHA agentes, semper oportet abstinere à Fermento Veteris ac Prauæ Conuersationis. Ad hoc enim Christus pro nobis immolatus est. Nec mirum profectò videri possit, cur post, IMMOLATVS EST, continuo sequatur, ITAQVE EPVLEMVR. Post SACRIFICIVM enim sequitur EPVLVM, vt hîc, post, Ἐτύθη, Ἑορτάζωμεν. Vnde Archiepiscopus ille ex Normanno Abbate Sancti Leufridi prope GALLIONEM (ROTHOMAGENSIVM PRIMATVM Patriarchium Rurale, à CARDINALIBVS DE AMBASIA Archiepiscopi nunc Sedentis FRANCISCI HARLÆI & auunculis magnis & magnis viris, quòd futurum REGVM OVILE esset, vt magnificentissimè exstructum sic ingeniosissimè instructum, ac omni cùm Galliæ tum Italiæ ornamentorum copia illustre) Auersanus ille Guitmundus secundo libro DE VERITATE EVCHARISTIÆ hunc locum Augustini ex Sermone ad Neophytos vrget: HOC ACCIPITE IN PANE QVOD PEPENDIT IN CRVCE; ET HOC « ACCIPITE IN CALYCE QVOD EFFVSVM EST DE CHRISTI LA- « TERE. Voluit nimirum indicare Optimus Augustini Interpres per « Augustinum, Guitmundus, id Mensæ Sacrificali apponi, quod Sacrificatum est, ex communi Sacrificantium more, qui qua religione immolant, eadem mox epulantur, sibique Deum propitium arbitrantur in suo munere recipere. Porrò Ἑορτάζειν, proprie Festum Agitare quidem est, quemadmodum Africana Versio declarat, cùm libro De Habitu Virginum Cyprianus, non EPVLEMVR, at FESTA CELEBREMVS; & Augustinus tertio contra Parmenianum libro, DIEM FESTVM CELEBREMVS, posuit. Sed quoniam diebus festis Solemnes Epulæ ex carnibus immolatis exhiberi solebant; hinc etiam vsurpatur hoc verbum pro eo quod est & Festum & Solemne Epulum Celebrare: qua significatione sumitur hoc loco; vt sit allusio ad Typicum Agni Paschalis Epulum, cuius immolatas carnes in Panibus Azymis, id est, Infermentatis, manducari Paschalis Lex erat. Hinc MENSA, vt plene superius dictum est, pro ALTARI posita, quoniam de Altari ad MENSAM itetur, rei diuinæ perficiendæ causâ, cùm Manducatione fieret Immolatorum Consumptio. Quapropter hac mea priore ad Corinthios Epistola, dum posthac de Idolothytis vel Immolatitiis agitur, per me quidem licet Carnibus Immolatis vesci in Communi Mensa, at non in IDOLEIO, Mensaque Sacrificali, quæ non tam Victum quàm Religionem sapit: Si enim quis viderit, eum qui habet SCIENTIAM in « IDOLEIO recumbentem, nonne CONSCIENTIA eius, quum sit «

Leuit. 23. v. 6.

Exod 12. v. 8.

1. Cor. 8. v. 10.

» infirma, ædificabitur ad manducandum Idolothyta? Constat enim vobis ex historia illa notissima quam refert Herodotus in Clio, de Cleobi & Bitone, Gentiles veteres contra ipsum quoque Templum solitos fuisse Solemnia Sacrificiorum Conuiuia agitare. quod apparet ex Aristophane in Pluto; eòque pertinet illud quod ait ex Aristotele Athenæus, μεθύειν, dici, quasi μετὰ τὸ θύειν. Immo Solemnes Epulas à Sacrificiis auspicari solebant. Quorum omnium ratio à

1.Cor.10. v. 19. » me paulo post reddita hæc est: Quid ergo dico? quòd Idolis im-
» molatum sit aliquid? aut quòd Idolum sit aliquid? Sed quæ im-
» molant Gentes, Dæmoniis immolant, & non Deo. nolo autem vos
» SOCIOS FIERI Dæmoniorum. Non potestis CALYCEM DOMINI
» bibere, & CALYCEM DÆMONIORVM: non potestis MENSÆ DO-
» MINI participes esse, & MENSÆ DÆMONIORVM. Præterea Prophanæ Gentes Festa sua Conuiuia libationibus, & eius falsi Dei laudibus claudere, cui Sacrificatum fuerat, consueuerant, vt pulcrè expressit Romanum illud carmen:

Postquam exempta fames, & amor compressus edendi,
Rex Euander ait; Non hæc SOLEMNIA nobis;
Has ex more DAPES, hanc tanti numinis ARAM
Vana Superstitio, VETERVMQVE ignara DEORVM
Imposuit: sæuis, hospes Troiane, periclis
Seruati FACIMVS, meritosque nouamus honores.

Et tandem:

Quare agite, ô Iuuenes, TANTARVM IN MVNERE LAVDVM,
Cingite fronde comas, ET POCVLA PORGITE DEXTRIS,
COMMVNEMQVE VOCATE DEVM, & date vina volentes.

Hæc porrò & Veræ & Falsæ Religionis communis Cerimonia est, vt nulla prorsus reperiatur Religio, quæ vel sine Sacrificio Epulum, vel Sacrificium sine Epulo, in honorem eius quod coleretur, haberet. Hinc Diuus Thomas Tertiæ Partis Quæstione octuagesima secunda Articulo quarto, dum quærit, Vtrum Sacerdos Con-
» secrans teneatur sumere Sacramentum Eucharistiæ? Respondet Di-
» cendum; Quòd Eucharistia non solum est Sacramentum, sed etiam
» Sacrificium. QVICVMQVE AVTEM SACRIFICIVM OFFERT, DE-
» BET SACRIFICII FIERI PARTICEPS; QVIA EXTERIVS SACRIFI-
» CIVM QVOD OFFERTVR, SIGNVM EST INTERIORIS SACRIFICII,
» QVO QVIS SEIPSVM OFFERT DEO, vt Augustinus dicit Decimo
» De Ciuitate Dei. VNDE PER HOC QVOD PARTICIPAT SACRI-
» FICIO, OSTENDIT AD SE SACRIFICIVM INTERIVS PERTINERE:
» SIMILITER ETIAM PER HOC QVOD SACRIFICIVM POPVLO DIS-
» PENSAT, OSTENDIT SE ESSE DISPENSATOREM DIVINORVM,
» QVORVM IPSE PRIMO DEBET ESSE PARTICEPS: Sicut Dionysius
» dicit in Libro Ecclesiasticæ Hierarchiæ. ET IDEO IPSE ANTE SV-
» MERE DEBET, QVAM POPVLO DISPENSET. Vnde & in prædicto
» Capitulo (Canon est quintus Duodecimi Concilij Toletani, quem
» pro parte affirmante citauerat Diuus Thomas) legitur, QVALE EST

SACRI-

SACRIFICIVM, CVI NEC IPSE SACRIFICANS PARTICEPS ESSE DI- «
GNOSCITVR? Per hoc autem fit Particeps, QVOD DE SACRIFICIO SV- «
MIT: ſecundum illud Apoſtoli, Primæ Corinthiorum decimo, Non- « 1.Cor.10.
ne QVI EDVNT Hoſtias, PARTICIPES ſunt ALTARIS? Et ideo ne- « v.18.
ceſſe eſt quòd Sacerdos quotieſcumque conſecrat, ſumat integrè hoc «
Sacramentum. Hæc & verè & ſubtiliter Diuus Thomas. Cuius equi- «
dem ſententiæ, ſi antedictis quinque ſuperiores Epiſtolæ noſtræ ver-
ſiculos addideris, plena probatio intelligentiaque erit. Itaque altiùs
rem repetamus, & addamus: Propterea, chariſſimi mihi, fugite ab Ido- « 1.Cor.10.
lorũ cultura; VT PRVDENTIBVS LOQVOR: vos ipſi Iudicate quod dico. « v.14.
Calyx Benedictionis CVI BENEDICIMVS, nonne Communicatio San- «
guinis Chriſti eſt? & Panis quem frangimus, nonne Participatio Cor- «
poris Domini eſt? quoniam Vnus Panis, Vnum Corpus multi ſumus: «
NAM OMNES DE VNO PANE PARTICIPAMVS. Videte Iſraëlem Se- «
cundum Carnem, NONNE QVI EDVNT HOSTIAS, PARTICIPES SVNT «
ALTARIS? Itaque ab Idolothytis, (non in MACELLO emptis, Idolo- «
rum Sacerdotibus vendentibus partes ſuas; ſed in SACRO iis qui Dij
dicebantur, CONVIVIO ſiue EPVLO manducandis) in Deorum ho-
norem cultumque conſumptis; id eſt, non ab EPVLIS ſed ab EPVLO
Chriſtianos homines auerſurus, docebã Corinthios, idcirco abſtinen-
dum, quòd qui Deorum MENSÆ eſſent, eſſent & ALTARIS participes;
qui EPVLI, & SACRIFICII; qui SACRIFICII, itidem & CVLTVS. Vnde
ſic exorſus ſum: FVGITE AB IDOLORVM CVLTVRA; vt Prudentibus «
loquor: vos ipſi iudicate quod dico; quod certè alioquin ineptum «
Chriſtianis eſſet, quorum prima rudimenta ac elementa docent Idola
deteſtari. Hinc quaſi probandi munere, per ſingula quæ dicuntur
(quamuis vna vera ſit, nempe Chriſtiana Religio, ac Fides) Religio-
num genera decurrebam: quæ numero Tria videri poterant; Chriſtia-
norum, Iudæorum, Gentilium: in quibus ſingulis tribus communica-
retur Altari, dum communicatur Menſæ. Tanta eſt Menſæ Sacrificij,
Altariſque Sacrificij coniunctio ac religionis vis, vt ad ſeſe dum refe-
runt omnia, ad inuicem inter ſe mutuò ad Deumque tandem referan-
tur. Quòd ſi Chriſtianis Altare, Menſæ congruum, defuiſſet, probatio
vtique à limine claudicaſſet. Etenim probãdum erat, eum qui Sacrificij
Menſam participaret, & Altare Sacrificij, vel Sacrificium Altaris parti-
cipare. Ergo hinc cœpi exordium, In Religione Chriſtiana, Cõmuni-
cari Calyce, Participari Pane, illius nimirum Menſæ quam Sapientia Prou.9.v.1.
poſuit. Tum, veluti facto gradu, deſcendi ad Turbam Iudaïcam, qualis
mea ætate poſt Paſſionem Chriſti erat, ſuaque Sacrificia ac Religio-
nẽ colebat, cuius non par fides, non par veritas; par tamen ſeries rerum
faciendarũ, ac Sacrificalis Diſciplinę vmbra & Ritualis ordo. Ac tãdem
tanquam circulo ad propoſitum redij per Superſtitionem Ethnicam,
in qua ſinuoſum iter euolui à Calyce ad Mẽſam, à Menſa ad Altare, ab
Altari ad Sacrificium, à Sacrificio ad Societatem ac Cultũ eorum qui-
bus Sacrificatum ſit. ITAQVE EPVLEMVR: Sacrificium enim in Cruce
peractum eſt, ſine quo noſtrum in Cœna ac Menſa peragi non poterat,

cùm Sacrificij Crucis Repręsentatio fit, VIM HISTORIAMQVE FACTI, REM VERO PERSONAMQVE FACIENTIS continens. Vnde duo in Materia De Sacrificio præcipuè docet Archiepiſcopus Guitmundus,
» libro primo De Veritate Euchariſtiæ: Alterum: Et tunc, inquit, nobis
» intelligendum eſt hoc quod dicitur: EIVS CARO (verba ſunt Gregorij
» quæ citat Guitmundus) IN POPVLI SALVTEM PARTITVR; dictum eſſe,
» non quia partiendo minuatur, ſed PROPTER SIMILITVDINEM FRA-
» CTIONIS, ſicut IMMOLARI QVOTIDIE DICITVR CHRISTVS PRO-
» PTER SIMILITVDINEM PASSIONIS (vt cùm agimus DE SACRIFICIO COMMEMORATIVO, hoc Tertio Libro, cum Guitmundo exponimus)
» licèt enim HÆC MAGNI CAVSA MYSTERII SACERDOS QVASI DI-
» VIDERE VIDEATVR, Nos tamen, Dominum & Saluatorem noſtrum,
» quando corpus eius venerabile Fidelibus diſtribuitur, NON SE PER
» SINGVLOS DIVIDENTEM, SED PARTICIPATIONE SVI DIVERSOS
» CREDERE DEBEMVS VNIENTEM. Alterum Guitmundi dictum eſt,
Iſ.25.v.26. Iſaiæ vigeſimi quinti verſiculum illum DE CONVIVIO DOMINI IN
» MONTE explicantis: Propheta in Ieruſalem erat: Quid eſt ergo dicere,
» IN MONTE HOC, niſi vbi crucifixus eſt Chriſtus? Et quid eſt, CONVI-
» VIVM FACIET OMNIBVS POPVLIS; niſi quia ILLVD QVOD PEPEN-
» DIT IBI, MANDVCANT OMNES POPVLI? ſub illo (quaſi diceret Guitmundus) Altari Menſa; Super illam Menſam Corporis ac Sanguinis Sacrificium, Panis atque Vini ſpeciebus quaſi inuolutum, poſitum eſt. Ac quoniam Chriſtianum Paſcha, Iuge Sacrificium, perpetuaque ac in Azymis ſolemnitas eſt, æternique in Cœlo futuri, non iam ſolùm Vmbra, ſed Figura, Typus, atque Imago Paſchatis; ECCLESIA, quamuis ſemper MILITET, ſemper epulatur, ſemper feriatur: tantò Synagoga Cœlo propior, quantò meliùs ſignificantiúſque Incolatus ſui Dies
Pſ.76.v.6. (ANNOS ÆTERNOS, vt Rex Ezechias, in mente habens) in FESTA FERIASQVE diſtinguit. Hinc propiore ſpe aucta lętitia, quaſi gratulabũdus, & tanquam ad Epulum paratasque epulas inuitans, Corinthiis di-
1.Cor.5.v.7. » xi: Etenim Paſcha noſtrum IMMOLATVS eſt Chriſtus. Itaque EPVLE-
Rom.2.v.33. » MVR. Chriſtianorum enim Dominica illa Menſa eſt, quæ, (ô altitudo diuitiarum Sapientiæ & Scientiæ Dei!) ſummum non tam exponit
Epheſ.3.v.4. » quàm proponit myſterium, quod aliis generationibus nõ eſt agnitum
» filiis hominum, ſicuti nunc reuelatum eſt Sanctis Apoſtolis eius, &
» Prophetis in ſpiritu: GENTES eſſe Coheredes & CONCORPORA-
» LES & Comparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu per Euange-
CAP. XXI. » lium. CVIVS quidem myſterij viam his antedictis Epheſinæ Eccleſiæ præmuniui: Huius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti
Epheſ.3.v.1. » Ieſu pro vobis Gentibus: ſi tamen audiſtis Diſpenſationem gratiæ Dei,
» quæ data eſt mihi in vobis. QVONIAM SECVNDVM REVELATIONEM
» NOTVM MIHI FACTVM EST SACRAMENTVM, ſicut ſupra ſcripſi in breui
» PROVT POTESTIS LEGENTES INTELLIGERE PRVDENTIAM MEAM IN
» MYSTERIO CHRISTI. Quid verò poſteà? ſcilicet illud quod nunc in
» medium protuli: Quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis ho-
» minũ; & quæ ſequũtur reliqua. Ac Chriſtus quidẽ Per Incarnationem

CONCORPORALIS hominibus factus est; Per Eucharistiam verò, Homines CONCORPORALES Christo sunt facti: vtpote qua Os & Caro Christi sumus, atque inter nos in Vno Corpore Ecclesiæ Os de Ossibus, & Caro de Carne. Quoniam (vt supra Corinthiis dixi) VNVS PANIS, VNVM CORPVS MVLTI SVMVS. Nam omnes de Vno Pane participamus. 1. Cor. 10. v. 17. Hinc Theodoretus Incarnationem, ARCHETYPVM; Eucharistiam, eiusdem Archetypi IMAGINEM vocat; Panem in Transitione Eucharistica cum Christi Corpore in Transitione, vt ita dicam, Hypostatica comparans, Dialogo tertio, his verbis: Confer igitur cum ARCHETYPO IMAGINEM, & videbis similitudinem. oportet enim similem esse Veritati Figuram. Illud enim Corpus priorem Formam retinet, & Figuram & Circunscriptionem, &, vt simpliciter dicam, ipsam Corporis Essentiam: Παράθες τοίνυν ΤΩ ΑΡΧΕΤΥΠΩ ΤΗΝ ΕΙΚΟΝΑ, καὶ ὄψει τὴν ὁμοιότητα· χρὴ γὰρ ἐοικέναι τῇ Ἀληθείᾳ τὸν Τύπον. καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ Σῶμα, τὸ μὲν πρότερον Εἶδος ἔχει, καὶ Σχῆμα. καὶ Περιγραφήν, καὶ ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν, τὴν τοῦ Σώματος Οὐσίαν. Vnde Isidorus Pelusiota libri primi Epistolâ centesimâ nonâ: Et SVPER MYSTICA MENSA Panem Communem, Corpus Proprium SVÆ INCARNATIONIS efficiens atque exhibens: Καὶ ΕΠΙ ΤΗΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ ΤΗΣ ΜΥΣΤΙΚΗΣ, τὸν ἄρτον τὸν Κοινόν, σῶμα Ἴδιον ΤΗΣ ΑΥΤΟΥ ΣΑΡΚΩΣΕΩΣ ἀποφαίνων. Ac Sanctus Macarius Senior, Ægyptius, Sancti Antonij discipulus, Sanctique Pachomij atque Sancti Oresiesis (qui Gennadio teste in libro de viris Illustribus librum diuino sale conditum De Instructione Vitæ Monasticæ scripsit) æqualis, Homiliâ ad Monachos vigesimâ septimâ: Et quod in Ecclesia Offertur ANTITYPVM CARNIS EIVS AC SANGVINIS (nempe Panis & Vinum) iique qui participant EX APPARENTE PANE (ac si diceret Macarius, ex eo qui videtur esse Panis, reuera autem est Corpus Christi) Spiritualiter CARNEM Christi MANDVCANT: Καὶ ὅτι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Προσφέρεται, ἄρτος καὶ οἶνος, ΑΝΤΙΤΥΠΟΝ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ, καὶ οἱ μεταλαμβάνοντες ΕΚ ΤΟΥ ΦΑΙΝΟΜΕΝΟΥ ΑΡΤΟΥ, Πνευματικῶς, ΣΑΡΚΑ τοῦ κυρίου ΕΣΘΙΟΥΣΙ. Atque is profectò ANTITYPORVM germanus sensus, ea vera acceptio: quorum in Græcorum libris frequentissimus vsus, ac de quorum intelligentia, tanta semper hactenus concertatio inter doctos ac antiquitatis peritos fuit. Consulite ipsi ad rerum veritatem in Eucharistia demonstrandam Euthymium Zigabenum Monachum, qui tempore Alexij Comneni Imperatoris (vt testatur initio Panopliæ) in vigesimum sextum Matthæi scribit: Quemadmodum enim Supernaturaliter adsumptam carnem DEIFICAVIT, si ita loqui liceat: ita & hæc Ineffabiliter TRANSMVTAT in ipsum Viuificum Corpus suum, & in ipsum Pretiosum Sanguinem suum, & in gratiam ipsorum. Aut certè potiùs consulite, vt ad propositum DE CONCORPORALITATE CHRISTI reuertamur, Syrum Theologũ Damascenum Ioãnem, quarto libro De Fide Orthodoxa, cap. decimo quarto: PARTICIPATIO autem dicitur (inquit:) per eam quippe Diuinitatem Iesu participamus. COMMVNIO verò dicitur & est VERE, eò quòd per eam Christo Com-

» municemus, Christique Carnis ac Diuinitatis simus participes. COM-
» MVNICEMVS, inquam, atque VNIAMVR inter nos mutuò inuicem,
» per eam. Etenim ex Vno Pane participamus omnes, Vnum Corpus
» Christi & Vnum Sanguinem; EFFICIMVRQVE MVTVA ALII ALIO-
» RVM MEMBRA, CONCORPORALES CHRISTI APPELLATI: METΑ-
ΛΗΨΙΣ δὲ λέγεται· δι' αὐτῆς γὰρ, τῆς Ἰησοῦ Θεότητος μεταλαμβάνομεν. ΚΟΙ-
ΝΩΝΙΑ λέγεταί τε καὶ ἔστιν ΑΛΗΘΩΣ, διὰ τὸ Κοινωνεῖν ἡμᾶς δι' αὐτῆς τοῦ
Χριστοῦ, καὶ μετέχειν αὐτοῦ τῆς σαρκός τε καὶ τῆς θεότητος. ΚΟΙΝΩΝΕΙΝ δὲ φημὶ,
καὶ ΕΝΟΥΣΘΑΙ ἀλλήλοις δι' αὐτῆς. ἐπεὶ γὰρ ἐξ Ἑνὸς Ἄρτου μεταλαμβάνομεν οἱ
πάντες, Ἓν Σῶμα Χριστοῦ, καὶ Ἓν Αἷμα, ΚΑΙ ΑΛΛΗΛΩΝ ΜΕΛΗ ΓΙΝΟ-
ΜΕΘΑ, ΣΥΣΣΩΜΟΙ ΧΡΙΣΤΟΥ ΧΡΗΜΑΤΙΖΟΝΤΕΣ. Ac etiam in pri-
mis Ierosolymitanum, quæso, Cyrillum consulite, reperietisque
Catechesi Mystagogica quarta, sub figura ac specie Panis datum
Christianis corpus, sub specieque & figura Vini, Sanguinem quo-
que Christi exhibitum, vt participes sitis Corporis & Sanguinis
Christi, Corpore ac Sanguine eius cum eo vnum atque idem effe-
» cti. Christianum instituit, ac sic alloquitur: In Figurâ Panis datur
» tibi Corpus, & in Figura Vini datur tibi Sanguis: ἐν τύπῳ γὰρ ἄρτου,
δίδοταί σοι τὸ σῶμα, καὶ ἐν τύπῳ οἴνου, δίδοταί σοι τὸ αἷμα. Quorsum hæc?
quorsum? vt nimirum fias sisque Σύσσωμος, inquit, καὶ Συναίμος αὐτοῦ,
CONCORPOR AC CONSANGVINEVS EIVS. Porrò in voce Συναίμος,
latêre quid altioris mysterij, Arcanum Euangelicum est. Συναίμος,
quippe propriè FRATER est; ex quo Dominicam sententiam vix ali-
Matth. 12. v.49. ter satis acutè intellectam iam explicatam habeas: Hi sunt FRATRES
Marc. 3. v.vlt. mei: ac rursus, Et Soror, & FRATER est. quod vtrumque, scilicet So-
rorem & Fratrem, ac vtrumque proinde Seruatoris dictum, præ-
Luc.8.v.21. sertim verò vltimum, Συναίμος verbi complexione & sonat & con-
tinet. Tanta est nimirum Eucharistiæ Incarnationisque, Consan-
guinitate Mysterij, affinitas; ex quo Tertulliani, tam celebrata in
Scholis, deducta illa est CONSANGVINITAS DOCTRINÆ. Ac pro-
pterea Magnus Cyrillus, decimo sexto capite quarti libri in
Ioannem: Idcirco, inquit, & CORPVS & MEMBRA Christi nuncupa-
» mur, EO QVOD PER EVLOGIAM (id est, EVCHARISTIAM) IPSVM
» DEI FILIVM IN NOBIS-IPSIS RECIPIAMVS: Διὰ τοῦτο, καὶ ΣΩΜΑ, καὶ
ΜΕΛΗ Χριστοῦ, χρηματίζομεν, ΩΣ ΔΙΑ ΤΗΣ ΕΥΛΟΓΙΑΣ ΑΥΤΟΝ ΕΝ
ΕΑΥΤΟΙΣ ΔΕΧΟΜΕΝΟΙ ΤΟΝ ΥΙΟΝ. Decimo autem septimo capite
Ioan. 6. v.54. » hanc Mysticam Theologiam explicat fusiùs his verbis: Qui man-
» ducat, inquit, meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me
» manet & ego in eo. Quemadmodum enim si quis CERAM alteri
» CERÆ coaptet, alteram eamdem cum altera effectam omnimodè
» introspiciet: ad eum arbitror prorsus modum & is qui recipit Car-
» nem Saluatoris nostri Iesu Christi, & bibit pretiosum eius Sanguinem,
» vti ipsemet ait, VNVM CVM EO inuenitur, CONTEMPERATVS AC
» COALESCENS SALVATORI NOSTRO IESV-CHRISTO,
» SICVT ET COMMIXTVS EI PER EVCHARISTICAM
» PARTICIPATIONEM, ITA VT IN CHRISTO QVIDEM IPSE,

CHRISTVS VERO RVRSVS IN IPSO INVENIATVR. Sic quodammodo & nos ipse Christus in Euangelio secundùm Matthæum, vt pueros Pædagogus solet, erudiebat, dicens: Simile est Regnum Cœlorum, Fermento, quod cùm accepit Mulier, abscondit in Farinæ Satis Tribus, quousque fermentaretur totum. Quæ est autem illa MVLIER; quæ, prætereà eorum quæ Sata dicuntur, TRIAS, vel quid ipsum SATVM omnino est, suo loco explicabitur. In rem modò præsentem de solo FERMENTO dicere sufficiat. Haud secùs ergo quàm PAVLVS ait (tam diligens Cyrillus fuit, vt vel minimas ac reconditas allusiones meas mysticas annotaret) quòd modicum Fermenti totam massam corrumpit seu fermentat; SIC VEL MINIMA RVRSVS EVLOGIA (id est Eucharistia) VNIVERSVM NOSTRVM IN SEIPSAM FERMENTAT CORPVS, AC PROPRIÆ ENERGIÆ VIRTVTISQVE IMPLET. Sic AVTEM ET IN NOBIS FIT CHRISTVS, ET NOS ITIDEM RVRSVS IN CHRISTO. At verò, & verè quidem dicet aliquis, quòd in Toto Conspersionis inest Fermentum, ac vicissim quòd Conspersio eodem loquendi ordine, in Toto Fermento inest: Ὁ γὰρ τρώγων μου φησὶ τὴν Σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ Αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ΚΗΡΟΝ ἑτέρῳ συνάψειε ΚΗΡΩ, πάντως δήπου, τὸν ἕτερον ἐν ἑτέρῳ γεγονότα κατόψεται· τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον, καὶ ὁ τὴν ΣΑΡΚΑ δεχόμενος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, καὶ πίνων αὐτοῦ τὸ τίμιον αἷμα, καθά φησιν αὐτός, ἓν ὡς πρὸς αὐτὸν εὑρίσκεται, ΣΥΝΑΝΑΚΙΡΝΑΜΕΝΟΣ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΩΣΠΕΡ ΚΑΙ ΑΝΑΜΙΓΝΥΜΕΝΟΣ ΑΥΤΩ, ΔΙΑ ΤΗΣ ΜΕΤΑΛΗΨΕΩΣ, ΩΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΜΕΝ ΑΥΤΟΝ ΕΥΡΙΣΚΕΣΘΑΙ, ΧΡΙΣΤΟΝ ΔΕ ΑΥ ΠΑΛΙΝ ΕΝ ΑΥΤΩ. Οὕτω πως ἡμᾶς καὶ ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ, ὁ Χριστὸς ΕΠΑΙΔΑΓΩΓΕΙ, λέγων· Ὁμοία ἐστὶν ἡ Βασιλεία τῶν οὐρανῶν, Ζύμῃ· ἣν λαβοῦσα γυνή, ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. Τίς μὲν οὖν ἡ ΓΥΝΗ, τίς δὲ τῶν καλουμένων Σάτων ἡ ΤΡΙΑΣ, ἢ καὶ τί τὸ ΣΑΤΟΝ ὅλως ἐστίν, ἐν οἰκείῳ λελέξεται τόπῳ. Πρὸς δέ γε τὸ παρόν, εἰς μόνην ἐροῦμεν τὴν ΖΥΜΗΝ. Ὥσπερ οὖν ὁ ΠΑΥΛΟΣ ἔφη, ὅτι μικρὰ Ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, ΟΥΤΩΣ ΟΛΙΓΙΣΤΗ ΠΑΛΙΝ ΕΥΛΟΓΙΑ, ΣΥΜΠΑΝ ΗΜΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΗΝ ΑΝΑΦΥΡΕΙ ΤΟ ΣΩΜΑ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΔΙΑΣ ΕΝΕΡΓΕΙΑΣ ΑΝΑΠΛΗΡΟΙ. ΟΥΤΩ ΤΕ ΕΝ ΗΜΙΝ ΓΙΝΕΤΑΙ ΧΡΙΣΤΟΣ, ΚΑΙ ΗΜΕΙΣ ΑΥ ΠΑΛΙΝ ΕΝ ΑΥΤΩ. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀληθεύων ἐρεῖ τις, ὅτι καὶ ἐν παντὶ μέν ἐστιν ἡ Ζύμη τοῦ Φυράματος, καὶ τὸ Φύραμα δὲ κατὰ τὸν ἴσον λόγον, ἐν ὅλῃ γίνεται τῇ ζύμῃ. Quapropter ad tanti tamque noui Sacramenti significationem nouum vocabulum Theologicum audimus, CONCORPORALES Σύσσωμοι, quod præter quàm hoc loco, nusquam in Scriptura reperitur. Quamuis enim DE INCARNATIONIS DOMINICÆ, VOCATIONISQVE GENTIVM AD ECCLESIÆ VNITATEM MYSTERIO, eò loci ageremus, nouo tamen Eucharistico Verbo, hanc nostram DE INCARNATIONE, qua Filius Dei (vt ἐνανθρωπήσαντα è Græco Constantinopolitano Symbolo à Gregorio Nysseno, vt creditur, composito, Dionysius Exiguus vertit) HVMANATVS EST, Orationem, tanquam stella quadam, notauimus & illuminauimus, vt alterius Sacramenti

Matth. 13. v. 33.

vis ad alterum sibi affine ac propinquum aptiùs faciliúsque decurreret. Nec verò acerrimum diligentissimumque illum verborum meorum inuestigatorem, eumdem Alexandrinum Cyrillum (qui idcirco, vt superiùs diximus, totius Ecclesiæ voce, acclamante Oecumenica Ephesina Synodo, Actione secunda, post Sancti Cœlestini Papæ ad Synodum Epistolæ lectionem, NOVVS PAVLVS, ΝΕΟΣ ΠΑΥΛΟΣ renunciatus est, quòd id Ephesi toti Ecclesiæ traderet, quod Ephesinæ Ecclesiæ reliquis tradendum tradideram; non modò DE INCARNATIONE seu CONCORPORALITATE CHRISTI, sed & DE EVCHARISTIA ac CONCORPORALITATE GENTIVM CVM CHRISTO) haud, inquam, Cyrillum ista cogitatio latuit, dum Ioannem explanaret. Quo loco etiam atque etiam facite vt recordemini qua grauitate dixerit: Quamquam ipso PAVLO dicente (Prioris videlicet ad
1.Cor.10. v.18. » Corinthios decimo) Omnes enim VNVM CORPVS sumus in Christo, quoniam VNVS PANIS multi sumus. Omnes enim EX VNO PANE participamus. Dicat enim nobis aliquis causam, & doceat obiter MYSTICÆ EVLOGIÆ (id est, Eucharistiæ) VIRTVTEM. Haud enim sine causa recipitur in nobis. At quænam quæso illa est? nunquid & CORPORALITER nobis inhabitare Christum facit PARTICIPATIONE AC COMMVNIONE SANCTÆ EIVS CARNIS? Existimo quippe rectè dici. Scribit enim PAVLVS (hoc quem explicamus tertij Ephesiorum loco) factas esse Gentes CONCORPORALES & Comparticipes, & Coheredes CHRISTI. CONCORPORALES igitur quo pacto dictæ sunt? DIGNÆ NIMIRVM REDDITÆ PARTICIPATIONE EVLOGIÆ MYSTICÆ, VNVM CVM CHRISTO EFFECTÆ SVNT CORPVS, PERINDE AC QVISQVE SANCTORVM APOSTOLORVM. Aliàs enim quorsum membra Christi propria, immò verò omnia
1.Cor.6. v.15. » tanquam sua membra, cognominasset? Scribit namque Sic: Nescitis quoniam Membra vestra, Membra, sunt Christi? Tollens igitur Membra Christi, faciam Membra Meretricis? Absit. Sed & ipse
Io 6.v.57. » Saluator, Qui manducat, inquit, meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet & ego in illo. In hoc enim potissimùm considerandum est quomodo NON SECVNDVM HABITVDINEM quamdam solam affectione INTELLECTVALEM in vobis fore dicit Christus, SED ET SECVNDVM PARTICIPATIONEM, nempe PHYSICAM AC NATVRALEM (id est, Maximè Realem.) Quemadmodum enim si quis CERAM alteri CERÆ implicet, igneque admoto colliquefaciat, VNVM quiddam ex ambobus facit; SIC PER PARTICIPATIONEM CORPORIS CHRISTI ET PRETIOSI EIVS SANGVINIS, IPSE QVIDEM IN NOBIS, NOS VERO RVRSVS IN IPSO COADVNAMVR: Καίτοι τοῦ ΠΑΥΛΟΥ λέγοντος, εἰ γὰρ πάντες ΕΝ ΣΩΜΑ ἐσμὲν ἐν Χριστῷ, ὅτι ΕΙΣ ΑΡΤΟΣ, οἱ πολλοὶ ἐσμέν. Οἱ γὰρ πάντες ΕΚ ΤΟΥ ΕΝΟΣ ΑΡΤΟΥ μετέχομεν. Λεγέτω γάρ τις ἡμῖν τὴν αἰτίαν, καὶ διδασκέτω παρελθὼν ΤΗΣ ΜΥΣΤΙΚΗΣ ΕΥΛΟΓΙΑΣ ΤΗΝ ΔΥΝΑΜΙΝ. Γίνεται γὰρ ἐν ἡμῖν διὰ τί. ἆρ' οὐχὶ καὶ ΣΩΜΑΤΙΚΩΣ ἡμῖν ἐνοικίζουσα τὸν Χριστὸν, ΤΗ ΜΕΘΕΞΕΙ ΚΑΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΑΥΤΟΥ ΣΑΡΚΟΣ;

ἀλλ' οἶμαι λέγειν ὀρθῶς. γράφει γὰρ ὁ ΠΑΥΛΟΣ γεγενῆσθαι τὰ ἔθνη ΣΥΣΣΩΜΑ, καὶ Συμμέτοχα, καὶ Συγκληρονόμα ΧΡΙΣΤΟΥ. ΣΥΣΣΩΜΑ τοιγαροῦν, κατὰ ποῖον ἀποφανθῇ τρόπον; ΑΞΙΩΘΕΝΤΑ ΓΑΡ ΜΕΤΑΣΧΕΙΝ ΤΗΣ ΕΥΛΟΓΙΑΣ ΤΗΣ ΜΥΣΤΙΚΗΣ, ΕΝ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΝ ΓΕΓΟΝΕ ΣΩΜΑ, ΚΑΘΑΠΕΡ ΑΜΕΛΕΙ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ. Ἐπεὶ διὰ ποίαν αἰτίαν μέλη τοῦ Χριστοῦ, τὰ οἰκεῖα, μᾶλλον δὲ τὰ πάντα, ὡς αὐτοῦ κατωνόμασε μέλη; Γράφει γὰρ οὕτως, οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ μέλη ὑμῶν, μέλη Χριστοῦ ἐστίν; ἄρα οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, φησὶ, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. ἐν γὰρ δὴ τούτῳ μάλιστα κατιδεῖν ἄξιον, ὡς ΟΥ ΚΑΤΑ ΣΧΕΣΙΝ τινὰ μόνην, ΤΗΝ ἐν διαθέσει ΝΟΟΥΜΕΝΗΝ ἐν ὑμῖν ἔσεσθαι φησὶν ὁ Χριστὸς, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΜΕΘΕΞΙΝ, ΗΤΟΙ ΦΥΣΙΚΗΝ. Ὥσπερ γὰρ, εἴ τις ΚΗΡΟΝ ἑτέρῳ συναναπλέξας ΚΗΡΩ, καὶ πυρὶ συγκατατήξας, ἕν τι τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἐργάζεται· ΟΥΤΩ ΔΙΑ ΤΗΣ ΜΕΤΑΛΗΨΕΩΣ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ, ΑΥΤΟΣ ΜΕΝ ΕΝ ΗΜΙΝ, ΗΜΕΙΣ ΔΕ ΑΥ ΠΑΛΙΝ ΕΝ ΑΥΤΩ ΣΥΝΕΝΟΥΜΕΘΑ.

CAP. XXII.

Sic è contrario sermocinante me cum eorundem Ephesiorum Episcopo Timotheo, ab Eucharistia ad Incarnationem, vicinitate quadam complexuque Mysteriorum confestim delabebatur oratio. DE DIACONIS enim SACRIFICII ALTARIS AC SACRIS MENSÆ MINISTRIS vix sermo institutus erat: DIACONI sint vnius vxoris viri, qui filiis suis bene præsint, & suis domibus. Qui enim benè ministrauerint, GRADVM BONVM sibi acquirent ET MVLTAM FIDVCIAM IN FIDE quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire citò. Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in Domo Dei CONVERSARI, quæ est ECCLESIA DEI VIVI, Columna & Firmamentum Veritatis. Vix, inquam, finem De Diaconis dicendi feceram, cùm De Incarnatione Verbi; tanquam DE SACRA, vt vocant Græci, OECONOMIA, haud à Diaconi munere aliena; quodam Spiritus impetu exclamaui, ac in has voces quasi prorupi: Et manifestè magnum est PIETATIS SACRAMENTVM; (ex quo Eucharistiam SACRAMENTVM PIETATIS appellat Tertiæ Partis Octuagesima Quæstione Diuus Thomas, & simpliciter Augustinus Diui Thomæ singularis Doctor, PIETATEM, decimo capite libri tertij De Trinitate) quod manifestatum est in Carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in Mundo, assumptum est in Gloria. Græcè paulò aliter, & plenius: ΘΕΟΣ ἐφανερώθη ἐν Σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν Πνεύματι, ὤφθη Ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν Ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν Κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν Δόξῃ. ac si dixissem: Et sine controuersia magnum est PIETATIS SACRAMENTVM. DEVS conspicuus factus est in carne, iustificatus est in Spiritu, (sicut nimirum quinquagesimo capite Isaias prædixerat: Iuxta est qui iustificat me: quis contradicet mihi?) conspectus est ab Angelis; prædicatus est Gentibus, fides illi habita est in Mundo, sursum rursumque receceptus est in Gloriam. Ergo vt ad argumentum redeam, Gentes CON-

1.Tim.3.v.12.

If.50.

CORPORALES sunt per Incarnationem, Deo; per Vocationem ac Vnitatem Ecclesiæ, sibi; per Eucharistiam, Christo. Qua de re, vt quondam DE INCARNATIONE Cyrillum, DE PRÆDESTINATIONE ET GRATIA Augustinum, DE ANGELIS ET EVCHARISTIA Thomam; sic olim Trinitatis atque HOMOOVSII seu CONSVBSTANTIALIS doctorem Hilarium mirata est similiter, licèt dissimili quadam via philosophantem, Gallicana Antiquitas. Octaui eius libri haud ita procul ab initio, verba sunt digna Theologiâ Gallicanâ: Eos nunc qui inter Patrem & Filium, inquit, Voluntatis ingerunt Vnitatem, interrogo, Vtrumne PER NATVRÆ VERITATEM hodie Christus in nobis sit, an PER CONCORDIAM VOLVNTATIS? Si enim VERE verbum Caro factum est, & nos VERE Verbum Carnem CIBO DOMINICÓ sumimus: quomodo non NATVRALITER manere in nobis existimandus est, qui & naturam Carnis nostræ iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis SVB SACRAMENTO NOBIS COMMVNICANDÆ CARNIS admiscuit? ita enim omnes vnum sumus: quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis est. Quisquis ergo NATVRALITER (id NATVRALITER, dicit Hilarius, quod nunc vos REALITER, vt ΦΥΣΙΚΩΣ illud Græcorum ac Cyrilli ΜΕΘΕΞΙΝ ΦΥΣΙΚΗΝ, PARTICIPATIONEM NATVRALEM, quam paulò antè audistis pro REALI posuisse, meliùs exprimeret; quia nihil est ipsa rerum naturâ, vt ita dicam, REALIVS) Patrem in Christo negabit, neget priùs, non NATVRALITER vel se in Christo, vel Christum sibi inesse: quia in Christo Pater & CHRISTVS IN NOBIS, vnum in his esse nos faciunt. Si VERE igitur carnem corporis nostri Christus adsumpsit, & VERE homo ille, quia ex Maria natus fuit, Christus est, nosque VERE SVB MYSTERIO CARNEM CORPORIS SVI SVMIMVS, & per hoc vnum erimus, quia Pater in eo est, & ille in nobis; quomodo Voluntatis Vnitas asseritur, CVM NATVRALIS PER SACRAMENTVM PROPRIETAS PERFECTÆ SACRAMENTVM SIT VNITATIS? Non est humano aut SÆCVLI SENSV in Dei rebus loquendum, neque per VIOLENTAM ATQVE IMPVDENTEM PRÆDICATIONEM cœlestium dictorum sanitati alienæ atque impiæ intelligentiæ extorquenda peruersitas est. Quæ scripta sunt, legamus; & quæ legerimus, intelligamus, & tunc PERFECTÆ FIDEI officio fungemur. DE NATVRALI enim IN NOBIS CHRISTI VERITATE, quæ DICIMVS, nisi ab eo DISCIMVS, stultè atque impiè dicimus. Ipse enim ait: Caro mea VERE est esca, & Sanguis meus VERE est potus. Qui edit Carnem meam, & bibit Sanguinem meum, IN ME manet, & ego IN EO. DE VERITATE CARNIS ET SANGVINIS NON RELICTVS EST AMBIGENDI LOCVS: NVNC ENIM ET IPSIVS DOMINI PROFESSIONE ET FIDE NOSTRA VERE CARO EST, ET VERE SANGVIS EST. ET HÆC ACCEPTA ATQVE HAVSTA ID EFFICIVNT, VT ET NOS IN CHRISTO, ET CHRISTVS IN NOBIS SIT. Anne hoc Veritas non est? Contingat planè his verum non

Io.6.v.56.

esse qui Christum Iesum VERVM esse Deum denegant. EST ERGO IN NOBIS IPSE PER CARNEM, ET SVMVS IN EO, DVM SECVM HOC QVOD NOS SVMVS, IN DEO EST. QVAM AVTEM IN EO PER SACRAMENTVM COMMVNICATÆ CARNIS ET SANGVINIS SIMVS, ipse testatur dicens: Et hic mundus iam me non videt, vos autem me videbitis, quoniam ego viuo, & vos viuetis. Quoniam ego in Patre meo, & vos IN ME, & EGO IN VOBIS. Si Voluntatis tantùm Vnitatem intelligi velit, cur GRADVM quemdam atque ordinem CONSVMMANDÆ VNITATIS exposuit: nisi vt cùm ille in Patre PER NATVRAM DIVINITATIS esset, nos contra in eo per CORPORALEM EIVS NATIVITATEM, & ille rursum in nobis PER SACRAMENTORVM inesse MYSTERIVM crederetur? acsi perfecta per Mediatorem Vnitas doceretur, cùm nobis in se manentibus, ipse maneret in Patre; & in Patre manens, maneret in nobis: & ITA AD VNITATEM PATRIS PROFICEREMVS, cùm qui in eo NATVRALITER secundùm natiuitatem inest, nos quoque in eo naturaliter inessemus, ipso in nobis NATVRALITER permanente. Quàm autem in nobis NATVRALIS HÆC VNITAS sit; ipse ita testatus est: Qui edit Carnem meam, & bibit Sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. NON ENIM QVIS IN EO ERIT, NISI IN QVO IPSE FVERIT, EIVS TANTVM IN SE ADSVMPTAM HABENS CARNEM, QVI SVAM SVMPSERIT. PERFECTÆ autem huius VNITATIS SACRAMENTVM superiùs iam docuerat, dicens: Sicut me misit viuens Pater, & ego viuo per Patrem; & qui manducauerit meam carnem, & ipse viuet per me. Viuit ergo per Patrem. Et Quo modo PER PATREM viuit; eodem modo nos PER CARNEM EIVS viuimus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur, vt id de quo agitur secundùm propositum exemplum adsequatur. Hæc verò vitæ nostræ causa est, quòd in nobis CARNALIBVS manentem PER CARNEM Christum habemus: Victuris nobis per eum, ea conditione quâ viuit ille per Patrem. SI ERGO NOS NATVRALITER SECVNDVM CARNEM PER EVM VIVIMVS, ID EST, NATVRAM CARNIS SVÆ ADEPTI; QVOMODO NON NATVRALITER SECVNDVM SPIRITVM IN SE PATREM HABEAT, CVM VIVAT IPSE PER PATREM? Per Patrem autem viuit, dum natiuitas non alienam ei intulit diuersamque naturam, dum quod est, & ab eo est, nec tamen ab eo per aliquam incidentem naturæ dissimilitudinem separatur; DVM IN SE HABET PATREM PER NATIVITATEM IN VIRTVTE NATVRÆ. Hæc autem idcirco à nobis commemorata sunt, quia Voluntatis tantùm inter Patrem & Filium Vnitatem Hæretici mentientes, VNITATIS NOSTRÆ AD DEVM VTEBANTVR EXEMPLO; tanquam nobis ad Filium, & per Filium ad Patrem Obsequio tantùm ac VOLVNTATE RELIGIONIS vnitis, nulla per SACRAMENTVM CARNIS ET SANGVINIS Naturalis Communionis Proprietas indulgeretur: cùm & per honorem nobis datum Dei filij, & permanentem in nobis CARNALITER Fi-

Io. 14. v. 19.

Io. 6. v. 56.

» lium, & in eo nobis CORPORALITER & Inſeparabiliter vnitis MY-
» STERIVM VERÆ AC NATVRALIS VNITATIS ſit prædicandum.
» Reſponſum igitur à nobis eſt STVLTITIÆ FVRENTIVM, ad de-
» monſtrationem tantùm inanis mendacij, ne imperitos fallerent VA-
» NÆ AC RIDICVLÆ ASSERTIONIS ERRORE. Cæterùm Fides Euan-
» gelica reſponſionis noſtræ neceſſitate non eguit. VNITATEM NO-
» STRAM AD DEVM Domiuus pro nobis precatus eſt, ſuam verò ob-
» tinet ille & in ea manet. NEC PER SACRAMENTVM DISPENSA-
» TIONIS Vnum ſunt, ſed PER NATVRÆ NATIVITATEM, dum ni-
» hil in eo ex ſe Deus eum gignendo degenerat. Vnum ſunt, dum
» quæ de manu eius, non rapiuntur de manu Patris; dum eo cogni-
» to, Pater cognitus eſt; dum eo viſo, Pater viſus; dum in operante
» ſe, operatur Pater; dum ipſe in Patre eſt, & Pater in eo eſt. Hoc
» non præſtat CREATVRA, ſed NATIVITAS: non efficit VOLVNTAS,
» ſed POTESTAS: non loquitur VNANIMITAS, ſed NATVRA. Hæc
GALLORVM THEOLOGVS, qui Actione quarta Sextæ Synodi, in
Agathonis Pont. Max. ad Imperatorem & Auguſtos Epiſtola, DE-
FENSOR VERITATIS EGREGIVS, ὁ τῆς ἀληθείας ἐξοχώτατος ἐκδικητής,
appellatur. Vnde tanquam pro Theologia Græca, Cyrillus, decimo
» quarto capite quarti in Ioannem libri: Et quoniam VIVIFICATI-
» VA facta eſt Saluatoris CARO, quæ quidem NATVRALI vnita eſt
» VITÆ, ipſi videlicet Dei Verbo, QVANDO EAM DEGVSTAMVS,
» TVNC IPSAM VITAM HABEMVS IN NOBIS-IPSIS COADVNATI,
» ET NOS EIDEM, QVEMADMODVM IPSA INHABITANTI VERBO:
Καὶ ἐπειδὴ ΖΩΟΠΟΙΟΣ γέγονε τοῦ σωτῆρος ἡ ΣΑΡΞ, ἅτε δὴ ΤΗ ΚΑΤΑ ΦΥ-
ΣΙΝ ἡνωμένη ΖΩΗ, τῷ ἐκ Θεοῦ δηλονότι λόγῳ, ΟΤ' ΑΝ ΑΥΤΗΣ ΑΠΟ-
ΓΕΥΣΩΜΕΘΑ, ΤΟΤΕ ΤΗΝ ΖΩΗΝ ΕΧΟΜΕΝ ΕΝ ΕΑΥΤΟΙΣ, ΣΥΝΕ-
ΝΟΥΜΕΝΟΙ ΚΑΙ ΗΜΕΙΣ ΑΥΤΗ, ΚΑΘΑΠΕΡ ΟΥΝ ΑΥΤΗ ΤΩ
ΕΝΟΙΚΗΣΑΝΤΙ ΛΟΓΩ. Nec non & Chryſoſtomus, Homiliâ octua-
» geſimâ tertiâ in Matthæum, de Euchariſtia tractans: Multæ Matres
» poſt partum, aliis Nutricibus Infantes dederunt, quod ipſe facere
» noluit, SED PROPRIO CORPORE NOS ALIT, ET SIBI CONIVN-
» GIT ATQVE CONGLVTINAT. Conſideremus autem, ex noſtra gene-
» ratus eſt ſubſtantia. Sed nihil hoc (inquies) ad omnes pertinet:
» immo ad omnes. Nam ſi AD NATVRAM noſtram deſcendit, pàtet
» quoniam AD OMNES: quòd ſi ad omnes, & ad vnumquemque pro-
» fectò. Sed quomodo non omnes inde lucrum conſecuti ſunt, in-
» quies? Id certè non illius cauſâ, qui maximè hoc optat, accidit. Sed
» eorum culpâ qui eum ſuſcipere nolunt. SINGVLIS ENIM FIDELI-
» BVS PER HOC MYSTERIVM SE CONIVNGIT: & quos peperit, EX
» SESE NVTRIT, & non aliis nutriendos tradit. HAC ETIAM RE TI-
» BI PERSVADENS CARNEM ILLAM TVAM ADSVMPSISSE: tanta igitur
» charitate atque honore affecti non torpeamus. Non videtis PAR-
» VVLOS, quanta animi alacritate mammillas arripiunt! qua preſſio-
» ne papillis infigunt labia? non minore cupiditate nos quoque, ad
» hanc Menſam, AD HVIVS CALYCIS SPIRITALEM ACCEDAMVS PA-

PILLAM. Immo verò maiore deſiderio QVASI LACTENTES (Græcè, «
ὑπομάζια, id eſt, propriè, QVI SVNT SVB VBERIBVS, vel QVI AB VBE- «
RIBVS PENDENT) PVERI GRATIAM SPIRITVS SVGAMVS: vnus ſit no- «
bis dolor, vna mœſtitia, ſi hoc ALIMENTO SPIRITVALI priuamur. Non «
ſunt humanæ virtutis opera, QVÆ HIC IACENT; quæ tunc in illa Cœ- «
na confecit, IPSE NVNC QVOQVE HÆC EADEM OPERATVR, IPSE «
PERFICIT. MINISTRORVM nos ORDINEM tenemus; QVI VERO «
HÆC SANCTIFICAT ET TRANSMVTAT, IPSE EST: Μητέρες πολλάκις «
εἰσὶν, αἳ ἑτέραις ἐκδιδόασι τροφοῖς τὰ παιδία, αὐτὸς δὲ τοῦτ' οὐκ ἠνέσχετο, ΑΛΛ' ΑΥΤΟΣ ΗΜΑΣ ΤΡΕΦΕΙ ΟΙΚΕΙΩ ΣΩΜΑΤΙ, ΚΑΙ ΔΙΑ ΠΑΝΤΩΝ ΗΜΑΣ ΕΑΥΤΩ ΣΥΜΠΛΕΚΕΙ. Σκόπει δὲ, ἐγεννήθη ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας, ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο πρὸς πάντας, φασί, καίτοιγε πρὸς πάντας. εἰ γὰρ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΦΥΣΙΝ ἦλθε τὴν ἡμετέραν, εὔδηλον ὅτι ΠΡΟΣ ΠΑΝΤΑΣ· εἰ δὲ πρὸς πάντας, καὶ πρὸς ἕνα ἕκαστον. καὶ πῶς οὐχ ἅπαντες ἐκαρπώσαντο τὸ ἐντεῦθεν κέρδος, φησί; τοῦτο οὐ παρ' ἐκεῖνον, τὴν ὑπὲρ ἁπάντων τοῦτο ἑλόμενον, ἀλλὰ παρὰ τοὺς μὴ βουληθέντας, ΕΝΙ ΕΚΑΣΤΩ ΤΩΝ ΠΙΣΤΩΝ ΑΝΑΜΙΓΝΥΣΙΝ ΕΑΥΤΟΝ, ΔΙΑ ΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ, καὶ οὓς ΕΓΕΝΝΗΣΕΝ, ΕΚΤΡΕΦΕΙ ΔΙ ΕΑΥΤΟΥ, καὶ οὐκ ἄλλοις ἐκδίδωσι, καὶ ΤΟΥΤΩ ΣΕ ΠΕΙΘΩΝ ΠΑΛΙΝ, ὅτι ΣΑΡΚΑ ΕΛΑΒΕ ΣΗΝ. μὴ τοίνυν ῥαθυμῶμεν, τοσαύτης ἠξιωμένοι ἀγάπης τε καὶ τιμῆς. Ουχ ὁρᾶτε τὰ ΠΑΙΔΙΑ, μεθ' ὅσης προθυμίας δράσσεται τοῦ μαστοῦ; μεθ' ὅσης τῆς ὁρμῆς ἐμπήγνυσι τὰ χείλη τῇ θηλῇ; μετὰ τοσαύτης προσίωμεν καὶ ἡμεῖς τῇ Τραπέζῃ ταύτῃ, καὶ ΤΗ ΘΗΛΗ ΤΟΥ ΠΟΤΗΡΙΟΥ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΥ. μᾶλλον δὲ καὶ μετὰ πολλῷ πλείονος, ΕΛΚΥΣΩΜΕΝ προθυμίας, ΩΣ ΠΑΙΔΙΑ ΥΠΟΜΑΖΙΑ, ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΤΗΝ ΧΑΡΙΝ. καὶ μία ἡμῖν ἔστω ὀδύνη, τὸ μὴ μεταχεῖν ταύτης τῆς τροφῆς. οὐκ ἔστιν ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἔργα, ΤΑ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΑ. ὁ τότε ταῦτα ποιήσας ἐν ἐκείνῳ τῷ δείπνῳ, ΟΥΤΟΣ ΚΑΙ ΝΥΝ ΑΥΤΑ ΕΡΓΑΖΕΤΑΙ. ἡμεῖς ΥΠΗΡΕΤΩΝ ΤΑΞΙΝ ἔχομεν· Ο ΔΕ ΑΓΙΑΖΩΝ ΑΥΤΑ, ΚΑΙ ΜΕΤΑΣΚΕΥΑΖΩΝ, ΑΥΤΟΣ. Ex quibus omnino patet nos ineffabili prorſus myſterio & ſumere & fieri EVCHARISTIA Carnem Chriſti, (quod pluribus eò loci docet Chryſoſtomus) quemadmodum Chriſtus INCARNATIONE & adſumpſit Carnem noſtram, & Caro noſtra factus eſt. Quare Sanctus Fulbertus, Carnotenſis Epiſcopus, Epiſtolâ primâ, ad Adeodatum, ait: In Eucharistia, NOS IN CORPVS CRISTI TRANSFVNDI, in nobis ipſum manere non ſolùm PER CONCORDIAM VOLVNTATIS, ſed etiam PER NATVRÆ VNITÆ VERITATEM: immo NATVRALITER, id eſt, Phyſicè ac Realiter & Subſtantialiter; (ita vt non ſolùm Corporis Chriſti virtus, ſed NATVRA ſubſtantiaque ipſa participantibus Euchariſtiam inſit) ſi rectè meminiſtis Antiquos Terminos Veteris Gallicanæ SCHOLÆ, quorum apud Hilarium præter hunc exſtant multa & manifeſta veſtigia, à quo vt tunc recentiora, Fulbertus eſt libe̍nter mutuatus, vt More Maiorum, grauiter, ſeuerè priſcéque ageret atque diſſereret. Tunc enim non modò cum aliis ſentire, ſed & cum aliis loqui mos erat. Et certè Maiores veſtri DE MYSTERIO INCARNATIONIS, SIVE, vbi me Plenitudinem Diuinitatis in Chriſto CORPORALITER inhabitantem dicere audiſſent; DE MYSTERIO EVCHARISTIÆ, SIVE, NOSTRÆ CVM

CHRISTO CONCORPORALITATIS, Christum in nobis, nosque in Christo NATVRALITER esse, manereque non solùm per concordiam Voluntatis, sed etiam per Naturæ vnitæ veritatem, &, quod supra Cyrillus posuerat, per Participationem Naturalem, κατὰ μέθεξιν τὴν φυσικὴν, vt quemadmodum ego Naturam Dei in Christo, sic illi Naturam Christi in nobis fortiùs exprimerent, scribere affectarunt. Hinc imitatione Hilarij, Sacramentum Eucharistiæ, SACRAMENTVM NOBIS COMMVNICANDÆ CARNIS Fulbertus appellat. Deinde vocat INCARNATÆ DEITATIS VITALE PVLMENTVM. Epistola vero ad Finardum, ipsis planè Hilarii verbis, SACRAMENTVM COMMVNICATÆ CARNIS nominauit. Ac tandem ibidem confirmat, EVCHARISTIAM, siue Dominicum illum Cibum quem Sacræ Ordinationis vetere Gallicano mystico illo ritu SACERDOS RECENS ORDINATVS de manu sumebat Episcopi, PER QVADRAGINTA DIES MANDVCANDVM, repræsentare Cibum Cœlestem ac Suauitatem Angelicam; quâ Discipuli, Cœlestis Agni passione peracta, per quadraginta dies glorificati corporis reuelata specie, tanquam cœlesti suauitate refecti sunt: idque repræsen-
» tare non PER TYPICAS AVT VMBRATILES FIGVRAS, sed PER
» INDVBITATAM VNIONIS VERITATEM. Ac diuinum in modum Proto-Scholasticus Damascenus Oratione tertia de Imaginibus:
» Non diuinæ Naturæ participes & socij facti sunt Angeli, sed ACTIO-
» NIS ET GRATIÆ: Homines verò participes & socij fiunt Naturæ,
» QVICVMQVE SANCTVM CHRISTI CORPVS SVMVNT ET PRE-
» TIOSVM EIVS SANGVINEM BIBVNT. Per Hypostasim enim, siue
» Personam, illa Diuinitati coniunguntur, Duæque Naturæ in
» Christi corpore, quod à nobis sumitur, Personâ coniunctæ sunt
» sine distractione. Itaque duplicis naturæ participes efficimur, Cor-
» poris, CORPORALITER vel RATIONE CORPOREA: Diuinitatis au-
» tem SPIRITVALITER, vel RATIONE SPIRITALI: immò verò vtrius-
» que per Vtramque Rationem, NON SECVNDVM HYPOSTASIN
» siue PERSONAM, IDEMTIFICATI sumus: (Quippe qui cùm
» priùs essemus, postea coniuncti fuimus) SED SECVNDVM
» ANACRASIN, id est, PER CORPORIS ET SANGVINIS
» CONCRETIONEM: Οὐ μετέσχον Ἄγγελοι, οὐδὲ ἐγένοντο Θείας κοινωνοὶ Φύσεως, ἀλλ' ΕΝΕΡΓΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΧΑΡΙΤΟΣ. Ἄνθρωποι δὲ μετέχουσι, καὶ κοινωνοὶ Θείας Φύσεως γίνονται, ΟΣΟΙ ΜΕΤΑΛΑΜΒΑΝΟΥΣΙ ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, τὸ ΑΓΙΟΝ, καὶ πίνουσι τὸ αἷμα αὐτοῦ, τὸ ΤΙΜΙΟΝ. Θεότητι γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἥνωται, καὶ Δύο Φύσεις ἐν τῷ μεταλαμβανομένῳ ὑφ' ἡμῶν σώματι τοῦ Χριστοῦ ἡνωμέναι καθ' Ὑπόστασιν εἰσὶν, ΑΔΙΑΣΠΑΣΤΩΣ. καὶ τῶν δύο φύσεων μετέχομεν, Τοῦ Σώματος, ΣΩΜΑΤΙΚΩΣ, Τῆς Θεότητος, ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΩΣ. μᾶλλον δὲ ἀμφοῖν κατ' Ἄμφω, ΟΥ ΚΑΘ' ΥΠΟΣΤΑΣΙΝ ΤΑΥΤΙΖΟΜΕΝΟΙ (ὑφιστάμεθα γὰρ πρῶτον, καὶ τότε ἑνούμεθα,) ΑΛΛΑ ΚΑΤ' ΑΝΑΚΡΑΣΙΝ τοῦ Σώματος, καὶ Αἵματος. Et capite decimo quarto libri quarti De Fide Orthodoxa: Per hoc (inquit, de Corpore ac Sanguine Chri-

sti

ſti loquens) purgati, VNIMVR Corpori Domini, & Spiritui eius, & EFFICIMVR CORPVS CHRISTI. Iſte Panis eſt, PRIMITIÆ FVTVRI PANIS, QVI EST SVPERSVBSTANTIALIS: Δι' αὐτοῦ καθαιρόμενοι, ΕΝΟΥΜΕΘΑ τῷ Σώματι τοῦ Κυρίου, καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ, καὶ ΓΙΝΟΜΕΘΑ ΣΩΜΑ ΧΡΙΣΤΟΥ. Οὗτος ὁ ἄρτος ἐστὶν, Η ΑΠΑΡΧΗ ΤΟΥ ΜΕΛΛΟΝΤΟΣ ΑΡΤΟΥ, ΟΣ ΕΣΤΙΝ ΕΠΙΟΥΣΙΟΣ. Vnde Marius Victorinus Afer (cuius meminit Auguſtinus libro octauo Confeſſionum capite ſecundo, ac Hieronymus libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, quique floruit tempore Conſtantij Imperatoris, anno quadrageſimo, vt ipſe de ſe teſtatur, poſt Concilium Nicænum) libro ſecundo contra Arium; Nos CHRISTIANI, inquit, id eſt, qui in Chriſtum credimus, docemur in Euangelio quomodo Deum Patrem rogare debeamus: in qua oratione, cùm multa petimus, tum petimus Panem QVI PANIS VITA EST. Sic enim dictum eſt: Hic enim eſt Panis qui de Cælo deſcendit. Hanc Vitam & Chriſti & Dei, id eſt, Æternam, quo nomine ipſe dicit: ἐπιούσιον ἄρτον, EX EADEM ΟΥΣΙΑ PANEM, id eſt, DE VITA DEI CONSVBSTANTIALEM VITAM. Vnde enim Filij Dei erimus, niſi PARTICIPATIONE VITÆ ÆTERNÆ: quam nobis Chriſtus à Patre adferens dedit? Hoc ergo eſt, δὸς ἡμῖν τὸν ἐπιούσιον ἄρτον, id eſt, VITAM EX EADEM SVBSTANTIA. Etenim ſi quod accipimus, CORPVS CHRISTI EST, ipſe autem Chriſtus Vita eſt, quærimus ἐπιούσιον ἄρτον. DIVITIÆ ENIM IN CHRISTO CORPORALITER HABITANT. Græcum igitur Euangelium habet ἐπιούσιον. quod denominatum eſt à SVBSTANTIA, & vtique DEI SVBSTANTIA. Hoc LATINI VEL NON INTELLIGENTES, VEL NON VALENTES EXPRIMERE, non potuerunt dicere, & tantummodo QVOTIDIANVM poſuerunt, non Ἐπιούσιον. Actandem de ea re contra Albigenſes impiumque Almaricum TRANSSVBSTANTIATIONEM in Gallia negantes, ſic ſtatuit & reuelat Generale Concilium Lateranenſe Quartum Decreto primo ſuo Synodico, quod DE FIDE CATHOLICA inſcribitur: VNA VERO EST FIDELIVM VNIVERSALIS ECCLESIA, EXTRA QVAM NVLLVS OMNINO SALVATVR: IN QVA IDEM IPSE SACERDOS ET SACRIFICIVM IESVS CHRISTVS, CVIVS CORPVS ET SANGVIS IN SACRAMENTO ALTARIS, SVB SPECIEBVS PANIS ET VINI VERACITER CONTINENTVR, TRANSSVBSTANTIATIS PANE IN CORPVS, ET VINO IN SANGVINEM, POTESTATE DIVINA, VT AD PERFICIENDVM MYSTERIVM VNITATIS ACCIPIAMVS IPSI DE SVO, QVOD ACCEPIT IPSE DE NOSTRO. ET HOC VTIQVE SACRAMENTVM NEMO POTEST CONFICERE NISI SACERDOS, QVI FVERIT RITE ORDINATVS SECVNDVM CLAVES ECCLESIÆ, QVAS IPSE CONCESSIT APOSTOLIS, ET EORVM SVCCESSORIBVS IESVS CHRISTVS. Quis hæc Lateranenſia, ſiue credat, non miretur, ſiue non credat, ſtupeat? Illud vnum modò notemus atque attentè conſideremus: VT AD PERFICIENDVM MYSTERIVM VNITATIS ACCIPIAMVS IPSI DE SVO,

» QVOD ACCEPIT IPSE DE NOSTRO: quod antedictorum OEcu-
» menica Confirmatio est. Huc vsque verò & magna & multa Veteris illius vir GALLICANI COTHVRNI Hilarius, pede nunc sublato, Diuinitatis Æternitatem scandens; nunc depresso, Humilitatis Incarnati Verbi Maiestatem, diuinumque Eucharistiæ Sacrificij, secundùm ordinem Melchisedech apparatum, Christiano ritu, cum Cyrillo, Chrysostomo, Damasceno, Fulbertoque, (NOVO GALLICANÆ ECCLESIÆ HILARIO) necnon & vetere illo Victoriano Afro, Vniuersali Concilio reuelante ac potiùs confirmante, adorans. At, inquies, non interfuit OEcumenico isti Concilio Hilarius, tot sæculis post Hilarium celebrato? Perpetua illa
» nostra sit, magnifica illa diuinaque Augustini Responsio: CVI PRO-
» FECTO INTERFVIT PER SPIRITVS VNITATEM; cùm aduersùs Pelagianos Concilium Cypriani iactaret se opponere Libris Cypriani, idque tandem exponeret esse Nicænum Primum OEcumenicum, tametsi multis post Cyprianum annis coactum, vt supra in ECCLESIA MILITANTE auditum est. Nullum scilicet existimauit Augustinus certius Symbolum Vnitatis Animorum, quàm quæ ideo ab Apostolis in ipso Symbolo posita est, COMMVNIONEM SANCTORVM. Hactenus DE EVCHARISTICA NOSTRA CVM CHRISTO CONCORPORALITATE, quam CONTACTVM CHRISTI, vel CQPVLATIONEM ac CONIVNCTIONEM CVM CHRISTO, siue VITAM IN CHRISTO, Græci vocitarunt. Vnde quidam è Græcis, cùm DE SACRAMENTIS Sermones inscriberent, titulum operi, Περὶ τῆς πρὸς Χριστὸν Συναφῆς, DE NOSTRO CHRISTI CORPORALI CONTACTV; siue quod idem est, Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ Ζωῆς, DE VITA IN CHRISTO, præscripsere. Quales videlicet sunt Septem illi Sermones Nicolai Cabasilæ, DE SACRAMENTIS, inter Duodecim de hoc argumento Sermones quos REGIA BIBLIOTHECA adseruat: cui antiquâ fide conseruandæ quantum RIGALTIO Littesæ, tantundem certè Regum Immortalitas CLERIQVE GALLICANI Splendor ac Vigilantia debebit. Quarti, quo quidem DE EVCHARISTIA tractat Cabasilas, inscriptio hæc est: Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ Ζωῆς· τίνα συντέλειαν αὐτῇ δίδωσιν Η ΙΕΡΑ ΚΟΙΝΩΝΙΑ; DE VITA IN CHRISTO, ET QVAM VIM AD ILLAM SACRA COM-
Hebr. 8. » MVNIO CONFERAT? Talem decuit nos habere Pontificem. Chri-
v.1. » stus enim propter Incruentum in Pane & Vino Sacrificium est ap-
5.v.10. » pellatus à Deo, PONTIFEX iuxta ordinem Melchisedech: de quo
» nobis GRANDIS SERMO ET ININTERPRETABILIS ad dicendum:
» quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. ETENIM CVM
» DEBERETIS MAGISTRI ESSE PROPTER TEMPVS (quot
» enim à Gregorio Augustinoque sæcula fluxerunt!) rursum indi-
» getis vt vos doceamini QVÆ SINT ELEMENTA EXORDII SER-
» MONVM DEI: Et facti estis quibus LACTE opus sit, NON SOLIDO
» CIBO. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est SERMONIS
» IVSTITIÆ: PARVVLVS enim est. PERFECTORVM autem est solidus

cibus, eorum qui CONSVETVDINE exercitatos habent ſenſus ad «
diſcretionem Boni & Mali. Quidni enim liceat eodem vos, qua- «
ſi populares meos, VIRI BRITANNICI, ſermone aggredi, quo tri-
bules olim noſtros Hebræos aggreſſus ſum, cùm DE SACERDO-
TIO CHRISTI AC DE VTROQVE SACRIFICIO, CRVENTO IN-
CRVENTOQVE, pro temporum tamen ratione ac auditorum ca-
ptu, agere inſtituiſſemus. Ac primùm ſuſpicienda illa admiran-
daque hominum generi Hiſtoria occurrebat, occurrentis reuer-
tenti à cæde Regum Abrahamo Solymorum Regis, itidemque
LEGIS NATVRÆ PONTIFICIS MAXIMI, cui Melchiſede-
cus nomen erat. Ille ipſe eſt qui Ἀπάτωρ, Ἀμήτωρ, Ἀγενεαλόγητος,
μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, à me dictus: id eſt, ſine « Hebr. 7.
Patre, ſine Matre, ſine Genealogia, (vel, vt de Præſcriptionibus, « v. 3.
Tertullianus legit; APATOR, AMETOR, AGENEALOGITVS) nec «
Initium dierum, neque Finem vitæ habens: vt omnia iſta præter «
morem ſuum tacentis Scripturæ LOQVACISSIMVM SILEN-
TIVM exprimeret. Quemadmodum autem id in Gentium auſpiciis
SILENTIVM dicebatur, quod omni vitio caret; hîc in noſtra ad
Hebræos Epiſtola tantæ tamque perfectæ rei, tanquam Myſterio
aptum Silentium Scripturæ noſtrumque addidimus: vt optimus
Dei Sionis hymnus (cui ſecundum Veritatem Hebraïcam, SILEN-
TIVM LAVS) iuxta Regem Pſalmographum, Silentium credere- Pſ. 64. v. 1.
tur. Sed quoniam garrulitate ſua ſaltem id Hæreſis procacitas ob-
tinuit, vt diutius ſilere DE MELCHISEDECHICO EVCHA-
RISTIÆ SACRIFICIO, ſine crimine aut criminis ſuſpicione,
non liceat; his profectò Eccleſiæ temporibus perficiam, Cariſſi-
mi, vt quæ ſilentio noſtro ſupplenda ſunt, nec vltra deſide-
retis. PRINCIPIO notandum eſt, bis in Lege Ve- CAP. XXIII.
teri fuiſſe factam Melchiſedechi mentionem: quarum alteram Ge-
neſis DE OCCVRSV REGVM, decimum quartum Caput; alteram
verò nonus ſupra centeſimum Pſalmus, qui DE CHRISTI RE-
GALI SACERDOTIO eſt, continet. Nec mirandum quidem
adeò multum eſt, eum ſine Patre, ſine Matre, Scripturæ arcano, di-
ci, qui eius figura ſimillima foret, qui quidem myſticus Cantici Cant. 2. v. 1.
FLOS, in cælis ſolo parente Sole, SINE MATRE; in terris ſola Ter-
ra Matre Virgine, non ſubacta, ſed vltro ſinum Soli ſuo, cui ſoli
nota ac nata eſt, pandente, SINE PATRE viſus eſt, & cum ho- Baruch. 3. v. vlt.
minibus conuerſatus eſt. Etenim videbatur in noſtro dicendi ge-
nere ludi potuiſſe, ſicut quodámmodo fecerat Romanus ille Stoi-
cus, quondam habitus Sapiens, æqualiſque meus, cùm in Epiſtola
centeſima octaua ait, duos eſſe Romanos Reges, quorum alter PA- «
TREM non habet, alter MATREM. Nam de SERVII, inquit, Matre «
dubitatur, ANCI Pater nullus, Numæ nepos dicitur. Ac tacitum cer- «
te præterire non poſſum illud peracutum ac ſingulare Procli Epi-
ſcopi Cyzici Homiliâ Conſtantinopoli habitâ ſedente Neſto-
rio, in MAGNA, vt loquuntur Græci, Conſtantinopolitana

Ecclesia, IN INCARNATIONEM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI; QVOD DEI-PARA SIT BEATA VIRGO MARIA, ET EX EA NATVS NEQVE DEVS TANTVM, NEQVE PVRVS HOMO, SED EMMANVEL, INCONFVSE
» ET INCOMMVTABILITER DEVS ET HOMO: Nam quo-
» modo, inquit, iuxta PAVLVM, sine Patre & Matre est? Si enim
» purus homo est, vtique non sine Matre est: Matrem enim habet.
» Rursum si purus Deus est, haud dubiè non est sine Patre: habet
» enim Patrem. Nunc verò vnus idemque sine Matre est, vt re-
» rum conditor est. sine Patre rursum est, vt homo est: Ἐπεὶ πῶς ὁ αὐτὸς ΑΜΗΤΩΡ, ΚΑΙ ΑΠΑΤΩΡ, κατὰ τὸ ΠΑΥΛΟΝ; εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ Ἀμήτωρ· ἔχει γὰρ μητέρα. νῦν δὲ ὁ αὐτὸς, ΑΜΗΤΩΡ ΜΕΝ, ΩΣ ΠΛΑΣΤΗΣ, ΑΠΑΤΩΡ ΔΕ, ΩΣ ΠΛΑΣΜΑ· (aliàs, ΑΝΘΡΩΠΟΣ·) Vnde il-
» lud Lactantij ad Constantinum, libro quarto: Ipse enim Pater Deus
» & origo & principium rerum, quoniam parentibus caret, ἀπά-
» τωρ, atque ἀμήτωρ à Trismegisto verissimè nominatur, quòd ex
» nullo sit procreatus. Idcirco etiam Filium bis nasci oportuit vt
» ipse fieret ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ. In Prima enim Natiuitate Spiri-
» tali ἀμήτωρ fuit, quia sine officio Matris, à solo Deo Patre proge-
» neratus est. In secunda verò Carnali ἀπάτωρ fuit, quoniam sine
» Patris officio, Virginali vtero procreatus est, vt mediam inter
» Deum Hominesque substantiam gerens, nostram hanc fragilem
» imbecillemque naturam, quasi manu ad immortalitatem posset
» educere. Factus est & Dei Filius PER SPIRITVM, & Hominis PER
» CARNEM, id est, Deus & Homo. Atque hæc DE MELCHISEDECHI AGENEALOGIA obiter dicenda habuimus; vnà quoque admonituri, eos qui Domini Iugo ac Sacerdotio mancipan-
Matt. 12. v. vlt. tur Christi, illum sibi, reuelante Euangelio, & Sororem, & Fratrem, & Filium, immo Matrem, immo Patrem, immo Vxorem
Hebr. 12. v. 9. habendum iam esse qui cælestis æternique Patris (PATRIS, inquam, SPIRITVVM) voluntatem facit. Ac omnino grauissimi sanctissimique illius dicti meminerint quod olim ad Nestorium Cælestinus Papa, Epistolâ celeberrimâ, hunc in modum scripsit, DE RELINQVENDO, IVRE MERITOQVE, NESTO-
» RIO agens. Ipsius in Euangelio Domini verba sunt, quibus
Matt 10. v. 37. » ait: Non sibi Patrem, non Matrem, non Filios, non aliquam Ne-
» cessitudinem debere præponi. Etenim TALIS FREQVENTER
» EST PIETAS EX QVA NASCITVR IMPIETAS; quum vin-
1. Ioan. 4. v. 16. » cente carnis affectu, Charitati illi quæ Deus est, CHARITAS præpo-
» nitur CORPORALIS, cuius intuitu aliquibus sæpe deferimus. At
» vbi in eum tenditur, qui est ipsa Dilectio, necesse est nec illa ser-
» uentur, quorum auctor vocatur in causam: Αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, ὧν τοῦ εὐαγγελίου ῥήματά εἰσιν, οἷς φησὶ, μὴ Πατέρα, μὴ Μητέρα, μὴ Τέκνα, μήτινα Συγγένειαν, ὀφείλειν αὐτοῦ προτιμᾶσθαι. ΕΣΤΙ ΓΑΡ ΠΟΛΛΑΚΙΣ Η ΤΟΙΑΥΤΗ ΕΥΣΕΒΕΙΑ, ΑΦ' ΗΣ Η ΑΣΕΒΕΙΑ ΤΙΚΤΕΤΑΙ· ὅτε, νικώσης τῆς κατὰ σάρκα διαθέσεως, ἐκείνης τῆς Ἀγάπης, ἥ τις ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἡ ΣΩΜΑΤΙΚΗ ΑΓΑΠΗ προκρίνεται,

δι' ὧν πολλάκις τιμᾶσθαί τινας. ἀλλ' ὅτι κατ' ἐκείνου ἐστὶν, ὅς ἐστιν αὐτὴ ἡ Ἀγάπη,
ἀνάγκη λοιπὸν κἀκείνας τὰς ἐννοίας ἐκβάλλεσθαι, ὧν ὁ ἀρχηγὸς εἰς δίκην καλεῖ-
ται. At mirandum omnem in modum illud eſt, quòd Melchiſe-
dech & Pontifex & Rex ADSIMILATVS FILIO DEI; MANET SA- «Hebr. 7.
CERDOS IN PERPETVVM, quemadmodum Hebræis noſtris non «v. 3.
ſine myſterio aperui. Id enim neceſſe eſt vt Propheticum conſtet
THEODIDACTI REGIS dictum: Tu es Sacerdos IN ÆTERNVM «Pſ. 109. v. 4.
Secundum Ordinem Melchiſedech. ORDO autem, quiſquis ille «
ſit, MELCHISEDECHICVS, omnino is erit aut quem Scriptura lo-
quitur, aut quem tacet: proindeque vel Traditioni, vel Conie-
cturæ, ac Diuinationi relictus; ni ex Geneſeos (ſiue Libri DE O-
RIGINE MVNDI, τῆς κοσμοποιίας, vt in Epiſtola ad Acacium Epiſco-
pum, DE CAPRO EMISSARIO, loquitur Cyrillus) verbis, ſatis de
Sacerdotio, ſatis de Sacrificio, ſatis de Pontificali eius Benedictio-
ne Abrahamo data, liquet. At verò (inquit Spiritus Sanctus in «Gen. 14.
Moſe) Melchiſedech REX Salem, proferens PANEM ET VINVM «v. 18.
(erat enim SACERDOS Dei Altiſſimi) BENEDICIT ei, & ait: Be- «
nedictus Abraham DEO EXCELSO. Ordo igitur Melchiſedech «
IN PANE ET VINO, ſi diuinare quid aliud non licet, dicendus eſt,
Chriſtuſque ſecundùm Ordinem illum Sacerdos ibi tum demum
erit, vbi IN PANE AC VINO quid ſacrum faciens (quemadmo-
dum, Epiſtolâ quadringenteſimâ trigeſimâ primâ, Melchiſedech in
Pane & Vino, ἱερατεύων, ſiue SACRIFICANS, Iſidoro Peluſiotæ vi-
ſus eſt) inuentus erit. Cætera porrò nil moror, ſi quæ ſint quæ
Melchiſedechi & Chriſti inſtitutæ comparationi accommodatiora
erunt. Sit liberum cuique quod voluerit addere, modò nobis li-
berum ſit à Spiritu Sancto addita atque edita retinere; nec in di-
uinis inuentis atque inſtitutis, damno noſtro, publico periculo, in-
genioſiores aut imperioſiores, vel certè opinioſiores videri. Stul-
ta & infelix Temeritas, in rebus diuinis velle ſuo iudicio niti, &
culpare alios à quibus neceſſe eſt acceperis. Sed inter hæc emer- «
ſerunt (inquit, priore libro de Trinitate, noſter Hilarius) DESPE- «
RATA IN SE ET SCÆVA IN OMNES Impiæ Temeritatis ingenia, «
POTENTEM DEI NATVRAM EX NATVRÆ SVÆ INFIRMITATE «
MODERANTIVM: Neque vt ipſi VSQVE AD INFINITATEM OPI- «
NANDI de infinitis rebus emergerent, ſed intra finem ſenſus ſui «
indefinita concluderent, eſſentque ſibi ARBITRI RELIGIONIS, cùm «
RELIGIONIS OPVS IN SOLO OBEDIENTIÆ eſſet OFFICIO: Sui im- «
memores, Diuinorum Negligentes, PRÆCEPTORVM EMENDATO- «
RES, (quos nunc REFORMATORES, ac RELIGIONIS, quæ tamen IR- «
REFORMABILIS eſt, REFORMATÆ AVCTORES vocant.) Ac pau-
lo poſt: OPTIMVS enim LECTOR eſt, qui dictorum intelligentiam «
exſpectet ex dictis potiùs quàm imponat, ET RETVLERIT MAGIS «
QVAM ADTVLERIT; neque cogat id videri dictis contineri, QVOD «
ANTE LECTIONEM PRÆSVMPSERIT INTELLIGENDVM. Cùm ita- «
que de rebus Dei erit ſermo, CONCEDAMVS COGNITIONEM SVI «

» DEO, dictisque eius PRÆ VENERATIONE Famulemur. IDONEVS
» ENIM SIBI TESTIS EST, QVI NISI PER SE COGNITVS NON EST.
• Hæc summo ingenio summaque sapientia Hilarius. Ergo vt ad Sacrificalem Historiam nostram Melchisedechicam, id est, REGIAM, id est, PACIFICAM, id est, denique tuam, vt Primo Libro De Titulo PACIFICI dictum est, reuertamur;

Melchisedech Vinumque & Panem ab cæde reuerso
Obtulerat, REX ILLE SALEM, qui munere tali
MYSTICA præmisit summi LIBAMINA Christi:

quemadmodum, Leonis Magni temporibus, Claudius Marius Victor, libro tertio in Genesin cecinit. Addidit verò Godefridus Viterbiensis, quadringentis ab hinc annis:

SEM fuit ille senex, qui Melchisedech memoratur,
VSQVE DIES ISAAC qui peruixisse notatur,
MOREQVE CHRISTICOLÆ SIC SVA SACRA REFERT.
Sic SVA PROGENIES per tempora SACRIFICAVIT,
VSQVE DIES AARON eadem sacra non variauit,
Sed NOVA LEX, Mosis post holocausta, dedit.

Quapropter iam credo, REX IACOBE, intelligis cur Liturgicus Ordo trium Deo gratissimorum Sacrificiorum mentionem faciat, Abelis, Abrahæ, Melchisedechi, vt, præter Canonis Missæ hodiernum quotidianumque vsum, ex superiorum temporum memoria Beatus Ambrosius retulisse, quarto de Sacramentis libro, legitur, iisdem ferme quibus nunc in Liturgicis vtimur, verbis: Et dicit Sacerdos; (inquit Ambrosius) ERGO memores eius gloriosissimæ passionis, & ab inferis resurrectionis, & in cælum ascensionis, OFFERIMVS tibi hanc Immaculatam Hostiam, INCRVENTAM HOSTIAM, hunc Panem Sanctum, & Calycem Vitæ Æternæ: & petimus ac precamur, vt hanc OBLATIONEM suscipias in SVBLIMI ALTARI tuo, per manus Angelorum tuorum, sicut suscipere dignatus es munera Pueri tui iusti ABEL & Sacrificium Patriarchæ nostri ABRAHÆ, & quod obtulit tibi SVMMVS SACERDOS MELCHISEDECH. In promptu causa est: quod Abel & Sacrificat, & Sacrificatur; Abrahami dum immolatur Filius, vt Ecclesia canit,
Apoc.13.v.8. Agnus occiditur, iam in figura, in Abelis Sacrificio, occisus ab origine mundi; Melchisedech demum in Pane & Vino offert. Sic
Genes.4.v.4. cernitur in Abele FIDES, quam Deus ante munera respexit: In
Rom.4.v.18 Abrahamo SPES, qui IN SPEM CONTRA SPEM CREDIDIT, quæ
Rom.5.v.5. non confundit: In Melchisedecho CHARITAS, quæ, vt Panis ac Vinum ex multis granis triticeis, acinisque vinaceis, ex multorum cordibus vel conflatur, vel exprimitur; ac in Melchisedechico Sacrificio tanquam in eminentia quadam apparet. Maior autem horum est Charitas, & Sacrificij ratio quæ inter nos nostramque ad Deum, Deique erga nos Charitatem perfectiùs, ipsa Oblatione, repræsentat. Quare cùm in nostro Christianorum Melchisedechico Sacrificio Vestis Sacerdotalis, (quam CASVLAM

vel PLANETAM vocant) ſumitur, haud aliud ſanè, genus illud Veſtis ſignificat, vt Sacerdotum CHIROTONIÆ, ſiue Ordinationis, Ritualem Formulam conſulenti liquet. Cùm enim Sacerdoralis Veſtis traditur, hæc eſt Sacrorum formula: ACCIPE «
VESTEM SACERDOTALEM, PER QVAM CHARITAS INTELLI- «
GITVR. POTENS ENIM EST DEVS, VT AVGEAT TIBI CHARI- «
TATEM, ET OPVS PERFECTVM. OPVS verò PERFECTVM eſt & «
Charitas, & Sacrificium, & maximè Chriſtiana ſecundùm Ordinem Melchiſedech Liturgia: quam ideo Græci HAVD TEMERE VVLGANDVM SACRIFICIVM, cum Syneſio, (Epiſtolâ quinquageſimâ octauâ ad Epiſcopos) à PERFICIENDO, quod Græcum verbum τελέω, ſonat, Τελετὴν Ἀπόῤῥητον, quaſi INEFFABILEM PERFECTIONEM, nuncuparunt. Quare in Canonibus Ancyrani Concilij, & alijs, pro eo quod eſt, Accedere ad Euchariſtiam, Ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ Τέλειον. leges, id eſt, VENIRE AD ID QVOD PERFECTVM EST. Item, Μετέχειν τοῦ τελείου, PARTICIPARE ID QVOD PERFECTVM EST, & Λαμβάνειν τὸ Τέλειον, SVMERE ID QVOD PERFECTVM EST. Itaque τὸ Τέλειον, PERFECTIO aut CONSVMMATIO eſt ipſa Euchariſtia, quæ etiam Dionyſio dicitur Τελέωσις· quia Coniunctioni noſtræ cum Chriſto, cuius inſtrumenta ſunt Verbum Dei & Sacramenta, veluti perfectionem ac vltimam manum adfert Participatio Corporis & Sanguinis Chriſti in Dominica Cœna. Nullus enim reſtat alius modus, quo in terris verſantes arctiùs cùm Chriſto capite noſtro coniungamur. Ex quo CENSVRA ECCLESIÆ ORIENTALIS capite decimo tertio mutuatur, cùm ait ad Germanos Reſponſione Prima: Hoc autem DIVINVM SANCTVMQVE «
SACRIFICIVM Duobus Modis ſanctificat. Altero, MEDIATIONE, «
ſiquidem Oblata Dona ipſo offerendi actu & ipſos offerentes ſan- «
ctificant, & eos pro quibus offerunt, quibuſque Deum PROPITIVM «
reddunt: Altero verò, PARTICIPATIONE; quatenus iuxta Ver- «
bum Domini, VERA nobis Eſca veruſque Potus eſt. Hac ratio- « Ioan. 6.
ne ſecundùm Priorem Modum Euchariſtia eſt tam pro Viuis quàm « v. 55.
pro Defunctis, VTPOTE PRO QVIBVS OMNIBVS SACRI- «
FICIVM OFFERTVR: ſecundùm autem Poſteriorem Modum «
PRO SOLIS eſt VIVIS; quandoquidem mortui manducandi «
& bibendi vſum amiſerunt: ΔΙΤΤΩΣ δὲ ἁγιάζουσα φαίνεται ἡ «
ΘΕΙΑ αὕτη ΚΑΙ ΙΕΡΑ ΤΕΛΕΤΗ· Ἕνα μὲν Τρόπον, ΤΗ ΜΕΣΙΤΕΙΑ. Προσφερόμενα γὰρ τὰ Δῶρα, αὐτῷ τῷ προσφέρεσθαι, ἁγιάζει τοὺς προσφέροντας, καὶ ὑπὲρ ὧν προσφέρονται, καὶ ΙΛΕΩΝ αὐτοῖς ἐργάζονται τὸν Θεόν· ἕτερον δὲ, ΤΗ ΜΕΤΑΛΗΨΕΙ· ὅτι βρῶσις ἡμῖν, καὶ πόσις, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, ΑΛΗΘΙΝΗ. Τοῦτον τὸν Τρόπον, Ο ΜΕΝ ΠΡΩΤΟΣ, ΚΟΙΝΟΣ ΓΙΝΕΤΑΙ ΖΩΣΙ ΚΑΙ ΤΕΘΝΗΚΟΣΙ. καὶ γὰρ ὑπὲρ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν Η ΘΥΣΙΑ ΠΡΟΣΦΕΡΕΤΑΙ. ὁ δὲ Δεύτερος ΜΟΝΟΙΣ ἔξεστι τοῖς ΖΩΣΙΝ. οὐ γὰρ ἐσθίειν καὶ πίνειν οἱ νεκροὶ δύναν). Quare à Perfectione ac Fine Τελετὴ apud Demoſthenem SACERDOTIVM ſignificat. Plato quoque τελετὰς Ludos & SACRIFICIA appellauit. Augu-

stinus de Ciuitate Dei, πλετὴν interpretatur CONSECRATIONEM. Ac certè Lucianus iste Seruatorem nostrum Cruci fuisse adfixum ait, quòd apud Palæstinam, καινὴν ταύτην πλετὴν εἰσήγαγεν, NOVVM SACRIFICIVM quasi Nouam Religionem induxisset: Sacrificio videlicet, perfectione Religionis exsistente. Vnde Τελετάρχης, tanquam CERIMONIARVM AVCTOR AC CONDITOR, Christus à Dionysio (cui πλετουργὸς δύναμις, eidem est VIS DIVINA IN SACRAMENTIS ECCLESIASTICIS OPERANS, cuique πλετουργία, CONSECRATIO est) itemque πλετάρχια, Summa Diuinitas ac Trinitas appellatur. Denique, vt illam Τελετῆς digressionem concludam, Ecclesia Græca siue Ieremias Constantinopolitanus Patriarcha, in Censura illa, cuius proximè memini, Orientalis Ecclesiæ, Responsione prima ad Germanos, capite decimo, DE VERITATE CORPORIS CHRISTI agens, πλεταρχικὸν πνεῦμα, Spiritum Sanctum, Sacrificij Christianorum perfectorem, omnisque Sacrificalis ac Sacramentalis gratiæ Præsidem, vocat. Igitur Sacrificium OPVS illud PERFECTVM est, maximè vero Melchisedechicum Eucharisticumque Sacrificium. Atque adeo Veteres Græci, vt Hieronymum sæpe audistis referentem in Epistola centesima vigesima sexta ad Euagrium, me PAVLVM omisisse dicebant Sacramentum quoddam Melchisedech,
Hebr.5.v.11. & hoc vocasse SERMONEM ININTERPRETABILEM: quòd, inquiebant, Iudæis scriberem Infidelibus; vel, vt planiùs dicam, Hebræis quidem Fidelibus, in Iudæorum qui adhuc Infideles erant, gratiam. Constat autem Sacramentum quod non poterat Infidelibus prodi, EVCHARISTIÆ MYSTERIVM exstitisse. Vnde illud Bernardi ad Eugenium Tertium, quem in BVLLA RETRACTATIONVM, Pius Secundus inter Confessores Summos Pontifices recenset, dum
» Bernardi dictum de Tertio, ipse de Quarto Eugenio vsurpat: Indagemus adhuc diligentiùs quid sis, quam geras videlicet personam
» PRO TEMPORE in Ecclesia Dei. Tu es Sacerdos Magnus; tu Summus Pontifex; tu PRINCEPS EPISCOPORVM; tu HERES APOSTOLORVM; tu PRIMATV Abel; GVBERNATV NOE; PATRIARCHATV Abraham; ORDINE MELCHISEDECH; DIGNITATE Aaron; AVCTORITATE Moyses; IVDICATV Samuel; POTESTATE Petrus; VNCTIONE Christus. Tu es cui CLAVES Traditæ, cui
» OVES Creditæ sunt. Sunt & alij quidem CÆLI IANITORES &
Hebr. 1. v. 4. » GREGVM PASTORES; sed tu tantò gloriosius quantò & differentius
» VTRVMQVE præ illis NOMEN hereditasti. HABENT ILLI SIBI
» ADSIGNATOS GREGES, SINGVLI SINGVLOS: TIBI VNIVERSI CREDITI SVMVS. NEC MODO OVIVM, SED ET PASTORVM TV VNVS
» OMNIVM PASTOR. Hæc Bernardus, vbi non nisi propter Eucharistiæ Sacrificium, Summum Christianorum Pontificem ORDINE
Leuit.7.v.12. MELCHISEDECHVM appellat. Ac quoniam Panes qui offerebantur in Sacrificio Aaronico cum animalibus, semper conspergebantur oleo, & vt plurimum inde fiebant Lagana; demus & adsperso velut oleo, indulgentiæ locum, vt ex innumeris qui DE DOMI-

NICA COENA SACRIFICIOQVE COENÆ DOMINICÆ Oblatum Deo, sed hinc hominibus Prolarum, Melchisedechicum Panem ac Vinum, vniuersa consentiente Ecclesia, interpretantur: Demus inquam (quoniam in ore Duorum aut Trium stat omne verbum) vt Duo Tresve, tanquam iurati testes, SERMONEM nostrum ININTERPRETABILEM, quantum nunc ad retundendam renascentis Hæresis audaciam necesse erit, aperiant. Deut. 17. v. 6. 19. v. 15. & Matt 18: v. 16

ITAQVE prætermissis nunc Græcis, seligendi videntur omnium quidem vestrûm sententia notissimi, locupletissimi, probatissimique illi, Augustinus, Hieronymus, Cyprianus; vt nihil quod priora quartuor Sæcula non viderint, non indicarint, immo non iudicarint, vobis, quoniam ita vultis, adferamus. CAP. XXIV.

AC PRIMVM quidem Augustinus quinque præsertim locis Historiam Melchisedechicam explanat: In Psalmos, Contra Aduersarium Legis & Prophetarum, De Ciuitate Dei, ad Innocentium Papam, De Doctrina Christiana. Itaque Concione prima in trigesimum tertium Psalmum; Erat autem, vt nostis, Sacrificium « Iudæorum antea secundùm ordinem Aaron in victimis pecorum, « & hoc in mysterio. NONDVM ERAT SACRIFICIVM CORPORIS ET « SANGVINIS DOMINI, QVOD FIDELES NORVNT, ET QVI EVANGELIVM LEGERVNT, QVOD SACRIFICIVM NVNC DIFFVSVM EST « TOTO ORBE TERRARVM. Proponite ergo vobis ante oculos DVO « SACRIFICIA: & illud SECVNDVM ORDINEM AARON, & hoc SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH. Scriptum est enim, Iurauit « Dominus, & non pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum, secun- « Ps. 109. v. 4. cundùm Ordinem Melchisedec. De quo dicitur: Tu es Sacerdos « Hebr. 7. in æternum secundùm ordinem Melchisedec? De Domino nostro « v. 17. Iesu Christo. Quis erat Melchisedec? Rex Salem. Salem ciuitas « fuit antea, illa quæ postea, SICVT DOCTI PRODIDERVNT, Ierusa- « lem dicta est. Ergo antequam ibi regnarent Iudæi, ibi erat ille « Sacerdos Melchisedec: qui scribitur in Genesi, Sacerdos Dei excel- « si. Ipse occurrit Abrahæ, quando liberauit Lot de manu perse- « quentium: & prostrauit eos à quibus ille tenebatur, & liberauit « Fratrem: Post liberationem Fratris occurrit ei Melchisedec. Et tan- « tus erat Melchisedec, à quo benediceretur Abraham. Protulit Pa- « Gen. 14. v. 18. nem & Vinum, & benedixit Abraham, & dedit ei decimas Abra- « ham. Videte quid protulit ei quem benedixit. Et dictum est ei post- « ea: Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec. « Dauid hoc IN SPIRITV dixit longè post Abraham. Temporibus au- « tem Abrahæ fuit Melchisedec. DE QVO ALIO DICIT: TV ES « SACERDOS IN ÆTERNVM SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDEC, « NISI DE ILLO CVIVS NOSTIS SACRIFICIVM? SVBLATVM EST « ENIM SACRIFICIVM AARON, ET COEPIT ESSE SACRIFICIVM SE- « CVNDVM ORDINEM MELCHISEDEC. Ergo mutauit nescio quis « vultum suum. Quis est iste Nescio quis? Non sic Nescio quis: no- « tus est enim Dominus noster Iesus Christus. IN CORPORE ET « SANGVINE SVO VOLVIT ESSE SALVTEM NOSTRAM. Vnde autem «

» commendauit Corpus & Sanguinem suum? De humilitate sua. NISI ENIM ESSET HVMILIS, NEC MANDVCARETVR, NEC BIBE-
Ioan. 1. v. 1. » RETVR. Respice altitudinem ipsius: In principio erat Verbum, & » Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce CIBVS » SEMPITERNVS: sed manducant Angeli, manducant supernæ » Virtutes, manducant cælestes Spiritus, & manducant & saginantur, » & integrum manet quod eos satiat & lætificat. Quis autem ho- » mo posset ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibo? » OPORTEBAT ERGO VT MENSA ILLA LACTESCERET, & AD » PARVVLOS PERVENIRET. VNDE AVTEM FIT CIBVS LAC? » VNDE CIBVS IN LAC CONVERTITVR, NISI PER CARNEM » TRAIICIATVR? Nam MATER HOC FECIT. QVOD MANDV- » CAT MATER, HOC MANDVCAT INFANS. SED QVIA MINVS » IDONEVS EST INFANS QVI PANE VESCATVR, IPSVM PANEM » MATER INCARNAT: ET PER HVMILITATEM MAMMILLÆ ET » LACTIS SVCCVM, DE IPSO PANE PASCIT INFANTEM. Quo-
Ioan. 1. v. 14. » modo ergo de ipso Pane pauit nos Sapientia Dei? Quia Verbum » caro factum est, & habitauit in nobis. Videte ergo humilitatem,
Ps. 77. v. 24. » quia Panem Angelorum manducauit homo, vt scriptum est: Pa- » nem cæli dedit eis, Panem Angelorum manducauit homo: id est, » Verbum illud quod pascuntur Angeli sempiternum, quod est æ-
Phil. 2. v. 6. » quale Patri, manducauit homo; quia cùm in forma Dei esset, non » rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Saginantur illo An-
v. 7. » geli: Sed semetipsum exinaniuit vt manducaret Panem Angelo- » rum homo, formam serui accipiens, in similitudinem hominum » factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se factus obediens » vsque ad mortem, mortem autem crucis: VT IAM DE CRV- » CE COMMENDARETVR NOBIS CARO ET SANGVIS DOMINI, » NOVVM SACRIFICIVM, QVIA MVTAVIT VVLTVM SVVM » CORAM ABIMELECH, ID EST, CORAM REGNO PATRIS. Prio- » re autem libro contra Aduersarium legis & Prophetarum: Ibi » quippe & hoc dictum est: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum,
Ps. 109. v. 4. » Tu es SACERDOS in æternum secundum ORDINEM MELCHISE- » DECH. NOVERVNT QVI LEGVNT QVID PROTVLERIT MELCHI- » SEDECH, QVANDO BENEDIXIT ABRAHAM, ET IAM SVNT PAR- » TICIPES EIVS. VIDENT TALE SACRIFICIVM NVNC OFFERRI » DEO TOTO ORBE TERRARVM (at cur quæso non in Anglia?) » DEI AVTEM IVRATIO, INCREDVLORVM EST INCREPATIO: & » quòd Deum non pœnitebit, significatio est quia hoc Sacerdotium » non mutabit: mutauit quippe SACERDOTIVM SECVNDVM » ORDINEM AARON. Deinde, decimo sexto libro De Ciuitate Dei, » capite vigesimo secundo: Ibi quippe primum apparuit SACRI- » FICIVM QVOD NVNC A CHRISTIANIS OFFERTVR DEO » TOTO ORBE TERRARVM (ergo in Anglia: cur enim, vt an- » te diximus, excipiatur vna?) IMPLETVRQVE illud quod lon- » gè post hoc factum per Prophetam dicitur ad Christum, qui fue-

rat adhuc venturus in carne, TV ES SACERDOS IN ÆTERNVM SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH, non scilicet SECVNDVM ORDINEM AARON, qui Ordo fuerat auferendus illucescentibus rebus, quæ ILLIS VMBRIS prænotabantur. Posthac ad Innocentium Pontificem Maximum scribens, Epistolâ nonagesimâ quintâ, cuius & Possidius in Indiculo, & ipse secundi Retractationum quinquagesimo capite meminit: MELCHISEDECH, inquit, PROLATO SACRAMENTO MENSÆ DOMINICÆ, nouit ÆTERNVM eius SACERDOTIVM figurare. Postremò, DE DOCTRINA CHRISTIANA libro quarto: In SACERDOTE MELCHISEDECH DOMINICI SACRAMENTI PRÆFIGVRATVM VIDEMVS MYSTERIVM, secundùm quod SCRIPTVRA DIVINA testatur, & dicit: Et Melchisedech Rex Salem protulit PANEM ET VINVM. Fuit autem Sacerdos Dei summi, & benedixit Abraham. Quòd autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat in Psalmis SPIRITVS SANCTVS, ex persona Patris ad Filium dicens: Ante Luciferum genui te: Tu es Sacerdos in æternum secundùm Ordinem Melchisedech. Hæc Episcopus Augustinus. Iam suo, id est, SECVNDO loco, dicat Presbyter Hieronymus, vosque in Marcella doceat, ad quam Epistola data hæc habet: Recurre ad Genesin & MELCHISEDECH Regem Salem, HIEROSOLYMITANÆ VRBIS PRINCIPEM, inuenies qui iam tunc, IN TYPO CHRISTI, PANEM ET VINVM OBTVLIT, ET MYSTERIVM CHRISTIANVM IN SALVATORIS CORPORE ET SANGVINE DEDICAVIT. Sed auscultate loquentem ad Euagrium, Epistolâ centesimâ vigesimâ sextâ: Sic & MELCHISEDECH, eo quòd CHANANÆVS fuerit, & non de genere Iudæorum, in typum præcessisse SACERDOTIS FILII DEI; de quo dicitur in centesimo nono Psalmo: TV ES SACERDOS IN ÆTERNVM SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH. ORDINEM autem eius multis modis interpretantur: QVOD SOLVS ET REX FVERIT, ET SACERDOS, & Ante Circumcisionem functus Sacerdotio; VT NON GENTES EX IVDÆIS, SED IVDÆI EX GENTIBVS SACERDOTIVM ACCEPERINT; neque vnctus OLEO SACERDOTALI, vt Moysis præcepta constituunt, sed OLEO EXSVLTATIONIS & Fidei Puritate. Neque Carnis & Sanguinis victimas immolauerit, & brutorum animalium sanguinem dextrâ susceperit, sed PANE ET VINO SIMPLICI, PVROQVE SACRIFICIO, CHRISTI DEDICAVERIT SACRAMENTVM. Quæstionibus autem in Genesim, robustius quiddam apparet, vbi ait: MELCHISEDECH præputium habens, Abrahæ benedixit circumciso; & in Abraham, Leui; & per Leui, Aaron: de quo postea Sacerdotium. Ex quo colligi vult (PAVLVS scilicet: nam de me tum loquebatur) Sacerdotium ECCLESIÆ HABENTIS PRÆPVTIVM benedixisse CIRCVMCISO SACERDOTIO SYNAGOGÆ. Quòd autem ait: TV ES SACERDOS in æternum secundùm Ordinem Melchisedech, MYSTERIVM NOSTRVM in verbo ORDINIS

Genes. 14. v. 18.

Psal. 109. v. 3.

Psal. 109. v. 4.

Leuit. 8. v. 2.

Psal. 44. v. 8.

» significatur; nequaquam per Aaron irrationabilibus victimis im-
» molandis, sed OBLATO PANE ET VINO, ID EST, CORPORE ET
» SANGVINE DOMINI IESV CHRISTI. TERTIO nunc atque Vltimo loco Testimonium Cypriani excipite, ad Episcopum Cæcilium missum nobilissimâ illâ Epistolâ sexagesimâ tertiâ (vel potiùs Libro, vt agnoscit appellatque Augustinus quarto suo De Doctrina Chri-
» stiana Volumine) quæ DE SACRAMENTO CALYCIS disputat: In
» SACERDOTE MELCHISEDECH, SACRIFICII DOMINICI SACRA-
» MENTVM PRÆFIGVRATVM videmus: secundùm quod SCRIPTVRA
» DIVINA testatur, & dicit; & Melchisedech Rex Salem protulit Pa-
» nem & Vinum. Fuit autem Sacerdos Dei summi, & benedixit Abra-
» ham. Quòd autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat
» in Psalmis SPIRITVS SANCTVS, ex persona Patris ad Filium dicens:
Ps. 109. v. 4. » Ante Luciferum genui te: Tu es Sacerdos in æternum secundùm
» Ordinem Melchisedech. Quæ hucusque Cypriani dicta in quartum Augustini DE DOCTRINA librum translata paulo ante meministis.
» Nunc quæ sequuntur reliqua persequamur: Qui Ordo, inquit Cy-
» prianus, vtique hic est de Sacrificio illo veniens, & inde descendens,
» Quòd Melchisedech Sacerdos Dei Summi fuit, Quòd Panem & Vi-
» num OBTVLIT, Quòd Abraham benedixit. Nam quis magis Sacer-
» dos Dei Summi, quàm DOMINVS noster Iesus Christus? qui SA-
» CRIFICIVM DEO PATRI OBTVLIT, ET OBTVLIT HOC IDEM QVOD
» MELCHISEDECH OBTVLERAT, HOC EST, PANEM ET VINVM, SVVM
» SCILICET CORPVS ET SANGVINEM. Ergo secundùm Cyprianum, OBLATIO à Christo facta est Deo Patri in Cœna, quod aliquando vos
» negabatis. Ac aliquantò post: Vt ergo in Genesi per MELCHISEDECH
» SACERDOTEM Benedictio circa Abraham posset rite CELEBRARI,
» præcedit ante IMAGO SACRIFICII CHRISTI, in Pane & Vino scilicet
» constituta: quam rem perficiens & adimplens Dominus, Panem &
» Calycem Mixtum Vino OBTVLIT, & QVI EST PLENITVDO, VERI-
» TATEM PRÆFIGVRATÆ IMAGINIS ADIMPLEVIT. Cypriani tandem testimoniorum hæc summa est, De Cœna Domini, cuius libri scri-
» ptor vel Cyprianus vel Cyprianianus ac Cypriano coæuus est: Signi-
» ficata olim à tempore MELCHISEDECH prodeunt Sacramenta, & Fi-
Matth. 26. v. 26. » liis Abrahæ facientibus opera eius, SVMMVS SACERDOS Panem pro-
» fert & Vinum. Hoc est, inquit, Corpus meum.

CAP. XXV.

SED hactenus de Melchisedecho satis superque dictum est. Etenim quod olim post citatos à se Nyssenum, Basilium, atque Athanasium, in fine Defensionum Anathematismorum aduersus Orientalium Oppositiones scripsit Cyrillus, aptè nunc & quasi iure post à me allatos, Augusti-
» num, Hieronymum, ac Cyprianum, vsurpem: Sufficiunt igitur, vt
» opinor, ad certitudinem Fidei atque probationem sapientibus sen-
Matt. 18. v. 16. & Deut. 17. v. 6. » tentiæ propositæ, DIVINA LEGE manifestè dicente: In ore Duorum
» vel Trium Testium stabit omne verbum. SI QVIS AVTEM VOLVERIT
» ETIAM POST HÆC ADHVC CONTENDERE, AVDIAT A NOBIS: TVO
» PERGE ITINERE; NOS AVTEM DIVINAS SCRIPTVRAS ET

SANCTO-

SANCTORVM PATRVM SEQVEMVR FIDEM. SIC ENIM LVCRABIMVR SVPERNÆ VOCATIONIS BRAVIVM IN CHRISTO, PER QVEM, ET CVM QVO, DEO ET PATRI GLORIA CVM SANCTO SPIRITV IN SÆCVLA. AMEN: Ἀπόχρη τοίνυν ΕΙΣ ΠΛΗΡΟΦΟΡΙΑΝ, ὥς γε οἶμαι, τοῖς ΑΡΤΙΦΡΟΣΙ, τὰ προειρημένα ῥητὰ, τοῦ ΘΕΙΟΤ ΝΟΜΟΤ διαῤῥήδην λέγοντος· ὅτι ἐπὶ στόματος Δύο Μαρτύρων, ἢ Τριῶν, σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. ΕΙ ΔΕ ΔΗ ΤΙΣ ΒΟΤΛΟΙΤΟ, ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΤΟΤΤΟ ΕΤΙ ΦΙΛΟΝΕΙΚΕΙΝ, ΑΚΟΤΕΤΩ ΠΡΟΣ ΗΜΩΝ· ΙΘΙ ΤΗΝ ΚΑΤΑ ΣΑΤΤΟΝ· ΗΜΕΙΣ ΔΕ ΤΟΙΣ ΟΡΘΟΙΣ ΓΡΑΜΜΑΣΙ, ΚΑΙ ΤΗ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΕΨΟΜΕΘΑ ΠΙΣΤΕΙ. ΚΕΡΔΑΝΟΤΜΕΝ ΓΑΡ ΟΤΤΩ ΤΗΣ ΑΝΩ ΚΛΗΣΕΩΣ ΤΟ ΒΡΑΒΕΙΟΝ, ΕΝ ΤΩ ΧΡΙΣΤΩ· ΔΙ' ΟΤ ΚΑΙ ΜΕΘ' ΟΤ ΤΩ ΘΕΩ ΚΑΙ ΠΑΤΡΙ Η ΔΟΞΑ, ΣΤΝ ΑΓΙΩ ΠΝΕΤΜΑΤΙ, ΕΙΣ ΤΟΤΣ ΑΙΩΝΑΣ. ΑΜΗΝ. Iam verò non modò Altare Liturgiæ eteximus, adiuimus; ſed & Pane & Vino, Melchiſedechicum in motem, ex præcepto Domini, inſtruximus: mox DE VESTIBVS SACRIS ET ORDINE LITVRGIÆ AC MISSÆ, ne quid huic grauiſſimo omnium DE CHRISTI CHRISTIANORVMQVE SACRIFICIO Tractatui deſit, dicturi. Ego enim ACCEPI « 1.Cor.11.v.23.
à Domino, quod & TRADIDI vobis: Quoniam Dominus Ieſus IN «
QVA NOCTE TRADEBATVR, accepit panem, & gratias agens, fregit, «
& dixit; Accipite & manducate: HOC EST CORPVS MEVM, quod «
pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemorationem. Simili- «
ter & Calycem, poſtquam cœnauit, dicens: Hic Calyx Nouum «
Teſtamentum eſt in meo Sanguine. Hoc facite, quotieſcumque bi- «
beritis, in meam commemorationem: Quotieſcumque enim man- «
ducabitis PANEM HVNC, & Calycem bibetis, MORTEM DOMINI «
annunciabitis, donec veniat. Itaque quicumque manducauerit Pa- «
nem hunc, VEL biberit Calycem Domini INDIGNE, reus erit COR- «
PORIS ET SANGVINIS Domini. Probet autem ſeipſum homo, & «
ſic de PANE ILLO edat, & de Calyce bibat. Qui enim manducat & «
bibit INDIGNE, iudicium ſibi manducat & bibit, NON DI- «
IVDICANS CORPVS DOMINI. Ideo inter vos multi «
infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd ſi noſmetipſos di- «
iudicaremus, non vbique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à «
Domino corripimur, vt non CVM MVNDO damnemur. Itaque, «
FRATRES MEI, cùm conuenitis AD MANDVCANDVM, in- «
uicem exſpectate. Si quis eſurit, DOMI MANDVCET, vt non «
IN IVDICIVM conueniatis. CÆTERA autem, cùm venero, «
DISPONAM. Diſpoſui autem poſtea quid Canon Euangelicus, «
Apoſtolicus, Eccleſiaſticus, Liturgicus vel ſtatueret, vel ferret, vt mox videbimus, ſi modò priùs ſuperiora dicta à Corinthiis ad vos tranſlata paululùm refricauerimus: Principio omnium vox ac formula Sacrificalis eſt toties decantata, HOC FACITE, vt pæne iam ſubinſulsū ſit in huius verbi interpretatione hærere. Quapropter Vltima Oecumenica Synodus, Sectionis vigeſimæ ſecūdæ cap. primo hæc declarat: Quoniā ſub priori teſtamēto, teſte Apoſtolo Paulo, propter «
Leuitici Sacerdotij imbecillitatem, conſummatio nō erat, OPORTVIT, «

Heb.7.v.17. » Deo Patre misericordiarū ITA ordināte, SACERDOTEM ALIVM SECVN-
» DVM ORDINEM MELCHISEDECH SVRGERE, Dominum nostrum Ie-
» sum Christum, qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, con-
» summare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus & Dominus noster,
» etsi semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri obla-
» turus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur; quia tamen per
» mortem, Sacerdotium eius extinguendum non erat, in Cœna nouissi-
» ma, qua nocte tradebatur vt dilectæ suæ Spōsæ Ecclesiæ VISIBILE, sic-
» ut hominum natura exigit, relinqueret SACRIFICIVM, quo cruen-
» tum illud semel in Cruce peragēdum repræsentaretur, eiusque memo-
» ria in finem vsque sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in re-
» missionem eorum quæ à nobis quottidie committuntur, peccatorum
Psal.109.v.4. » applicaretur, Sacerdotem secundùm ordinem Melchisedech se in æ-
» ternum constitutum declarans, Corpus & Sanguinem suum, sub spe-
» ciebus Panis & Vini, Deo Patri OBTVLIT, ac sub earumdem rerum
» SYMBOLIS, Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes consti-
» tuebat, vt sumerent, tradidit, & eisdem, eorumque in Sacerdotio suc-
Luc.22.v.19. » cessoribus vt offerrent PRÆCEPIT, PER HÆC VERBA; HOC FACITE
1.Corint.11. v.24. » IN MEAM COMMEMORATIONEM, vti semper ECCLESIA CATHOLI-
» CA intellexit & docuit. Nam celebrato veteri Pascha (quod in memo-
» riam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israël immolabat) no-
» uum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis vi-
Exod.12. v.42. » sibilibus immolandum, IN MEMORIAM TRANSITVS SVI EX HOC
» MVNDO AD PATREM, quando per sui Sanguinis effusionem nos re-
Colos.1.v.13. » demit, atque eripuit de Potestate tenebrarum, ET IN REGNVM SVVM
» TRANSTVLIT. Et hæc quidem illa MVNDA OBLATIO EST, quæ nul-
» la indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest; quam Domi-
» nus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in Gen-
» tibus, in omni loco mundam offerendam prædixit, & quam NON OB-
» SCVRE innuit APOSTOLVS PAVLVS ad Corinthios scribens, cùm dicit,
1.Cor.10. v.21. » Non posse eos qui participatione mensæ Dæmoniorum polluti sunt,
» mensæ Domini participes fieri: PER MENSAM ALTARE VTROBIQVE
» INTELLIGENS. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum Na-
» turæ & Legis tempore similitudines figurabatur. vtpote quæ bona
» omnia per illa significata velut illorum omnium CONSVMMATIO ET
» PERFECTIO COMPLECTITVR. Nec verò in solam ac nudam Comme-
morationem hoc Altaris Sacramentum institutum est; sed vt esset
COMMEMORATIVVM SACRIFICIVM; & quidem tale, per cuius obla-
tionem, commemorando beneficium mortis Christi, quâ redempti
sumus, copiosiorem eiusdem redemptionis consequeremur effectum.
» In quantum enim (inquit Parte Tertia, Quæstione septuagesima no-
» na, Articulo septimo, DOCTORVM DOCTOR Sanctus Thomas) in
» hoc Sacramēto repræsentatur Passio Christi, in qua Christus obtulit se
Ephes.5.v.2. » hostiam Deo, (vt dicitur Epheseiorū quinto) habet rationem Sacrificij.
Vnde Sāctus Eucherius, Archiepiscopus Lugdunēsis, Homiliâ quintâ
» De Paschate: Et ideo, inquit, quia Corpus adsūptum ablaturus erat ex

oculis nostris, & sideribus illaturus, necessarium erat vt nobis in hac « die Sacramentum Corporis & Sanguinis sui consecraret, vt coleretur « iugiter per Mysterium quod semel offerebatur in Pretium. VT QVIA « QVOTIDIANA ET INDEFESSA CVRREBAT PRO HOMINVM SA- « LVTE REDEMPTIO, PERPETVA ESSET ETIAM REDEMPTIONIS « OBLATIO, ET PERENNIS ILLA VICTIMA VIVERET IN MEMO- « RIA, ET SEMPER PRÆSENS ESSET IN GRATIA verè vnica & per- « fecta HOSTIA, fide æstimanda, non specie; nec exteriori censenda vi- « su, sed interiori affectu. Quocirca Adelmannus, perillustris ille Epi- « scopus Brixiensis, Epistolâ DE VERITATE CORPORIS DOMINI AD BERENGARIVM, hoc effatum, vetere Theologia ac Sancti Fulberti disciplina dignum edidit: Nec aliter meliùs posse intelligi puto quod « Apostolus de illo ait; Qui est ad dexteram Patris, qui etiam interpellat « pro nobis; quàm vt interpellatio ista fiat, non VERBA PROFERENDO, « sed OBEDIENTIAM ATQVE HVMANITATEM SVAM PER COM- « MEMORATIONEM PASSIONIS DEO PATRI COMMEN- « DANDO. Hoc quoque in eiusdem Sacramenti institutione, cùm iam « sub articulo ipsius passionis agonizaret, & ad dolores Carnis mox fu- « turos, præscio spiritu, præuitaret: hoc, inquam, certissimum pignus « sui dilectis Discipulis relinquens, Hoc facite, inquit, in meam com- « memorationem: Commemorationem, inquam, CHARITATIS ERGA « vos, pro quibus animam meam pono: ET OBEDIENTIÆ ERGA PA- « TREM; quia sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. At Guitmundus, Archiepiscopus Auersanus, DE VERITATE EVCHARISTIÆ libro secundo: O VIRI INSIPIENTER SAPIENTES, nec AVGVSTI- « NVM, nec cæteros auctores Sanctos, nec CONSVETA ECCLESIÆ VER- « BA intelligentes, aut certè malè peruertentes præclarâ diligentiâ! « Nusquam enim AVGVSTINVS in libro DE DOCTRINA Christiana, « CIBVM ALTARIS DOMINI, Signum vel Figuram vocauit, sed « CELEBRATIONEM DOMINICI CORPORIS signum dixit: quod idem « & NOS CREDIMVS. Nam quoties celebratio Corporis & Sangui- « nis Domini agitur, non equidem Christum iterum occidimus, sed « MORTEM EIVS IN IPSA ET PER IPSAM CELEBRATIONEM ME- « MORAMVS; ESTQVE IPSA CELEBRATIO, PASSIONIS CHRISTI « QVÆDAM COMMEMORATIO. COMMEMORATIO autem PASSIONIS « Christi, IPSAM PASSIONEM significat. CELEBRATIO igitur Corporis « & Sanguinis Domini, PASSIONIS CHRISTI est SIGNVM. Et hoc est « quod ait Beatus AVGVSTINVS. Ac paulo post: Nam cùm dicimus, IN « CELEBRATIONE DOMINICI CORPORIS CHRISTVS IMMOLATVR, « nemo CARNALITER hæc secundùm litteram debet accipere. Christus « Rom.6.v.9. enim semel mortuus, iam non moritur: mors ei vltra non dominabitur. « Sed dum Passionem eius MISSAS CELEBRANDO, memoramus, « PRO NOBIS OLIM MORTVVS DESIGNATVR. Denique si quis dicat; Ce- « lebratio Dominici Corporis est Dominica Passio, TANQVAM CARNA- « LITER SENTIENS, à nobis repellitur. NON EST ENIM CELEBRATIO IPSA « DOMINICA PASSIO, SED DOMINICÆ PASSIONIS IAM PERACTÆ SI- «

» GNIFICATIVA COMMEMORATIO. Et Lanfrancus, ex Cadomensi Abbate Archiepiscopus Cantuariensis, libro DE EVCHARISTIÆ SA-
» CRAMENTO ADVERSVS BERENGARIVM: Vocaturque, inquit, ipsa
» CARNIS IPSIVS IMMOLATIO quæ Sacerdotis manibus fit, Christi
» Passio, Mors, Crucifixio, non REI VERITATE, sed SIGNIFICANTE
» MYSTERIO. Hinc etiam scripsisse notum est Nicetam in Alexio Ter-
» tio: Nam cùm in quæstione esset, VTRVM SANCTVM CHRISTI COR-
» PVS POST PERCEPTIONEM INCORRVPTIBILE SIT, quale post Passionẽ
» & Resurrectionẽ fuit; AN CORRVPTIBILE, vt ante Passionem? Alij di-
» cebant, (scilicet ij quos Nicetas Orthodoxos agnoscit) Incorruptibile
» esse, QVOD DIVINORVM MYSTERIORVM PERCEPTIO, CONFESSIO SIT
» ET RECORDATIO QVÆDAM, DOMINVM PROPTER NOS MORTVVM ET
» REDIVIVVM FVISSE, VT MAGNVS IN THEOLOGIA CYRILLVS TRA-
» DIT; ET QVAM PARTEM QVISQVE ACCEPERIT, AB EO ILLVM TO-
» TVM PERCIPI QVEM THOMAS PALPARIT, EVMQVE COMEDI POST
» RESVRRECTIONEM, VT IOANNES CHRYSOSTOMVS AFFIRMAT: Ζητήσεως οὔσης, ΕΙ ΤΟ ΜΕΤΑΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΟΝ ΑΓΙΟΝ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΑΦΘΑΡΤΟΝ ΕΣΤΙΝ, ὁποῖον μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν, ΕΙΤΕ ΜΗΝ ΦΘΑΡΤΟΝ, ὡς πρὸ τοῦ πάθους· οἱ μὲν ἔλεγον ἄφθαρτον. ΟΜΟΛΟΓΙΑΝ ΓΑΡ ΤΙΝΑ ΚΑΙ ΑΝΑΜΝΗΣΙΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΥ ΤΕΘΝΑΝΑΙ ΤΕ ΚΑΙ ΑΝΑΒΙΩΝΑΙ ΔΙ ΗΜΑΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ, ΤΗΝ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΜΕΤΑΛΗΨΙΝ, ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΕΝ ΘΕΟΛΟΓΙΑ ΚΥΡΙΛΛΟΝ, ΚΑΙ ΩΣ, Ο ΑΝ ΜΕΡΟΣ ΤΙΣ ΔΕΞΗΤΑΙ, ΕΚΕΙΝΟΝ ΕΙΣΔΕΧΕΤΑΙ ΟΛΟΝ, ΤΟΝ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΘΩΜΑ ΨΗΛΑΦΗΘΕΝΤΑ. ΚΑΙ ΩΣ ΕΣΘΙΕΤΑΙ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ, ΚΑΘΩΣ Ο ΧΡΥΣΟΥΣ ΤΗΝ ΓΛΩΤΤΑΝ ΙΩΑΝΝΗΣ, ΦΗΣΙ. Nam nihil vetat esse commemoratiuum sui. Vnde Auctor Operis Imperfecti, qui Chrysostomi sæculo floruit, de signo Filij Hominis apparituro, in Cœlo, agens, Homiliâ quadragesimâ nonâ in Matthæum:

Matt.24. v.30. » Tunc apparebit signum Filij Hominis in cœlo. Quidam putant Cru-
» cem Christi ostendendam esse in cœlo: verius autem est, ipsum Chri-
» stum in corpore suo habentem TESTIMONIA PASSIONIS, id est, vul-
Zach.12. v.10. » nera Lanceæ & Clauorum, vt impleatur illud quod dictum est: Et
» videbunt in quem pupugerunt. Denique in quo loco præsens Euan-
» gelista ponit, dicens; Apparebit SIGNVM FILII Hominis: alij Euange-
Marc.13. v.26. » listæ hoc solùm dixerunt: Et videbunt FILIVM Hominis venientem.
Luc. 21. v.27. » videlicet ostendentes SIGNVM CHRISTI, ESSE IPSVM CORPVS CHRI-
» STI, QVI IN SIGNO CORPORIS SVI COGNOSCENDVS EST A QVIBVS
» CRVCIFIXVS EST. Vnde in Actibus ad Apostolos Angelus sic dicit:
Act.1,v.11. » HIC IESVS, qui receptus est à vobis, sic veniet iterum, quemadmodum
» vidistis eum euntem in cœlum. Non sic portatus in tali nube: nec enim
» cum tali gloria ascendit, cum quali venturus est iudicare; sed sic veniet,
» hoc est, similiter CVM HOC CORPORE cum quo ascendit. VIDES ER-
» GO, QVIA QVASI SIGNVM DATVR APOSTOLIS CORPVS EIVS, dicens:
» Sic veniet. Hæc ille. Quod sciens & agnoscens Ecclesia Deum in
» ipsius celebratione Sacramenti sic orat, IN QVADAM DOMI-
NICALI ORATIONE SECRETA, vt loquitur & notauit ex Ec-

clesiastico officio, ante quadringentos fermè annos, Sanctus Thomas Tertiæ Partis Quæstione Octuagesima tertia: « CONCEDE NOBIS « HÆC DIGNE FREQVENTARE MYSTERIA: QVIA QVOTIES HVIVS « HOSTIÆ COMMEMORATIO CELEBRATVR, OPVS NOSTRÆ RE- « DEMPTIONIS EXERCETVR. & aliàs, Oratione ad Christum conuer- « sa: HVMILITER DEPRECAMVR, VT QVÆ IN TVA COMMEMO- « RATIONE NOS FACERE PRÆCEPISTI, IN NOSTRÆ PROFICIANT « INFIRMITATIS AVXILIVM, Dominicâ Nonâ, & Vigesimâ Secundâ post Pentecosten. Hinc Innocentius Tertius, Pont. Max. vir multæ pietatis & doctrinæ, nec minoris prudentiæ in Ecclesia gubernanda, Sermone secundo, quem in Quarto Lateranensi Concilio Oecumenico habuit, (qui quidem in Acta Synodica relatus est) hęc ait: Ergò SERVITE DOMINO IN TIMORE, ET EXSVLTATE EI CVM « Psal.2.v.11. TREMORE; præsertim IN SACRIFICIO IN QVO MORTIS CHRISTI « MEMORIA CELEBRATVR. Hoc, inquit, facite in meam Commemo- « Luc.22.v.19. rationem: Et APOSTOLVS dicit: Quotiescumque manducabitis Pa- « 1. Cor. 11. nem hunc, & Calycem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec « v.26. veniat. IN QVOLIBET ENIM OFFICIO NEGLIGENTIA EST PECCA- « TVM, SED IN SACRIFICIO EST PERICVLVM. Quoniam qui mandu- « ducat indignè, iudicium sibi manducat, non diiudicans Corpus Do- « mini. Hæc ante nocentia hæc tempora Innocétius. Sanè eodem Com- « memorationis argumento concludat necesse est Aduersarius, si quis sit, ac non potiùs sui ipsius atrocissimus hostis, nullum in Veteri Lege fuisse Sacrificium; nec Propitiatoria tantùm, sed & Pacifica, & Holocausta excludat. Siquidem omnia vel ad commemorationem acceptorum beneficiorum, vel saltem ad significationem & spem futurorum, instituta fuerunt. Ac propterea cui COMMEMORATIVVM SACRIFICIVM nouum est, ei quoque nouum sit necesse est in Sacris Scripturis, tanquam hospiti ac peregrino, AGNI PASCHALIS SACRIFICIVM, quod quidem quotannis celebrabatur semel, COMMEMORATIVVM FVISSE. At quòd simul & Verum & Commemoratiuum exstiterit Agni Paschalis Sacrificium, quis nesciat? Agni scilicet Paschalis Sacrificium, Commemoratiuum erat, iubente Lege, volente Deo, Sacrificij scilicet illius Agni, cuius sanguine, vt Exodi duodecimo vide- Exod.12. re est, Israëlitarum domus in Ægypto ab Exterminatore Angelo semel liberatæ, immo redemptæ essent. Nihilominus verò & Verum & solum atque vnicum RELIGIONIS LEGALIS Sacrificium erat; at SACRIFICII REDEMPTIONIS LEGALIS Commemoratiuum. Quare Augustinus Commemoratiuum Passionis, non Corporis, Sacrificium dixit, Quæstione sexagesima prima libri Octoginta Triū Quæstionum: Dominus noster Iesus Christus ipse est Sacerdos noster in æternum, se- « Psal.109.v.4. cundùm Ordinem Melchisedech, qui seipsum obtulit holocaustū pro « peccatis nostris, & eius Sacrificij SIMILITVDINEM CELEBRANDAM in « SVÆ PASSIONIS MEMORIAM (cur nō in sui Corporis Memoriā dixit pro « Nouatoribus Augustinus?) commédauit: vt illud quod Melchisedech « OBTVLIT DEO, IAM PER TOTVM ORBEM TERRARVM IN CHRISTI «

» ECCLESIA VIDEAMVS OFFERRI. Vbi habes, REX IACOBE, Incruentum Missæ Sacrificium similitudinem esse eius quod in Cruce peractum est; PASSIONISQVE CHRISTI, NON CORPORIS CHRISTI, COMMEMORATIVVM ESSE. Ex quo in Solemnitate Corporis Christi,
» prima Liturgica Ecclesiæ vox atque oratio est: DEVS, QVI NOBIS
» SVB SACRAMENTO MIRABILI, PASSIONIS TVÆ MEMORIAM RE-
» LIQVISTI. Habes, Missæ Sacrificium à Christo commendatum fuisse, VT IN PASSIONIS EIVS CELEBRARETVR MEMORIAM. Habes, Melchisedech Panem & Vinum, Deo OBTVLISSE. Habes denique, per Totum iam Terrarum Orbem visibiliter, vt aiunt, illud in Ecclesia offerri, quod in figura Melchisedech obtulit Deo. Ac ne quis, quia Commemoratiuum, ideo parum Verum Sacrificium vestrum Christianorum existimet; quod iam audiuit, auscultet, nempe eumdem Augustinum, vndecimo ca-
» pite libri De spiritu & Littera: THEOSEBIA porrò, si ad verbi origi-
» nem Latinè expressam interpretaretur, DEI CVLTVS dici poterat,
» qui in hoc maximè constitutus est, vt anima ei non sit ingrata. Vn-
» de & in ipso VERISSIMO ET SINGVLARI SACRIFICIO Domino
» Deo nostro AGERE GRATIAS admonemur. Atque hæc pro PRIMA Parte Corinthiorum Institutionis nostræ. nunc SECVNDO notanda Sermonis Varietas, cùm de Calyce, ac cùm de Pane agitur. Absolutè enim post Panis consecrationem additur: Hoc FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM; at in Calycis consecratione, non item: verùm cum quadam determinatione, nempe, QVOTIESCVMQVE BIBETIS. Videtur enim, & rectè Scriptoribus CATHOLICIS, haud improbabile inde argumentum sumi, quo doceant, Vsum Calycis non omnibus Fidelibus necessariò vsurpandum esse. Non enim sine causa PAVLVS, inquiunt, dum per eum Spiritus & loquitur & spirat, eam determinationem speciatim adiecit, hoc posteriore loco. Nec verò apparet alia causa, quàm vt insinuaret, non eamdem Vtriusque Speciei passim à Fidelibus sumendæ esse rationem; eò quòd multæ causæ occurrere possint, quæ suadeant aut cogant à specie Vini abstinendum esse, quas hîc nil necesse est singulas referre. Hac igitur parte non continetur præceptum, Hoc simpliciter FACIENDI, id est, DE CALYCE BIBENDI; sed præcipitur, vt QVOTIES & quandocumque de hoc Calyce biberent, in Domini Commemorationem id facerent. TERTIO à me loco positum
» est: Itaque quicumque manducauerit Panem hunc, VEL biberit
» Calycem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domi-
» ni; vt iterum intelligatis ex enunciatis illis disiunctiuè expressis, VEL BIBERIT, probationem duci non leuem PRO COMMVNIONE SVB VNA SPECIE. Quis enim sic loquatur, qui non sentiat vnam Speciem sine altera, maximéque Panem sine Vino, sumi posse: vt, nisi sacrifices, quamuis manducaueris, bibere minimè tenearis. Et tamen, ô altitudo! manducando bibis, & bibendo manducas: fitque, vt siue manducaueris, siue biberis indignè, reus sis, non Corporis solùm,

manducando; aut Sanguinis, bibendo: sed vtriusque simul, nempe CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI. Quare, cùm disiunxissem in SPECIE, vtrumque in REATV coniunxi, his verbis: Itaque Quicumque manducauerit Panem hunc, VEL biberit Calycem Domini indignè, REVS ERIT Corporis ET Sanguinis Domini; malè videlicet accepti, atque (vt supplet Hieronymus, priore contra Iouinianum Libro) VIOLATI. Cùm enim disiunctiuè dixissem, Ederit aut Biberit indignè; non tamen intuli, reum fore Corporis aut Sanguinis Domini; sed coniunctim vtriusque: tanquam qui vel edens, vel bibens, vtrumque sumpserit. Atque hæc DE COMMVNIONE SVB VTRAQVE SPECIE, siue DE SACERDOTALI LAICAQVE COMMVNIONE, vt nunc loquuntur, quæ Sacrificij nostri consumptio est, obiter dicta sunto. VLTIMO dijudicandum seu discernendum (Codex enim Ambrosianus, NON DISCERNENS, habet) Corpus Domini dixi, vt quid Mensæ nostræ, quid Christianorum Altari superponeretur post mystica verba, qui habet aures audiendi, audiret. Non enim rectè quis damnatur, quòd Eucharistiam sumens, non diiudicet Corpus Domini ab aliis cibis; si id quod sumit verè non est Corpus Domini, sed alius cibus. Verùm, patefacto Domini Præcepto, cætera, quoniam huc vsque venimus, disponamus, ad ordinemque nostrum, DE SACRIS VESTIBVS, AC ORDINE MISSÆ, quemadmodum polliciti sumus, reuertamur.

CAP. XXVI.

Ac primùm quidem DE VESTE SACERDOTALI agendum videtur, vt consecrato Altari, paratàque Victimâ, necnon & Sacrificij exposita ratione, rectè ac rite Sacrum nostrum faciamus. Sacerdotalem Vestem, quam Latini CASVLAM, aut PLANETAM dicunt, Græci Φελόνιον, &. Φελώνιον, siue Φαιλόνιον vel Φαιλώνιον, Φαινόλιον, Φενόλιον, (communiùs verò Φελώνιον) quòd vniuersa videatur ac tota conspicua sit; παρὰ τὸ Φαίνεσθαι ὅλον, vocant: nullumque aliud prætereà vocabulum habent quo in sacris vtantur, ac mentem suam in ea significanda declarent; vt suprà de Liturgia dictum fuit. Hanc ego quoque ceu PENVLAM, ac, vt in tertio contra Pelagianos Dialogo, Hieronymus vertit, LACERNAM, ad Euangelicum iter, huiusque præsentis vitæ (quæ NVNC est, vt dicere soleo, ἐν τῷ ΝΥΝ αἰῶνι proprie, IN HOC NVNC SÆCVLO; quoniam, vt paulò ante non fuit, ita mox non erit) depellendas quasi temporis iniurias: immo tanquam Sacram quamdam Chlamydem indutus, hortor Timotheum, vt quam reliqui Troade, secum referat, Sacra Penula, Librisque Sacris, ad facienda Sacra satis contentus. Notissimus locus est Posterioris ad Timotheum: Τὸν ΦΕΛΟΝΗΝ, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρῳάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ Βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας: PENVLAM, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & LIBROS, MAXIME MEMBRANAS. Est verò Φαινόλης, inquit Suïdas, χιτὼν ἱερατικός, VESTIS SACERDOTALIS. Quid autem significet mysticum illud Indumenti genus, sic exponit Sanctus Germanus, Constantinopolitanus Patriarcha (Sancti Gregorij Iunioris, ac vestri Venerabilis Be-

Margin notes: « « « (beside "Quicumque manducauerit … malè videli-"); 1.Tim.4.v.8. (beside "(quæ NVNC est …"); Tit.2.v.12. (beside "IN HOC NVNC SÆCVLO"); 2.Tim.4.v.13. (beside "ad Timotheum: Τὸν ΦΕΛΟΝΗΝ"); « « « (beside "PENVLAM … MEMBRANAS").

dæ σύγχρονος. Cuius Epistolæ tres Græcè & Latinè in Concilio Secundo Nicæno Actione quarta exstant) HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ AC MYSTICÆ THEORIÆ, Ἱστορίας Ἐκκλησιαστικῆς, καὶ Μυστικῆς Θεωρίας, libro: Τὸ δὲ ΦΕΛΩΝΙΟΝ, ἐμφαίνει (ad superius allatam à φαίνομαι, & ὅλον, nominis notationem ac originem alludit) τὴν ἀπὸ κοκκίνου ΠΟΡΦΥΡΑΝ, ἣν ἐπὶ τοῦ Ἰησοῦ ἐμπαίζοντες οἱ ἀσεβεῖς ἐφόρησαν. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΣΤΟΛΗ τοῦ βαπτί-
» σματος. Latinè diceres: PLANETA, vel CASVLA, repræsentat cocci-
Matth 27. » neam illam PVRPVRAM, qua Christum impij illudentes induerunt.
v.28. » Est verò etiam & STOLA BAPTISMATIS. Troade igitur (quæ Asiæ Minoris ciuitas, locusque VBI TROIA FVIT, Græcorum bello ac Poëtarum præconio illustris) familiariter vsus apud meum hospitem CARPVM (qui Καρπὸς, siue Fructus, posthac Euangelij nostri fuit, quémque postea ad tertium Idus Octobris Ecclesiarum Mar-
Iacob.5.v.11. tyrologia, vt loquitur Frater noster Iacobus, BEATIFICARVNT) Phelonium, siue Planetam, Penulæ aut Lacernæ, vel Pallij Philosophici in modum, vt antiquiorum quæ nunc exstant formæ referunt, reliqueram; si fortè eò redeundi à Domino data facultas esset. Nam triplicem meum eò loci accessum breuis Actuum historia,
Act.16.v.8. cum altera mea ad Corinthios Epistola, narrat: Primùm, Actuum
2.Cor 2.v.12. decimo sexto; Iterùm, secundæ Corinthiorum secundo: Tertiò de-
Act.20.v.6. nique, Actuum vigesimo: quo postremo meo aduentu Penulam illam Sacram illic reliqui, quando & mortuum in virtute Domini nostri Iesu Christi ibidem vno ante scriptam hanc Epistolam anno suscitaui. Mirum autem esset, si ex tam dissito tamque remoto loco, VESTEM aut ARCVLAM afferri mihi iussissem, quasi Romæ (vbi data ad Timotheum altera Epistola) non essent qui talia aut facerent, aut venderent. Præposterum quoque videatur, vt Itinerariam Vestem, iter facturus, domi reliquerim, eandem itinere peracto quandoque repetiturus. Præter autem Sacras Vestes, LIBROS, MAXIME autem MEMBRANAS, requisiui; vt nimirum præter Ritualium Librorum vsum attentè considerent, quantum existimare debeant omnes Episcopi & Pastores, sibi necessariam esse lectionem & studium Scripturæ Sacræ, quantumcumque etiam profecerint; si ego PAVLVS, ab ipso Domino institutus, & mysteria Religionis edoctus, totque annis Apostolatu functus, adhuc quos legerem desideraui
2.Cor 12.v.4. libros, & theodidactus, & arcanorum verborum auditor, quæ non licet homini loqui, ac (vt loquitur Lirinensis) SECRETORVM COELI CONSCIVS, si intermittenda, nunquam tamen remittenda studia in pascendo grege, exemplo meo probans. SED ad

CAP. XXVII. Sacrarum Vestium Vsum se referat oratio.

Interea veniens IN SACRA VESTE Sacerdos,
ALTARIS DEXTRAM, dona daturus, adit.
Vestibus ille sacris tegitur: TEXIT CARO VERBVM,
Tota carens macula, tota SACRATA DEO;

inquit Hildebertus Cenomanensis, Iuonis Carnotensis temporibus, ante videlicet quingentos & ampliùs annos. Qui sanè Iuo Beati

Brunonis, viri doctissimi, ac Carthusianorum sapientissimi Institutoris, Vrbani nimirum secundi, Pontificis Maximi, ætate illustris, Sermonem DE SIGNIFICATIONIBVS INDVMENTORVM SACERDOTALIVM composuit. Nonnulla decerpere ac delibare placet: DE INDVMENTIS, inquit, SACERDOTALIBVS, vel de PONTIFICALIBVS, diligenter considerandum est, quid in moribus Sacerdotum significet illa VARIETAS VESTIVM, quid FVLGOR AVRI, quid NITOR GEMMARVM, quum nihil ibi debeat esse ratione carens, sed FORMA SANCTITATIS & omnium IMAGO VIRTVTVM. Sicut enim BONA DOMVS in ipso vestibulo agnoscitur: sic Christi Sacerdos CVLTV SACRARVM VESTIVM ostendit exteriùs qualis apud se esse debeat interiùs. Ipse autem SACRARVM VESTIVM RITVS per Mosen cœpit exordium: quamuis CHRISTIANA RELIGIO PLVS INTENTA REBVS, QVAM FIGVRIS, Sacerdotes suos non omnibus illis veteribus induit ornamentis. Sed vt antiquus ille Anglicanæ Ecclesiæ Sacerdotalis Sacrarum vestium splendor ob oculos vestros clariùs obuersetur, perstringatque contradicendi magis quàm ædificandi cupidos; eumdem Iuonem ad Mathildem ANGLIÆ REGINAM, (quæ Iuonis consanguinea erat) scribentem adeamus. Quantos enim singultus edet temporum illorum memoria vobis, VIRI ANGLI, quibus scripta centesima septima illa Epistola videtur, quæ vniuersa recitanda est: REVERENDÆ ANGLORVM REGINÆ Mathildi Iuo humilis Carnotēsis Ecclesiæ Minister, IN FINIBVS TERRÆ audire sapientiā Salomonis. Quoniam vnam te esse de Prudētibus Mulieribus fama diuulgante cognouimus, corpore longè positam, præsentem te nobis bonæ opinionis odor exhibuit, & ad diligendam charitatem, quā in te castarum mentium sponsus ordinauit, excitauit. Vnde à Tua Excellentia mutuam promereri cupimus dilectionem, quam propter præclaram memoriam REGINÆ ANGELORVM Mariæ, Ecclesiæ, cui auctore Deo, licèt indigni, deseruimus, ante tua tempora exhibuerunt REGINÆ ANGLORVM. Nec indecens est Religioni & famæ tuæ, si quem diligere debes communi sorte vt hominem, QVODAM PRIVILEGIO DILIGAS VT CHRISTI SACERDOTEM, & Christianæ Religionis pro suo modulo Directorem. Hac itaque confidentia transmisimus Tuæ Liberalitati duos de CANONICIS nostris qui necessitatem Ecclesię nostræ tibi referant, & benedictionem quam cordi tuo Deus immiserit, sicut benedictionem accipiant. PETO ETIAM VT AD IMPRIMENDAM ARCTIVS MENTI MEÆ TVÆ EXCELLENTIÆ MEMORIAM, PODEREM; VEL ALIQVAM ALIAM VESTEM SACERDOTALEM PARVITATI MEÆ TRANSMITTAS, QVALEM DECEAT ET REGINAM DARE, ET EPISCOPVM IN CELEBRATIONE DIVINORVM SACRAMENTORVM INDVERE. Valete. Concilium Oxoniense longè postea, id est, Sancti Bonauenturæ ætate, celebratum perseuerasse in Anglia hunc ritum, satis innuit, capite DE ORNAMENTIS ECCLESIÆ: AD MINVS DVPLICIA ORNAMENTA SACERDOTALIA,

CAP. XXIIX.

» ET VT HONOR DEBITVS DIVINIS OFFICIIS IMPENDATVR, PRÆCIPIMVS VT QVI ALTARI MINISTRANT, SVPERPELLICIIS INDVANTVR. Si TERTIO Tria exponentem Bedam audierimus, In ore duorum aut trium, vt ex Euangelio vsurpare solemus, stabit omne verbum; Tribus ille locis DE SACRIS VESTIBVS agit; ac PRIMO quidem loco Sacras Sacerdotum Vestes, vnà cum Sacerdotio, vnà cum Euangelio in Angliam inuectas, commemorat; vt & prima vltimis respondeant, & vltima, media, primaque ætas eandem vt DOCTRINÆ SIC DISCIPLINÆ normam secuta esse videatur. PAPA (inquit, » priore libro Anglicanæ Historiæ) MISIT AVGVSTINO EPISCOPO » VNIVERSA QVÆ AD CVLTVM ERANT AC MINISTERIVM ECCLESIÆ » NECESSARIA; VASA VIDELICET SACRA, ET VESTIMENTA ALTARIVM, ORNAMENTA QVOQVE ECCLESIARVM, ET SACERDOTALIA, VEL CLERICALIA INDVMENTA. Atque hæc post Ioannem Diaconum Beda Historicus. Nunc SECVNDO loco idem Beda, Interpres Marci, in decimum sextum caput, hæc de Memoriæ thesauro profert noua & vetera: Hinc ECCLESIÆ MOS obtinuit, vt » SACRIFICIVM ALTARIS non in Serico, neque in PANNO TINCTO, sed IN LINO TERRENO celebretur: sicut Corpus est Domini IN » SINDONE MVNDA sepultum, iuxta quod IN GESTIS PONTIFICALIBVS, à Beato Papa Syluestro legimus esse statutum. POSTREMO, Sacrorum Rituum mystagogum agens, in Collectaneis, Capite DE SEPTEM ORDINIBVS: Benè etiam, ait, ORATIONI (ex Græco Εὐχῇ, Beda Sacrificium ORATIONEM vocat: est enim ORATIO, siue PRECATIO REALIS, videlicet cum rei oblatæ munere Sacrificium) conuenit ORARIVM, conueniens Officio vestimentum. Cuius sanè vltimi Bedæ dicti haud facilè quis, absque vndequadragesimo Concilij Toletani quarti Canone, intelligentiam assequatur. Est autem huiusmodi: SI ORARIA DVO nec EPISCOPO induere quidem licet, nec » PRESBYTERO; VTIQVE MVLTO MINVS DIACONO, QVI MINISTER EORVM EST. Vnum ergo Orarium oportet LEVITAM gestare in sinistro humero, PROPTER QVOD ORAT, ID EST, PRÆDICAT. Dexteram autem partem oportet habere liberam, vt expeditus AD MINISTERIVM SACERDOTALE discurrat. Caueant ergò » amodo LEVITÆ Gemino vti Orario, sed Vno tantùm, & PVRO, » nec vllis COLORIBVS, aut AVRO, ornato.

CAP. XXIX.

AVRVM verò illud nunquid vobis non iniicit iucundam illam Apostolicorum temporum recordationem, tanquam fulgorem, notissimâ illâ Euangelistæ Ioannis, Ephesiorum Episcopi, historiâ; quem ante quadringentos ac mille annos, Polycrates ad Victorem Pont. Max. Epistolâ, quæ libro quinto Historiæ apud Eusebium exstat, cum Lamina Aurea, tanquam sacro Diademate, Infulatum pingit ac in medium » profert? His accedit (inquit) Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit; qui factus Pontifex, LAMINAM AVREAM (vel potiùs, PRETIOSAM MITRAM ac CYDARIM) gestauit; qui Martyr & DOCTOR » exstitit; qui tandem Ephesi obdormiuit. Plura etiam adhuc sonant

Græca Verba Polycratis : Ἔτι δὲ Ἰωάννης ὁ ἐν τῷ στήθει τοῦ Κυρίου ἀναπεσών, ὃς ἐγενήθη ΤΟ ΠΕΤΑΛΟΝ πεφορηκώς, καὶ Μάρτυς καὶ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ· οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Mitras enim Apoſtolos geſtaſſe dum Pontificalia exercerent, lectus Actione prima Octauæ Synodi Libellus Patriarchæ Hieroſolymorum, ad Sanctum Ignatium Conſtantinopolitanum Patriarcham, fidem facit, his verbis, attentiſſimè legendis: Miſimus tibi, Venerande & Dilecte Domine, Podêrem & Superhumerale cum MITRA, Pontificalem Habitum SANCTI IACOBI APOSTOLI, FRATRIS DOMINI; Sacrum item Vas ex cimiliis Sanctæ Reſurrectionis; Craterem argenteum, cum Imaginibus expreſſum; AD SANCTIFICATIONEM ECCLESIÆ VESTRÆ: Ἐστείλαμέν σοι τὸν Ποδήρη, καὶ τὴν Ἐπωμίδα, σὺν ΤΗ ΜΙΤΡΑ· τὴν Ἱεραρχικὴν Στολὴν ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΑΚΩΒΟΥ, ΤΟΥ ΑΔΕΛΦΟΘΕΟΥ, τῇ σῇ ΠΕΡΙΠΟΘΗΤΩ ΚΑΙ ΤΙΜΙΑ ΚΕΦΑΛΗ. ἅμα δὲ καὶ ἱερὸν σκεῦος, τῶν κειμηλίων τῆς ΑΓΙΑΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ, κρατῆρα ἀργύρεον, ἐν εἰκόσι διάγλυφον, ΠΡΟΣ ΑΓΙΑΣΜΟΝ ΤΗΣ ΚΑΘ' ΥΜΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ. « « « « «

CAP. XXX.

SED Apoſtolicum illud, vel Sacerdotale, ſiue Epiſcopale PETALON (cuius figura in Exodi AVREO PETALO præceſſit) relinquamus, vt, quaſi depoſitâ Mitrâ, ſicut in myſteriis plerumque fit, interiorem pietatis viam tanquam oratione rimemur. Exo. 28. v. 36. Quis (inquit Petrus Damianus, Epiſtolâ duodecimâ) cùm SACERDOTALIA conſpicit INDVMENTA, admiratione dignum illis eſſe credat, niſi quid in eis FIGVRALITER innuatur, intelligat? At ſi Spiritualis intuitus clareſcat, animaduertit, cur SANDALIA Clericorum, quæ pedes à terra diuidunt, pedum autem ſuperiora ex parte tegunt, ſed ex parte non tegunt? Conſiderat etiam cur PODERIS vſque ad talos defluat? Cùr HVMERALE ex Lini ſemper fiat materie? Scrutatur nihilominus, cur IN MODVM CRVCIS ſit quadrata DALMATICA? Cur reliquis INDVMENTIS ſit ſuperimponenda CASVLA? Cur etiam MANIPVLVS in ſiniſtra parte geſtetur? quia nimirùm Spiritualium potiùs quàm Carnalium oculorum vel narium pituita detergitur. Nec illud etiam ſine cauſa decernit fieri; Cur DIACONVS, qui DALMATICA non eſt indutus, CASVLA CIRCVMCINCTVS legat? CVR ETIAM IPSA DALMATICA IN SINISTRA SVI PARTE FIMBRIAM HABEAT? Hæc olim Damianus. « « « « « « « « « « « « « «

CAP. XXXI.

QVOD ſi in conficiendis, & quaſi fabricandis, Orariis cæteriſque Eccleſiæ Ornamentis ac Veſtibus Sacris, quantùm de pretio auctum, tantundem de dignitate diminutum obiiciat aliquis, BONVM IN ADIVTORIO, SED CARVM IN PRETIO MARTINVM æſtimans, (vt Neophytus ille REX) confeſtim occurro, audiendumque ſuadeo Sanctum Optatum, Mileuitanum Epiſcopum, qui priore contra Parmenianum Donatiſtam libro: Erant Eccleſiæ, inquit, EX AVRO ET ARGENTO quamplurima ORNAMENTA, quæ (Felix Diaconus) nec defodere terra nec ſecum portare poterat. Qui hunc TESTEM ECCLESIÆ non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Matt. 18. v. 17. Atque idcirco antè Pelagianos, nulli DE SACRIS VESTIBVS quidquam non modò oblatrare, ſed « « « «

ne hiſcere quidem auſi ſunt: ac primi illi INGRATI, (vt ſumma
arte vocat Proſper) qui SVPERBO ERRORE, Dei gratiam tolle-
bant, diſſimulanter ac latenter Honorem quoque velut ſacrile-
ga manu raperent, Deumque cultu omni ſenſim ſpoliarent; glo-
riam Veſtium & Ornamentorum Deo tyrannicè fabulati ſunt
eſſe contrariam. Reſtitit Altarium Chriſti prædonibus, ac ſpo-
lia reportauit Beatiſſimus Hieronymus primo libro, aduersùs
» Pelagianos ſcribens: Quæ ſunt, rogo, Inimicitiæ contra Deum
» ſi TVNICAM habuero mundiorem? ſi Epiſcopus, Presbyter, &
» Diaconus, & RELIQVVS ORDO ECCLESIASTICVS in
» Adminiſtratione SACRIFICIORVM cum CANDIDA VE-
» STE PROCESSERINT? Quare in quadrageſimum quartum
» Ezechielis caput ita commentatur: Per quæ diſcimus, non quo-
» tidianis & quibuſlibet pro vſu vitæ Communis pollutis Veſtibus
» nos ingredi debere in SANCTA SANCTORVM, ſed MVNDA CON-
» SCIENTIA, & MVNDIS VESTIBVS tenêre DOMINI SACRAMEN-
» TA. Ac poſtea: VESTIBVS LINEIS VTVNTVR ÆGYPTII SACER-
» DOTES, NON SOLVM INTRINSECVS, SED ET EXTRINSECVS.
» Porrò RELIGIO DIVINA ALTERVM HABITVM HABET IN MINI-
» STERIO, ALTERVM IN VSV VITAQVE COMMVNI. Itaque Epi-
ſtolâ tertiâ ad Heliodorum, his Laudibus Nepotianum effert:
» Erat ergo ſollicitus SI NITERET ALTARE, ſi parietes abſque
» fuligine, ſi pauimenta terſa; ſi IANITOR creber in porta, VE-
» LA SEMPER IN OSTIIS; ſi SACRARIVM mundum; ſi VA-
» SA luculenta; & IN OMNES CERIMONIAS PIA SOLLICITVDO
» diſpoſita, NON MINVS, NON MAIVS negligebat officium. Pau-
lò verò poſt, factum Nepotiani narrat in Chriſto ſanctè requie-
» ſcentis: Apprehenſa Auunculi manu, Hanc, inquit, TVNI-
» CAM, qua vtebar in MINISTERIO CHRISTI, mitte di-
» lectiſſimo mihi ÆTATE PATRI, FRATRI COLLE-
» GIO. Vbi de ſe Beatus Hieronymus loquebatur, cui Nepotia-
nus Presbyter Sacerdotalem Veſtem legauerat: atque hæc mihi in
ſacrarum Veſtium defenſionem atque commendationem dicenda
nunc videntur: quæ exemplo quodam perilluſtri claudam, ne
quis ſe impunè iis abuti ſperet. Sancti Victoris eſt, Vticenſis
Epiſcopi, qui ſcripſit inſignes Libros Tres DE PERSECV-
TIONE VVANDALICA, ob inſignium Martyrum forti-
tudinem, qui in ea perſecutione claruerunt, lectu digniſſimos.
» Horum igitur primo, ait: (imperante Zenone, vt ipſe tertio libro
» teſtatur: id eſt, ante centum & mille ac ampliùs annos:) PROCV-
» LVS VVandalus rapaci manu cuncta depopulabatur, atque de
» PALLIS ALTARIS (proh nefas!) camiſias ſibi & femoralia faciebat.
» Qui tamen Proculus, huius rei exſecutor, FRVSTATIM SIBI COME-
» DENS LINGVAM, in breui turpiſſima conſumptus eſt morte.
Nunc DE SERA NVMINIS VINDICTA impunè garriant veſtri
VVANDALICI, homunciones iſti, qui ne Deum faciant noxium, ſe
Deo

Deo noxios præbent. Sanctus autem iterum Optatus optatò venit, vt Altaris Pallas describat, Consuetudinemque Christianam, qua vt reliquæ mensæ, mappis; sic Altarium, Pallis vestiuntur. sexto igitur libro hæc ait: Quis FIDELIVM nescir, (nesciebant verò No- «
uatores vestri; vnde nec Fidelium numero annumerandi erant; vel se nescire dissimulabant, quo viderentur infideliores esse) IN PE- «
RAGENDIS MYSTERIIS ipsa LIGNA LINTEAMINE cooperiri? In- «
ter ipsa SACRAMENTA Velamen potuit rangi, non Lignum. ac «
postea: Velamina & INSTRVMENTA DOMINICA extorsistis, quæ «
iamdudum fuerant in COMMVNIONE possessa. Extorsistis CVM «
CODICIBVS PALLAS. IVDICIO SVPERBIÆ VESTRÆ vtraque ar- «
bitrati estis esse polluta: nisi fallor, hæc PVRIFICARE properastis: «
LAVISTIS proculdubio PALLAS. Atque dictorum omnium DE «
SACRIS VESTIBVS clausula sit Ilerdensis Concilij Canon ille, qui apud Gratianum de Consecratione exstat: Omnis Presbyter qui «
fontem lapideum habere nequiuerit, vas conueniens solummodo «
ad Baptizandi officium habeat, quod extra Ecclesiam non depor- «
retur, similiter ad CORPORALE lauandum, & ad PALLAS ALTA- «
RIS propria habear vasa, in quibus nihil aliud fiat. Aliæ nimirum «
(vt Libri nostri Rituales habent) sunt Altaris Pallæ, aliæ Corporales Pallæ: illæ enim ad Mensam, hæ ad Corpus Dominicum inuoluendum comparantur. Has ideo, non illas Concilium Diœcesanum Antisiodorense sub Aunachario, Anglia renascente in Christo, temporibus Gregorij Magni celebratum, paulo post Matisconense Secundum, PALLAS DOMINICAS appellat, Capitulo trigesimo septimo: Non licet Mulieri manum suam ad PALLAS DO- «
MINICAS mittere. Atque hæc DE TIMOTHEANO NOSTRO PHE- «
LONIO, VESTIBVSQVE SACRIS, dicta sufficiant: nunc ad TOTIVS MISSÆ ORDINEM, diligenter, at breuiter, tractandum, transeamus, id est, Rerum Controuersarum Tractatum Primum, qui DE SACRIFICIO est, perficiamus.

CAP. XXXII.

QVATTVOR in Sacrificio Missæ partes: quattuor idcirco, ad Timotheum, DE RE DIVINA scribens, partes feci; nec alium hìc præter Augustinum postulo interpretem, qui præter cæteros, INTERPRES DOCTRINALIS meus est. IN MEDIO ECCLESIÆ aperuit os eius, & impleuit eum Do- « Eccl. 15.
minus SPIRITV SAPIENTIÆ ET INTELLECTVS. Epistola autem « v. 5.
nostra Prior ad Timotheum hæc habet: Obsecro igitur primùm « 1. Tim. 2.
omnium fieri OBSECRATIONES, ORATIONES, POSTVLATIONES, « v. 1.
GRATIARVM ACTIONES; pro omnibus hominibus; pro REGI- «
BVS, & omnibus qui in sublimitate sunt. vt quietam & tranquil- «
lam vitam agamus in omni PIETATE ET CASTITATE. Hoc enim «
bonum est & acceprum coram Saluatore nostro Deo, qui omnes «
homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Græ- «
cè versiculus primus ἐμφατικώτερον quid videtur habere: itaque priora verba Græca etiam adferamus: Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων, ποιεῖσθαι Δεήσεις, Προσευχάς, Ἐντεύξεις, Εὐχαριστίας. Vt igitur ad celeberrimam

vobis ab Augustino traditam Interpretationem veniamus, antequam ipse pro Christianorum Missa, siue Sacrificio, quasi pro se loquatur; pauca de Græcarum vocum significatione præmittenda sunt. Δεήσεις, DEPRECATIONES sunt; preces videlicet quibus petimus à malis liberari: Προσευχαί, OBSECRATIONES; quibus oramus vt bona nobis contingant: Ἐντεύξεις, INTERPELLATIONES; cùm de his qui nos lædunt, querimur. Siue, vt quamplurimi Interpretes consentiunt, Δέησις, Supplicatio est qua petitur liberatio ab iis quæ molestiam adferunt; Προσευχὴ verò, qua beneficium aliquod petimus; Ἔντευξις denique, eorum qui nos iniuriis afficiunt, accusatio est. Nam Εὐχαριστίας, vel GRATIARVM ACTIONES, qui audit, satis intelligit. quas quidem precibus adiungi, seu potiùs admisceri semper
Phil.4.v.6. debere statui, vt ex quarto Philippensium liquet: quoniam certè qui non agit gratias de beneficiis acceptis, eo ipso se præstat indignum cui, quantumuis oranti, nouum beneficium adiiciatur. Quare GRATIAS AGENDO, ET INIVRIAS FERENDO, Semipaganus ille Romanus Stoïcus, libro secundo DE IRA, respondere quemdam Equitem narrat, quærentibus quibus potissimùm artibus in Aula consenuisset. Alij INTERPELLATIONES interpretari malunt, quibus oratur pro Persequentibus, vt conuertantur. Nonnulli verò eas extendunt ad vniuersum genus orationum quæcumque pro aliis funduntur, bonis ac malis, amicis & inimicis. Ac rectè quidem: hac enim generali significatione Christum pro nobis interpellare
Rom.8.v.34. diximus, Romanorum octauo; vbi verbum est Græcum à quo huius loci INTERPELLATIO deducitur: ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν· postquam dictum esset de Spiritu Sancto pro nobis, Gemitibus (rectiùs SVSPIRIIS, στεναγμοῖς,) Inenarrabilibus postulante: ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. Propriè enim, ὑπερεντυγχάνειν dicitur qui aliquem super alterius negotio conuenit; veluti si quis adeat Principem, amici caussam expositurus, commendaturus, atque adiuturus. Hinc, Ὑπέρεντευξις, COMPELLATIO eiusmodi, seu INTERCESSIO aut DEPRECATIO, apud Gregorium Nazianzenum est, qui, ὑπερεντυγχάνειν, idem ac πρεσβεύειν, esse, secunda De Filio Concione affirmat; si modò intelligas de eo dici solere qui alium accuset: vt omnino id sit quod Latini POSTVLARE dicunt. Postulare enim, si Iuri creditur, est, desiderium suum, vel amici sui, in Iure apud eum qui Iurisdictioni præest, exponere, vel alicuius alterius desiderio contradicere. Vnde, ἐντυγχάνειν, est Conuenire, siue Venire ad aliquem, & cum eo de rebus suis conferre sermonem. Itidem Magistratui ἐντυγχάνειν dicitur, qui eum ob sua aliqua negotia conuenit; veluti cùm ad eum sibi factam iniuriam defert. Ac similiter certè Deo ἐντυγχάνει, qui eum quasi conuenit, vel sua, vel aliena de causa: qui ab eo aliquid petit, eum rogans; aut etiam pro alio intercedit; sumptâ à Legatis metaphorâ, apud Regem aliquem pro quopiam intercedentibus, vt de GREGORIO THEOLOGO dictum est. Mixtæ vero accusationis exemplum in vndecimo Epistolæ nostræ ad Romanos, celeber-

rimum illud est; vbi de Elia Propheta dixi, ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ, κατὰ τοῦ Ἰσραήλ· COLLOQVITVR CVM DEO CONTRA ISRAEL; conquerens ei videlicet, quòd Israëlitæ, occisis Prophetis, & suffossis Altaribus, suam quoque animam quærerent, qui vnus superesset. « Rom. 11. v. 2.

Quo sanè loco Vetus Interpres & ibi vertit: INTERPELLAT DEVM ADVERSVS ISRAEL. ac si Deo, Israëlis facinora exposuisset, cumque ad salutares pœnas ipsi infligendas vehementer instigasset. Quapropter Augustinus, hunc Timotheanum locum ad eas Preces propriè pertinere existimat, quas Sacerdos recitat ad Altare. vt OBSECRATIONES sint preces quæ fiunt in Missa ante Consecrationem: ORATIONES, post Consecrationem, vsque ad Orationem Dominicam: POSTVLATIONES, cùm Populus benedicitur. Quibus, inquit, peractis, & PARTICIPATO TANTO SACRAMENTO, GRATIARVM ACTIO CVNCTA CONCLVDIT; quam in his verbis VLTIMAM commendauit APOSTOLVS. At suis se meque explicantem verbis audiamus. Cùm ergo Quæstiones Nouem sibi à SPIRITVALI VIRO, Sancto Paulino, Nolæ Episcopo, missas Augustinus, Epistolâ quinquagesimâ nonâ, soluendas suscepisset, QVINTAM sic aggreditur: Illa planè difficillimè discernuntur, vbi ad Timotheum scribens, ait: OBSECRO ITAQVE PRIMVM OMNIVM FIERI OBSECRATIONES, ORATIONES, INTERPELLATIONES, GRATIARVM ACTIONES. SECVNDVM GRÆCVM ENIM ELOQVIVM DISCERNENDA SVNT. NAM NOSTRI INTERPRETES VIX REPERIVNTVR QVI EA DILIGENTER ET SCIENTER TRANSFERRE CVRAVERINT. Ecce enim sicut ea ipse posuisti: OBSECRO fieri OBSECRATIONES, non eodem verbo vtrumque dixit APOSTOLVS, qui vtique GRÆCE illam scripsit Epistolam; sed pro eo quod in Latino est, OBSECRO, ille Græcè dixit παρακαλῶ. Pro eo verò quod Latinus vester habet. OBSECRATIONES, ille posuit Δεήσεις. Proinde alij Codices, IN QVIBVS ET NOSTRI SVNT, non habent OBSECRATIONES, sed DEPRECATIONES. Tria porrò quæ sequuntur, Orationes, Interpellationes, Gratiarum Actiones, plerique LATINI CODICES sic habent. VNDE, SI VELIMVS SECVNDVM LATINÆ LINGVÆ PROPRIETATES ISTA DISCERNERE, MORE LOQVENDI, NOSTRAM VEL QVALEMCVMQVE SCIENTIAM FORTASSE TENEBIMVS: SED MIRVM SI SENTENTIAM GRÆCI SERMONIS VEL CONSVETVDINIS OBTINEBIMVS. Precationem & Deprecationem multi nostri idem putant: & hoc quotidiano vsu iam omnino præualuit. Qui autem DISTINCTIVS Latinè locuti sunt, PRECATIONIBVS vtebantur in optandis bonis; DEPRECATIONIBVS verò in deuitandis malis. PRECARI enim dicebant esse, precando bona optare; IMPRECARI, mala, quod vulgo iam dicitur, Maledicere; DEPRECARI autem, mala precando depellere. SED VSITATVM IAM LOQVENDI MODVM POTIVS SEQVAMVR; & siue Precationes, siue Deprecationes inuenerimus, quod Græcè Δεήσεις vocant; non putemus emendandum esse. ORATIONES verò, quas GRÆCVS habet Προσευχαί, distinguere à Precibus, vel Precationibus, omnino difficile est.

1. Tim. 2. v. 1.

» Quòd vero QVIDAM CODICES non habent ORATIONES, sed ADORA-
» TIONES, quia non dictum est in Græco Εὐχαί, sed Προσευχαί, non arbi-
» tror scienter interpretatum. Προσευχαί enim ORATIONES dici à Græ-
» cis, notissimum est. Et vtique aliud est ORARE, aliud est ADORARE.
Matt. 4. v. 10. » Denique non isto verbo, sed alio, legitur in Græco: Dominum Deum
Psal. 5. v. 8. » tuum Adorabis. & : Adorabo ad templum sanctum tuum. & si qua si-
» milia. Pro INTERPELLATIONIBVS autem, quod nostri habent, SE-
» CVNDVM CODICES, CREDO, VESTROS, POSTVLATIONES posuisti.
» Hæc interim duo, id est, quòd alij POSTVLATIONES, alij INTERPEL-
» LATIONES interpretati sunt, vnum verbum transferre voluerunt, quod
» GRÆCVS habet, Ἐντεύξεις. Et profectò aduertis & nosti aliud esse IN-
» TERPELLARE, aliud POSTVLARE. Non enim solemus dicere, Postu-
» lant Interpellaturi, sed INTERPELLANT POSTVLATVRI. Verumta-
» men ex vicinitate verbum vsurpatum, CVI PROPINQVITAS IPSA IM-
» PETRAT INTELLECTVM, non est velut CENSORIA NOTATIONE
» culpandum. Nam & de ipso Domino Iesu Christo dictum est, quòd
Rom. 8. v. 34. » INTERPELLAT PRO NOBIS. Nunquid Interpellat, & non etiam Postu-
» lat? Immo verò QVIA POSTVLAT, PRO EO POSITVM EST, INTER-
1. Ioan. 2. v. 2. » PELLAT. Euidenter quippe alibi de eo dicitur: Et si quis peccauerit, AD-
» VOCATVM habemus apud Patrem, Iesum Christum, IVSTVM; & ipse
» est EXORATIO pro peccatis nostris. Quamquam fortassis CODICES
» apud vos in eo loco de Domino Iesu Christo, non habent, Interpellat
» pro nobis; sed, Postulat pro nobis. IN GRÆCO ENIM, QVO VERBO
» HIC POSITÆ SVNT INTERPELLATIONES, QVAS IPSE POSVISTI, PO-
» STVLATIONES; IPSVM ET ILLIC VERBVM EST VBI SCRIPTVM EST,
» INTERPELLAT PRO NOBIS. Cùm igitur & qui Precatur, ORET; & qui
» Orat, Precetur; & qui interpellat Deum, ad hoc interpellet vt oret &
» precetur, quid sibi vult quòd ista posuit Apostolus, vt non sit eorum
» negligenda distinctio? Excepto itaque nomine generali, & salua lo-
» quendi consuetudine, secundùm quam siue dicas Precationem, siue
» Orationem, siue Interpellationem, vel Postulationem; vna eademque
» res intelligitur, aliqua etiam singulorum istorum proprietas inquiren-
» da est, sed ad eam liquidò peruenire difficile est. Multa quippe hinc di-
» ci possunt quæ improbanda non sint, sed eligo in his verbis hoc intel-
» ligere, quod OMNIS, VEL PÆNE OMNIS (varios dicere voluit Augu-
» stinus Liturgiarum ritus, vt mox ex sequentibus patebit) FREQVEN-
» TAT ECCLESIA, VT PRECATIONES accipiamus dictas quas facimus in
» CELEBRATIONE SACRAMENTORVM, antequam illud quod est IN
» DOMINI MENSA, incipiat BENEDICI. ORATIONES, cùm BENEDICI-
» TVR ET SANCTIFICATVR, ET AD DISTRIBVENDVM COMMINVI-
» TVR. quam totam petitionem FERE OMNIS ECCLESIA DOMINICA
» ORATIONE CONCLVDIT. (En Sacerdotem audis Augustini ore, PA-
NIS CÆLESTIS VSVM à Cælesti Patre cælitus petentem, & Eccle-
siæ nomine ab Altari canentem, PATER NOSTER QVI ES IN
CÆLIS, &, PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM, siue SVPER-
» SVBSTANTIALEM DA NOBIS HODIE?) Ad quem intellectum etiam
» VERBI GRÆCI ORIGO nos adiuuat. Nam eam quam dicunt, Εὐ-

χὴν, RARO ita Scriptura ponit, vt intelligatur ORATIO; ſed plerumque & multùm vſitatius, VOTVM appellat, Εὐχήν. Προσευχὴν verò, quod verbum ita poſitum eſt vnde tractamus, ſemper ORATIONEM vocat. Vnde hanc verbi originem ſic ſuperiùs dixi. Nonnulli minùs eruditè intuentes, Προσευχήν, non Orationem, ſed Adorationem dicere voluerunt, quæ potiùs Προσκυνήσεις. Sed quia Oratio interdum dicitur quæ vocatur, Εὐχή, Adoratio putata eſt, quæ vocatur Προσευχή. Porrò ſi vſitatiùs, vt dixi, in Scripturis, VOTVM appellatur Εὐχή, excepto nomine generali Orationis; ET PROPRIE INTELLIGENDA EST ORATIO, QVAM FACIMVS AD VOTVM, id eſt, πρὸς Εὐχήν. VOVENTVR AVTEM OMNIA QVÆ OFFERVNTVR DEO, maximè SANCTI ALTARIS OBLATIO. Quo Sacramento prædicatur noſtrum aliud VOTVM MAXIMVM, quo nos VOVIMVS IN CHRISTO ESSE MANSVROS, vtique in compage Corporis Chriſti. CVIVS REI SACRAMENTVM EST, QVOD Vnus Panis, Vnum Corpus multi ſumus. 1. Cor. 10. v. 17.
IDEO IN HVIVS SANCTIFICATIONE ET DISTRIBVTIONIS PRÆPARATIONE, EXISTIMO APOSTOLVM IVSSISE PROPRIE FIERI ΠΡΟΣΕΥΧΑΣ, id eſt, Orationes; vel, vt nonnulli minùs peritè interpretati ſunt, Adorationes. Hoc eſt enim AD VOTVM, quod vſitatiùs in Scripturis nuncupatur Εὐχή. INTERPELLATIONES autem, ſiue, vt VESTRI CODICES habent, Poſtulationes, fiunt, CVM POPVLVS BENEDICITVR. TVNC ENIM ANTISTITES, VELVT ADVOCATI, SVSCEPTOS SVOS PER MANVS IMPOSITIONEM (ſic Pontificalem Benedictionem, quòd Pontificis manu fieret, appellabat Auguſtinus) MISERICORDISSIMÆ OFFERVNT POTESTATI. Quibus peractis, ET PARTICIPATO TANTO SACRAMENTO, GRATIARVM ACTIO CVNCTA CONCLVDIT: quam in his etiam verbis VLTIMAM commendauit APOSTOLVS. Atque hîc Auguſtini concluſio ac dicendi finis. Cuius hoc dicto admoneor, vt quid etiam de eo Epiſtolæ noſtræ loco credendum docuerit Baſilij Frater, immo Baſilius alter, Magnus ille Nyſſenus, dicendum exiſtimem. rem non difficilem, iis præſertim cognitis quæ Oratione illa Catechetica (quam Græci MAGNAM vocant) de verſiculo illo ſequentis quarti capitis eiuſdem prioris ad Timotheum, Ἁγιάζεται γὰρ διὰ Λόγου Θεοῦ, καὶ Ἐντεύξεως, SANCTIFICATVR ENIM PER VERBVM DEI, ET ORATIONEM, ſequentibus Verbis expreſſit; EDV- 1. Tim. 4. v. 5.
CATIONEM Corporis Chriſti cum Chriſti Corporis MANDVCATIONE comparans: Quomodo ergo in nobis, ſicut iam ſæpe dictum eſt, QVI PANEM VIDET, HVMANVM CORPVS VIDET QVODAMMODO, quòd cùm ille in eo fuerit, hoc fit: ita illic quoque quod Deum ſuſcepit Corpus, cùm PANIS alimentum accepiſſet, quadam ratione idem erat quod ille; alimento, vt dictum eſt, TRANSEVNTE IN NATVRAM CORPORIS. Nam quod eſt omnium proprium, id quoque pro certo & conſtanti eſt in illa Carne, nempe quòd illud quoque CORPVS PANE continebatur. Corpus autem Dei Verbi inhabitatione ad diuinam TRANSMVTATVM EST dignitatem. Rectè ergo nunc quoque Dei Verbo ſanctificatum Panem in Dei

» Verbi Corpus CREDIMVS TRANSMVTARI. ETENIM PANIS ERAT
» POTESTATE ILLVD CORPVS. Fuit autem ſanctificatus habitatio-
» ne Verbi, quod TANQVAM IN TABERNACVLO HABITAVIT IN
» CARNE. IGITVR VNDE IN ILLO CORPORE TRANSMVTATVS
» PANIS TRANSIT IN DIVINAM VIRTVTEM, PER IDEM NVNC
» FIT SIMILITER. Nam & illic, verbi gratiâ, ſanctum fecit Corpus
» CVI EX PANE ERAT SVBSTANTIA, ET QVODAMMODO IPSVM
» QVOQVE ERAT PANIS. Et hic ſimiliter Panis, ſicut dicit APOSTO-
» LVS, ſanctificatur per Verbum Dei & ORATIONEM, non eo qui-
» dem quòd Cibo mediante in Verbi Corpus euadat, SED QVOD
» STATIM PER VERBVM IN CORPVS TRANSMVTETVR, SICVT DI-
» CTVM EST A VERBO: HOC EST CORPVS MEVM: Ὥσπερ τοίνυν ἐφ' ἡμῶν, καθὼς ἤδη πολλάκις εἴρηται, Ο ΤΟΝ ΑΡΤΟΝ ΙΔΩΝ, ΤΡΟΠΟΝ ΤΙΝΑ ΤΟ ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ ΒΛΕΠΕΙ ΣΩΜΑ, ὅτι ἐν τούτῳ, ἐκεῖνο γινόμενον, τοῦτο γίνεται. οὕτω κἀκεῖ τὸ ΘΕΟΔΟΧΟΝ ΣΩΜΑ, τὴν τροφὴν ἄρτου παραδεξάμενον, λόγῳ τινὶ ταὐτὸν ἦν ἐκείνῳ, τῆς τροφῆς, καθὼς εἴρηται, ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΦΥΣΙΝ ΜΕΘΙΣΤΑΜΕΝΗΣ. τὸ γὰρ πάντων ἴδιον, καὶ ἐπ' ἐκείνης τῆς σαρκὸς ὡμολογήθη, ὅτι ΑΡΤΩ κἀκεῖνο τὸ ΣΩΜΑ διεκρατεῖτο. τὸ δὲ σῶμα, τῇ ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ λόγου, πρὸς τὴν θεϊκὴν ἀξίαν ΜΕΤΕΠΟΙΗΘΗ. Καλῶς οὖν καὶ νῦν, τὸν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον, εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ λόγου, ΜΕΤΑΠΟΙΕΙΣΘΑΙ ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ. ΚΑΙ ΓΑΡ ΕΚΕΙΝΟ ΤΟ ΣΩΜΑ, ΑΡΤΟΣ ΤΗ ΔΥΝΑΜΕΙ ΗΝ. ἡγιάσθη δὲ, τῇ ἐπισκηνώσει τοῦ λόγου, ΤΟΥ ΣΚΗΝΩΣΑΝΤΟΣ (ex primo Ioannis, vbi quemadmodum ſupra expoſuimus pro, HABITAVIT IN NOBIS, Græcè ſcripſit diuinus Ioannes, ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, hoc eſt, HABITAVIT IN TABERNACVLO IN NOBIS) ΕΝ ΤΗ ΣΑΡΚΙ. ΟΥΚΟΥΝ ΟΘΕΝ Ο ΕΚΕΙΝΩ ΤΩ ΣΩΜΑΤΙ ΜΕΤΑΠΟΙΗΘΕΙΣ ΑΡΤΟΣ, ΕΙΣ ΘΕΙΑΝ ΜΕΤΕΣΤΗ ΔΥΝΑΜΙΝ, ΔΙΑ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΝΥΝ ΤΟ ΙΣΟΝ ΓΙΝΕΤΑΙ. Ἐκεῖθι γὰρ ἡ τοῦ λόγου χάρις, ἅγιον ἐποίει τὸ σῶμα, Ω ΕΚ ΤΟΥ ΑΡΤΟΥ Η ΣΥΣΤΑΣΙΣ ΗΝ, ΚΑΙ ΤΡΟΠΟΝ ΤΙΝΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟ ΑΡΤΟΣ ΗΝ. Ἐνταῦθά τε ὡσαύτως ὁ ἄρτος, καθώς φησιν Ο ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ, ἁγιάζεται διὰ λόγου Θεοῦ, καὶ ΕΝΤΕΥΞΕΩΣ, οὐ διὰ βρώσεως καὶ πόσεως προϊὼν εἰς τὸ σῶμα τοῦ λόγου, ΑΛΛ' ΕΥΘΥΣ ΠΡΟΣ ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΜΕΤΑΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣ, ΚΑΘΩΣ ΕΙΡΗΤΑΙ ΥΠΟ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, ΟΤΙ ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙ ΤΟ ΣΩΜΑ ΜΟΥ.

Quapropter Nicolaus Cabaſilas, omnium Liturgiſtarum, ſiue Græ-
» cæ Liturgiæ Interpretum, longè præſtantiſſimus: CREDIMVS, in-
» quit, ipſum eſſe Dei Verbum, quod hoc myſterium efficit atque ope-
» ratur: ſic tamen, vt per Sacerdotem, PER INTERPELLATIONEM (ſi-
» ue, POSTVLATIONEM eius ac VOTVM: ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ αὐτὸν εἶναι) τὸν ἐνεργοῦντα τὸ μυστήριον, τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, ἀλλ' οὕτω διὰ Ἱερέως, ΔΙ' ΕΝΤΕΥΞΕΩΣ αὐτοῦ, καὶ ΕΥΧΗΣ.

CAP. XXXIII. PORRO Ἔντευξις noſtris Latinis Theologis SACRA ORATIO eſt, vt ex Actis Sexti Romani Concilij, ſub Gregorio Septimo patet. Exſtant autem Epiſtolâ decimâ ſeptimâ libri ſexti apud Gregorium Septimum: vbi ex decreto Vltimæ Synodi Romanæ contra ſe habitæ Berengarius hanc
» Catholicam profitetur fidem: Ego BERENGARIVS corde credo, &

ore confiteor, Panem & Vinum quæ ponuntur in Altari, PER « MYSTERIVM SACRÆ ORATIONIS, ET VERBA NOSTRI REDEMPTORIS, Substantialiter Conuerti in Veram & Propriam ac VIVIFICATRICEM Carnem & Sanguinem Iesu Christi Domini nostri, & POST CONSECRATIONEM esse Verum Christi Corpus, quod natum est de Virgine, & quod pro Salute Mundi oblatum in Cruce pependit. Hoc Berengarius: quod vnum aduersùs Berengarianos omnes argumentum satis firmum erit, vt diceret Scriptura, IN ÆTERNVM ET VLTRA. Ac, vt semel huius INDECLINABILIS CONFESSIONIS occasione Veritatem Eucharistiæ declarem atque illustrem, Actionem sextam Septimæ Synodi adeamus; in qua primum, velut aliud agendo, nempe occasione Imaginum, renata pudenda illa VMBRATICORVM IMAGINARIA HÆRESIS est: & hinc Gregorij Neocæsareæ Episcopi, Iconoclastæ, Obiectionem; illinc Epiphanij Diaconi Orthodoxi Solutionem in medium de thesauris nostris proferamus. GREGORIVS igitur EPISCOPVS Obiicit:

Mich. 4. v. 5. Hebr. 10. v. 23.

Lætentur & exsultent, & fiducialiter agant hi qui veram Christi Imaginem sincerissimâ animâ faciunt, & desiderant, & colunt, ET IN SALVTEM ANIMÆ ET CORPORIS OFFERVNT: quam ipse SACRATISSIMVS IMMOLATOR & Deus noster ex nobis, ex toto massam adsumens, secundùm tempus propriæ passionis, in typum & REMEMORATIONEM euidentissimam, tradidit Ministris suis. Sese namque voluntariè traditurus memorabili & Viuificæ Morti suæ, acceptum Panem benedixit, & gratias agens fregit, & dans dixit: Accipite & comedite in remissionem peccatorum; Hoc est Corpus meum. Similiter & Calycem tradens, dixit: Hic est Sanguis meus: Hoc facite in meam commemorationem. veluti nulla alia specie ab eo electa sub cælo, vel forma (aliàs, figura) imaginari eius INCARNATIONEM valente. Vide ergo quòd IMAGO VIVIFICI CORPORIS EIVS pretiosè ac honorabiliter facta sit. (aliàs, En ergo IMAGO VIVIFICI CORPORIS, quæ pretiosè ac honorabiliter fit.) Quid enim argumentatus est in hoc sapientissimus Deus? nonne vt ostenderet & exprimeret euidenter nobis hominibus mysterium quod operatus est per dispensationem suam? QVIA SICVT ID QVOD EX NOBIS SVSCEPIT, MATERIA SOLA EST HVMANÆ SVBSTANTIÆ PER OMNIA PERFECTÆ, NON FIGVRANTIS PROPRIE SVBSISTENTEM PERSONAM, VT NON ADDITAMENTVM PERSONÆ DIVINITATI INTERCIDAT: ITA ET IMAGINEM MATERIAM PRÆCIPVAM, ID EST, PANIS SVBSTANTIAM, PRÆCEPIT OFFERRI, NON FIGVRANTEM HOMINIS FORMAM, NE IDOLOLATRIA SVBINTRODVCATVR. Sicut ergo Corpus Christi, quod secundùm naturam sanctum est, vtpote diuinitus sanctificatum: (aliàs, Deïficatum) ita manifestum est, quòd adoptione, id est, ipsa Imago eius sancta est, vtpote per quamdam sanctificationem gratiæ sanctificata (aliàs, Deïficata) hoc enim & mercatus est (aliàs, industriè gessit) vt diximus, Dominus Iesus, vt sicut Carnem quam suscepit, propria secundùm «

Matt. 26. v. 26. Marc. 14. v. 22. Luc 22. v. 19.

» natutam ſanctificatione ex ipſa vnitione Deificauit, SIMILITER
» ET EVCHARISTIÆ PANEM, non vt falſam Imaginem naturalis Car-
» nis per Sancti Spiritus aduentum ſanctificandum, diuinum Corpus
» fieri voluit MEDIANTE SACERDOTE, QVI OBLATIONEM DE COM-
» MVNI SEPARANS AD SANCTIFICATIONEM PERTINGERE FACIT.
» Itaque Chriſti Caro ſecundùm naturam animata & intelligibilis vn-
» cta eſt Spiritu Sancto in Diuinitatem (aliàs, mente prædita vncta
» eſt per Spiritum Sanctum diuinitate) SIMILITER ET DIVINITVS
» TRADITA IMAGO CARNIS EIVS, DIVINVS VIDELICET PANIS,
» repletus eſt Spiritu Sancto cum Calyce VITAM-FERENTIS Sanguinis
» lateris eius. Hæc ergo demonſtrata eſt, VERA IMAGO DISPENSA-
» TIONIS QVÆ IN CARNE FACTA EST, SCILICET CHRISTI DEI
» NOSTRI, quemadmodum ſupra dictum eſt; quam ipſe nobis verus
» Naturæ viuificator & fictor voce propria tradidit: Εὐφρανθήτωσαν,
καὶ ἀγαλλιάσθωσαν, καὶ παῤῥησιαζέσθωσαν, οἱ τὴν ἀληθῆ τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, εἰλι-
κρινεστάτῃ ψυχῇ ποιοῦντες καὶ ποθοῦντες, καὶ σεβόμενοι, καὶ εἰς Σωτηρίαν ψυχῆς
καὶ σώματος προσφερόμενοι· ἣν αὐτὸς Ο ΙΕΡΟΤΕΛΕΣΤΗΣ, καὶ Θεὸς, τὸ ἡμῶν
ἐξ ἡμῶν ὁλικῶς ἀναλαβόμενος φύραμα, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἑκουσίου πάθους, εἰς τύ-
πον, καὶ ἀνάμνησιν ἐναργεστάτην, τοῖς αὐτοῦ Μύσταις παραδέδωκε. μέλλων γὰρ ἑαυ-
τὸν ἑκουσίως ἐκδιδόναι, τῷ ἀοιδίμῳ καὶ Ζωοποιῷ Θανάτῳ αὐτοῦ, λαβὼν τὸν ἄρτον,
εὐλόγησε, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε, καὶ μεταδοὺς, εἶπε· λάβετε, φάγετε, εἰς ἄφε-
σιν ἁμαρτιῶν, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα. ὁμοίως καὶ τὸ ποτήριον μεταδοὺς, εἶπε· τοῦτό
μου ἐστὶ τὸ αἷμα, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὡς οὐκ ἄλλου εἴδους ἐπι-
λεχθέντος παρ' αὐτοῦ, ἐν τῇ ὑπ' οὐρανὸν, ἢ τύπου εἰκονίσαι τὴν αὐτοῦ ΣΑΡΚΩ-
ΣΙΝ δυναμένου. ἰδοὺ οὖν Η ΕΙΚΩΝ ΤΟΥ ΖΩΟΠΟΙΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΑΥ-
ΤΟΥ, ἡ ἔντιμος καὶ τετιμημένως πραττομένη. τί γὰρ ἐμηχανήσατο ἐν τούτῳ ὁ
ΠΑΝΣΟΦΟΣ Θεός; οὐχ ἕτερόν τι, ἢ δεῖξαι καὶ παραδοῦναι φανερῶς ἡμῖν τοῖς ἀν-
θρώποις, τὸ πραγματευθὲν μυστήριον ἐν τῇ κατ' αὐτὸν οἰκονομίᾳ. ΟΤΙ, ΩΣΠΕΡ
Ο ΕΞ ΗΜΩΝ ΑΝΕΛΑΒΕΤΟ, ΥΛΗ ΜΟΝΗ ΕΣΤΙΝ ΑΝΘΡΩΠΙΝΗΣ ΟΥ-
ΣΙΑΣ, ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΤΕΛΕΙΑΣ, ΜΗ ΧΑΡΑΚΤΗΡΙΖΟΥΣΗΣ ΙΔΙΟΣΥ-
ΣΤΑΤΟΝ ΠΡΟΣΩΠΟΝ, ΙΝΑ ΜΗ ΠΡΟΣΘΗΚΗ ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΕΝ ΤΗ
ΘΕΟΤΗΤΙ ΠΑΡΕΜΠΕΣΗ· ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΙΚΟΝΑ ΥΛΗΝ ΕΞΑΙ-
ΡΕΤΟΝ, ΗΓΟΥΝ ΑΡΤΟΥ ΟΥΣΙΑΝ ΠΡΟΣΕΤΑΞΕΝ ΠΡΟΣΦΕΡΕΣΘΑΙ,
ΜΗ ΣΧΗΜΑΤΙΖΟΥΣΑΝ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΜΟΡΦΗΝ, ΙΝΑ ΜΗ ΕΙΔΩΛΟ-
ΛΑΤΡΕΙΑ ΠΑΡΕΙΣΑΧΘΗ. ὥσπερ οὖν τὸ κατὰ φύσιν τοῦ Χριστοῦ σῶμα ἅγιον, ὡς
θεωθὲν, οὕτω δῆλον, καὶ τὸ θέσει, ἤτοι ἡ εἰκὼν αὐτοῦ, ἁγία, ὡς διά τινος ἁγιασμοῦ
Χάριτι ΘΕΟΥΜΕΝΗ. τοῦτο γὰρ, καὶ ἐπραγματεύσατο, ὡς ἔφημεν, ὁ δεσπότης
Χριστὸς, ὅπως, καθάπερ τὴν σάρκα, ἣν ἀνέλαβε, τῷ οἰκείῳ, κατὰ φύσιν, ἁγιασμῷ,
ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως ἐθέωσεν, ΟΜΟΙΩΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΗΣ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΣ ΑΡ-
ΤΟΝ, ὡς ἀψευδῆ εἰκόνα τῆς φυσικῆς σαρκὸς, διὰ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπι-
φοιτήσεως ἁγιαζόμενον, θεῖον σῶμα εὐδόκησε γίνεσθαι. ΜΕΣΙΤΕΥΟΝΤΟΣ ΤΟΥ
ΕΝ ΜΕΤΕΝΕΞΕΙ, ΕΚ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟ ΑΓΙΟΝ, ΤΗΝ ΑΝΑ-
ΦΟΡΑΝ ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΥ, ΙΕΡΕΩΣ. λοιπὸν ἡ κατὰ φύσιν ἔμψυχος, καὶ νοερὰ
σὰρξ τοῦ Κυρίου, ἐχρίσθη Πνεύματι ἁγίῳ, τὴν θεότητα. ΩΣΑΥΤΩΣ ΚΑΙ Η
ΘΕΟΠΑΡΑΔΟΤΟΣ ΕΙΚΩΝ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ ΑΥΤΟΥ, Ο ΘΕΙΟΣ ΑΡΤΟΣ,
ἐπληρώθη Πνεύματος ἁγίου, σὺν τῷ ποτηρίῳ τοῦ ΖΩΗΦΟΡΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ τῆς

πλάνης αὐτοῦ. αὕτη οὖν ἀποδέδεικται ΑΨΕΥΔΗΣ ΕΙΚΩΝ, ΤΗΣ ΕΝΣΑΡΚΟΥ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ, καθὼς προλέλεκται· ὡς αὐτὸς ὑμῖν, ὁ ἀληθινὸς τῆς φύσεως ΖΩΟΠΛΑΣΤΗΣ, οἰκειοφώνως παραδέδωκε. RESPONDET EPIPHANIVS DIACONVS: Patet qualiter o- «
mnis sermo præpositus, quando semel à veritate auersus est, in «
multas & periculosas prauitates à consequentia seductoria profe- «
ratur: quippe quod & isti PRÆCEPTORES NOVITATIS perpessi «
sunt. auersi enim à veritate PROPTER IMAGINVM FACTIONEM, «
etiam in alteram EXTREMAM APOPLEXIÆ INSANIAM dilapsi sunt. «
Etenim quasi EX DELPHICO TRIPODE torua hæc & perniciosa «
dogmata oraculo consecuti sunt (aliàs, vaticinati sunt.) Sed au- «
diant à PROVERBIALI VERBO: Laqueus fortis viro labia sua, & « Prou. 6.
capitur proprij verbis oris. Ligna enim & fœnum & stipulam ap- « v. 2.
posuerunt, quorum finis in combustionem. NVLLVS ENIM ALI- «
QVANDO TVBARVM SPIRITVS, SANCTORVM VIDELICET APO- «
STOLORVM, AVT ILLVSTRIVM PATRVM NOSTRORVM, INCRVEN- «
TVM SACRIFICIVM NOSTRVM, QVOD IN COMMEMORATIONEM «
CHRISTI DEI NOSTRI, AC OMNIS DISPENSATIONIS EIVS EFFI- «
CITVR, DIXIT IMAGINEM CORPORIS EIVS. NEQVE ENIM AC- «
CEPERVNT A DOMINO SIC DICERE VEL CONFITERI; SED AV- «
DIVNT EVANGELICE DICENTE EO: NISI MANDVCAVERITIS CAR- « Ioan 5.
NEM FILII HOMINIS, ET BIBERITIS EIVS SANGVINEM, NON IN- « v. 53.
TRABITIS IN REGNVM CÆLORVM. ET: QVI MANDVCAT MEAM « v. 54.
CARNEM ET BIBIT SANGVINEM MEVM, IN ME MANET, ET EGO «
IN EO. ET: ACCEPTO PANE, GRATIAS AGENS, FREGIT, ET DEDIT « Matt. 26.
DISCIPVLIS SVIS, ET AIT: ACCIPITE ET COMEDITE, HOC EST « v. 26. Marc. 14.
CORPVS MEVM: ET, ACCIPIENS CALYCEM, GRATIAS EGIT, ET « v. 22.
DEDIT ILLIS, DICENS; BIBITE EX HOC OMNES: HIC EST ENIM « Luc. 22.
SANGVIS MEVS NOVI TESTAMENTI, QVI PRO MVLTIS EFFVNDE- « v. 19.
TVR IN REMISSIONEM PECCATORVM. ET NON DIXIT, ACCIPITE «
ET COMEDITE IMAGINEM CORPORIS MEI. Sed & PAVLVS, DIVI- «
NVS APOSTOLVS, EX DIVINIS DOMINI VOCIBVS HAVRIENS, ait: «
Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam in qua nocte « 1. Cor. 11.
tradebatur, accepit Panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite « v. 23.
& comedite, HOC EST CORPVS MEVM, quod pro vobis frangitur: «
hoc facite in meam commemorationem. similiter & Calycem, post- «
quam cœnauit, dicens; HIC CALYX NOVVM TESTAMENTVM EST «
IN MEO SANGVINE: hoc facite, quotiescumque biberitis, in meam «
commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis Panem «
hunc, & Calycem hunc bibetis, mortem Domini annunciabitis, do- «
nec veniat. ERGO LIQVIDO DEMONSTRATVM EST, QVOD NVS- «
QVAM DOMINVS, VEL APOSTOLI, AVT PATRES, IMAGINEM DIXE- «
RVNT SACRIFICIVM SINE SANGVINE, QVOD PER SACERDOTEM «
OFFERTVR; SED IPSVM CORPVS, ET IPSVM SANGVINEM, «
ET ANTE SANCTIFICATIONIS QVIDEM CELEBRATIO- «
NEM, (aliàs, CONSVMMATIONEM) ANTITYPA QVIBVSDAM, «

» TYPOS QVIBVSDAM SANCTORVM PATRVM, HÆC PIE VISVM EST
» NOMINARE; quorum eſt EVSTATHIVS, propugnator Orthodoxæ
» Fidei, & Arianæ deſtructor veſaniæ: & BASILIVS, eiuſdem INFELI-
» CIS SVPERSTITIONIS depoſitor, QVI OMNE QVOD SVB SOLE EST
» PLANAM RECTORVM DOGMATVM BASIM EDOCVIT. Ex vno
» enim eodemque Spiritu diſputantes, vnus quidem eorum interpre-
Prou. 9. » tans SALOMONIACVM DICTVM, quod in Prouerbiis legitur; Co-
v. 5. » medite Panem meum, & bibite Vinum quod miſcui vobis, hæc
» dicit: Per Panem & Vinum, TYPOS corporalium Chriſti prædicat
» membrorum. Alter verò ex eodem fonte hauriens, vt nouerunt o-
» mnes SACERDOTII MYSTICI CVLTORES, in oratione DIVINÆ OB-
» LATIONIS, ita dicit: Confidentes appropinquamus SANCTO AL-
» TARI, & proponentes TYPOS ſancti Corporis & Sanguinis Chriſti
» tui, te deprecamur & te rogamus, & quod deinceps infertur, certio-
» rem Patris huius perfecit intellectum, QVALITER ANTEQVAM SAN-
» CTIFICATA FVERINT, VOCATA SINT TYPI; POST SANCTIFICATIO-
» NEM AVTEM, CORPVS PROPRIE AC SANGVIS CHRISTI DICVNTVR,
» SVNT, ET CREDVNTVR. Ipſi verò viri fortes VOLENTES VENERA-
» BILIVM IMAGINVM DEMOLIRI VISIONEM, ALIAM IMAGINEM IN-
» TRODVXERVNT, QVÆ NON EST IMAGO, SED CORPVS ET SAN-
» GVIS. Porrò fatigatione (aliàs, improbitate) & aſtutia depreſſi, ſo-
» phiſmate prauo ſemet offendentes, (aliàs, decipientes) ADOPTIONE
» NOMINAVERVNT FIERI HANC DIVINAM OBLATIONEM, ET COR-
» PVS, ET SANGVINEM DOMINI. Æquali quodammodo appro-
» pinquat amentiæ, & ampliorem indiſciplinationis (aliàs, indiſci-
» plinatione) habet impietatem. Deinde dimiſſo mendacio tangunt
» pauxillum quid veritatem, DIVINVM CORPVS DICENTES FIERI.
» ET, SI IMAGO CORPORIS EST, NON POTEST ESSE HOC DIVI-
» NVM CORPVS. Ergo hinc inde circumductis, inualida omnino
» manent ea quæ ab illis ſuſurrata ſunt. SICVT ENIM OCVLVS TVR-
» BATVS NON RECTE VIDET, ITA ET IPSI NEQVAM CONFVSIO-
» NE COGITATIONVM SENSVM SVVM TVRBANTES, ET TVRBV-
» LENTVM REDDENTES, ID IPSVM PATIVNTVR QVOD INSA-
» NIENTES, ALIA SCILICET PRO ALIIS PHANTASTICE PAS-
» SI (aliàs, PHANTASTICE IVDICANTES) ALIQVANDO QVI-
» DEM IMAGINEM DICENTES SANCTI CORPORIS CHRI-
» STI INTELLIGIBILE SACRIFICIVM NOSTRVM (aliàs,
» SACRVM) ALIQVANDO VERO POSITIONE CORPVS. Porrò hæc
» paſſi ſunt, quemadmodum ſupra diximus, Imaginalium Forma-
» tionum vultum (aliàs, Sacrum aſpectum) ab Eccleſia volentes
» exterminare, GAVDENTES SVPER EVERSIONE ECCLE-
» SIASTICARVM TRADITIONVM: Ἔοικέ πως πᾶς λόγος περισφαλλό-
μενος, ἐπειδὰν τῆς ἀληθείας ἅπαξ παρεκτραπῇ, εἰς πολλὰς καὶ ἐπικινδύνους
ἀτοπίας ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν πλάνην ἀκολουθίας ἐκφέρεσθαι· ὃ λοιπὸν καὶ
οὗτοι ΟΙ ΤΗΣ ΚΑΙΝΟΤΟΜΙΑΣ ΕΙΣΗΓΗΤΑΙ πεπόνθασιν. ἐκ-
τραπέντες γὰρ τῆς ἀληθείας, ἕνεκεν τῆς τῶν εἰκόνων ποιήσεως, εἰς ἑτέραν

ΕΣΧΑΤΗΝ ΑΠΟΠΛΗΞΙΑΣ ΜΑΝΙΑΝ κατημελέχθησαν. ὡς γὰρ ΕΚ ΔΕΛΦΙΚΟΥ ΤΡΙΠΟΔΟΣ τὰ λοξὰ ταῦτα καὶ ὀλέθρια ἐξεπομφόλυσαν δόγματα, ἀλλὰ ἀκούουσι παρὰ τοῦ ΠΑΡΟΙΜΙΑΚΟΥ ΛΟΓΟΥ, Παγὶς ἰσχυρὰ ἀνδρὶ, τὰ ἴδια χείλη, καὶ ἁλίσκεται ῥήμασιν ἰδίου στόματος. ξύλα γὰρ, καὶ χόρτον, καὶ καλάμην προέθεντο, ὧν τὸ τέλος εἰς καῦσιν. ΟΥΔΕΙΣ ΓΑΡ ΠΟΤΕ ΤΩΝ ΣΑΛΑΠΙΓΓΩΝ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ, Η ΤΩΝ ΑΟΙΔΙΜΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΗΜΩΝ, ΤΗΝ ΑΝΑΙΜΑΚΤΟΝ ΗΜΩΝ ΘΥΣΙΑΝ, ΤΗΝ ΕΙΣ ΑΝΑΜΝΗΣΙΝ ΤΟΥ ΠΑΘΟΥΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ, ΚΑΙ ΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΑΥΤΟΥ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗΝ, ΕΙΠΕΝ ΕΙΚΟΝΑ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΑΥΤΟΥ. ΟΥΔΕ ΓΑΡ ΠΑΡΕΛΑΒΟΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΟΥΤΩΣ ΛΕΓΕΙΝ, Η ΟΜΟΛΟΓΕΙΝ. ΑΛΛΑ ΑΚΟΥΟΥΣΙ ΛΕΓΟΝΤΟΣ ΑΥΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΩΣ, ΕΑΝ ΜΗ ΦΑΓΗΤΕ ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ, ΚΑΙ ΠΙΗΤΕ ΑΥΤΟΥ ΤΟ ΑΙΜΑ, ΟΥ ΜΗ ΕΙΣΕΛΘΗΤΕ ΕΙΣ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΩΝ. ΚΑΙ, Ο ΤΡΩΓΩΝ ΜΟΥ ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ, ΚΑΙ ΠΙΝΩΝ ΜΟΥ ΤΟ ΑΙΜΑ, ΕΝ ΕΜΟΙ ΜΕΝΕΙ, ΚΑΓΩ ΕΝ ΑΥΤΩ· ΚΑΙ, ΛΑΒΩΝ ΑΡΤΟΝ, ΚΑΙ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΣΑΣ, ΕΚΛΑΣΕ, ΚΑΙ ΕΔΙΔΟΥ ΤΟΙΣ ΜΑΘΗΤΑΙΣ ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΕΙΠΕ· ΛΑΒΕΤΕ, ΦΑΓΕΤΕ, ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙ ΤΟ ΣΩΜΑ ΜΟΥ· ΚΑΙ ΛΑΒΩΝ ΤΟ ΠΟΤΗΡΙΟΝ, ΚΑΙ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΣΑΣ, ΕΔΩΚΕΝ ΑΥΤΟΙΣ, ΛΕΓΩΝ· ΠΙΕΤΕ ΕΞ ΑΥΤΟΥ ΠΑΝΤΕΣ, ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙ ΤΟ ΑΙΜΑ ΜΟΥ, ΤΟ ΤΗΣ ΚΑΙΝΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ, ΤΟ ΠΕΡΙ ΠΟΛΛΩΝ ΕΚΧΥΝΟΜΕΝΟΝ, ΕΙΣ ΑΦΕΣΙΝ ΑΜΑΡΤΙΩΝ. ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΙΠΕ, ΛΑΒΕΤΕ, ΦΑΓΕΤΕ ΤΗΝ ΕΙΚΟΝΑ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΜΟΥ. ἀλλὰ καὶ ΠΑΥΛΟΣ, Ο ΘΕΙΟΣ ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ, ἐκ τῶν θείων φωνῶν τοῦ Κυρίου ἀρυσάμενος, ἔφη· Ἐγὼ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν· ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε, ΤΟΥΤΟ ΜΟΥ ΕΣΤΙ ΤΟ ΣΩΜΑ, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΠΟΤΗΡΙΟΝ Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ ΕΣΤΙΝ, ΕΝ ΤΩ ΕΜΩ ΑΙΜΑΤΙ, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. ΟΥΚΟΥΝ ΣΑΦΩΣ ΑΠΟΔΕΔΕΙΚΤΑΙ, ΟΤΙ ΟΥΔΑΜΟΥ, ΟΥΤΕ Ο ΚΥΡΙΟΣ, ΟΥΤΕ ΟΙ ΑΠΟΣΤΟΛΟΙ, Η ΟΙ ΠΑΤΕΡΕΣ, ΕΙΚΟΝΑ ΕΙΠΟΝ ΤΗΝ ΔΙΑ ΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΗΝ, ΑΝΑΙΜΑΚΤΟΝ ΘΥΣΙΑΝ, ΑΛΛΑ ΑΥΤΟ ΤΟ ΣΩΜΑ, ΚΑΙ ΑΥΤΟ ΤΟ ΑΙΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. ΚΑΙ ΠΡΟ ΜΕΝ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΑΣΜΟΥ ΤΕΛΕΙΩΣΕΩΣ, ΑΝΤΙΤΥΠΑ ΤΙΣΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΕΥΣΕΒΩΣ ΕΔΟΞΕΝ ΟΝΟΜΑΖΕΣΘΑΙ. ὧν ἐστὶν ΕΥΣΤΑΘΙΟΣ, ὁ εὐσταθὴς πρόμαχος τῆς Ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς Ἀρειανῆς ΚΑΚΟΔΑΙΜΟΝΙΑΣ καταλύτης. καὶ ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ, τῆς αὐτῆς δεισιδαιμονίας καθαιρέτης, Ο ΤΗΝ ΥΦΗΛΙΟΝ ΤΗΝ ΛΕΙΑΝ ΒΑΣΙΝ ΤΩΝ ΟΡΘΩΝ ΕΚΔΙΔΑΞΑΣ ΔΟΓΜΑΤΩΝ. ἐξ ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος φθεγγόμενοι, ὁ μὲν ἑρμηνεύων τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις Σολομώντειον ῥητόν· Φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον, ὃν κεκέρακα ὑμῖν, τάδε φησί· Διὰ τοῦ οἴνου, καὶ τοῦ ἄρτου, τὰ ΑΝΤΙΤΥΠΑ τῶν σωματικῶν τοῦ Χριστοῦ κηρύττει μελῶν. ὁ δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς πηγῆς ἀπαντλήσας, ὡς ἴσασι πάντες ΟΙ ΤΗΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ ΜΥΣΤΗΠΟΛΟΙ, ἐν τῇ εὐχῇ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΑΝΑΦΟΡΑΣ, ὧδέ πως, λέγει·

θαῤῥοῦντες προσεγγίζομεν ΤΩ ΑΓΙΩ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΩ. καὶ προσθέντες ΤΑ ΑΝΤΙΤΥΠΑ τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου, σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν, καὶ τὸ ἑξῆς ἐπιφερόμενον ἐκδηλοτέραν τὴν ἔννοιαν τοῦ πατρὸς καταρτίζει· ΩΣ ΠΡΟ ΤΟΥ ΑΓΙΑΣΘΗΝΑΙ ΕΚΛΗΘΗ ΑΝΤΙΤΥΠΑ, ΜΕΤΑ ΔΕ ΤΟΝ ΑΓΙΑΣΜΟΝ ΣΩΜΑ ΚΥΡΙΩΣ ΚΑΙ ΑΙΜΑ ΧΡΙΣΤΟΥ ΛΕΓΟΝΤΑΙ, ΚΑΙ ΕΙΣΙ ΚΑΙ ΠΙΣΤΕΥΟΝΤΑΙ. ΑΥΤΟΙ ΔΕ ΟΙ ΓΕΝΝΑΔΑΙ, ΘΕΛΟΝΤΕΣ ΤΗΝ ΤΩΝ ΣΕΠΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ ΑΦΑΝΙΣΑΙ ΘΕΑΝ, ΕΤΕΡΑΝ ΕΙΚΟΝΑ ΠΑΡΕΙΣΗΓΑΓΟΝ, Η ΤΙΣ ΟΥΚ ΕΙΚΩΝ ΕΣΤΙΝ, ΑΛΛΑ ΣΩΜΑ ΚΑΙ ΑΙΜΑ. μοχθηρίᾳ δὲ, καὶ πανουργίᾳ συνεχόμενοι, σοφίσματι κιβδήλῳ ἑαυτοὺς παραχρεώμενοι, ὅσον ὀνόμασιν γίνεσθαι ταύτην τὴν θείαν προσένεξιν. καὶ ὥσπερ τοῦτο λέγειν ἐστὶ μανίας σαφοῦς, ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΤΟ ΕΙΚΟΝΑ ΛΕΓΕΙΝ ΤΟ ΣΩΜΑ, ΚΑΙ ΑΙΜΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ, τῆς ἴσης ἔχεται παροινίας, καὶ πλέον τῆς ἀμαθίας τὴν ἀσέβειαν ἔχει. Εἶτα ἀφέντες τὸ ψεῦδος, ἅπτονται μικρόν τι τῆς ἀληθείας, ΘΕΙΟΝ ΣΩΜΑ ΛΕΓΟΝΤΕΣ ΓΙΝΕΣΘΑΙ. ΚΑΙ ΕΙ ΕΙΚΩΝ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΣΤΙΝ, ΟΥΚ ΕΝΔΕΧΕΤΑΙ ΕΙΝΑΙ ΑΥΤΟ ΤΟ ΘΕΙΟΝ ΣΩΜΑ. ἐκείνου ἔνθεν κἀκεῖθεν περιφερομένοις, ἀβέβαια πάντη τὰ παρ' αὐτῶν θρυλλούμενα. ΩΣΠΕΡ ΓΑΡ ΟΦΘΑΛΜΟΣ ΔΙΑΤΑΡΑΧΘΕΙΣ ΟΥΚ ΟΡΘΩΣ ΟΡΑ, ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ, ΤΗ ΤΩΝ ΠΟΝΗΡΩΝ ΣΥΓΧΥΣΕΙ ΛΟΓΙΣΜΩΝ, ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΝΟΥΝ ΤΑΡΑΞΑΝΤΕΣ, ΚΑΙ ΘΟΛΩΣΑΝΤΕΣ, ΤΟ ΑΥΤΟ ΠΑΣΧΟΥΣΙΝ, ΟΙΑ ΟΙ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΙ, ΕΤΕΡΑ ΑΝΘ' ΕΤΕΡΩΝ ΦΑΝΤΑΖΟΜΕΝΟΙ. ΠΟΤΕ ΜΕΝ ΕΙΚΟΝΑ ΛΕΓΟΝΤΕΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΤΗΝ ΙΕΡΑΝ ΘΥΣΙΑΝ ΗΜΩΝ, ΠΟΤΕ ΔΕ ΘΕΣΕΙ ΣΩΜΑ. ταῦτα δὲ πεπόνθασι, καθὼς φθάσαντες εἴπομεν, τὴν τῶν εἰκονικῶν ἀνατυπωμάτων ὄψιν, ἐκ τῆς Ἐκκλησίας θέλοντες ἀφανίσαι. ΕΠΙΧΑΙΡΟΝΤΕΣ ΤΗ ΔΙΑΣΤΡΟΦΗ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΠΑΡΑΔΟΣΕΩΝ. Illuſtris ſanè locus, eóque commendandus magis ac memoria retinendus recolenduſque eſt, quò tanti mali, immo omnium quotquot inuecta in Eccleſiam graſſantiaque ſunt, multò maximi; nempe Hæreſis Berengarianæ originem aperit, erroris VMBRATICORVM nouitatem exponit, ac iucundam in re triſti & ſeuera hiſtoriam exhibens, quidquid ad Euchariſtiam pertinet, Eccleſiæ fide, Patrum ore, declarat. Itaque hiſtoricum hoc vnum ſiue Argumentum, ſiue Teſtimonium etiamſi cætera non ſuppeterent, Veritatis Euchariſticæ aduerſarios ſatis profligaret. Omnium autem Liturgia eſt ſalus, ac maximè eorum pro quibus præcipue oratur, ac myſtica offertur Hoſtia; id eſt, ſi
1.Tim.2. v.2. audire vis, quemadmodum ex Timotheana noſtra aptè diximus, REGVM. Ac certè noſtris illis myſticis inſtitutis, ſacriſque diſciplinis, veram Salutis viam edoctus Sanctus ille Hieroſolymitanus Cyrillus & audiuit & vidit, cùm præ cæteris REGES recenſet, quorum ſit penes diuinam illam prouidentiam & quaſi tutelam, cura ſingularis. Itaque Catecheſis Myſtagogica quinta inter alia hæc habet: Deinde vbi hæc SPIRITVALIS VICTIMA, hoc INCRVENTVM SACRIFICIVM oblatum atque immolatum eſt, SVPER ILLA PROPITIATORIA HOSTIA, obſecramus Deum PRO COMMVNI ECCLESIARVM

PACE,

PACE, Pro Meliore Orbis Statu, PRO REGIBVS, pro MILITIBVS, & Sociis, Pro Ægrotis & Afflictis, Pro omnibus denique qui auxilio indigent: Εἶτα μετὰ τὸ ἀπαρτισθῆναι τὴν ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΗΝ ΘΥΣΙΑΝ, τὴν ΑΝΑΙΜΑΚΤΟΝ ΛΑΤΡΕΙΑΝ, ΕΠΙ ΤΗΣ ΘΥΣΙΑΣ ΕΚΕΙΝΗΣ ΤΟΥ ΙΛΑΣΜΟΥ, παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν ΥΠΕΡ ΚΟΙΝΗΣ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ ΕΙΡΗΝΗΣ, ὑπὲρ τῆς τοῦ Κόσμου Εὐσταθείας, ΥΠΕΡ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ὑπὲρ ΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ, ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΩΝ, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις, ὑπὲρ τῶν καταπονουμένων, καὶ ἁπαξαπλῶς, ὑπὲρ πάντων τῶν βοηθείας δεομένων. Quare, quod supra explicatum est, optimo iure Timotheo nostro dixi, Christianæque Ecclesiæ edixi: Obsecro igitur primùm omnium fieri Obsecrationes, Orationes, Postulationes, Gratiarum Actiones. (1.Tim.2.v.1.) Gratiarum autem Actiones, siue Εὐχαριστίας, hac Augustini sententia, tanquam Sacrificij clausula, intelligite. Scribit Enchiridium ad Laurentium; in quo: Neque negandum est, (inquit) DEFVNCTORVM ANIMAS pietate suorum viuentium RELEVARI, cùm pro illis SACRIFICIVM MEDIATORIS offertur, vel ELEEMOSYNÆ in Ecclesia fiunt. Sed hæc eis prosunt, qui cùm viuerent, vt hæc sibi postea prodesse possent, MERVERVNT. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem: Est verò talis in bono, vt ista non requirat; & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cùm ex hac vita transierit, ADIVVARI. Quocirca Hic OMNE MERITVM COMPARATVR, quo possit post hanc vitam releuari quispiam, vel grauari. Nemo autem se speret quod hic neglexerit, cùm obierit, apud Deum promereri. Non igitur ista QVÆ PRO DEFVNCTIS COMMENDANDIS FREQVENTAT ECCLESIA, illi APOSTOLICÆ sunt aduersa SENTENTIÆ, qua dictum est: Omnes enim adstabimus ante TRIBVNAL CHRISTI, vt referat vnusquisque secundùm ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum: (2.Cor.5.v.10.) Quia etiam HOC MERITVM SIBI QVISQVE, CVM IN CORPORE VIVERET, COMPARAVIT, vt ei possent ista prodesse. Non enim omnibus prosunt; Et quare non omnibus prosunt, nisi PROPTER DIFFERENTIAM VITÆ quam quisque gessit in Corpore? Cùm ergò SACRIFICIA siue ALTARIS, siue quarumcumque Eleemosynarum PRO BAPTIZATIS DEFVNCTIS OMNIBVS Offeruntur, pro valde bonis, GRATIARVM ACTIONES sunt: pro non valdè malis, PROPITIATIONES sunt: pro valde malis, etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, QVALESCVMQVE VIVORVM CONSOLATIONES sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena REMISSIO, aut CERTE TOLERABILIOR FIAT IPSA DAMNATIO. Quæ quidem vltima Augustini verba hunc sensum habent, vt Sacrificia oblata, & Eleemosynæ pro Defunctis collatæ, aut Pœnas omnes Purgatorias condonando dimittant, aut tolerabiliores iuuando reddant.

CAP. XXXIV.

ATQVE hæc pro PRIMA nostri SERMONIS PARTE, quæ DE CHRISTIANO SACRIFICIO SACRIFICIIQVE PARTIBVS est, dicta sunto. Qui breuiùs audire volet, at-

que Catholicum in morem, philoſophari paucis; Euchariſtiæ Sacrificium, quod Orientalis Eccleſia LITVRGIAM, Occidentalis, MISSAM appellat, ſtatim cognouerit, ſi modò Sanctorum Theologorum Adiuncta atque Epitheta diuinæ Euchariſtiæ exploret: tantum eſt ſanctè de Deo loquentium in amore moræ, vt blanda quadam nomenclatione ſuauiſſima quæque myſteria Fidelibus, vel de nomine ſalutanda, aperiat! Ac omnium quaſi ore ac voto Beatiſſimus Auguſtinus, OMNIVM TEMPORVM ATQVE ECCLESIARVM DOCTOR, loquatur: ex quo, tanquam ex fideliſſimo diligentiſſimoque meo, non modò inter Latinos, ſed & inter omnes, quantum ad rationes Theologicas attinet, Internuncio atque Interprete, perpetua in Epiſtolas meas Commentaria Venerabilis Beda (verè CATENATVS LABOR, vt quidam cecinit Poëta, ſanè ingenioſus) ſuppoſuit, dicam, an compoſuit? Itaque Euchariſtia Sancto Auguſtino nunc, PIETAS, De Trinitate libro tertio: nunc, GRATIA, ſcilicet Subſtantialis; nunc, PARTES, quòd partienda fidelibus ſit, vocatur, Sermone De Verbis Euangelij, citato à Beda in prioris ad Corinthios decimum Caput; & apud Gratianum, De Conſecratione, Diſtinctione ſecunda, capite quinquageſimo octauo. Sed Partes, quæ myſticam quæque ſuam ſignificationem habeant, vt in NOVEM illis Partibus videre eſt, in quas Myſticum Panem diuidebant Sacerdotes MOSARABVM, (id eſt, Chriſtianorum Arabibus commixtorum in Hiſpania ante mille annos, quaſi MIXTARABVM) quorum ritus nunc etiam nonnullæ Toletanæ Eccleſiæ retinent. In MISSA
» enim MOSARABICA legitur: Habet quæque PARTICVLA
» nomen. Quinque priores Partes dicuntur, CORPORATIO,
» NATIVITAS, CIRCVMCISIO, APPARITIO, PASSIO:
» Quatuor reliquæ, MORS, RESVRRECTIO, GLORIA,
» REGNVM, ſcilicet Chriſti. Ergo Euchariſtia Auguſtino nunc, PARTES vocatur: nunc, SACRAMENTVM CORPORIS CHRISTI; VITA (ex Apoſtolica Traditione, ab eo quod dictum eſt, inquit,
Io.5.v.35. Ego ſum Panis VITÆ;) ac DOMINICA MENSA; atque SACRAMENTVM MENSÆ DOMINICÆ, Epiſtolâ nonageſimâ quintâ, ad Innocentium Papam; & libro primo De Peccatorum meritis & remiſſione: nunc, SACRAMENTVM SANCTÆ MENSÆ, eodem libro: nunc, SACRIFICIVM CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI, libro primo De Anima, Tractatu vigeſimo ſexto in Ioannem, & Concione prima in Pſalmum trigeſimum tertium, & capite octauo vigeſimi ſecundi libri De Ciuitate Dei: nunc, PANIS
Ioan 6.v.52. » CONCORDIÆ, Tractatu vigeſimo ſexto in Ioannem. vbi, LI-
» TIGABANT VTIQVE (inquit de Capharnaïtis Auguſtinus) AD
» INVICEM, QVIA PANEM CONCORDIÆ NON IN-
» TELLIGEBANT: nunc, SACRIFICIVM MEDIATORIS; necnon & SACRIFICIA ALTARIS, decimo ſupra centeſimum capite Enchiridij ad Laurentium: nunc, VICTIMA SANCTA, ac PRETII NOSTRI SACRAMENTVM, capite decimo tertio Confeſſionum libri

noni; tanquam sumpta à Basilio Magno periphrasi, qui in Liturgia, Μέγα τῆς Σωτηρίας Μυστήριον, MAGNVM SALVTIS SACRAMENTVM, Eucharistiam vocat: nunc, COMMVNICATIO CORPORIS CHRISTI, nono capite libri vigesimi De Ciuitate Dei: nunc, ALTARIS SACRAMENTVM, capite sexto libri decimi De Ciuitate Dei; & De sancta Virginitate; & SACRAMENTA ALTARIS, capitulo vigesimo nono Concilij Tertij Carthaginiensis, cui Augustinus subscripsit: nunc, SANCTA COENA, necnon & SACRAMENTVM COENÆ, Psalmo Abecedario contra Partem Donati: nunc, SACROSANCTA COENA, libro secundo contra Litteras Petiliani Donatistæ: nunc, SACRIFICIVM PRETII NOSTRI, capite duodecimo libri noni Confessionum: nunc, VNICVM SACRIFICIVM PRO SALVTE NOSTRA, libro primo contra Cresconium Grammaticum: nunc, OBLATIO, Hæresi quinquagesima tertia ad Quod-vult-Deum, capite vndecimo libri secundi Retractationum, & Canone septuagesimo nono Concilij Quarti Carthaginiensis, cui Augustinus si non præfuit, at interfuit; ac SACROSANCTA OBLATIO ET PARTICIPATIO CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI, capite duodeuigesimo libri vigesimi contra Faustum Manichæum; atque SANCTI ALTARIS OBLATIO, Epistolâ quinquagesimâ nonâ ad Sanctum Paulinum: nunc SACRIFICIVM SALVTARE, Sermone trigesimo secundo De Verbis Apostoli: nunc, SACRAMENTVM FIDELIVM, ibidem, at Sermone secundo: nunc, VIVIFICVM DOMINICI CORPORIS SVPPLEMENTVM, ac REDEMPTORIS MONIMENTVM, ET REDEMPTI MVNIMENTVM, secundo libro De Visitatione infirmorum: nunc, PRETIVM NOSTRVM, Epistolâ sexagesimâ secundâ supra centesimam; & in Psalmum duodequinquagesimum, Concione prima: nunc, SACRIFICIVM ECCLESIÆ, capite vigesimo libri decimi De Ciuitate Dei, & duodevigesimo capite libri primi contra Aduersarium legis & Prophetarum: nunc, EPVLÆ, Sermone quadragesimo septimo de Verbis Domini: nunc, COMMVNIO CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI, ibidem: nunc, PASCHA CHRISTIANORVM, trigesimo septimo contra Litteras Petiliani Donatistæ, libro secundo: nunc, SACRIFICIVM IMAGINIS AGNI, (Sensu scilicet Anagogico, ac relato ad futuram in Cœlo sempiternam nostram Agni, Deo Patri, sine sacramentis ac velis, oblationem, tanquam ad æternum Pascha, Sacrificiorumque omnium prototypum) quarto capite De Cataclysmo: nunc, SACRIFICIVM SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH, Enarratione in Psalmum centesimum sextum; Oratione contra Iudæos; De Ciuitate Dei, libro decimo septimo, capite decimo septimo, libro quarto De Doctrina Christiana; ac quæstione sexagesima prima libri Octoginta trium Quæstionum; & SACRIFICIVM LAVDIS IN CORPORE CHRISTI, SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH, libro primo contra Aduersarium Legis & Prophetarum: nunc, COMPLETIVVM, in Psalmum vndequadragesimum: nunc, PANIS ET CALYX MYSTICVS, ac SACRAMENTVM RELIGIONIS, (comparatè

ſcilicet ad Sacrificium Crucis, quod eſt & Sacrificium & Sacramentum REDEMPTIONIS) capite decimo tertio vigeſimi libri contra Fauſtum: nunc, SALVBRIS REFECTIO, De Verbis Apoſtoli, Sermone ſecundo: nunc, SALVBERRIMVM SACRAMENTVM, Epiſtolâ ad Ianuarium, duodeuigeſimâ ſupra centeſimam: nunc, SACRAMENTVM MEMORIÆ, (id eſt, Sacrificium Commemoratiuum, de quo ſupra tam multa) libro vigeſimo contra Fauſtum Manichæum: nunc, SACRAMENTVM SPEI, duodecimo libro contra eumdem Fauſtum: nunc, CELEBRATIO CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI, capite nono tertij libri De Doctrina Chriſtiana: nunc, PANIS ἐπιούσιος, SVPERSVBSTANTIALIS, duodetrigeſimo Sermone De Verbis Domini: nunc SACRAMENTVM COELESTIS PANIS, Homiliâ quinquageſimâ libri Quinquaginta Homiliarum: nunc, PANIS ANGELORVM, ſermone ſecundo De Tempore: nunc, CARO DOMINI, SANGVIS DOMINI, Sermone quadrageſimo ſexto De Verbis Domini; vbi pro, ACCEDITE AD EVCHARISTIAM, Auguſtiniana eſt
» locutio; ACCEDITE AD CARNEM DOMINI, ACCEDITE AD
» SANGVINEM DOMINI: nunc, CIBVS ANGELORVM, Enarratione in Pſamum ſeptuageſimum ſeptimum; nunc, CONVIVIVM DOMINI, Epiſtola quinquageſima; nunc PANIS COMMVNIS, Sermone vigeſimo ſeptimo de verbis Domini: nunc, CIBVS ET PANIS ÆTERNVS, Sermone vigeſimo, ibidem: nunc, SACRAMENTVM PIETATIS, SIGNVM VNITATIS, VINCVLVM CHARITATIS, tractatu vigeſimo ſexto in Ioannem: nunc SVPERSVBSTANTIALIS ANIMÆ PANIS, Sermone octuageſimo ſecundo de Tempore: nunc VERA HOSTIA REDEMPTORIS, De Tempore Sermone centeſimo octuageſimo primo: nunc, SACRAMENTVM VNITATIS, Epiſtolâ quinquageſimâ ad Bonifacium: nunc, SACRAMENTVM PANIS, (eſt enim in Pane & vino ſecundùm Ordinem Melchiſedech, & Panis illius quem contra Fauſtum ſupra, MYSTICVM vocauerat) De Conſenſu Euangeliſtarum libro tertio: nunc, SACRIFICIVM CORPORIS & SANGVINIS CHRISTI, Contra Creſconium Grammaticum, libro primo; & SACRIFICIVM CORPORIS CHRISTI, De ciuitate Dei, libro vigeſimo ſecundo, capite octauo: nunc, SACRATISSIMVS CIBVS POTVSQVE, contra eundem libro quarto: nunc, MYSTERIA CHRISTI, SACRAMENTVM CHRISTI, SACRAMENTVM DEI, & SACRAMENTVM DOMINICVM ibidem: nunc, SACRIFICIVM CHRISTIANORVM, libro vigeſimo cōtra Fauſtum Manichæum, & vigeſimo ſeptimo libri octaui De Ciuitate Dei, necnon quinto capite libri decimi ſeptimi eiuſdem Operis, ac Oratione contra Iudæos: nunc, SACRIFICIVM SANCTVM SANCTORVM, Quæſtionum Euangelicarum libro ſecundo, capite ſexto libri decimi, De Ciuitate Dei: nunc, PIETATIS CELEBRATIO, ET CELEBRATIONES SACRAMENTORVM, libro tertio De Trinitate; ac numero ſingulari, CELEBRATIO SACRAMENTORVM, Epiſtolâ ad Sanctum Paulinum quinquageſi-
Mal. 1. v. 2. mâ nonâ: nunc, (ex primo Malachiæ) SACRIFICIVM MVNDVM, in

Oratione aduersùs Iudæos; & OBLATIO MVNDA, trigesimo quinto capite duodeuigesimi libri, De Ciuitate Dei: nunc MIRABILE ET COELESTE SACRIFICIVM, in Manuali, capite vndecimo: nunc SACRAMENTVM ac SACRAMENTA CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI, & SACRAMENTVM DOMINICI CORPORIS, simpliciterque numero plurali, SACRIFICIA, (quemadmodum propter cerimoniarum ac rituum Baptismalium multitudinem, Baptismum, numero multitudinis, SACRAMENTA, in Psalmum septuagesimum septimum, appellat) Capitulo vigesimo quarto Tertij Concilij Carthaginiensis, cuius ipse pars magna fuerat Augustinus. quod quidem confirmatur postea in Concilio Africano, iisdem planè verbis repetitis: nunc SACRAMENTA FIDELIVM, De Bono Perseuerantiæ: nunc VERISSIMVM & SINGVLARE SACRIFICIVM, De Spiritu & Littera: nunc purè & simpliciter SACRIFICIVM, in Actis Eradij, ante Epistolam centesimam vndecimam, & libro primo Contra Duas Epistolas Gaudentij, Donatistarum Thamugadensis Episcopi: nunc COLLECTA & DOMINICVM, ex Gestis Martyrum in Breuiculo Collationum cum Donatistis, Collatione Tertij Diei: nunc vulgato nomine, &, quamuis ineffabile, aut, vt semper meo ad Hebræos verbo vtar, ININTERPRETABILE Mysterium sit, iam prope suô, MISSÆ, vel etiam MISSA. Quid verò eo nomine intelligere debeamus, Augustiniani Sæculi, id est, Quinti, Auctor certè nobilissimus tradet, licèt eius ætatis ætate vltimus, cuius primus omnium princeps Augustinus fuit. Sanctus Cæsarius est, Archiepiscopus Arelatensis, qui tempore Symmachi Papæ & Theodorici Regis Italiæ (vt in eius Vita scribit Cyprianus, eius discipulus) vixit; qui Homiliâ duodecimâ: Si diligenter attenderitis, inquit, cognoscetis, quia non tunc fiunt MISSÆ quando diuinæ Lectiones in Ecclesia recitantur, sed QVANDO MVNERA OFFERVNTVR: ET CORPVS VEL SANGVIS DOMINI CONSECRATVR. Nam LECTIONES siue PROPHETICAS, siue APOSTOLICAS, siue EVANGELICAS, etiam IN DOMIBVS VESTRIS, aut IPSI LEGERE, aut alios legentes audire POTESTIS. CONSECRATIONEM VERO CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI NON ALIBI QVAM IN DOMO DEI AVDIRE VEL VIDERE POTERITIS. Ideo qui vult MISSAS, ad integrum CVM LVCRO ANIMÆ suæ CELEBRARE, vsque quò ORATIO DOMINICA DICATVR, & BENEDICTIO POPVLO DETVR, Humiliato Corpore & Compuncto Corde se debet in Ecclesia continere. Reperias ergo apud Augustinum MISSAM ET MISSAS, Sermone ducentesimo trigesimo septimo, qui est secundus Dominicæ vndeuigesimæ post Pentecosten, ad Mensam Diui Cypriani habitus; & apud Iuonem Episcopũ Carnotensẽ, Parte secunda Decreti, cap. centesimo decimo nono, EX DICTIS AVGVSTINI; & duodecimo Canone MILEVITANI CONCILII, nó modò ab Augustino SVBSCRIPTI, sed & CONSCRIPTI; itemque Concilio Carthaginiensi Secundo, Capite tertio; & Carthaginiensi Quarto, Capitulo octuagesimo quarto; in quibus Augustinus sedit: ac Sermone-

ducentesimo quinquagesimo primo, De Tempore, quibus in locis ipsum AVCTOREM CLASSICVM adeundum audiendumque monemus, ne quid Augustini diligentia atque acumine dignum à nobis prætermissum hac in parte videatur. De me verò, ad Ianuarium Epistolâ centesimâ decimâ octauâ, confitetur totius MISSÆ à Christo Domino institutæ ORDINEM, quem vniuersa vniuersum per Orbem seruat Ecclesia, auctoritate Doctoris ac Apostoli Gentium,
» à me præscriptum fuisse; huncque in modum ratiocinatus est: Cùm
1. Cor 11. v. 33. » verò ait APOSTOLVS, de hoc Sacramento loquens; Propter quod,
» Fratres, cùm conuenitis ad manducandum, inuicem exspectate. Si
» quis esurit, domi manducet, vt non ad iudicium conueniatis; sta-
» tim subtexuit, Cætera autem, cùm venero, ORDINABO. Vnde in-
» telligi datur, quia multum erat vt in Epistola totum illum AGEN-
» DI ORDINEM insinuaret QVEM VNIVERSA PER ORBEM SERVAT
» ECCLESIA, AB IPSO ORDINATVM esse QVOD NVLLA MORVM
» DIVERSITATE VARIATVR. De se autem, Concione secunda in Psalmum trigesimum secundum, dum Populum hortatur, talia
» prædicat: Pro Infirmis, pro Carnaliter Sapientibus, pro Animali-
» bus & Carnalibus, tamen pro Fratribus nostris EADEM SACRAMEN-
» TA CELEBRANTIBVS, & si non nobiscum eadem, tamen VNVM
» AMEN respondentibus, & si non nobiscum VNVM AMEN, horta-
» mur MEDVLLAS CHARITATIS VESTRÆ, fundatis ad Deum pre-
» ces: pro eis ALIQVID ENIM PRO SALVTE IPSORVM LEGIMVS IN
» CONCILIO, quod explicare vobis hodie iam tempus non sufficit.
Corpus verò Christi non esse Panem, siue quod eòdem redit, Eucharistiam non esse Panem, sed esse Verum Christi Corpus, vnus omnium optimè, ac vno loco nunc primùm indicando vulgandoque, Magnus reuera Augustinus, Epistolâ sexagesimâ quartâ ad Archiepiscopum Primatemque suum, DE COERCENDA TEMVLENTIA
» demonstrat, dum ait: Sed feramus hæc in luxu & labe domestica, &
» eorum conuiuiorum quæ priuatis parietibus continentur, ACCIPIA-
» MVSQVE CVM EIS CORPVS CHRISTI CVM QVIBVS PANEM EDE-
» RE PROHIBEMVR. Saltem de SANCTORVM CORPORVM sepulcris,
» saltem DE LOCIS SACRAMENTORVM, de DOMIBVS ORATIONVM
» tantum dedecus arceatur! Hactenus OS NOSTRVM Augustinus. Patrum autem tanquam Concilium DE DIVINA EVCHARISTIA habitum euoluamus, cuius suo quisque tempore sententiam tulerit, vt
Eccl. 39. v. 1. » quod in SAPIENTIA SIRACH scriptum est, exsequamur: Sapientiam
» OMNIVM ANTIQVORVM exquiret SAPIENS, & IN PROPHETIS va-
» cabit. Narrationem VIRORVM NOMINATORVM conseruabit, & in
» VERSVTIAS PARABOLARVM simul introibit. OCCVLTA PROVER-
» BIORVM exquiret, & in ABSCONDITIS PARABOLARVM conuer-
» sabitur. IN MEDIO MAGNATORVM MINISTRABIT, & IN CONSPE-
» CTV PRÆSIDIS apparebit. IN TERRAM ALIENIGENARVM GEN-
» TIVM PERTRANSIET.
» IVDICIS officium est, vt res, ita tempora rerum

Quærere : quæſito tempore tutus eris.
Neu igitur nos potiùs, quàm materia, deficiat dies, Euchariſtiæ,
quod in amatorio ſermone fit, ſuauiora nomina, quo nihil amabilius
eſſe poteſt, ex noſtrorum Theologorum ſelectioribus ſanctioribuſ-
que vocibus (quis enim omnia ac ſingula referre poterit?) tanquam
amati triumphales titulos, amantiſſimis, ac proinde breuiſſimis ver-
bis, (neque enim valdè amantium Deum longa fert amor) canamus.
Idque non ex ſolis veteribus illis Sanctis Patribus, QVOS, (vt ad Re-
ginas ait Cyrillus) OB RECTAM FIDEM ADMIRARI SOLEMVS, οἳ καὶ «
ἐπ' ὀρθῇ ΘΑΥΜΑΖΟΝΤΑΙ πίστει· ſed etiam vbi res poſtulabit, tanquam «
ſalutem ex inimicis noſtris, vt Zacharias prophetauit, & de manu « Luc. 1. v. 71.
omnium qui oderunt nos, ab iis qui non Eccleſiæ fauiſſe, ſed Schi- «
ſma fouiſſe, viſi ſunt, velut ab iniuſtis poſſeſſoribus, aut Antiqui-
tatis Teſtibus, vltro confiteri coactis, rem noſtram, rem tantam, re-
petentes. Ex Orthodoxis autem, Ne (vt de Patribus ibidem Cyril- «
lus inquit) citra delectum ac temere quicquid in mentem venerit, «
effutire videar, argumentis ex libris QVOS ILLI AD ECCLESIÆ «
VTILITATEM COMPOSVERE, petitis, atque huc in medium al- «
latis, orationis meæ veritatem confirmare ſtudebo: Ἵνα γὰρ μὴ δοκοίην,
τὸ εἰς νοῦν ἧκον ἁπλῶς, ἀβασανίστως λέγειν, ἐκ τῶν ἐκείνοις ΠΕΠΟΙΗΜΕΝΩΝ
βιβλίων, ΕΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, τὰ εἰς τοῦτο χρήσιμα συνεισενεγκὼν, καὶ παραθεὶς εἰς
ἀπόδειξιν, κατασφραγιῶ εἰς ἀλήθειαν, τοὺς ἐμαυτοῦ λόγους. Hinc Epiſtolam
Cyrilli DE FIDE ad Neſtorium, laudaturus ac recepturus in Ephe-
ſino Concilio Valerianus Iconij Epiſcopus, duplici eam nomine
potiſſimùm commendat; & Quòd Nicæno Canoni congruat, &
Quòd eam Sanctorum Satrum fidem, non ſecùs atque precioſum
quoddam vnguentum, ſuaui fragrantia ſpirare deprehendiſſet: Δέξον-
τες, inquit, τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ τὸ μύρον, τὴν ἐκείνων πίστιν εὐωδίαν ἀναπνεομέ-
νην. Neſtorij verò è contra anathematizaturus Epiſtolam Palladius,
Ciuitatis Amaſiæ Epiſcopus, dixit: Equidem propter blaſphemiam «
Neſtorij litteris incluſam, aures obturare non moror, nimioque do- «
lore correptus ita obrigeo, vt vocem edere vix poſſim. Credo etiam «
vniuerſam hanc Deo deuotam Sanctamque Synodum idem de le- «
cta paulo antè Epiſtola ſentire. Vnum hoc tantùm dixerim, nem- «
pe Epiſtolam illam ab Orthodoxa SANCTORVM PATRVM Expo- «
ſitione omnino diſtare, OB ID SANE NVLLO PACTO AGNOSCIMVS «
EAM ESSE CATHOLICÆ ECCLESIÆ: Ἐγὼ μὲν διὰ τὴν ἐγγεγραμμένην
τῇ ἐπιστολῇ βλασφημίαν, καὶ τὰ ὦτα ἀποφράττειν οὐκ ὀκνῶ. καὶ μικροῦ λίθινος ἐγε-
νόμην ὑπὸ ἀθυμίας, ὥστε μηδὲ δύνασθαι φωνὴν ῥῆξαι τοσαύτῃ ἀθυμίᾳ κατειλημ-
μένον. πιστεύω δὲ καὶ πᾶσαν τὴν ΘΕΟΦΙΛΗ καὶ ἁγίαν Σύνοδον, τὴν αὐτὴν γνώ-
μην ἔχειν ἐμοὶ, ἐπὶ τῇ ἀρτίως ἀναγνωσθείσῃ ἐπιστολῇ. τοσοῦτον δὲ μόνον φημὶ, ὅτι-
περ σφόδρα ἀπᾴδουσα ἡ ἀναγνωσθεῖσα ἐπιστολὴ τυγχάνει, τῆς ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑ-
ΤΕΡΩΝ, ἐπὶ τῇ πίστει, Ἐκθέσεως. ΔΙΟ ΔΗ ΚΑΤ' ΟΥΔΕΝΑ ΛΟΓΟΝ ΕΠΙΓΙ-
ΝΩΣΚΟΜΕΝ ΑΥΤΗΝ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΙΝΑΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ. Accer-
tè omnium ſapientiſſimè Capreolus, Archiepiſcopus Carthaginien-
ſis, Africæ Primas, Epiſtolâ ad Epheſinam Synodum, Actis Epheſi-

nis, auctoritate ac iussu Oecumenicæ Synodi, inserta (CVI PROFECTO INTERFVIT PER SPIRITVS VNITATEM, vt quondam Nicænæ Cyprianum eius decessorem iam olim demortuum interfuisse, ex Au-
» gustino contra Donatistas, iam sæpius scripsimus.) Nam qui illa (inquit Capreolus Primas, postquam sibi, Theodosio ac Synodo exspectatissimum Augustinum, morte ereptum, præfatione sua excusatoria luxisset, quòd tamdiu desideratum atque vocatum ab Imperatore ad Synodum, ad dissoluenda DE INCARNATIONE dubia, mittere eum non potuisset, qui vocante ad maiora Domino raptus
» esset) perpetuam stabilitatem retinere voluerit, quæ de CATHOLI-
» CÆ Fidei ratione statuerit, is non propria auctoritate, sed ANTIQVO-
» RVM PATRVM IVDICIO sententiam suam corroborare debet: ita
» vt ea ratione partim VETERVM, partim RECENTIORVM decretis &
» sententiis placita sua comprobans, VNICAM ATQVE VNIGENAM
» ECCLESIÆ VNITATEM, iam inde ab initio ad præsens vsque tem-
» pus, SIMPLICI PVRITATE, INVICTA CONSTANTIQVE AVCTORI-
» TATE decurrentem se Asserere, Docere, & Tenére ostendat. Quam quidem Africanâ disciplinâ & sæculo extremoque spiritu paulo ante morientis, nunquam tamen morituri, Augustini, dignam sententiam è Latino in Græcum sermonem Ephesini Patres hunc in modum conuerterunt, æternisque vtriusque Linguæ monimentis consignarunt: Ἐπειδὴ, ὅστις βούλεται, ἀσφαλῆ ὑπὲρ τῆς ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΣ ἐθέσπισεν, εἰς τὸ διηνεκὲς μένειν, οὐ τῇ ΙΔΙΑ ΑΥΘΕΝΤΙΑ, ἀλλὰ καὶ ΤΗ ΤΩΝ ΑΡΧΑΙΟΤΕΡΩΝ ΨΗΦΩ, ὀφείλει βεβαιωθῆναι ὅσα ἐφρόνησεν· ὥστε, οὕτως, τοῦτο μὲν, ἀπὸ τῶν ΑΡΧΑΙΟΤΕΡΩΝ, τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ΝΕΩΤΕΡΩΝ ὅρων, ὅσα διαβεβαιοῦται, δοκιμάζων, ΜΟΝΟΓΕΝΗ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΤΗΝ ΑΛΗΘΕΙΑΝ, ἀπὸ τῶν παρῳχημένων χρόνων, μέχρι τῶν παρόντων, τῶν ἡμετέρων, ΑΠΛΗ ΚΑΘΑΡΟΤΗΤΙ, καὶ ΑΗΤΤΗΤΩ ΑΥΘΕΝΤΙΑ, τρέχουσαν, ἑαυτὸν καὶ Λέγειν, καὶ Διδάσκειν, καὶ Κατέχειν.

CAP. XXXV. EN AVCTOR CONSTITVTIONVM APOSTOLICARVM agmen ducit, qui Constitutionum Apostolicarum libro septimo, capite vigesimo sexto, EVCHARISTIAM MYSTICAM, εὐχαριστίαν μυστικὴν, siue, GRATIARVM ACTIONEM PRO SANCTA EVCHARISTIA, magno quodam arcano Theologico, instituit, quique ANTITYPA MYSTERIA PRECIOSI CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI, Τὰ Ἀντίτυπα Μυστήρια, τοῦ Τιμίου Σώματος Χριστοῦ καὶ τοῦ Αἵματος, SACRAM EVCHARISTIAM, capite decimo tertio libri quinti, vocat (ex quo Basilius, in Liturgicis, ANTITYPA SANCTI CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI, τὰ ΑΝΤΙΤΥΠΑ τοῦ ἁγίου Σώματος καὶ Αἵματος τοῦ Χριστοῦ mutuatus est) sensu facillimo, ac supra facillimè explicato; vt Eucharistia nimirum NON CARNIS, SED INCARNATIONIS Christi figura dicenda sit: SACRIFICIVM, Θυσίαν, capite duodecimo libri octaui: OBLATIONEM, Προσφορὰν, libro octauo, capite decimo tertio: COMMVNIONEM SANCTORVM MYSTERIORVM, Τῶν Ἁγίων Μυστηρίων Μετάληψιν, eiusdem libri octaui, capite decimo quarto. Sāctus IGNATIVS, EVCHARISTIAS ET OBLATIONES, siue, SACRIFICIA, Εὐχαριστίας καὶ Προσφορὰς, Epistolâ ad Smyrnæos

apud Theodoretũ Dialogo, IMPATIBILIS, Ἀπαθὴς, siue tertio. Sancti verò IGNATII Epistolarum quæ nunc exstant Scriptor, in Epistola ad Ephesios, PHARMACVM IMMORTALITATIS, Φάρμακον ἀθανασίας, REMEDIVM AD OMNES PLAGAS, Καθαρτήριον ἀλεξίκακον, PANEM DEI, Ἄρτον τοῦ θεοῦ, Christum in Eucharistia appellat. IVSTINVS Martyr, EVCHARISTIAM, Εὐχαριστίαν, PANEM EVCHARISTIZATVM, Ἄρτον εὐχαριστηθέντα, ESCAM EVCHARISTIZATAM, Εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, Apologiâ ad Antoninum secundâ. IRENÆVS, GRATIAM, Τὴν Χάριν, libro primo capite nono, & apud Epiphanium libro quoque primo, Hæresi trigesima quarta. TERTVLLIANVS, CONVIVIVM DOMINICVM, libro primo ad Vxorem; SACRAMENTVM BENEDICTIONIS, libro de Pudicitia, ex prioris meæ ad Corinthios decimo: vbi CALYCEM BENEDICTIONIS, τὸ Ποτήριον τῆς Εὐλογίας, dixi. ex quo equidem meo dicto EVLOGIA Eucharistiam in ARCANA THEOLOGIA significare cœpit: sicque à Græcis, ac potissimùm à Cyrillo postea, communi ferè vsu, dicta est, vt à Latinis quandoque BENEDICTIONIS SACRAMENTVM. At De Resurrectione Carnis, De Oratione, necnon & De Idololatria, CORPVS DOMINI: quemadmodum, De Spectaculis, SANCTVM; & citato libro De pudicitia, OPIMITAS DOMINICI CORPORIS appellata est. CLEMENS ALEXANDRINVS, Alexandriæ Ecclesiæ Presbyter, Pantæni Discipulus, & Origenis Magister, grandi quodam mysterio, libro tertio, Pędagogi cap. quarto & septimo, REGNVM, Τὴν Βασιλείαν: quem Regium ac Sanctum loquendi morem secuti postmodum atque imitati videntur Magni Laodiceni Patres, quadragesimo octauo Canone: quo quidem decretum est; Quòd oporteat eos qui baptizantur, post lauacrum, « CHRISMA ECCLESIÆ (Græcè nunc legimus, SVPERCOELESTE « CHRISMA) accipere, & REGNI CHRISTI participes inueniri: Ὅτι δεῖ « τοὺς ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΟΥΣ, μετὰ τὸ βάπτισμα, ΧΡΙΕΣΘΑΙ ΧΡΙΣΜΑΤΙ ΕΠΟΥΡΑΝΙΩ, καὶ μετόχους εἶναι ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. Baptizati enim quandoque, vt facti Heredes Regni, Eucharistiam, tanquam, vt ita dicam, præmansum Regni, porrigente Matre Ecclesia, prægustabant, sibique ius ad rem & in re, nouo quasi titulo, quærebant. CYPRIANVS (quem ad Vincentium Epistolâ quadragesimâ octauâ, & De Baptismo Contra Donatistas libro sexto, Augustinus vocat PACIFICVM EPISCOPVM, ET FORTISSIMVM primo, deinde secundo loco GLORIOSVM, MARTYREM) libro De Vnitate Ecclesiæ, DOMINICÆ HOSTIÆ VERITATEM; in Oratione Dominica, CIBVM SALVTIS, ac COELESTEM PANEM; libro primo Epistolâ tertiâ, COMMVNIONEM; Sermone De Baptismo Christi, PANEM SVPERSVBSTANTIALEM; De Lapsis & de Vnitate Ecclesiæ, SANCTVM DOMINI; De Lapsis, GRATIAM SALVTAREM; libro denique tertio, Epistolâ decima, SANCTVM DOMINI CORPVS: & libro primo, Epistolâ illâ sextâ ad Magnum, quæ citatur expenditurque ab Augustino, libro septimo De Baptismo, Contra Donatistas, DOMINICA SACRIFICIA. Auctor deni que apud Cypria-

1 Cor. 10. v. 16.

num, De Cœna Domini, PANEM ANGELORVM, MEDICAMENTVM ET HOLOCAVSTVM. Sanctus DIONYSIVS ALEXANDRINVS, Origenis Archiepiscopus, Cypriano in Episcopatu paulo prior, in morte paulo posterior; tantus, vt Athanasius Epistolam, vel potiùs librum DE SENTENTIA DIONYSII EPISCOPI ALEXANDRINI, Περὶ Διονυσίου τοῦ Επισκόπου Αλεξανδρείας, scripserit; REM DIVINAM, Τὰ Θεῖα, apud Eusebium, capite trigesimo sexto libri sexti Ecclesiasticæ Historiæ, in Historia Serapionis Pœnitentis, Epistolâ ad Fabium Archiepiscopum Antiochenum; libro septimo capite octauo, CORPVS ET SANGVINEM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, Τὸ Σῶμα καὶ τὸ Αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ. Vnde ORIGENES, quasi Archiepiscopum secutus, ac Episcopali sententiæ subscribens, Homiliâ quintâ De Diuersis, SANCTVM CIBVM INCORRVPTVM EPVLVM, VITÆ PANEM ET POCVLVM, dixit. Sanctus ZENO, Veronensis Episcopus, & Martyr, COELESTE PRANDIVM, LÆTVM CONVIVIVM, HONESTVM, PVRVM, SALVBRE ATQVE PERPETVVM, sermone ad Neophytos. EVSEBIVS Cæsariensis, SACRIFICIA INCRVENTA, Θυσίας Αναίμους, ac HIERVRGIAS MYSTICAS, Μυστικὰς Ιερουργίας, De Vita Constantini, libro quarto, capite quadragesimo quinto; MEMORIAM, Μνήμην, capite octauo libri primi De Demonstratione Euangelica.
Psal.110.v.4. » alludens videlicet ad illum LIBRI PSALMORVM locum: MEMORIAM fecit Mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: Escam dedit timentibus se; respiciensque ad illud quod supra tam multis exposuimus de Sacrificio Commemoratiuo; INCRVENTA ET RATIONABILIA SACRIFICIA, Αναίμους καὶ Λογικὰς Θυσίας, Demonstrationis Euangelicæ libro primo, capite quatto; & Oratione De laudibus Constantini, vbi & Αφιερώματα, hoc est, DONARIA, nuncupauit; SYMBOLA DIVINÆ OECONOMIÆ, (symbolum enim Incarnationis, vt supra probauimus, Eucharistia est) Τὰ Σύμβολα τῆς Ενθέου ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ, libro octauo De Demonstratione Euangelica, capite secundo; SPIRITVALEM HIERVRGIAM, τὴν Πνευματικὴν Ιερουργίαν, libro quinto, capite tertio Demõstrationis. CONCILIVM ANCYRANVM, OBLATIONIS SACRAMENTA ET COMMVNIONIS GRATIAM, ex Vetusta Interpretatione Dionysij Exigui, tametsi Græcè in altero tantùm προσφορὰ, in altero sit Κοινωνία, id est, in illo simpliciter SACRIFICIVM, vel OBLATIO, in hoc autem COMMVNIO, Canone decimo quinto; PERFECTIONIS GRATIAM, siue ID QVOD EST PERFECTVM (vtrumque enim habent Versiones, hoc Antiqua, illud Noua) ΤΟ ΤΕΛΕΙΟΝ, Canone quarto & quinto; immo PERFECTIONEM quinto, & octauo, & decimo nono, & vigesimo primo, & vigesimo secundo, vti Dionysius Exiguus ibi quoque τὸ τέλειον conuertit. Et certè Eucharistia est Sancto Dionysio PERFECTIO, Τελείωσις. Vnde tertio capite Cœlestis Hierarchiæ (vt articulo tertio sexagesimæ quintæ Quæstionis notat in Tertia Parte Diuus Thomas) Dionysius dicit, quòd non contingit aliquem

perfici PERFECTIONE HIERARCHICA, nisi per Diuinissimam Eucharistiam. Huius autem rationem docet Beatus Thomas, Quæstione septuagesima tertia, Articulo tertio, cùm ait: Baptismus est «
Principium Spiritualis Vitæ, & Ianua Sacramentorum; Eucharistia «
verò est quasi CONSVMMATIO SPIRITVALIS VITÆ, ET OMNIVM «
SACRAMENTORVM FINIS, vt supra dictum est. Per Sanctificatio- «
nes enim omnium Sacramentorum fit præparatio ad suscipiendam «
vel consecrandam Eucharistiam. Ac ibidem ad Tertium Doctor «
Angelicus ait: Dicendum, Quòd Baptismus est Sacramentum Mor- «
tis & Passionis Christi, prout Homo regeneratur in Christo, virtute «
Passionis eius; sed Eucharistia EST SACRAMENTVM PASSIONIS CHRI- «
STI, PROVT HOMO PERFICITVR IN VNIONE AD CHRISTVM PAS- «
SVM. Vnde sicut Baptismus dicitur SACRAMENTVM FIDEI, «
quæ est Fundamentum Spiritualis Vitæ: ita Eucharistia dicitur SA- «
CRAMENTVM CHARITATIS, quæ est Vinculum Perfectio- «
nis, vt dicitur Colossensium tertio. Sexagesima autem Quæstione, « Coloss. 3. v. 15.
vbi dictum Dionysij De Perfectione Hierarchica per Eucharistiam adtulerat, Articulo tertio, vt probaret Sacramentum Eucharistiæ esse potissimum inter Sacramenta, hæc habet: Omnia «
alia Sacramenta ordinari videntur ad hoc Sacramentum, sicut ad «
Finem. Manifestum est enim quòd Sacramentum Ordinis or- «
dinatur ad Eucharistiæ Consecrationem; Sacramentum verò Ba- «
ptismi ordinatur ad Eucharistiæ Receptionem. In quo etiam «
perficitur aliquis per Confirmationem, VT NON VERE- «
ATVR SE SVBTRAHERE A TALI SACRAMEN- «
TO. Per Pœnitentiam etiam & Extremam Vnctionem præ- «
paratur Homo ad dignè sumendum Corpus Christi. Matrimo- «
nium etiam, saltem sua significatione, adtingit hoc Sacramentum, «
IN QVANTVM SIGNIFICAT CONIVNCTIONEM CHRI- «
STI ET ECCLESIÆ: CVIVS VNITAS PER SACRAMEN- «
TVM EVCHARISTIÆ FIGVRATVR. Vnde & APOSTO- «
LVS dicit, Ephesiorum quinto: Sacramentum hoc MAGNVM est, « Ephes. 5. v. 32.
ego autem dico, In Christo, & In Ecclesia. Hæc Diuus Thomas «
Ex quibus vides quàm rectè Eucharistia dicatur à Dionysio Τελείωσις «
cùm sit omnium Sacramentorum Τέλος. Ad quam notationem nominis allusisse visi sunt Magni illi Ancyrani Patres, Canone vigesimo primo, qui est huiusmodi: Περὶ ἑκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μὲν· τοῦ δὲ ΤΕΛΕΙΟΥ ἐν τῷ ΤΕΛΕΙ τοῦ βίου καταξιούσθωσαν· Qui voluntariè ho- «
micidium fecerint, Pœnitentiæ quidem iugiter se submittant, PER- «
FECTIONEM verò circa Vitæ EXITVM (Græcè PERFECTIONEM «
& FINEM) consequantur. CONCILIVM LAODICENVM (ex quo «
primum tam ad Græcos quàm ad Latinos Ecclesiastica Disciplina manauit, Nunechio, Laodiceæ in Syria Pacatiana Episcopo, ac Phrygiæ Metropolitano, & auctore, & præside,) SANCTVM MYSTERIVM, Μυστήριον Ἅγιον, Canone septimo: vbi Vetus Editio Dionysij Exigui vertit MYSTERIA SACROSANCTA; Isidori verò Mer-

carotis, DIVINVM SACRAMENTVM; SANCTA, Τὰ Ἅγια Canone decimo quarto; SANCTAM OBLATIONEM, τὴν Ἁγίαν προσφορὰν, Canone vndevigesimo. Magnum CONCILIVM NICÆNVM, Canone quinto, DONVM, Τὸ Δῶρον decimo tertio, DOMINICVM VIATICVM, Τὸ Δεσποτικὸν Ἐφόδιον decimo octauo, CORPVS CHRISTI, Τὸ Σῶμα τοῦ Χριστοῦ· EVCHARISTIAM, Εὐχαριστίαν, eodem ac decimo tertio: vbi & COMMVNIONEM, Κοινωνίαν ac OBLATIONEM, Προσφορὰν; necnon & EXTREMVM, seu potiùs FINALE (tanquam scilicet oppositum Impœnitentiæ Finali) MAXIMEQVE NECESSARIVM VIATICVM, Τὸ τελευταῖον καὶ Ἀναγκαιότατον Ἐφόδιον, (quod quidem in pletisque Litutgiis, VIATICVM VITÆ ÆTERNÆ; Ἐφόδιον ζωῆς αἰωνίου dictum. Postea Sanctus Gaudentius, Sancti Philastrij in Episcopatu Brixiæ successor, secundo in Exodum Tractatu, VIATICVM NOSTRI ITINERIS, appellauit; quòd in hoc vitæ cursu atque VIA VITÆ tendentium in Cœlum perpetuum viaticum sit; Concilio Arausicano simpliciter VIATICVM, Capitulo tertio; Concilio Carthaginiensi quarto, VIATICVM EVCHARISTIÆ, Canone septuagesimo octauo: Beda demum VIATICVM DOMINICI CORPORIS AC SANGVINIS, libro quarto Anglicanæ Ecclesiasticæ Historiæ, capite decimo quarto, nominante) MYSTERIVM CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI, ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ· AGNVM ILLVM DEI QVI TOLLIT PECCATVM MVNDI INCRVENTE A SACERDOTIBVS IMMOLATVM, ET PRECIOSVM IPSIVS CORPVS ET SANGVINEM· τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενον, καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα· NOSTRÆ RESVRRECTIONIS SYMBOLA, Τὰ τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως Σύμβολα, sermone Dogmatico de Diatyposibus Ecclesiasticis, capite trigesimo libti secundi Actorum Nicænorum, quæ Gelasius Cyzicenus, tempore Basilici Imperatoris, siue potiùs Tyranni, citca annum Domini quadringentesimum septuagesimum sextum conscripsit, vt ipsemet in Operis Præfatione testatur. CONCILIVM SARDICENSE, COMMVNIONEM, Κοινωνίαν, Canone vndecimo: Quia nimirum communicamus per ipsam Christo, & quia participamus eius Catne & Deitate, & quia communicamus & vnimur ad inuicem pet ipsam, vt Ecclesiæ Doctoris Thomæ verbis Scholasticis vtar. Sanctus MACARIVS Ægyptius Abbas, APPARENTEM PANEM, Τὸν Φαινόμενον Ἄρτον· CARNEM DOMINI, Τὴν Σάρκα τοῦ Κυρίου, Homiliâ vigesimâ septimâ; INCORPORANTEM SEIPSVM IN CIBVM AC POTVM DOMINVM, Σωματοποιούμενον ἑαυτὸν εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν, τὸν Κύριον· PANEM VITÆ AC POTVM FLVENTI SVPERCÆLESTIS, Ἄρτον τῆς Ζωῆς, καὶ πόσιν Νάματος Ἐπουρανίου, Homiliâ quartâ. ATHANASIVS, Disputa-

Diſputatione contra Arium, PANEM CÆLESTEM ET INCORRVPTIBILEM, ET OMNIBVS EX EO SVMENTIBVS VITAM LARGIENTEM, Ἄρτον Οὐράνιον, καὶ Ἄφθαρτον, καὶ πᾶσι Ζωὴν χαριζόμενον, τοῖς μεταλαμβάνουσιν ἐξ αὐτοῦ· ac SANCTVM OMNINOQVE SANCTVM CORPVS, Τὸ Ἅγιον καὶ Πανάγιον Σῶμα. Auctor demum Sermonis apud Athanaſium, in illud Euangelij: Qui dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei; ESCAM SVPERNAM, CÆLESTEM, Βρῶσιν Ἄνωθεν, Οὐράνιον· ac SPIRITVALE ALIMENTVM, Πνευματικὴν Τροφήν· Matth. 12. v. 32.
IVLIVS MATERNVS FIRMICVS, (qui fortè Iulius ille Archiepiſcopus Mediolanenſis eſt, qui interfuit Concilio Romano ſub Iulio Primo, & in Romano Martyrologio decimo octauo Iulij, Maternus appellatur, Sanctitatis & eruditionis laude clarus) IMMORTALE PABVLVM, necnon & PANEM DIVINVM, capite decimo nono libri de Myſteriis & Erroribus Profanarum Religionum. C. MARIVS VICTORINVS, Afer, ΕΠΙΟΥΣΙΟΝ ΑΡΤΟΝ, EX EADEM ΟΥΣΙΑ PANEM, ID EST, DE VITA DEI CONSVBSTANTIALEM VITAM, libro ſecundo contra Arianos. HILARIVS, CIBVM DOMINICVM, & SACRAMENTVM COMMVNICANDÆ, & quod ſupra non animaduerſum eſt, COMMVNICATÆ CARNIS, &, SACRAMENTVM CARNIS ET SANGVINIS, De Trinitate octauo libro. DIONYSIVS MYSTICVS, vulgò AREOPAGITA dictus, (id eſt, arcano ac myſtico Chriſtiani Sapientis nomine, Areopagiticum in morem, cæcus terreſtrium, oculatus cæleſtium, ſcrutator ac iudex; nec tanquam ho- 1. Reg. 16. v. 7.
mo videns in facie, ſed tanquam Deus in corde, ac, vt noſtrum Πνευματικὸν, SPIRITVALEM, decet, Cordium, non Aurium Doctor) SACRATISSIMAM EVCHARISTIAM, Ἱερωτάτην Εὐχαριστίαν· DIVINISSIMAM EVCHARISTIAM, Θειοτάτην Εὐχαριστίαν· SACRIFICALEM INITIATIONEM, Ἱερουργίαν· SACRIFICALIS INITIATIONIS OPERATIVAM EVCHARISTIAM, τὴν Ἱερουργικωτάτην Εὐχαριστίαν· PARTICIPATIONEM SACRIFICALIVM SACRAMENTORVM, Κοινωνίαν τῶν Τελεστικῶν Μυστηρίων· DIVINISSIMVM ET SACRVM SACRIFICIVM, Θειοτάτην καὶ ἱερὰν Τελετήν· SACRIFICIORVM SACRIFICIVM, Τελετῶν Τελετήν· PERFECTIONEM A DEO, TANQVAM A PRINCIPIO, PROCEDENTIVM, ET IN DEVM, TANQVAM AD FINEM, PERDVCENTIVM DONORVM, Τελείωσιν τῶν Θεαρχικῶν καὶ Τελειωτικῶν Δωρεῶν· SACRAMENTVM INITIATIVVM AC PERFECTIVVM IN DEVM, Θεαρχικὸν καὶ Τελειωτικὸν Μυστήριον· MYSTERIVM QVOD OMNIVM SVMMVM AC MAXIMVM OPVS POTENTIÆ PONTIFICALIS EST, Μυστήριον τὸ πάντων Ἱεραρχικώτατον· SACRIFICATIONEM SANCTISSIMI SACRIFICII (quaſi diceret, Sacrificium Religionis Commemoratiuum, atque Applicatiuum Sacrificij Redemptionis ac Crucis, de quo tam multa ſupra) ἱερουργίαν τῆς Ἁγιωτάτης Τελετῆς, In Eccleſiaſtica Hierarchia. Sanctus OPTATVS, Mileuitanus Epiſcopus, GRATIAM, contra Parmenianum libro quinto. vbi VENIRE AD GRATIAM, eſt accedere ad Euchariſtiam: quod Ancyrani Patres, Ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ Τέλειον, VENIRE AD PERFECTIONEM, vel, AD ID QVOD PERFECTVM

EST, supra dixerunt, vt attigimus non semel: CONVIVIVM CVIVS TOTVM DOMINIVM DEI EST, ibidem; PIGNVS SALVTIS ÆTERNÆ, TVTELAM FIDEI, SPEM RESVRRECTIONIS, libro sexto. Sanctus CYRILLVS, SEDIS SANCTÆ CHRISTI DEI NOSTRI RESVRRECTIONIS, ID EST, HIEROSOLYMORVM, Τοῦ ΘΡΟΝΟΥ τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ, ἤτοι Ἱεροσολύμων, (vt Actione vndeuigesima Synodus OEcumenica Sexta loquitur) Patriarcha, PANEM SVPERSVBSTANTIALEM, Ἄρτον Ἐπιούσιον· SANCTAM SANCTOQVE HORRORE TREMENDAM PRÆIACENTEM HOSTIAM, Ἁγίαν καὶ φρικωδεστάτην ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΗΝ Θυσίαν· SANCTA PRÆIACENTIA, Ἅγια τὰ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΑ· SPIRITVALEM HOSTIAM AC VICTIMAM, Πνευματικὴν Θυσίαν· PANEM CÆLESTEM, ET CALYCEM SALVTARIS, ANIMAM ET CORPVS SANCTIFICANTES, Ἄρτον Οὐράνιον καὶ Ποτήριον Σωτηρίου, ψυχὴν καὶ Σῶμα ἁγιάζοντα· INCRVENTAM LATRIAM, Ἀναίμακτον Λατρείαν· SACRIFICIVM PROPITIATIONIS, Θυσίαν Ἱλασμοῦ· SACRA ET SPIRITVALIA MYSTERIA, Ἱερὰ καὶ Πνευματικὰ Μυστήρια, Catechesi Mystagogica quinta; SANCTA, SVPERCÆLESTIA, IMMORTALIA SACRAMENTA, Ἅγια, Ἐπουράνια, Ἀθάνατα Μυστήρια, in Catechesibus passim. BASILIVS, (CVIVS GLORIA OMNEM TERRARVM ORBEM PERVASIT, οὗ τὸ κλέος κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέδραμεν, vt trigesimo secundo Trullano Canone scriptum est,) SANCTA MYSTERIA, Ἅγια Μυστήρια, septuagesimâ sextâ Epistolâ ad Episcopos destinatâ, qui sub ipso erant, vt non manus imponerent per pecunias, ὥστε μὴ χειροτονεῖν ἐπὶ χρήμασιν, cuius mentio est apud Septimam Synodum, in Altera Synodica Tarasij Patriarchæ Constantinopolitani ad Adrianum Pont. Max. MYSTERIVM DOMINI, Τὸ Μυστήριον τοῦ Κυρίου· BONVM, & COMMVNIONEM, vel COMMVNICATIONEM BONI, τὴν Κοινωνίαν τοῦ Ἀγαθοῦ, Epistolâ ad Amphilochium, Canone quinquagesimo quinto, septuagesimo quarto, & octuagesimo primo; ac proinde, IPSVM BONVM, aut SVMMVM BONVM, vt apud Philosophum exponi τ' Ἀγαθὸν, omnibus compertum est; COMMVNIONEM, τὴν Κοινωνίαν, simpliciter, Epistolâ ducentesimâ octuagesimâ nonâ ad Cæsarium Patricium, cuius meminimus, cùm locum de Liturgia supra tractaremus: denique in Basilianis Liturgicis, RES SANCTIFICATAS, vel SANCTIFICATA, τὰ Ἁγιάσματα· ex quo postmodùm Zonaras, ad Apostolicum octauum Canonem, τῶν Ἁγιασμάτων significationem mutuatus est. Hæc de Basilio, qui quidem DONVM PROFECTITIVM, Ἐξιτήριον Δῶρον, in Homilia De Charitate, Sacram idcirco Eucharistiam appellat, quòd sit DONVM A DISCEDENTE DONATVM, ET AD CÆLI VIATICVM DATVM, vt superiùs in Nicæna Synodo de Sancto Gaudentio dictum est. GREGORIVS NAZIANZENVS, (qui Chalcedonensis Concilij Actione prima, in Testimoniis Patrum, dictus est GREGORIVS MAIOR) MYSTICAM MENSAM, τὴν Μυστικὴν Τράπεζαν, Oratione quadragesima De Baptismo; PANEM VIVVM, ET VITALEM (vt expressisse videtur DIVINVS EVCHARISTIÆ DOCTOR

ATQVE ILLVSTRATOR, Thomas Aquinas, dum canit totaque ex eo ac cum eo Ecclesia Christi:

Laudis Thema specialis,
PANIS VIVVS ET VITALIS
Hodie proponitur:
Quem in sacræ Mensa Cœnæ
Turbæ Fratrum Duodenæ
Datum non ambigitur.)

Ἄρτον Ζωτικόν, Oratione prima De Filio, quæ est trigesima quinta: MVNDISSIMAM ET INCRVENTAM OBLATIONEM, Καθαρωτάτην καὶ Ἀναίμακτον Θυσίαν, Inuectiuâ secundâ in Iulianum: VNICVM SACRIFICIVM, Μόνην Θυσίαν, & SACRIFICIVM CHRISTI, Θυσίαν Χριστοῦ, Oratione tertia aduersùs Iulianum: SPIRITVALE HOLOCAVSTVM, Πνευματικὴν Ὁλοκαύτωσιν, Oratione quinta ad Patrem & Basilium Magnum: ANTITYPA PRECIOSI CORPORIS (quo sensu, vide supra in Clemente) τὰ Ἀντίτυπα τοῦ τιμίου Σώματος, Oratione vndecima De Sancta Sorore Gorgonia: EXTERNVM SACRIFICIVM, τὴν Ἔξωθεν Θυσίαν, ac MAGNORVM MYSTERIORVM ANTITYPVM, τῶν ΜΕΓΑΛΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΑΝΤΙΤΥΠΟΝ, Apologetico primo. Ex quibus colliges per ordinem, PRIMO ad Incarnationem, SECVNDO ad Passionem, ac TERTIO nunc ad Gloriam ANTITYPA dici, ac sensu quoque anagogico, velut proximè in Augustino demonstratum est, (qui Eucharistiam, quarto capite De Cataclysmo, SACRIFICIVM IMAGINIS AGNI vocauerat) moxque in Damasceno demonstrabitur: qui Eucharistiam, PANEM, PRIMITIAS FVTVRI PANIS, QVI EST SVPERSVBSTANTIALIS, Ἄρτον, τὴν Ἀπαρχὴν τοῦ ΜΕΛΛΟΝΤΟΣ ΑΡΤΟΥ, ὅς ἐστιν Ἐπιούσιος, appellat, libri quarti capite decimo quarto De Fide Orthodoxa. Vnde Innocentius Tertius, Mysteriorum libro quinto, capite vigesimo quarto: « Quinque, inquit, Panes sunt nobis necessarij: Quattuor in Via, & Quintus in Patria; « CORPORALIS, ad Sustentationem; SPIRITVALIS, ad Informationem; DOCTRINALIS, ad Eruditionem; SACRAMENTALIS, ad Expiationem; ÆTERNALIS, ad Fruitionem. « CÆSARAVGVSTANVM CONCILIVM PRIMVM, sub Damaso, contra Priscillianistas celebratum; EVCHARISTIÆ GRATIAM, Capitulo tertio. Sanctus EPIPHANIVS, Salaminæ Episcopus, cuius scripta AB ERVDITIS PROPTER RES, A SIMPLICIORIBVS PROPTER VERBA LECTITANTVR, inquit in Catalogo Hieronymus: INTERNA, vel INTERIORA MYSTERIA, Τὰ Ἔνδοθεν Μυστήρια, libri tertij contra Hæreses, in fine siue in extremo Opere, vbi instituta Ecclesiæ exponuntur; BOTRVM EVLOGIÆ, τὸν Βότρυν τῆς Εὐλογίας· LYÆVM POTVM, id est, CVRARVM AC LABORVM DOLORVMQVE SOLVTOREM POTVM, Τὸ Λυσίπονον Πόμα· necnon & SANGVINEM CHRISTI MERVM AC VERVM, Αἷμα Χριστοῦ, Ἄχραντον, Ἀληθές, in Compendiaria Doctrina, libro tertio; LATRIAM OECONOMIÆ, siue CVLTVM DISPENSATIONIS, Λατρείαν Οἰκονομίας, in Epitome

Fini Operis adiecta. AMBROSIVS, ille ANTISTES DEI, vt eum Augustinus vocat, in fine libri secundi contra Pelagium & Cælestium, De Gratia Christi & Originali Peccato; siue ILLVSTRIVM LAVDVM TITVLO PRÆCLARVS, vt Concilium Toletanum Octauum, Capitulo secundo, loquitur, (cui Mysticus Orationis Dominicæ Panis, Ἐπιούσιος, alicubi TRANSSVBSTANTIALIS, redditur,) nunc, SACRAMENTA, nunc, MYSTERIA, tanquam Arcana atque Secreta diuina, passim; SACRAMENTVM, antonomasticè, in Apologia Sancti Dauidis; libri verò quinti De Sacramentis capite quarto, PANEM QVOTIDIANVM, QVEM GRÆCI DICVNT ADVENIENTEM; & CÆLESTE ET VENERABILE SACRAMENTVM; ac denique DIVINVM FIDELIVM SACRAMENTVM, De Obitu Satyri Fratris; necnon & FIDEI ARMA, & DEI GRATIAM, ibidem; CONVIVIVM ECCLESIÆ, libro primo De Abel & Caïn; MEDICINAM SPIRITVALEM, MEMORIAM REDEMPTIONIS NOSTRÆ, Auctor Commentariorum in prioris ad Corinthios vndecimum, quæ Sancto Ambrosio tribuuntur. GREGORIVS NYSSENVS, CORPVS CHRISTI, Σῶμα
» Χριστοῦ, & dicitur, inquit, & est, λέγεταί τε καὶ ἔστι, De Baptismo; CORPVS DEI-RECEPTIVVM, τὸ Θεοδόχον Σῶμα; VIVIFICVM CORPVS, Ζωοποιὸν Σῶμα· DIVINVM PANEM, τὸν Θεῖον Ἄρτον; CALYCEM VITAM-FERENTIS SANGVINIS, τὸ Ποτήριον τοῦ Ζωηφόρου Αἵματος, Oratione Catechetica capite trigesimo septimo. HIERONYMVS, PANEM NATVM IN BETHLEEM, libro quarto Commentariorum in Ieremiam, ad caput decimum nonum, ac in Prooemio libri quinti eiusdem Operis; PANEM CÆLESTEM, ad caput decimum quintum Matthæi; COMMVNIONEM CORPORIS CHRISTI, libro tertio contra Pelagianos; CHRISTIANVM MYSTERIVM, ad Marcellam, vt commigret Bethleem, Epistolâ decimâ septimâ; VERVM PASCHÆ SACRAMENTVM, in vigesimum sextum Matthæi; VINVM SOBRIETATIS, Epistolâ ad Hedibiam centesimâ quinquagesimâ, Quæstione secundâ; HOSTIAM QVÆ IN CHRISTI COMMEMORATIONE MIRABILITER FIT, in Leuiticum, & cap. De hac quidem LXXVII. De Consecrat. D. II. SANCTA, ad Theophilum Episcopum; MYSTERIVM, in tertium caput Ecclesiastis; SACROSANCTVM CHRISTI CORPVS, SACERDOTVM APOSTOLICO GRADVI SVCCEDENTIVM, ORE SACRO CONFECTVM, Epistolâ notissimâ; VLTIMAM COMMEMORATIONEM, SIVE MEMORIAM; PIGNVS PEREGRE PROFICISCENTIS, Auctor (qui putatur Pelagius) Commentariorum in priorem ad Corinthios, ad caput vndecimum, quæ quondam Hieronymo adscripta sunt. PALLADIVS Galata, GRATIAM, τὴν Χάριν, in Historia Lausiaca, id est, ad Lausum scripta. Sanctus GAVDENTIVS, Episcopus Brixiensis, IMAGINEM PROPRIÆ PASSIONIS; EXEM-

PLAR PASSIONIS CHRISTI; HEREDITARIVM MVNVS TESTAMENTI NOVI; PIGNVS SVÆ PRÆSENTIÆ; VIATICVM NOSTRI ITINERIS, necnon & PAVENDVM MYSTERIVM, Tractatu secundo De Paschate; PANEM CÆLESTEM, VITÆ PRINCIPEM, Tractatu secundo De Lectione Euangelij. Ioannes CHRYSOSTOMVS, vel, Ioannes ORIS AVREI, vt Latina Interpretatio fert Alterius Synodicæ Tarasij ad Hadrianum, in fine Septimæ Synodi, PANEM VITÆ; Ἄρτον Ζωῆς, in priorem ad Corinthios Homiliâ vigesimâ septimâ; IGNEM SPIRITVALEM, Πῦρ Πνευματικὸν· MEMORIALE MYSTERIORVM, Τὸ Μνημόσυνον τῶν Μυστηρίων, Homiliâ octuagesima tertia in Matthæum; DIVINVM CORPVS, Τὸ Θεῖον Σῶμα, Homiliâ De Eucharistia, in Encæniis; DOMINICVM CORPVS, Τὸ Σῶμα τὸ Δεσποτικὸν, Homiliâ De Beato Philogonio, necnon & tertia De Incomprehensibili Dei Natura; MASSAM AC FERMENTVM, Μάζαν καὶ Ζύμην, in priorem ad Corinthios, Homiliâ vigesimâ quartâ, ad refingendam nimirum PERDITIONIS MASSAM fermento Euangelico, quod Matth. 13. abscondit Mulier ac Sponsa Ecclesia, posuitque in farinæ Satis v. 33. Tribus, donec fermentaretur totum; TERRIBILEM AC TREMENDAM HOSTIAM, Θυσίαν φοβερὰν, καὶ φρικώδη, ibidem; TREMENDAM HOSTIAM, τὴν φρικτὴν Θυσίαν, in Epistolam ad Philippenses, capite primo, Homiliâ tertiâ, & in Acta, Homiliâ vigesimâ primâ; DOMINVM PRÆSENTEM, Τὸν Δεσπότην Παρόντα, Homiliâ vigesimâ primâ in Acta; MAXIME TREMENDVM SACRIFICIVM, τὴν φρικωδεστάτην Θυσίαν, libro sexto De Sacerdotio; INEFFABILIA SACRAMENTA, Ἄφατα Μυστήρια, Homiliâ vigesimâ primâ in Acta; TREMENDA MYSTERIA, Φρικτὰ Μυστήρια, Homiliâ tertiâ in Epistolam ad Philippenses; OBLATIONEM, Προσφορὰν, Homiliâ illâ decimâ octauâ in Acta: vbi ostendit in Vicorum & Pagorum Ecclesiis, Sacrificium quidem diebus tantùm Dominicis solitum celebrari, at Preces & Synaxes quotidie; Εὐχαὶ ἐκεῖ διηνεκεῖς, διὰ τοῦτο ὕμνοι καὶ συνάξεις, διὰ τοῦτο ΠΡΟΣΦΟΡΑ καθ' ἑκάστην Κυριακήν. Denique DIVINA, IMMACVLATA, IMMORTALIA, SVPERCÆLESTIA, VIVIFICATIVA, TREMENDAQVE MYSTERIA, Τὰ Θεῖα, Ἄχραντα, Ἀθάνατα, Ἐπουράνια, Ζωοποιὰ, καὶ Φρικτὰ Μυστήρια, in Liturgicis. AVGVSTINVS, supra tot tantaque Diuinæ Eucharistiæ Mysterio digna, dixit vt ab infinita re exhaustum esse non pœniteat eum; quo tamen dicente haud alius certè desiderari videbatur, quamuis quod omnium ora compleat, omnium quoque ora desideret. HESYCHIVS, Archiepiscopus Salonitanus, non, vt vulgò, Ierosolymitanus, Augustini ac Zosimi Papæ æqualis, vt libro secundo De Eucharistia aduersùs Mornæum monuit in Hesychio Magnus PERRONIVS; DOMINICVM MYSTERIVM, sexto in Leuiticum libro.

SYNESIVS, Ptolemaïdis Episcopus, ARCANA, siue NON VVLGANDA, SACRIFICIA, τὰς Ἀποῤῥήτους Τελετάς, Epistolâ contra Andronicum quinquagesimâ septimâ; ac singulari numero, Epistolâ ad Episcopos sequente. CYRILLVS ALEXANDRINVS, PRINCEPS THEOLOGORVM, SANCTVM CHRISTI CORPVS, τὸ Ἅγιον Σῶμα Χριστοῦ· CORPVS VITÆ, Σῶμα Ζωῆς, in Cyrilliana vndecimi Anathematismi Defensione, DE VIVIFICANTE CHRISTI CARNE; COMMVNIONEM MYSTICAM, Κοινωνίαν Μυστικήν, Epistolâ ad eos perscriptâ, quorum litteris notatus fuerat, quòd solo vulgi rumore persuasus, impiam Nestorij Doctrinam in peius serpere non siluisset, in Actis Ephesinis; EVLOGIAM, Εὐλογίαν, passim communi Cyrilli verbo; MYSTICAM EVLOGIAM, siue BENEDICTIONEM, τὴν Μυστικὴν Εὐλογίαν, in Epistola ad Nestorium, & libro quarto in Ioannem, capite decimo quarto; BENEDICTIONEM VIVIFICAM, apud Diuum Thomam Catenâ in Lucæ vigesimum secundum caput; SEMEN IMMORTALITATIS, Σπέρμα τῆς Ἀθανασίας, in Ioannem, cuius quidem dicti explicandi causâ videtur scripsisse Eusebius Emissenus,
» (apud Theodoretum, Dialogo tertio:) Dixisti quòd non assumpsi
» Corpus; reprobasti per consequens meam GRATIAM, (id est, Eucharistiam, quæ SVBSTANTIALIS GRATIA est, nempe Auctor Gra-
» tiæ) non recipies in METALEPSI, siue Communione, meam IM-
» MORTALITATEM: εἴπης, ὅτι οὐκ ἀνέλαβον σῶμα, ἠθέτησας μου τὴν ΧΑΡΙΝ, οὐ ΜΕΤΑΛΗΨΗ μου ΤΗΣ ΑΘΑΝΑΣΙΑΣ. MANDVCABILEM APPOSITAM CARNEM ASSVMPTAM, Epistolâ ad Theodosium Imperatorem: vbi Græcè de Christo scriptum est, Ἐδεστὴν προτιθεὶς καὶ τὴν Ἀναληφθεῖσαν Σάρκα, QVOD CARNEM QVAM ADSVMPSIT, VESCENDAM PROPONIT. quo sanè loco duos præscribit modos Cyrillus quibus nos Christus viuificat, τοῦ Ζωοποιοῦ· Alterum suo Spiritu; Alterum sua Carne: illum in Auris & Cordis, hunc in Oris Cordisque simul Manducatione. Sanctus THEODOTVS, Ancyræ Galatiæ Primæ Episcopus, SALVTARE EDVLIVM, τὸ Σωτήριον Ἔδεσμα, Homiliâ in die Natiuitatis Saluatoris nostri Iesu Christi, in media Ephesina Synodo & habitâ & lectâ. CONCILIVM ALEXANDRINVM apud Oecumenicam Synodum Ephesinam, Parte tertia, Declaratione vndecimi Anathematismi, SANCTVM, ET VIVIFICVM, ET INCRVENTVM SACRIFICIVM, τὴν Ἁγίαν, καὶ Ζωοποιὸν, καὶ Ἀναίμακτον Θυσίαν, INCRVENTAM LATRIAM, τὴν Ἀναίμακτον Λατρείαν, MYSTICAS EVLOGIAS, τὰς Μυστικὰς Εὐλογίας, PROPRIVM CORPVS ET SANGVINEM OMNIA VIVIFICANTIS VERBI, Ἴδιον Σῶμα γεγονὸς, καὶ Αἷμα, τοῦ τὰ πάντα Ζωοποιοῦντος Λόγου, Anathematismo vndecimo, atque Anathematismi Declaratione. THEODORETVS, Cyri Episcopus, ex Ambrosio ad Theodosium, DOMINI SACROSANCTVM CORPVS, τοῦ Δεσπότου τὸ Πανάγιον Σῶμα, Historiæ Ecclesiasticæ libro quinto, capite decimo octauo; DIVINA MYSTERIA, τὰ Θεῖα Μυστήρια, in Eranista, id est, MENDICO (haud enim Doctrinam certam, sed hinc inde emendicatam, habent Hæretici) siue Dialogo primo, ac in Exodum Quæstione vigesima

ſeptima; DIVINORVM SACRAMENTORVM SYMBOLA, in Symeone Stylita; ac MYSTICA SYMBOLA, τὰ Μυστικὰ Σύμβολα, Dialogo ſecundo; & ſimpliciter SYMBOLA, τὰ Σύμβολα, ferme vbique; SANGVINEM VVÆ, Αἷμα Σταφυλῆς, ex Patriarchali Geneſeos Prophetia, paſſim Dialogo primo; VERVM TYPI ARCHETYPVM, τοῦ Τύπου τὸ Ἀρχέτυπον, (ex quo facilè intelligas quo ſenſu & ANTITYPA, & ANTITYPVM, cùm in Nazianzeno, tum in Clemente ſupra explicandum fuit) SALVTARE SACRAMENTVM, NECESSARIVM ALIMENTVM & STIPENDIVM, in vndecimum caput primæ ad Corinthios Epiſtolæ; PRECIOSVM AC SACROSANCTVM CHRISTI CORPVS, τὸ Τίμιον καὶ Πανάγιον τοῦ Χριστοῦ Σῶμα, ibidem; AGNVM IMMACVLATVM, τὸν Ἄμωμον Ἀμνὸν, Quæſtione vigeſima quarta in Exodum; DIVINAM ESCAM, τὴν Θείαν Τροφὴν, Quæſtione vigeſima ſeptima; SACROSANCTAM ESCAM, τὴν Παναγίαν Τροφὴν, Dialogo primo; CORPVS CHRISTI ET SANGVINEM CHRISTI, Σῶμα Χριστοῦ, καὶ Αἷμα Χριστοῦ. PANEM VITÆ, Ἄρτον Ζωῆς, Dialogo ſecundo; RATIONALEM MENSAM, τὴν Λογικὴν Τράπεζαν, Sermone decimo De Prouidentia. Sanctus EVCHERIVS, Archiepiſcopus Lugdunenſis, SACRAMENTVM CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI; REDEMPTIONIS OBLATIONEM; VERE VNICAM ET PERFECTAM HOSTIAM; SPIRITVALIA SACRAMENTA; SALVTAREM CIBVM POTVMQVE; SACRVM DEI CORPVS ET SANGVINEM, Homiliâ quintâ De Paſchate. ISIDORVS PELVSIOTA, Monachus doctiſſimus, HIERVRGIAM INCRVENTI SACRIFICII, τὴν Ἱερουργίαν τῆς Αναιμάκτου Θυσίας. Epiſtolâ ad Theodoſium, nempe ſeptuageſimâ quintâ libri tertij; DIVINVM AC VERVM PASCHA, τὸ Θεῖον καὶ Ἀληθινὸν Πάσχα, libro quarto, Epiſtolâ centeſimâ ſexageſimâ ſecundâ. LEO MAGNVS, MYSTICAM DISTRIBVTIONEM SPIRITALIS ALIMONIÆ; CÆLESTEM CIBVM, Epiſtolâ vigeſimâ tertiâ ad Clerum Plebemque Conſtantinopolitanam; CORPVS CHRISTI, SANGVINEM REDEMPTIONIS NOSTRÆ, Sermone quarto De Quadrageſima. ANASTASIVS SYNAITA, Archiepiſcopus Antiochenus, Iuſtiniano Imperatore, vt ſcribit Euagrius, DIVINVM PANEM, Sermone De Sancta Communione. EVTYCHIVS, Conſtantinopolitanus Patriarcha, (qui Secundo Conſtantinopolitano Concilio præfuit) MYSTICAM HIERVRGIAM, τὴν Μυστικὴν Ἱερουργίαν, apud Nicetam, Hiſtoriâ Alexij Angeli, libro tertio. STEPHANVS PRÆFECTIANVS, DIVINA ET INVIOLATA MYSTERIA, in Quinta Synodo, Collatione quinta. Poſt quam Quintam Synodum Trullani Patres Quiniſextæ Synodi auctores, RATIONABILEM CVLTVM ET ADORATIONEM, (pro quo apud Paulum Vulgata habet, RATIONABILE OBSEQVIVM) Λογικὴν Λατρείαν Rom.12.v.1. TOTIVS PERFECTIQVE OBLATIONEM, Ὁλοκάρπωσιν, quo primùm haud ſine myſterio, Græco nomine à Septuaginta dictum eſt HOLOCAVSTVM Iſaac, figuratiuum huius; DEVM QVI SACRIFICATVR, ET QVI DISTRIBVITVR AD CORPORVM SIMVL ET ANIMARVM ACQVISITIONEM, Τὸν Θεὸν Θυόμενον, καὶ Διαδιδόμενον εἰς σωμάτων ὁμοῦ Gen.22.v.2.

καὶ ψυχῶν τελειποίησιν, PARADISVM VOLVPTATIS, Τρυφῆς τὸν Παράδεισον, in Prosphonetico ad Iustinianum PIVM Imperatorem; INTELLECTVALE SACRIFICIVM MAGNI DEI, QVI EST ET VICTIMA ET PONTIFEX, Τὴν νοερὰν τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Θύματος, καὶ Ἀρχιερέως Θυσίαν, Canone Tertio. PROCOPIVS GAZÆVS, id est, Gazæ in Palæstina Sophista, (is cuius meminit in sua Bibliotheca Photius, ducentesimo sexto) MYSTICVM PANEM QVO ALIMVR, in quadragesimum nonum Genesis caput. GREGORIVS MAGNVS, ANGLORVM APOSTOLVS, MYSTERIVM FIDEI, apud Gratianum, De Consecrat. Distinct. II. cap. LXXIII. IMMOLATIONEM, IESV CHRISTI MYSTERIVM, libri quarti Dialogorum quinquagesimo octauo capite; DOMINICVM CORPVS, In Euangelia, Homiliâ vigesimâ secundâ; CORPVS DOMINI OMNIPOTENTIS, & INÆSTIMABILE MYSTERIVM, in Responsis ad SANCTVM AVGVSTINVM ANGLORVM COAPOSTOLVM, Responsione ad Interrogationem Decimam; IMMOLATIONEM SACRI MYSTERII, ibidem, Responsione ad Vndecimam. Sanctus ELIGIVS, Episcopus Nouiomensis, (cuius res gestas Pater ille Vester, cuius memoria in benedictione est, BEATVS AVDOENVS, ARCHIEPISCOPVS ROTHOMAGENSIS, NORMANIÆ PRIMAS, libris duobus diligenter persecutus est) METVENDA PARITER ET DESIDERANDA DOMINICÆ COENÆ SACRAMENTA, & SACRAMENTORVM MAGNIFICA MYSTERIA, Homiliâ octauâ. Porrò Nouiomij in Belgio Episcopus is est qui Homiliâ decimâ diem Cœnæ Domini anniuersarium ex communi Ecclesiæ vsu, NATALEM CALYCIS vocat, Augustinum imitatus: apud quem leges, SACRAMENTVM CALYCIS, De Doctrina Christiana, libro quarto, capite vigesimo primo. quem secutus Paschasius, Abbas Corbeïensis, NATALEM CALYCIS, quoque dixit, in libris de Corpore & Sanguine Domini. CONCILIVM TRVLLANVM, siue QVINISEXTVM in Trullo, id est, in Constantinopolitani Palatij Secretario, cui Trullo (quod Itali dicunt LA COPVLA; Mediolanenses, IL DVOMO) nomen erat, Iustiniano Iuniore Imperante, congregatum, post annos decem ab habito Constantinopolitano tertio, (Sexto illo Oecumenico seu Vniuersali approbato, in quo octoginta nouem Episcopi Monothelitarum Hæresim, sub Agathone Papa, & Constantino Pogonato, anno sexcentesimo octuagesimo primo, condemnarunt) DIVINAM MISSAM, Θείαν Λειτουργίαν, & IMMACVLATVM SACRIFICIVM, τὴν Ἄχραντον Θυσίαν, Canone trigesimo secundo; SACRAM LITVRGIAM, Ἱερὰν Λειτουργίαν, quinquagesimo secundo; IMMACVLATVM CORPVS, τὸ Ἄχραντον Σῶμα· COMMVNIONEM SVBSTANTIALEM, vel TRANSSVBSTANTIATIONEM, Μετουσίαν· COMMVNIONEM GRATIÆ, τὴν Κοινωνίαν τῆς Χάριτος· DIVINVM DONVM, Τὸ Θεῖον Δῶρον· IMMACVLATAM COMMVNIONEM, τὴν Ἄχραντον Κοινωνίαν, centesimo primo. Sanctus GERMANVS, Patriarcha Constantinopolitanus, temporibus

Gregorij Secundi & Leonis Isaurici Imperatoris Hæretici, VIVIFICVM SACRIFICIVM, VEL SVBSTANTIAM VIVIFICAM, τὴν Ζωοποιὸν Θυσίαν ἢ Οὐσίαν· MYSTICVM VIVIFICVMQVE SACRIFICIVM, Μυστικὴν Ζωοθυσίαν· SVPERCÆLESTEM MENSAM, Ἐπουράνιον τράπεζαν· MYSTERIVM IMMORTALE, Μυστήριον Ἀθάνατον· IMMACVLATVM CORPVS, τὸ Ἄχραντον Σῶμα· MAGNVM ET INENARRABILE ET INVESTIGABILE CHRISTI MYSTERIVM, Τὸ Μέγα καὶ ἀνερμήνευτον καὶ ἀνεξιχνίαστον Μυστήριον· MAGNVM ET INCOMPREHENSIBILE ET INVESTIGABILE MYSTERIVM DISPENSATIONIS FILII DEI, τὸ Μέγα καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἀνεξιχνίαστον Μυστήριον τῆς Οἰκονομίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, singulari quadam allusione Θυσίας & Οὐσίας, in Theoria Mystica; MYSTICAM ET SANCTAM OBLATIONEM, vel potius RELATIONEM, (rursus scilicet ad nos quasi redeuntis Corporis Christi. tanta vis est, non modò Sacrificij, sed & præsentiæ ac realitatis!) τὴν Μυστικὴν καὶ Ἁγίαν Ἀναφορὰν, Epistolâ ad Thomam Episcopum Claudiopoleos, apud Septimam Synodum, Actione quarta. Venerabilis BEDA, Presbyter Anglus, ac Doctor Historicusque Anglorum, qui LATINORVM DAMASCENVS verè dici possit, SACRAMENTVM CARNIS ET SANGVINIS CHRISTI; CORPVS ET SANGVINEM CHRISTI, Homiliâ De Epiphania, & in Lucæ vigesimum secundum caput, libro sexto; MVNDISSIMA CHRISTI CORPORIS ET SANGVINIS MYSTERIA IN CRVCIS ALTARI CONSECRATA, & AZYMA TERRÆ REPROMISSIONIS, necnon & SPIRITVALES EPVLAS, ac INÆSTIMABILE ET INVIOLABILE DOMINI CORPVS, ibidem; CARNEM CHRISTI, in duodecimum caput Exodi. GRÆCORVM BEDA, Sanctus Ioannes DAMASCENVS, PARTICIPATIONEM, Μετάληψιν, post Chrysostomum Homiliâ decimâ septimâ in Epistolam ad Hebræos. Vnde inter Epistolas Zonaræ, (quarum Manuscriptus Regius Codex) tertiæ capitis vigesimæ tertiæ ad Nectarium Monachum, titulus est, Εἰ φθαρτή ἐστιν ἡ Ἁγία τοῦ Χριστοῦ ΜΕΤΑΛΗΨΙΣ, εἴτε καὶ ἄφθαρτος· SIT-NE SANCTA CHRISTI PARTICIPATIO CORRVPTIBILIS, AN INCORRVPTIBILIS? Deinde DIVINVM CARBONEM, τὸν Θεῖον Ἄνθρακα· alludens scilicet ad illum Isaïæ Carbonem Propheticum, cui Eucharistiam (vt multi sæpe, ex Traditione Cyrilli, in Concilio Ephesino, Capite DE CARBONE, Περὶ τοῦ Ἄνθρακος, Incarnationem) eo loci comparat; PARTICIPATIONEM DIVINI IGNIS, τὴν Μετουσίαν τοῦ Θείου Πυρὸς· PANEM COMMVNIONIS, τὸν Ἄρτον τῆς Κοινωνίας· PANEM, PRIMITIAS FVTVRI PANIS, QVI EST SVPERSVBSTANTIALIS, (sensu nimirum anagogico, qui in Nazianzeno ac Augustino explicatus supra) Ἄρτον, τὴν Ἀπαρχὴν τοῦ Μέλλοντος Ἄρτου, ὅς ἐστιν Ἐπιούσιος, libri quarti capite decimo quarto De Fide Orthodoxa. Sanctus CAROLVS MAGNVS, Sacri Imperij ac Franciæ Rex, MAGNVM SACRAMENTVM, Epistolâ ad Alcuinum, De Ratione Septuagesimæ, in libro De Diuinis

Is. 6. v. 6.

Officiis: CORPORIS ET SANGVINIS DOMINICI MYSTERIVM, Auctor Operis quod Carolo Imperatori adſcribitur, De Cultu Imaginum, libro quarto, capite decimo quarto. CONCILIVM NICÆNVM SECVNDVM, OEcumenicum Septimum, Trecentorum Quinquaginta Epiſcoporum, quo Iconoclaſtarum Hæreſis damnata eſt, anno à partu Virginis octuageſimo ſeptimo ſupra ſeptingenteſimum, Hadriano Papa Primo, Conſtantino & Irene Imperatoribus: DIVINVM CORPVS, τὸ Θεῖον Σῶμα, Actione ſexta. Albinus ALCVINVS Anglus, Bedæ Diſcipulus, in Gallias à Carolo Rege Francorum euocatus: SACRAMENTVM CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI, libri tertij in Ioannem, capite ſeptimo; PERFECTAM EVCHARISTIAM, CORPVS ET SANGVINEM FILII DEI, libro De Diuinis Officiis, capite quadrageſimo. ACTA SANCTI IGNATII CONSTANTINOPOLITANI Patriarchæ conſcripta à Niceta, cognomento Dauide Paphlagone, Prolegomenis ad Octauam Synodum: SACRIFICIVM INTEMERATVM, Ἀχειρότους Θυσίας. APONIVS Monachus, vir doctus, qui ad annum circiter octingenteſimum duodecimum in Cantica Canticorum Salomonis ſcripſit: DESPONSATIONEM ANNVLI, ET OSCVLI TRADITIONEM, Commentariorum libro quinto. ANNVLVM quidem vocat, quòd vt gemma in Annuli pala; ſic Corpus Chriſti, tanquam PRECIOSA MARGARITA Euangelica, in Sacramentalibus Speciebus reuera includitur atque continetur, vt ſatis innuit AMICVS ille SPONSI, (ita loquitur ad Vincentium Auguſtinus) Apoſtolus Ioannes, prioris Epiſtolæ capite primo, his verbis: » ET MANVS NOSTRÆ CONTRECTAVERVNT DE VERBO VITÆ. » Neque enim fruſtra locus Canticorum ille, ſuperiùs Libro Primo auditus atque explanatus eſt: » Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. OSCVLVM verò, quoniam vt Sponſa Sponſum oſculo; haud ſecus Eccleſia Chriſtum, tanquam Euangelicum ſuum Sponſum, procedentem de thalamo ſuo, nunc Sacramenti Euchariſtiæ oſculo contingit, donec æternis in cælo copuletur fruaturque amplexibus. Quod quidem certè ipſum OSCVLVM SANCTVM, Sacris Eccleſiæ in ritibus, ceu diuinis Epithalamijs, repræſentat; ipſa diuinitus admonita Eccleſia canente, Canticorum primo: » Oſculetur me OSCVLO oris ſui. »

(Matt. 13. v. 46; 1. Ioan. 1. v. 1.; Cant. 5. v. 14.; Pſ. 18. v. 6.; Cant. 1. v. 1.)

Tantus CÆLESTI venit ab ORE vigor!

Hinc poſt Oſculum ſequi adminiſtrationem Euchariſtiæ, Iuſtinus Martyr, in ſua ad Antoninum Imperatorem PRO CHRISTIANIS APOLOGIA, fuſiùs tradit. Adeo verò Chriſtus SPONSVS, Eccleſia SPONSA eſt, paſſim in Apocalypſi Ioannis, noſtræque poſterioris ad Corinthios vndecimo capite, vt & diuinarum illarum nuptiarum Epithalamium quadrageſimo quarto Pſalmo ſit; & illi Sancti amores toto Canticorum Cantico deſcribantur, ac Dramatis in morem repræſententur atque celebrentur. Vnde quemadmodum ſecundo Geneſis, Iuncti coniugio & PATRES ET MATRES deſerere, vt ſuis

(Gen. 2. v. 24.)

adhæreant Coniugibus, iubentur. Haud profectò secus decimo quarto Lucæ negatur esse posse Christi Discipulus, qui PATREM SVVM ET MATREM SVAM non oderit: comparatè videlicet, præ Christo Ecclesiæ Sponso. Luc.14.v.26. AMALARIVS FORTVNATVS, Episcopus Treuirensis, tempore Gregorij Quarti Summi Pontificis, & Ludouici Pij Imperatoris, cui Libros suos dedicauit, SACRIFICIVM PRÆSENS QVOD ECCLESIA CREDIT PER ANGELORVM MANVS DEFERRI ANTE CONSPECTVM DOMINI, ET SENTIT MANDENDVM ESSE AB HVMANO ORE, CREDIT CORPVS ET SANGVINEM DOMINI ESSE, AC HOC MORSV, CÆLESTI BENEDICTIONE IMPLERI ANIMAS SVMENTIVM; De Ecclesiasticis Officiis, libro tertio, capite vigesimo quinto. HAYMO, Episcopus Halberstatensis, Alcuïni quondam Discipulus, PANEM QVEM CHRISTVS TRADIDIT DISCIPVLIS SVIS OMNIBVSQVE PRÆDESTINATIS AD VITAM ÆTERNAM, ET QVEM QVOTIDIE CONSECRANT SACERDOTES IN ECCLESIA, CVM VIRTVTE DIVINITATIS QVÆ ILLVM REPLET PANEM, VERVM CORPVS CHRISTI EXISTENTEM, in caput vndecimum Prioris ad Corinthios Epistolæ; PANEM, QVI SICVT ILLVD CORPVS QVOD IN CRVCE DEPOSVIT PRO NOSTRA SALVTE ET REDEMPTIONE EST IMMOLATVM, ITA QVOTIDIE AD NOSTRAM SALVTEM ET REDEMPTIONEM DEO OFFERTVR, QVI LICET PANIS VIDEATVR, CORPVS EST CHRISTI, ibidem. PASCHASIVS RATBERTVS, Corbeiensis, siue Corbeiæ, in Germania, Abbas, Leone Quarto Pontifice Maximo, Carolo Caluo Rege, MYSTICVM SACRAMENTVM, libro verè insigni, ac planè aureo, De Corpore & Sanguine Domini, capite quarto; ARBOREM LIGNI VITÆ, LIGNVM VITÆ, capite septimo. ANASTASIVS Bibliothecarius, DIVINA SACRIFICIA, Præfatione in Octauam OEcumenicam Synodum, Constantinopolitanam Quartam, in Latinum Sermonem è Græco à se conuersam. Sanctus FVLBERTVS, ex Roberti Francorum Regis Cancellario Episcopus Carnotensis, & quod mirandum est, Berengarij Doctor, ac in Veteris Gallicanæ Episcopalis Academiæ Theologica Carnotensi Schola Magister, VENERABILE SACRAMENTVM; CÆLESTE MYSTERIVM; POTENS MYSTERIVM; SACRIFICIVM PLACABILE; PIGNVS SALVTARE; SACRAMENTVM NOBIS COMMVNICANDÆ CARNIS; PANEM VITÆ; INCARNATÆ DEITATIS VITALE PVLMENTVM; IMPERIOSVM VERBI OPERANTIS OPIFICIVM, Epistolâ primâ ad Adeodatum: HOSTIAM; MYSTERIA; HOSTIAM SACRAM; THESAVRVM CÆLESTEM; HOSTIAM SANCTAM; PANEM A PRESBYTERO QVOTIDIANA CELEBRATIONE SACRATVM; PANEM AB EPISCOPO CONSECRATVM, ac PANEM A PRESBYTERO SANCTIFICATVM; SACRAMENTVM COMMVNICATÆ CARNIS; PANEM SANCTVM; SANCTIFICATVM PANEM; VERVM CHRISTI CORPVS; CIBVM CÆLESTEM; SVAVITATEM ANGELICAM; DOMINICVM CIBVM; SALVTIS VIATICVM;

CONSECRATVM A PRESBYTERIS CORPVS, Epistolâ secundâ ad Finardum. Hæc Fulbertus, SPECVLVM ECCLESIÆ ET FIDEI CHRISTIANÆ olim dictus, quem felix animorum parens, REGIA NAVARRA sexdecim abhinc annis edidit, eique è Bibliotheca sua lucem præbuit, qui reducendis huius sæculi Berengarianis Nouatoribus lucem præfert. Hanc, REX IACOBE, audi REGVM MAGISTRAM, vnde REGIA DOCVMENTA opportuno augurio hac temporum necessitate prodeunt ac petuntur. Innitat Regiæ Domus, Regij Cancellarij, Regumque Fidei Disciplinæ. ante Berengarij lapsum, custodis ac tutoris Fulberti Regium nomen. Apud REGVM DOCTISSIMVM nihil est quod NAVARRA metuat; Ludouico Sacra, LVDOVICO REGE, nihil est quod non speret. CONCILIVM ROMANVM SEXTVM, sub Gregorio Septimo habitum, orta paulo post verum Fulberti Natalem, Berengariana Hæresi, MYSTERIVM SACRÆ ORATIONIS, (de qua Εὐχῆ, seu SACRIFICALI ORATIONE, superiùs tam multa) in Actis apud eumdem Gregorium, Epistolâ decimâ septimâ libri sexti. BERENGARIVS, ex Sacramentario Hæresiarcha ac Fidei Nouatorum Auctore, Pœnitens, VERAM ET PROPRIAM ET VIVIFICATRICEM CARNEM ET SANGVINEM IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI; VERVM CHRISTI CORPVS, QVOD NATVM EST DE VIRGINE, ET QVOD PRO SALVTE MVNDI OBLATVM IN CRVCE PEPENDIT, in Formula Professionis Fidei quam in Concilio Romano edidit, vbi supra. Hæc ipse ipse Berengarius, qui in Altero Concilio Romano, sub Nicolao Secundo, tandem ad inculcandam exprimendamque veritatem, SENSVALITER NON SOLVM IN SACRAMENTO, SED IN VERITATE MANIBVS SACERDOTVM, TRACTARI, FRANGI, ET FIDELIVM DENTIBVS ADTERI, professus est. ADELMANNVS, Episcopus Brixiensis, qui aliquando Berengario Diacono Andegauensi comes fuerat & condiscipulus, sub Vetere Episcopali Sancti Fulberti Gallicana Disciplina, VITALE SACRAMENTVM, Epistolâ De Veritate Corporis Domini ad Berengarium. GVITMVNDVS, Auersanus, id est, ex Normanno Monacho Sancti LEVFREDI prope GALLIONEM, Auersæ in Apulia Archiepiscopus, Sancto Gregorio Septimo sedente, DIVINVM MANNA; CÆLESTE DIVINVMQVE CONVIVIVM. (vt inter Acta Constantinopolitani Concilij sub Agapeto & Menna, Actione quinta, Theonas Diaconus, DIVINAM COMMVNIONEM;) COMMVNIONEM DOMINICAM; CIBVM ALTARIS DOMINI; SACRAMENTA NOSTRI ALTARIS, SACROSANCTAM ALTARIS OBLATIONEM, libro secundo De Veritate Eucharistiæ. Chrysostomi Abbreuiator, THEOPHYLACTVS, Bulgarorum Archiepiscopus, tempore Alexandri Secundi ac Romani Diogenis Imperatoris, ad annum scilicet millesimum septuagesimum primum, vt ex eius Epistolis facilè demonstratur, CIBVM MYSTICVM, τὴν Μυστικὴν βρῶσιν, in Ioannem: cùm ante ducentos annos eodem sensu SPIRITVALIS ESCA diceretur Paschasio

Paſchaſio Corbeienſi Abbati, qui omnium primus de Veritate Corporis & Sanguinis Domini in Euchariſtia ſeriò copioſéque diſputauit contra Bertramum, Presbyterum & Monachum Gallum, quem ex primis fuiſſe perhibent qui eam in dubium reuocarunt; tametſi notum illud Paſchaſij ex PERRONIO in Bertramo, libro ſuo ſecundo De Euchariſtia: Quamuis EX HOC QVIDAM DE IGNORANTIA ERRENT, NEMO TAMEN EST ADHVC IN APERTO, QVI HOC ITA ESSE CONTRADICAT, QVOD TOTVS ORBIS CREDIT ET CONFITETVR. Ac ea certè mente Theophylactus quâ ibidem: (quod ex lectione Chryſoſtomi audierat:) IN PARTICIPATIONIBVS DIVINORVM MYSTERIORVM FIDEM HABENDAM ESSE INCONCVSSAM, NEC QVÆRENDVM ILLVD QVOMODO? Ἐν ταῖς μεταλήψεσι ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ, πίστιν ἔχειν ἀδίστακτον, καὶ μὴ ζητεῖν, ΤΟ ΠΩΣ; ſcripſiſſe magno Fidelium vſu legitur. Hæc ille, quantumuis Schiſmaticus, vt ex eius Commentario in Ioannem intelligi poteſt: vbi Latinos reprehendit, quòd credant Spiritum Sanctum à Filio etiam procedere. Sanctus ANSELMVS, Archiepiſcopus Cantuarienſis, ex Italo Anglus, Lanfranci & Diſcipulus & Succeſſor; ESCAM CORPORIS CHRISTI, QVAM NOS IN PANE MANDVCAMVS; VERVM CORPVS DOMINI, In caput decimum prioris ad Corinthios; VIVVM ET VERVM CORPVS CHRISTI, In vndecimum caput. ALGERVS, ex Leodienſi Scholaſtico Cluniacenſis Monachus, GRATIAM INTERIOREM, capite tertio libri ſecundi contra Berengarium. de quo Petrus VENERABILIS Cluniacenſis Abbas, Sancti Bernardi æqualis, ex Nobili Aquitano ac Milite Monachus, initio libri De Sacrificio Miſſæ & Veritate Tranſſubſtantiationis, dicit, Lanfrancum ſcripſiſſe de Sacramento Euchariſtiæ, BENE, PLENE, PERFECTE; Guitmundum, MELIVS, PLENIVS, PERFECTIVS; Algerum, OPTIME, PLENISSIME, PERFECTISSIME. Sanctus BERNARDVS, Abbas Claraualleſis, vir planè Apoſtolicus, & non minùs gloriâ miraculorum, quàm ſapientiæ ſplendore illuſtris, tempore Innocentij Secundi; SACRAM COMMVNIONEM, Epiſtolâ ducenteſimâ quadrageſimâ ad Hildephonſum Comitem Sancti Ægidij; & alibi, SANCTVM SANCTORVM; SACRAMENTVM SACRAMENTORVM; AMOREM AMORVM; DVLCEDINEM OMNIVM DVLCEDINVM: vt τὰ Ἅγια τῶν Ἁγίων, ac Τελετῶν Τελετὴν, ex tertio Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Dionyſij NOVVS ILLE GALLORVM AC LATINORVM DIONYSIVS videatur exprimere voluiſſe; CORTICEM SACRAMENTI, ET ADIPEM FRVMENTI, Sermone trigeſimo tertio in Cantica; ILLIBATVM ALTARIS SACRAMENTVM, VBI DOMINICVM CORPVS ACCIPIMVS, in Pſalmum, Qui habitat, Sermone tertio. CONCILIVM Oecumenicum LATERANENSE SECVNDVM; ſub Innocentio Secundo, DOMINI CORPORIS ET SANGVINIS SACRAMENTVM, Canone vigeſimo tertio. HVGO DE SANCTO VICTORE, Veteris Theologicæ Scholæ Pariſienſis in ACADEMIA VICTORINA, (quæ Bibliothecâ Viriſque Illuſtribus ſemper Galliæ præluxit,) celeberrima, & propagator & auctor, ac Bernardi Symmyſtes; DIVINISSIMÆ EVCHARISTIÆ ASSVMPTIONEM, ſiue PLENAM ET PERFECTAM ET DIVINISSIMAM REFECTIONEN IN ASSVMPTIONE

CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI; SACRAMENTVM ET IMAGINEM PARTICIPATIONIS IESV, (videlicet anagogico illo sensu de quo in Antitypis, hocque DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS ELENCHO, tam multa supra;) HOSTIAM SACRAM, DIVINISSIMAM, ET SANCTIFICANTEM SANCTIFICANTIA OMNIA ET SANCTA, altero De Sacramentis libro, Parte octaua, capite octauo. VVILLELMVS, seu GVLIELMVS, Monachus Anglus, (dictus BIBLIOTHECARIVS, & MALMESBERIENSIS,) VERVM ET SVBSTANTIALE CORPVS DOMINI, SICVT SANCTA ECCLESIA PRÆDICAT, libro tertio De Gestis Pontificum Anglorum, de Dogmate Berengarij, quem HÆRESIARCHAM vocat, agens. GRATIANVS, Sancti Benedicti Monachus, sedente Eugenio Tertio, itemque Contado Tertio regnante, MYSTERIVM PACIS ET VNITATIS NOSTRÆ, De Consecratione, Distinctione secunda, capite trigesimo sexto, in Decreto, siue Concordia Discordantium Canonum, laboriosissimo sanè ac laudatissimo Opere quod Bononiæ, in Monasterio Sancti Felicis quondam composuit. CONCILIVM Oecumenicum LATERANENSE TERTIVM, sub Alexandro Tertio Pont. Max. DOMINICI CORPORIS PERCEPTIONEM, capite decimo sexto Synodalium Decretorum; & PERCEPTIONEM CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI, vigesimo septimo, siue vltimo. INNOCENTIVS TERTIVS, Pont. Max. PRO PECCATIS MVNDI OFFERENDAM ET SVMENDAM HOSTIAM SALVTAREM, Epistolâ Indictionis Cõcilij Quarti Lateranẽsis Generalis, ad Prouinciales Moguntinos, quæ inter Acta Synodica priorem locũ obtinet. CONCILIVM LONDINENSE auctoritate Ottonis Legati Sedis Apostolicæ PRO REFORMANDA ECCLESIA ANGLICANA celebratum sub Gregorio Nono, IN ECCLESIA SANCTI PAVLI: vt ad Annum Domini millesimum ducentesimum trigesimum septimum testatur celebris Historiæ Anglicanæ scriptor, à Vuillelmo Primo vsque ad Annum trigesimum quintum Henrici Tertij, id est, à millesimo sexagesimo septimo, vsque ad millesimum ducentesimum quinquagesimum, Matthæus Paris, seu potiùs Parisiensis, (sic enim in ipso eius libro & in indice libri vocatur) Monachus Sancti Albani in Anglia: COELESTEM HOSTIAM VIVAM ET VERAM, IPSVM SCILICET VNIGENITVM DEI FILIVM, QVI IN ALTARI OFFERTVR PRO NOBIS, MANIBVS SACERDOTIS; itemque MISSAS. Sanctus THOMAS Aquinas, qui dici meruit DOCTOR ANGELICVS, cuius adeo placuit Ecclesiæ Methodus cautioque aduersùs Hæreses, vt quod de nullo Sanctorum Doctorum (quos paulo ante Μυσταγωγοὺς, quòd vt Cælestes Poli semper at immobiliter in Mysteriis versantur, Septima vocauit Synodus) factum legimus, adsequendæ cognitionis eius votum desideriumque solemne in publicis precibus, singulari doctrinæ eius sensu, emittat, sic Deum Opt. Max. deprecans: DEVS QVI ECCLESIAM TVAM BEATI THOMÆ CONFESSORIS TVI MIRA ERVDITIONE CLARIFICAS, ET SANCTA OPERATIONE FOECVNDAS, DA NOBIS QVÆSVMVS, ET QVÆ DOCVIT, INTELLECTV CONSPICERE, ET QVÆ EGIT, IMITATIO-

NE COMPLERE, PER CHRISTVM DOMINVM NOSTRVM. Mirum «
sanè Ecclesiæ votum, quod post vnas Scripturas sacras, de vno Doctore suo Thoma intelligendo, non modò religiosè cœptum, sed publicè conceptum atque expressum est. Atque is Thomas, qui vnus instar omnium delectus ad Ecclesiasticum FESTI CORPORIS CHRISTI Officium ritu perpetuo celebrandum, Tertiæ Partis Quæstione septuagesima tertia, Articulo quarto, quærens, VTRVM CONVE- «
NIENTER HOC SACRAMENTVM PLVRIBVS NOMINIBVS NOMINE- «
TVR? Respondet; Dicendum quòd hoc Sacramentum habet Tripli- «
cem Significationem. VNAM quidem respectu PRÆTERITI; in quan- «
tum scilicet est COMMEMORATIVVM DOMINICÆ PASSIONIS, quæ «
fuit Verum Sacrificium, vt supra dictum est: ET SECVNDVM HOC «
NOMINATVR SACRIFICIVM. ALIAM autem significationem ha- «
bet respectu rei PRÆSENTIS; scilicet ECCLESIASTICÆ VNITATIS, «
cui homines aggregantur per hoc Sacramentum: & secundùm hoc «
nominatur COMMVNIO, vel SYNAXIS. Dicit enim Damascenus «
quarto libro, quòd dicitur COMMVNIO, quia communicamus per «
ipsam Christo, & quia participamur eius Carne & Deitate, & quia «
communicamus & Vnimur ad inuicem per ipsam. TERTIAM Si- «
gnificationem habet respectu FVTVRI; in quantum scilicet hoc «
Sacramentum est PRÆFIGVRATIVVM FRVITIONIS DEI, quæ erit «
in Patria: & secundùm hoc dicitur VIATICVM; quia hîc præbet no- «
bis viam illuc perueniendi. Et secundùm hoc etiam dicitur Ev- «
charistia, id est, BONA GRATIA: Quia GRATIA DEI VITA ÆTER- « Rom.6.v.23.
NA, (vt dicitur Romanorum sexto) vel Quia realiter continet Chri- «
stum, qui est PLENVS GRATIA. Dicitur etiam in Græco METALE- «
PSIS, id est, ASSVMPTIO: Quia, vt Damascenus dicit, per hoc FILII «
DEITATEM ASSVMIMVS. Hæc, more suo, clarè solidéque Diuus «
Thomas, cuius non selecta verba, sed orationem perpetuam & MAGISTRALIA VERBA adferre atque audire, pro iure suo NOVÆ THEOLOGICÆ ACADEMIÆ, oportuit. Nunc verò seorsim Tria potissimùm ex eo colligemus Theologica Epitheta. Itaque Sancto Thomæ primùm Eucharistia est SACRAMENTVM CHARITATIS, Tertiæ Partis Quæstione septuagesima tertia, & septuagesima octaua; Secundò, SACRAMENTVM ECCLESIASTICÆ VNITATIS, Quæstione septuagesima tertia, septuagesima nona, & octuagesima secunda; in qua, Articulo secundo ad Tertium, ait, DICENDVM «
QVOD EVCHARISTIA EST SACRAMENTVM VNITATIS ECCLESIA- «
STICÆ, QVÆ ADTENDITVR SECVNDVM HOC QVOD MVLTI SVNT «
VNVM IN CHRISTO. Tertiò, SACRAMENTVM PIETATIS, Quæstione octuagesima. NICOLAVS, Episcopus METHONES, ARRABONEM ÆTERNÆ VITÆ, τὸν Ἀῤῥαβῶνα τῆς αἰωνίου ζωῆς, De Eucharistia in Missali Græco. IEREMIAS denique, (vt tandem in vestro sæculo ab infinita recensione conquiescam) Constantinopolitanus Patriarcha, DIVINAM MYSTAGOGIAM, Θείας Μυσταγωγίας, (quæ propriè SACRIFICALIS est AD ARCANA DEI

DEDVCTIO, & quasi MANVDVCTIO) appellat, in Censura Orientalis Ecclesiæ ad Germanos Responsione Prima, capite decimo, & decimo tertio; cùm paulo post, eodem decimo capite, dicturus esset Cœnæ Dominicæ PANEM à Sacerdote Μυσταγωγούμενον, siue SACRIFICATVM. Ac tandem decimo tertio, in fine, eidem ipsi Orientali Ecclesiæ DIVINA SACRAQVE SACRIFICATIO est, ἡ Θεία αὕτη ϗ Ἱερὰ Τελετὴ, simpliciterque, SACRIFICIVM ac HOSTIA, Θυσία, quâ nimirum & qui

Heb.2.v.11. sanctificat, & qui sanctificatur, ex vno omnes atque vnum sunt; tanquam vnum est illud quod, cùm à Schismaticis scinditur Ecclesia,

Daniel.8.v.11. c.11. v.31. c.12. v.11. scindi nequit, in Schismate Orientalium non occidit; IVGE SACRIFICIVM dictum est, æternumque secundùm Ordinem Melchisedech, sic Deo non modò iuuante, sed & iurante, erit.

CAP. XXXVI.

VIDERAT Ambrosius, cùm quarto De Sacramentis libro, capite tertio, Ecclesiæ Sacramenta Sacramentis Synagogę antiquiora esse, ex eo potissimùm probat, quòd in Melchisedech præsignificata sint; à cuius Sacrificio, quasi à capite, nostrorum Sacramentorum originem repetit, eumque AVCTOREM SACRAMENTORVM vocat. Est enim certè omnium Sacramentorum fons SACRIFICIVM, ab eoque, tanquam, ob dona Deo oblata, riuuli remunerationis diuinę, Gratiarum Canales Sacramenta, ducuntur. Nam variè redit ad nos quod vno modo vni Deo oblatum

Eph.1.v.10. Ioan.1.v.16. est, Christo præsertim in plenitudine temporum pro nobis immolato: de cuius plenitudine nos omnes accepimus Sacramentorum GRATIAM PRO Sacrificij GRATIA, vt Ioannes Euangelij exordio videtur declarasse. Quapropter, quoniam DE SACRIFICIO egimus, restat vt DE SACRAMENTIS, ceu sacris septem quibusdam corollariis, summatim agamus. Quandoquidem verò, vt supra dictum est, post Sacrificium Epulum ac Visceratio fit, à Cœna Domini, à Sacramento

Luc.1.v.78. » Altaris, à Visceribus Misericordiæ Dei nostri, in quibus (vt in Zachariæ Cantico est,) visitauit nos Oriens ex alto, capiamus exordium. Quid autem sit SACRAMENTVM, Diuus Bernardus simul & doctè & populariter docet, De Cœna Domini, Sermone primo, hunc in » modum: SACRAMENTVM dicitur Sacrum Signum, siue SACRVM SECRETVM: Multa siquidem fiunt propter se tantùm; alia verò propter » alia designanda, & ipsa dicuntur SIGNA, & sunt. Vt enim de Vsualibus sumamus exemplum, datur ANNVLVS absolutè propter annulum, & nulla est significatio: DATVR AD INVESTIENDVM DE HEREDITATE ALIQVA, & Signum est; ita vt iam dicere possit qui accipit: Annulus nō valet quidquam, sed Hereditas est quam quærebam. » In hunc itaque modum appropinquans Passioni Dominus, DE GRATIA SVA INVESTIRE CVRAVIT SVOS, VT INVISIBILIS GRATIA SIGNO » ALIQVO VISIBILI PRÆSTARETVR. Ad hæc instituta sunt omnia Sacramenta; ad hæc EVCHARISTIÆ PARTICIPATIO; AD HÆC PEDVM ABLVTIO; (est enim, secundùm Bernardum & Patres quamplurimos, inter Sacramentalia tanquam » Præparatio ad Eucharistiam;) ad hæc denique ipse Baptismus, Ini-

Rom.6.v.5. » tium Sacramentorum omnium; in quo COMPLANTAMVR SI-

MILITVDINI MORTIS eius: VNDE ET TRINA MERSIO, TRIDVI, QVOD NVNC CELEBRANDVM EST, FORMAM GERIT. Sicut enim in exterioribus diuersa sunt signa, & vt cœpto immoremur exemplo. variæ sunt INVESTITVRÆ, secundùm ea de quibus inuestimur. Verbi gratiâ, INVESTITVR CANONICVS PER LIBRVM; ABBAS PER BACVLVM; EPISCOPVS PER BACVLVM ET ANNVLVM SIMVL: sicut, inquam, in huiusmodi rebus est; sic & diuisiones gratiarum diuersis sunt traditæ Sacramentis. Hactenus Bernardus. Pedilauium autem, siue Pedum lotio, haud propriè, sed largè sumptum, Sacramentum dici potest, in hunc ferme modum quo Sacramenta dicuntur omnia quæ mysticum sensum habent, & figuræ sunt ac typi sacrarum aliarum rerum. Lotio tamen illa commendatur præ cæteris, quoniam mystico illo ritu, & ad Eucharistiam parandam, cœnandumque cum Christo, Puritatis, & quam habituri eramus per Christi passionem, Purgationis, (cuius figuram fuisse Cyrillus in Ioannem notat) ac Humilitatis denique Christi, eiusque eximiæ Charitatis mira significatio est. Quo certè sensu diximus prioris ad Corinthios capite quarto: Sic nos existimet homo, vt Ministros Christi & Dispensatores MYSTERIORVM Dei: non modò notissima Septem Christianæ Fidei Sacramenta, quemadmodum Græci Theologi volunt; sed & vniuersa Religionis nostræ à Deo reuelata dogmata & capita complexi: quæ quia secreta sunt, vt absque Dei reuelatione cognosci nequeant, MYSTERIA appellare solemus. Quamuis enim Græcis Theologis MYSTERIVM, μυστήριον, idem quod Latinis SACRAMENTVM, sonet, vt ex Editione Altera septimi Canonis Concilij Laodiceni, quæ est Isidori Mercatoris, constat; vbi κοινωνεῖν τοῦ ΜΥΣΤΗΡΙΟΥ ἁγίου, reddit Interpres, DIVINO SACRAMENTO COMMVNICARE, & ex Magnæ Tridentinæ Synodi Sessione vigesima prima, interpretantis locum prioris Corinthiorum quarti, vbi MYSTERIORVM mentio est, & ex Augustino, Sermone ad Cæsariensis Ecclesiæ Plebem, De Emerito, qui locum illum prioris nostræ ad Corinthios decimo tertio: Et si nouero MYSTERIA omnia, hoc modo legit; Quid est Baptismus? SACRAMENTVM. Audi APOSTOLVM: SI SCIERO OMNIA SACRAMENTA: & SI HABVERO OMNIA SACRAMENTA; laxiore tamen significatu ad alia præterea significanda, quàm Nouæ Legis sensibilia signa ad sanctificationem nostram à Christo Domino instituta, excurrimus: quæ tamen sub Incarnationis, Passionis, Resurrectionis Christi, Redemptionis nostræ, Vocationis Gentium, ac cæterorum huiusmodi nominibus atque arcanis, quæ Euangelica DOCTRINA ECCLESIÆ complectitur, tanquam signa corporalia Gratiæ Spiritualis efficacia, primo ac per se comprehenduntur. Strictè Augustinus tertio de Doctrina Christiana libro, capite nono, cùm HIERARCHIAM NOSTRAM, siue THEOLOGIAM SYMBOLICAM, (id est, apud Dionysium, cognomento Areopagitam, Doctrinam de Sacramentis) explicat, de Nouæ Legis Sacramentis differit, in mediumque, exempli

1.Cor.4.v.1.

1.Cor.13.v.2.

causa Baptismum ac Eucharistiam, quasi notiora atque vsitatiora,
» profert: Hoc verò tempore, inquit, posteaquam Resurrectione Do-
» mini nostri Iesu Christi manifestissimum indicium nostræ libertatis
» illuxit, nec eorum quidem Signorum quæ iam intelligimus, operatio-
» ne graui onerati sumus: sed quædam pauca pro multis, eademque FA-
» CTV FACILLIMA, & INTELLECTV AVGVSTISSIMA, & OBSER-
» VATIONE CASTISSIMA, ipse Dominus & APOSTOLICA TRADI-
» DIT DISCIPLINA; SICVTI Baptismi Sacramentum, & CELEBRATIO
» CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI. Quæ vnusquisque cùm per-
» cipit, quò referantur, imbutus agnoscit, vt ea non CARNALI SERVI-
» TVTE, SED SPIRITVALI POTIVS LIBERTATE, veneretur. Hæc
exempli causâ DE SACRAMENTIS Augustinus Baptismum velut
INITIATIONEM, & Eucharistiam tanquam CONSVMMATIONEM, in
medio ponens, vt initio & fine reliqua subintelligantur, quæ vniuersa,
sparsa tamen, prout res ac dicendi ratio tulerit, variis locis explicat &
refert; quorum ante quadringentos annos vt anteriora omittamus hęc
» fidei Anglicanæ enumeratio, ordine quo solemus, facta hæc est: SA-
» CRAMENTA ECCLESIASTICA IN QVIBVS TANQVAM IN VASIS
» COELESTIBVS, SALVTIS REMEDIA CONTINENTVR, necnon OLEVM
» SANCTIFICATVM, & CHRISMA à Ministris Ecclesiæ purè atque de-
» uotè qualibet exclusa cupiditatis labe statuimus, & statuendo præci-
» pimus exhiberi, nulla difficultate in eis adhibita exhibendis, prætextu
» consuetudinis alicuius, qua dicantur ab eis qui ea recipiunt, aliqui-
» bus aliqua persoluenda. SACRAMENTA verò PRINCIPALIA quæ
» sunt, & quot, propter SIMPLICIORES duximus exprimenda: sunt e-
» nim, BAPTISMVS, CONFIRMATIO, POENITENTIA, EVCHARISTIA,
» EXTREMA VNCTIO, MATRIMONIVM, atque ORDO: de quorum
» quolibet in SACRIS CANONIBVS est tractatum, & pleniùs ordinatum.
» Sed quia non est leue, CANONEM GYRARE, & ignorare Medico ME-
» DICINALE OFFICIVM, minus graue statuimus, vt in susceptione Curæ
» Animarum & ORDINIS SACERDOTII, examinentur de his præci-
» puè Ordinandi. ARCHIDIACONI QVOQVE IN DECANATVVM
» SVORVM CONVENTIBVS SACERDOTES IN HIS MAXIME STVDEANT
» ERVDIRE, DOCENTES EOS QVALITER CIRCA BAPTISMVM, POE-
» NITENTIAM, EVCHARISTIAM, ET MATRIMONIVM DEBEANT SE
» HABERE. Hactenus Concilium Londinense, auctoritate Ottonis SE-
DIS APOSTOLICÆ LEGATI, Pro reformanda Ecclesia Anglicana ce-
lebratum, Sedente Gregorio Nono. Sed iam DE PRINCIPALI SA-
CRAMENTO, id est, DE EVCHARISTIA tempus est vt dispute-
mus.

CAP. XXXVII.

DIVINA EVCHARISTIA, vt Theologi tradunt,
contra Malitiam præcipuè instituta est; CONFIRMATIO, contra Infir-
mitatem; ORDO, contra Ignorantiam; MATRIMONIVM, contra
Concupiscentiam; BAPTISMVS, contra Originale Peccatum; POENI-
TENTIA, contra Actuale Mortale; EXTREMA VNCTIO, contra Re-
liquias Peccatorum: vt pro Peccatorum & Vulnerum qualitate ac
numero, Sacramentorum, tanquam Medicamentorum, præscribe-

retur & modus & virtus. Ac id rectè quidem, quoniam & Baptiſmus, FIDEI; & Confirmatio, SPEI; & Euchariſtia, CHARITATI; & Pœnitentia, IVSTITIÆ; & Extrema Vnctio, FORTITVDINI; & Ordo, PRVDENTIÆ; & Matrimonium, TEMPERANTIÆ reſpondet. Quandoquidem igitur Charitas Chriſti vrget, primas reliqui ſermonis DE SACRAMENTIS partes, Euchariſtiæ, quæ Charitati reſpondet, & quæ quamuis verè ſit MYSTERIVM FIDEI, propriè tamen SACRAMENTVM CHARITATIS, vt Baptiſmus SACRAMENTVM FIDEI, à Veteribus Theologis dicitur, demus. Egregium, immo Regium, REX IACOBE, ſi adtendis, Opus; non modò quod de Chriſto in Euchariſtia, in Patriarchali Benedictione ſeu potiùs Prædictione, Aſer Prophetice ſcriptum eſt Geneſeos quadrageſimo nono; PINGVIS PANIS EIVS, ET PRÆBEBIT DELICIAS REGIBVS: ſed etiam ex parte ipſius Regis Regum, ſe ſuaque ſuis donantis Chriſti; ſed & ex ſumentium parte, dum in BASILICIS, Regali Diuinoque apparatu, Menſæ ac Corporis REGIS REGVM, DOMINIQVE DOMINANTIVM fiunt (ô charitas!) participes. Regalis præterea Fides, (quam in Vnione Græcorum in Lugdunenſi Oecumenica Synodo, ſub Gregorio Decimo, Grecorũ Imperator Palæologus, ante hæc infelicia Regibuſque inimica tempora, omni Chriſti audiente probanteque Eccleſia, Regio ore ac Diplomate, profeſſus eſt:) Sacramentum Euchariſtiæ ex azymo conficit eadem ROMANA ECCLESIA, tenens & docens, QVOD IN IPSO SACRAMENTO, PANIS VERE TRANSSVBSTANTIATVR IN CORPVS, ET VINVM IN SANGVINEM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI: Τὸ ἱερούργημα τῆς Εὐχαριστίας, ἐξ ἀζύμου ἐκτελεῖ, ἡ τοιαύτη τῆς ΡΩΜΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, κρατοῦσα καὶ διδάσκουσα, ΟΤΙ ΕΝ ΑΥΤΗ ΤΗ ΙΕΡΟΤΕΛΕΣΤΙΑ, Ο ΑΡΤΟΣ ΑΛΗΘΩΣ ΜΕΤΟΥΣΙΟΥΤΑΙ ΕΙΣ ΣΩΜΑ, ΚΑΙ Ο ΟΙΝΟΣ ΕΙΣ ΑΙΜΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. Ac poſtea tandem addit, orationemque concludit in hunc modum: Supraſcripta Fidei Veritate, prout plenè lecta eſt & fideliter expoſita, VERAM, SANCTAM, CATHOLICAM, ET ORTHODOXAM FIDEM COGNOSCIMVS ET ACCEPTAMVS, ET ORE AC CORDE CONFITEMVR QVOD VERE TENET ET FIDELITER DOCET ET PRÆDICAT SANCTA ROMANA ECCLESIA, INVIOLABILITER OBSERVARE EAMDEM PROFESSIONEM, ET IN EA OMNI TEMPORE PERSEVERARE, NEC VLLO VNQVAM TEMPORE AB IPSA DISCEDERE, QVOQVOMODO, AVT DEVIARE VEL DISCORDARE PROMITTIMVS: Τὴν ἀνωτέρω γεγραμμένην τῆς Πίστεως ἀλήθειαν, καθὼς πληρεστάτως ἀνέγνωσται, καὶ πιστῶς ἐκτέθειται, ΑΛΗΘΗ, ΑΓΙΑΝ, ΚΑΘΟΛΙΚΗΝ, ΚΑΙ ΟΡΘΟΔΟΞΟΝ ΠΙΣΤΙΝ, ΤΑΥΤΗΝ ΕΙΝΑΙ ΓΙΝΩΣΚΟΜΕΝ, ΚΑΙ ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΘΑ, ΚΑΙ ΚΑΡΔΙΑ, ΚΑΙ ΣΤΟΜΑΤΙ, ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝ· ΟΤΙ ΤΑΥΤΗΝ ΑΛΗΘΩΣ ΚΡΑΤΕΙ, ΚΑΙ ΠΙΣΤΩΣ ΔΙΔΑΣΚΕΙ, ΚΑΙ ΚΗΡΥΤΤΕΙ, Η ΙΕΡΑ ΚΑΙ ΑΓΙΑ ΤΗΣ ΡΩΜΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑ. ΚΑΙ ΑΔΙΑΦΘΟΡΩΣ ΦΥΛΑΞΑΙ ΤΗΝ ΤΟΙΑΥΤΗΝ ΟΜΟΛΟΓΙΑΝ, ΚΑΙ ΕΝ ΑΥΤΗ ΠΑΝΤΙ ΚΑΙΡΩ ΔΙΑΜΕΙΝΑΙ, ΚΑΙ ΟΥΔΕΤΙΝΙ ΠΟΤΕ ΚΑΙΡΩ ΑΠ' ΑΥΤΗΣ ΑΝΑΧΩΡΗΣΑΙ, ΤΙΝΙ ΤΡΟΠΩ, Η ΠΑΡΟΔΕΥΣΑΙ, Η ΔΙΧΟΝΟΗΣΑΙ, ΥΠΙΣΧΝΟΥΜΕΘΑ.

2.Corinth.5. v.14.

Geneſ.49. v.20.

Apoc.19.v.16.

causa Baptismum ac Eucharistiam, quasi notiora atque vsitatiora, » profert: Hoc verò tempore, inquit, posteaquam Resurrectione Domini nostri Iesu Christi manifestissimum indicium nostræ libertatis » illuxir, nec eorum quidem Signorum quæ iam intelligimus, operatio- » ne graui onerati sumus: sed quædam pauca pro multis, eademque FA- » CTV FACILLIMA, & INTELLECTV AVGVSTISSIMA, & OBSER- » VATIONE CASTISSIMA, ipse Dominus & APOSTOLICA TRADI- » DIT DISCIPLINA; SICVTI Baptismi Sacramentum, & CELEBRATIO » CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI. Quæ vnusquisque cùm per- » cipit, quò referantur, imbutus agnoscit, vt ea non CARNALI SERVI- » TVTE, SED SPIRITVALI POTIVS LIBERTATE, veneretur. Hæc exempli causâ DE SACRAMENTIS Augustinus Baptismum velut INITIATIONEM, & Eucharistiam tanquam CONSVMMATIONEM, in medio ponens, vt initio & fine reliqua subintelligantur, quæ vniuersa, sparsa tamen, prout res ac dicendi ratio tulerit, variis locis explicat & refert; quorum ante quadringentos annos vt anteriora omittamus hęc » fidei Anglicanæ enumeratio, ordine quo solemus, facta hæc est: SA- » CRAMENTA ECCLESIASTICA IN QVIBVS TANQVAM IN VASIS » COELESTIBVS, SALVTIS REMEDIA CONTINENTVR, necnon OLEVM » SANCTIFICATVM, & CHRISMA à Ministris Ecclesiæ purè atque de- » uotè qualibet exclusa cupiditatis labe statuimus, & statuendo præci- » pimus exhiberi, nulla difficultate in eis adhibita exhibendis, prætextu » consuetudinis alicuius, qua dicantur ab eis qui ea recipiunt, aliqui- » bus aliqua persoluenda. SACRAMENTA verò PRINCIPALIA quæ » sunt, & quot, propter SIMPLICIORES duximus exprimenda: sunt e- » nim, BAPTISMVS, CONFIRMATIO, POENITENTIA, EVCHARISTIA, » EXTREMA VNCTIO, MATRIMONIVM, atque ORDO: de quorum » quolibet in SACRIS CANONIBVS est tractatum, & pleniùs ordinatum. » Sed quia non est leue, CANONEM GYRARE, & ignorare Medico ME- » DICINALE OFFICIVM, minus graue statuimus, vt in susceptione Curæ » Animarum & ORDINIS SACERDOTII, examinentur de his præci- » puè Ordinandi. ARCHIDIACONI QVOQVE IN DECANATVVM » SVORVM CONVENTIBVS SACERDOTES IN HIS MAXIME STVDEANT » ERVDIRE, DOCENTES EOS QVALITER CIRCA BAPTISMVM, POE- » NITENTIAM, EVCHARISTIAM, ET MATRIMONIVM DEBEANT SE » HABERE. Hactenus Concilium Londinense, auctoritate Ottonis SEDIS APOSTOLICÆ LEGATI, Pro reformanda Ecclesia Anglicana celebratum, Sedente Gregorio Nono. Sed iam DE PRINCIPALI SACRAMENTO, id est, DE EVCHARISTIA tempus est vt disputemus.

CAP. XXXVII.

DIVINA EVCHARISTIA, vt Theologi tradunt, contra Malitiam præcipuè instituta est; CONFIRMATIO, contra Infirmitatem; ORDO, contra Ignorantiam; MATRIMONIVM, contra Concupiscentiam; BAPTISMVS, contra Originale Peccatum; POENITENTIA, contra Actuale Mortale; EXTREMA VNCTIO, contra Reliquias Peccatorum: vt pro Peccatorum & Vulnerum qualitate ac numero, Sacramentorum, tanquam Medicamentorum, præscribe-

retur & modus & virtus. Ac id rectè quidem, quoniam & Baptiſmus, FIDEI; & Confirmatio, SPEI; & Euchariſtia, CHARITATI; & Pœnitentia, IVSTITIÆ; & Extrema Vnctio, FORTITVDINI; & Ordo, PRVDENTIÆ; & Matrimonium, TEMPERANTIÆ reſpondet. Quandoquidem igitur Charitas Chriſti vrget, primas reliqui ſermonis DE SACRAMENTIS partes, Euchariſtiæ, quæ Charitati reſpondet, & quæ quamuis verè ſit MYSTERIVM FIDEI, propriè tamen SACRAMENTVM CHARITATIS, vt Baptiſmus SACRAMENTVM FIDEI, à Veteribus Theologis dicitur, demus. Egregium, immo Regium, REX IACOBE, ſi adtendis, Opus; non modò quod de Chriſto in Euchariſtia, in Patriarchali Benedictione ſeu potiùs Prædictione, Aſer Prophetice ſcriptum eſt Geneſeos quadrageſimo nono; PINGVIS PANIS EIVS, ET PRÆBEBIT DELICIAS REGIBVS: ſed etiam ex parte ipſius Regis Regum, ſe ſuaque ſuis donantis Chriſti; ſed & ex ſumentium parte, dum in BASILICIS, Regali Diuinoque apparatu, Menſæ ac Corporis REGIS REGVM, DOMINIQVE DOMINANTIVM fiunt (ô charitas!) participes. Regalis præterea Fides, (quam in Vnione Græcorum in Lugdunenſi Oecumenica Synodo, ſub Gregorio Decimo, Græcorũ Imperator Palæologus, ante hæc infelicia Regibuſque inimica tempora, omni Chriſti audiente probanteque Eccleſia, Regio ore ac Diplomate, profeſſus eſt:) Sacramentum Euchariſtiæ ex azymo « conficit eadem ROMANA ECCLESIA, tenens & docens, QVOD IN « IPSO SACRAMENTO, PANIS VERE TRANSSVBSTANTIATVR IN « CORPVS, ET VINVM IN SANGVINEM DOMINI NOSTRI IESV « CHRISTI: Τὸ ἱερούργημα τῆς Εὐχαριστίας ἐξ ἀζύμου ἐκτελεῖ, ἡ αὐτὴ τῆς ΡΩΜΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, κρατοῦσα καὶ διδάσκουσα, ΟΤΙ ΕΝ ΑΥΤΗ ΤΗ ΙΕΡΟΤΕΛΕΣΤΙΑ, Ο ΑΡΤΟΣ ΑΛΗΘΩΣ ΜΕΤΟΥΣΙΟΥΤΑΙ ΕΙΣ ΣΩΜΑ, ΚΑΙ Ο ΟΙΝΟΣ ΕΙΣ ΑΙΜΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. Ac poſtea tandem addit, orationemque concludit in hunc modum: Supraſcripta « Fidei Veritate, prout plenè lecta eſt & fideliter expoſita, VERAM, « SANCTAM, CATHOLICAM, ET ORTHODOXAM FIDEM COGNOSCIMVS ET ACCEPTAMVS, ET ORE AC CORDE CONFITEMVR « QVOD VERE TENET ET FIDELITER DOCET ET PRÆDICAT SANCTA ROMANA ECCLESIA, INVIOLABILITER OBSERVARE EAMDEM PROFESSIONEM, ET IN EA OMNI TEMPORE PERSEVERARE, NEC VLLO VNQVAM TEMPORE AB IPSA DISCEDERE, QVOQVOMODO, AVT DEVIARE VEL DISCORDARE PROMITTIMVS: « Τὴν ἀνωτέρω γραφεῖσαν τῆς Πίστεως ἀλήθειαν, καθὼς πληρέστατα ἀνέγνωσται, καὶ πιστῶς ἐκτέθηται, ΑΛΗΘΗ, ΑΓΙΑΝ, ΚΑΘΟΛΙΚΗΝ, ΚΑΙ ΟΡΘΟΔΟΞΟΝ ΠΙΣΤΙΝ, ΤΑΥΤΗΝ ΕΙΝΑΙ ΓΙΝΩΣΚΟΜΕΝ, ΚΑΙ ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΘΑ, ΚΑΙ ΚΑΡΔΙΑ, ΚΑΙ ΣΤΟΜΑΤΙ, ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝ· ΟΤΙ ΤΑΥΤΗΝ ΑΛΗΘΩΣ ΚΡΑΤΕΙ, ΚΑΙ ΠΙΣΤΩΣ ΔΙΔΑΣΚΕΙ, ΚΑΙ ΚΗΡΥΤΤΕΙ, Η ΙΕΡΑ ΚΑΙ ΑΓΙΑ ΤΗΣ ΡΩΜΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑ. ΚΑΙ ΑΔΙΑΦΘΟΡΩΣ ΦΥΛΑΞΑΙ ΤΗΝ ΤΟΙΑΥΤΗΝ ΟΜΟΛΟΓΙΑΝ, ΚΑΙ ΕΝ ΑΥΤΗ ΠΑΝΤΙ ΚΑΙΡΩ ΔΙΑΜΕΙΝΑΙ, ΚΑΙ ΟΥΔΕΤΙΝΙ ΠΟΤΕ ΚΑΙΡΩ ΑΠ' ΑΥΤΗΣ ΑΝΑΧΩΡΗΣΑΙ, ΤΙΝΙ ΤΡΟΠΩ, Η ΠΑΡΟΔΕΥΣΑΙ, Η ΔΙΧΟΝΟΗΣΑΙ, ΥΠΙΣΧΝΟΥΜΕΘΑ.

2. Corinth. 5. v. 14.

« Geneſ. 49. « v. 20.

Apoc. 19. v. 16.

Hinc exclamat Arnobius, libro primo Disputationum aduersùs Gen-
» tes: NIHIL SVMVS ALIVD CHRISTIANI, NISI MAGISTRI CHRI-
» STI, SVMMI REGIS AC PRINCIPIS VENERATORES: nihil si con-
» sideres, aliud inuenies in ista religione versari. Hæc totius SVMMA est
» actionis: hic propositus terminus DIVINORVM OFFICIORVM, hic
» finis. Qualis quæso ille est ASSISTENTIVM REGIVS ORDO ANGELO-
RVM, apud Chrysostomum, sexto De Sacerdotio libro, dum Christi
» Sacerdos Sacris operatur Christi? Ego verò, inquit, & commemoran-
» tem olim quemdam audiui, cùm diceret, senem quemdam, virum ad-
» mirabilem, ET REVELATIONES AC VISIONES VIDERE SOLITVM,
» sibi narrasse, se tali olim visione dignũ habitum à Deo esse, ac per illud
» quidem tempus derepente ANGELORVM MVLTITVDINEM conspe-
» xisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) CANDIDIS VESTIBVS
» indutorum, ALTARE ipsum circumdantium; denique sic capite in-
» clinatorum, VT SI QVIS MILITES PRÆSENTE REGE STANTES
» VIDEAT. id quod facilè mihi ipse persuadeo: Ἐγὼ δὲ, καὶ τινὸς ἤκουσα διη-
γουμένου ποτὲ, ὅτι αὐτῷ τις πρεσβύτης, θαυμαστὸς ἀνὴρ, ΚΑΙ ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΙΣ
ΟΡΑΝ ΕΙΩΘΩΣ, ἔλεγεν, ὅτι ὄψεως ἠξιώθη τοιαύτης ποτέ· καὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖ-
νον, ἄφνω ΠΛΗΘΟΣ ΑΓΓΕΛΩΝ ἰδεῖν, ὡς αὐτῷ δυνατὸν ἦν, ΣΤΟΛΑΣ ἀναβεβλη-
μένων ΛΑΜΠΡΑΣ, καὶ ΤΟ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΝ κυκλούντων, καὶ κάτω νευόντων, ΩΣ
ΑΝ ΕΙ ΤΙΣ ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΣ, ΠΑΡΟΝΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, ΕΣΤΗΚΟΤΑΣ ΙΔΟΙ.
καὶ ἔγωγε πείθομαι. Atque hæc Chrysostomus, in Opere illo De Sacer-
dotio ad Basilium illum Magnum: in quo quidem vt in cæteris cæte-
ros; sic seipsum, Suïda Iudice, superauit. His verbis in Chrysostomo
» conceptum, Suidæ de Chrysostomo iudicium est: Multa equidem il-
» le scripsisse dicitur, sed omnia eius opera superant præclari illi DE SA-
» CERDOTIO Libri, tum sublimitate, tum elegantia; tum nitore ac le-
» pôre dicendi. Οὗτος πολλὰ συγγράψαι λέγεται· ἀφ' ὧν οἱ ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ
ὑπερβάλλουσι λόγοι, τῷ τε ὕψει, καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ λειότητι, καὶ τῷ κάλλει τῶν
ὀνομάτων. Ac ea profectò à Rege similitudo ducta adeò Chrysosto-
mo placuit, vt mille locis eam, quantum potest, pingat ac coloret; nul-
lumque præstantius, cùm De Eucharistia agitur, ornamentum dicendi
arbitretur. EN Homiliâ vigesimâ quartâ in Epistolam nostram ad Co-
» rinthios priorem: Nam si quis REGEM non temere nec inconsideratè
» exceperit; quid dico REGEM? ne vestem quidem certè REGIAM temere
» & inconsideratè immundis manibus contrectauerit quisquam, etiam-
» si sit in solitudine, etiamsi sit solus, etiamsi nemo adsit: Εἰ γὰρ ΒΑΣΙΛΕΑ
τις οὐκ ἂν ἁπλῶς δέξοιτο· τί λέγω ΒΑΣΙΛΕΑ; ἱμάτιον μὲν οὖν ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ, οὐκ ἄν-
τις ἁπλῶς ἅψαιτο, χερσὶν ἀκαθάρτοις· κἂν ἐν ἐρημίᾳ ᾖ, κἂν μόνος ᾖ, καὶ μηδεὶς
» ὁ παρών & quæ sequuntur. Ac paulo post: Si autem Vestem hominis
» ne ausus quidem fuerit quisquam solùm tangere; quomodo Dei, qui
» est super omnia, CORPVS, quod est mundum & nulli affine repre-
» hensioni, quod cum illa diuina natura est conuersatum; propter quod
» sumus & viuimus, PROPTER QVOD fractæ sunt portæ Inferorum, &
» APERTI FORNICES COELI. (ex hac elegantia Chrysostomi vide
quàm aptè in Ecclesiæ Apside Eucharistia semper adseruari consue-

uit,) hoc accipiemus cum tanto probro & contumelia? εἰ δὲ ἀνθρω-
πίνου ἱματίου οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἁπλῶς θιγεῖν, πῶς ΤΟ ΣΩΜΑ, τοῦ ἐπὶ πάν-
των θεοῦ; τὸ ἄμωμον, τὸ καθαρὸν, τὸ τῇ θείᾳ ἐκείνῃ φύσει ὁμιλῆσαν, δι' ὃ ἐσμὲν, καὶ
ζῶμεν. Δι' Ο πύλαι θανάτου κατεκλάσθησαν, καὶ ΟΥΡΑΝΟΥ ΑΨΙΔΕΣ ΑΝΕΩ-
ΧΘΗΣΑΝ, τοῦτο μετὰ τοσαύτης ὕβρεως ληψόμεθα, TERTIO, prope Homiliæ
finem: Et quid dico futura? Hîc enim Terram tibi CÆLVM facit «
hoc Mysterium. Aperi ergo Cœli portas, & perspice; vel potiùs non «
Cæli, sed CÆLI CÆLORVM, & tunc videbis quod dictum est. Nam «
quod illic est omnium PRETIOSISSIMVM ET MAXIME HONO- «
RANDVM, hoc OSTENDAM tibi SITVM IN TERRA. Sicut enim in «
REGIA id quod est omnium magnificentissimum, non sunt pa- «
rietes, non tectum aureum; sed CORPVS REGIS SEDENS IN SO- «
LIO: sic in Cœlis, REGIS CORPVS. Sed hoc tibi NVNC licet videre «
in Terra: Καὶ τί λέγω τὰ μέλλοντα; ἐνταῦθα γάρ σοι τὴν γῆν, ΟΥΡΑΝΟΝ ποιεῖ «
τουτὶ τὸ Μυστήριον. ἀναπέτασον γοῦν τοῦ οὐρανοῦ τὰς πύλας, καὶ διάκυψον. μᾶλλον δὲ,
οὐχὶ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ τοῦ ΟΥΡΑΝΟΥ τῶν ΟΥΡΑΝΩΝ, καὶ τότε ὄψει τὸ εἰρημένον.
Τὸ γὰρ πάντων ἐκεῖ ΤΙΜΙΩΤΕΡΟΝ, τοῦτό σοι ΕΠΙ ΤΗΣ ΓΗΣ ΔΕΙΞΩ ΚΕΙ-
ΜΕΝΟΝ. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ΒΑΣΙΛΕΙΟΙΣ, τὸ πάντων σεμνότερον, οὐ τοῖχοι, οὐκ
ὄροφος χρυσοῦς, ἀλλὰ ΤΟ ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΣΩΜΑ, ΤΟ ΚΑΘΗΜΕΝΟΝ ΕΠΙ
ΤΟΥ ΘΡΟΝΟΥ· οὕτω καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὸ τοῦ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΩΜΑ. ἀλλὰ τοῦτό
σοι ΝΥΝ ἔξεστιν ἐπὶ γῆς ἰδεῖν. QVARTO, Homiliâ tertiâ De Incompre- «
hensibili Dei Natura: Tempore illo, mi Frater Charissime, non so- «
lùm homines clamorem illum tremendum reddunt, sed etiam AN- «
GELI Domino genu flectunt, & ARCHANGELI supplicant: habent «
sibi tempus id idoneum, habent SACRAM illam OBLATIONEM in «
fauore. Itaque vt homines RAMOS OLEARVM gerentes mouere «
REGES consueuerunt, eoque Arboris genere MISERICORDIAM «
commemorant ET HVMANITATEM: sic ANGELI tunc pro ramis «
oleaginis, CORPVS DOMINI IPSVM protendentes DOMINVM ro- «
gant pro genere humano: Κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ἀγαπητὲ, οὐκ ἄνθρωποι «
μόνοι βοῶσι τὴν ΦΡΙΚΩΔΕΣΤΑΤΗΝ ἐκείνην ΒΟΗΝ, ἀλλὰ καὶ ΑΓΓΕΛΟΙ προσ-
πίπτουσι τῷ Δεσπότῃ, καὶ ΑΡΧΑΝΓΕΛΟΙ δέονται. ἔχουσι γὰρ τὸν καιρὸν αὐτοῖς συμ-
μαχοῦντα, ΤΗΝ ΠΡΟΣΦΟΡΑΝ βοηθοῦσαν, καὶ καθάπερ οἱ Ανθρωποι, ΚΛΑ-
ΔΟΥΣ ΕΛΑΙΩΝ ἐκτείνοντες, ἐπισείουσι τοῖς ΒΑΣΙΛΕΥΣΙ, διὰ τοῦ φυτοῦ, ἔλεόν
αὐτοὺς καὶ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑΣ ἀναμιμνήσκοντες, οὕτω δὴ καὶ οἱ ΑΓΓΕΛΟΙ τότε,
ἀντὶ κλάδων ἐλαιῶν, ΑΥΤΟ ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟ ΔΕΣΠΟΤΙΚΟΝ προτεινόμενοι,
ΤΟΝ ΔΕΣΠΟΤΗΝ παρακαλοῦσιν, ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. QVINTO,
tandem AC VLTIMO, Oratione De Sancto Philogonio: REGEM «
enim excepturus es PER COMMVNIONEM: cùm autem REX in- «
greditur animam, oportet magnam esse Tranquillitatem, multum- «
que Silentium, profundam cogitationum Quietem: ΒΑΣΙΛΕΑ γὰρ «
ὑποδέχεσθαι μέλλεις ΔΙΑ ΤΗΣ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ δὲ ἐπιβαίνοντος τῇ
ψυχῇ, πολλὴν εἶναι δεῖ τὴν Γαλήνην, πολλὴν τὴν Ησυχίαν, βαθεῖαν τῶν λογι-
σμῶν τὴν Εἰρήνην. Quam certè Chrysostomus noster similitudinem
Hierosolymitano Cyrillo acceptam referre debuit. Præluxerat e-
nim Catechesi Mystagogica quinta; his verbis: Accedens ergo «

» (supple, ad Communionem) non expansis manuum volis accede,
» neque cum disiunctis digitis, sed vbi & Dexteræ tuæ, vt pote REGEM recepturæ, Sinistram THRONVM feceris, & palmam incuruaris, recipe CORPVS CHRISTI, dicens, AMEN: Προσιὼν οὖν, μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν χειρῶν καρποῖς προσέρχου, μηδὲ διῃρημένοις τοῖς δακτύλοις· ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν ΘΡΟΝΟΝ ποιήσας τῇ δεξιᾷ, ὡς μελλούσῃ ΒΑΣΙΛΕΑ ὑποδέχεσθαι, καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ἐπιλέγων τὸ, Ἀμήν.
At Ierosolymitanus Cyrillus hauserat ex Clemente Alexandrino; qui tertio libro Pædagogi, Eucharistiam; REGNVM, summo Regum iure ac dignitate, his verbis vocat, dum, de Osculo Sancto, capite decimo agit. REGNO DIGNE GVSTATO, ore modesto & mysticè clau-
» so, beneuolentiam animi ostendamus, per quod maximè se exserit
» mansuetudo morum: ΑΠΟΓΕΥΟΜΕΝΗΣ ΑΞΙΩΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ, πολιτευώμεθα τὴν ψυχῆς τὴν εὔνοιαν, διὰ στόματος σώφρονος, καὶ μεμυκότος, δι' οὗ μάλιστα διαφαίνεται τρόπος ἥμερος. Alexandrinus autem Clemens, Apostolicum illum Clementem legerat, qui quinquagesimo septimo se-
» cundi libri Constitutionum, scripserat: Posthæc fiat SACRIFICIVM,
» μετὰ δὲ ταῦτα γινέσθω ἡ ΘΥΣΙΑ. Ac non multò post: Vbi verò FACTA
» OBLATIO FVERIT, vnusquisque Ordo, tanquam ad REGIS acce-
» dendo CORPVS, per se ac separatim cum timore ac tremore DOMI-
» NICVM CORPVS, Preciosumque Sanguinem participet: Καὶ ὅταν ΑΝΕΝΕΧΘΗ, μεταλαμβανέτω ἑκάστη Τάξις, καθ' ἑαυτὴν, τοῦ ΚΥΡΙΑΚΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ, καὶ τοῦ Τιμίου Αἵματος, ἐν τάξει μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, ὡς ΒΑΣΙΛΕΩΣ προσερχόμενοι ΣΩΜΑΤΙ. Necnon & octaui libri capite duode-
» cimo: Vt nos in Christi tui, totius Naturæ tam Sensibilis quàm In-
» tellectualis Dei, REGIS nostri, REGNO congreges, Ὅπως ἡμᾶς ἐπισυναγάγῃς ἐν τῇ ΒΑΣΙΛΕΙΑ τοῦ Χριστοῦ σου, τοῦ θεοῦ πάσης Αἰσθητῆς καὶ Νοητῆς Φύσεως, τοῦ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΜΩΝ. Immo & huius Theologicæ similitudinis origo prorsus Liturgica est. Ac, vt de Liturgia Basilij taceam, quâ REX REGVM, (quod propriè est Græcè, REX REGNANTIVM) & Dominus Dominantium Fidelibus, id est, in gratiam Fidelium, mysticè sanctéque immolandus procedit, diciturque, dum Chorus in Sabbatho Sancto psallit: Ὁ γὰρ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΩΝ, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, προέρχεται ΣΦΑΓΙΑΣΘΗΝΑΙ τοῖς Πιστοῖς; ipsius Li-
» turgiæ Chrysostomi mystica verba sunt: Et accedit DIACONVS, di-
» cens; Ecce accedo ad IMMORTALEM REGEM: Καὶ ὁ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἔρχεται, λέγων ἰδοὺ προσέρχομαι ΤΩ ΑΘΑΝΑΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ. Quare in Expositione Liturgica Sanctus ille Constantinopolitanus Patriarcha
» Germanus habet: Cum Timore Dei, & Fide, ac Charitate, accedite
» ad Christum Deum & REGEM nostrum; Μετὰ φόβου θεοῦ, καὶ πίστεως, καὶ ἀγάπης, προσέλθετε Χριστῷ τῷ θεῷ, καὶ ΒΑΣΙΛΕΙ ἡμῶν. Hinc sacro Aquinatis ore, in sacra Liturgia Corporis Christi, Ecclesia canit:

In hac Mensa NOVI REGIS
Nouum Pascha Nouæ Legis
Phase Vetus terminat.

Vnde & quidam metricè dixerunt (inquit idem Sanctus Aqui-

nas, Tertiæ Partis Quæstione octuagesima prima)

REX sedet IN COENA, Turba cinctus Duodena: «
Se tenet in manibus; se cibat ipse CIBVS. «

Atque hæc de Egregio Regioque Diuinæ Eucharistiæ Apparatu, REX IACOBE, vt quæ dicenda sunt, tanquam ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΔΩΡΟΝ, animo Regio, id est, & humili & excelso simul, accipias; Christum in Sacramento, ceu Regem Cœlestem in Terreno Throno, ac veluti IN QVODAM POSITO IN TERRIS COELO, ἀλλ' ὥσπερ ἔν τινι ἐπὶ γῆς « οὐρανῷ, (vt vetus Theodosij & Valentiniani Impp. EDICTVM REGIVM, DE HIS QVI AD ECCLESIAM CONFVGIVNT: ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ « ΝΟΜΟΣ Περὶ τῶν προσφευγόντων ἐν Ἐκκλησίᾳ, quod in fine Actorum Ephesinorum exstat, docet) venerêre, & quæ sequentur quasi gustes ac memoriæ mandes.

CAP. XXXVIII.

INTELLIGIS, REX IACOBE, iam profectò intelligis, cur in Regis Christi Sacrificio Opereque apud omnium Regem Patrem Regio, Obsecrationes, Orationes, Postulationes, Gratiarum Actiones, quæ fiunt singulariter ac maximè PRO REGIBVS, & fieri deceat, & ab Ecclesia Catholica fiant: id est, vno verbo, cur Ambrosius libro quarto De Sacramentis, capite quarto, dicat: Reliqua omnia quæ dicuntur, LAVDEM Deo de- « ferunt; ORATIONE petitur pro Populo, PRO REGIBVS, pro cæ- « teris: vbi venitur vt CONFICIATVR VENERABILE SACRAMENTVM, « iá non suis sermonibus SACERDOS; sed vtitur SERMONIBVS CHRISTI, « ergo SERMO CHRISTI, HOC CONFICIT SACRAMENTVM. Scilicet in- « dicare voluit Ambrosius, his Sacrificalibus Mysticisque atque Arcanis Verbis, HOC EST CORPVS MEVM, Eucharistiæ Sacramentū, tanquam SACRAMENTVM REGIS, Regia Christi, non Sacerdotis, omnipotentia confici; Sacrificiumque illud PRO REGIBVS nominatim fieri, quorum salus, salus populi est, quorum majestas Diuinæ majestatis radius atque imago est: vt Reges saltem intelligant carendo, ad quantum suum bonum fracta Hæresi, quæ Regibus intestina est, redire debeant in Ecclesia fruendo. Vt igitur Angelus ille, Tobiæ dux, SACRAMENTVM REGIS (quod proculdubio ad Sacra- « Tob.12.v.7. menti Eucharistiæ significationem in mysterio est) abscondere « bonum dixit; OPERA autem DEI Reuelare & Confiteri honori- « ficum: sic nunc abscondamus, silentioque reuereamur, tanquam Secretum atque Arcanum Sempiterni Regis, Diuinam illam rem; Fidem autem, quæ opus Dei est, quod operatus est in nobis à Tem- Ps.43.v.2. plo sancto suo, quod est in Ierusalem, & REVELEMVS ET CONFITEAMVR; vt & in Fide Sacramentum, & de Sacramento retineatur Fides.

CAP. XXXIX.

REVELAT ET CONFITETVR Christianus Orbis, id est, (vt libri primi De Baptismo, capite decimo octauo loquitur Augustinus) CATHOLICVS ORBIS, Magna & Sancta Synodus Nicæna, ad quam, tanquam ad inuiolabilem Legem ac Tribunal Athanasius, vbicumque cum Ario, cum Asterio, cum Eusebio pugnat, constantissimè prouocat. quam Hilarius in Libellis Constantio exhibitis, libroque De Synodis, Constan-

tio paternæ Fidei desertori exprobrat, & reliquarum Synodorum quasi Lydium lapidem ac normam esse contendit: quam perinde atque Ecclesiæ fluctuantis Anchoram, in Panariis & Anchorato prædicat Epiphanius: ad quam, non aliter quàm ad arcem & propugnaculum Fidei, Gratianum Augustum, à quo in bellum profecturo de Fide fuerat interrogatus, deducit, libris De Fide ad Gratianum, Ambrosius. Quid attinet vniuersos ac singulos recensere qui Nicænum Concilium, quasi è Cœlo editum oraculum, venerati sunt? Ipsæ Oecumenicæ Synodi quidquid acturæ, quidquid disputaturæ essent, principiò Nicænæ se Fidei inhærere velle vestigiis, professæ sunt vniuersæ; vt magni quidam lapides videantur Nicæno superextructi fundamento. Iam verò huius augustissimæ Synodi doctrinam Deus quot insignium Doctorum disputationibus, quot cœlestibus miraculorum prodigiis, quot sanctissimorum virorum tolerantia ac martyriis illustrauit? Gothorum Reges in Italia & Hispania, VVandalorum in Africa, Constantius & Valens Romanorum Imperatores, toto terrarum orbe Prætores, Milites, Exercitus, Synodos adhuc Prouinciarum, Ariminensem etiam ac Seleuciensem, ex numerosissimo Episcoporum grege conuentum, aduersùs Nicænos Canones instruxerant. Quæ tamen omnia fuerunt illis non tam hostiles ad exitium machinæ, quàm ad immortalem gloriam trophæa victoriæ; Deo per hæc testificante, solidissimâ petrâ nixam ac fundatam fuisse Nicænam Fidem, quam tanta fluminum, ventorum, procellarum vis labefactare non potuit. Quare Leo Magnus ad Anatolium, Constantinopolitanum Episcopum, scri-
» bit, Epistolâ scilicet quinquagesimâ tertiâ: SANCTI illi &
» VENERABILES Patres, qui in Vrbe Nicæna, Sacrilego
» Ario cum sua impietate damnato, MANSVRAS VSQVE
» IN FINEM MVNDI LEGES ECCLESIASTICO-
» RVM CANONVM condiderunt; & apud nos, & in
» Toto Orbe Terrarum, IN SVIS CONSTITVTIO-
» NIBVS VIVVNT; & si quid vsquam aliter quàm illi
» statuerunt, præsumitur, SINE CVNCTATIONE
» CASSATVR; vt quæ AD PERPETVAM VTI-
» LITATEM generaliter instituta sunt, NVLLA COM-
» MVTATIONE VARIENTVR. Et Epistola ad Pul-
» cheriam, id est, quinquagesimâ quintâ: Quoniam contra
» statuta PATERNORVM CANONVM (Sanctus scilicet Leo Nicænos Canones PATERNOS CANONES
» vocat) quæ ante longissimæ ætatis annos in Vrbe Nicæna SPI-
» RITVALIBVS SVNT FVNDATA DECRE-
» TIS, nihil cuique addere conceditur; ita vt si quis diuersum
» aliquid decernere velit, SE POTIVS MINVAT, quàm
» illa corrumpat: quæ si (vt oportet) A CVNCTIS PONTI-
» FICIBVS intemerata seruentur, per vniuersas Ecclesias

TRAN-

TRANQVILLA erit PAX, & FIRMA CONCORDIA; nullæ de Mensuris harum DISSENSIONES; nullæ de Ordinationibus LITES; nullæ DE PRIVILEGIIS AMBIGVITATES; nulla erunt de aliena Vsurpatione CERTAMINA; Sed ea quæ IVRE CHARITATIS rationabilis est, & MORVM & OFFICIORVM seruabitur VNANIMITAS. Hactenus de Synodo Nicæna. quæ quidem non necessitate officij, sed honoris causâ, dicta sunto. Nunc ad Nicænam DE VERITATE EVCHARISTIÆ Fidem necesse est veniamus: Nicænam, inquam, Fidem, quam Philetus, Amazonis Cariæ Episcopus, CÆLESTEM AC GLORIOSAM FIDEM, τὴν Οὐράνιον καὶ Ἔνδοξον Πίστιν · Phanias, Harpasorum Ciuitatis Cariæ Episcopus, SVPERCÆLESTEM, τὴν Ἐπουράνιον, in Ephesino Concilio Actione prima vocat. PRINCIPIO igitur sic REVELAT ET CONFITETVR Sancta & OEcumenica Nicæna Synodus, Canone decimo octauo, aut, vt Secundæ Editioni placuit, decimo quarto: PERVENIT AD SANCTVM MAGNVMQVE CONCILIVM, Ἦλθεν εἰς τὴν Ἁγίαν καὶ Μεγάλην Σύνοδον, QVOD IN QVIBVSDAM LOCIS ET CIVITATIBVS, PRESBYTERIS GRATIAM SACRÆ COMMVNIONIS: (Secunda Editio, SACRAMENTA) DIACONI PORRIGANT: Ὅτι ἔν τισι τόποις, καὶ πόλεσι, τοῖς ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙΣ ΤΗΝ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΝ ΟΙ ΔΙΑΚΟΝΟΙ ΔΙΔΟΑΣΙ. QVOD NEC REGVLA, NEC CONSVETVDO TRADIDIT, VT AB HIS QVI POTESTATEM NON HABENT OFFERENDI, ILLI QVI OFFERVNT, CHRISTI CORPVS ACCIPIANT: Ὅπερ οὔτε Ο ΚΑΝΩΝ, οὔτε Η ΣΥΝΗΘΕΙΑ ΠΑΡΕΔΩΚΕ, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας ΠΡΟΣΦΕΡΕΙΝ, ΤΟΥΤΟΥΣ ΤΟΙΣ ΠΡΟΣΦΕΡΟΥΣΙ ΔΙΔΟΝΑΙ ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. NECNON ET ILLVD INNOTVIT, QVOD QVIDEM DIACONI ANTE EPISCOPOS SACRA OBLATA (aliàs, EVCHARISTIAM) CONTINGANT. (aut, vt Secunda Editio Cānonum Concilij Nicæni fert, SACRAMENTA SVMANT:) Κἀκεῖνο δὲ ἐγνωρίσθη, ὅτι ἤδη τινὲς τῶν Διακόνων, καὶ πρὸ τῶν ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, τῆς ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΣ ἅπτονται. HÆC IGITVR OMNIA RESECENTVR; ET IN SVA DIACONI MENSVRA PERMANEANT, SCIENTES, QVOD EPISCOPORVM QVIDEM MINISTRI SVNT, INFERIORES autem PRESBYTERIS HABENTVR, (id est, SVNT, vt in Secunda Editione legitur:) Ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα περιῃρήσθω· καὶ ἐμμενέτωσαν οἱ Διάκονοι τοῖς ἰδίοις μέτροις, εἰδότες, ΟΤΙ ΤΟΥ ΜΕΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΥΠΗΡΕΤΑΙ ΕΙΣΙ, ΤΩΝ ΔΕ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝ ΕΛΑΤΤΟΥΣ ΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙ. PER ORDINEM ERGO POST PRESBYTEROS, GRATIAM SACRÆ COMMVNIONIS (aut, iuxta Editionem Secundam, SACRAM COMMVNIONEM) ACCIPIANT; AVT EPISCOPO EIS, AVT PRESBYTERO PORRIGENTE: Λαμβανέτωσαν δὲ, κατὰ τάξιν, ΤΗΝ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΝ, μετὰ τοὺς ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ. (nomen non ætatis sed dignitatis vides) ἢ τοῦ Ἐπισκόπου διδόντος αὐτοῖς, ἢ τοῦ Πρεσβυτέρου. (Addit Secunda Editio, quod in Græco deest: QVOD SI NON FVERIT IN PRÆSENTI VEL EPISCOPVS VEL PRESBYTER, TVNC IPSI PROFERANT ET EDANT.)

» SED NEC SEDERE IN MEDIO PRESBYTERORVM DIA-
» CONIS LICEAT; QVIA SI HOC FIAT, PRÆTER ORDI-
» NEM ET REGVLAM PROBATVR EXSISTERE: Ἀλλὰ μήτε καθῆσθαι ἐν μέσῳ τῶν Πρεσβυτέρων ἐξέστω τοῖς Διακόνοις. ΠΑΡΑ ΚΑΝΟ-
» ΝΑ γὰρ, καὶ ΠΑΡΑ ΤΑΞΙΝ, ἐστὶ τὸ γινόμενον. SI QVIS AV-
» TEM, ETIAM POST HAS DEFINITIONES, OBEDIRE NOLVERIT,
» A MINISTERIO CESSARE DEBEBIT: Εἰ δέ τις μὴ θέλοι πειθαρχεῖν, καὶ μετὰ τοὺς ὅρους, πεπαύσθω τῆς Διακονίας. Hæc DOCTRINA ECCLESIÆ, hæc Nicæna Fides, hic ECCLESIASTICVS CANON, hæc Patrum REGVLA. Tunc enim, vt tute ſcis, REX IACOBE, primum Eccleſia de SCHISMATE ac HÆRESI triumphauit, cùm infinitas propemodum de illis victorias retroactis iam
» ſeculis antea reportaſſet. Trecenti, (inquit Ad Gratianum Au-
» guſtum Ambroſius, Præfatione Librorum De Fide) Decem & Octo Sacerdotes, (id eſt, SACERDOTES MAGNI, ſiue EPISCOPI, vt Su-
» periore Libro in Gregorio notatum eſt,) tanquam Abrahæ electi
» iudicio, conſona Fidei virtute, victores, velut TROPHÆVM
» Toto Orbe ſubactis perfidis, extulerunt: VT MIHI VIDEATVR
» HOC ESSE DIVINVM, QVOD EODEM NVMERO IN CONCILIIS
» FIDEI HABEMVS ORACVLVM, QVO IN HISTORIA PIETATIS
» EXEMPLVM. Quod quidem Simile, tanquam Propheticum, quotuſquiſque eſt Patrum qui non ſuo modo celebrarit? Et certè vtrumque Chriſti & Abrahæ factum ita quadrat, aptéque inter ſe
Geneſ. 14. v. 14. conuenit, vt non aliam ob cauſam Abrahamum, facto agmine, vnà cum trecentis decem & octo militibus vernaculis, Tyrannos quinque legi ſolitum debellaſſe videatur; quàm vt intelligeretur Chri-
Gal 6. v. 10. ſtus CREDENTIVM PATER, totidem FIDEI DOMESTICIS Epiſcopis, quaſi commilitonibus, QVINQVE HÆRESES, ex quibus cæteræ manarunt, (id eſt, PAGANOS, IVDÆOS, MANICHÆOS, SABELLIANOS, qui & PATRIPASSIANI dicti ſunt, quoniam QVI PATER, IPSE EST FILIVS, ac proinde PATREM PASSVM dicebant; atque ARIANOS) facta Synodo, factoque impetu, vno Nicæno gladio, quamuis non vno tempore, profligaſſe: aduersùs quas, velut quemdam triumphalem cantum, luculentiſſimam illam (ex cuius quinto capite multa Beda in primum caput Epiſtolæ ad Romanos citat) DE QVINQVE HÆRESIBVS, SIVE CONTRA QVINQVE HOSTIVM GENERA, Orationem poſtea Auguſtinus compoſuit. Itaque pede quo cœpimus, in Fide Nicæna inſiſtamus. IAM ergo intelliges, REX IACOBE, qua mente quove ſenſu decernat quintus Nicænus Canon, cùm de Bi-
» nis Prouincialibus Conciliis quotannis celebrandis agit: CONCI-
» LIA VERO CELEBRENTVR, VNVM QVIDEM ANTE QVADRAGESI-
» MAM PASCHÆ; VT OMNI DISSENSIONE SVBLATA, MVNVS OFFE-
» RATVR DEO PVRISSIMVM. (Secunda Editio paulo aliter legit, nem-
» pe, MVNDVM ET SOLEMNE DEO MVNVS POSSIT OFFERRI; propiùs
Malach. 1. v. 11. » alludens ad Prophetica DE EVCHARISTIA Malachiæ dicta:) SECVN-
» DVM VERO CIRCA TEMPVS AVTVMNI; Αἱ δὲ Συνόδοι γινέσθωσαν, Μία μὲν πρὸ τῆς ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ, ἵνα πάσης ΜΙΚΡΟΨΥΧΙΑΣ ἀναιρουμένης,

ΤΟ ΔΩΡΟΝ ΚΑΘΑΡΟΝ ΠΡΟΣΦΕΡΗΤΑΙ ΤΩ ΘΕΩ· δεύτερα δὲ, περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν. Pro DISSENSIONE autem Μικροψυχίας, Concilium posuit, quæ non DISSENSIO propriè, sed PVSILLANIMITAS est; Quoniam parui angustique ac deiecti animi, omniaque (quod, vt ipse agnouit Aristoteles, Pusillanimorum est) magna esse existimantis, Odium ac Simultas; in iis maximè qui Philosophiæ Christianæ Magistri, omnia infra nos esse, de vnoque Cælo certandum esse, vobis, me auctore, prodiderunt. Porrò Seditionum ac Schismatum Hæresiumque semina sunt frequentes Pastorum Discordiæ, à quibus Gregis Vnitas corrumpi, Ecclesiaque scindi incipit; quo nihil Christiana Magnanimitate indignius cogitari potest. Ac præterea qui inflatur aduersùs alium, quique se contra Fratrem 1.Cor.4. v.6.
exaltat, continuò humilietur atque deiiciatur necesse est, exturbante non modò animam, sed & auctoritatem deprimente Peccato. iuxta illud: Qui facit Peccatum, SERVVS est Peccati. Si Seruus, « Rom.6.
ergo non Dominus. At cuius Dominus erit, qui eius quod nihil v.17.
est, Seruus est? Hinc quandoque sic per Epistolam PRÆDICAVI; Nunquid PECCATVM FECI, meipsum HVMILIANS, VT VOS EXAL- « 2 Cor.11.
TEMINI? Ipsum denique PASCHALE MVNVS cum vniuerso Dei « v.7.
populo, non alia quàm RECONCILIATIONIS Lege, AD ALTARE OFFERENDVM, hoc à Christianis flagitat, vt ante QVADRAGESIMAM, è medio OMNIS tollatur DISSENSIONIS PVSILLANIMITAS; VT PVBLICÆ (veluti loquitur in Hilario Vetus Theologica Gallicana Schola) CONSCIENTIÆ Puritas, Muneris Publici ac Sacrificij Solemnis Puritatem atque Vnitatem & testetur & faciat. Deo enim Mundum Sacrificium negat, qui Fratri suo Reconciliationem denegat. Quamquam non tam de mitigando odio quàm de contentione sedanda, componendaque litium potiùs quam discordiarum Pace reducendaque Christianitatis primæ VNANIMITATE, quæ nullum ius quàm publicum nouerat, cedentesque de iure suo Episcopos ἐπιεικεῖς per me Apostolicè statuerat, eo loci sermo fit, vt remo- 1. Tim.3.v.3.
to strepitu, nemo quæ sua sunt, quærat, sed quæ Iesu Christi. Quid Phil.2. v. 20.
TERTIO loco vndecimus Canon? quo quidem præceptum est De Lapsis, Vti Pœnitentes DVOBVS ANNIS, SINE OBLATIONE, POPVLO «
IN ORATIONE COMMVNICENT: δύο δὲ ἔτη ΧΩΡΙΣ ΠΡΟΣΦΟΡΑΣ ΚΟΙ- «
ΝΩΝΗΣΟΥΣΙ τῷ λαῷ, τῶν προσευχῶν. In Secunda autem Editione est: SI TAMEN FIDELES SVNT, (id est Baptizati, non Catechumeni) SE- «
PTEM ANNIS ALIIS INTER POENITENTES SINT: DVOBVS AVTEM «
ANNIS IIDEM SINE OBLATIONE IN ORATIONE SOLA PARTICI- «
PENT POPVLO. Quid QVARTO tandem Canon decimus tertius? «
Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων, Ο ΠΑΛΑΙΟΣ ΚΑΙ ΚΑΝΩΝΙΚΟΣ ΝΟΜΟΣ φυλαχθήσεται καὶ νῦν· ὥστε, εἴ τις ἐξοδεύοι, ΤΟΥ ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΥ ΚΑΙ ΑΝΑΓΚΑΙΟΤΑΤΟΥ ΕΦΟΔΙΟΥ, μὴ ἀποστερεῖσθαι. εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς, καὶ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ πάλιν τυχὼν, καὶ ΠΡΟΣΦΟΡΑΣ μεταλαβὼν, πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετασθῇ, μετὰ τῶν ΚΟΙΝΩΝΟΥΝΤΩΝ ΤΗΣ ΕΥΧΗΣ ΜΟΝΗΣ ἔστω. καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν ἐξοδεύοντος αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΣ, Ο ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ μετὰ

» δοκιμασίας ἐπιδότω, (aliàs, μεταδιδότω ΤΗΣ ΠΡΟΣΦΟΡΑΣ.) DE IIS QVI
» AD EXITVM VENIVNT, ETIAM NVNC LEX ANTIQVA REGVLA-
» RISQVE (Græcè CANONICA plus aliquid ſonat) SERVABITVR;
» ITA VT SI QVIS EGREDITVR E CORPORE, VLTIMO ET NECES-
» SARIO, (Græcè ἀναγκαιοτάτου, OMNINO NECESSARIO,) VIATICO
» MINIME PRIVETVR. QVOD SI DESPERATVS ET CONSECVTVS
» COMMVNIONEM, OBLATIONISQVE PARTICEPS FACTVS, ITERVM
» CONVALVERIT; SIT INTER EOS QVI COMMVNIONEM ORATIO-
» NIS TANTVMMODO CONSEQVVNTVR. GENERALITER AVTEM
» OMNI CVILIBET IN EXITV POSITO, ET POSCENTI SIBI COM-
» MVNIONIS (aliàs, EVCHARISTIÆ) GRATIAM TRIBVI, EPISCOPVS
» PROBABILITER (aliàs, POSTQVAM PROBAVERIT) EX OBLATIONE
» DARE DEBEBIT. Hunc porrò Canonem ſic paulo aliter extulit
» Secunda Editio: DE HIS VERO QVI RECEDVNT EX CORPORE,
» ANTIQVÆ LEGIS REGVLA OBSERVABITVR, ETIAM NVNC, ITA
» VT SI FORTE QVIS RECEDIT EX CORPORE, NECESSARIO VITÆ
» SVÆ VIATICO NON DEFRAVDETVR. QVOD SI DESPERATVS
» ALIQVIS, RECEPTA COMMVNIONE, SVPERVIXERIT, SIT INTER
» EOS QVI IN SOLA ORATIONE COMMVNICANT. DE OMNIBVS
» TAMEN IIS QVI A CORPORE RECEDVNT, IN TRADENDO EIS
» COMMVNIONEM, CVRA ET PROBATIO SIT EPISCOPO. Atque
hæc multa paucis DE VERITATE EVCHARISTIÆ Nicæni illi Patres
2.Cor.3.v.3. poſterorum memoriæ, non ATRAMENTO, (vt ſemper mei meminerim, ac meis interdum verbis loquar,) SED SPIRITV, οὐ Μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι, ac ſuo ſanguine, conſignarunt. Vt enim litteris conſignamus quæ monumentis mandare volumus: ſic filij in Patrum decretis res tanquam inſculptas habent. Atque illi viri Nicæni, omnium quorquot ſunt, fuerunt, erunt, ſanctiſſimi ac ſapientiſſimi, (digniſſimi certè DEIFERORVM, Θεοφόρων, nomine, quo eos, Seſſione quinta, in Nicæni Symboli titulo, Concilium Generale Florentinum appellauit) id in Spiritu ſic præſtiterunt, vt apud Socratem primo libro ſcribat ad Alexandrino-
» rum Eccleſiam Conſtantinus: NAM QVOD TRECENTIS
» EPISCOPIS VISVM EST, NON EST ALIVD PVTANDVM,
» QVAM DEI SENTENTIA; PRÆSERTIM CVM IN TALIVM
» ET TAM PRÆCLARORVM VIRORVM MENTIBVS SACER INSIDE-
» RET SPIRITVS, QVI ILLIS DIVINAM VOLVNTATEM DECLARA-
» RIT: Ο γὰρ τοῖς τριακοσίοις ἤρεσεν Επισκόποις, οὐδέν ἐστιν ἕτερον, ἢ ἡ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΓΝΩΜΗ, μάλιστά γε, ὅπου ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΠΝΕΥΜΑ, Τοιούτων καὶ Τηλικούτων ἀνδρῶν ταῖς διανοίαις ἐγκείμενον, ΤΗΝ ΘΕΙΑΝ ΒΟΥΛΗΣΙΝ ΕΞΕΦΩΤΙΣΕ. Horum autem ſupra iam mentionem fecerat, tanquam ἐπὶ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ ΤΕ, (CASTIMONIA ac MODESTIA) καὶ ΑΓΧΙΝΟΙΑ, (& SOLERTIA PRVDENTIAQVE) ΘΑΥΜΑΖΟΜΕΝΩΝ, (PLANE ADMIRANDORVM;) adeo vt Marius Victorinus, libro primo aduersùs Arium, ac Theodoretus Hiſtoriæ ſuæ libro quoque primo, verè dixerint, in hac Synodo Dei

Miniſtros, Totius Orbis Lumina, Martyrumque Multitudinem,
in vnum conuentum collecta eſſe. Hoc Eccleſiæ naſcentis Lac,
immo ex Perſecutione ac Martyrio renaſcentis tanquam Pacis
prima vox, Sanguine meliùs loquentis quam Abel. Hinc, ore qua- Hebr.12.
ſi publico, Conſtantinum duo ibidem addere: Quocirca eam, in- « v.24.
quir, quam Omnipotens Pater nobis tradidit, DOCTRINAM, «
amplexemur. AD FRATRES NOSTROS CHARISSIMOS, «
à quibus NEQVAM ET IMPVDENS DIABOLI MINISTER «
VOS SEGREGAVIT, redeamus; AD COMMVNE CORPVS «
ECCLESIÆ ET INGENVA NOSTRA MEMBRA, TOTO «
PECTORE OMNIQVE STVDIO REVERTAMVR: Ἀνα- «
δεξώμεθα τοιγαροῦν, ἣν ὁ Παντοκράτωρ παρέσχε γνώμην· ἐπανέλθωμεν
ἐπὶ τοὺς ἀγαπητοὺς ἡμῶν ἀδελφούς, ὧν ὑμᾶς τοῦ Διαβόλου ἀναιδής τις ὑπηρέ-
της ἐχώρισεν· ἐπὶ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΣΩΜΑ, καὶ ΤΑ ΓΝΗΣΙΑ Η-
ΜΩΝ ΜΕΛΗ, σπουδῇ πάσῃ ἴωμεν. Hoc Primum; Alterum illud
eſt: Quapropter nemo veſtrum hæſitet, nemo moram interpo- «
nat; SED OMNES LVBENTIBVS ANIMIS AD VIAM VE- «
RITATIS REDITE; vt ſimulatque ad vos aduentauero, debi- «
tas gratias OMNIVIDENTI DEO vna vobiſcum agam, quòd «
non modò FIDEM ſinceram nobis patefecerit; verùm etiam «
CHARITATEM, quæ omnibus optanda erat, benignè largi- «
tus ſit: Διὸ μηδεὶς ἀμφιβαλλέτω, μηδεὶς ὑπερτιθέσθω, ΑΛΛΑ ΠΡΟ- «
ΘΥΜΩΣ ΠΑΝΤΕΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΛΗΘΕΣΤΑΤΗΝ ΟΔΟΝ ΕΠΑΝΙΤΕ·
ἵν' ἐπειδὰν ὅσον οὐδέπω πρὸς ὑμᾶς ἀφίκωμαι, τὰς ὀφειλομένας τῷ ΠΑΝ-
ΤΕΦΟΡΩ ΘΕΩ, μεθ' ὑμῶν ὁμολογήσω χάριτας· ὅτι τὴν εἰλικρινῆ πί-
στιν ἐπιδείξας, τὴν ΕΥΚΤΑΙΑΝ ἡμῖν ΑΓΑΠΗΝ ἀποδέδωκεν. Hæc
Conſtantinus, hæc Nicæna Synodus. Nicænæ verò Synodi Appen-
dix, Generale Concilium Sardicæ, (quæ nobilis Thraciæ Ci-
uitas, Illyrii & Myſiæ confinis, hodie vulgò TRIADIZA di-
citur) vndecimo, vt notat Socrates, poſt Conſtantini obitum
anno, in cauſa Athanaſij habitum, Canonum viginti, quos ad
Nicænorum numerum condidit, primo nobis QVINTAM hanc NI-
CÆNAM OBSERVATIONEM ingerit, dum de Euchariſtia ſic ſta-
tuit: ΟΣΙΟΣ ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης, εἶπεν· οὐ τοσοῦτον Η ΦΑΥΛΗ ΣΥΝ-
ΗΘΕΙΑ, ὅσον Η ΒΛΑΒΕΡΩΤΑΤΗ ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΔΙΑΦΘΟΡΑ, ἐξ
αὐτῶν τῶν θεμελίων ἐστὶν ἐκριζωτέα· ἵνα μηδενὶ τῶν Ἐπισκόπων ἐξῇ, ΑΠΟ ΠΟ-
ΛΕΩΣ ΜΙΚΡΑΣ ΕΙΣ ΕΤΕΡΑΝ ΠΟΛΙΝ ΜΕΘΙΣΤΑΣΘΑΙ. ἡ γὰρ τῆς αἰ-
τίας ταύτης πρόφασις, φανερά ἐστι. δι' ἣν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρεῖται. οὐδεὶς γὰρ
πώποτε εὑρεθῆναι Ἐπισκόπων δεδύνηται, ΟΣ ΑΠΟ ΜΕΙΖΟΝΟΣ ΠΟ-
ΛΕΩΣ ΕΙΣ ΕΛΑΧΙΣΤΟΤΕΡΑΝ ΠΟΛΙΝ ΕΣΠΟΥΔΑΣΕΝ
ΜΕΤΑΣΤΗΝΑΙ· ὅθεν συνέστηκε, ΔΙΑ ΠΥΡΩ ΠΛΕΟΝΕΞΙΑΣ ΤΡΟ-
ΠΩ, ὑπεκκαίεσθαι τοὺς τοιούτους, καὶ μᾶλλον ΤΗ ΑΛΑΖΟΝΕΙΑ ΔΟΥ-
ΛΕΥΕΙΝ, ὅπως ἐξουσίαν δοκοῖεν μείζονα κεκτῆσθαι· Εἰ ΠΑΣΙ τοίνυν τοῦ-
το ἀρέσκει, ὥστε τὴν τοιαύτην ΣΚΑΙΟΤΗΤΑ αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι.
ἡγοῦμαι γὰρ, ΜΗΔΕ ΛΑΙΚΩΝ ΕΧΕΙΝ ΤΟΥΣ ΤΟΙΟΥΤΟΥΣ
ΧΡΗΝΑΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ· πάντες οἱ Ἐπίσκοποι εἶπον, ΑΡΕΣΚΕΙ ΠΑΣΙΝ.

» Hosius, vrbis Cordubæ Episcopus, dixit: Non tam MALA CONSVETVDO, quàm PERNICIOSISSIMA RERVM CORRVPTELA est ex ipsis fundamentis penitus exstirpanda; NE CVI EPISCOPO LICEAT A PARVA CIVITATE IN ALIAM MIGRARE. Eius enim causæ prætextus est manifestus propter quem talia tentantur. NVLLVS ENIM EPISCOPVS ADHVC INVENIRI POTVIT, QVI A MAIORI CIVITATE IN MINOREM TRANSIRE STVDVERIT. Vnde constat eos ardenti plura habendi cupiditate succendi, & magis ARROGANTIÆ (aliàs, AMBITIONI) SERVIRE, VT VIDEANTVR MAIOREM HABERE POTESTATEM. Placet-ne hoc OMNIBVS, vt eiusmodi IMPROBITAS acerbiùs vindicetur? Existimo enim eos ne LAICORVM (vetus Latina Editio, LAICAM) quidem debere habere COMMVNIONEM. Omnes Episcopi dixerunt, PLACET OMNIBVS. Idem quasi, SEXTO NICÆNO EDICTO, CONFIRMAT & cauet Canon sequens, siue Sardicensis Secundus: Hosius Episcopus dixit: Si quis autem adeo insanus vel audax inueniatur, vt de iis videatur aliquam afferre excusationem, afferens SIBI A POPVLO ALLATAS ESSE LITTERAS; clarum est potuisse PAVCOS ALIQVOS, MERCEDE ET PRETIO CORRVPTOS, IN ECCLESIA SEDITIONEM MOVERE, vt eumdem vtrique postulent habere Episcopum: (Antiqua Versio: CVM MANIFESTVM SIT; POTVISSE PAVCOS PRÆMIO ET MERCEDE CORRVMPI, EOS QVI SINCERAM FIDEM NON HABENT, VT CLAMARENT IN ECCLESIA, ET IPSVM PETERE VIDERENTVR EPISCOPVM:) omnino ergo has FRAVDES ET ARTES puniendas esse existimo; vt nemo possit, qui est eiusmodi, ne IN FINE quidem, LAICA COMMVNIONE dignus haberi. An ergo hæc placet sententia, respondete: RESPONDERVNT: PLACENT QVÆ DICTA SVNT: ΟΣΙΟΣ Ἐπίσκοπος εἶπεν· Εἰ δέ τις τοιοῦτος εὑρίσκοιτο μανιώδης, ἢ τολμηρὸς, ὡς περὶ τῶν τοιούτων δόξαν τινὰ φέρειν παραίτησιν, διαβεβαιούμενος ἀπὸ τοῦ πλήθους ἑαυτὸν κεκομίσθαι γράμματα· δῆλόν ἐστιν, ὀλίγους τινὰς δεδυνῆσθαι, μισθῷ καὶ τιμήματι διαφθαρέντας, ΕΝ ΤΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΣΤΑΣΙΑΖΕΙΝ, ὡς δῆθεν ἀξιοῦντας τὸν αὐτὸν ἔχειν Ἐπίσκοπον. καθάπαξ οὖν τὰς ῬΑΔΙΟΥΡΓΙΑΣ τὰς τοιαύτας, καὶ τέχνας, κολαστέας εἶναι νομίζω, ὥστε μηδένα, μηδὲ ἐν τῷ τέλει, ΛΑΙΚΗΣ γοῦν ἀξιοῦσθαι ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ. εἰ πᾶσιν ἀρέσκει ἡ γνώμη αὕτη, ἀποκρίνασθε. ἀπεκρίναντο· ΤΑ ΛΕΧΘΕΝΤΑ ΗΡΕΣΕΝ. SEPTIMO, Sardicensis Concilij vndeuigesimus Canon, Laïcæ quoque Communionis, ac proinde Eucharistiæ nostræ, quæ aliam SACERDOTALEM ad Sacrificium, aliam LAICAM ad Sacramentum duntaxat (extra SANCTA SANCTORVM, siue SECRETARIVM, & Altaris Cancellos, sumendum) COMMVNIONEM facit, hunc in modum meminit:

» Hosius Episcopus dixit; MEÆ MEDIOCRITATIS hæc est sententia: Quia QVIETI & PATIENTES esse debemus, & PERENNEM in omnes habere MISERICORDIAM, eos qui semel in CLERVM ECCLESIASTICVM ab aliquibus Fratribus nostris promoti sunt, si nolint redire ad eas ad quas nominati sunt Ecclesias, deinceps non admitti; EVTYCHIANVM autem ne Episcopi quidem

libi nomen vſurpare; ſed neque MVSÆVM vt Epiſcopum exiſtimari. Si autem LAICAM COMMVNIONEM petiuerint, non oportet eis denegari. Omnes dixerunt, PLACET: ΟΣΙΟΣ Ἐπίσκοπος εἶπε· ΤΗΣ ΕΜΗΣ ΜΕΤΡΙΟΤΗΤΟΣ ἡ ἀπόφασις ἐστιν αὕτη· ἐπεὶ ΗΣΥΧΟΙ καὶ ΥΠΟΜΟΝΗΤΙΚΟΙ ὀφείλομεν εἶναι, καὶ διαρκῆ τὸν πρὸς πάντας ἔχειν οἶκτον, ἅπαξ τοὺς εἰς ΚΛΗΡΟΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΝ προαχθέντας ὑπό τινων ἀδελφῶν ἡμῶν, ἐὰν μὴ βούλοιντο ἐπανέρχεσθαι, εἰς ἃς κατωνομάσθησαν Ἐκκλησίας, τοῦ λοιποῦ μὴ ὑποδέχεσθαι· ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΝ δὲ μήτε Ἐπισκόπου ἑαυτῷ ἐκδικεῖν ὄνομα· ἀλλ' οὐδὲ ΜΟΥΣΑΙΟΝ, ὡς Ἐπίσκοπον νομίζεσθαι. Εἰ δὲ ΛΑΙΚΗΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ ἀπαιτοῖεν, μὴ χρῆναι αὐτοῖς ἀρνεῖσθαι. πάντες εἶπον, ΑΡΕΣΚΕΙ· OCTAVO, Synodica Sardicenſis Concilij ad Alexandrinam Eccleſiam, apud Athanaſium alterâ ſuâ Apologiâ exſtat, vbi hæc habentur: Καί τοι τῶν περὶ Εὐσέβιον γράψαι πλημμυρόντων, ἱστάναι ποτὲ τὸν Ἰσχύραν, καὶ ΠΡΟΣΦΕΡΕΙΝ, ὅτε ὁ Μακάριος ἐπέστη· Euſebianis contra ſcribentibus eum tum ſtetiſſe, & OBLATIONES FECISSE, ſiue SACRIFICASSE, cùm Macarius ſuperueniret. NONO, ibidem: DE CALYCE autem à Macario PRESBYTERO ATHANASII, vti ipſi aiebant, confracto, illi qui Alexandria, & Mareota, locisque contiguis, huc venêre, teſtantur nihil horum factum eſſe; & Epiſcoporum Ægyptiorum litteris ad CONSACERDOTEM, ſiue COLLEGAM ac COMMINISTRVM NOSTRVM IVLIVM, abunde confirmatum eſt, ne ſuſpicionem quidem ibi eius rei fuiſſe: Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ ΠΟΤΗΡΙΟΥ ἐθρύλλουν, ὡς κλασθέντος, παρὰ Μακαρίου τοῦ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ, ἐμαρτύρησαν μὲν οἱ παραγενόμενοι ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαρεώτου, καὶ τῶν τόπων * , ὅτι μηδὲν τούτων πέπρακται· καὶ οἱ Ἐπίσκοποι δὲ γράφοντες, οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, πρὸς Ἰούλιον τὸν ΣΥΛΛΕΙΤΟΥΡΓΟΝ ΗΜΩΝ, ἱκανῶς διεβεβαιοῦντο, μηδὲ ὑπόνοιαν ὅλως τοιαύτην ἐκεῖ γεγενῆσθαι. DECIMO ſequitur: Porrò monumenta Actorum, quæ aduersùs eos ſe habere aiunt, ſatis conſtat altera parte inaudita, confecta fuiſſe: & tamen in iſtis ipſis monumentis ETHNICI ET CATECHVMENI PRO TESTIMONIO INTERROGATI FVERE; ex quibus vnus Catechumenus diceret, INTVS FVISSE SE, cùm Macarius illuc venit; & alter diceba, cùm ex eo quæreretur, Iſchyram ab ipſis toties iactitatum, ægrotum per id temporis in Cellula decubuiſſe: vt ex eo appareat, NIHIL OMNINO MYSTERIORVM ACTVM FVISSE, EO QVOD CATECHVMENI INTVS ESSENT, & Iſchyras non adeſſet, ſed ægrotus decumberet: Ἄλλως τε, ἃ λέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν κατ' αὐτῶν, ἐκ μονομερείας συνέστησαν γεγενῆσθαι. καὶ ὅμως καὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τούτοις, ΕΘΝΙΚΟΙ ΚΑΙ ΚΑΤΗΧΟΥΜΕΝΟΙ ΗΡΩΤΩΝΤΟ. ἐξ ὧν εἷς κατηχούμενος ἐρωτώμενος, ἔφασκεν, ΕΝΔΟΝ ΕΙΝΑΙ, ὅτε ὁ Μακάριος ἐπέστη τῷ τόπῳ· καὶ ἕτερος ἐρωτώμενος, ἔλεγε, τὸν θρυλλούμενον παρ' αὐτῶν Ἰσχύραν, νοσοῦντα τότε κατακεῖσθαι ἐν Κελλίῳ. ὡς ἀπὸ τούτου φαίνεσθαι ΜΗΔ' ΟΛΩΣ ΓΕΓΕΝΗΣΘΑΙ ΤΙ ΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ, ΔΙΑ ΤΟ ΤΟΥΣ ΚΑΤΗΧΟΥΜΕΝΟΥΣ ΕΝΔΟΝ ΕΙΝΑΙ, καὶ τὸν Ἰσχύραν μὴ παρεῖναι, ἀλλὰ νοσοῦντα κατακεῖσθαι. Hæc in oculis Orbis, Sardicæ geſta ac deſcripta ſunt: quæ quoniam inter Orientale & Occidentale Imperium iuxta partitionem à Conſtantino Magno inter filios fa-

ctam, prope confinis esset, Imperatorum consilio ad Concilium
electa est. Iure igitur optimo hæc Sardicensis Synodus, quæ instar
Nicænæ ab Athanasio in ipso Apologiæ secundæ exordio MA-
GNA SYNODVS, ἡ Μεγάλη Σύνοδος, dicta est; ab Augustino, Episto-
lâ centesimâ sexagesimâ secundâ, PLENARIVM VNIVERSÆ ECCLE-
SIÆ CONCILIVM; à Sulpitio, libro secundo Historiæ Sacræ, vt ex
contextu colligere est, CONCILIVM EX TOTO ORBE CONGREGA-
TVM; à Socrate secundi libri capite decimo sexto Historiæ Eccle-
siasticæ, GENERALE CONCILIVM, Καθολικὴ Σύνοδος· iure, inquam,
» ac merito hæc in fine Concilij sanxit: VNIVERSA QVÆ CONSTI-
» TVTA SVNT, CATHOLICA ECCLESIA IN VNIVERSO ORBE DIF-
» FVSA CVSTODIAT. Voluit scilicet diuina illa

—præsaga mali mens,

vt Canone, ceu rerum Capite, constituto, Erroris ac Schismatis oc-
casio tolleretur. Testes autem ac Iudices Trecenti Septuaginta Sex
Episcopi, vt auctor est Sozomenus, ex Oriente, Occidente, Septen-
trione, omnibusque ferme Christiani Orbis Prouincijs (quarum
triginta sex nominat Athanasius) à Iulio Romano Pontifice ac-
cersiti, per hanc Veterem Antiquæ Fidei DISCIPLINAM, defuncti
Hebr. 11. » adhuc loquuntur. Quæ cùm ita se habeant, (Magni Constantini,
v.4. » de Paschate, ex Imperatorio Rescripto ad Ecclesias, verba sunt) lu-
» bentes hoc Decretum, tanquam DONVM DEI, & MANDATVM re-
» uera cœlitus demissum amplexamini. Nam QVIDQVID IN SAN-
» CTIS EPISCOPORVM SYNEDRIIS, SIVE CONCILIIS, DECERNITVR,
» ID VNIVERSVM DIVINÆ VOLVNTATI DEBET ATTRIBVI: Τού-
των οὖν οὕτως ἐχόντων, ἀσμένως δέχεσθε τὴν τοῦ Θεοῦ Χάριν, καὶ Θείαν ὡς
ἀληθῶς Ἐντολήν. ΠΑΝ γὰρ, ΕΙ ΤΙ Δ' ΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ ΤΩΝ ΕΠΙ-
ΣΚΟΠΩΝ ΣΥΝΕΔΡΙΟΙΣ ΠΡΑΤΤΗΤΑΙ, ΤΟΥΤΟ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΘΕΙΑΝ
ΒΟΥΛΗΣΙΝ ΕΧΕΙ ΤΗΝ ΑΝΑΦΟΡΑΝ. Sicque cùm Nicæni fontes de-
Prou.5.v.16. riuantur foras, iuxta Salomonis Prouerbium, etiam nunc spiritua-
liter accidit, quod temporaliter accidisse narrat Gregorius Presby-
» ter, Oratione DE NICÆNI CONCILII PATRIBVS: Cùm Patres,
» inquit, postridie essent precaturi Saluatorem vniuersorum, pro suo
» domum reditu, ET PRO EA QVÆ EOS EXCEPIT, CIVITATE, ac-
» cidit vt in eo qui dicitur Μεσόμφαλος, (id est, MEDIVS VMBILICVS)
» Ingressus Orientalis, scaturirent fontes circa medium APSIDIS,
» CIRCA QVAM constiterat SANCTORVM CHORVS; qui quidem
» IN HODIERNVM VSQVE DIEM APPARENS OSTENDIT ORATIO-
» NVM FRVCTVOSOS EFFECTVS. Nec verò prætermittendum est
præclarum illud corollarium Nicænum, Caput nempe eximium
» ac illustre prorsus à Cyziceno Gelasio restitutum, DE DIVINA
» MENSA, ET DE EO QVOD IN IPSA EST MYSTERIO CORPORIS
» ET SANGVINIS CHRISTI: Περὶ τῆς ΘΕΙΑΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ, καὶ τοῦ ἐπ'
αὐτῆς ΜΥΣΤΗΡΙΟΥ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ ΤΟΥ
ΧΡΙΣΤΟΥ. His igitur verbis, sanè aureis, & ad verbum ediscen-
» dis, conceptum est: ITERVM ETIAM HIC IN DIVINA MENSA NE

HVMILITER INTENTI SIMVS AD PROPOSITVM PANEM ET POCVLVM; SED ATTOLLENTES MENTEM, FIDE INTELLIGAMVS SITVM IN SACRA ILLA MENSA, AGNVM ILLVM DEI TOLLENTEM PECCATVM MVNDI, INCRVENTE A SACERDOTIBVS IMMOLATVM; ET PRECIOSVM IPSIVS CORPVS ET SANGVINEM VERE SVMENTES, CREDERE HÆC ESSE NOSTRÆ RESVRRECTIONIS SYMBOLA. PROPTER HOC ENIM NEQVE MVLTVM Accipimus, SED PARVM; VT SCIAMVS, QVOD NON AD SATIETATEM, SED AD SANCTIFICATIONEM, SVMIMVS: Ἐπὶ τῆς ΘΕΙΑΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ, πάλιν κἀνταῦθα, μὴ τῷ προκειμένῳ ἄρτῳ, καὶ τῷ ποτηρίῳ, ταπεινῶς προσέχωμεν, ἀλλ' ὑψώσαντες ἡμῶν τὴν διάνοιαν, πίστει νοήσωμεν ΚΕΙΣΘΑΙ ΕΠΙ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΕΚΕΙΝΗΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ, (in Mensa, non in Mente aut Fide Sumentis, vt Nouatores fingunt) ΤΟΝ ΑΜΝΟΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ΑΘΥΤΩΣ ΥΠΟ ΤΩΝ ΙΕΡΕΩΝ ΘΥΟΜΕΝΟΝ· καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα, ΑΛΗΘΩΣ ΛΑΜΒΑΝΟΝΤΑΣ ΗΜΑΣ, πιστεύειν ταῦτα εἶναι τὰ τῆς Ἡμετέρας ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΣΥΜΒΟΛΑ. διὰ τοῦτο γὰρ οὔτε πολὺ λαμβάνομεν, ἀλλ' ὀλίγον, ἵνα γνῶμεν ὅτι ΟΥΚ ΕΙΣ ΠΛΗΣΜΟΝΗΝ, ΑΛΛ' ΕΙΣ ΑΓΙΑΣΜΟΝ. REVELAT ET CONPITETVR Totus Orbis, id est, Concilium Generale SECVNDVM, siue Constantinopolitanum, Centum videlicet Quinquaginta Episcopi, Damasi ac Theodosij Magni temporibus, congregati in nomine Christi, in ea Vrbe quam, Synodica illa Oratione ad eos habita, Nazianzenus, tunc Constantinopolitanus Antistes, ORBIS OCVLVM appellat, τὸν Οἰκουμένης Ὀφθαλμὸν, ORIENTALIS ATQVE OCCIDVÆ ORÆ VELVT NODVM ET VINCVLVM, ἑῴας τε καὶ ἑσπερίου λήξεως, τὸν σύνδεσμον· AD QVAM, inquit, EXTREMI TOTIVS TERRÆ FINES CONCVRRVNT, ET A QVA VELVT A COMMVNI FIDEI EMPORIO INCIPIVNT: εἰς ἣν τὰ πανταχόθεν ἄκρα συντρέχει, καὶ ὅθεν ἄρχεται, ὡς ΕΜΠΟΡΙΟΥ ΚΟΙΝΟΥ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ· denique Μεγαλόπολιν, ac Φιλόχριστον, MAGNAM CHRISTIQVE AMANTEM CIVITATEM, vocat. Oratione ergo illa, tanquam grauissima quadam Concilij Præfatione, &, quod grauius est, Prædicatione ac Sermone, Fideique Professione ante vniuersam Dei congregatam Ecclesiam, PRIMO scriptum est: Vale CATHEDRA, Inuidiosum hoc & Periculosum Fastigium, PONTIFICVM Concilium, SACERDOTVM non minus reuerentia & maiestate, quàm ÆTATE ornatorum, & QVICVMQVE TANDEM ALII CIRCA SACROSANCTAM MENSAM DEO MINISTRATIS, ATQVE AD APPROPINQVANTEM DEVM APPROPINQVATIS: Χαῖρέ μοι, ὦ ΚΑΘΕΔΡΑ, τὸ Ἐπίφθονον Ὕψος τοῦτο καὶ Ἐπικίνδυνον, ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ Συνέδριον, ΙΕΡΕΩΝ αἰδοῖ καὶ ΧΡΟΝΩ τετιμημένων, ΟΣΟΝ ΤΕ ΑΛΛΟ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΙΕΡΑΝ ΤΡΑΠΕΖΑΝ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΚΟΝ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΕΓΓΙΖΟΝ ΘΕΩ ΤΩ ΕΓΓΙΖΟΝΤΙ. Quibus sanè verbis aptius quàm quibusuis aliis præsentia Christi in Eucharistia ac Dominica Mensa declarata est; alludentibus profectò ad illum Scripturæ locum, quem, Sancto Thoma auctore, Vniuersa Christi Ecclesia in Diuinis Officiis Festi Corporis Christi

Cap. XL.

Deut. 4. v. 7. » vsurpat : Non est alia Natio tam grandis, quæ habeat Deos suos
» appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Atque hæc in auribus Constantinopolitani Concilij, tanquam Ecclesiæ os publicum, Gregorius Theologus ea ipsa Oratione qua instauratam à se Constantinopoli Ecclesiasticam Disciplinam gloriatur in Do-
» mino his verbis : Tolle per circuitum oculos tuos, & vide, quis-
» quis es, qui Doctrinæ nostræ censuram facis. Vide textam hanc
Is 28. v. 3. » GLORIÆ CORONAM pro mercenariis Ephraïm, & CORO-
» NA CONTVMELIÆ. Vide PRESBYTERORVM CONCILIVM, Ca-
» nitie & Prudentia ornatum ; DIACONORVM MODESTIAM non
» procul ab eodem Spiritu remotorum ; LECTORVM CONCINNI-
» TATEM PLEBIS, DISCENDI STVDIVM, tam in Viris quàm
» in Feminis, VIRTVTIS HONORE PARIBVS : ac rursus Vi-
» rorum tam in PHILOSOPHIS quàm in SIMPLICIORIBVS,
» omnibus diuinarum rerum sapientia præditis ; tam in Præfectis,
» quàm in Subditis, hîc videlicet omnibus rectè subiectis ; tam in
» MILITIBVS, quàm in NOBILIBVS, ac Studiosis & Litteratis,
» OMNIBVS DEI MILITIBVS, CÆTERA QVIDEM PLACI-
» DIS ET MANSVETIS, PRO SPIRITV AVTEM BELLICOSIS ; omni-
» bus SVPERNVM SENATVM honore afficientibus, (ad quem non
» humilis & abiecta Littera, sed viuificans Spiritus aditum aperit)
» omnibus verè Doctis & Eruditis, ac VERI VERBI CVLTO-
» RIBVS : tum etiam in Feminis, tam QVÆ IN MATRIMO-
» NII IVGO, DEO MAGIS QVAM CARNI ADSTRICTÆ SVNT ;
» quàm quæ nuptiarum expertes & liberæ, DEO SVA OMNIA CON-
» SECRARVNT : ac denique tam in Iuuenibus quàm in Senibus ; quo-
» rum alteri ad Senectutem præclarè contendunt ; alteri Immortali-
» tatem PER VIM sibi comparant, vt qui per meliores Spes reno-
2. Cor. 11. v. 17. » uentur. Huius CORONÆ TEXTORIBVS (quod loquor, non SE-
» CVNDVM DOMINVM loquor, sed tamen loquar) nonnihil ipse
» quoque adiumenti adtuli : Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε, πᾶς ὁ τῶν ἡμετέρων λόγων ἐξεταστής· ἴδε τὸν ΣΤΕΦΑΝΟΝ τὸν πλακέντα τῆς ΔΟΞΗΣ, ἀντὶ τῶν μισθωτῶν Ἐφραΐμ, καὶ τοῦ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΤΗΣ ΥΒΡΕΩΣ· ἴδε ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝ ΣΥΝΕΔΡΙΟΝ, Πολιᾷ καὶ ΣΥΝΕΣΕΙ τετιμημένων· ΔΙΑΚΟΝΩΝ ΕΥΤΑΞΙΑΝ, οὐ πόῤῥω τοῦ αὐτοῦ πνεύματος. ΑΝΑΓΝΩΣΤΩΝ ΕΥΚΟΣΜΙΑΝ· ΛΑΟΥ ΦΙΛΟΜΑΘΕΙΑΝ· ἴσον ἐν Ἀνδράσιν, ὅσον ἐν Γυναιξὶ, ΤΗΝ ΑΡΕΤΗΝ ΟΜΟΤΙΜΟΙΣ. καὶ Ἀνδρῶν, ὅσον ἐν ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ, ὅσον ἐν Ἀπλουστέροις, ΠΑΣΙ ΣΟΦΟΙΣ ΤΑ ΘΕΙΑ. ὅσον ἐν Ἄρχουσιν, ὅσον ἐν Ἀρχομένοις, ἐνταῦθα πᾶσι καλῶς Ἀρχομένοις. ὅσον ἐν ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙΣ, ὅσον ἐν ΕΥΓΕΝΕΣΙΝ, ὅσον ἐν λογίοις, καὶ περὶ λόγους, ΠΑΣΙ ΘΕΟΥ ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙΣ ΗΜΕΡΟΙΣ, Τ' ΑΛΛΑ ΠΟΛΕΜΙΚΟΙΣ ΥΠΕΡ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ. πᾶσι τὴν ΤΗΝ ΑΝΩ τιμῶσι ΣΥΓΚΛΗΤΟΝ. εἰς ἣν οὐ τὸ Γράμμα εἰσάγει τὸ Πεζὸν, ἀλλὰ τὸ Ζωοποιοῦν Πνεῦμα, ἅπασι ΛΟΓΙΟΙΣ, ὡς ἀληθῶς, καὶ τοῦ ὄντος ΛΟΓΟΥ θεραπευταῖς. καὶ Γυναικῶν, ΟΣΟΝ ΥΠΟ ΖΥΓΟΝ „ΘΕΩ ΜΑΛΛΟΝ Η ΣΑΡΚΙ ΣΥΝΔΕΔΕΜΕΝΩΝ·
(hoc Nuptæ siue Coniugatæ intelligant, audiantque ac credant

ſibi dictum, Coniugati illi qui DEVOTVM FEMINEVM SEXVM à nuptiis Chriſti ad Carnis nuptias auocant, nihilque minùs in MAGNO SANCTIFICATIONIS SACRAMENTO, quàm Spiritum Coniugij Sanctificationemque ſapiunt.) Ὅσον ἄζυγον, καὶ ἐλεύθερον, ΘΕΩ ΤΟ ΠΑΝ ΚΑΘΙΕΡΩΜΕΝΟΝ, ὅσον ἐν Νέοις, ὅσον ἐν Γέρουσιν· ὧν δὲ μὲν ἐπὶ γήρως καλῶς ὁδεύει, ΤΟ ΔΕ ΒΙΑΖΕΤΑΙ ΜΕΙΝΑΙ ΑΘΑΝΑΤΟΝ, τοῖς κρείττοσι τῶν ἐλπίδων αἰσχυνούμενον. τούτου τοῦ ΣΤΕΦΑΝΟΥ, ὃ λαλῶ, οὐ κατὰ Κύριον λαλῶ, λαλήσω δὲ ὅμως, κἀγώ τι συνεισβαλλόμενον τοῖς πλέκουσι. Sed ſat ſuperque de Conſtantinopolitano Concilio, in iis quæ ferme ſola ſuperſunt, GREGORIANIS ACTIS, actum eſto: cuius præcipui Actores, Teſtes, ac Iudices, non Caluini, Lutheri, Zuinglij, VViclefi, aut quælibet è grege turbaque Nouatorum, nouorum hominum, vel ipſa temeritate, infeliciſſima ingenia; at HELLADIVS, Cæſarienſis Archiepiſcopus, Baſilij Magni Succeſſor; at PELAGIVS, Laodicenſis, quem ob Nicænam Fidem Valens in Arabiæ ſaltus relegarat; at AMPHILOCHIVS, Iconij in Lycaonia Epiſcopus, qui annos non paucos in ſolitudine tranſegerat, Baſilij & Gregorij Socius; at MARTYRIVS, Epiſcopus Marcianopolitanus; at CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS, qui multis conflictatus ærumnis ob HOMOOVSII, ſiue CONSVBSTANTIALIS, Fidem, egregias cum Arianis obierat dimicationes; at GELASIVS, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, morum ſcientiæque fama clariſſimus; at ACHOLIVS Theſſalonicenſis, qui, vt auctor eſt Socrates, Theodoſium Magnum per Baptiſmi gratiam Chriſto regenerauit. Atque vt ISIDORVM Cyrenſem; EVLOGIVM Edeſſenum, alioſque Imperiali Sanctione commendatos, prætercam; tres illi annumerandi videntur, qui præ cæteris videntur claruiſſe. Vnus fuit GREGORIVS NYSSENVS, Magni Baſilij Frater; eidemque non magis conſanguinitate, quàm eximiæ pietatis doctrinæque laude coniunctus, ac, quemadmodum iam diximus, CONSTANTINOPOLITANI SYMBOLI, vt creditur, SCRIPTOR; qui libros à ſe aduerſùs Eunomium compoſitos adtulit, eoſque Nazianzeno & Hieronymo Auditori ſuo prælegit. Alter fuit MELETIVS, Antiochenus, admirabili vir ſanctitate, quæ ſub Valentis Tyrannide, ærumnis, exilio, variis etiam Catholicorum contentionibus, crebriſque miraculis illuſtrata reſplenduit. Is eſt à quo Theodoſius, adhuc priuatus, cùm eum in ſomnis vidiſſet, Paludamento & Corona, Inſignibus Imperij, donari viſus eſt. Itaque cùm ex ſpecie, quam animo retinebat, eum in CONCILIO agnouiſſet, mirificè recreatus, honorifico Sanctiſſimi viri complexu vix expleri poſſe videbatur. Huius in funere Nyſſenus Orationem habuit, qua inſignem Confeſſorem triplici Confeſſionis gloria ſub tribus Imperatoribus celebrem, poſt obitum, pro merito illius laudauit. Tertius fuit, Sanctus Theologus videlicet noſter, NAZIANZENVS Gregorius, clariſſimum Eccleſiæ lumen; qui cùm Conſtantinopolitanam Eccleſiam Macedonio, Eudoxio, Demophilo, Arianis Epiſcopis, quorum vnus alteri ſucceſſerat, quadraginta circiter annis labefactatam, variiſque errorum

fluctibus æstuantem cerneret, Orthodoxorum Episcoporum studiis ac suffragiis incitatus ad eam regendam, ac densissimis vepribus, quæ Apostolicam Sementem pæne oppresserant, ac, vt Euangelicè loquar, suffocauerant, expurgandam accessit. Docebat tunc Gregorius in Ecclesia perexigua, ad quam postea Impp. pietatis studio accensi, amplissimum Templum, ANASTASIAM nomine, quod Græcè RESVRRECTIONEM sonat, adiecerunt; quòd eo in loco Nicæni Concilij Fides, hominum improbitate collapsa, reuixisset. Porro de Gregorio Nazianzeno, Confessione nobilissimo, præter ea quæ supra diximus, hoc memorabile est, quòd simulac Sacros Cancellos introiuit, quando Iussu Imperatoris Theodosij, in Thronum erat collocandus, adorato Numine, Sol purissimis radiis effulserit, nubemque illam quæ sic radios Solis obtegebat, vt media die noctem fermè redderet, planè deiecerit; perinde ac si Superi accensa cœlitus face, Gregorij lætum Deoque gratum ingressum significarent. Hæc Constantinopolitana Fides, atque, vt Alexander, Alexandriæ Archiepiscopus, in Epistola ad Alexandrum, de rebus circa Trinitatis mysterium cre-
» dendis, loquitur: ISTA DOCEMVS, ISTA PRÆDICAMVS, ISTA SVNT
» APOSTOLICA ECCLESIÆ DOGMATA, pro quibus mortem oppetere
» non dubitamus. nec verò moramur eos qui nos ad hæc eiuranda &
» retractanda compellere student; & licet nos tormentis cogere aggre-
» diantur, non tamen SPEM, QVÆ IN HAC FIDE EST, abiiciemus: Ταῦτα διδάσκομεν. ΤΑΥΤΑ ΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝ, ταῦτα τῆς Ἐκκλησίας τὰ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΑ δόγματα, ὑπὲρ ὧν καὶ ἀποθνήσκομεν, τῶν ἐξόμνυσθαι αὐτὰ βιαζομένων, ἧττον πεφροντικότες. εἰ καὶ διὰ βασάνων ἀναγκάζουσι, τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλπίδα μὴ ἀποστρεφόμενοι.

CAP. XLI. REVELAT ET CONFITETVR Communio Gentium, nempe Generale Concilium TERTIVM, id est, EPHESINVM (in damnatione
» enim Epistolæ Nestorij omnes Episcopi simul exclamant: TOTVS
» TERRARVM ORBIS IMPIAM NESTORII RELIGIONEM ANATHEMA-
» TIZAT, Ὅλη ἡ Οἰκουμένη, ex quo OECVMENICVM) ἀναθεματίζει τὴν ἀσεβῆ θρησκείαν αὐτοῦ. Concilium, inquam, Ephesinum, siue MEVM PAVLI, Concilium: siquidem sacram Diuini Verbi Oeconomiam diuinitus declaranti Cyrillo, definienti Cælestino, vtrique, Νέῳ Παύλῳ, NOVO PAVLO, acclamatum est; tanquam PAVLO Gentium Doctore, ac Vero Ephesini Concilij Præside, per illum PRÆDICANTE, per hunc Iudicante atque Decernente. Hæc est illa Synodus, cuius iudicium populus qui ab Ortu Solis ad Vesperã auidè exspectarat, incredibili gratulatione perfusus, collucentibus tædis ac funalibus (vt Actione prima scriptum est, in Epistola Cyrilli ad Clerum Populumque Alexandrinum) Episcopos domum deduxit, prætereuntibus tura & odores, cum TVRIBVLIS incendit, impiique hominis Nestorij condemnationem acclamatione ac plausu faustissimo celebrauit. Cuius Synodicam, (vt Rescriptum Episcoporum Constantinopoli inuentorum, ad Commonitorium Sanctæ Synodi testatur) furente Nestorio, grassante Candidiano Comite, Concilij perfido Palatino Custode, post varias tandem insidias, ad Imperatorem, arundine cuiusdam Mendici, delatam, vbi

tam, vbi cognouit Sanctus Archimandrita DALMATIVS, admirabili vir sanctitate, diuinæ vocis admonitu, Monasterium egressus, (in quo totos quadraginta octo annos, ab omni hominum consuetudine semotus, delituerat) longo Archimandritarum Monachorumque ordine, inter gratulantium Choros ac Psalmos ad Palatium contendit, vt quid in Sacrosancta Synodo decretum esset ab Imperatore perdisceret. Accurrunt etiam Anachoretæ cum Cereis & Hymnis, magnaque populi frequentia simul omnes ad Sancti MOCII Martyris Basilicam conuolant, Imperatore haud alibi sacras Concilij litteras aperturo. Quibus omnibus audientibus, Ephesiorum Patrum litteræ in Sancti MOCII Basilica, singulari omnium voluptate, conclamante Populo, ANATHEMA NESTORIO, perleguntur. Atque hinc solemnior esse cœpit Deiparæ cultus, mosque primùm inualuit, vt Lampades ac Cerei in tanti facinoris memoriam insignisque Victoriæ monimentum, passim in honorem VIRGINIS accendantur, eique cum Cereis procedere atque supplicare soleant quibus cordi est diuinum Incarnationis Mysterium: vti factitasse Patres iam plenè probatum est. Tunc enim impleta est Scriptura dicens: In tribulatione dilatasti mihi; aucto videlicet per certamina ac « Psal. 4. v. 2.
triumphum cultu. Tanta verò, licèt sera, diuini Numinis vindicta secuta est, vt ex impuro contradicentis Nestorij ore vermes erumpere, blasphemantis linguam depasci, magno aduersantium ostento, visi sint: donec ad vltima supplicia rapiendus, vel ad terram elisus, vt Euagrio placet; vel amentia absumptus, vt Theodoretus confirmat; vel, vt Nicephoro postea probatum est, specu terræ dehiscentis absorptus, funestum diem supremum obiret. Quare merito Generalia quæ deinceps Concilia habita sunt, præsertim Chalcedonense, quod ordine QVARTVM est, QVINTVMQVE, Constantinopolitanum SECVNDVM, approbationem venerationemque, qua Ephesinam Synodum prosequebantur, variis Actionibus testatissimam reliquere. Vterque autem Cyrilli AD REGINAS liber, Ephesini, vt omnes norunt, Concilij tanquam Præfatio est. Itaque illud PRIMO quasi occurrit libri primi sectione secunda, QVOD CHRISTVS EST VITA, ET VIVIFICVS, ὅτι ζωὴ καὶ ζωοποιὸς ὁ Χριστός. Vt « 1. Cor. 10.
prudentibus loquor; vos ipsi iudicate quod dico. CALYX benedictio- « v. 15.
nis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & «
PANIS quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini est? «
QVONIAM Vnus Panis & Vnum Corpus multi sumus, omnes enim «
de vno Pane & de vno Calyce participamus. Si Christi Caro, hominis «
tantum Caro fieret, quod quidem ad propriam naturam illius spectat, «
nequaquam Viuificaret. Sed neque vulgaris quoque hominis sanguis «
vllam omnino per se & secundùm se, viuificãdi vim habet. Atqui cum «
soli Deo conueniat vitam illi impertiri quod vitæ spiritu destituitur; «
CORPVS AVTEM CHRISTI, ET PRECIOSVS ILLIVS SANGVIS VIVI- «
FICENT, cui dubium esse potest quin Deus sit Christus? HINC NAMQVE «

» CORPVS ILLIVS HABET VT SIT VIVIFICVM. Quòd si vt homo
» per se ac seorsum mente concipiatur, qui sola Christi appellatione de-
» coratus sit, nudamque Filii personam sustineat; QVOMODO CORPVS
» ILLIVS POSSET ESSE VIVIFICVM? Ὡς φρονίμοις λέγω· κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία ἐστὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ; τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία ἐστὶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ; ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα ἐσμὲν, οἱ πολλοί οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. ἡ ἀνθρώπου σάρξ, ὅσον ἧκεν εἰς ἰδίαν φύσιν, οὐκ ἂν εἴη ζωοποιός, ἀλλ' οὐδὲ τὸ αἷμα τὸ ἀνθρώπινον, εἰ κοινὸν εἴη, καὶ καθ' ἑαυτό. ΖΩΟΠΟΙΕΙ ΔΕ ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΚΑΙ ΤΟ ΤΙΜΙΟΝ ΑΙΜΑ, ΠΡΕΠΟΝΤΟΣ ΜΟΝΩ ΘΕΩ, ΤΟΥ ΖΩΟΠΟΙΕΙΝ ΔΥΝΑΣΘΑΙ, ΤΟ ΖΩΗΣ ΕΠΙΔΕΕΣ. Θεὸς ὢν ἄρα ὁ Χριστός. ΟΥΤΩ ΓΑΡ ΕΣΤΑΙ ΖΩΟΠΟΙΟΝ ΤΟ ΣΩΜΑ ΑΥΤΟΥ. εἰ δὲ ἄνθρωπος ἀνὰ μέρος νοεῖται, μόνῃ τῇ τοῦ Χριστοῦ κλήσει τετιμημένος, καὶ γυμνὸν υἱοῦ πρόσωπον ἔχων, πῶς ἂν εἴη ΖΩΟΠΟΙΟΝ ΤΟ ΣΩΜΑ ΑΥΤΟΥ; Hinc; REX IACOBE, sanè colligis eo modo CHRISTI CARNEM VIVIFICAM ESSE, quo nullius alterius hominis Caro viuifica esse potest, id est, reapse, siue Adsumendo, siue Sumendo; hoc est, tam Sumpta in Sacramento, quàm Adsumpta à Verbo. SECVNDO, ibidem Sectione quarta, QVOD CHRISTVS SIT VITA ET PROPITIA-
» TORIVM, Ὅτι ζωὴ καὶ ἱλαστήριον ὁ Χριστός· De Archisynagogi filia
Matth. 9. v. 25. » scriptum exstat, quòd cùm ejecta esset turba, intrauit Iesus, & te-
» nuit manum eius, & surrexit puella: CVR, quæso, dum Puellæ vi-
» tam restituit, non fuit contentus VERBO, vt in Lazari excitatio-
» ne; sed MANVM præterea illius apprehendit? Nempe vt osten-
» deret, CORPVS SVVM VIVIFICVM ESSE; EST ENIM
» CORPVS VITÆ. Quamobrem vnio Verbi cum Carne NATV-
» RALIS, (hoc est, Cyrilli phrasi, Realis) ET VERA, NON SE-
» CVNDVM SOLAM PERSONARVM COITIO-
» NEM, VEL NVDVM FAVOREM, aut SIMPLI-
» CEM VOLVNTATVM CONCORDIAM, aut ALIAM EIVS-
» MODI CONIVNCTIONEM, vt quidam imperitè nugantur: Ἐπὶ τῇ θυγατρὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου γέγραπται, ὅτι ὅτε ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, εἰσελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον. Διὰ τί μὴ μᾶλλον, ὡς ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, ἠρκέσθη ΛΟΓΩ πρὸς τὴν ἀνάστασιν τοῦ κορασίου; ἐκράτησε δὲ καὶ τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἵνα δείξῃ, ΖΩΟΠΟΙΟΝ ΤΟ ΑΥΤΟΥ ΣΩΜΑ· ΣΩΜΑ ΓΑΡ ΕΣΤΙ ΖΩΗΣ. ἕνωσις ΦΥΣΙΚΗ, (hoc est Realis, qualis esse solet in coniunctione φύσεως, siue Naturarum) μᾶλλον, καὶ ΑΛΗΘΗΣ ἡ ἕνωσις, ἡ πρὸς τὴν σάρκα τοῦ Λόγου, καὶ οὐ καθά φασιν ΕΞ ΑΜΑΘΙΑΣ τινὲς, ΩΣ ΕΝ ΜΟΝΟΙΣ ΠΕΠΡΑΚΤΑΙ ΠΡΟΣΩΠΟΙΣ, ἢ ΚΑΤΑ ΨΙΛΗΝ ΕΥΦΗΜΙΑΝ ΚΑΙ ΘΕΛΗΣΙΝ, ἤτοι ΣΥΝΑΦΕΙΑΝ ἁπλῶς. Ac paulo inferiùs, ex Euangelio secundùm Lucam:
Ioan. 11. v. 43. » Exsuscitauit Christus Lazarum, tum Archisynagogi quoque filiam
Luc 8. v. 54. » & viduæ filium. Quis ergo neget quin VITA SECVNDVM NATVRAM
Luc. 7. v. 14. exsistat? vt qui non tantùm VERBO sed suæ quoque MANVS CONTACTV Mortem perterrefaciat? ERAT ENIM CONSENTANEVM, IMMO VERO

OMNINO NECESSARIVM, VT CORPVS ILLIVS ESSET VIVIFICVM, « QVI VITA ERAT SECVNDVM NATVRAM: Ἤγειρε τὸν Λάζαρον ὁ « Χριστὸς, τὸ τοῦ Ἀρχισυναγώγου θυγάτριον, τὸν τῆς χήρας υἱὸν, εἶτα, πῶς οὐ ΖΩΗ ΚΑΤΑ ΦΥΣΙΝ ἐστὶν, ὁ μὴ μόνῳ ΛΟΓΩ καταλύειν τὸν θάνατον δυνάμενος, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ τῆς ΧΕΙΡΟΣ ΑΦΗ; καὶ γὰρ ἦν ἀκόλουθόν τε καὶ ἀναγκαῖον, ΖΩΟΠΟΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟ ΣΩΜΑ, ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΦΥΣΙΝ ΖΩΗΣ. Facit verò ad huius loci intelligentiam id quod ſupra, Sectione videlicet prima, QVOD CHRISTVS SIT DEVS, ὅτι θεὸς ὁ Χριστὸς, Cyrillus his verbis ſcripſerat: Et cùm hæc dixiſſet, inſuf- « flauit, & dixit; Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis « Ioan.20.v.22. peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt: « Quod hîc factum memoratur, hoc totum diuinum magnaque « conſideratione dignum eſt. Primò namque, non erat humanæ « naturæ opus, per exſufflationem, Apoſtolis ſpiritum ſanctum « infundere. Deinde maius quiddam Sublimiuſque eſt, quàm « quod in Creaturam cadat, tantam illis poteſtatem & vim po- « tuiſſe impertiri, vt quorum vellent peccata retinere, & quorum « rurſus viſum eſſet, relaxare poſſent. AT CVR Corporeo Flatu « impertit Spiritum Sanctum? ideo nimirum, VT CARNEM A « VERBO NON ALIENAM, SED PROPRIAM ILLIVS « EXSTITISSE INTELLIGAMVS. Adde, externam illam, « per Carnis miniſterium, exſufflationem, humanam fuiſſe; ſed « Spiritus Sancti participes dignatione ſua efficere, diuinæ virtu- « tis opus exſtitiſſe: Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, Λάβετε « Πνεῦμα Ἅγιον, ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται (alias, ἀφίωνται) αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. ὅλον ἐστὶ θεοπρεπὲς τὸ γεγενημένον, καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου. πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἀνθρώπινον τὸ ἐμφυσῆσαι τοῖς Ἀποστόλοις, καὶ δοῦναι τὸ Πνεῦμα. εἶτα μέγα, καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν, τὸ τοιαύτην ἐξουσίαν παρασχεῖν, ὥστε κρατεῖν, ὧν ἂν ἕλοιντο, τὰς ἁμαρτίας· ἀφιέναι δὲ, καὶ οἷς ἂν βούλοιντο τυχόν. ΔΙΑ ΤΙ δὲ καὶ διὰ Σαρκικοῦ φυσήματος τὸ Πνεῦμα δίδωσιν; ΟΤΙ ΜΗ ΑΛΛΟΤΡΙΑ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΓΕΓΟΝΕΝ ΑΥΤΟΥ Η ΣΑΡΞ, ἀλλὰ ἰδικῶς αὐτοῦ. καὶ ἀνθρώπινον μὲν τὸ διὰ σαρκὸς ἐμφύσημα· θεϊκῆς δὲ δυνάμεως ἔργον, τὸ μετόχους ἀποφῆναι τοῦ Πνεύματος τοὺς ἠξιωμένους. TERTIO, ibidem, ex Euangelio ſecundùm Ioannem: Ope- « Ioan 6.v.27. ramini non cibum, qui perit, ſed qui manet in vitam æter- « nam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater « SIGNAVIT DEVS. CIBVM NOBIS IMPERTITVS « EST FILIVS HOMINIS MANENTEM IN VITAM « ÆTERNAM, NIMIRVM SVAM CARNEM: EST ENIM « EA VIVIFICA. Iam quomodo is Deus non eſt, QVI PER « PROPRIAM CARNEM VIVIFICARE POTEST, « quique Deo & Patri per omnia æqualis eſt? Hoc enim, ni fal- » lor, inſinuat, dum à Deo obſignatum ſe pronunciat. ETENIM « OBSIGNATIONIS VOCABVLVM EXPRESSAM VTRIVS- « QVE SIMILITVDINEM INDICAT. Quemadmodum enim ſi quis « aureum, aut alterius cujuſuis materiæ SIGILLVM Ceræ impreſ- «

» ſerit, totam omnino Sigilli illius effigiem inducit: ita Deus Pater
» quoque expreſſam, conſpicuam ESSENTIALEMQVE naturæ ſuæ FIGV-
» RAM in Filio habet. Atque iſtud eſt, quòd ſe à Patre OBSIGNATVM affir-
» met: Ἐργάζεσθε, φησί, μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μέ-
» νουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑμῖν δώσει· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ
ΕΣΦΡΑΓΙΣΕΝ ὁ Θεός. ΒΡΩΣΙΝ ἡμῖν δέδωκεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου
τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, δηλονότι ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ ΑΥΤΟΥ. ΚΑΙ ΓΑΡ
ΕΣΤΙ ΖΩΟΠΟΙΟΣ. εἶτα πῶς ὁ θεὸς ὁ ζωοποιεῖν δυνάμενος, ΚΑΙ ΔΙΑ
ΤΗΣ ΙΔΙΑΣ ΣΑΡΚΟΣ, ἐοικώς τε κατὰ πάντα τῷ θεῷ καὶ πατρί; τοῦ-
το γὰρ οἶδα δηλοῦν τὸ ἐσφράγισε λέγειν αὐτὸν παρὰ τοῦ θεοῦ, τοῦ ἐσφράγισε ση-
μαίνοντος, τὸ ἀκριβῶς ἐμφερές. ὥσπερ γὰρ εἰ κηρῷ τις ἐμπήξει ΣΦΡΑΓΙΔΑ
χρυσῆν, ἢ γοῦν ἐξ ἑτέρας ὕλης πεποιημένην, ὅλην ἐξ ὅλου τὴν ἑαυτῆς ἐμφέ-
ρειαν ἐνσημαίνεται· οὕτω καὶ ὁ θεὸς καὶ πατήρ, πῶς τῆς ἑαυτοῦ φύσεως χαρακτῆ-
ρας, ΟΥΣΙΩΔΩΣ ἐμπεριποιήσας ἔχει τῷ υἱῷ. καὶ τοῦτό ἐστι ΤΟ ΕΣΦΡΑΓΙ-
ΣΘΑΙ λέγειν αὐτὸν παρὰ τοῦ πατρός. QVARTO; libro ad Reginas ſecundo,
Heb.10.v.14. » poſtquam Cyrillus illum decimi Hebræorum locum: Vna enim obla-
» tione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos, DE SACRIFICIO
» CRVCIS interpretatus eſſet, addit: ipſe proinde ſecundùm huma-
» nam naturam factus eſt Pontifex, QVANQVAM, VT DEVS EST,
» AB OMNIBVS ILLI SACRIFICETVR, IPSE EST QVI SECVNDVM
» CARNEM FACTVS EST VICTIMA. Ipſe idem rurſum eſt, qui ſecundùm
» Diuinitatis auctoritatem, peccatis noſtris propitius ac clemens eſt:
» Vnus eſt ergo Dominus Ieſus Chriſtus: Αὐτὸς οὖν ἄρα γέγονεν ἀρχι-
ερεύς, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ΚΑΙΤΟΙ ΠΑΡΑ ΠΑΝΤΩΝ ΤΑΣ ΘΥ-
ΣΙΑΣ ΔΕΧΟΜΕΝΟΣ ΘΕΙΚΩΣ· ΑΥΤΟΣ ΤΟ ΘΥΜΑ ΚΑΤΑ
ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ, αὐτὸς ὁ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἱλασκόμενος, κατά γε τὴν
τῆς θεότητος δύναμιν, (aliàs ἐξουσίαν.) εἷς οὖν ἄρα κύριος Ἰησοῦς Χριστός.
» QVINTO, de Chriſto loquens: Tunc enim, inquit, Pontificis
» noſtri titulum adſumpſit Neque ita tamen Pontificio munere fun-
» gitur, vt ALIORVM SACERDOTVM MORE, EXTERNVM,
» HOC EST, A SE ALIENVM, SACRIFICIVM OFFERAT:
» ſed ipſe eſt Agnus; IPSE FRAGRANTISSIMA ILLA HOSTIA, & Spirituale
Cant.2.v.21. » Holocautoma; ipſe Turtur ille gemebundus, & ſimplex Columba;
Ioan.6.v.35.
Apoc.8.v.3. » IPSE PANIS VIVVS, & Turibulum aureum: Chriſti enim bo-
» nus odor ſumus Deo, & ſacris literis proditum eſt: Τότε γὰρ ἡμῖν
κεχρημάτικεν ἀρχιερεύς. οὐχ ὡς ΑΛΛΟΓΕΝΕΣ, ΟΘΝΕΙΟΝ ΤΕ ΠΡΟ-
ΣΑΓΩΝ ΘΥΜΑ, ΚΑΤΑ ΓΕ ΤΟ ΕΙΩΘΟΣ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ,
ἀλλ' ὢν αὐτὸς ὁ Ἀμνός, Η ΕΥΟΣΜΟΤΑΤΗ ΘΥΣΙΑ, Τὸ Νοητὸν Ὁλοκαύτωμα,
ἡ λαλιστάτη Τρυγών, ἡ ἀκέραιος Περιστερά, Ο ΑΡΤΟΣ Ο ΖΩΝ, τὸ χρυσοῦν Θυμια-
τήριον· Χριστοῦ γὰρ ἐσμὲν εὐωδία τῷ θεῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. SEXTO; Sicut
Ioan.6.v.58. » miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat
» me, & ipſe viuet propter me. Libenter hîc eos interrogarem, qui vnum
» Chriſtum in duos diuidunt; Vter-nam ille ſit qui à Deo Patre miſ-
» ſus, propter Patrē viuit, & OB ID VIVIFICVS EXSISTIT? nam ſi illius
» verbum nudum, per ſe poſitum, miſſum dicunt; QVOMODO, QVÆ-

SO, ILLVD A NOBIS, VT VIVAMVS PER ILLVD, MANDVCATVR? Nam Diuinitas ſuapte naturâ Corpore penitus vacat. Si autem hominem tantùm per ſe ſeorſum conceptum, miſſum aſſeuerant; quomodo viuificandi vim ex eo habet, quia vitam ex Patre obtinet? An non omnes, quotquot in terris degimus, Deo & Patre nos viuificante, vitam agimus? An non omnes in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus? Cùm ergo omnes per Patrem viuamus, quomodo vnius tantùm hominis Corpus ea de cauſa Viuificum prædicatur? Cur noſtra quoque Corpora eamdem poteſtatem adepta minimè ſunt? Siquidem omnes, vt dixi, per patrem viuimus, & ſumus. Ecquid ergo ad hæc dicemus? Dei Verbum, quod in humana forma apparuit, APOSTOLVS eſt appellatum. Miſſum eſt enim (Luc. 4. v. 19.) AD PRÆDICANDVM Captiuis remiſſionem, & Cæcis viſum. (Is. 61. v. 1.) Viuit autem propter Patrem, quia ex viuente Patre genitum eſt. Oportuit enim modis omnibus eum VITAM eſſe SECVNDVM NATVRAM, qui erat ex Viuente: oportuit, inquam, Filium vitam eſſe, quia ex Viuente & Vitâ Deo patre ortum ducebat. Quoniam verò Corpus ex Sacra Virgine ſumptum ſibi adſciuit, FECIT ILLVD VIVIFICVM; & id quidem admodum congruè: EST ENIM CORPVS VITÆ OMNIA VIVIFICANTIS. Fas itaque non eſt vnum Filium & Chriſtum & Dominum, in duos Filios diſpertire: ſiquidem idem ipſe ET VITA EST, quoniam ex Vita Viuenteque Patre natus eſt; ET PER PROPRIVM CORPVS RVRSVM VIVIFICVS EST, vtpote Deus Homo, ſimilis nobis effectus: Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ, διὰ τὸν πατέρα. καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσει (aliàs ζήσεται) δι' ἐμέ. ῥᾳδίως ἂν ἐπιδοίμεν τοῖς εἰς δύο Χριστοὺς διορίζουσι τὸν ἕνα· τίς δὴ ἄρα ἐστὶν ὁ ἀπεσταλμένος παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ ζῶν δι' αὐτὸν, ΥΠΑΡΧΩΝ ΤΕ ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΖΩΟΠΟΙΟΣ, εἰ μὲν οὕτω γυμνὸς, καὶ καθ' ἑαυτὸν, ὁ ἐξ αὐτοῦ λόγος, ΠΩΣ ΕΣΘΙΕΤΑΙ ΠΡΟΣ ΗΜΩΝ, ΙΝΑ ΖΗΣΩΜΕΝ ΔΙ' ΑΥΤΟΝ; ἀσώματον γὰρ τῇ φύσει τὸ θεῖον. εἰ δὲ μόνον καὶ καθ' ἑαυτὸν ἄνθρωπον εἶναί φασι, τὸν ἀπεσταλμένον, πῶς ἄρα ἐστὶ ζωοποιὸς, ὅτι ζῇ διὰ τὸν πατέρα; καίτοι πῶς οὐχ ἅπαντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ζῶσιν ἐσμὲν, ζωοποιοῦντος τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμᾶς, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὅτι ζῶμεν ἐν αὐτῷ, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν; ὅτε τοίνυν ζῶμεν ἅπαντες διὰ τὸν πατέρα, πῶς δὴ μόνον τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου σῶμα, τὸ ποιοῦν ἐστι τοῦτο, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχει. καὶ τὰ ἑτέρων, εἴπερ ἅπαντες, ὡς ἔφην, ἐσμέν τε καὶ ζῶμεν διὰ τὸν πατέρα; τί νοῦν πρὸς ταῦτα φαμέν; ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ κεχρημάτικεν, ὁ τοῦ θεοῦ Λόγος, ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ πεφηνώς. ἀπεστάλη γὰρ κηρύξαι (aliàs, κηρύξων) αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. ζῇ δὲ διὰ τὸν πατέρα. γεγέννηται γὰρ ἐκ ζῶντος πατρός. ἔδει γὰρ, ἔδει, πάντοτε, καὶ πάντως, κατὰ φύσιν εἶναι ζωὴν, τὸν ἐκ ζῶντός τε καὶ ζωῆς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπεφυκότα υἱόν. ἐπειδὴ δὲ ἴδιον ἐποιήσατο τὸ σῶμα τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ληφθὲν, ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτὸ, καὶ μάλα εἰκότως. ΣΩΜΑ ΓΑΡ ΕΣΤΙ ΤΗΣ ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΖΩΟΓΟΝΟΥΣΗΣ ΖΩΗΣ. οὐκοῦν οὐ διαιρετέον εἰς υἱοὺς δύο, τὸν ἕνα υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον· εἴπερ ἐστὶν ὁ αὐτός. ζωὴ μὲν ὡς ἐκ

ζωῆς, καὶ ζῶντος πατρός. ΖΩΟΠΟΙΟΣ ΔΕ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΟΤ ΙΔΙΟΤ ΣΩΜΑ-
ΤΟΣ, ὡς καθ' ἡμᾶς γεγονώς, καὶ ἐνανθρωπήσας. Θεός. Postquam autem DE
VITA PATRIS (quam ὑσιώδη καρπὸν, SVBSTANTIALEM FRVCTVM,
vocat) aliquantulùm disseruisset, verba illa Ioannis quinto scripra
Io.5.v.27. » expendit, QVIA Filius Hominis est; eamque rationem subiungit:
» Non enim proprium est homini vitam intrinsecè à semetipso ha-
» bere posse; sed QVIA CORPVS VERBO VNITVM, VIVENTIS VER-
» BI FACTVM EST PROPRIVM, PROPTEREA, ET ID QVIDEM AD-
» MODVM CONVENIENTER, FILIVS VITAM ACCEPISSE DICITVR;
» TANQVAM VIVIFICAM IPSIVS VERBI ACTIONEM, INTERCEDEN-
» TE CORPORE, SORTITVS. QVIN ET VERBVM QVOQVE, EO QVOD
» CORPVS ASSVMPTVM, FACTVM EST SIBI PROPRIVM, HOC IPSVM
» NEMPE VITAM ACCEPISSE, QVASI PROPRIVM QVIDDAM IN SE
» TRANSFERT: Οὐ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, τὸ δύνασθαι οἴκοθεν ἔχειν τὴν ζωήν. ΕΠΕΙ-
ΔΗ ΔΕ ΙΔΙΟΝ ΓΕΓΟΝΕ ΤΟΤ ΖΩΝΤΟΣ ΛΟΓΟΤ, ΤΟ ΕΝΩΘΕΝ ΑΤ-
ΤΩ ΣΩΜΑ, ΤΑΤΤΗ ΤΟΙ ΚΑΙ ΜΑΛΑ ΕΙΚΟΤΩΣ, ΩΣ ΕΧΩΝ ΑΤΤΟΤ
ΤΗΝ ΖΩΟΠΟΙΟΝ ΕΝΕΡΓΕΙΑΝ, ΛΑΒΕΙΝ ΛΕΓΕΤΑΙ ΤΗΝ ΖΩΗΝ.
ΟΙΚΕΙΟΤΤΑΙ ΔΕ ΠΑΛΙΝ ΤΟ ΧΡΗΜΑ ΑΤΤΟΣ, ΟΤ ΚΑΙ ΙΔΙΟΝ ΓΕ-
ΓΟΝΕ ΣΩΜΑ ΤΟ ΕΙΛΗΦΟΣ. SEPTIMO, in Epistola secunda Cyril-
li ad Nestorium, cùm DE CARNE CHRISTI eum malè sentire re-
» sciuisset: ITA ergo vnum Christum & Dominum confitemur; ne-
» que Hominem vnà cum Verbo adorandum dicimus, ne illud, CVM
» VERBO, aliquam diuisionis imaginationem menti obiiciat. NEQVE
» ENIM DVOS, SED VNVM EVMDEMQVE, ADORAMVS: QVANDO-
» QVIDEM CORPVS SVVM NON EST ALIENVM A VERBO, SED I-
» PSIVS VERBI PROPRIVM; VNDE ET VNA QVOQVE CVM ILLO PA-
» TRI ASSIDET: Οὕτω Χριστὸν ἕνα καὶ κύριον ὁμολογήσομεν, οὐχ ὡς ἄνθρωπον
συμπροσκυνοῦντες τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ τομῆς φαντασία παρεισκρίνηται, διὰ τὸ λέ-
γειν, Τὸ Σύν. ΑΛΛ' ΩΣ ΕΝΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΑΤΤΟΝ ΠΡΟΣΚΤΝΟΤΝΤΕΣ,
ΟΤΙ ΜΗ ΑΛΛΟΤΡΙΟΝ ΤΟΤ ΛΟΓΟΤ ΤΟ ΣΩΜΑ ΑΤΤΟΤ· ΜΕΘ' ΟΤ
ΚΑΙ ΑΤΤΩ ΣΤΝΕΔΡΕΤΕΙ ΤΩ ΠΑΤΡΙ. OCTAVO, Epistola Nestorij
ad Cyrillum, illa ipsa cui Græci Veteres hanc notam, inscriptionis
» loco, insigunt; Ἡ τις πᾶσιν ἀπήρεσεν ἐν τῇ Ἁγίᾳ Συνόδῳ, QVÆ OMNIBVS
» IN SANCTA SYNODO DISPLICVIT: Ista, inquam, Epistola, Anti-
quæ Fidei Ephesinæ, vel potiùs Oecumenicæ atque Catholicæ, illu-
stre hoc monimentum, dicam, an argumentum, continet. Impiè
probaturus Nestorius, vt Cyrilli missam ad se Epistolam refutaret,
in Christo Personas, vt Naturas disiungi, multa loca adfert De Ve-
ritate Carnis Christi in Natiuitate, in Vita, in Passione, ac Morte,
quæ de solo vero Homine, non de Deo, veræ soliusque Carnis no-
mine dicantur. Ac certè inter cætera, locum DE INSTITVTIONE
AC VERITATE EVCHARISTIÆ sic vrget ex communi omnium, id
» est, tam CATHOLICORVM quàm Hæreticorum sensu: DENIQVE,
» HOC EST, NON MEA DIVINITAS, SED CORPVS MEVM, QVOD
Matth.26 v.26. » PRO VOBIS FRANGITVR IN REMISSIONEM PECCATORVM. SVNT
» ALIÆ INNVMERÆ SENTENTIÆ, QVÆ DIVINITATEM, NEQVE

NVPER NATAM, NEQVE CORPOREÆ PERPESSIONIS CAPACEM «
ESSE, MORTALIVM GENERI TESTATVM FACIVNT; SED IPSAM «
CARNEM QVÆ DIVINÆ CONIVNCTA EST NATVRÆ: Καὶ τοῦτ' ἐστιν, «
ΟΥΧ Η ΘΕΟΤΗΣ ΜΟΥ, ΑΛΛΑ ΤΟ ΣΩΜΑ, ΤΟ ΥΠΕΡ ΥΜΩΝ ΚΛΩ-
ΜΕΝΟΝ ΕΙΣ ΑΦΕΣΙΝ ΑΜΑΡΤΙΩΝ. καὶ μυρίων ἄλλων φωνῶν διαμαρτυρου-
μένων τὸ ἀνθρώπων τὸ γένος, μὴ τὴν τοῦ υἱοῦ νομίζειν θεότητα πρόσφατον, ἢ παθους
σωματικοῦ δεκτικὴν, ἀλλὰ τὴν συνημμένην τῇ φύσει τῆς θεότητος σάρκα. Sed hæc
vberiùs DVODECIMA ac DECIMA OCTAVA OBSERVATIONE tra-
ctabuntur. NONO, Epiſtola Cyrilli ac Synodi ex Ægypti Prouin-
cia Alexandriæ congregatæ, ad Neſtorium, Περὶ τῆς ἀκοινωνησίας, DE
EXCOMMVNICATIONE; poſtquam ſcriptum eſſet: Apertiſſimè enim «
Vnionem negat, ſecundùm quam alter, velut ſimul cum altero, «
non adoratur, neque ſimul cum altero Deus nuncupatur; ſed «
vnus idemque Chriſtus Ieſus, Vnigenitusque Dei Filius, animo «
concipitur; QVI VNA ADORATIONE SIMVL CVM «
SVA CARNE COLITVR: Ἀρνεῖται γὰρ ὁμολογουμένως τὴν ἕνωσιν, «
καθ' ἣν οὐχ ὡς ἕτερος ἐν ἑτέρῳ συμπροσκυνεῖταί τις, οὔτε μὴν συγχρηματίζει
Θεός· ἀλλ' εἷς νοεῖται Χριστὸς Ἰησοῦς, υἱὸς μονογενὴς, ΜΙΑ ΠΡΟΣΚΥΝΗΣΕΙ ΤΙΜΩ-
ΜΕΝΟΣ, ΜΕΤΑ ΤΗΣ ΙΔΙΑΣ ΣΑΡΚΟΣ. His, inquam, dictis, ſequitur:
Quin illud quoque non poſſum hoc loco non adiicere, nempe dum «
Vnigeniti Filij Dei, hoc eſt, Ieſu Chriſti, Mortem, & ex mortuis «
Reſurrectionem, annuntiamus, eiuſdemque in Cœlum Aſſumptio- «
nem confitemur: INCRVENTVM IN ECCLESIA SACRIFICIVM NOS «
CELEBRARE, ATQVE AD MYSTICAS BENEDICTIONES ACCEDE- «
RE, EAQVE RATIONE SANCTIFICARI; VTPOTE SACRÆ CARNIS «
ET PRETIOSI SANGVINIS CHRISTI, OMNIVM NOSTRVM SALVA- «
TORIS, PARTICIPES EFFECTI. NEQVE ENIM ILLAM VT CAR «
NEM COMMVNEM SVSCIPIMVS; ABSIT HOC: NEQVE RVRSVM TAN- «
QVAM VIRI CVIVSPIAM SANCTIFICATI, AVT DIGNITATIS TAN- «
TVM ÆQVALITATE VERBO CONSOCIATI, AVT DIVINAM INHA- «
BITATIONEM SORTITI; SED TANQVAM VERE VIVIFICAM, IPSI- «
VSQVE VERBI PROPRIAM. Nam cùm Vita ſit, vt Deus, ſecundùm «
naturam, ſimulatque vnum quiddam cum ipſa ſua Carne effectum «
eſt, mox viuificandi virtutem illi contulit. Quamuis ergo ad nos dicat: «
Amen Amen dico vobis, Niſi manducaueritis Carnem Filij homi- « Ioan.6.v.53.
nis, & biberitis eius Sanguinem: & reliqua; neutiquam tamen illam «
communem; hoc eſt, hominis cuiuſpiam noſtræ conditionis, Car- «
nem eſſe, exiſtimare debemus; (quomodo enim hominis Caro, ſe- «
cundùm ſuam ipſius naturam, viuifica eſſe queat?) ſed verè illius pro- « Matth.16.
priam qui noſtri causâ Filius Hominis & factus & appellatus eſt: « v.13.
Ἀναγκαίως δὲ κἀκεῖνο προσθήσομεν. καταγγέλλοντες γὰρ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον
τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τουτέστιν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τήν τε ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ
τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ὁμολογοῦντες, ΤΗΝ ΑΝΑΙΜΑΚΤΟΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΕΚ-
ΚΛΗΣΙΑΙΣ ΤΕΛΟΥΜΕΝ ΘΥΣΙΑΝ· πρόσιμέν τε οὕτω ΤΑΙΣ ΜΥΣΤΙΚΑΙΣ
ΕΥΛΟΓΙΑΙΣ, καὶ ἁγιαζόμεθα, μέτοχοι γενόμενοι ΤΗΣ ΤΕ ΑΓΙΑΣ ΣΑΡΚΟΣ,
καὶ ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ, τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. καὶ οὐχ ὡς

σάρκα κοινὴν δεχόμενοι, μὴ γένοιτο· οὔτε μὴν ὡς ἀνδρὸς ἡγιασμένου, καὶ συναφθέντος τῷ λόγῳ κατὰ τὴν ἑνότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν ὡς θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος· ἀλλ' ὡς ζωοποιὸν ἀληθῶς, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ λόγου. ζωὴ γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὡς θεὸς, ἐπειδὴ γέγονεν ἓν, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτήν. ὥστε, κἂν λέγῃ πρὸς ἡμᾶς· ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα· οὐχ ὡς ἀνθρώπου τοῦ καθ' ἡμᾶς ἑνὸς, καὶ αὐτὴν εἶναι λογιούμεθα. πῶς γὰρ ἡ ἀνθρώπου σὰρξ, ζωοποιὸς ἔσται, κατὰ φύσιν τὴν ἑαυτῆς; ἀλλ' ὡς ἰδίαν ἀληθῶς γενομένην τοῦ δι' ἡμᾶς, καὶ υἱοῦ καὶ ἀνθρώπου, γεγονότος τε καὶ χρηματίσαντος. Porrò Alexandrini Concilij Canon, siue Anathematismus
Octauus è Duodecim qui Synodicæ huic Alexandrinæ subiiciuntur,
» sic habet: Si quis hominem adsumptum, vnà cum ipso Dei Verbo
» adorandum, vnà cum illo glorificandum, vnà cum illo, TANQVAM
» ALTERVM IN ALTERO EXSISTENTEM, Deum appellandum esse dicere ausus fuerit. (hunc enim intellectum particula CVM adiecta,
» perpetuò & necessariò afferre consueuit) & NON VNA POTIVS ADO-
» RATIONE EMMANVELEM HONORAT, VNAMQVE ILLI GLORIFI-
» CATIONEM, (id est, Gloriosam Celebrationem, cuiusmodi ea est quæ in Sacris fit, dum GLORIA IN EXCELSIS DEO, cantatur: vnde Latinè GLORIFICATIO; Græcè, quia Gloria Δόξα est, ΔΟΞΟΛΟΓΙΑ,
» apud Ecclesiasticos Scriptores nomen inuenit) ATTRIBVIT, QVATE-
» NVS VERBVM FACTVM EST CARO; ANATHEMA SIT: Εἴ τις τολμήσει λέγειν, τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ θεῷ λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ συγχρηματίζειν θεὸν, ΩΣ ΕΤΕΡΟΝ ΕΝ ΕΤΕΡΩ· (τὸ γὰρ ΣΥΝ. ἀεὶ προστιθέμενον, τοῦτο νοεῖν ἀναγκάζει· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ΜΙΑ ΠΡΟΣΚΥΝΗΣΕΙ τιμᾷ τὸν Εμμανουὴλ, καὶ μίαν αὐτῷ τὴν ΔΟΞΟΛΟΓΙΑΝ ἀνάπεμπει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, ἀνάθεμα ἔστω. DECIMO, in Anathematismis insani Nestorij, Anathematismis Cyrilli oppositis, Anathematismo vn-
» decimo, hæc Latinè (Græca verò omnino desunt) habentur: SI QVIS
» VNITAM CARNEM EX NATVRÆ PROPRIÆ POSSIBILITATE VIVI-
» FICATRICEM ESSE DIXERIT, IPSO DOMINO ET DEO PRONVN-
Ioan.6.v.63. » CIANTE; SPIRITVS EST QVI VIVIFICAT, CARO NIHIL PRODEST;
» ANATHEMA SIT. Ex quo profectò intelligis, REX IACOBE, ingenio potiùs quàm veritate, id est, subtiliùs quàm veriùs, Hæreticos hactenus in veritatem Corporis Christi hunc locum contorsisse; cùm non DE CARNIS VERITATE, sed DE CARNIS VIVIFICANDI VIRTVTE AC COMMVNICANDÆ CARNIS FRVCTV, Christum Dominum egisse, vel aduersario, (sanè ante hæc tempora nato atque antiquo) teste, constet. Sed in OBSERVATIONE DECIMA SEXTA, ac DECIMA OCTAVA, plura de his dicenda erunt. VNDECIMO, Ephesini Patres ex Ambrosij libro secundo De Fide, locum hunc adferunt inter grauissimas Patrum sententias, quæ Beatam Virginem
» Deïparam declarant: Sileant igitur inanes de Sermonibus quæstio-
1.Cor.2.v.4. » nes, quia Regnum Dei, sicut scriptum est, non in persuasione ver-
» bi est, sed in ostensione virtutis. Seruemus distinctionem Diuini-
» tatis & Carnis. Vnus in vtraque loquitur Dei Filius; quia in eodem
» vtraque natura est. Etsi idem loquitur, non vno semper loquitur

modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus, loquitur quæ sunt diuina; quia Verbum est: quasi Homo, dicit quæ sunt humana; quia in mea substantia loquebatur: Hic est Panis viuus, qui de Cœlo descendit. PANIS HIC CARO EST, SICVT IPSE DIXIT: HIC PANIS QVEM EGO DABO, CARO MEA EST. Ioan.6.v.51. Hic est qui descendit: hic est quem Pater sanctificauit, & misit in hunc mundum. Ioan.10.v.36. Hæc ipsa littera nos docet, Sanctificatione non Diuinitatem eguisse, sed Carnem. Quem quidem locum ab Ephesino quoque Concilio selectum, ab Ephesino quoque Concilio sic Græcè interpretatum in Ephesinis Actis legimus: Σιωπησάτωσαν τοίνυν αἱ ἀπὸ τῶν λόγων ματαίαι ζητήσεις, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ βασιλεία, καθὼς γέγραπται, οὐκ ἐν πειθοῖ λόγων ἀνθρωπίνων ἐστὶν, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει δυνάμεως. Φυλάξωμεν τὴν διαφορὰν τῆς θεότητος, καὶ τῆς σαρκός. εἷς ἐν ἑκατέρᾳ λαλεῖ, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ὅτι ἐν αὐτῷ ἡ ἑκατέρα φύσις ἐστίν. ὁ αὐτὸς λαλεῖ, καὶ οὐκ ἐν ἑνὶ πώποτε διαλέγεται τρόπῳ. πρόσεχε ἐν αὐτῷ, νῦν μὲν ΔΟΞΑΝ ΘΕΟΥ, νῦν δὲ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΠΑΘΗ· ὅτι ὡς θεὸς, διδάσκει τὰ θεῖα· ἐπεὶ λόγος ἐστίν. ὡς δὲ ἄνθρωπος, λέγει τὰ ἀνθρώπινα· ἐπεὶ ἐν τῇ ἐμῇ οὐσίᾳ διελέγετο· Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὃς κατέβη ἐξ οὐρανοῦ. ΟΥΤΟΣ Ο ΑΡΤΟΣ Η ΣΑΡΞ ΕΣΤΙ· ΚΑΘΩΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ ΕΦΗ· ΟΥΤΟΣ Ο ΑΡΤΟΣ, ΟΝ ΕΓΩ ΔΩΣΩ, Η ΣΑΡΞ ΜΟΥ ΕΣΤΙΝ. Οὗτος ἐστιν ὁ καταβάς οὗτός ἐστιν, ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἔπεμψεν εἰς τὸν κόσμον· οὐδὲ αὐτὸ τὸ γράμμα ἡμᾶς διδάσκει, τοῦ ἁγιασμοῦ τὴν Θεότητα χρείαν ἐσχηκέναι, ἀλλὰ τὴν σάρκα. DVODECIMO, ex Quaternione quarto Dogmatum Nestorij, quæ frequenti ac iubente Synodo, audientibus omnibus, leguntur; rursusque Chalcedonensibus Actis, ad perpetuam rei memoriam, Actione prima, inseruntur: Audite itaque, & his quæ dicuntur, animum aduertite: QVI MANDVCAT, INQVIT, MEAM CARNEM. Io.6.v.56. MEMINERITIS DE CARNE SERMONEM HIC ESSE; ET CARNIS VOCABVLVM A ME ADIECTVM NON ESSE, NE ILLIS FORSAN (id est, ad mentem Nestorij, Orthodoxis atque CATHOLICIS) PERPERAM INTERPRETARI VIDEAR. Qui, inquit, manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem. non dixit: QVI MANDVCAT MEAM DIVINITATEM, AVT QVI BIBIT MEAM DIVINITATEM; SED QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SANGVINEM, IN ME MANET ET EGO IN EO. Et post alia: Verùm ad id quod propositum est, reuertamur: QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SANGVINEM, IN ME MANET, ET EGO IN EO. MEMENTOTE, QVOD DE CARNE VERBA HIC FIANT. Sicut misit me viuens Pater, me, inquam, quem cernitis. Sed fortè aliquando perperam interpretor. Audiamus ex sequentibus: Sicut misit me viuens Pater. Ille DIVINITATEM exponit, ego verò HVMANITATEM: Iam videamus quis perperam interpretetur illud: Sicut misit me viuens Pater. Hæreticus (id est Arianus) etiam dicit: Diuinitatem hîc exprimit. Sensus est enim: Misit me Deum Verbum. Secundùm illos, Christi verba hanc sententiam habent: Sicut misit me viuens Pater, & ego Deus Verbum, viuo propter Patrem. Deinde quod mox sequitur, QVOMODO ACCIPIENDVM EST: QVI MANDVCAT ME, ET IPSE VIVET?

hæc diximus ei, quòd noſtra Congregatio, neque LECTIONEM «
SACRARVM SCRIPTVRARVM habebat, neque OBLA- «
TIONEM; ſolas autem PRECES pro FIDE & veſtra MA- «
IESTATE & DE RELIGIONE COLLOQVIA. Ergo «
Orthodoxi ſunt qui OBLATIONEM habent. Quid ad hæc
Nouatores? DECIMOQVARTO: Epiſtola Ioannis, Hi-
merij, Theodoreti, reliquorumque tunc ſchiſmaticorum Epiſco-
porum Orientalium, qui Conſtantinopolim miſſi fuerant, ſcripta
ad Rufum Epiſcopum: vbi de CATHOLICIS dicitur: Verùm «
noſtra lenitas nihil illis profuit; nam vſque hodie pro peruerſis «
illis dogmatibus decertant, & vltro in Canonis ſanctionem, vul- «
nus accepturi, impegerunt. Habet is hanc perſpicuam ſenten- «
tiam: Si quis Epiſcopus à ſancta Synodo, aut Preſbyter vel Dia- «
conus ab Epiſcopo ſuo depoſitus, non exſpectato Synodi iudicio «
SACRIS MINISTERIIS ſe ingeſſerit, nullus ſe expurgandi «
locus, ne in alia quidem Synodo huic relictus eſto; Sed & ſi qui ſunt, «
qui cum eo communicauerint, hi penitus ab Eccleſia expellantur. «
In hanc Sanctionem inciderunt, tam hi qui Excommunicationis, «
quam illi qui depoſitionis Sententiam in ſe exceperunt. Nam cùm «
primùm ſe à nobis Depoſitos atque Excommunicatos reſciuerunt, «
ſtatim VNA SACRIS OPERATI SVNT, ET ADHVC «
SACRA FACERE PERSEVERANT, tamquam ej fidem non habeant, qui «
dixit: Quodcumque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: « Matth. 6. v. 19.
Ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ὤνησεν ἡ Ἡμετέρα Μακροθυμία· μέχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας, τῶν διεφθαρμένων ἐκείνων ὑπερμαχοῦνται δογμάτων· περιέπεσον δὲ ἑαυτοὺς καὶ τῷ τοῦ Κανόνος ὅρῳ (quarti videlicet Canonis Concilij Antiocheni) ὃς σαφῶς διαγορεύει· εἴ τις καθαιρεθεὶς Ἐπίσκοπος ὑπὸ Συνόδου, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, ὑπὸ τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου, ἑαυτῷ ἐπιτρέψειε ΤΗΝ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΝ, καὶ μὴ ἀναμείνειε Συνόδου κρίσιν, μηκέτι χώραν αὐτὸν ἔχειν ἀπολογίας, μηδὲ ἐφ' ἑτέρας Συνόδου. ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ, πάντως ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας. τούτῳ ὅρῳ περιπεπτώκασιν, οἵ τε Καθαιρεθέντες, οἵ τε Ἀκοινώνητοι γεγενημένοι. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὸ γνῶναι τὴν ψηφισθεῖσαν Καθαίρεσιν, καὶ Ἀκοινωνησίαν, καὶ ΣΥΝΕΛΕΙΤΟΥΡΓΗΣΑΝ, καὶ διατελοῦσι ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΥΝΤΕΣ· ὡς ἀπιστοῦντες δηλονότι τῷ εἰπόντι· Ὃ δὴ ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. DECIMO QVINTO: Electo in Pamphyliæ Metropolitam Euſtathio, viro alioquin optimo, verùm ad res gerendas atque Eccleſiaſtica negotia minùs ſtrenuo ac idoneo, proindeque ſeſe ſacro Magiſtratu vltrò abdicante, rogante tamen ſacram Epheſinam Synodum, vti per eam ſibi liceret & Nomen & Honorem retinere Epiſcopi; Concilium Oecumenicum Epheſinum Decretali ſua Epiſtola ad Prouincialem Pamphyliæ Synodũ duo declarat: Alterum;
Euſtathius recuſationis & abdicationis obtulit, neſcio quo pacto «
Libellum: CVM CONTRA OPORTEBAT, EAM QVAM «
SEMEL FIDEI SVÆ SACERDOTALEM CVRAM «
COMMISSAM HABVERAT, FORTITVDINE SPI- «

» RITALI TENERE, LABORES SVBIRE, AC ANI-
» MO VOLENTI SVDOREM, CVI MERCES PRO-
» POSITA EST, SVSTINERE: *Παραιτήσεως οὐκ ἴσμεν ὅπως προσεκόμισε βιβλίον.* ΕΔΕΙ ΓΑΡ ΩΣ ΑΠΑΞ ΕΓΚΕΧΕΙΡΙΣΜΕΝΟΝ ΙΕΡΑΤΙΚΗΝ ΦΡΟΝΤΙΔΑ, ΤΑΥΤΗΣ ΕΧΕΣΘΑΙ ΜΕΤ' ΕΥΡΩΣΤΙΑΣ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΗΣ, ΚΑΙ ΟΙΟΝ ΑΝΤΑΠΟΔΟΤΕΣΘΑΙ ΤΟΙΣ ΠΟΝΟΙΣ, ΚΑΙ ΙΔΡΩΤΑ ΤΟΝ ΕΜΜΙΣΘΟΝ ΕΘΕΛΟΝΤΙ ΥΠΟΜΕΙΝΑΙ. Alterum:
» Hominis nos SENECTVS sanè commouit vniuersos; NEC
» VT PRIVATAS EIVS LACRYMAS, SED TAM-
» QVAM COMMVNES REPVTANTES inquirere studuimus: *Συνηλγήσαμεν ἅπαντες τῷ* ΠΡΕΣΒΥΤΗ, ΚΑΙ ΚΟΙΝΟΝ ΕΙΝΑΙ ΛΟΓΙΣΑΜΕΝΟΙ ΤΟ ΑΥΤΟΥ ΔΑΚΡΥΟΝ, *ἐσπουδάσαμεν μαθεῖν.* scilicet Ecclesia semper misereri senum consueuit, lacrymisque canitiei nonnihil plus solito condonare. Ex quo effectum est vt Proclus Episcopus, Epistolâ ad Domnum Antiochenum, pro causa Athanasij, Perrhæ Episcopi, quæ decima quarta Chalcedonensi Actione refertur, postquam de Perrhenis Clericis, siue, Canonicis, Episcopum suum Athanasium indignè tractantibus, allato Absalonis exemplo,
» dixisset: SIC ENIM ODIT DEVS EOS QVI ADVERSVS PA-
» TRES ARMANTVR, VT PATRVM INVASORES IN OMNI
» MVNDO INFAMIA NOTET: ΟΥΤΩ ΓΑΡ ΜΙΣΕΙ Ο ΘΕΟΣ ΤΟΥΣ ΚΑΤΑ ΠΑΤΕΡΩΝ ΟΠΛΙΖΟΜΕΝΟΥΣ, ΩΣ ΕΝ ΠΑΣΗ ΤΗ ΚΤΙΣΕΙ ΣΤΗΛΙΤΕΥΕΙΝ ΤΟΥΣ ΠΑΤΡΑΛΟΙΑΣ,
» hæc de de Perrheno Athanasio addit: Noui autem, DEI-AMAN-
» TISSIME, quoniam omnes complectens, in Christi visceribus
» & commiseratione plenus, CONSOLABERIS SENEM,
» ET LACRYMAS EIVS TRIBVLATIONIS ABS-
» TERGES: Οἶδα δὲ, ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΕ, *ὡς πάντας περιπτυσσόμενος ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ, καὶ γέμων συμπαθείας*, ΟΙΚΕΙΩΣΗ ΤΟΝ ΠΡΕΣΒΥΤΗΝ, ΚΑΙ ΑΠΟΜΑΞΕΙΣ ΑΥΤΟΥ ΤΟ ΤΗΣ ΘΛΙΨΕΩΣ ΔΑΚΡΥΟΝ. Hæc Proclus. Ac tandem de Eustathio ita decernit sacra Ephesina Sy-
» nodus: Iustum rectumque esse definiuimus, vt absque omni con-
» tradictione & NOMEN retineat Episcopi & HONOREM & COM-
» MVNIONEM: ea tamen lege vt neque ORDINANDI ipse jus
» habeat, neque vbi in illam Ecclesiam venerit, SACRIFICANDI
» ex propria auctoritate; nisi id sibi vel Adiuuandi causa vel Conces-
» sionis ratione, affectu amoreque Christiano à Fratre & Coëpiscopo,
» si ita contigerit, liberaliter deferatur: *Καὶ ὡρίσαμεν, δίχα πάσης ἀντιλογίας, ἔχειν αὐτὸν τό, τε τῆς ἐπισκοπῆς* ΟΝΟΜΑ, *καὶ τὴν* ΤΙΜΗΝ, *καὶ τὴν* ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ· *οὕτω μέντοι, ὥστε μὴ* ΧΕΙΡΟΤΟΝΕΙΝ *αὐτὸν, μήτε μὴν ἐκκλησίαν καταλαβόντα*, ΙΕΡΟΥΡΓΕΙΝ, *ἐξ ἰδίας αὐθεντίας, ἀλλ' ἢ ἄρα Συμπαραλαμβανόμενον, εἴπου Ἐπιτρεπόμενον, εἰ τύχοι, παρὰ Ἀδελφοῦ, καὶ Συνεπισκόπου, κατὰ Διάθεσιν καὶ Ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ.* DECIMO SEXTO; Anathematismus vndecimus Cyrilli ac Synodi Ale-
» xandrinæ, vt supra notauimus, is est: Si quis ipsam Domini CAR-

NEM

NEM VIVIFICAM, ipsiusque Verbi quod ex Deo Patre est, propriam esse negauerit, sed veluti alterius cuiuspiam ipsi Verbo secundùm dignitatem tantùm coniuncti, aut quasi diuinam tantùm inhabitationem sortiti, ac non potiùs Viuificam esse dixerit, vt modò meminimus, eo quòd Verbi, quod omnia viuificare potest, facta sit propria; Anathema sit: Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ Κυρίου ΣΑΡΚΑ ΖΩΟΠΟΙΟΝ εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένου μὲν αὐτῷ, κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν ὡς μόνην θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ΖΩΟΠΟΙΟΝ, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν ἰδία τοῦ λόγου, τοῦ τὰ πάντα ζωοποιεῖν ἰσχύοντος, ἀνάθεμα ἔστω. Iam probati Anathematismi probata quoque Tertia Parte Actorum à Concilio Ephesino ampliorem explicationem atque interpretationem requirente DECLARATIO hæc est: SANCTVM AC VIVIFICVM INCRVENTVMQVE IN ECCLESIIS SACRIFICIVM PERAGIMVS; CORPVS QVOD PROPONITVR, SIMILITER ET PRETIOSVM SANGVINEM, NON COMMVNIS, NOBISQVE SIMILIS HOMINIS CVIVSPIAM ESSE CREDENTES, SED POTIVS TANQVAM PROPRIVM CORPVS EFFECTVM; ET SANGVINEM ETIAM VERBI QVOD OMNIA VIVIFICAT, ACCIPIENTES, SIQVIDEM COMMVNIS CARO VIVIFICARE NON POTEST. ET HOC SALVATOR IPSE TESTATVM FACIT, CARO, (Ioan. 6. v. 64.) INQVIENS, NON PRODEST QVIDQVAM, SPIRITVS EST QVI VIVIFICAT. QVIA ENIM CARO VERBI FACTA EST PROPRIA, OB ID INTELLIGITVR ET EST VIVIFICA, QVEMADMODVM IPSE SALVATOR AIT: SICVT MISIT ME VIVENS PATER, ET EGO VIVO PRO- (v. 57.) PTER PATREM: ET QVI MANDVCAT ME, ET IPSE VIVET PROPTER ME. CVM ITAQVE NESTORIVS, ET QVI CVM ILLO SENTIVNT, MYSTERII HVIVS VIRTVTEM TEMERE DISSOLVANT, PROPTEREA, ET ID QVIDEM ADMODVM CONVENIENTER, EDITVS EST HIC ANATHEMATISMVS: ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ, ΚΑΙ ΖΩΟΠΟΙΟΝ, ΚΑΙ ΑΝΑΙΜΑΚΤΟΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙΣ ΤΕΛΟΥΜΕΝ ΘΥΣΙΑΝ· ΟΥΧ ΕΝΟΣ ΤΩΝ ΚΑΘ' ΗΜΑΣ, ΚΑΙ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΚΟΙΝΟΥ, ΣΩΜΑ ΕΙΝΑΙ ΠΙΣΤΕΥΟΝΤΕΣ ΤΟ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ· (hic quasi iacentem ac per modum Victimæ, Christum in Altari cernimus) ΟΜΟΙΩΣ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟ ΤΙΜΙΟΝ ΑΙΜΑ. ΔΕΧΟΜΕΝΟΙ ΔΕ ΜΑΛΛΟΝ, ΩΣ ΙΔΙΟΝ ΣΩΜΑ ΓΕΓΟΝΟΣ, ΚΑΙ ΜΕΝΤΟΙ ΚΑΙ ΑΙΜΑ, ΤΟΥ ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΖΩΟΓΟΝΟΥΝΤΟΣ, (aliàs, ΖΩΟΠΟΙΟΥΝΤΟΣ) ΛΟΓΟΥ· ΚΟΙΝΗ ΓΑΡ ΣΑΡΞ ΖΩΟΠΟΙΕΙΝ ΟΥ ΔΥΝΑΤΑΙ· ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΥ ΜΑΡΤΥΣ ΑΥΤΟΣ Ο ΣΩΤΗΡ, ΛΕΓΩΝ· Η ΣΑΡΞ ΟΥΚ ΩΦΕΛΕΙ ΟΥΔΕΝ· ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΕΣΤΙ ΤΟ ΖΩΟΠΟΙΟΥΝ· (Hîc, REX IACOBE, animo adesto, hæc meditare, in his esto) ΕΠΕΙΔΗ ΓΑΡ ΙΔΙΑ ΓΕΓΟΝΕ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, ΤΑΥΤΗ ΤΟΙ ΝΟΕΙΤΑΙ, ΚΑΙ ΕΣΤΙ ΖΩΟΠΟΙΟΣ, ΚΑΘΑ ΦΗΣΙΝ ΑΥΤΟΣ Ο ΣΩΤΗΡ· ΚΑΘΩΣ ΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΜΕ Ο ΖΩΝ ΠΑΤΗΡ, ΚΑΓΩ ΖΩ ΔΙΑ ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ, ΚΑΙ Ο ΤΡΩΓΩΝ ΜΕ, ΚΑΚΕΙΝΟΣ ΖΗΣΕΤΑΙ ΔΙ' ΕΜΕ. ΕΠΕΙΔΗ ΔΕ ΝΕΣΤΟΡΙΟΣ, ΚΑΙ ΟΙ ΤΑ ΑΥΤΟΥ ΦΡΟΝΟΥΝΤΕΣ, (at hoc loco, quæso, Sacramentarios esse NESTORIANOS agnosce) ΠΑΡΑΛΥΟΥΣΙΝ ΑΜΑ-

ΘΩΣ ΤΟΥ ΜΥΣΤΗΡΙΟΥ ΤΗΝ ΔΥΝΑΜΙΝ, ΤΑΥΤΗ ΤΟΙ, ΚΑΙ ΜΑΛΑ ΕΙΚΟΤΩΣ, ΓΕΓΟΝΕΝ Ο ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΜΟΣ. En iterum Ioannis verſiculus ille ex capite ſexto Euangelij, toties noſtris temporibus ab Hæreticis decantatus, CARO NON PRODEST QVIDQVAM, SPIRITVS EST QVI VIVIFICAT; explicatur vt ſupra OBSERVATIONE DECIMA, ac infra OBSERVATIONE DECIMA OCTAVA, non de Carne Chriſti coniuncta cum Spiritu æterno omnipotenter Viuificante, ſed de Carne à Deo ſeiuncta; ſiue non de Carne Verbi propria ſed de communi cæterorum mortalium Carne; ac denique de Virtute Viuificatrice ex naturæ propriæ poſſibilitate non de Viuificante ex vnione cum Verbo. Quoniam Viuificandi Facultas vnum eſt non mortalium ſed aucto-
Ioan.1. v.4. ris vitæ; Dei ſolius, in quo quod factum eſt, Vita erat, id eſt, ſolius immortalis immortale attributum. Vnde in Canonis, ſiue
» Anathematiſmi Declaratione dictum eſt, SIQVIDEM COMMV-
» NIS CARO VIVIFICARE NON POTEST, Κοινὴ γὰρ σὰρξ, ζωοποιεῖν οὐ δύναται. Ex quo apparet id ſolum atque vnicum ex ea auctoritate ſequi, approbante atque confirmante Concilio: nec am-
» pliùs audiendos iſtos qui nihil præter vnum illum verſiculum, SPI-
» RITVS EST QVI VIVIFICAT, CARO NON PRODEST QVIDQVAM, in decipiendorum auribus inſuſurrare ſolebant. Et certè magnum quidpiam præſtat hic locus dum ſpoliat hoſtem vno, quo iactanter ac populariter gloriari ſolebat, fortiſſimo telo. Sat enim in poſterum quiuis reſponderit, qui grauiter aduerſario exprobrarit, turpe Chriſtiano eſſe contra ſenſum Chriſtianitatis torquere Scripturæ verba Oecumenicè declarata, & audere contra Realitatem Carnis Chriſti in Euchariſtia eum locum adferre, ex quo ad Realitatem Carnis Chriſti in Incarnatione, probandam, indeque ex conſenſu omnium, multa vtrimque tum à CATHOLICIS, tum ab Hæreticis inferenda nihil tutius certiuſque olim foret. Si ignoranter, cur docent? Si ſcienter, cur accuſant? DECIMO SEPTIMO; in Apologetico Cyrilli pro Duodecim Capitibus aduersùs Orientales Epiſcopos Anathematiſmus Octauus, ſiue
» Octauum Caput eſt: Si quis dicere audet hominem adſumptum vna
» cum Dei verbo adorandum & conglorificandum, & Deum, tan-
» quam alterum cum altero, connominandum eſſe (hunc enim intel-
» lectum particula, CVM, adiecta, perpetuò ac neceſſariò adfert) &
» non potiùs VNA adoratione EMMANVELEM honorat, vnamque illi
» GLORIFICATIONEM attribuit, quatenus Verbum factum eſt Caro;
» Anathema ſit: Εἴ τις τολμᾷ λέγειν, τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ Θεῷ λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ συγχρηματίζειν Θεὸν, ὡς ἕτερον ἑτέρῳ· (τὸ γὰρ, ΣΥΝ, ἀεὶ προστιθέμενον, τοῦτο νοεῖν ἀναγκάζει·) καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ΜΙΑ προσκυνήσει τιμᾷ ΤΟΝ ΕΜΜΑΝΟΥΗΛ, καὶ μίαν αὐτῷ τὴν ΟΜΟΛΟΓΙΑΝ ἀνάπτει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· ἀνάθεμα ἔστω. Sequitur
» Orientalium Oppoſitio huiuſcemodi: Proinde ad hæc dicimus,
» quod ſcite admodum præcepit his qui cum carne vnum & eumdem
» Filium adorare volunt, tanquam aliud quiddam ſit, μετὰ, quàm

σιν. id quod & ipſe poſuit, ſicut prædictum eſt, dicens, IPSVM «
CVM CARNE ADORANDVM, negans autem COADORANDAM «
CVM DIVINITATE CARNEM: Πρὸς οὖν ταῦτα φαμὲν, ὡς πά- «
νυ ἐπισημαντικῶς ἐπίσκηψε, τοῖς σὺν τῇ σαρκὶ προσκυνεῖν τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐ-
τὸν ἡμῖν βουλομένοις· ὡς ἑτέρου τινὸς ὄντος παρὰ τὸ, ΣΥΝ, τοῦ ΜΕΤΑ. ὅ-
περ αὐτὸς ἔθηκεν, ὡς προείρηται· λέγων, αὐτὸν, μετὰ σαρκὸς δεῖν προσκυνεῖ-
σθαι. ἀπαγορεύων δὲ συμπροσκυνεῖσθαι τῇ θεότητι τὴν σάρκα. Tum Cy-
rilli Apologia, ſiue Defenſio eſt ex Athanaſij DE INCARNA-
TIONE libris: Si quis Domini noſtri Carnem ſupernè eſſe di «
cit, & non ex Virgine Maria, vel conuerſam Diuinitatem in Car- «
nem, aut confuſam aut immutatam, vel paſſibilem Domini Dei- «
tatem; VT NON-ADORANDAM DOMINI NOSTRI CAR- «
NEM VT HOMINIS, NON ADORANDAM VT DOMINI ET «
DEI CARNEM: HVNC ANATHEMATIZAT SANCTA ET «
CATHOLICA ECCLESIA DIVINO APOSTOLO OBTEMPE- «
RANS: QVI DICIT: SI QVIS VOBIS EVANGELIZAVE- « Gal. 1.
RIT PRÆTER ID QVOD ACCEPISTIS, ANATHEMA SIT: Εἴ τις « v. 9.
τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα, ἄνωθεν λέγει, καὶ μὴ ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας· ἢ
τραπεῖσαν τὴν θεότητα εἰς σάρκα· ἢ συγχυθεῖσαν, ἢ ἀλλοιωθεῖσαν· ἢ παθητὴν
τὴν τοῦ Κυρίου θεότητα· ἢ ΑΠΡΟΣΚΥΝΗΤΟΝ ΤΗΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ Η-
ΜΩΝ ΣΑΡΚΑ, ΩΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ, ΜΗ ΠΡΟΣΚΥΝΗΤΗΝ, ΩΣ ΚΥΡΙΟΥ
ΚΑΙ ΘΕΟΥ ΣΑΡΚΑ· ΤΟΥΤΟΝ ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΖΕΙ Η ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΚΑ-
ΘΟΛΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, ΠΕΙΘΟΜΕΝΗ ΤΩ ΘΕΙΩ ΑΠΟΣΤΟΛΩ, ΛΕ-
ΓΟΝΤΙ· ΕΙ ΤΙΣ ΥΜΑΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΖΕΤΑΙ, ΠΑΡ' Ο ΠΑΡΕΛΑΒΕΤΕ,
ΑΝΑΘΕΜΑ ΕΣΤΩ. Ac paulo poſt non Athanaſij ſed ſuis verbis
Cyrillus: Itaque, vt mihi videtur, citra periculum & culpam dixe- «
rit quis, quòd Incarnatum Dei Verbum, vt pote Vnus exiſtens «
Filius, non abſque ſua carne, ſed cum illa potiùs adorandum ſit: «
QVEMADMODVM SCILICET ETIAM HOMINIS ANIMA CVM SVO «
CORPORE HONORATVR; vna autem appellatione, quod ex vtriſ- «
que conſtat, vt vnum animal, ſignificatur: Ἀκινδύνως δὲ καὶ ἀλήπτως, «
ὥς γε οἶμαι, φαίη τις ἄν, ὅτι ὁ Σαρκωθεὶς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡς εἷς ὑπάρχων υἱὸς,
οὐχὶ δίχα τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, μετ' αὐτῆς δὲ μᾶλλον, ἐστὶ προσκυνητός. καθάπερ
ἀμέλει καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, μετὰ τοῦ ἰδίου τιμᾶται σώματος· κλῆσις δὲ μιᾷ,
τὸ ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἓν ζῶον σημαίνεται. DECIMO OCTAVO; Ex Cyrilliana vn-
decimi Anathematiſmi Defenſione DE VIVIFICANTE CHRISTI
CARNE, de qua nimis multa, hæc ſuo loco referenda tamen, quam-
uis ferme eadem dicta videri poſſent ſuperiùs OBSERVATIONE
OCTAVA, atque DVODECIMA: Proprium igitur corpus dicimus «
factum eſſe Verbi, & non Hominis alicuius ſeorſim & ſeparatè, «
tanquam alius præter illum, Chriſtus & Filius intelligatur. Quem- «
admodum autem vniuſcuiuſque noſtrum proprium dicitur Cor- «
pus quod propriè eius eſt, ita & in vno Chriſto eſt intelligendum. «
Nam quamuis ſit noſtris corporibus cognatum, hoc eſt, conſubſtan- «
tiale (natum enim ex muliere eſt) proprium eius, vt dixi, intelligi- «
tur & dicitur. QVIA AVTEM VITA SECVNDVM NATVRAM EST «

» VERBVM, QVOD EX DEO PATRE EST, VIVIFICATRICEM EFFE-
» CIT SVAM CARNEM: ET HAC RATIONE, FACTA EST NOBIS EV-
» LOGIA,, id est, vt non semel annotatum est, communi verbo Cy-
» rilli, Eucharistia) VIVIFICATRIX. PROINDE ET CHRISTVS DICE-
Ioan. 6. » BAT: AMEN, AMEN DICO VOBIS, EGO SVM PANIS VIVVS, QVI DE
v. 51. » CÆLO DESCENDI, ET VITAM DANS MVNDO. Et rursus: PANIS
v. 54. » QVEM EGO DABO, CARO MEA EST PRO MVNDI VITA. Et iterum:
» QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SANGVINEM,
» IN ME MANET ET EGO IN EO. VIDE IGITVR QVOMODO VBIQVE,
(id est, si bene capis Cyrillum, tam in Incarnatione quàm in Eucharistia, siue in vtrisque vtriusque Materiæ locis, tam nimirum DE PANE INCARNATIONIS, quàm DE PANE EVCHARISTIÆ tractanti-
» bus,) SVVM CORPVS ILLVD E MVLIERE ADSVMPTVM NOMINAT
» PROPTER SVMMAM VNITATEM. Hæc cum sit Mysterij ratio in ex-
» positione sua, rursus ait Nestorius: Audite, inquit, adtendentes Ver-
» ba: Qui manducat, inquit, meam Carnem. MEMORES ESTOTE
» QVOD DE CARNE EST SERMO. ET QVOD A ME NON EST ADIE-
» CTVM CARNIS NOMEN, NE ILLIS VIDEAR PERVERSE INTERPRE-
» TARI: QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SAN-
» GVINEM. NVM DIXIT, QVI MANDVCAT MEAM DIVINITATEM, ET
» BIBIT MEAM DIVINITATEM? QVI MANDVCAT MEAM CARNEM,
» INQVIT, ET BIBIT MEVM SANGVINEM, IN ME MANET ET EGO IN
» EO, MEMORES ESTOTE QVOD DE CARNE SIT DICTVM. At enim
» peruersè nonnumquam interpretor: audiamus igitur ex sequentibus:
v. 57. » Sicut misit me viuens Pater. Ille dicit Diuinitatem, ego Humanita-
» tem. Videamus quisnam peruersè interpretetur: Sicut misit me vi-
» uens Pater. Dicit hoc loco Hæreticus Diuinitatem. Num dicit, mi-
» sit me Deum Verbum viuens Pater, vt illi putant? & ego; Deus
» Verbum viuo propter Patrem. Deinde post hoc: Et iterum: & qui
» manducat me, & ille viuet. QVID MANDVCAMVS? DIVINITATEM-
» NE, AN CARNEM? Ἴδιον οὖν τὸ σῶμα φαμὲν γενέσθαι τοῦ λόγου, καὶ οὐκ ἀνθρώπου τινὸς ἰδικῶς, καὶ κεχωρισμένως, ἑτέρου παρ' αὐτὸν νοουμένου τοῦ Χριστοῦ καὶ υἱοῦ. ὥσπερ δὲ ἴδιον ἡμῶν ἑκάστου λέγεται σῶμα, τὸ ἰδικῶς αὐτοῦ, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ νοητέον. καίτοι γὰρ ὑπάρχον τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ὁμογενές, ἤγουν ὁμοούσιον, (γεγέννηται γὰρ ἐκ γυναικός,) ἴδιον αὐτοῦ, ὡς ἔφην, νοεῖται καὶ λέγεται.

ΕΠΕΙΔΗ ΔΕ ΖΩΝ ΚΑΤΑ ΦΥΣΙΝ ΕΣΤΙΝ, Ο ΕΚ ΘΕΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΛΟΓΟΣ, ΖΩΟΠΟΙΟΝ ΑΠΕΦΗΝΕ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΣΑΡΚΑ· ΤΑΥΤΗ ΤΟΙ ΓΕΓΟΝΕΝ ΗΜΙΝ ΕΥΛΟΓΙΑ ΖΩΟΠΟΙΟΣ· ΚΑΙ ΓΟΥΝ ΕΦΑΣΚΕΝ Ο ΧΡΙΣΤΟΣ· ΑΜΗΝ, ΑΜΗΝ ΛΕΓΩ ΥΜΙΝ, ΕΓΩ ΕΙΜΙ Ο ΑΡΤΟΣ Ο ΖΩΝ, Ο ΕΚ ΤΟΥ ΟΥΡΑΝΟΥ ΚΑΤΑΒΑΣ, ΚΑΙ ΖΩΗΝ ΔΙΔΟΥΣ ΤΩ ΚΟΣΜΩ. ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ, ΚΑΙ Ο ΑΡΤΟΣ ΔΕ, ΟΝ ΕΓΩ ΔΩΣΩ, Η ΣΑΡΞ ΜΟΥ ΕΣΤΙΝ, ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ ΖΩΗΣ. ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ, Ο ΤΡΩΓΩΝ ΜΟΥ ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ, ΚΑΙ ΠΙΝΩΝ ΜΟΥ ΤΟ ΑΙΜΑ, ΕΝ ΕΜΟΙ ΜΕΝΕΙ, ΚΑΓΩ ΕΝ ΑΥΤΩ· ΑΘΡΕΙ ΔΗ ΟΥΝ ΟΠΩΣ ΠΑΝΤΑΧΟΥ ΕΑΥΤΟΥ ΣΩΜΑ ΤΟ ΕΚ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΟΝΟΜΑΖΕΙ, ΔΙΑ ΤΗΝ ΕΙΣ ΑΚΡΟΝ ΕΝΩΣΙΝ. τοῦτον ἔχοντος τοῦ Μυστηρίου τὸν λόγον, ἐν ἐξηγήσει, πάλιν ἰδία

φησὶν ὁ ΝΕΣΤΟΡΙΟΣ· ἀκούσατε τοίνυν προσέχοντες τοῖς ῥητοῖς· Ο ΤΡΩΓΩΝ ΜΟΥ, ΦΗΣΙ, ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ· ΜΝΗΜΟΝΕΥΕΤΕ, ΟΤΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ ΕΣΤΙ ΤΟ ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ· ΚΑΙ ΟΤΙ ΟΥ ΠΑΡ' ΕΜΟΥ ΠΡΟΣΤΕΘΕΙΤΑΙ ΤΟ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ ΟΝΟΜΑ. ΩΣΤΕ ΜΗ ΔΟΚΕΙΝ ΕΚΕΙΝΟΙΣ ΠΑΡΕΡΜΗΝΕΥΕΙΝ· Ο ΤΡΩΓΩΝ ΜΟΥ ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ, ΚΑΙ ΠΙΝΩΝ ΜΟΥ ΤΟ ΑΙΜΑ. ΜΗ ΕΙΠΕΝ, Ο ΤΡΩΓΩΝ ΜΟΥ ΤΗΝ ΘΕΟΤΗΤΑ, ΚΑΙ ΠΙΝΩΝ ΜΟΥ ΤΗΝ ΘΕΟΤΗΤΑ; Ο ΤΡΩΓΩΝ ΜΟΥ ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ, ΚΑΙ ΠΙΝΩΝ ΜΟΥ ΤΟ ΑΙΜΑ, ΕΝ ΕΜΟΙ ΜΕΝΕΙ, ΚΑΓΩ ΕΝ ΑΥΤΩ. ΜΝΗΜΟΝΕΥΕΤΕ, ΟΤΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ ΤΟ ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ. Ἀλλ' ἐνίοτε παρερμηνεύω. ἀκούσωμεν ἐκ τῶν ἐφεξῆς. καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν Πατήρ. ἐκεῖνος λέγει τὴν Θεότητα, ἐγὼ τὴν Ἀνθρωπότητα. ἴδωμεν, τίς ὁ παρερμηνεύων; καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν Πατὴρ· λέγει ἐνταῦθα ὁ αἱρετικὸς, τὴν Θεότητα. μὴ λέγει, ὅτι ἀπέστειλεν ἐμὲ τὸν Θεὸν λόγον, ὁ ζῶν Πατήρ; κατ' ἐκείνους, κἀγὼ ζῶ, ὁ Θεὸς λόγος, διὰ τὸν πατέρα; εἶτα μετὰ τοῦτο· καὶ πάλιν· ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται. ΤΙΝΑ ΕΣΘΙΟΜΕΝ, ΤΗΝ ΘΕΟΤΗΤΑ, Η ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ; Ac paulo post Cyrillus: An vero qui visibilem illum tanquam alium quendam esse filium & Christum præter illud ex Deo Verbum asserit, cui etiam Soli, Missionis & Apostolatus munus tribuerit, NON IS NOSTRVM MYSTERIVM ANTHROPOPHAGIAM EFFICIT, Cùm ad exoletas cogitationes mentem Fidelium nefariè perducat, eaque humanis subiicere rationibus conetur, quæ Sola & indubia Fide capiuntur? NEQVE ENIM QVIA MINIME EDITVR DIVINITATIS NATVRA, PROPTEREA COMMVNE DIXERIT QVISPIAM SANCTVM CHRISTI CORPVS. SCIRE AVTEM OPERÆPRETIVM EST, QVOD SICVT SVPRA DIXIMVS, PROPRIVM EST CORPVS EIVS VERBI, QVOD OMNIA VIVIFICAT. QVONIAM AVTEM EST CORPVS VITÆ, VIVIFICVM EST. PROPTEREA NAMQVE MORTALIBVS NOSTRIS CORPORIBVS LARGITVR VITAM, ET MORTIS IMPERIVM EVACVAT. VIVIFICAT AVTEM NOS ÆQVALI MODO ET SANCTVS SPIRITVS CHRISTI. SPIRITVS ENIM EST QVI VIVIFICAT SECVNDVM EIVSDEM SALVATORIS VOCEM: [Ioan. 6. v. 63.] Ἆρ' οὖν ὡς ἕτερόν τινα υἱὸν καὶ Χριστὸν, παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, τὸν φαινόμενον εἶναι διαβεβαιούμενος, ᾧ καὶ μόνῳ τὸ τῆς Ἀποστολῆς προσνενέμηκε χρῆμα; ΟΥΚ ΑΝΘΡΩΠΟΦΑΓΙΑΝ ΗΜΩΝ ΑΠΟΦΑΙΝΕΙ ΤΟ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ, Παρωθῶν ἀνοσίως εἰς ἐξιτήλους ἐννοίας τῶν πεπιστευκότων τὸν νοῦν· καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ὑποφέρειν ἐπιχειρῶν, ἃ μόνως, καὶ ἀζητήτῳ πίστει, παραλαμβάνεται; ΟΥ ΓΑΡ ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ ΟΥΚ ΕΣΘΙΕΤΑΙ Η ΤΗΣ ΘΕΟΤΗΤΟΣ ΦΥΣΙΣ, ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΕΙΝΑΙ ΦΑΙΗ ΤΙΣ ΑΝ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. ΕΙΔΕΝΑΙ ΔΕ ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ, ΟΤΙ ΚΑΘΑ ΦΘΑΣΑΝΤΕΣ ΕΙΠΟΜΕΝ, ΙΔΙΟΝ ΕΣΤΙ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΖΩΟΠΟΙΟΥΝΤΟΣ ΛΟΓΟΥ. ΕΠΕΙΔΗ ΔΕ ΕΣΤΙ ΣΩΜΑ ΖΩΗΣ, ΖΩΟΠΟΙΟΝ ΕΣΤΙ· ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΓΑΡ ΤΟΙΣ ΘΝΗΤΟΙΣ ΗΜΩΝ ΣΩΜΑΣΙΝ ΕΝΙΗΣΙ (aliàs, ἐντίθησι) ΤΗΝ ΖΩΗΝ· ΟΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑΡΓΕΙ ΤΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ ΤΟ ΚΡΑΤΟΣ· ΖΩΟΠΟΙΕΙ ΔΕ ΗΜΑΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΙΣΟΝ ΤΡΟΠΟΝ ΚΑΙ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΠΝΕΥΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ·

ΤΟ ΓΑΡ ΠΝΕΥΜΑ ΕΣΤΙ ΤΟ ΖΩΟΠΟΙΟΥΝ, ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΦΩΝΗΝ. Qui ſanè Ioannis verſiculus, SPIRITVS EST QVI VIVIFICAT, iam trina, vt tute, REX IACOBE, probè meminiſti, in ſuo antiquo Euangelico, ac germano ſenſu, quaſi ſententia confirmatus, vt ex OBSERVATIONE DECIMA, DECIMAQVE SEXTA, ATQVE hac DECIMA OCTAVA colligere eſt, nunc DEFENSOREM FIDEI implorat, tanquam ad te prouocans, apud quem hæc quæ in omnium tamen manibus verſatur, cauſa nunc primum attentè audita perfectèque cognita videatur. Vnum verò illud poſtulat, vt poſtquam hæc tot teſtimoniis comperta perſpectaque habeas, Regia auctoritate cautum ſit, neu cui poſtmodum impunè liceat verſiculum illum CATHOLICIS obiicere. Sat enim ampla de victis parta gloria eſt; noua illa Lex Victoriæ Silentium. Sed cætera ordine perſequamur. DECIMONONO: in Exemplo SACRÆ Imperatoriæ per Ariſtolaum Tribunum & Notarium ad Ioannem Archiepiſcopum Antiochenum miſſæ DE SANCTARVM ECCLESIARVM PACE ET VNIONE CONSTITVENDA: Περὶ τῆς ΕΙΡΗΝΗΣ, καὶ ΕΝΩΣΕΩΣ τῶν Ἁγίων Ἐκκλησιῶν· hæc tandem Theodoſius & Valentinianus De redeundo Ioanni in gratiam cum Cyrillo, ac Pace
» Eccleſiæ inter eos componenda: Interea vero dum éxoptata Pa-
» cis Concordiæque & mutuæ inter vos amicitiæ conuentio confir-
» matur, & per illa iter ad noſtrum Colloquium vobis patefactum
» fuerit, nulla prorſus quorumcumque Epiſcoporum aut CREATIO,
» aut DEPOSITIO, aut quæcumque ORDINATIO tentabitur: ſed ſi
» quid interim huiuſmodi factum eſſe contigerit, id immotum &
» imperturbatum, ECCLESIÆ CATHOLICÆ COMPOSITIONEM ex-
» ſpectet; PRÆSERTIM CVM RELIGIOSISSIMI CLERICI AD DIVINA
» MINISTERIA EXSEQVENDA SVFFICERE QVEANT, DONEC PERFE-
» CTA VNIO CONSEQVATVR: Ἐν τοσούτῳ δὲ, ἐν ὅσῳ, ἥτε σπουδαζομένη τῆς Εἰρήνης, καὶ τῆς Ὁμονοίας τῆς ἡμετέρας, (aliàs, ὑμετέρας) καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλίας, καὶ ἐκ ταύτης τῆς πρὸς ἡμᾶς προσοδοποιηθείσης συντυχίας, βεβαιοῦται συγκρότησις, μηδεμία ἐξ ΕΠΙΣΚΟΠΙΚΩΝ ΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΝ, ἢ ΚΑΘΑΙΡΕΣΕΩΝ, ἢ καὶ οἱασδηποτοῦν ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΣ, προσγένηται ΚΑΙΝΟΤΟΜΙΑ. ἀλλ' εἴ τι καὶ μεταξὺ γενέσθαι συμβέβηκε, τοῦτο ἐν ἡσυχίᾳ μένον, ἀπέραχον, ΤΗΝ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ φυλαττέτω ΚΑΤΑΣΤΑΣΙΝ, ΕΠΑΡΚΟΥΝΤΩΝ ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΩΝ ΚΛΗΡΙΚΩΝ, ΑΧΡΙΣ ΑΝ ΤΕΛΕΙΑ ΕΝΩΣΙΣ ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΗΣΗ, ΠΡΟΣ ΤΟ ΤΑΣ ΘΕΙΑΣ ΥΠΗΡΕΣΙΑΣ ΕΠΙΤΕΛΕΙΝ. Ex quibus te, REX IACOBE, pleniùs iam perſpicere confido, quid ſibi illud velit HISTORIÆ APOSTOLORVM, ſiue Actuum: MINISTRANTIBVS ILLIS DOMINO: quod in ſingulari illo noſtro DE SACRIFICIO Tractatu ſupra enarrauimus: quamuis hic atque illic apud æquos Iudices res eadem videri poſſit, quæ diuerſis verbis declaretur. VIGESIMO; ad Epheſina Acta pertinet Epiſtola Sanctiſſimi Archiepiſcopi Cyrilli in Sanctum Symbolum, εἰς τὸ Ἅγιον Σύμβολον, ad Anaſtaſium, Alexandrum, Martinianum, Ioannem, Paregorium Preſbyterum, &

Maximum Diaconum cæterosque Orthodoxæ fidei, Monachorum Patres, cumque Monachis reliquos cælibem vitam viuentes. Itaque hæc in ea est tanquam sacra Oecumenicæ synodi Cyrilliana Appendix: Proinde dicebat Christus: Amen, Amen dico vobis, nisi manducaueritis Carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis ipsis. VIVIFICA IGITVR SVNT SANCTVM CORPVS ET SANGVIS CHRISTI: Corpus enim, sicut dixi, est non hominis cuiusdam qui vitæ sit particeps; immo verò proprium illius est secundùm naturam vitæ, ipsius nimirum vnigeniti. Hæc sentit nobiscum AMANTISSIMVS-CHRISTI SANCTORVM PATRVM CHORVS, & ipse QVI NVNC SANCTÆ CONSTANTINOPOLITANÆ ECCLESIÆ THRONVM EXORNAT, Religiosissimus & pientissimus Frater & Coëpiscopus Proclus: Καὶ μὴν ἔφη Χριστός· Ἀμὴν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. ΖΩΟΠΟΙΟΝ ΟΥΝ ΑΡΑ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΣΩΜΑ, ΚΑΙ ΑΙΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ· Σῶμα γὰρ, ὡς ἔφην, ἐστὶν, οὐκ ἀνθρώπου τινὸς, μετόχου ζωῆς, ἴδιον δὲ μᾶλλον τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς. δῆλον δὲ, ὅτι τοῦ μονογενοῦς. Ταῦτα φρονεῖ μεθ' ἡμῶν ὁ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΧΟΡΟΣ, καὶ αὐτὸς δὲ, ὁ νυνὶ τὸν τῆς Ἁγίας τῶν Κωνσταντινοπολιτῶν Ἐκκλησίας ΚΑΤΑΚΟΣΜΗΣΑΣ ΘΡΟΝΟΝ, ὁσιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς, καὶ Συνεπίσκοπος, Πρόκλος. Ac paulo post tandem concludit: Coarguitur igitur vbique PERFIDIA hominum, qui ab his diuersa vel sapiunt, vel scripserunt, quòd vbique profana impuritate laboret, & à veritatis dogmatibus dissonet: Ἐλέγχεται τοίνυν τῶν ἕτερα παρὰ ταῦτα φρονούντων, ἢ γεγραφότων, ἡ ΚΑΚΟΠΙΣΤΙΑ, πανταχοῦ νοσοῦσα τὸ βέβηλον, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας ἀπᾷδον δόγμασι. VIGESIMO PRIMO atque VLTIMO: Exemplum SACRÆ LEGIS, Θείου Θεσπίσματος, pientissimi Imperatoris Theodosij aduersus Porphyrium ac Nestorianos, contràque Irenæum Tyriorum Episcopum, hæc in fine habet: Vt autem omnes experimento discant, quantopere Maiestas Nostra impiæ Nestorij fidei æmulos detestetur, statuimus, vt Irenæus qui hac de causa nostram indignationem olim incurrit, & postea, nescio quomodo POST SECVNDAS NVPTIAS, sicuti accepimus, CONTRA APOSTOLICOS CANONES Tyriorum Vrbis Episcopus creatus est, à sancta quidem Tyriorum Ecclesia expellatur, priuatus autem in patrio tantùm solo degat, HABITV ET NOMINE SACERDOTIS prorsus exutus: Ὥστε δὲ πάντας τῇ πείρᾳ μαθεῖν, ὡς ἡ ἡμετέρα θειότης ἀποστρέφεται τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν, θεσπίζομεν, Εἰρηναῖον, τὸν πάλαι, διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην, παρ' ἡμῶν ἀγανακτήσει ὑποβληθέντα· καὶ μετὰ τοῦτο, οὐκ ἴσμεν ὅπως, ΜΕΤΑ ΔΥΟ ΓΑΜΟΥΣ, ὡς μεμαθήκαμεν, ΠΑΡΑ ΤΟΥΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥΣ ΚΑΝΟΝΑΣ, τῆς Τυρίων πόλεως γεγονότα Ἐπίσκοπον, τῆς μὲν ἐν Τύρῳ Ἁγίας Ἐκκλησίας ἐκβληθῆναι, ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ μόνῃ πατρίδι διάγειν ἡσυχάζοντα, παντελῶς ΤΟΥ ΣΧΗΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΟΝΟΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ἐστερημένον. Ex quibus Sacram atque Antiquam Christianorum Imperatorum ac Regum Fidem, REX IACOBE, tanquam præsentem cernas de Sacro Sacerdotum Cælibatu, deque illo Vnius Vxoris Viro, quem tertio prioris meæ ad Timo-

Ioan 6. v. 53.

theum capite, Epiſcopum feci, à quo poſtmodum Apoſtolicus Canon De Bigamis ad Altare Domini non admittendis, cuius hic mentio, exemplum ac interpretatio eſt, manauit. Atque hæc De Euchariſtia pleniſſimè planiſſiméque BEATA SYNODVS, quo nomine

CAP. XLII. Epheſinam Vincentius Lirinenſis appellare ſolebat. Ac tandem tametſi in ore duorum aut trium ſtet omne verbum, vt

Matt. 18. v. 16. Euangelicorum Teſtium compleatur numerus, quarto atque vltimo loco REVELAT ET CONFITETVR, tanquam Quartum Euangelium, Chalcedonenſe Concilium Generale Quartum in Chalcedo-
» nenſium Metropoli ciuitate Bithyniæ, in Baſilica Sanctiſſimæ &
» BONÆ-AC-PVLCHRÆ-VICTRICIS Martyris Euphemiæ, Ἐν τῷ Μαρτυρείῳ τῆς Ἁγιωτάτης καὶ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ Μάρτυρος Εὐφημίας, celebratum; vt legere eſt in Inſcriptione Damnationis Dioſcori, ad Dioſcorum miſſæ, Actione tertia, necnon & de Caroſo & Dorotheo & iis qui cum eo erant, Actione quarta. Concilium ſanè, quod quidem Sexta Synodus, Actione decima octaua, quæ Græcè decima ſeptima eſt, mirificè laudat, & SACERRIMI, Πανιέρου, Leonis Epiſtolam ſiue TOMVM, Τόμον, ad Sanctum Flauianum ex Chalcedonenſi Concilio, TITVLVM (aliàs, COLVMNAM) RECTÆ FIDEI, Στήλην Ὀρθοδοξίας, nominat. Ea enim eſt, quâ lectâ frequenti Chalcedonenſi Sy-
» nodo vniuerſum Concilium Actione Secunda acclamat: Anathe-
» ma ei qui ita non credit. PETRVS PER LEONEM ITA LOCVTVS
» EST. APOSTOLI ita docuerunt: Ἀνάθεμα τῷ μὴ οὕτω πιστεύοντι. ΠΕΤΡΟΣ ΔΙΑ ΛΕΟΝΤΟΣ, ΤΑΥΤΑ ΕΞΕΦΩΝΗΣΕΝ. οἱ ΑΠΟΣΤΟΛΙ οὕτως ἐδίδαξαν. Quale verò quantumque, Deus bone, Concilium, cui SEXCENTI TRIGINTA Epiſcopi interſunt, vt Sexta Synodus, vbi proximè ſupra, teſtatur? Sed quod omnem prorſus ſcrupulum tollit, Actio quarta eſt ipſius Concilij Chalcedonenſis, vbi cùm de Ægyptiis Epiſcopis agitur, Lucentius Reuerendiſſimus Epiſcopus, VICARIVS SEDIS APOSTOLICÆ., Ἐπέχων τὸν τόπον τοῦ Ἀποστολικοῦ Θρόνου,
» dixit: Si errant, doceantur per Veſtram Magnificentiam, quia non
» poſſunt DECEM homines præiudicium facere, SYNODO SEXCEN-
» TORVM EPISCOPORVM, nec CATHOLICÆ FIDEI: Εἰ πλανῶνται, παρὰ τῆς Ὑμετέρας Μεγαλοπρεπείας μανθανέτωσαν, ὅτι οὐ δύνανται ΔΕΚΑ ἄνδρες, πρόκριμα ποιεῖν ΤΗ ΣΥΝΟΔΩ ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, καὶ ΤΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΠΙΣΤΕΙ. Efficiam verò vt non diutius Epiſcopalis eorum, ſiue Apoſtolica de Myſterio Euchariſtiæ deſideretur Doctrina. PRIMO loco producendus nobis grauiſſimus ille Chalcedonenſis Veritatis teſtis locus, alterius Epiſtolæ Sancti Leonis ac Romanæ Synodi ad Clerum & Plebem Conſtantinopolitanæ Vrbis. Huius Synodicæ ante Chalcedonenſe Concilium, verba ſunt:
» In quibus iſti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus deſidiæ tor-
» pore iacuere, vt nec auditu diſcerent, vel lectione cognoſcerent,
» QVOD IN ECCLESIA DEI OMNIVM ORE TAM CONSONVM EST,
» VT NEC AB INFANTIVM LINGVIS, VERITAS CORPORIS ET
» SANGVINIS CHRISTI INTER COMMVNIS SACRAMENTA FIDEI

TACEATVR? QVIA IN ILLA MYSTICA DISTRIBVTIONE SPIRITALIS ALIMONIÆ HOC IMPARTITVR, HOC SVMITVR, VT ACCIPIENTES VIRTVTEM CÆLESTIS CIBI, IN CARNEM IPSIVS, QVI CARO NOSTRA FACTVS EST, TRANSEAMVS. Hoc vero maximè pertinet ad Mysterium nostræ per Veritatem Eucharisticam cum Christo CONCORPORALITATIS: de qua tot tantaque superiùs hoc libro dicta sunt. SECVNDO; Actione prima Chalcedonensis Concilij in actis Constantinopoli, post Eutycheris Depositionem; (quæ in Ephesо lecta sub Dioscoro, Chalcedone relecta sunt,) Cùm Macedonius spectabilis Tribunus, Notarius & Referendarius proferens Sanctum Euangelium, iussisset eos qui dudum præsentes fuerant, Sacratissimos Episcopos, sub Sacramento dicere, Si veræ sint legendorum monimentorum professiones ab vtraque parte illatæ, Basilius reuerendissimus Episcopus Seleuciensium Ecclesiæ dixit: HACTENVS IVRAMENTVM EPISCOPIS NESCIMVS OBLATVM. Sed & præceptum est nobis, à Domino Christo, non iurandum, neque per cælum, quia Thronus Dei est: neque per terram, quia Scabellum pedum Dei est: neque per caput suum, quemquam iurare, quia nullus potest vnum capillum eorum qui à Deo creati sunt, ipse facere. Vnusquisque vero SICVT ANTE ALTARE STANS, Dei timorem habens præ oculis, & propriam conscientiam mundam seruans Deo, quod in memoria retinet, nullatenus habet intermittere: ΜΕΧΡΙ ΝΥΝ, ΟΡΚΟΝ ΟΥΚ ΙΣΜΕΝ ΠΡΟΣΕΝΕΧΘΕΝΤΑ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ. ἀλλὰ καὶ ἐντέταλται ἡμῖν παρὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, μὴ ὀμόσαι, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι Θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι Ὑποπόδιόν ἐστι τοῦ Θεοῦ· μήτε εἰς τὴν κεφαλὴν τὴν ἑαυτοῦ τινὰ ὀμόσαι, ὅτι οὐδεὶς δύναται τρίχα, τῶν ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθεισῶν, αὐτὸς ποιῆσαι. ἕκαστος δὲ ΩΣ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΩ ΠΑΡΕΣΤΩΣ, τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἔχων πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ τὸ ἑαυτοῦ συνειδὸς φυλάττων καθαρὸν τῷ Θεῷ, τῶν ὄντων αὐτῷ ἐν μνήμῃ, οὐδὲν ἔχει παραλεῖψαι. TERTIO; Epistolâ Monachorum qui sub Eutyche, ad Concilium Ephesinum Secundum scripserunt, id est, Narsetis Presbyteri, Timothei, Eusebij, Constantini cæterorumque Diaconorum, ac Subdiaconorum, Ὑποδιακόνων, reliquorumque Monachorum, eadem Actione prima: Nobis autem præcipiebat (Flauianum intelligunt, Archiepiscopum Constantinopolitanum) per directum ab eo Theodosium Presbyterum, cum eo præsentibus aliis Clericis, recedere à Pastore (nimirum Eutychete) & neque loqui cum eo de cætero. Sed & res Monasterij aduersùs ipsum CVSTODIRI (hoc ipsum enim negotiabatur) SVB NOMINE PAVPERVM, aut hoc non facientes, prohiberi, & nos cum nostro magistro, A COMMVNIONE DIVINORVM MYSTERIORVM. ET SANCTVM QVIDEM ALTARE, QVOD IPSE ANTE SEX MENSES QVAM INSIDIAS MEDITARETVR, CONSECRAVIT, VACVVM DIVINO REMANSIT SACRIFICIO: Ἡμῖν δὲ παρεκελεύετο, διὰ τοῦ Ἀποσταλέντος παρ᾽ αὐτοῦ Θεοδοσίου τοῦ Πρεσβυτέρου, συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ἑτέρων Κληρικῶν, ἀφίστασθαι τοῦ ποιμένος, καὶ μηδὲ προσφθέγγεσθαι αὐτῷ ἔτι, καὶ τὰ τοῦ Μοναστηρίου ΦΥΛΑΤΤΕΙΝ αὐτῷ τῷ τῶν

Matt. 5. v. 35.

προσαγῶν ὀνόματι· τοῦτο γὰρ ἐπραγματεύετο· ἢ τοῦτο μὴ ποιοῦντας, εἴργεσθαι καὶ αὐτοὺς, μετὰ τοῦ διδασκάλου, ΤΗΣ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ. ΚΑΙ ΤΟ ΜΕΝ ΑΓΙΟΝ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΝ, ΟΠΕΡ ΑΥΤΟΣ ΠΡΟ ΕΞ ΜΗΝΩΝ, ΤΗΣ ΜΕΛΕΤΗΘΕΙΣΗΣ ΕΠΙΒΟΥΛΗΣ, ΚΑΤΕΠΗΞΑΤΟ, ΚΕΝΟΝ
» ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΙΕΡΟΥΡΓΙΑΣ ΕΣΤΙ. QVARTO, ibidem paulo post: Et
» in hac infelicitate lacrymantes nos inuenit Salutaris dies NATALIS
» Saluatoris nostri Dei & Domini Iesu Christi; ET QVÆ OMNIBVS
» CHRISTIANIS EST IN LÆTITIA, eam nos in luctu peregimus, PRO
» ORATIONIBVS DIVINI MINISTERII, lamentationes ex lingua no-
» stra profundentes. In his nos & SANCTA EPIPHANIORVM DIES
» suscepit. Et sicut morti propinquantes, & animam suam diligen-
» tes, finem suum deflent; ita nos IN IMMACVLATORVM MYSTE-
» RIORVM ABLATIONE, lugentes peregimus: Ἐν ταύτῃ δακρύοντας ἡμᾶς πεπλάσθαι τῇ συμφορᾷ ἡ Σωτήριος ΗΜΕΡΑ τῶν ΓΕΝΕΘΛΙΩΝ τοῦ δεσπότου, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· ΚΑΙ ΤΗΝ ΠΑΣΙ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙΣ ΕΥΦΡΟΣΥΝΗΝ ΥΠΑΡΞΑΣΑΝ, ἡμεῖς πενθοῦντες διεπλεύσαμεν, ἀντὶ ΤΩΝ ΠΡΟΣΕΥΧΩΝ ΤΗΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΑΣ. (Huc adsis animo & memoriâ, REX IACOBE, ac quid supra in Partibus Sacrificij explicandis ex me atque ex Augustino, tanquam fidelissimo meo Interprete, in hæc verba diximus, OBSECRO PRIMVM OMNIVM FIERI Προσευχάς· & quemadmodum cùm locum DE SACRIS EPITHETIS tractaremus, ostendimus, Eucharistiam Eucharistiæque Sacrificium MYSTAGOGIAM dici, recorderis,) Θρήνους ἐκ τῆς γλώττης προχέοντες· ἐν τούτοις ἡμᾶς καὶ Η ΤΩΝ ΕΠΙΦΑΝΙΩΝ ΗΜΕΡΑ διεδέξατο· καὶ ὥσπερ οἱ θανάτῳ προσομιλοῦντες, φιλοψύχως ἔχοντες, τὴν τελευτὴν κατοδύρονται, οὕτως ἡμεῖς ΕΠΙ ΤΗ ΤΩΝ ΑΧΡΑΝΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΑΦΑΙΡΕΣΕΙ, πενθοῦντες διεπλεύσαμεν. QVINTO; eadem Actione prima profertur ille ex Ambrosio locus, libro secundo de Fide ad Gratianum, repetiturque & Latinè & Græcè Actione secunda inter Patrum Testimonia, quæ celeberrimæ illi Leonis ad Flauianum DE INCARNATIONE DO-
» MINI Epistolæ adiunguntur: Seruemus Distinctionem DIVINITA-
» TIS & CARNIS. Vnus in vtraque loquitur Dei Filius, quia in eo-
» dem vtraque natura est. Etsi idem loquitur, non vno semper lo-
» quitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc Hominis
» passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt diuina, quia Verbum est:
» quasi Homo dicit quæ sunt humana, QVIA IN MEA SVBSTAN-
Ioan. 6. » TIA LOQVEBATVR: Hic est PANIS VIVVS, qui de Cælo descen-
v. 51. » dit. PANIS HIC CARO EST, sicut ipse dixit: HIC PANIS, QVEM
» EGO DABO, CARO MEA EST. Hic est qui descendit, hic est quem
» Pater sanctificauit, & misit in hunc mundum. Hæc ipsa littera nos
» docet, SANCTIFICATIONE NON DIVINITATEM EGVISSE, SED
» CARNEM. SEXTO; Actione tertia exstat Libellus Theodori, Alexandrini Diaconi, ad Leonem Papam & Chalcedonense Concilium, contra Dioscorum exhibitus, in quo quidem ipse de se Theodorus
» Diaconus ait: MAIOREM HONOREM EXISTIMANS DIVINORVM
» AC VENERABILIVM MYSTERIORVM MINISTERIVM, quindecim

annos in eodem Clero permanſi, SPERANS ET MAIOREM HONOREM MERERI. Hæc Theodorus: ſpem ſuam exponens aliquando in Domino fore vt poſt Diaconatus Labores, Presbyteratus honorem ordinemque tandem conſequeretur. Græcè autem ſic habetur: Μείζονα ἡγησάμενος τὴν τιμὴν, τὴν ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΚΑΙ ΣΕΠΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΥΠΗΡΕΣΙΑΝ, παρέμεινα τῷ αὐτῷ Κλήρῳ, ἐπὶ δέκα καὶ πέντε ἔτη. ΕΛΠΙΣΑΣ ΚΑΙ ΜΕΙΖΟΝΟΣ ΑΞΙΟΥΣΘΑΙ ΤΙΜΗΣ. Ac paulo poſt: Quoniam igitur VESTRA DEI-AMABILITAS peruidet, quia non leuem iniquitatem ſuſtinui, militiam tantorum annorum contemnens, MAIOREM SACERDOTALEM ORDINEM arbitrans, ſupplico; & quæ ſequuntur: Ἐπεὶ τοίνυν συνορᾷ Η ΥΜΕΤΕΡΑ ΘΕΟΦΙΛΕΙΑ, ὡς οὐ τὴν τυχοῦσαν ἀδικίαν ὑπομεμένηκα, στρατείας τοσούτου χρόνου καταφρονήσας, ΜΕΙΖΟΝΑ ΤΗΝ ΤΗΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ ΤΑΞΙΝ ἡγησάμενος, παρακαλῶ· καὶ τὰ ἑξῆς. SEPTIMO: Ibidem, in Libello Iſchyrionis, Alexandrini quoque Diaconi, ad Leonem Papam & Chalcedonenſem aduersùs Dioſcorum, Synodum, hæc illuſtria priſcæ fidei ac Moris Maiorum veſtigia atque monumenta viſuntur; quæ mirum eſt adeo hactenus in occulto fuiſſe, cùm nihil illuſtrius Antiquitas ferat: Tanta autem contra omnes (non ſicut decebat Epiſcopum, ET MAXIME TANTÆ CIVITATIS, & EVANGELICÆ illius SEDIS Præſulem conſtitutum) perpetrare auſus eſt, vt etiam & FRVMENTVM quod à Pientiſſimis noſtris Imperatoribus Eccleſiis Libyæ, propter ariditatem illius Prouinciæ, & quia ibi omnino TRITICVM non naſcitur, præſtitum eſt, in primis quidem VT INCRVENTA EX IPSO HOSTIA OFFERATVR; deinde vt & Peregrini, nec non etiam & PROVINCIALES PAVPERES aliquod mereantur ſolatium, NON PERMITTERET SVSCIPERE SANCTISSIMOS EPISCOPOS ILLIVS PROVINCIÆ, ſed adæraret, & coëmeret memoratum FRVMENTVM largiſſimis pecuniis, ipſum verò in tempore famis grauiſſimis æſtimationibus venundaret. ET EX HOC NEQVE TERRIBILE ET INCRVENTVM SACRIFICIVM CELEBRATVM EST, neque ſicut dixi, Peregrini aut Prouinciales hoc ſolatio fruiti ſunt. Cæterùm clariſſimæ memoriæ PERISTERIÆ negotium nullus ignorauit, maximè eorum qui in hac Regia Vrbe, Noua Roma, habitare, noſcuntur. Illa namque PRO SVÆ ANIMÆ SALVTE Teſtamentum condens, iuſſit multam quantitatem pecuniarum præſtari MONASTERIIS, necnon etiam XENODOCHIIS, & PTOCHIIS (aliàs, Pauperum Domiciliis) & aliis Pauperibus Ægyptiacæ Prouinciæ. Quod moleſtè ferens idem Reuerendiſſimus Vir, ob id quod in perſona eius hæc minimè ſunt dimiſſa, fecit eaſdem pecunias pro Eleemoſyna, ſcortis & aliis theatricis diſpertiri perſonis, VT NEQVE INCENSVM EX OBLATIONE ILLIVS CLARISSIMÆ MEMORIÆ PERISTERIÆ QVANTVM AD EVM PERTINVIT, DEO OFFERRETVR: Τοσοῦτον δὲ πρὸς πάντας, ὡς οὐκ ἔπρεπεν Ἐπισκόπῳ, καὶ μάλιστα τηλικαύτης πόλεως, καὶ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΟΥ ἐκείνου ΘΡΟΝΟΥ, (Alexandrina Sedes, EVANGELICVS THRONVS, ob Euangeliſtam Marcum, qui eius Sedis

primus Episcopus fuit, dictus est. Sic & infra de Cyrillo dicitur; QVI, inquit, IPSAM EVANGELICAM SEDEM ORNAVIT, τοῦ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΟΝ ΘΡΟΝΟΝ διακοσμήσαντος,) τυγχάνοντι, τετόλμηκεν, ὥστε καὶ τὸν παρεχόμενον παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων ἡμῶν ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΣΙΤΟΝ, ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Λιβύης, διὰ τὸ τὴν χώραν ξηροτάτην εἶναι), καὶ μηδὲ ὅλως ΣΙΤΟΝ ἐν αὐτῇ γεωργεῖσθαι, ΠΡΟΣ ΤΟ ΕΝ ΠΡΩΤΟΙΣ ΜΕΝ ΤΗΝ ΑΝΑΙΜΑΚΤΟΝ ΘΥΣΙΑΝ ΕΠΙΤΕΛΕΙΣΘΑΙ, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας, ἔτι δὲ καὶ ΕΝΤΟΠΙΟΥΣ ΠΕΝΗΤΑΣ παραμυθεῖσθαι, ΜΗ ΣΥΓΧΩΡΕΙΝ ΔΕΧΕΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ ΕΚΕΙΝΗΣ ΤΗΣ ΧΩΡΑΣ, ἀλλ' ἐξαργυρίζειν τὸν μνημονευθέντα ΣΙΤΟΝ, δαψιλέσι χρήμασιν, αὐτὸν δὲ καὶ τοῦτον ἐν καιρῷ σιτοδείας, διαπιπράσκων, βαρυτάτοις τιμήμασιν, ΩΣ ΑΠΟ ΤΟΥΤΟΥ, ΜΗΤΕ ΤΗΝ ΦΡΙΚΤΗΝ ΚΑΙ ΑΝΑΙΜΑΚΤΟΝ ΘΥΣΙΑΝ ΕΠΙΤΕΛΕΙΣΘΑΙ, μήτε μὴν, ὡς ἔφην, τοὺς ξένους, ἢ καὶ τοὺς ἐντοπίους, ταύτης ἀπολαύειν τῆς παραμυθίας. τὸ γὰρ κατὰ τὴν τῆς λαμπρᾶς μνήμης Περιστερίαν πρᾶγμα, οὐδεὶς ἠγνόησε· καὶ μάλιστα τῶν ἐνοικησάντων ταύτην τὴν βασιλίδα νέαν Ῥώμην. ἐκείνης γὰρ ὑπὲρ τῆς ἑαυτῆς ψυχῆς, ἐν τῷ διατίθεσθαι παρακελευσαμένης, πλείστην ποσότητα χρυσίου παρασχεθῆναι τοῖς ΜΟΝΑΣΤΗΡΙΟΙΣ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ΞΕΝΩΣΙ, καὶ ΠΤΩΧΕΙΟΙΣ, καὶ ἑτέροις Πένησι τῆς Αἰγυπτιακῆς χώρας, ἀχθεσθεὶς ὁ Εὐλαβέστατος Ἀνὴρ, ἐφ' οἷς οὐκ εἰς πρόσωπον αὐτοῦ κατέλειψεν, παρασκευάζει ἐκεῖνα τὰ χρήματα αὐτοῦ παρασχεθῆναι, καὶ αὐτῆς Ελεημοσύνης, θυμέλαις, καὶ θεατρικοῖς ἑτέροις προσώποις. ΩΣΤΕ ΜΗΔΕ ΤΗΝ ΕΥΩΔΙΑΝ, ΤΗΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΘΥΣΙΑΣ ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΑΣ, ΤΗΝ ΜΝΗΜΗΝ ΠΕΡΙΣΤΕΡΙΑΣ ΑΝΕΝΕΧΘΗΝΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ, ΤΟ ΟΣΟΝ ΕΠ' ΑΥΤΩ. OCTAVO; Idem Ischyrion ibidem de Dioscoro Alexan-
» drino Archiepiscopo loquens: Qui, inquit, prohibuit me in SAN-
» CTISSIMIS ET VENERABILIBVS MYSTERIIS ministrare; Κωλύει με τὴν ΤΩΝ ΕΥΑΓΕΣΤΑΤΩΝ ΚΑΙ ΣΕΠΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ὑπηρεσίαν ποιήσασθαι. NONO; Athanasius Presbyter Alexandrinus, Alexandrini Cyrilli, ex Isidora Sorore, nepos, in Libello ad eumdem Papam eamdemque Synodum, eadem Actione tertia contra eumdem Dio-
» scorum Cyrilli successorem: Hic moriturus inquit (Sanctus videlicet Cyrillus, postquam vt ibidem dicitur triginta & duos an-
» nos in Archiepiscopatu vixisset) Testamentum condens, honorauit
» eum, quicumque ille post eum fuisset ordinatus Archiepiscopus,
» plurimis & magnis legatis, de propria sua substantia, CONIVRANS
» EVM IN SCRIPTIS PER VENERABILIA ET TERRIBILIA
» MYSTERIA, vt ipsius foueret genus, & in nullo eis laborem
» incuteret: Οὗτος μέλλων τελευτᾷν, διαθήκας θέμενος, ἐτίμησε τὸν μετ' αὐτὸν γενόμενον Ἐπίσκοπον, ὅστις ἐὰν ᾖ, πλείστοις καὶ μεγάλοις λεγάτοις, ἐκ τῆς ἰδίας ἑαυτοῦ ὑποστάσεως, ΟΡΚΩΣΑΣ ΤΟΥΤΟΝ ΕΓΓΡΑΦΩΣ, ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΣΕΠΤΩΝ ΚΑΙ ΦΡΙΚΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ, ὥστε θάλψαι τὸ αὐτοῦ γένος, καὶ ἐν μηδενὶ κάματον αὐτῷ παρασχεῖν. DECIMO; In eiusdem Actionis tertiæ Subscriptione Sententiæ Depositionis latæ in Dioscorum Alexandrinum Patriarcham, Francion, Episcopus Metropolitanus Philippopoleos, dum Dio-
» scorum damnat: Iudico, inquit, alienum eum esse tam A DI-

GNITATE

GNITATE SACERDOTALI QVAM ETIAM A COMMVNIONE «
TERRIBILIS MYSTERII. VNDECIMO; Item in Subſcriptionibus «
ibidem Iulianus Epiſcopus Hypæporum: Iudico eum eſſe alienum «
ab omni SACERDOTALI DIGNITATE, ET A FRVITIONE SANCTI «
ET INENARRABILIS MINISTERII DEI NOSTRI. DVODECIMO; Meſ- «
ſalinus, Epiſcopus Laodicenſis, vbi ſupra, dixit: Oſtendit Diuinitas, «
quia non protractione temporum ſolent magnitudines delictorum «
obliuionem ſuſcipere: ſed DIVINORVM AC SANCTORVM PATRVM «
REGVLÆ apprehenderunt iniqua gerentem, & per nos iudicant, Dio- «
ſcorum Magnæ Alexandrinæ Ciuitatis quondam Epiſcopum foris «
abiici AB ECCLESIASTICO ORDINE, ET DIVINA SACERDOTA- «
LI OPERATIONE. DECIMO TERTIO; Actionis quartæ exordio: «
Reſidentibus omnibus ANTE ALTARIS SANCTISSIMI CANCELLOS, «
PROPOSITIS IN MEDIO SACROSANCTIS EVANGELIIS, Glorioſiſſi- «
mi Iudices & Ampliſſimus Senatus dixerunt: καὶ Καθεσθέντων πάντων «
ΠΡΟ ΤΩΝ ΚΑΓΚΕΛΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, ΠΡΟ-
ΚΕΙΜΕΝΟΥ ΕΝ ΤΩ ΜΕΣΩ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΑΧΡΑΝΤΟΥ ΕΥΑΓ-
ΓΕΛΙΟΥ, οἱ Ενδοξότατοι Αρχοντες, καὶ ἡ Υπερφυὴς Σύγκλητος, εἶπεν. DECIMO
QVARTO; Eadem Actione Aëtius, Archidiaconus Conſtantinopolis
Sanctæ & Catholicæ Eccleſiæ, ex Codice ad compeſcendos Eutychia-
nos Monachos, relegit quintum illum Antiocheni Concilij Canonem
ex trigeſimo primo Apoſtolico Canone: De Clericis & MONACHIS, «
qui ſemetipſos à Communione ſuſpendunt ſiue ſeparant, Περὶ τῶν ἑαυ- «
τοὺς ἀφοριζόντων Κληρικῶν, ἢ ΜΟΝΑΖΟΝΤΩΝ. Si quis Presbyter aut Diaco- «
nus ſuum contemnens Epiſcopum, à Communione ſemetipſum «
ſuſpendit, ſiue ſeparauit, Eccleſiæ (aliàs, ſe ab Eccleſiâ ſegregauerit) & «
ſecretiùs Collectam fecerit, (aliàs, ſeorſim Congregationem habue- «
rit) & ALTARE CONSTITVERIT, & noluerit euocanti Epiſcopo con- «
ſentire, neque eidem acquieſcere, neque obedire, & Priùs & Secun- «
dò vocanti; hunc omnino damnari, nec vnquam curationem mere- «
ri, nec recipere eum poſſe honorem, ordinamus. Si autem perman- «
ſerit turbas faciens, & ſeditiones, Eccleſiæ, per Extraneam (aliàs, Ex- «
ternâ) Poteſtatem TANQVAM SEDITIOSVM debere CONVERTI (id eſt «
coërceri) Εἴ τις Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, καταφρονήσας τοῦ ἰδίου Επισκόπου, ἀφώ- «
ρισεν ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἰδίᾳ Συνήγαγε, καὶ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΝ ΕΣΤΗ-
ΣΕ, καὶ τοῦ Επισκόπου προσκαλεσαμένου αὐτὸν ἀπειθοίη, καὶ μὴ βούλοιτο αὐτῷ πεί-
θεσθαι, μήτε ὑπακούειν, καὶ Πρῶτον καὶ Δεύτερον καὶ Τρίτον καλοῦντι, τοῦτον κα-
θαιρεῖσθαι παντελῶς, καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν, μηδὲ ἀπολαμβάνειν αὐτὸν δύνα-
σθαι τὴν τιμὴν, εἰ δὲ ἐπιμένοι θορυβῶν, καὶ ἀναστατῶν τὴν ἐκκλησίαν, διὰ τῆς Εξω-
θεν Εξουσίας, ὡς στασιώδη αὐτὸν ΑΠΟΣΤΡΕΦΕΣΘΑΙ. Quibus lectis vniuerſum
Chalcedonenſe Conciliũ clamat: HÆC IVSTA REGVLA; HÆC REGV- «
LA PATRVM: ΟΥΤΟΣ ΔΙΚΑΙΟΣ ΚΑΝΩΝ· ΟΥΤΟΣ Ο ΚΑΝΩΝ ΤΩΝ «
ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ. iubetque poſtea, Actione de Caroſo & Doro-
theo & iis qui cum eo erant, iterum ab eodem Aëtio Archidiaco-
no & MAGNÆ ECCLESIÆ, τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Primicerio, legi ac in
Synodica Acta referri. DECIMO QVINTO; Actione De Photio Epi-

ſcopo Tyri, & Euſtathio Epiſcopo Beryti, quæ eadem quarta Actio-
» ne Synodica continetur: Conſedentibus omnibus ANTE CANCEL-
» LOS SANCTISSIMI ALTARIS, Photius Reuerendiſſimus Epiſcopus
» Tyri dixit: Καὶ καθεσθέντων πάντων ΠΡΟ ΤΩΝ ΚΑΓΚΕΛΛΩΝ ΤΟΥ
ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, ΦΩΤΙΟΣ ὁ εὐλαβέστατος Ἐπίσκοπος Τύρου,
» εἶπε. DECIMO SEXTO; Actione ſeptima: Reſidentibus cunctis
» ANTE CANCELLOS SANCTISSIMI ALTARIS, Magnificentiſſimi &
» Glorioſiſſimi Iudices dixerunt: Καὶ καθεσθέντων πάντων ΠΡΟ ΚΑΓΚΕΛ-
ΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, οἱ Μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐν-
δοξότατοι Ἄρχοντες, εἶπον. DECIMO SEPTIMO; Actione octa-
» ua: Reſidentibus omnibus ANTE CANCELLOS SANCTIS-
» SIMI ALTARIS, Reuerendiſſimi Epiſcopi clamauerunt:
» Theodoretus modò anathematizet, (ſubintellige Neſtorium) Καὶ κα-
θεσθέντων πάντων ΠΡΟ ΤΩΝ ΚΑΓΚΕΛΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ
ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· Θεοδώρητος ἄρτι ἀναθε-
» ματισάτω. DECIMO OCTAVO; Actione nona: Et reſidentibus o-
» mnibus ANTE CANCELLOS SANCTISSIMI ALTARIS, ingreſſus Ibas
» Reuerendiſſimus, qui fuit Edeſſenæ Ciuitatis Epiſcopus, dixit: Καὶ
καθεσθέντων πάντων ΠΡΟ ΤΩΝ ΚΑΓΚΕΛΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΘΥ-
ΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, εἰσελθὼν Ἴβας ὁ εὐλαβέστατος, ὁ γενόμενος Ἐπίσκοπος τῆς Ἐδεσση-
νῶν πόλεως, εἶπεν. DECIMO NONO; Actione decima, in negotio
» Ibæ Edeſſæ, ac Photij Tyri, Epiſcopi: Fecimus ergo eos amicos:
» SANCTA MVNERA SVPRA IN EPISCOPIO COMMVNICAVERVNT
» INVICEM PRESBYTERI ET IPSE: Ἐποιήσαμεν οὖν αὐτοὺς φίλους. ΤΑ
ΑΓΙΑ ΔΩΡΑ ΑΝΩ ΕΝ ΤΩ ΕΠΙΣΚΟΠΕΙΩ ΕΚΟΙΝΩΝΗΣΑΝ ΜΕΤ'
ΑΛΛΗΛΩΝ, ΑΥΤΟΣ, ΚΑΙ ΟΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙ. VIGESIMO; Eadem
Actione in Libello Samuëlis, & aliorum Presbyterorum Edeſſæ, ad
Photium & ad reliquos Epiſcopos, contra Ibam, Capitulum Ac-
» cuſationis alterum eſt: Rurſum CALYCEM GEMMATVM MAGNI
» PRETII, oblatum noſtræ Eccleſiæ à ſancto viro ante annos vnde-
» cim, inter vaſa Sanctæ Eccleſiæ non repoſuit, & neſcimus quid factum
» ſit de eo: ΟΤΙ ΤΟ ΠΟΤΗΡΙΟΝ ΔΙΑΛΙΘΟΝ, ΠΟΛΛΟΥ ΑΞΙΟΝ, προσ-
ενεχθὲν τῇ ἡμετέρᾳ ἐκκλησίᾳ παρὰ ἁγίου ἀνδρὸς, ἀπὸ ἐτῶν ἕνδεκα, ἐν τοῖς κει-
μηλίοις τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἀπέθετο· καὶ οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν ἀπ' αὐτοῦ. Vnde
» octauum Accuſationis caput eſt: Quia hæreditates & munera &
» quæ vndecumque offeruntur & CRVCES POSITAS (aliàs, DICATAS)
» AVREAS ET ARGENTEAS collecta dirigit fratri ſuo, vel conſobri-
» nis: ὅτι τὰς κληρονομίας, καὶ τὰς καρποφορίας, καὶ τὰ ὅθεν δήποτε εἰσφερόμενα,
καὶ ΑΝΑΤΙΘΕΜΕΝΑ (quæ Templorum tholis vt hodieque fit, ſuſ-
penduntur) ΣΤΑΥΡΙΑ ΧΡΥΣΑ, ΚΑΙ ΑΡΓΥΡΑ, συναγόμενα, καταβάλ-
λεται ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδελφιδοῦς. Ac ſtatim ſequitur ter-
» tium Accuſationis caput: Adhuc & de ORDINATIONIBVS accipit:
Ἔτι καὶ ἀπὸ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΩΝ λαμβάνει. VIGESIMO; PRIMO; Ibidem,
» Accuſatione decima: Quia dum memoria (id eſt, feſtum) fieret San-
» ctorum Martyrum, NON EST DATVM VINVM AD SACRIFICIVM
» ALTARIS, AD SANCTIFICATIONEM ET POPVLI DISTRIBVTIO-

NEM nisi admodum exiguum, & vitiosum, ac lutosum & quasi eo «
tempore vindemiatum: vt ex hoc cogerentur, qui deputati fuerant «
ministrare, de tabernis omnino vitiosi comparare sex sextarios, «
qui nec sufficerent: ita vt HIS QVI SANCTVM CORPVS DISTRI- «
BVEBANT, innueret vt ingrederentur, QVIA SANGVIS NON INVE- «
NIRETVR; illis bibentibus, & tunc ac semper habentibus diuersum «
& mirabile Vinum: Οτι μεσιαζούσης τῶν ἁγίων Μαρτύρων, ΟΥΚ ΕΔΟΘΗ ΟΙ- «
ΝΟΣ ΠΡΟΣΕΝΕΧΘΗΝΑΙ ΤΩ ΑΓΙΩ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΩ, ΚΑΙ ΑΓΙΑΣΘΗ-
ΝΑΙ, ΚΑΙ ΤΩ ΛΑΩ ΔΙΑΔΟΘΗΝΑΙ, εἰ μὴ ὀλίγος πάνυ, καὶ οὗτος φαῦλος, καὶ
πηλώδης, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τρυγηθεὶς, ὡς ἀναγκασθῆναι τοὺς ἀφορισθέντας
ὑπηρετῆσαι, καὶ ἀπὸ καπηλείου φαῦλον πάνυ ἀγοράσαι, ἐξ ξέστας, τοὺς μηδὲ
ἐπαρκέσαντας· ὅτι (vel potiùs ὥστε) ΤΟΙΣ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΣΩΜΑ ΔΙΑΝΕ-
ΜΟΥΣΙΝ, νεῦσαι, εἰσελθεῖν αὐτοὺς, ΩΣ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ ΜΗ ΕΥΡΙΣΚΟ-
ΜΕΝΟΥ, αὐτῶν πινόντων, καὶ ἐσχηκότων, καὶ ἀεὶ ἐχόντων διάφορον καὶ θαυμαστὸν οἶνον.
VIGESIMO SECVNDO: ibidem in INSTRVCTIONE ET DEPRECA-
TIONE Cleri Edessenæ Metropolis ad Photium & Eustathium Episco-
pos: Si enim aliquo tali dicto acquiesceremus, aut communicare ei qui «
dixit, aut COMMINISTRARE IN SACRIFICIO; vltimo supplicio «
fuissemus obnoxij, tanquam communicantes tali exsecrationi: Εἰ γὰρ «
πάντως τοῖς ῥηθεῖσιν ἠνεσχόμεθα, ἢ κοινωνῆσαι τῷ εἰπόντι, ἢ ΣΥΛΛΕΙΤΟΥΡΓΗ-
ΣΑΙ ΑΥΤΩ, τῇ ἐσχάτῃ ὑπεύθυνοι ἦμεν τιμωρίᾳ, ὡς κοινωνήσαντες τοιαύτῃ
φωνῇ. VIGESIMO TERTIO; ibidem, in fine, Actione De Do-
mno Antiocheno, Latinè tantùm scripta hæc toties superiùs audita
formula: Residentibus Vniuersis ANTE CANCELLOS SANCTI AL- «
TARIS, Maximus Reuerendissimus Episcopus Antiochiæ dixit. VI- «
GESIMO QVARTO; Actione vndecima: Et residentibus o- «
mnibus ANTE CANCELLOS SANCTI ALTARIS, ingressus Bassianus «
Reuerendissimus, pridem factus Episcopus in Ephesiorum Metro- «
poli: Καὶ καθεσθέντων πάντων, ΠΡΟ ΤΩΝ ΚΑΓΚΕΛΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ «
ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, εἰσελθὼν Βασσιανὸς ὁ εὐλαβέστατος, ὁ πρώην γενόμενος Ἐπί-
σκοπος τῆς Ἐφεσίων Μητροπόλεως. VIGESIMO QVINTO; eadem
Actione in Libello Supplici Bassiani Episcopi ad Valentinianum &
Marcianum Impp. exponit Bassianus: Quidam eorum qui SACER- «
DOTIO funguntur, necnon & alij vulgares, crudelia & interdicta «
Legibus in me facere præsumpserunt, & talia, quæ neque à Barba- «
ris sunt aliquando commissa. Spernentes enim Dei timorem & «
IMMACVLATORVM VIRTVTEM MYSTERIORVM, QVAM EX HV- «
MILLIMIS MANIBVS MEIS DEI MISERICORDIA SVSCEPERVNT, «
POSTQVAM A NOBIS MYSTERIORVM PERFECTIO (aliàs, SACRIFI- «
CIVM) CELEBRATA EST, repentè apprehendentes me, & abripien- «
tes DE SANCTA ECCLESIA, plagis afficiebant, ducentes & portan- »
tes in foro, aliquando verò, & recludentes gladiis me subiecerunt. «
In iis itaque dum ipsius vitæ periculum sustinerem, furentes & AB- «
RIPIENTES PALLIVM SACERDOTII MEI, in sede posuerunt quem- «
dam ex iis qui & ipse præsumpserat ea quæ in me congruè facta «
sunt, & in locum meum: Τινὲς, τῶν ἐν τῷ τάγματι ΤΗΣ ΙΕΡΑΤΕΙΑΣ, «

καὶ ἄλλων τινῶν τυγχανόντων, δεινά, καὶ ἀπηγορευμένα τοῖς νόμοις, εἰς ἐμέ, ὡς εἴρηται, τετολμήκασι. καὶ τοιαῦτα, οἷα, οὔτε ὑπὸ βαρβάρων τετόλμηται ποτε. παραφρονήσαντες γὰρ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ ΤΗΝ ΤΩΝ ΑΧΡΑΝΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΔΥΝΑΜΙΝ, ΗΝ ΤΙΝΑ, ΕΚ ΤΩΝ, ΤΟΥ ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ ΤΑΠΕΙΝΟΥ, ΧΕΙΡΩΝ ΜΟΥ ΕΔΕΞΑΝΤΟ, ΜΕΤΑ ΤΟ ΤΗΝ ΤΩΝ ΑΧΡΑΝΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΤΕΛΕΣΑΙ ΗΜΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΝ, ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοί με, καὶ ἁρπάσαντες ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, πληγαῖς ᾐκίζοντό με, ἄγοντες καὶ φέροντες ἐν τῇ ἀγορᾷ· ποτὲ δὲ καὶ ἐγκατάκλειστον ποιοῦντες, ξίφει με κατέβαλον. ἐν τούτοις πόνῳ εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν κινδυνεύοντές μου, μαινόμενοι, ἐνθρονίζουσιν, ΑΡΠΑΣΑΝΤΕΣ ΤΟ ΠΕΡΙΒΟΛΑΙΟΝ ΤΗΣ ΕΜΗΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ, ἕνα τινά, καὶ αὐτόν, ἐξ αὐτῶν τῶν τολμησάντων, τὰ εἰς ἐμὲ γεγενημένα ἀποτήματα, εἰς τὸν τόπον τὸν ἐμόν. VIGESIMO SEXTO; Mox ibidem, post Libellum supplicem, sequitur Iudicialis Ordo, in quo Bassia-
» nus Episcopus Iudicibus ait: Ego & Canonicè factus sum Episco-
» pus, & ostendo hoc, & à nullo depositus sum, nec accusatus ab ali-
» quo, neque culpatus. Sed & ego à iuuenili ætate mea VIXI PAV-
» PERIBVS, & Ptochium feci, (id est, hospitium Pauperum) & in eo posui
» SEPTVAGINTA LECTOS, & omnes languentes & vlceratos hospi-
» tio suscipiebam. Memnon autem, qui fuit Episcopus Ephesi, in-
» uidiam habens in istis, quoniam diligebar ab omnibus, nihil non
» egit vt expellerer à ciuitate: & immisit manus suas vt me ORDI-
» NARET Episcopum Euazorum, & hoc fecit. Ego autem non ac-
» quiescebam, sed ab hora tertia vsque ad sextam coram ALTARI me
» plagis afflixit (aliàs, in ALTARI conficiebat,) & SANCTVM EVAN-
» GELIVM, ET ALTARE SANGVINE EST REPLETVM: Ἐγώ, καὶ Κανονικῶς ἐγενόμην, καὶ δείκνυμι τοῦτο. οὔτε κατηγορήθην παρά τινος. ἀλλ' ἐκ νέας ἡλικίας ΖΩΝ ΤΟΙΣ ΠΤΩΧΟΙΣ, καὶ Πτωχεῖον ἐποίησα, καὶ ἔθηκα εἰς αὐτὸ ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ ΚΡΑΒΒΑΤΙΑ, καὶ πάντας τοὺς νοσοῦντας, καὶ τετραυματισμένους ἐξένιζον. Μέμνων δέ, ὁ γενόμενος Ἐπίσκοπος Ἐφέσου, φθονήσας τούτοις, ἐπειδὴ ἠγαπώμην παρὰ πάντων, πάντα ἐποίησεν, ἐπὶ τῷ ἐκβληθῆναί με τῆς πόλεως. καὶ ἐπέβαλε τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἐπὶ τῷ ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΣΑΙ με Ἐπίσκοπον Εὐάζων· καὶ τοῦτο ἐποίησεν. ἐγὼ δὲ οὐ κατεδεχόμην, ἀλλ' ἀπὸ ὥρας τρίτης, ἕως ἕκτης, ΕΠΙ ΤΟΥ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ με ᾐκίσατο, καὶ τὸ ΑΓΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΥΓΕΜΙΣΘΗ ΑΙΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΤΟ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΝ. VIGESIMO SEPTIMO; ibidem,
» paulo post: Crastina autem die MISSAS CELEBRAVIMVS omnes si-
» mul: & POST MISSAS, manus iniicientes incluserunt me, & cum
» vi abripuerunt PALLIVM SACERDOTII MEI, & omnia bona mea;
» & sumentes vnum ex ipsis hunc Stephanum, fecerunt eum Episco-
» pum: Τῇ δὲ αὔριον ἡμέρᾳ, ΛΕΙΤΟΥΡΓΗΣΑΝΤΕΣ πάντες ὁμοῦ, ἀπὸ τῆς ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ, αὐτόχειρες γενόμενοι, κατάκλειστόν με ἐποίησαν· καὶ μετὰ βίας ἁρπάσαντές ΜΟΥ ΤΟ ΠΕΡΙΒΟΛΑΙΟΝ ΤΗΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντά μοι, καὶ λαβόντες ἕνα ἐξ αὐτῶν, τοῦτον τὸν Στέφανον, ἐποίησαν αὐτὸν Ἐπίσκοπον. Ex quibus adhuc illustratum illud nostrum Apostolicum Actuum λειτουργούντων, DOCTISSIME REX, vides. VIGESIMO OCTAVO; ibidem in eadem causa Bassiani Episcopi, Leontius, Reuerendissimus Episcopus Magnesiæ, ex Codice relegit REGVLAM nona-

gesimam sextam: Concilij verò Antiocheni est decimus septimus Canon inter REGVLAS PATRVM in eum locum relatus: Si quis Episcopus ORDINATIONEM ACCEPERIT EPISCOPATVS, & populo præesse decretus, non acquieuerit ORDINATIONI, neque ei persuasum fuerit proficisci ad Ecclesiam sibi cõmissam, hunc Excommunicatum esse, donec coactus acquiescat, aut quidquam de eo Episcoporum prouinciæ SYNODVS PERFECTA, (quid verò sit Synodus Perfecta, Secundo Libro abundè dictum est) definiat: Εἴ τις Ἐπίσκοπος, ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ λαβὼν ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, καὶ ὁρισθεὶς προεστάναι λαοῦ, μὴ καταδέξοιτο ΤΗΝ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ, μηδὲ πείθοιτο ἀπιέναι εἰς τὴν ΕΓΧΕΙΡΙΣΘΕΙΣΑΝ αὐτῷ ἐκκλησίαν, τοῦτον εἶναι Ἀκοινώνητον, ἕως ἂν ἀναγκασθεὶς καταδέξηται, ἢ ὁρίσῃ τι, περὶ αὐτοῦ Η ΤΕΛΕΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ, τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν Ἐπισκόπων. Hæc DE SVMMO SACERDOTIO referre haud extra propositum visum est. VIGESIMO NONO; ibidem: Olympius Reuerendissimus Episcopus Theodosiopolis dixit: Circumdedit mansionem in qua eram (videlicet Ephesi, Episcopum in defuncti Basilij locum ordinaturus: qua de re in Bassiani causa loquebatur Olympius) innumera multitudo: & nesciui vbi essem, & coram tanta potestate, & CORAM ALTARI quidam enudans gladium, Holosericus nomine, qui puto COMITIANVS est, venit & ipse & omnis multitudo, & portantes me, profecti sunt (aliàs, abduxerunt) in ECCLESIAM: Et ita cum ducentis aut trecentis hominibus, & me & ipsum leuauerunt ad Sedem, & INTHRONIZATIO celebrata est: Περιεκύκλωσάν μου τὸ οἴκημα, ἔνθα ἤμην, πλῆθος ἄπειρον, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἑστήκειν· καὶ ἐπὶ τοσαύτης ἐξουσίας, καὶ ΕΠΙ ΤΟΥ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, τίς ποτε γυμνώσας παραμήριον, Ὁλοσηρικὸς, τοῦτο ὄνομα αὐτῷ, ΚΟΜΗΤΙΑΝΟΣ τάχα ὤν, ἦλθε καὶ αὐτὸς, καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν, καὶ βαστάσαντές με, ἀπήγαγον εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ οὕτω μετὰ διακοσίων ἢ τριακοσίων ἀνθρώπων, καὶ ἐμὲ, καὶ αὐτὸν, ἀνήγαγον εἰς τὸν Θρόνον, καὶ ἐγένετο Ο ΕΝΘΡΟΝΙΑΣΜΟΣ. TRIGESIMO; Actione decima tertia: Residentibus omnibus ANTE CANCELLOS SACRI ALTARIS, Eunomius Reuerendissimus Episcopus Nicomediensium dixit: Καθεσθέντων πάντων ΠΡΟ ΤΩΝ ΚΑΓΚΕΛΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΘΥΣΙΑΣΗΡΙΟΥ, Εὐνόμιος ὁ εὐλαβέστατος Ἐπίσκοπος Νικομηδείας, εἶπε. TRIGESIMO PRIMO; ibidem, in Supplicatione & Postulatione Eunomij Episcopi, & omnis Cleri Nicomediensis Metropolis Sanctæ Dei Ecclesiæ Catholicę, ad Valentinianum & Marcianum Impp. Vnde prosternimus nos Majestatis Vestræ vestigiis, vt iubeatis arceri iniustitiam, quæ aduersùm nos à Reuerendissimo Episcopo Nicæno, Anastasio, est præsumpta; quatenus valeamus, congrua Christianis pace fruentes, sine intermissione (aliàs, disttactione) MYSTERIA DIVINA PERFICERE: Προσπίπτομεν τοῖς ἴχνεσι τοῦ Ὑμετέρου Κράτους, κελεῦσαι κωλυθῆναι τὴν καθ' ἡμῶν παρὰ τοῦ Εὐλαβεστάτου Ἐπισκόπου τῶν Νικαιέων Ἀναστασίου τολμηθεῖσαν ἀδικίαν, ὡς δυνηθῆναι ἡμᾶς τῆς πρεπούσης Χριστιανοῖς εἰρήνης ἀπολαύοντας, ΑΠΕΡΙΣΠΑΣΤΩΣ, (meo equidem ad Corinthios, cùm DE SANCTA VIRGINITATE ac Sacro Cœlibatu agerem, verbo) ΤΑΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ ΕΚΤΕΛΕΙΝ. 1.Cor.7.v 35.
TRIGESIMO SECVNDO; Actione Decima quarta: Et residentibus omnibus ANTE CANCELLOS SANCTI ALTARIS, Sabinianus Reuerendissimus Episcopus dixit: Καὶ καθεσθέντων πάντων ΠΡΟ ΤΩΝ ΚΑΓ-

ΚΕΛΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, Σαβινιανὸς ὁ εὐλαβέστατος
» Ἐπίσκοπος, εἶπεν. TRIGESIMO TERTIO; Actione prima: & Residen-
» tibus omnibus ANTE CANCELLOS SANCTI ALTARIS, Paschasinus
» & Lucentius, Reuerendissimi Episcopi, VICARII SEDIS APOSTO-
» LICÆ, dixerunt: Καὶ καθεσθέντων πάντων, ΠΡΟ ΤΩΝ ΚΑΓΚΕΛΛΩΝ ΤΟΥ
ΑΓΙΟΥ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, Πασχασῖνος, καὶ Λουκέντιος, οἱ εὐλαβέστατοι Ἐπί-
σκοποι, ΕΠΕΧΟΝΤΕΣ ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥ ΘΡΟΝΟΥ,
εἶπον. TRIGESIMO QVARTO; Inter Acta quæ perfectam atque absolutam Oecumenicam Chalcedonensem Synodum consequuntur, Epistola quædam Latinè tantùm exstat Ægyptiorum Episcoporum, & Cleri Alexandrini ad Leonem Augustum, in qua quidem hæc notanda videntur, dum de quodam Timotheo Alexandrinæ Sedis non
» Episcopo sed Tyranno agunt: Hoc itaque malo procedente, & vix
» adhuc facta die, dum in EPISCOPIO secundùm consuetudinem dege-
» ret DEO-AMABILIS Proterius, adsumés secum Timotheus iustè con-
» demnatos duos Episcopos, & Clericos similiter qui (sicut diximus) in
» exsilio fuerant habitare damnati, tanquam MANVS IMPOSITIONEM
» SVSCEPTVRVS A DVOBVS, nullo penitus Orthodoxorum Episco-
» porum ex Diœcesi Ægyptiaca, præsente, (vt moris est in talibus
» Alexandrinorum Episcoporum Ordinationibus interesse,) vt credit,
» adeptus est Pontificatus Sedem, ADVLTERIVM apertè præsumens in
» Ecclesia PROPRIVM SPONSVM habente, & AGENTEM IN EA DIVINA
» MYSTERIA, & Sedem propriam REGVLARITER EXORNANTEM. Hæc
Alexandrini de isto Timotheo, quem mox vt portentum aliquod horrendumque in Ecclesia Dei monstrũ eo potissimum nomine exsecrantur, quòd Episcopalia munia exerceret, EPISCOPVS SINE IMPOSITIO-
» NE MANVS EXSISTENS. Ac paulò pòst: Adiecit etiam his malis, sine
» timore peiora, dum iniquè Contra Regulas OPERATVR. Hactenus
» AGIT SACRA MYSTERIA, QVI NEQVE LAICORVM COMMVNIO-
» NEM HABERE SANCTIS CANONIBVS POTEST. TRIGESIMO
QVINTO; In Epistola quorumdam Episcoporum Ægyptiacæ Diœcesis pro Timotheo Æluro, nefando Archiepiscopo Alexandrinę Ec-
» clesiæ, ad Leonem Imperatorem Augustum: Et communicauit Tuæ
» Pietati, & confitetur se ORTHODOXVM ita Sapientem atque Creden-
» tem, VT ETIAM COLLECTAS, ET SINE SANGVINE SACRIFICIA
» CELEBRET PRO VESTRA POTENTIA. Orthodoxiæ Sapientiæ ac Fidei Argumentum ingens INCRVENTVM SACRIFICIVM ex quo apud Reges olim cætera probarentur; tantùm abest vt quod Hæretici mentiuntur, nec Sacrificia Externa, nec Sacrificia Incruenta agnouerint. TRIGESIMO SEXTO; Epistola Sancti Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem, De Statu Ecclesiæ Alexandrinæ, sub Timothei Tyrannide tractans, Imperatori contraria ingerit à Cessationeque Sacrificij
» viget: Nonne perspicuũ est, quibus Pietas Vestra succurrere, & quibus
» debeat obuiare, ne Alexandrina Ecclesia, quæ sẽper fuit Domus Orati-
Matt.21.v.13. » onis, Spelũca nũc sit Latronum? Manifestum quippe est, per crudelissi-
» mam immanissimáque væsaniá, omne illic COELESTIVM SACRAMEN-
» TORVM lumen exstinctum. INTERCEPTA EST SACRIFICII OBLATIO:

DEFECIT CHRISMATIS SANCTIFICATIO : ET PARRICIDIALIBVS « MANIBVS IMPIORVM OMNIA SE SVBTRAXERE MYSTERIA. TRIGESIMO SEPTIMO; Valentinus Episcopus Philippopolitanę Metropolis Epistolâ ad Leonem Imperatorem de Timotheo Pseudo-Archiepiscopo Alexádrino ait: Nunquá DIGNITATE PONTIFICATVS indui, « & IN SANCTO ALTARI STARE, ET DIVINITATI MINISTRARE CREDENDVS EST. Quæ quidem Epistola aut Synodica, aut saltem Prouincialis ex eo potissimùm iudicatur fuisse, quòd & ipse Archiepiscopus ritu Synodico subscribit, necnon & Epictetus, Episcopus Diocletianopolis, similiter & reliqui quorum nomina reticentur. TRIGESIMO OCTAVO; Epistolâ Episcoporum Mesopotamiæ, ad Leonem Imperatorem, dum de eodem Timotheo agitur: Et vt Sacerdotes (inquit) « Christi lugeant eum qui talium rerum cooperator effectus est, & hoc « in SCHEMATE SACERDOTIS, cũ vtique neque possit esse, NEQVE LAICORVM VTI COMMVNIONE FIDELIVM. Trigesimo Nono; Epistola Synodi Myrensis, ad Leonem Imperatorem; Ad iustam igitur indignationem, rogamus, excitamus, atque supplicamus, vt Baptisteria, & « ALTARIA, Sacerdotium, Regulas vindices Patrum, sceleris domino « feruentissimè vlto PROVIDEAS Ecclesiis Saluatoris quieté. QVADRAGESIMO; Epistolâ Episcoporum Armeniæ Secundę, ad Leoné Imperatorem hęc de Timotheo isto Alexádrino dicuntur: Sed etiam Sanctorum Gregum cædis factus occasio impudéter custodem constituit semetipsum, QVI NEQVE VOCARI DIGNATVS EST CHRISTIANVS, « QVANDO CRVENTIS MANIBVS VENERABILIA MYSTERIA NON « DVBITAT IMPIA PRÆSVMPTIONE CONTINGERE, ET POST DAMNATIONEM ILLAM OPERARI QVÆ EVM, NEQVE ALIOS AGENTES, « SANCTORVM PATRVM REGVLÆ VIDERE PERMITTVNT. QVADRAGESIMO PRIMO; Epistola Episcoporum Secúdæ Cappadociæ ad Leonem Imperatorem, hæc de Flauiano Constantinopolitano Archiepiscopo crudeliter impieque interempto: Præcipuè dum quis animo cogitet, quia NEQVE POST MORTEM DEFVNCTO SACRIFICII OBLATIONEM FIERI PERMISERVNT. QVADRAGESIMO SECVNDO; Epistolâ Episcoporum Prouincię Ponti ad Leonem Imperatorem de Flauiani nece scriptũ est: Quis sine lacrymis in hac narratione GRAVITATEM « PHILOSOPHIÆ nõ possit excedere, audiens MEDIATOREM DEI ET HOMINVM (Græcorum Veterum frequentissima phrasis, de Pontifice aut « Pontificatu loquentium, propter eximiam repræsentationem Christi in Sacrificali Officio, ac inter Deum & Homines Sacerdotali munere) QVI CVM ANGELIS STETIT, QVI CVM ARCHANGELIS CHOROS EGIT « (videlicet assistétibus Altari, deque Altari ad Altare Aureũ quod vidit « Ioánes, oblata munera reportantibus) in Venerabili Paschę Tempore, « Apocal. quo etiam Patrocinátium Collegia requiescunt, Arma nõ mouentur, « Prætoria nihil agũt, & vnum omnibus Christianis studium est, à rebus « aliis vacãtibus, Christo per Orationis Puritaté, IN PASSIONIS ATQVE « RESVRRECTIONIS SACRAMENTO COMMVNICARE, ab Spiritualiter « Pariéte Matre fuisse protractũ, & ab eis qui ab ipso in eo FONTE nascũtur Initiati, pariter & quia SACERDOS SACRIFICIORVM SINE SANGVINE «

» CELEBRATORVM necatus est, & manus sacrificia faciens suo sanguine
» violata est. QVADRAGESIMO TERTIO; Epistola Episcoporum Prouinciæ Hellesponti, ad Leonem Imperatorem agitur de isto Timotheo qui suprà, quem inter cætera crimina, deprehensum esse Apollinaristam constabat, ideoque refugere Concilium: à quo tamen extra prouincias iterum ac sæpiùs celebrando Hellespontiacæ Ec-
» clesiæ sese excusari rogant; hortanturque Imperatorem, vt absque
» tali molestia Regia VNITAS CONSERVATVR: Nostræ verò (inquiunt)
» Ecclesiæ, Deo Gratiæ, Vestræ prouidentiâ Pietatis, in pace & vnani-
» mitate, & Fidei rectæ concordia magna consistunt, nostraque voce
» deposcunt, QVATENVS RESISTATVR EIS QVI SYNODVM FIERI
» QVÆRVNT. NAM SI SÆPIVS CONVENIAMVS, ALIVD QVIDQVAM
» SAPERE POTERIMVS, PRÆTER EA QVÆ NOBIS SVNT TRADITA, A SAN-
» CTIS PATRIBVS ET SANCTIS CONCILIIS EXPLANATA: Nihil enim aliud
» student, QVI OPTANT SYNODOS CONGREGARI, nisi vt VASA SACRA
» plurimi Sanctorum Episcoporum vendentes, pro sumptibus & ex-
» pensis, & subuectionibus animalium, pretia vniuersa consumant,
» & aliqui eorum in peregrinatione aut mari vitæ huius luce priuati,
» onus hoc atque peccatum congregantibus Concilium prouidere
» noscantur. QVADRAGESIMO QVARTO; Epistolâ Epi-
» scoporum Dardaniæ, ad Leonem Imperatorem: Et sicut Vestra Man-
» suetudo diuina propitiatione continuis temporibus custoditur, sic
» & SACRA MYSTERIA nullorum scelestis præsumptionibus vulne-
» rentur, sed pietatis vestræ laboribus. PAX MVNDO COLLATA, in sua
» soliditate, intransgressibili pietate seruetur. QVADRAGESIMO QVINTO; Epistolâ Episcoporum Primæ Galatiæ, ad Leonem Au-
» gustum Imperatorem: cùm de nece Flauiani ageretur: Omnis Ciui-
» tas Scelerum immanitate completa est, & per omnes plateas, & o-
» mnes porticus secta membra MYSTERIA SACRA CELEBRANTIS,
» tractare feruntur, & ad nouissimum incensa atque consumpta, &
» ad cineres vsque redacta. QVADRAGESIMO SEXTO; Epistola
» Episcoporum Veteris Epiri ad Leonem Augustum Imperatorem:
» Cur LENEM nostram MOLLEMQVE PACEM impugnant pro zelo,
» SIMPLICITATEM SANCTI NOSTRI ET CELEBRANDI MYSTERII
» suffocantes? QVO MYSTERIO NON SOLVM NOS, SED ET OMNES MINISTRI SPIRITVS SVPERANTVR. QVADRAGESIMO SEPTIMO; Epistolâ Varadati Monachi, ad Leonem Imperatorem, post
Isa.6.v.6. Allegoriam de Altaris Carbone Prophetico, quem Isaias, non modò manibus contrectare; sed ne Angelus quidem nisi forficibus,
» nisi ferro contingere ausus est: Ita factum est, & in Ioanne qui se-
Matth.3.v.11. » cundùm similitudinem artificis, tenuit, Baptizãdo in aqua Dominum,
» ad similitudinẽ ignis. ET TVNC DATVM EST SANCTIS SACERDOTIBVS
» DEI TENERE CORPVS SANCTVM FILII DEI, ET NON VRVNTVR COM-
Eccl.29.v.28. » MVNICANTES HOMINIBVS CIBVM ÆTERNVM. Legitur, Vita Hominis
» Panis & Aqua: NON EST PANIS QVALEM COMEDVNT IVDÆI, ET OPERARII NON CREDENTES, QVIA VITA EST HOMINVM: SED CORPVS QVOD INTVS EST FILIVS DEI, EX MARIA VIRGINE, ET EST FI-

GMENTVM DEI, QVI EST FILIVS DEI, PANIS QVI DE COELO DE- «
SCENDIT. QVADRAGESIMO OCTAVO; ibidem paulo post: Quomodo «
enim ostendere poterunt, ex quo est plasmatus Adam, vsque dum «
venisset Christus, & indutus fuisset carnem ex Maria Virgine, quia «
potuit quisquam electorum tenere Verbum quod ante Luciferum «Psl.109 v.3.
est, SICVT MVLTI NVNC COMEDVNT? Nunquid non di- «
ligebat Deus, sicut diligit nunc eos qui in hac generatione sunt? «
Diligebat eos, & in eis valde gaudebat. Sicut enim sapiens artifex «
massam fermentat, & non repentè eam conspersionem permiscet, «
sed spatio alicuius momenti quiescit, & tunc sumens conspersio- «
nem, fermentat eam, ET ITA AMICIS SVIS PRÆBET AD COME- «
DENDVM: ita nunc gestum est, vt sufficiant hæc exempla NON «
CREDENTIBVS. Abraham cùm dixisset Saræ vt faceret fer- «Genes.18.v.6.
menti sata tria, NON DIXIT EI NOMEN, eo quòd non erat «
fermento conspersum. Et cum venisset Deus, & donasset gratiam «
Patris, ait: Simile est regnum cœlorum homini, qui accepit farinæ «Matt.13.v.33.
sata tria, & abscondit in eis modicum fermenti: Quis enim Pro- «Luc. 13.v.21.
phetarum Antiquorum aut Nouissimorum dixit, VT MISCE- «
RETVR CONSPERSIONI FERMENTVM, nisi ipse Christus «
qui venit, vt diuinitas eius voluit, & permiscuit Plasma Patris, se- «
cundùm voluntatem Patris sui, sicut scriptum est: Veni facere vo- «Psal.39.v.9.
luntatem tuam Deus? Scimus enim quia Verbum in principio erat «
ante plasma, & ante solem, & sic mansit donec hoc plasmate opus «
esset: nam & Fermentum Mundi ante plasma. QVADRAGE- «
SIMO NONO ac VLTIMO; ibidem in fine: Et qualis fuit «
OBLATIO Abraham priùs, & Iob in medio, & SANCTORVM «
NOVISSIME OFFERENTIVM; ita suscepit Deus legislationem «
Sancti Concilij Prioris & Posterioris: (Nicænum & Chalcedonen- «
se Varadatus intelligit) Vellem autem vt iuberet VESTRA DIVI- «
NITAS (vt enim in terris Dei imago Rex; ita & Regum Majestas «
Varadato θειότης quædam atque Diuinitas est: quo nomine Ma-
ximos Reges, atque Imperatores Sanctos, salutare Græci Christiani
Veteres nonnumquam consueuerunt, vt Primo Libro dictum est,)
coram se filiis Timothei: Abraham vnum agnum obtulit, & susce- «Genes.22. v.13
pit Deus, & lætatus est: & Iob septem agnas, & septem boues, Vnam «Iob.42.v.8.
Oblationem Deo, & suscepit Deus, & lætatus est; ET SANCTI «
APOSTOLI TRES PANES, QVI SVNT CORPVS CHRISTI, ET SVS- «
CEPIT. Quid putas dicturi sunt Timothei filij? Hæc Varadatus de «
Timotheo illo Alexandrini Archiepiscopalis Throni Tyranno, &
atrocissimo Chalcedonensis Concilij aduersario atque hoste lo-
quens. Hactenus Concilium Chalcedonense quod à Concilio
Constantinopolitano sequenti denuò approbatum est. Ac præter
Sanctorum Euthymij & Auxentij Elogia atque Miracula, quibus
Chalcedonensis vt Synodus, ita Fides enituit, Zonaras tertio An-
nalium in Marciano refert; quòd cùm Eutychianæ factionis sectarij
decreta Concilij subsannatent, eiusque auctoritatem non Christiana

» veritate sed potentia Regia siue Imperatoria nixam dicerent, Anato-
» lium Patriarcham conuocatis aduersariis ita locutum fuisse: Quoniam
» sententiam vestram adhuc mordicus tenetis, neque vos perperā sentire
» creditis, sed nos incusatis, quasi Nestorij dogma approbemus, CVM
» DVAS NATVRAS IN SALVATORE PRÆDICEMVS, vtraque citra
» confusionem proprietatem suam retinente; istius Controuersiæ du-
» bitatio, si placet, Deo permittatur. Scribatur igitur vestra de Fide
» sententia in vno Libello, & nostra in altero: atque ambæ in locu-
» lo GLORIOSÆ MARTYRIS EVPHEMIÆ collocentur, & huius iu-
» dicium esto, vtri rectè an perperam sentiant. Hæc cùm Hæreticis
» etiam placuissent, libelli scripti, remoto lapide, qui loculum cl[au]-
» debat, pectori Martyris apponuntur, & lapis in suum locum rep[o]-
» situs ab vtraque parte signatur. Dehinc SVPPLICATIONES FIVN[T]
» ET PRECES AD DEVM PERVIGILES, vt demonstret vtra sententia
» ei cordi sit, & quæ reiicienda videatur. Post triduum conueniunt,
» Imperatore etiam præsente. Aperto loculo (ô rem mirabilem) Li-
» bellus Hæreticorum AD PEDES Martyris inuenitur; alter in manu eius
» dextera; quam extendisse fertur ad Imperatorem & Patriarcham, ac
» libellum ei porrexisse. Itaque rectæ sententiæ adsertores plaudere,
» aduersarij verò demissis vultibus & præ pudore caligantibus abire,
» quidam etiam veram sententiam amplecti: Ἐπεὶ ἔτι τῆς οἰκείας δόξης ἀντέχεσθε, καὶ οὐ πείθεσθε, μὴ δοξάζοντες ὀρθῶς, ἀλλ' αἰτιᾶσθε ἡμᾶς, ὡς τὸ τοῦ Νεστορίου περιδιχοῦντας δόγμα, ΔΥΟ ΦΥΣΕΙΣ ΕΠΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΚΗΡΥΤΤΟΝΤΑΣ, ἑκατέρας τηρούσης ἀσυγχύτους τὰς ἰδιότητας, ἐπιτρεπτέον, εἰ δοκεῖ, τῷ θεῷ, τὸ περὶ τούτου, περὶ τῆς πίστεως, φρόνημα. γραφήσεται δὲ καὶ παρ' ἡμῶν τὸ ἡμέτερον. καὶ ἄμφω τὼ τόμω ἐν τῇ λάρνακι τεθείτων, τῆς ΠΑΝΕΥΦΗΜΟΥ Μάρτυρος ΕΥΦΗΜΙΑΣ, καὶ ταύτῃ τὴν κρίσιν δοτέον, τῶν ὀρθῶν καὶ διεστραμμένων δογματιστῶν. ἤρεσε ταῦτα καὶ τοῖς αἱρετικοῖς, καὶ οἱ τόμοι γεγράφαται, καὶ ὁ κλείων λίθος τὴν λάρνακα αἴρεται, καὶ οἱ χάρται, τοῖς στήθεσι τῆς μάρτυρος ἐπιτίθενται, καὶ ὁ λίθος αὖθις τῇ λάρνακι ἐπενήνεκται, καὶ σφραγίζεται, ὑπ' ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν. τὸ δ' ἐντεῦθεν, ἱκεσίαι πρὸς τὸν θεόν, καὶ δεήσεις πανύχιοι, ἀποκαλύψαι, τίς αὐτῷ τῶν δοξῶν καταθύμιος, καὶ τίς ἀποβλητέα δοκεῖ. καὶ μετὰ τρίτην ἡμέραν, συνέρχονται, μηδὲ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ἀπολειφθέντος, καὶ ἀνοιγείσης τῆς λάρνακος, (ὢ τῶν θαυμασίων σου Κύριε) εὑρέθη ὁ μὲν τῶν αἱρετικῶν τόμος, ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΟΣΙ τῆς μάρτυρος κείμενος, ὁ δέ γε λοιπός, τῇ δεξιᾷ ταύτης χειρὶ κατεχόμενος, ΗΝ ΕΚΤΕΙΝΑΙ ΛΕΓΕΤΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ, καὶ τὸν Πατριάρχην, τὸν τόμον αὐτοῖς ἐγχειρίζουσα. οἱ μὲν οὖν τὸ ὀρθὸν πρεσβεύοντες δόγμα, ἦσαν ἐν κρότοις, οἱ δὲ τούτοις ἑτερογνώμονες, κατηφιῶντες, καὶ σκότος ὑπ' αἰσχύνης περιχυθέντες, ἀπηλλάττοντο· τινὲς δ' ἐκ τούτων, καὶ πρὸς τὸ ὀρθόδοξον μετεβάλλοντο. Quæ quidem Sacra Euphemiana Historia in Synodica ipsa Chalcedonensi ad Sanctum Leonem Papam his illustratur ac confirmatur verbis:
» Deus enim erat qui operabatur, & quæ suo thalamo Concilium
» coronauit ORNATA DECORE VICTORIÆ (alias, VICTRIX) Euphemia,
» QVÆ TANQVAM PROPRIAM CONFESSIONEM, FIDEI
» DEFINITIONEM SVSCIPIENS A NOBIS SVO SPONSO
» PER PIISSIMVM IMPERATOREM ET AMICAM CHRI-

STI AVGVSTAM OBTVLIT, OMNEM QVIDEM PERTVRBATIONEM CONTRARIORVM SEDANS, VERITATIS AVTEM CONFESSIONEM ROBORANS, VT AMICAM, E MANV AC LINGVA VNIVERSORVM DECRETIS PRO DEMONSTRATIONE (aliàs, VT OMNIBVS MANIFESTA ESSET) SVBSCRIBENS: Θεὸς γὰρ ἦν ὁ ἐνεργῶν, καὶ ἡ τὸν Σύλλογον τῷ συμφώνῳ στεφανοῦσα ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ ΕΤΦΗΜΙΑ. Η, ΩΣΠΕΡ ΟΙΚΕΙΑΝ ΟΜΟΛΟΓΙΑΝ, ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΠΑΡ' ΗΜΩΝ ΔΕΞΑΜΕΝΗ ΤΟΝ ΟΡΟΝ, ΤΩ ΕΑΤΤΗΣ ΝΤΜΦΙΩ, ΔΙΑ ΤΟΤ ΕΤΣΕΒΕΣΤΑΤΟΤ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΤ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ, ΠΡΟΣΗΓΑΓΕ. ΠΑΣΑΝ ΜΕΝ ΤΩΝ ΑΝΤΙΚΕΙΜΕΝΩΝ ΤΑΡΑΧΗΝ ΚΑΤΕΤΝΑΣΑΣΑ, ΤΗΝ ΔΕ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ, ΩΣ ΦΙΛΗΝ ΟΜΟΛΟΓΙΑΝ ΚΡΑΤΤΝΑΣΑ, ΚΑΙ ΧΕΙΡΙ, ΚΑΙ ΓΛΩΤΤΗ, ΤΑΙΣ ΠΑΝΤΩΝ ΨΗΦΟΙΣ ΕΠΙΨΗΦΙΣΑΣΑ, ΠΡΟΣ ΑΠΟΔΕΙΞΙΝ. Nec tacenda ſanè hoc loco eſt elegantiſſima illa Beati Aſterij Epiſcopi Amaſiæ Relatio in Euphemiam Martyrem, quæ Actione quarta Septimæ Synodi inſerta eſt: Pridem, ô viri, Demoſthenem habebam in manibus illum optimum, & Demoſthenis illa, vbi Æſchinem amaris immittit cogitationibus. Retardatus verò ſermone, & denſus intelligentia, quietem deprecatus ſum & ambulacrum: quo mihi ſolueretur puſillum animæ dolor: & procedens de habitaculo, pauxillum cum notis comitatus in forum, illinc ad Dei Templum profectus ſum, otaturus in vacatione: Cùm autem & hoc conſecutus, in obſcuro porticus domorum incederem, vidi illic pictutam quandam, & me in ſummitatem viſio tulit, vt Euphranoris autem diceres eſſe diligentiam artificij, vel cuiuſque illorum veterum, qui ſculptibilem Iunonem in magnitudinem, cum modica eſſet, erigentes, etiam tabulas animatas operabantur. Veni ergo ſi velis: etenim nunc vacatio narrationis eſt, ediſſeram tibi ſcripturam. Neque enim magis praua quàm pictores, NOS VBIQVE MVSARVM PVERI habemus remedia. Mulier quædam virgo ſacra & incorrupta, Deo pudicitiam vouens, EVPHEMIAM vocant eam. Cùm autem tyrannus aliquando piè viuentes perſequeretur, nimis alacriter mortis elegit periculum. At verò ciues & COMMVNICATORES RELIGIONIS, pro qua & obiit, vtpote virilem & ſacram virginem admirantes, IVXTA SACRARIVM THECA CONSTRVCTA, ET POSITO LOCVLO, HONORES EI CONCELEBRANT, ET ANNVAM FESTIVITATEM; NOVVVM ET PVBLICVM FACIENTES COMMERCIVM. Ergo alij quidem DEI MYTERIORVM SACRI DISPVTATORES HIEROPHANTÆ, VERBO QVOQVE MEMORIAM SEMPER HONORANT: & qualiter conſummauerit ſufferentiæ certamen, diligenter eos, qui ſimul adſunt, edocent. Pictor autem piè agens, & ipſe per artem pro viribus totam hiſtoriam eius deſignans, in ſindone iuxta thecam ſacram poſuit viſionem. Habet autem ita ſe illud amabile artificium: Excelſus ſuper thronum ſtabilis eſt iudex, amarè ac malignè aſpiciens in virginem: IRASCITVR ENIM QVANDO

» VVLT ARS, ETIAM IN INANIMATIS MATERIIS. adſunt autem ſatellites principatus, & milites multi; quorum alij quidem monumentorum deſcriptores libros ferunt & codicillos: quorum alter à cera manu ſuſpenſa, aſpicit ad eam quæ iudicabatur, totam inclinans faciem, veluti iubens magis loquendum; ne laborans circa auditum, mendoſa ſcribat, ac reprehenſibilia. STABAT AVTEM VIRGO IN AQVILO INDVMENTO, AC VESTE PHILOSOPHIAM DESIGNANS, ET VT VISVM EST PICTORI, ETIAM VVLTVM VRBANVM: VT VERO MIHI VIDETVR, ANIMAM VIRTVTIBVS DECORATAM. Ducunt autem eam ad principem duo milites, vnus quidem illam ante trahens, alter autem poſt tergum vrgens, virginis temperatum pudore atque conſtantia morem. Etenim innuit quidem in terram, vt erubeſcens à vultibus marium. Stabat autem nequaquam perculſa, nihilque paſſa penes agonem timendum. Cumque ego alios interim laudarem pictores, quando intuitus ſum illius mulieris COLCHIDIS opus: quæ filiis cùm eſſet gladium illatura, MISERICORDIA ET FVRORE DIVIDIT FACIEM: Et vnus quidem oculorum inſinuat iram, alter verò matrem indicat parcentem & trementem: Nunc autem miraculum ab illa cogitatione ad hanc commutaui Scripturam; & vehementer admiror artificem, quoniam magis miſcuit colorum morem, & reuerentiam ſimul, & virilitatem temperans, affectiones per naturam repugnantes. Procedente verò anteriùs imitatione carnifices quidam in tunicis paruis nudi iam veniebant ab opere. Et quidam apprehenſo quidem capite, inclinans poſt tergum, præbebat alteri præparatam ad ſupplicium virginis perſonam. quidam verò aſtans incîdebat dentes: malleus autem, terebra, ſupplicij organa apparent. Præterea lacrymor hinc, & mihi paſſio intercîdit ſermonem. Sanguinis enim guttas ſic euidenter ſupercolorauit pictor, vt diceres has labia veraciter diſtillaſſe, & lamentatus ires. ad vincula poſthæc, & iterum virgo venerabilis IN FVLVIS VESTIBVS, ſed & ſola extendens manus in cœlum; & inuocans Deum PROCVRATOREM INTER ATROCIA. Cui oranti apparet ſuper caput SIGNVM, QVOD NVNC LEX EST CHRISTIANIS ADORARE ATQVE PRÆSCRIBERE; quódque indicium autumo fuiſſe paſſionis, quæ illam exſpectabat. Mox ergo & poſt modicum, ignem alibi validum pictor ſuccendit rubeo colore, hinc & inde rutilantem corpoream faciens flammam: ſtatuitque in medio, illam manus quidem ad cœlos expandentem, moleſtiam verò nullam in facie demonſtrantem, ſed è contrario gaudentem, quoniam ad incorpoream & beatam vitam abibat. VSQVE HVC ET PICTOR STATVIT MANVM ET EGO SERMONEM; Γράφειν, ὦ ἄνδρες, Δημοσθένην εἶχον ἐν χερσί, τὸν δεινὸν καὶ Δημοσθένης ἐκεῖνα, ἔνθα δὴ τὸν Αἰσχίνην πικροῖς βάλλει τοῖς ἐνθυμήμασιν. ἐγχρονίσας δὲ τῷ λόγῳ, καὶ πυκνωθεὶς τῇ διανοίᾳ, αἰδέσεως ἐδεόμην, καὶ περιπάτου. ὥστε μοι λυθῶσαι μικρὸν, τῆς ψυχῆς τὸ πονούμενον. προελθὼν δὲ τοῦ δώματος, καὶ ὀλίγοις τοῖς γνωρίμοις συμβαδίσας ἐπ' ἀγορᾶς, ἐκεῖθεν εἰς τὸ τοῦ θεοῦ τέμενος ἀφικόμην, εὐξόμενος ἐν σχολῇ. ὡς δὲ καὶ τούτου τυχὼν, ἔνα δὲ

τῶν

τὸν ὑποτείχιον δρόμον ἐβάδιζον, εἶδον ἐκεῖ γραφήν τινα, καί με κατ' ἄκρας εἷλεν ἡ θέα. Εὐφράνορος ἂν εἶπες εἶναι τὸ φιλοτέχνημα, ἢ τινος ἐκείνων τῶν παλαιῶν, οἳ τὴν γραφικὴν ᾖραν, εἰς μέγα ἐμψύχους, ὀλίγου δέοντας, ἐργασάμενοι πίνακας· δεῦρο δή, εἰ βούλει, (καὶ γὰρ σχολὴ νῦν διηγήματος,) φράσω σοι τὴν γραφήν. οὐδὲ γὰρ φαυλότερα πάντως τῶν ζωγράφων, οἱ ΜΟΥΣΩΝ ΠΑΙΔΕΣ ἔχομεν φάρμακα· Γυνή τις ἱερά, παρθένος ἀκήρατος, Θεῷ τὴν ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΝ ΚΑΘΙΕΡΩΣΑΣΑ· ΕΥΦΗΜΙΑΝ καλοῦσιν αὐτήν· τυράννου δή ποτε τοὺς εὐσεβοῦντας ἐλαύνοντος, μάλα προθύμως τὸν ἐπὶ θανάτῳ εἵλετο κίνδυνον· οἱ δὲ δὴ πολῖται, καὶ ΚΟΙΝΩΝΟΙ ΤΗΣ ΘΡΗΣΚΕΙΑΣ, ὑφ' ἧς ἐτελεύτησεν, ὡς ἀνδρείαν ὁμοῦ καὶ ἱερὰν τὴν παρθένον θαυμάσαντες, ΠΛΗΣΙΟΝ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΤΗΝ ΘΗΚΗΝ ΔΕΙΜΑΜΕΝΟΙ, ΚΑΤΑΘΕΜΕΝΟΙ ΤΕ ΤΗΝ ΛΑΡΝΑΚΑ, ΤΙΜΑΣ ΤΕΛΟΥΣΙΝ ΑΥΤΗ, ΕΤΗΣΙΟΝ ΕΟΡΤΗΝ, ΚΟΙΝΗΝ ΚΑΙ ΠΑΝΔΗΜΟΝ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ ΠΑΝΗΓΥΡΙΝ. οἱ μὲν οὖν ΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΙΕΡΟΦΑΝΤΑΙ, ΚΑΙ ΛΟΓΩ ΤΙΜΩΣΙ ΤΗΝ ΜΝΗΜΗΝ ΑΕΙ, καὶ ὅπως ἐξετέλεσε τὸν τῆς καρτερίας ἀγῶνα, ἐπιμελῶς τοὺς συνιόντας λαοὺς ἐκδιδάσκουσιν· ὁ δὲ δὴ ζωγράφος, εὐσεβῶς καὶ αὐτός, διὰ τῆς τέχνης, κατὰ δύναμιν, πᾶσαν τὴν ἱστορίαν ἐν σινδόνι χαράξας, αὐτοῦ που περὶ τὴν θήκην ἱερὸν ἀνέθηκε θέαμα. ἔχει δὲ ὧδε τὸ φιλοτέχνημα. Ὑψηλὸς ἐπὶ θρόνου καθίδρυται δικαστής, πικρὸν καὶ δυσμενὲς βλέπων εἰς τὴν παρθένον. ΟΡΓΙΖΕΤΑΙ ΓΑΡ, ΟΤΑΝ ΕΘΕΛΗ, ΚΑΝ ΤΑΙΣ ΑΨΥΧΟΙΣ ΥΛΑΙΣ, Η ΤΕΧΝΗ. δορυφόροι δὲ τῆς ἀρχῆς, καὶ στρατιῶται, πολλοί· οἱ μὲν τῶν ὑπομνημάτων ὑπογραφεῖς δέλτους φέροντες, καὶ γραφίδας. ὧν θάτερος ἀναρτήσας ἀπὸ τοῦ κηροῦ τὴν χεῖρα, βλέπει, πρὸς τὴν κρινομένην σφοδρῶς, ὅλον ἐκκλίνας τὸ πρόσωπον, ὥσπερ παρακελευόμενος γεγωνότερον λαλεῖν, ἵνα μή, κάμνων περὶ τὴν ἀκοήν, ἐσφαλμένα γράφῃ, καὶ ἐπιλήψιμα. ΕΣΤΗΚΕ ΔΕ Η ΠΑΡΘΕΝΟΣ ΕΝ ΦΑΙΩ ΧΙΤΩΝΙ ΚΑΙ ΙΜΑΤΙΩ, ΤΗΝ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΝ ΣΗΜΑΙΝΟΥΣΑ. ΩΣ ΜΕΝ ΕΔΟΞΕ ΤΩ ΓΡΑΦΕΙ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΟΨΙΝ ΑΣΤΕΙΑ· ΩΣ ΔΕ ΜΟΙ ΔΟΚΕΙ, ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΚΕΚΑΛΛΩΠΙΣΜΕΝΗ ΤΑΙΣ ΑΡΕΤΑΙΣ· ἄγουσι δὲ αὐτὴν πρὸς τὸν ἄρχοντα δύο στρατιῶται, ὁ μὲν ἕλκων ἐπὶ τὸ πρόσω, ὁ δὲ κατόπιν ἐπείγων· κεκερασμένον τῆς παρθένου τὸ ἦθος, αἰδοῖ καὶ στερρότητι· νεύει μὲν γὰρ εἰς γῆν, ὥσπερ ἐρυθριῶσα ταῖς ὄψεσι τῶν ἀρρένων, ἕστηκε δὲ ἀκατάπληκτος, οὐδὲν πάσχουσα πρὸς τὸν ἀγῶνα δειλόν· ὡς ἔγωγε τοὺς ἄλλους τέως ἐπῄνουν ζωγράφους, ὅτε ἐθεασάμην τῆς γυναικὸς ἐκείνης τῆς ΚΟΛΧΙΔΟΣ τὸ δρᾶμα· ὅπως, μέλλουσα τοῖς τέκνοις ἐπιφέρειν τὸ ξίφος, ΕΛΕΩ ΚΑΙ ΘΥΜΩ ΜΕΡΙΖΕΙ ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ· καὶ θάτερος μὲν τῶν ὀφθαλμῶν, τὴν ὀργὴν ἐμφανίζει, θάτερος δέ, τὴν μητέρα μηνύει, φειδομένην, καὶ φρίττουσαν· νῦν δὲ τὸ θαῦμα, ἀπ' ἐκείνης τῆς ἐννοίας, πρὸς ταύτην μετατέθεικα τὴν γραφήν, καὶ σφόδρα γε ἀγαμαι τοῦ τεχνίτου, ὅτι μᾶλλον ἔμιξε τῶν χρωμάτων τὸ ἦθος, αἰδῶ τε ὁμοῦ, καὶ ἀνδρίαν κεράσας, πάθη κατὰ φύσιν μαχόμενα· προβαινούσης δὲ εἰς τὸ πρόσω τῆς μιμήσεως, δήμιοί τινες, ἐν χιτωνίσκοις, γυμνοὶ ἤδη ἤρχοντο τοῦ ἔργου· καὶ ὁ μὲν δραξάμενος τῆς κεφαλῆς, καὶ ἀνακλίνας εἰς τὸ κατόπιν, παρεῖχε τῷ ἑτέρῳ εὐτρεπὲς εἰς τιμωρίαν τῆς παρθένου τὸ πρόσωπον· ὁ δὲ παραστὰς ἐξέκοπτε τῶν ὀδόντων. σφῦρα δὲ καὶ τρύπανον φαίνεται τῆς τιμωρίας τὰ ὄργανα· δακρύω δὲ τὸ ἐντεῦθεν. καί μοι τὸ πάθος ἐπικόπτει τὸν λόγον. τὰς γὰρ τοῦ αἵματος σταγόνας, οὕτως ἐναργῶς ἐπέχρωσεν ὁ ζωγράφος, ὥστε εἴποις ἄν, προχεῖσθαι τῶν χειλέων ἀληθῶς, καὶ θρηνήσας ἀπέλθοις. δεσμωτήριον μετὰ ταῦτα, καὶ πάλιν ἡ παρθένος σεμνή, ΕΝ ΤΟΙΣ

ΦΑΙΟΙΣ ΙΜΑΤΙΟΙΣ, καθῆσθαι μόνη, ἐκτείνουσα τὼ χεῖρε πρὸς οὐρανὸν, καὶ καλοῦσα Θεὸν ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΤΩΝ ΔΕΙΝΩΝ· ὑπὲρ κεφαλῆς δὲ ταύτῃ, φαίνεσθαι ἀπὸ κεφαλῆς ΤΟ ΣΗΜΕΙΟΝ, Ο ΔΗ ΝΟΜΟΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙΣ ΠΡΟΣΚΥΝΕΙΝ ΤΕ ΚΑΙ ΕΠΙΓΡΑΦΕΣΘΑΙ· σύμβολον, οἶμαι, τοῦ πάθους, ὅπερ αὐτὴν ἐξεδέχετο. Εὐθὺς γοῦν, καὶ μετ' ὀλίγον, πῦρ ἀλλαχοῦ σφοδρὸν, ὁ ζωγράφος αὐτῆ φῶν, ἐρυθρῷ χρώματι ἔνθεν ἐπιλαμφθέντι, σωματοποιήσας τὴν φλόγα· ἵστησι δὲ μέσην αὐτὴν, τὰς μὲν χεῖρας πρὸς οὐρανὸν διαπλώσασαν, ἀλγηδόνα δὲ οὐδεμίαν ἐπιφαίνουσαν τῷ προσώπῳ, ἀλλὰ τοὐναντίον, γεγηθυῖαν, ὅτι πρὸς τὴν ἀσώματον καὶ Μακαρίαν ἐξεδήμει ζωήν. ΜΕΧΡΙ ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΙ Ο ΖΩΓΡΑΦΟΣ ΕΣΤΗΣΕ ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ, ΚΑΓΩ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ. Atque hic esto DE VERITATE EVCHARISTIÆ non tam probationum quàm REVELATIONVM ET CONFESSIONVM finis. Anglicanæ certè sunt, quandoquidem & EVPHEMIA SORBONICA, Apostaticam SPALAT-ANTONIANÆ Fidei Confessionem horum trium Primo Libro iam pridem conculcauit, & tibi, REX IACOBE, Veram atque Orthodoxam Fidem porrexit. Est enim PARISIENSIS AC SORBONICÆ THEOLOGORVM FACVLTATIS PATRONA (vt HIEROPHANTARVM, id est, SACRORVM INTERPRETVM MYSTERIORVM DEI semper fuisse ex Asterio vidimus) HÆRESEON VICTRIX Sancta Martyr Euphemia; estque nostra memoria apud nostram Sorbonam nouo, solemni pompa deducto (qualis Sancti Anastasij Martyris illa fuit, Septimæ Synodi Actione quarta) Melitensium dono ille ille Pes CALCATOR PERFIDIÆ, qui Schisma Hæresimque & protriuit & proterer. At quàm dispar Polychronius ille Monachus, qui Actione decima quinta Sextæ Synodi, expositionem suæ Fidei, IN OPERE MORTVI, ἐπὶ ἔργῳ νεκροῦ, apud Concilium ac Imperatorem se probaturum, temere falsóque iactitauit. Quem quisquis nouorum Apostatarum imitatus ille est, meritò sanè Synodi illius supplicio dignus est, nempe Depositio-
» ne Sacerdotij & Vniuersali Acclamatione: NOVO SIMONI,
» ANATHEMA: ΤΩ ΝΕΩ ΣΙΜΩΝΙ, ΑΝΑΘΕΜΑ. Vniuersa Christi
» Ecclesia adstante atque addente: Quomodo namque esset possibi-
» le, blasphemantem in Deum virtutes operari? Πῶς γὰρ δὴ καὶ ἐδύνατο, βλασφημοῦντα εἰς Θεὸν, δυνάμεις ἐπιτελεῖν; Anglicanæ etiam potissimùm dicendæ eo nomine certè sunt, REVELATIONES illæ, quo & Leo Quartus in Epistola ad Episcopos Britanniæ per Sardicensis Concilij Canones, Ecclesiæ disceptationes dissoluendas docet: Anglicanæ, inquam, Anglicanæ. Testis tandem, vt in ore trium stet omne verbum, numquam satis audiendus Gregorius, Anglicanæ vestræ Ecclesiæ Fundator & Auctor, cùm his, semper iterandis inculcandisque verbis, non tam Quattuor Concilia, quàm Quattuor Euangelia agnoscit,
» quattuor illa quæ huc vsque recensuimus: Præterea, inquit, quia
» corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, SICVT
» SANCTI EVANGELII QVATTVOR LIBROS, SIC QVATTVOR CON-
» CILIA SVSCIPERE, ET VENERARI ME FATEOR. NICÆNVM SCILI-
» CET, in quo peruersum Arij dogma destruitur; CONSTANTINOPOLI-

TANVM quoque, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur: «
EPHESINVM etiam PRIMVM, in quo Nestorij impietas iudicatur: «
CHALCEDONENSE verò, in quo Eutychis Dioscorique prauitas re- «
probatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione «
custodio; quia in his velut in quadrato lapide, SANCTÆ FIDEI «
structura consurgit, & cuiuslibet vitæ atque actionis norma con- «
sistit. QVISQVIS EORVM SOLIDITATEM NON TENET, ETIAM- «
SI LAPIS ESSE CERNITVR, TAMEN EXTRA ÆDIFICIVM IACET. «
Ac paulo post: QVISQVIS ERGO ALIVD SAPIT, ANATHEMA SIT. «
QVISQVIS VERO PRÆDICTARVM SYNODORVM FIDEM TENET, «
PAX EI SIT A DEO PATRE PER IESVM CHRISTVM FILIVM «
EIVS, QVI CVM EO VIVIT ET REGNAT CONSVBSTANTIALI- «
TER DEVS IN VNITATE SPIRITVS SANCTI PER OMNIA SÆ- «
CVLA SÆCVLORVM, AMEN. Quod quidem Pontificale Gre- «
gorij dictum CONFESSIO FIDEI est ad Patriarchas Episto-
lâ vigesimâ quartâ libri primi scriptâ Ioanni Episcopo Constan-
tinopolitano, Eulogio Alexandrino, Ioanni Ierosolymitano,
& Anastasio Patriatchæ Antiocheno, De Onere Pastorali sibi
nuper imposito & de Fide, quam iuxta Decreta Conciliorum am-
plectitur. Hæc Euangelicè APOSTOLICVS VIR GREGO-
RIVS. Porrò Regium Imperatoris Iustiniani ad Patriarchas Re-
scriptum, prima Collatione Quintæ Generalis Synodi, nihil an-
tiquius tum Matri Ecclesiæ, tum Regibus Ecclesiæ Filiis esse de-
bere docet, quam vt Vna & eadem Fides, quam SANCTÆ «
QVATTVOR SYNODI confessæ sunt, in Sanctis Dei Eccle- «
siis prædicetur. Quare eadem Collatione recitatur Eutychij Con- «
stantinopolitani Patriarchæ ad Vigilium Pont. Max. Epistola,
quæ de Tribus Capitulis agens sic tandem concluditur: Et «
ideo petimus, præsidente nobis Vestra Beatitudine, sub tranquil- «
litate & Sacerdotali Mansuetudine PROPOSITIS SANCTIS EVANGE- «
LIIS, communi tractatu eadem capitula in medio proponenda, «
quæri & conferri, & finem quæstionis imponi Deo placitum «
& conuenientem his quæ à Sanctis Quattuor Conciliis defini- «
ta sunt: quoniam ad augmentum pacis & concordiam Ecclesia- «
rum pertinet, vt omni de medio dissensione sublata, quæ à prædi- «
ctis Quattuor Sanctis Conciliis definita sunt, inconcussa seruen- «
tur, Sanctarum Synodorum reuerentiâ in omnibus custoditâ. Vigi- «
lius vero Pont. Max. Eutychio Constantinopolitano ita ibidem dein-
de respondet: Quibus ita prædictis postulationibus, vestrum deside- «
rium cognoscentes, annuimus vt de Tribus Capitulis, ex quibus quæ- «
stio nata est, facto regulari conuentu, seruata æquitate, MEDIIS SA- «
CROSANCTIS EVANGELIIS, collationem cum VNITIS FRATRIBVS, «
habeamus (fortè, habeatis) & finis detur placitus Deo, & conueniens «
his quæ à Sanctis Quattuor sunt definita Conciliis: scientes vtique, «
sicut & communis professionis testimonio declaratur, memorata- «

rum Synodorum in omnibus reuerentiam custodiri. Quibus promissis, Collatione tandem Tertia hunc in modum decernit & definit : Confitemur Fidem tenêre & prædicare ab initio donatam à magno Deo & Saluatore nostro Iesu Christo, sanctis Apostolis, & ab illis in vniuerso mundo prædicatam, quam & sancti Patres, confessi sunt & explanauerunt, & sanctis Ecclesiis tradiderunt, & maximè qui in SANCTIS QVATTVOR SYNODIS conuenerunt; quos per omnia & in omnibus sequuntur, (aliàs, sequimur) & suscipimus, cum in aliis sanctis Patribus : & SANCTAS QVATTVOR SYNODOS, id est, trecentos decem & octo sanctos Patres Nicææ congregatos; & centum quinquaginta qui Constantinopoli conuenerunt, & Ephesi i. ducentos, & Chalcedone sexcenros triginta, & omnia quæ à prædictis SANCTIS QVATTVOR CONCILIIS pro vna eademque Fide definita sunt, suscipimus; & omnes condemnatos à prædictis SANCTIS QVATTVOR CONCILIIS, tanquam condemnatos & anathematizatos habemus, vna cum aliis Hæreticis. In Sexta verò Synodo Actione decima quarta; Sanctum Concilium exclamauit, Η Αγία Συνόδος ἐξεβόησεν· SANCTORVM QVATTVOR CONCILIORVM SEMPITERNA MEMORIA, Ταῖς Αγίαις Τέσσαρσι Συνόδοις, αἰωνία ἡ μνήμη. Sed omnium optimè declarat Primorum Quattuor Magnorum Conciliorum Ordinem descriptio eorum quæ gesta sunt, in Constantinopolitano Concilio, sub Hormisda & Ioanne, quæ sequentis Constantinopolitani Concilij sub Agapeto & Menna, Actioni quintæ inserta est, estque his verbis, tanquam historia relatu dignissima, depicta ad perpetuam rei memoriam, postquam populus acclamasset : QVATTVOR SYNODOS DIPTYCHIS. ΤΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΣ ΣΥΝΟΔΟΥΣ, ΤΟΙΣ ΔΙΠΤΥΧΟΙΣ· Et cum clausissent portas, in eisdem acclamationibus permanentibus, accipiens DIPTYCHA, sanctissimus & beatissimus Archiepiscopus & Patriarcha Oecumenicus Ioannes, IVSSIT ORDINARI QVATTVOR SANCTAS SYNODOS SANCTORVM PATRVM, VIDELICET IN NICÆA CONGREGATORVM, ET IN CONSTANTINOPOLI SIMILITER CONVENIENTIVM SVB NECTARIO SANCTÆ MEMORIÆ, AC IN EPHESO CONGREGATORVM SVPER DEPOSITIONE NESTORII, NECNON ILLORVM DE CHALCEDONA SVPER DEIECTIONE EVTYCHIS ET EIVSDEM IMPII NESTORII, ORDINARIQVE IVSSIT NOMINA IN SANCTA MEMORIA DEFVNCTORVM ARCHIEPISCOPORVM HVIVS REGIÆ VRBIS EVPHEMII, ET MACEDONII, AC ETIAM LEONIS ROMANI PONTIFICIS. Tunc voce magna OMNES DE POPVLO,
Luc. 1. v. 68. tanquam vno ore clamarunt : Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit Redemptionem populo suo. Magnâ autem horâ ex vtraque parte consistentibus, & psallentibus hanc Psalmodiam, Cantores superuenientes conuerterunt se dicere TRISAGIVM. Et cum ipsi incepissent, TOTVS POPVLVS

QVIEVIT; ET AVDIEBAT ATTENTIS AVRIBVS TRISAGIVM. Et «
post lectionem Sancti Euangelij, EX MORE SACRA MISSA FINITA, «
& ianuis clausis, ac SANCTA LECTIONE iuxta consuetudinem le- «
cta, TEMPORE DIPTYCHORVM CVCVRRIT OMNIS MVLTITVDO «
cum magno silentio CIRCVMCIRCA ALTARE, & audiebant. Et «
cùm solùm lectæ fuissent à DIACONO appellationes PRÆDICTA- «
RVM SANCTARNM QVATTVOR SYNODORVM, & sanctæ memo- «
riæ ARCHIEPISCOPORVM, Euphemij & Macedonij & Leonis, voce «
magna vniuersi clamauerunt, GLORIA TIBI DOMINE. Et post hoc, «
cum omni modestia completa fuit cum Deo DIVINA MISSA: «
Καὶ κλεισθέντων αὐτῶν τῶν θύρας, καὶ ἐπιμενόντων ταῖς τῶν αὐτῶν ἐκβοήσεσι, λαβὼν ΤΑ ΔΙΠΤΥΧΑ ὁ ἁγιώτατος καὶ Μακαριώτατος Ἀρχιεπίσκοπος, καὶ Οἰκουμενικὸς Πατριάρχης, Ἰωάννης, ΕΚΕΛΕΥΣΕ ΤΑΓΗΝΑΙ ΤΑΣ ΑΓΙΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΣ ΣΥΝΟΔΟΥΣ, ΤΩΝΤΕ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ ΩΣΑΥΤΩΣ ΣΥΝΑΧΘΕΝΤΩΝ, ΕΠΙ ΝΕΚΤΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ ΜΝΗΜΗΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΦΕΣΩ, ΕΠΙ ΤΗ ΕΚΒΟΛΗ ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ· ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΧΑΛΚΗΔΟΝΙ, ΕΠΙ ΤΗ ΕΚΒΟΛΗ ΕΥΤΥΧΟΥΣ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΔΥΣΣΕΒΟΥΣ ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ· ΚΑΙ ΤΑ ΟΝΟΜΑΤΑ ΤΩΝ ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΩΝ, ΕΝ ΟΣΙΑ ΤΗ ΜΝΗΜΗ, ΚΑΙ ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΤΑΥΤΗΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ ΠΟΛΕΩΣ, ΕΥΦΗΜΙΟΥ, ΚΑΙ ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΥ, ΚΑΙ ΜΕΝΤΟΙ ΚΑΙ ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗΣ. Τότε φωνῇ μεγάλῃ, πάντες οἱ τοῦ λαοῦ, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος, ἐβόησαν· ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΤΟΥ ΙΣΡΑΗΛ, ΟΤΙ ΕΠΕΣΚΕΨΑΤΟ, ΚΑΙ ΕΠΟΙΗΣΕ ΛΥΤΡΩΣΙΝ ΤΩ ΛΑΩ ΑΥΤΟΥ. Ἐπὶ πολλὴν δὲ ὥραν, ἀντιφωνούντων ἑκατέρων τῶν μερῶν, καὶ ψαλλόντων τὴν ψαλμῳδίαν ταύτην, οἱ ψάλται ἐπράπησαν, ἀνελθόντες εἰπεῖν ΤΟ ΤΡΙΣΑΓΙΟΝ· Καὶ αὐτῶν ἀρξαμένων, πᾶς ὁ λαὸς ΕΠΑΥΣΑΤΟ, καὶ ὑπήκουσε τοῦ ΤΡΙΣΑΓΙΟΥ· Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ Ἁγίου Εὐαγγελίου, ΕΞ ΕΘΟΥΣ, ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ ΕΠΙΤΕΛΟΥΜΕΝΗΣ, καὶ τῶν θυρῶν κλεισθεισῶν, καὶ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΘΗΜΑΤΟΣ, κατὰ τὸ σύνηθες, λεχθέντος, ΤΩ ΚΑΙΡΩ ΤΩΝ ΔΙΠΤΥΧΩΝ, μετὰ πολλῆς τῆς ἡσυχίας. συνέδραμον ἅπαν τὸ πλῆθος, ΚΥΚΛΩ ΤΟΥ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ, καὶ Ἠκροῶντο. Καὶ μόνον ἐλέχθησαν αἱ προσηγορίαι ΤΩΝ ΕΙΡΗΜΕΝΩΝ ΑΓΙΩΝ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΣΥΝΟΔΩΝ παρὰ τοῦ ΔΙΑΚΟΝΟΥ, καὶ τῶν ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, Εὐφημίου, καὶ Μακεδονίου, καὶ Λέοντος· Καὶ φωνῇ μεγάλῃ ἔκραξαν ἅπαντες, ΔΟΞΑ ΣΟΙ, ΚΥΡΙΕ· Καὶ μετὰ τοῦτο, μετὰ πάσης εὐταξίας, ἐπληρώθη, σὺν Θεῷ, Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ.

QVAMQVAM verò in hac nostra CONFESSIONIS APOSTOLICÆ ATQVE VETERIS ANGLICANÆ Demonstratione Euangelica, diximus DE SACRIFICIO, diximus DE SACRAMENTO, (SACRAMENTVM quippe est ECCLESIASTICÆ VNITATIS, vt ex Quæstionibus Angelici Doctoris, septuagesima tertia, septuagesima nona, & octuagesima tertiæ Partis, vti supra attigimus, constat; QVOD VNI- « TAS CORPORIS MYSTICI EST FRVCTVS CORPORIS VERI PERCEPTI: « quemadmodú Quæstione octuagesima secunda docet,) adeo inquam diximus tam multa tamque fortia, vt à probandis cæteris vestra æqui- CAP. XLIII.

tas facile nobiscum dispensatuta sit! verumtamen ne quid intactum in PAVLO PRÆDICANTE, quem agimus, quem suspicitis, à cuius ore nunc pendetis, videatur; si non tractandi, at designandi communes ij loci sunt ex quibus cætera mea Apostolica quandoque singulatim & opportunius petere ac persequi possitis. Tu, DOCTISSIME REX, reliqua De Verbis Domini quæ supplenda erunt, supplebis: videlicet eo quo cœperamus ordine tractanda, De reliquis Sex Sacramentis, De Hæresibus ac De Spiritu & Littera, in TRACTATV PRIMO: In SECVNDO, qui futurus erat DE BONIS OPERIBVS, siue De Fide & Operibus quidquid De Fide & Symbolo; De Trinitate Vnius Dei; De Vtilitate Credendi; De Prædestinatione Sanctorum & Bono Perseuerantiæ; De Peccatorum Meritis ac Remissione & Indulgentia; De Bono Coniugali, ac Sancta Virginitate; De Disciplina Christiana; De Doctrina denique Christiana, siue in Catechizandis Rudibus, siue in Ciuitate Dei tam moribus Ecclesiæ Catholicæ erigenda, quàm Hierarchicis Legibus regenda; De Petro à Paulo reprehenso; De bene viuendo; De Traditionibus ac Baptismo Paruulorum; De Natura & Origine Animarum; De Contemptu Mundi; De Exsecratione Idololatriæ; De, Vi, attamen moderate, coercendis atque corrigendis Hæreticis, siue, De Correctione Hæreticorum ac Schismaticorum; De Piorum Conseruatione; De Peccatorum & Supplicij Mensura; De Sacris Miraculis; De Vera Fœlicitate; De Episcopali Officio Intercedendi pro reis; De Curiosis Quæstionibus; De Præsentia Dei, siue De Præsentia Naturæ quem Deum verum & summum dicimus, & De Templo eius; De Coërcenda Temulentia; Quomodo voluntas Hominis subditur voluntati Dei; De Immanitate Schismaticorum; Quomodo vtendum Potestate Mundana; De Ornatu Christianorum; De Dono Doctrinæ; De die supremo Mundi non inquirendo, deque Hebdomadibus Danielis; De Otio Monachorum ad pietatem non ad ignauiam conuertendo, Deque IVVANDA per eos ECCLESIA; De Ieiunio Sabbathi ac Ieiunijs priscorum; De Malis & Fraterna Correptione patienter tolerandis, siue De perpetiendis malis spe Vitæ Cælestis; De Euangelio Mortuis prædicato; De Anima Incorporea (id est, soluta corpore) deque Visis prodigiosis & Actu Animæ sine corpore; De Quæstionibus ad salutem non necessariis, & De Similitudinibus non per omnia rebus congruentibus diuinis, siue De Inquisitione rerum diuinarum; De Orando Deo pro Incredulis; De Baptismo & Pœnitentia Petri; De Regula Monacharum; De Videndo Deo; De Conuictu & Secessu altissimo à tumultu rerum mundanarum, ac Tranquillitate Mentis; De profectu in contemplatione rerum æternarum; De Variis Consuetudinibus Regionum; De Ritibus Ecclesiæ; De Gratia Noui Testamenti; De Orando Deo; De Afflictione Piorum; De amplectenda Vita verè Christiana; De Legibus Principum Christianorum aduersùs Schismaticos & Hæreticos euulgandis; De non temerè iudicando; De Pia

Triſtitia quam Boni ferunt ex impietate Malorum ; De Veſtiendis Pauperibus; De Schiſmate Finiendo; De Cohibenda Ira ; Quòd de rebus Ineffabilibus parciſſimè loquendum; De Vera Amicitia ; De Præſentia Animorum nexu amicitiæ vinctorum; De Concordia ſarcienda; De exhortando ad Concordiam Eccleſiæ ; De Communione Chriſtianæ Vnitatis , ſiue , De Pace Vnitatis & Charitatis ; De Clericorum Coërcenda licentia; De Velandis Virginibus; De Fuga in Perſecutione; De Voto Continentiæ; De moderando ſupplicio nocentium; Quomodo cogendi homines ad bona; Quòd Chriſtianis arma tractare liceat; QVOD NEMO IVRE SCANDALIS EVERTATVR; De recipiendis Schiſmaticis; Quomodo Suſpicionibus & Calumniis ſit occurrendum; Quomodo tractandum ſit Eccleſiæ negotium; De Fato & Fortuna contra Mathematicos; Quomodo degenda ſit præſens vita, vt perueniatur ad æternam; Denique de mille aliis, ſi qui ſunt, Auguſtinianis locis. In TERTIO; DE LIBERO ARBITRIO, optandum illud De Natura & Gratia opus diuinum ac ſanctum Voluntatis & Gratiæ commercium; Fidei Spei & Charitatis cæleſtem Triadem, ac, qui difficilè rumpitur, Funiculum Triplicem; Sanctam De Iuſtitia & Iure inuiolabilemque (Quod tibi fieri non vis, alteri non facere) Diſpenſationem, ac Naturæ & Gratiæ indefectibilem Æternamque Oeconomiam. In QVARTO demum atque VLTIMO ; DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA, Statum extra corpus, ſiue ſpectes Purgationem in Sanguine Agni, ac Operum Probatorium Ignem; ſiue auſcultes Perfectam Beatitudinem Variamque ſimul Sortem Sanctorum; quodcunque illud eſt De Sermone Domini in Monte à Patribus decantatum, Diuinumque Nazianzeni Myſticorumque Theologorum ſeparatarum Animarum feliciter in Deo exſultantium Tripudium; ſiue contemplere in Opere De Sanctis, ſupermundanas Beatorum Inſulas, ac cum Chriſto regnantium atque triumphantium omniſcientem tam in iuuando & liberando, quàm in caſtigando atque plectendo Poteſtatem Iudiciariam; ſiue attendas Communionem Sanctorum, & eam CVIVS PARTICIPATIO eſt IN IDIPSVM, id eſt, in Vnitatem, & quam Mundus dare non poteſt, Eccleſiaſticam Pacem Regibus, vt æternùm regnent, æternum quærendam atque procurandam. Nos autem noſtro ordine atque eo certè ordine quo ſcriptæ ſunt, Prædicationes potiùs quàm Epiſtolas noſtras, ac familiares Sermones percurremus, & cum NOVO PAVLO, Cyrillo, in Proſphoneticis Regiis ante Apologeticum ſuum præmiſſis VETEREM atque PRÆDICANTEM obſeruabimus, PAVLINIS noſtris grauioribus ſententiis in proprios locos, & quaſi Commentarios Regum breuiſſimos, coniectis atque ſepoſitis. Quemadmodum igitur Cyrillus nihil præter Paulum, ac omnia ex Paulo ad maieſtatem vſumque Regum accommodat, in Quæſtionibus De Incarnatione Controuerſis, quæ ſui temporis Controuerſiæ erant: ſic in cæteris omnibus huius ſæculi Controuerſiis De Fide, prout res atque vtilitas tulerit, tibi, DOCTISSIME REX, tuiſque Anglis,

ac reliquis qui audituri sunt, aceruatim iam reliqua ex me, id est, ex tuo Paulo, REX IACOBE, dicam, quæ cùm perfecero, mox

CAP. XLIV. perorabo. EPISTOLAS igitur Pastorales QVATTVORDECIM scripsi, seu potiùs Homilias, ac SERMONES DE TEMPORE scriptos ad Ecclesiam Catholicam per Prouincias, ac Diœceses, o-
Rom. 1. v. 8. » mniúmque caput Romanam Ecclesiam, misi: vnde FIDES ANNVN-
» CIATVR IN VNIVERSO MVNDO. Horum Septem IVVANDIS Græcorum Ecclesiis impendisse miretur is solus, qui nescit acceptâ,
2. Petr. 3. v. 15. quam Petrus laudat, à Deo SAPIENTIA, mihi contra Græcorum Sapientiam certandum fuisse; Gentium omnium Græcos sapientissimos exstitisse; Græcorum nomine Gentiles appellatos esse; Græ-
2 Cor. 11. v. 28. carumque Ecclesiarum curam, siue, vt meis verbis vtar, INSTANTIAM, Ἐπισύστασιν (quæ propriè Multitudo quæ aduersùs aliquem coit, idque non semel, sed repetitis vicibus consurgit) ac SOLLICITVDINEM, Μέριμναν, (quam vestro sæculo, cùm tam multa tamen eis Ecclesia Christi debeat, pudendum in modum ferme abiecerunt) posteris inde demandasse, vt (quod in Euangelio dicitur) in
Ioan. 4. v. 38. labores meos introirent: ac denique Græcorum principes Athe-
Act 17. v. 23. nienses, IGNOTVM DEVM, notos aliis, ignotos sibi, docuisse. Ac omnium certè Epistolarum Pauli primò scripta est ad Thessalonicenses Prior, vt acutè vidit eius interpres, qui vestri Anselmi nomen præfert. Constat enim datam esse haud multò postquam ad fidem Thessalonicenses conuersi essent, id est, statim ab aduentu
Act. 18. v. 5. Timothei Corinthum Thessalonicâ reuersi, vt ex Actuum duode-
1. Thess. 3. v. 2. vigesimo, ac Thessalonicensium prioris capite tertio, compertum est. Pauli verò Epistolarum nulla ante id tempus, id est ante Annum Christi Quinquagesimum Secundum, scripta inuenitur. Et reuera Thessalonicenses primi inter Gentiles fidem receperunt, quod
2. Thess. 2. v. 13. » satis indicaui, his verbis, in Epistola ad eos posteriore: Nos autem
» debemus gratias agere Deo semper pro vobis, FRATRES dilecti à
» Deo, quòd elegerit vos PRIMITIAS in salutem. Græcè tamen hîc non est ἀπαρχὴν, PRIMITIAS, sed ἀπ' ἀρχῆς, id est, AB INITIO, quod eodem tamen redit. Cùm igitur, & Thessalonicenses simpliciter PRIMITIAS à Deo electas, siue adsumptas, siue separatas ad salutem; eosque, qui ex aliqua regione primi ad fidem conuersi sunt, eius regionis PRIMITIAS appello, tanquam fructus primi-
Rom. 16. v. 5. genios, Deo oblatos, vt Romanorum decimo sexto, Epænetum
1. Cor. 16. v. 15. PRIMITIVVM ASIÆ, & prioris ad Corinthios decimo quoque sexto, Stephanam, & Fortunatum, PRIMITIAS ACHAIÆ; (vbi Græcè vtrobique est Ἀπαρχή) allusio est ad separationem Primitiuorum,
Exod. 13. v. 12. Num. 15. v. 20. quæ secundùm Legem Mosaïcam, Exodi decimo tertio, Numerorum decimoquinto, & alibi fiebat. Ex quo vsus obtinuit, vt illorum temporum Ecclesiam, PRIMITIVAM vocitemus. Porrò Thessalonicensium ciuitas, Macedoniæ Metropolis fuit, apud quos ego posteaquam Philippis digressus sum, Euangelium Christi non sine fructu PRÆDICAVI, etsi Iudæis insano studio contra nitentibus,

decimo septimo Actorum. Hos igitur recens conuersos, quòd inter domesticas persecutiones, in accepta Fide, constantes permansissent, missâ ad eos primâ omnium Epistolâ, collaudo, ac Tres Virtutes Mysticas Thessalonicensibus adtribuo; Fidem, Charitatem, & Spem: quibus singulis propria quædam adapto; Fidei, OPVS, τὸ Ἔργον· Charitati, LABOREM, TON ΚΟΠΟΝ· & Spei, SVSTINENTIAM, seu Patientiam, ac Tolerantiam, THN ΥΠΟΜΟΝΗΝ. Nam Fides ex Operibus ostenditur: Charitas Laborem reddit leuem, ac facilem, & Spes Patientiam gignit, ex octauo nostro ad Romanos: Quod enim Speramus, per Patientiam exspectamus. Postmodum Deo gratias ago, prout ritè Deum colendi EVCHARISTICA ratio solemnior ac commendabilior mihi semper fuit. Neque verò meæ personæ commendationem interim omisi, vt, qui non solùm purè atque syncerè Christum iis annunciassem, verùm etiam, ne eos grauarem, à sumptu accipiendo abstinuissem. Quod, cur commemorem, ex posteriore mea certiùs intellectum est. Atque hæc quidem Primo, Secundo, & Tertio, Capitibus. Mox præcepta vitæ Christianæ subiungo: DE VASE suo, in Sanctificatione & Honore Possidendo, siue De Casto Coniugii vsu; De Voluptate, ac Libidine, (quam Apostolicè PASSIONEM DESIDERII, Πάθος Ἐπιθυμίας, siue MORBVM DESIDERII, cum Augustino, capite octauo, libri primi de Nuptiis & Concupiscentia; vel MORBVM CVPIDITATIS, vel AFFECTVM CONCVPISCENTIÆ, vocaui,) fugienda; De Alieno nec vi nec fraude appetendo, seu, meis verbis, De non SVPERGREDIENDO (hoc est, non opprimendo, μὴ ὑπερβαίνειν, quod quasi ob oculos repræsentat eos qui vi oppressum quempiam conculcant) neque CIRCVMVENIENDO (propriè, Habendo quæstui, καὶ πλεονεκτεῖν,) in negotio, Fratre suo; De non spernendo, (siue reiiciendo, aut reprobando, ἀθετεῖν,) Fratre; DE CHARITATE FRATERNITATIS, id est, De Fraterna Charitate, περὶ τῆς φιλαδελφίας, & quomodo sumus THEODIDACTI, vt diligamus inuicem. Siquidem hanc rationem reddidi, cur non necesse haberem, vt scriberem ad Thessalonicenses De Charitate Fraterna: IPSI ENIM VOS A DEO DIDICISTIS VT DILIGATIS INVICEM; Græco verò meo sermone, quo cunctæ meæ Epistolæ conscriptæ sunt, Αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς ΘΕΟΔΙΔΑΚΤΟΙ ἐστε, εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους· De Tranquillitate Animi; De vitando otio, De opere manuum, ac non Mendicando (apud Ecclesiæ extraneos, siue EOS QVI FORIS SVNT, πρὸς τοὺς ἔξω, videlicet nondum Christianos) aut propter inopiam impudentiùs agendo, (est enim & Fidelibus oneri, & Infidelibus scandalo;) DE DORMIENTIBVS, Περὶ τῶν κεκοιμημένων, ac Leniendo Luctu, & Moderatione in Tristitia ex Morte suorum seruanda; De certissima tandem Spe, & Modo Resurrectionis, cùm Christus, ἐν κελεύσματι, id est, non tantùm IN IVSSV (vt Vulgata Versio fert, & citatur etiam à Tertulliano, De Resurrectione Carnis) sed etiam CVM NAVTICÆ HORTATIONIS CLAMORE, Petri Nauem ad littus trahet,

Act.17.v.13. — 1.Thess.1.v.3. — « Rom. 8. « v. 25. — 1 Thess. 4. v. 4. — v. 5. — v. 6. — v. 8. — v. 9. — « « — v. 11. — v. 12. — v. 13. — v. 14. — v. 15. — v. 16. 17. — Luc.5.v.11.

educetque bonos, ac malos, bonosque à malis, IN FINE SÆCVLI,
separabit. Nam Græci, κέλευσμα, id est, HORTAMEN, appellant,
quod præcipuè apud Nautas est quasi solemne, vt vno veluti con-
centu remos adducant. Magnificentiam enim & celebritatem Do-
mini repræsentaui, facta imptimis CELEVSMATIS, deinde Vocis
Archangeli, Tubæ denique mentione, vt Mortui etiam ipsi aduen-
tus Dei sonitum audiant, & fiat quod paulo ante à me quoque scri-
1.Thess.4. » ptum est: Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit;
v.14. » ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, ADDVCET (ἄξει) cum eo.
Postremo capite, nempe Quinto, ex eo quòd rempus Resurrectio-
nis ac Iudicij Diuini incertum sit, atque incognitum, admoneo Vi-
gilandum esse, Sanctisque Operibus Inuigilandum, ne impatatos
1.Thess.5. opprimat DOMINI, id est, Iudicij DIES, qui tanquam FVR in no-
v.4. cte, & sicut DOLOR IN VTERO HABENTI. Ergo hìc in fine o-
v.3. mnium, Prioris nostræ Epistolæ siue sctiptæ, ac scripto missæ
PRÆDICATIONIS finis. Inde verò rerum in ea contentarum exor-
dium, ac lenissimis sanè ducendum verbis, quibus olim Thessalo-
nicenses, in accepto meis verbis, quasi vberibus, fidei lacte, aggres-
2.v.8. » sus sum, inquiens: Tanquam SI NVTRIX foueat filios suos, ita
» desiderantes vos cupidè volebamus tradete vobis non solùm
» EVANGELIVM DEI, sed ANIMAS NOSTRAS; quoniam Charissimi
v.11. & 12. » nobis facti estis: ac paulo post: Sicut scitis, qualiter vnumquem-
» que vestrûm (sicut PATER filios suos) Deprecantes vos & conso-
» lantes, Testificati sumus, vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit
v.19. » vos in suum REGNVM, & Gloriam. Et iterum; Quæ est enim
» nostra spes, aut gaudium, aut CORONA GLORIÆ? nonne vos an-
» te Dominum nostrum Iesum Christum estis, IN ADVENTV eius?
3.v.5. » Ac postea: Propterea & ego ampliùs non sustinens, MISI AD
» COGNOSCENDAM FIDEM VESTRAM, ne fortè tentauerit vos IS
» QVI TENTAT; & inanis fiat labot nostet. Quæ postquam su-
I THESS. mus præfati, Prior esto Priotis nostræ ad Thessalonicenses PRI-
III. v.1. MVS omnium De Verbis Apostoli, atque ex Tertio Capite; DE
VANA HÆRETICORVM PRÆDESTINATIONIS FIDVCIA, versiculus:
» Propterea & ego ampliùs non sustinens, misi ad cognoscendam Fi-
» dem vesttam; Ne fortè tentauerit vos is, qui tentat, & inanis fiat
» LABOR noster: Διὰ τοῦτο κἀγὼ μηκέτι στέγων, ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πί-
στιν ὑμῶν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς Ο ΠΕΙΡΑΖΩΝ, καὶ εἰς κενὸν γένηται Ο ΚΟ-
ΠΟΣ ἡμῶν. Ex hoc loco, vt ex multis aliis, apertissimè docemur,
posse hominem Fidelem & Iustificatum, à Fide & Charitate exci-
dere, & Opera bona per subsequens peccatum ita mortificari, vt
I.THESS. præmio ipsis alioqui debito frusttentur. SECVNDVS; DE APO-
IV.v.2. » STOLICIS TRADITIONIBVS, ex Quarto Capite: Scitis enim, quæ
» PRÆCEPTA dederimus vobis, per Dominum Iesum: Οἴδατε γὰρ τίνας
ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΣ ἐδώκαμεν ὑμῖν, διὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Interdum qui-
dem, Τὸ Παραγγέλλειν, pro, EDICERE, & INTERDICERE, genera-
liter sumimus: Sed vt ipsa verbi notatio ostendit, propriè de eo

Mandatorum genere dicitur, quod per manus traditur, & accipitur, vt auctor quidem ipse mandati dicatur, Διαγγέλλειν, id est, PER ALIVM SIGNIFICARE; qui verò nomine alterius, aliquid denunciat, quasi per manum acceptum, Παραγγέλλειν, quod etiam impurus iste Beza agnoscit. Vnde apud Xenophontem, ἀπὸ Παραγγέλσεως, aliquid fieri, in castris, vel in acie dicitur, cùm classico non edicitur, sed per manus imperium traditur, & accipitur, vti quoque Plato De Legibus dixit, Ἐγείρεσθαι νύκτωρ εἰς τὰς φυλακὰς, καὶ Παραγγέλσεις, Excitari noctu ad custodias, ac Mandata sine strepitu tradenda. TERTIVS; DE SPIRITV ECCLESIÆ: Itaque, qui spernit, non hominem spernit, sed Deum, QVI ETIAM DEDIT SPIRITVM SVVM SANCTVM, IN NOBIS: Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, ΤΟΝ ΚΑΙ ΔΟΝΤΑ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΑΥΤΟΥ ΤΟ ΑΓΙΟΝ, ΕΙΣ ΗΜΑΣ. SPIRITVM IN NOBIS, vtique, vel in Baptismo: proindeque haud remanet in Baptizatis Peccati Originalis macula; sicut Ecclesia Catholica docet, cùm De Gratia Christi, & Peccato Originali, siue De Peccatorum Meritis & Remissione contra Pelagianos agit; vel in Adiutorio Gratiæ (quam Quæstionem, DE AVXILIIS, dicimus) ac per consequens, Gratia inhæret; vel in Pontificio Ecclesiæ, quam qui non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus; vel denique in Confirmationis Sacramento, in quo Christus, per Apostolos, eorumque Successores, Spiritum suum Sanctum, Fidelibus suis, tradendum esse voluit, cùm Pastores, Petri & Ioannis exemplo, (Actuum octauo) IMPONVNT MANVS SVPER BAPTIZATOS, ET ACCIPIVNT SPIRITVM SANCTVM. QVARTVS; DE FVGIENDO FINIENDOQVE SCHISMATE: Rogamus autem vos, FRATRES, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & PRÆSVNT VOBIS IN DOMINO, & monent vos: vt habeatis illos abundantiùs in Charitate, propter opus illorum. PACEM HABETE CVM EIS: Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, ΚΑΙ ΠΡΟΙΣΤΑΜΕΝΟΥΣ ΥΜΩΝ, ΕΝ ΚΥΡΙΩ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς· Καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ, ἐν ἀγάπῃ, διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. ΕΙΡΗΝΕΥΕΤΕ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ· vt sit sensus: Pacem habete, ac retinete, cum iis qui vobis præsunt: cauete sedulò ne qua occasione dissidium inter vos & illos excitetur. Nisi enim Pax inter Plebem & Pastorem constet, fructus in Plebe sperari non poterit, ex ministerio Pastoris. Namque tunc præclarum DE PASTORIBVS ET DE OVIBVS struitur illud opus, cùm & Oues, Pastorum vocem audiunt, & Pastores Boni animas suas ponunt pro Ouibus suis. Vnde in Epistola ad Hebræos extrema me scripsisse memini: Obedite PRÆPOSITIS VESTRIS, & SVBIACETE EIS, ipsi ENIM peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis. Προϊστάμενοι enim dicuntur Ecclesiæ Pastores, quòd nimirum Gregi, verbo & exemplo præeant. Syrus autem Interpres, quasi scriptum sit, ἱσταμένους πρὸ ὑμῶν, ANTE VOS STANTES; hoc retulit ad ministrorum morem, qui adstant Dominis, iussum eorum exspe-

I. THESS. IV. v. 8. Act. 8. v. 17. I. THESS. V. v. 12. Hebr. vlt. v. 17.

I. THESS. V. ctanres: quod frequenter dictum in sacris litteris occurrir. Ac rectè quidem in Ecclesiasticos Præpositos quadrar, quos meminisse oportet
Matt. 20. v. 28. se Dei ministros, qui non venit ministrari, sed ministrare. Vnde, inter Pontificales Primæ Sedis Titulos, SERVVS SERVORVM, augustissi-
Matt. 20. v. 26. Marc. 10. v. 45. » mus est, vt Qui, ex Prophetia Euangelica, maior est inter vos, sit ve-
» ster minister; quæ iugis esse debet in PRIMA SEDE Sedentis memoria ac mediratio: quamuis ita fidi Pastores Gregem suum assiduè ob oculos habeant, eique ministrent, ac operam nauent, vt Grex tamen à Pastore, non Pastor à Grege ducatur ac pendeat. QVINTVS; DE SEMPER ORANDO, vel DE PERSEVERANTIA AT-
1. Thess. 5. v. 17. » QVE INSTANTIA IN ORATIONE: Sine intermissione orate, Ἀδιαλείπτως (id est, indesinenter,) Προσεύχεσθε. Ex quo quidem cuiuis Apostolicum esse appareat illum orandi ordinem, quem semper tenuit hodieque tenet Christi Ecclesia, vt statutis horis, ac certis cuiusque diei remporibus, populum Dei ad secum vnaque oran-
Ps. 118. v. 164. dum inuitet, Psalmographi arripiens Lyram, SEPTIES IN DIE laudem Domino dictura. Sic enim conrra Euchiras, qui cætera omittenda, sempet orandum, sicuti verba sonanr, docerent, Vniuersa Dei Ecclesia censuit, atque interpretata est ante hos ANTI-EVCHITAS ortos, qui diuinum cultum exterminant. SEXTVS; DE SPIRI-
v. 19. » TV NON EXSTINGVENDO: Spiritum nolite exstinguere, Τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε. Et posse amitti Gratiam semel acceptam, & Naturam, vt plurimum resistere Gratiæ, ac Spiritui Sancto (vnde Præcepto ad excitandam quasi segnem liberratem, opus sir;) & Miracula, ac pleraque Spiritus Charismata, Impiorum, ac Hæreticorum, Scribarum Pharisæorumque in morem, ausu Sacrilego obscurari, immo exstingui declarat. Vnde Constitutio Synodica Lateranen-
» sis, DE MODO PRÆDICANDI, Sessione vndecima, hæc habet: Cæ-
» terum, si quibusdam eorum, (nempe PRÆDICATORVM, de qui-
» bus eo loci sermo est) Dominus futura quædam in Dei Ecclesia, in-
Am. 3. v. 11. » spiratione quapiam reuelauerit, vt per Amos Prophetam ipse pro-
1. Thess. 5. v. 19. » mittit, & PAVLVS APOSTOLVS, PRÆDICATORVM PRINCEPS, Spi-
» ritum, inquit, nolite extinguere, Prophetias nolite spernere; hos
» aliorum fabulosorum, & mendacium gregi connumerari, vel ali-
» ter impediri, minimè volumus. EXTINGVITVR NAMQVE IPSIVS
» GRATIA SPIRITVS, Ambrosio teste, SI INCIPIENTIBVS LOQVI,
» FERVOR CONTRADICTIONE SOPITVR, & tunc Spiritui Sancto in-
» iuria certè fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo
1. Io. 4. v. 1. » quòd non de facili credendum sit omni Spiritui, sed sint probandi
» Spiritus, teste APOSTOLO, an ex Deo proueniant; Volumus, vt, le-
» ge ordinaria, tales adsertæ inspirationes, anrequam publicentur, aut
» Populo prædicentur, EX NVNC APOSTOLICÆ SEDIS EXAMINI
» RESERVATÆ INTELLIGANTVR. Quòd si sine moræ periculo id
» fieri non valeret, aur Vrgens Necessitas aliud suaderet, runc eodem
» ordine seruato, Ordinario loci notificentur, vt ille adhibiris secum
» TRIBVS AVT QVATTVOR DOCTIS ET GRAVIBVS VIRIS, huiusmodi

modi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire « I. THESS. V.
videbunt, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, licentiam con- «
cedere poſſint. Hactenus Generale Concilium Vniuerſalem Eccle- «
ſiam repræſentans. SEPTIMVS; DE PROPHETANTIBVS EXAMINAN-
DIS, an ritè rectéque agant. id eſt, ritu & ex lege Eccleſiæ: cùm nec
mihi ipſi Paulo, nec Angelo, de Cœlo aliter euangelizare vnquam Gal.1.v.8.
licuerit, quàm quod Eccleſia, ſiue per me, ſiue per alium accepit.
Omnia autem PROBATE: quod bonum eſt, tenete: Πάντα δοκιμάζετε, τὸ «Theſſ.5.v.21.
καλὸν κατέχετε. Cæterùm huic germanam ac propè ſimillimam ſen- «
tentiam frater noſter Ioannes adfert, quatto capite Epiſtolæ ſuæ
prioris, his verbis: Cariſſimi, nolite omni Spiritui credere: SED «1.Ioan.4.v.1.
PROBATE Spiritus, ſi ex Deo ſint: quoniam multi Pſeudoprophe- «
tæ exierunt in mundum. Exierunt verò iam hoc ipſo ſæculo, quo «
Apoſtoli Domini, ac Apoſtolici viri, ad imbuendos Chriſtiana Re-
ligione Populos vniuerſos, totum pænè orbem terrarum peragra-
runt. Complures enim, verbi gratia, è contra Philoſophi, perinde ac
ſi eandem iniiſſent inſtituti rationem, itidem circumeundo Prouin-
cias peruagati in Orbem, Ciuitates adière nobiliſſimas, eoque præ-
textu, vt mores labefactatos corrigerent, De Reformando Orbe ſiue
De prauis moribus corrigendis, ad populum conciones habuère:
Sed ſic eos ad meliorem frugem conati ſunt (vt videbatur) inducere,
vt tamen Gentilitiæ auitæ ſuperſtitionis cultum ſeruandum, po-
tiſſimùm inculcarent. Hinc Rhodiacæ, CORINTHIACÆ, (quaſi no-
ſtrarum ad Corinthios æmulæ) Tharſicæ, Boryſthenicæ, aliæque id
genus, à diuerſis locis, in quibus eas habuit, denominatæ; Dionis
orationes, quàm multus in his fuerit, ſatis apertè declarant. Ac o-
mnium profectò ſeductorum princeps, Apollonius Tyaneus, in
cuius vita apud Philoſtratum Dionis mentio eſt, haud vno Dione
prior, ſine poſteris fuit. Continuò enim Euphrates, Apollonij per-
neceſſarius, Demetrius, Muſonius, Damis Pythagoræus, Epictetus
Stoicus, Lucianus Epicureus, Diogenes Iunior, vt reliquos omittam,
qui Domitiani iuſſu, Vrbe pulſi ſunt, ac innumeros, quos, niſi in
turba nominare, longum ac ignobile eſt. Sed præ cæteris, Iudæi
Apoſtolicum opus accuſaturi vbique, tanquam omnibus vmbræ lo-
cis aderant, mihique negotium faceſſebant. Itaque hac Epiſtola
Theſſalonicenſes, vt Sermo Dei curreret, & clarificaretur, ſicut & «2.Theſſ.3.v.1.
apud eos illuſtrior erat, orandum pro nobis eſſe monui: Et vt libe- «v.2.
remur ab IMPORTVNIS & malis hominibus. Vbi pro, Importunis,
Græcè, Ἀτόπων, eſt; cuius vocabuli Etymon, loci priuationem ſonat.
Nam Iudæi, Pauli perſecutores, homines Abſurdi, Improbi, Inſo-
lentes, ſiue ἄτοποι, loco nuſquam conſiſtebant, ſed velut Actorum
Hiſtoria declarat, de ciuitate in ciuitatem Paulum, id eſt, me vnum
veſtrum Gentium Apoſtolum inſequebantur, vt à fide Chriſti,
quam PRÆDICABAM, homines auerterent. A quibus ego liberari
me petij, ne fructum PRÆDICATIONIS MEÆ impedire pergerent.
Nam, vt docet Actorum Apoſtolicorum Liber, vbicumque PAV-

I THESSAL. V. LVS PRÆDICANS auditus est, statim Iudæi Zelo magno exagitati peruertere studebant, ac destruere quidquid ille promouisset. Itaque si probandi Spiritus, nil non probandum ab Ecclesia est. Omnia ergo probanda legitimo publicoque Ecclesiæ iudicio: quod bonum est, retinendum. Adde etiam vnicuique sanè, sed iudicio DISCRETIONIS, non DECISIONIS. Quis enim Christianus ferat omnia sacrosanctæ Fidei dogmata quotidie reuocari ad examen, etiam ea quæ iam olim ab Ecclesia definita sunt? aut fideles omnes esse earum Controuerrsiarum Iudices, ad quos nimirum Probandi (id est examinandi) ac Diiudicandi munus pertineat, ea certè, quæ vix intelligunt? Quorum profectò vtrumque absurdissimum, nec aliò tendens, quàm, vt in Doctrina Christiana nihil vnquam certi sit, dum omnia, vt certa fiant, omnium examini & iudicio semper relinquuntur. Quocirca de omnibus omnino hoc non dixi, sed de iis quæ noua proferebantur à fratribus, & probata nondum erant. Ea verò quæ à me cæterisque Apostolis tradita iam Ecclesiis essent, non DIIVDICARI volui, sed TENERI, vt ex altero capite alterius nostræ ad eosdem Thessalonicenses patet, quat-

2.Thess.2. v.14. » tuor hæc legentibus verba: TENETE Traditiones, quas didicistis.
» Item primæ Corinthiorum vndecimo :- Laudo vos, quod, sicut
1.Cor.11.v.2. » tradidi vobis, Præcepta mea TENETIS. Vnde Libri, quos, vt hæreticos, aut alioqui noxios Ecclesia damnauit; non ampliùs probandi, id est, examinandi sunt, sed fugiendi: qui verò probandi adhuc restant; non ab omnibus sunt probandi, sed ab iis quibus id docendi, siue quibus pascendi munus incumbit. Quamobrem inter Septem Episcopalia munia, quæ in Ordinationis Episcopi sacris Ritualibus formulis describuntur, quod Episcopale omnium primum Populo Dei proponitur, IVDICANDI munus est; secundum, IN-
» TERPRETANDI. Vnde Consecrator ait: Episcopum oportet IVDI-
» CARE, INTERPRETARI, CONSECRARE, ORDINARE, OFFERRE,
» BAPTIZARE, ET CONFIRMARE. Hinc Actione Secunda Chalcedonensi, In expositione Fidei Concilij Nicææ habiti, inter Acclamationes, hæc maxima, atque vltima est, vt vera esse De Duabus
» Naturis in Christo, Fides demonstraretur: PAPA LEO ITA INTER-
» PRETATVS EST, Ο ΠΑΠΑΣ ΛΕΩΝ, ΟΥΤΩΣ ΗΡΜΗΝΕΥΣΕΝ. Iure igitur ac merito Primorum Quattuor Conciliorum Generalium Acta, quæ exstant, præsertim Ephesini, & Chalcedonensis, grauissima sanctione, etiam Imperatoria, lectione librorum hæreticorum, tamquam Christiana lege prohibitorum subditis interdicunt: exstatque in Concilio Chalcedonensi, Parte Tertia, Edictum Valentiniani & Marciani Imperatorum: quo prohibentur Disputationes De Fide, coram vulgo. Denique Septimæ Synodi Nonus Ca-
» non sic statuit, ac decernit: Omnia puerilia ludibria, insanas-
» que debacchationes, atque conscripta, quæ falsò contra Venerabi-
» les Imagines facta sunt, DARI OPORTET IN EPISCOPIO
» CONTANTINOPOLEOS, VT RECONDANTVR CVM CÆTERORVM

HÆRETICORVM LIBRIS. Si verò quis inuentus fuerit hæc «1.THESS.V.
occultare, si quidem EPISCOPVS, aut Presbyter, vel Diaconus «
fuerit, DEPONATVR; si verò MONACHVS aut Laicus, ANA- «
THEMATIZETVR: Πάντα τὰ μειρακιώδη Ἀθύρματα, καὶ μανιώδη Βακ- «
χεύματα, τὰ Ψευδοσυγγράμματα, κατὰ τῶν σεπτῶν Εἰκόνων γενόμενα, ΔΕΟΝ ΔΟΘΗΝΑΙ ΕΝ ΤΩ ΕΠΙΣΚΟΠΕΙΩ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ, ΙΝΑ ΑΠΟΤΕΘΩΣΙ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ: εἰ δέ τις εὑρεθείη ταῦτα κρύπτων, εἰ μὲν ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος εἴη, ΚΑΘΑΙΡΕΙΣΘΩ. εἰ δὲ ΜΟΝΑΧΟΣ, ἢ Λαϊκός, ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΖΕΣΘΩ. Cesset igitur inuidia, quæ apud Episcopos in Romanum Pontificem conflari quotidie solet, si flagrante Hæresi, etiam Episcopis non modò lectione sed etiam retentione Hæreticorum librorum interdictum initio sit. Quid enim noui aut à Synodo, aut à Summo Pontifice adtentatum, quod veteri exemplo non antea Synodicè statutum, non Patriarchali lege ad maiorem Hæresis detestationem, communiusque periculum vitandum, in Oriente firmatum est? Immò eo durior lex antiqua fuit, quòd mittendi Constantinopolim libri essent, quòd in solo Patriarchio recondendi, quòd cum Depositionis pœna in Episcopos interminatum sit. Vtrumque sapienter; illud ad terrorem, hoc ad cautelam. Audax Nouitatis facinus, dum id præceptum, siue hunc communem Ecclesiæ vsum ac sensum arguit nouitatis, meque promiscuè Hæreticorum leuitatis ac licentiæ in hoc præsenti versiculo, auctorem facit. Sactos verò Scripturæ diuinitus inspiratæ Libros, nemini Ecclesia Catholica inuidet: sed vt pueros aut insanos celamus multa, ne aut sibi aut nobis noceant, sic Rudibus & Catechumenis lac damus, non escam, exemplo I.Cor.3.v.2.
Christi, qui cùm haberet Apostolis multa dicere, cùm non possent tunc portare, reticuit. Io.16.v.12. Nec mirum si, vt quondam Hebræos præmonui; Cùm deberetis magistri esse propter tempus, rursum «Heb.5.v.12.
indigetis vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum «
Dei: & facti estis, quibus LACTE opus sit, NON SOLIDO CI- «
BO. OMNIS ENIM QVI LACTIS EST PARTICEPS, EXPERS EST «
SERMONIS IVSTITIÆ; (PARVVLVS ENIM EST:) PERFECTORVM «
autem est SOLIDVS CIBVS, eorum qui Consuetudine exerci- «
tatos habent sensus ad DISCRETIONEM Boni ac Mali. «
Quemadmodum ergo, nec paternum testamentum ipsis infantibus, ne lacerent, aut perdant, tradimus; haud secus ineptos, curiosos, litigiosos, sacrilegos, prophanos, arcemus, à tantarum, ne abutantur ac polluant, contrectatione rerum. Melius est verò paruulis Marc.9.v.47.
cum vno oculo intrare in regnum cœlorum, quàm (vt Allegoria Euangelica fert) duos oculos habentes mitti in gehennam ignis. Immo hortantur Catholici Pastores, vt quisque conetur efficere se Diuinæ Scripturæ, ex Auditore Lectorem idoneum; in qua legenda SANCTVS CAROLVS Mediolanensis ille Archiepisco-

I. THESS.V. Eph.5.v.14. pus, ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ RESTAVRATOR
vestris propè temporibus, genua flectere assiduè solebat ad Deum
& Patrem Domini nostri Iesu Christi, ne quid loquente Deo in
Luc vlt.v.32. via, humilitati ac feruori, dum aperiret Scripturas, deesset. Hinc,
vt Sancta Sanctè, ac Sanctis, mea cautio in extrema hac mea o-
v.27. » mnium prima, cæterarumque indice, Epistola fuit: Adiuro vos
» per Dominum, vt legatur Epistola omnibus SANCTIS Fratribus.
» OCTAVVS; DE INVOCATIONE SANCTORVM: Fratres, ORATE
» PRO NOBIS: Ἀδελφοὶ, ΠΡΟΣΕΥΧΕΣΘΕ ΠΕΡΙ ΗΜΩΝ. Si enim re-
ctè, & citra Christi Mediatoris iniuriam, ille ego Paulus à Thes-
v.25 salonicensibus petij, vt Pro me orarent: turpissima profectò ca-
lumnia est Hæreticorum, dicentium, Catholicos iniuriam facere
Christo, dum Sanctos cum eo regnantes, his Apostolicis totidem
verbis inuocant: ORATE PRO NOBIS: ac impunè mentiri vo-
lentium est, nouam esse precandi formulam, quæ ex hoc loco, ex
mea prima Epistola, desumpta cernitur. NONVS ATQVE VL-
TIMVS; DE OSCVLO SANCTO. Salutate fratres omnes, IN
v.26. » OSCVLO SANCTO: Ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας, EN ΦΙΛΗΜΑ-
» TI ΑΓΙΩ. Præter ea quæ in Aponio supra, inter humana Diuinæ
Eucharistiæ Epitheta, De Osculo Sancto diximus, Origenes in de-
cimum sextum Epistolæ ad Romanos, de eiusmodi Apostolica In-
» stitutione, & Ecclesiæ vsu, hæc scribit: Ex sermone PAVLI Mos
» in Ecclesia traditus est, vt, post orationes, OSCVLO se inui-
» cem suscipiant FRATRES. Hoc autem Osculum, SANCTVM
» appellat APOSTOLVS: quo nomine illud docet primum, vt ca-
» sta sint Oscula, quæ in Ecclesiis dantur: deinde, vt simulata non
» sint, sicut fuerunt Iudæ. Osculum vero Fidele, primo Castum sit,
» deinde PACEM in se, SIMPLICITATEMQVE habeat in CHA-
» RITATE non ficta. Vnde illud Osculum, quod quidem Tertullia-
nus, libro de Oratione, SIGNACVLVM ORATIONIS appellat,
Athenagoras, Christianus Philosophus, ADORATIONEM, ΠΡΟΣ-
ΚΥΝΗΜΑ; Ierosolymitanus Cyrillus Mystagogicâ quintâ, OSCV-
LVM RECONCILIATIONIS, VNIVERSÆQVE INIVRIA-
RVM MEMORIÆ DELETÆ, vno verbo RECONCILIA-
TIONEM, Ἀμνησικακίαν, id est, MALORVM OBLIVIONEM;
Clemens Alexandrinus, Pædagogi libro tertio, capite vndecimo,
OSCVLVM MYSTICVM, φίλημα Μυστικόν· ac signanter Frater no-
1.Pet..5.v.vlt. ster Petrus, in extrema sua Catholica Priore, OSCVLVM CHA-
RITATIS, Φίλημα Ἀγάπης, vocat. Est enim Osculum, Amoris Sym-
bolum, à quo nomen habet à Græcis, Φίλημα, quòd Osculo quo ani-
ma ad labiorum progressa ostia, coniungitur animæ, alter in alte-
rum pæne transfundi videatur. quod quidem longè præstantiùs fit
amore casto, sincero, spirituali, ac diuino, quam, Ἀγάπην, siue CHA-
» RITATEM vocamus. Qua de re idem ibidem Alexandrinus Cle-
» mens Pædagogi libro tertio: Regno dignè gustato, ore modesto, &

mysticè clauso beneuolentiam animi ostendamus, per quod ma- « I. THESS. V.
ximè se exserit mansuetudo morum: ΑΠΟΓΕΥΟΜΕΝΗΣ ἀξίως «
ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ, πολιτευώμεθα τῆς ψυχῆς τὴν εὔνοιαν, διὰ σώ-
ματος σώφρονος, καὶ μεμυηκότος· δι' οὗ μάλιστα ΔΙΑΚΟΝΕΙΤΑΙ Τρόπος Ημερος.
ac Augustinus octuagesimo tertio Sermone de Diuersis: Post «
ORATIONEM DOMINICAM, quam accepistis, & reddidistis, «
dicetur PAX VOBISCVM. Et osculantur se inuicem CHRI- «
STIANI in Osculo Sancto, quod est SIGNVM PACIS, si, quod «
ostendunt Labia, fiat in Conscientia, id est, QVO MODO LA- «
BIA TVA AD LABIA FRATRIS TVI ACCEDVNT, sic «
cor tuum à corde illius non recedat. Quare Apostolicè, ac «
meritò, Apostolici Pontifices, in solemnibus Christianorum
sacris, & Oscula Pacis Diaconis dant, & vicissim ab iis reci-
piunt, ea in Populo religione atque cautione adhibita, quam
& Prophetica Multiplicatio Gentis non magnificans lætitiam, & Is. 9. v. 3.
ætas hominum in peius ruens, à vigilantia nostra postulat, vtpo-
te qui pro animabus rationem reddituri sumus. PACEM, Τὴν Εἰ-
ρήνην, appellat illud Osculum simpliciter vndeuigesimus Laodi-
cenus Canon, vt hodieque in Liturgicis nostris formula seu Ru-
brica, vt vocant, DE DANDA PACE, loquendi vsum retinuit.
Ergo vt præclarè, & mysterij & antiquitatis & consuetudinis no-
stræ retinens, proferendus: Quòd oporteat seorsum primùm POST «
ALLOCVTIONES EPISCOPORVM, Orationes SVPER CA- «
TECHVMENOS celebrari. Et postquam Catechumeni egressi «
fuerint, SVPER EOS QVI SVNT IN POENITENTIA, Pre- «
cem fieri. His etiam accedentibus AD MANVM SACERDOTIS, «
& discedentibus, TRES Orationes consummari Fidelium, ita vt «
Prima quidem SVB SILENTIO, Secunda verò & Tertia PER «
EXCLAMATIONES SOLITAS expleantur, & ita demum PA- «
CEM sibi inuicem DABVNT. Et posteaquam dederit Episcopus «
PRESBYTERIS Osculum Pacis, tunc LAICI sibi tribuent, & «
ita SANCTA CELEBRABITVR ORATIO. Solis autem MI- «
NISTERIO SACRO DEDITIS, ad Altare ingredi, & COMMVNI- «
CARE IBIDEM liceat: Περὶ τοῦ δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον, ΜΕΤΑ ΤΑΣ «
ΟΜΙΛΙΑΣ ΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, καὶ τῶν Κατηχουμένων, Εὐχὴν
ἐπιτελεῖσθαι· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς Κατηχουμένους, τῶν ἐν Μετανοίᾳ τὴν
Εὐχὴν γίνεσθαι· καὶ τούτων προσελθόντων ΥΠΟ ΧΕΙΡΑ, καὶ ὑποχω-
ρησάντων, οὕτως τῶν Πιστῶν τὰς Εὐχὰς γίνεσθαι, ΤΡΕΙΣ. Μίαν μὲν, τὴν
Πρώτην, ΔΙΑ ΣΙΩΠΗΣ· τὴν δὲ Δευτέραν, καὶ Τρίτην, ΔΙΑ ΠΡΟΣ-
ΦΩΝΗΣΕΩΣ πληροῦσθαι, εἶθ' οὕτως ΤΗΝ ΕΙΡΗΝΗΝ ΔΙΔΟ-
ΣΘΑΙ· Καὶ μετὰ τὸ τοὺς ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ ΔΟΥΝΑΙ ΤΩ ΕΠΙ-
ΣΚΟΠΩ ΤΗΝ ΕΙΡΗΝΗΝ. (vtrumque certè verum est, & quod
Antiqua Dionysij Exigui Versio fert, Episcopum dare Pre-
sbyteris Pacem, & quod Græca Exemplaria habent, Presby-
teros dare Episcopo Pacem: mutuum enim Osculum est) τότε μὲν

Fff iij

1. THESS. V. ΛΑΙΚΟΙΣ τὴν ΕΙΡΗΝΗΝ ΔΙΔΟΝΑΙ, καὶ οὕτω τὴν ΑΓΙΑΝ ΠΡΟΣΦΟΡΑΝ ΕΠΙΤΕΛΕΙΣΘΑΙ, καὶ μόνοις ἐξὸν εἶναι τοῖς ΙΕΡΑΤΙΚΟΙΣ εἰσιέναι εἰς τὸ Θυσιαστήριον, καὶ ΚΟΙΝΩΝΕΙΝ. Restat vt, cum Chrysostomo, huius Osculi Sancti, quod tempore Sacrificij, inter Mysteria exhibetur, rationem adsignemus. Non audis, REX IACOBE, Chrysostomum, Homiliâ trigesimâ, siue vltimâ, in decimum tertium Posterioris ad Corinthios caput, id est, vltimo in Opus ad Corinthios Sermone, dum explicat hunc

2. Cor 13. v. 12. » nostrum versiculum: SALVTATE INVICEM IN OSCVLO
» SANCTO, Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν ΦΙΛΗΜΑΤΙ ΑΓΙΩ; Quid est
» SANCTO? (inquit) Non ficto, non subdolo, quemadmodum
» Iudas Christum osculatus est; Ob id enim nobis datum est O-
» sculum, vt ΕΜΠΥΡΕΥΜΑ CHARITATIS atque Ignicu-
» lus ac Fomes sit, vt affectum inflammet, vt hac ratione nos ipsos
» mutuò amemus, velut FRATRES inuicem se amant, vt Filij Patres, PA-
» TRESQVE vicissim Filios, immo etiam multò vehementiùs. Il-
» la enim NATVRÆ sunt, hæc GRATIÆ: Ad hunc modum
» animæ inter se deuinciuntur. OB EAM CAVSAM ETIAM EX
» PEREGRINATIONE ALIQVA REVERSI, MVTVO NOS
» OSCVLAMVR, ANIMIS VIDELICET AD MVTVVM CON-
» GRESSVM ACCEDENTIBVS. HOC ENIM POTISSIMVM
» MEMBRVM EST, QVOD ANIMI AFFECTVM NOBIS
» PRÆDICAT. Quin DE HOC SANCTO OSCVLO, aliud quo-
» que afferri potest. Quid tandem? Templum Christi sumus. ITA-
» QVE TEMPLI VESTIBVLA ET ADITVM OSCVLAMVR,
» CVM ALII ALIOS OSCVLAMVR. AN NON CERNITIS
» QVOTNAM HOMINES ETIAM HVIVSCE TEMPLI VE-
» STIBVLIS OSCVLVM FIGVNT, PARTIM INCLINATO
» CAPITE, PARTIM MANV TENENTES, ATQVE
» ORI MANVM ADMOVENTES? Ac PER HAS POR-
» TAS ET IANVAS ingressus est Christus, ET AD NOS
» INGREDITVR CVM COMMVNICAMVS. Nostis enim vos,
» qui MYSTERIORVM participes estis. quid dicam? Neque enim
» vulgari quodam honore OS NOSTRVM afficitur, cùm COR-
» PVS DOMINICVM EXCIPIT. eaque præsertim de causa, tum
» mutua oscula iungimus. Audiant qui obscœna loquuntur, qui
» conuitia proferunt, ac cohorrescant, cogitantes QVALE OS
» turpent, ac dedecorent. Audiant qui obscœnè osculantur. Au-
» di, quæ oracula Christus PER OS TVVM ediderit, atque il-
» lud ab omni macula purum conserua. DE FVTVRA VITA
» disseruit; DE RESVRRECTIONE; DE IMMORTA-
» LITATE; QVOD MORS MINIME MORS SIT: ac
» sexcenta alia Arcana. Etenim, IS QVI SACRIS INI-
» TIANDVS EST, AD SACERDOTIS OS, TANQVAM

AD ORACVLVM ACCEDIT. Audiamus quænam hor- « I.THESS.
rore digna sint. Siquidem Animam suam iam inde à progenito- « V.
rum tempore perdidit, atque ad eam exquirendam accedit; te- «
que consulendum, quonam pacto eam inuenire ac recupera- «
re queat. Tum Deus ipsi VELVT PER ORACVLVM indicat, «
Quanam ratione ipsa inueniri possit. Atque OS ISTVD VEL «
IPSO QVOQVE PROPITIATORIO AVGVSTIVS AT- «
QVE HORRIBILIVS EXSISTIT. Nam Propitiatorium il- «
lud, NVSQVAM EIVSMODI VOCEM EMITTEBAT. Ve- «
rùm de rebus inferioris momenti disserebat; nimirum DE BEL- «
LIS, AC TERRENA PACE: hæc autem omnia, DE CÆ- «
LO ET FVTVRA VITA, rebusque nouis, ac mentis captum
excedentibus: Τί ἐστιν ΑΓΙΩ; μὴ ὑπούλῳ, μὴ δολερῷ, καθάπερ ὁ Ἰού-
δας τὸν Χριστὸν ἐφίλησε· διὰ γὰρ τοῦτο φίλημα δίδοται, ἵνα ΕΜΠΥΡΕΥ-
ΜΑ ΤΗΣ ΑΓΑΠΗΣ γένηται, ἵνα αὐξήσῃ τὴν διάθεσιν, ἵνα οὕτως
ἀλλήλους φιλῶμεν, ὡς ἀδελφοὺς ΑΔΕΛΦΟΙ, ὡς ΠΑΙΔΕΣ,
Πατέρας, ὡς ΠΑΤΕΡΕΣ, Παῖδας. μᾶλλον δὲ, καὶ πολλῷ πλεί-
ονα· ἐκεῖνα μὲν γὰρ ΦΥΣΕΩΣ, ταῦτα δὲ ΧΑΡΙΤΟΣ. οὕτως
αἱ ψυχαὶ ἀλλήλαις συνδέονται. ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΚΑΙ ΕΞ Α-
ΠΟΔΗΜΙΑΣ ΕΠΑΝΙΟΝΤΕΣ, ΑΛΛΗΛΟΥΣ
ΦΙΛΟΥΜΕΝ, ΤΩΝ ΨΥΧΩΝ ἘΠΙΓΙΝΟΜΕ-
ΝΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΑΛΛΗΛΟΥΣ ΣΥΝ-
ΟΥΣΙΑΝ. ΤΟΥΤΟ ΓΑΡ ΜΑΛΙΣΤΑ ΕΣΤΙ
ΤΟ ΜΕΛΟΣ, ΤΟ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ ΚΗΡΥΤΤΟΝ
ΗΜΙΝ. ἐπεὶ δὲ τοῦ φιλήματος τούτου τοῦ ἁγίου, ἔστι καὶ ἕτερον λόγον εἰπεῖν.
ποῖον δὴ τοῦτον; Ναὸς ἐσμὲν τοῦ Χριστοῦ· τὰ τοίνυν πρόθυρα ΦΙΛΟΥ-
ΜΕΝ ΤΟΥ ΝΑΟΥ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΙΣΟΔΟΝ, ΑΛ-
ΛΗΛΟΥΣ ΦΙΛΟΥΝΤΕΣ. Η ΟΥΧ ΟΡΑΤΕ, ΟΣΟΙ
ΚΑΙ ΤΑ ΠΡΟΘΥΡΑ ΤΟΥ ΝΑΟΥ ΤΟΥΤΟΥ
ΦΙΛΟΥΣΙΝ, ΟΙ ΜΕΝ ΚΥΨΑΝΤΕΣ, ΟΙ ΔΕ
ΤΗ ΧΕΙΡΙ ΚΑΤΕΧΟΝΤΕΣ, καὶ τῷ ΣΤΟΜΑΤΙ
ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ ΠΡΟΣΑΓΟΝΤΕΣ; καὶ διὰ τούτων τῶν
πυλῶν, καὶ τῶν θυρῶν, καὶ εἰσῆλθε, ΚΑΙ ΕΙΣΕΡΧΕΤΑΙ
ΠΡΟΣ ΗΜΑΣ Ο ΧΡΙΣΤΟΣ, ΗΝΙΚΑ ΑΝ
ΚΟΙΝΩΝΩΜΕΝ· ἴστε οἱ τῶν ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ μετέχοντες,
τὸ λεγόμενον. καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχε ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΥΜΩΝ, τετίμη-
ται, ΔΕΧΟΜΕΝΟΝ ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟ ΔΕΣΠΟ-
ΤΙΚΟΝ. Διὰ τοῦτο μάλιστα ἐνταῦθα φιλοῦμεν. ἀκουέτωσαν οἱ αἰσχρὰ
φθεγγόμενοι, οἱ λοιδορίας ἐξάγοντες, καὶ φριττέτωσαν, ΘΕΙΟΝ καται-
σχύνουσι ΣΤΟΜΑ. ἀκουέτωσαν οἱ αἰσχρῶς φιλοῦντες. ἄκουσον οἷα ἔχρησε
ΔΙΑ ΤΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΣΟΥ ὁ θεὸς, καὶ φύλαξον αὐτὸ
ἀκηλίδωτον. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΛΛΟΥΣΗΣ ΖΩΗΣ διελέχθη· ΠΕΡΙ
ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ· ΠΕΡΙ ΑΘΑΝΑΣΙΑΣ· Ὅτι Ο ΘΑΝΑΤΟΣ
ΟΥ ΘΑΝΑΤΟΣ· τὰ ἄλλα μυρία ΑΠΟΡΡΗΤΑ. ὥσπερ γὰρ εἰς ΧΡΗΣΤΗ-
ΡΙΟΝ ΠΑΡΑΓΙΝΕΤΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ,

I.THESSAL. V. ΜΥΣΤΑΓΩΓΕΙΣΘΑΙ ΜΕΛΛΩΝ. ἀκούσωμεν ἅπερ ἐστὶ φρίκης μεστά. καὶ γὰρ ἀπώλεσεν αὐτοῦ τὴν ζωὴν ἐκ περιεργίας, καὶ ἔρχεται αὐτὴν ἀναζητήσων, καὶ ἐρωτήσων, πῶς ἂν αὐτὴν εὕροι, καὶ ἀνακτήσαιτο. εἶτα αὐτῷ ὁ θεὸς χρῇ, πῶς ἂν εὑρεθείη, ΚΑΙ ΓΙΝΕΤΑΙ ΤΟΥ ΙΛΑΣΤΗΡΙΟΥ ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΤΟΥΤΟ ΦΡΙΚΩΔΕΣΤΕΡΟΝ. ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὸ ἱλαστήριον, οὐδαμοῦ τοιαύτην ἀφίει φωνήν, ἀλλὰ πολὺ περὶ ἐλαττόνων διελέγετο πραγμάτων, ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΜΩΝ, καὶ ΕΙΡΗΝΗΣ ΤΗΣ ΚΑΤΩ· τοῦτο δὲ ἅπαντα ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΜΕΛΛΟΥΣΗΣ ΖΩΗΣ, καὶ πραγμάτων καινῶν, καὶ διάνοιαν ὑπερβαινόντων. Porrò quibus omnino ex causis honestè sibi mutuò Fideles Osculum Corporale impendant, docet aliquot enumeratione causarum Scriptor libri De Amicitia, capite sexto, qui Tomo Quarto inter opera Diui Augustini habetur. Hactenus de ea quæ primùm

CAP.XLV. data est Epistola nostra ad Thessalonicenses. Sequitur ad eosdem

II.THESSAL. dem Thessalonicenses Altera, anno sequenti, id est, Christi, Quinquagesimo Tertio data, Corintho quoque, vt videre est, missa, cùm duodeuigesimo Actuum liqueat sesquiannum me resedisse Corinthi, nec Athenas reuertisse (sed venisse postea Ephesum) ab eo tempore, quod supra notatum est, in argumento prioris. In hac verò, sicut nec in antecedente, non me Apostolum nominaui, vt ferè in omnibus aliis soleo. In his enim duabus Epistolis, nudum, absque Epitheto, nomen meum posui,

1.Thess.1.v.1. » hunc in modum exorsus: PAVLVS, & Siluanus, & Timotheus,
» Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre nostro, & Domino Ie-
» su Christo: idque propter reuerentiam Siluani, ne supra eum me extollere viderer, si peculiarem præ eo titulum vsurpassem. Est enim Siluanus ille Silas, qui post Barnabæ discessum, adsumptus à me, vt Euangelicæ Prædicationis socius, ac veluti Coapostolus, etiam apud Thessalonicenses vnà mecum Christum annunciauerat, & commune Episcopatus periculum expertus fuerat, quemadmodum Acta Apostolica legenti occurret. Ac eiusdem certè Silæ

2.Cor.1.v.19. sub nomine Siluani, primo capite posterioris, quam ad Corinthios scripsi, meminisse me nemini dubium est. Timotheus verò communis nostræ ad Thessalonicenses profectionis comes, vti Apostolorum Historia docet, & laborum particeps, maximeque à me postea ad eos in fide confirmandos missus, nobis quoque iure ac meritò in salute danda dicendaque adiungitur. Exemplum enim modestiæ, ac societatis, & singularis obseruantiæ meriti vniuscuiusque, præbendum fuit, vt æquitas Christiana, quos in laboribus Charitas copularet, me auctore, non diuideret in præmiis. Sed quò me ad Historias atque Commentaria reuocatis? Sufficiat sic omnium principem, ac primam, vtraque luce, narrationis videlicet ac interpretationis illustrasse Epistolam, ad studiorum vestrorum specimen, vestri in Scrutandis Scripturis, ex præscripto Domini, Laboris Pastoralis. Nunc reliquum est, vt, & vtilitatis, &

breuitatis non solùm meminisse, sed & vtrique consuluisse, po- « II. THESS. I.
tissimùm videamur. Quæ enim ex aliis proferenda fuerunt, suo quæque modo exhiberi potuere: at quæ de nostro nunc in hac veluti peroratione apponimus, nostrum quoque sortiri debent modum Apostolicæ grauitatis. Itaque in eum, quo polliciti sumus, Cyrillianum morem, nostra singula percurramus: Ac PRIMO illud occurrit; POST REMISSIONEM ÆTERNÆ POENÆ REMANERE POENAM LVENDAM TEMPORALEM: NEC SOLVM ACCEPTAM GRATIAM, SED ETIAM EFFECTVS GRATIÆ, QVI VOCANTVR MERITA, AD REGNVM DEI, ID EST, VITAM ÆTERNAM, CONFERRE; AD QVAM NISI PVRGATIS, AC DIGNIS HABITIS EFFECTISQVE, ADITVS NON EST: Ita vt, & nosipsi in vobis gloriemur in « v. 4. & 5.
Ecclesiis Dei, pro Patientia vestra, & Fide in omnibus Persecuti- «
onibus vestris, & Tribulationibus, QVAS SVSTINETIS, IN «
EXEMPLVM IVSTI IVDICII DEI, VT DIGNI «
HABEAMINI REGNO DEI, PRO QVO ET PATIMINI: «
ΩΣΤΕ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν, καὶ πίστεως, ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν, καὶ ταῖς θλίψεσιν, ΑΙΣ ΑΝΕΧΕΣΘΕ, ΕΝΔΕΙΓΜΑ ΤΗΣ ΔΙΚΑΙΑΣ ΚΡΙΣΕΩΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑΞΙΩΘΗΝΑΙ ΥΜΑΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ΥΠΕΡ ΗΣ ΚΑΙ ΠΑΣΧΕΤΕ. Quin & Beda, in Commentario, recitatis meis verbis, ex quodam Augustini loco, qui ex altero capite, libri vigesimi secundi, contra Faustum est, ita subiungit: Hinc etiam intelligitur, quomodo non «
parcatur Impiis, tanquam SARMENTIS PRÆCISIS, AD COMBV- «
STIONEM; quando Iustis non parcitur PROPTER PERFICIENDAM PVRGATIONEM. SECVNDO NEMINEM CERTVM DE PERSEVERANTIA IN BONO: In quo etiam oramus semper pro vobis VT DIGNE- « v. 11.
TVR vos vocatione sua Deus noster: Εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε «
περὶ ὑμῶν, ΙΝΑ ΥΜΑΣ ΑΞΙΩΣΗ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν. Id Græci In- «
terpretes, exemplo quinque Fatuarum Virginum, & eius, qui sine Veste Nuptiali Conuiuium erat ingressus, rectè declarant. Dicitur autem Deus DIGNARI, Ἀξιώσαι, nos vocatione sua, quia per Gratiam suam nos vocat, licèt alioqui indignos, seu non promeritos Perseuerantiam, quæ sub meritum non cadit. Significatio enim est Liberalitatis in Dante, non Dignitatis in Accipiente, vt Poëtæ canere, Deum dignatum, vel non dignatum sua mensa aliquem, solent. TERTIO; DE SCRIPTVRARVM CANONE, QVODQVE EIVS AD ECCLESIAM NON AD SINGVLOS IVDICIVM SPECTET: Rogamus autem vos, Fratres, per aduen- « v. 1.
tum Domini nostri Iesu Christi, ET NOSTRÆ CONGREGATIONIS «
IN IPSVM, (id est, Aggregationis, qua cum Electis rapiemur obuiam «
Christo; & Christo in Majestate veniente, colligemur ad ipsum, vt ad caput nostrum; ac tanquam Aquilæ ad Corpus Dominicum

II. THESS. II. » Congregabimur) VT NON CITO MOVEAMINI A VE-
» STRO SENSV, neque terreamini, neque per SPIRITVM, neque
» per SERMONEM, neque per EPISTOLAM, TANQVAM PER
» NOS MISSAM, Quasi instet Dies Domini, NE QVIS VOS SEDV-
» CAT VLLOMODO: Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, Ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ΗΜΩΝ ΕΠΙΣΥΝΑΓΩΓΗΣ ΕΠ' ΑΥΤΟΝ, ΕΙΣ ΤΟ ΜΗ ΤΑΧΕΩΣ ΣΑΛΕΥΘΗΝΑΙ ΥΜΑΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΝΟΟΣ, μήτε θροεῖσθαι, μήτε διὰ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, μήτε διὰ ΛΟΓΟΥ, μήτε ΔΙ' ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ, ΩΣ ΔΙ' ΗΜΩΝ, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΜΗΤΙΣ ΥΜΑΣ ΕΞΑΠΑΤΗΣΗ, ΚΑΤΑ ΜΗΔΕΝΑ ΤΡΟΠΟΝ. Ex hoc etiam loco quis non videat petitam sacrarum Litaniarum formulam, PER ADVENTVM TVVM, qua Ecclesia Catholica vtitur in sacris, pro re graui, cùm res, vel Charitas Christi, vrget nos? QVARTO? ANTICHRISTIANISMVM NOVATORVM FICTITIVM ES-
v. 3. » SE: Quoniam, nisi venerit Discessio primùm, & reuelatus fuerit
» HOMO PECCATI, FILIVS PERDITIONIS, qui aduersatur, & ex-
» tollitur supra omne quod dicitur Deus, (Græcè, super omnem
» qui dicitur Deus) & quod colitur, ita vt in Templo Dei sedeat
» ostendens se tanquam sit Deus: Ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ Η ΑΠΟΣΤΑΣΙΑ πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΤΗΣ ΑΜΑΡΤΙΑΣ, Ο ΥΙΟΣ ΤΗΣ ΑΠΩΛΕΙΑΣ, ὁ Ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ ΠΑΝΤΑ ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ Θεὸν, ἢ Σέβασμα· ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς Θεὸν, καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν, ὅτι ἐστὶ Θεός. Suspiret hîc Anglia tua licet, dum recorderis, REX IACOBE, Catholicum illud Beati Thomæ, Archiepiscopi Cantuariensis, Martyris, dictum, qui in Epistola quadam ad
» Episcopos Angliæ sic loquitur: STABIT ECCLESIA, ETSI SÆPIVS
» CONCVSSA IN EA FORTITVDINE ET FIRMITATE, IN QVA FVN-
» DATA EST, DONEC VENIAT GENERALE DISSIDIVM, DONEC
» FILIVS ILLE PERDITIONIS SVRGAT. Lutherus Apostata primùm hanc fabulam de Antichristo Germanis edidit, vt prorsus inaudita antea esset. Exemplo sit Synodica illa Constitutio Lateranensis, paulo antè à Leone Decimo Pontif. Max. Sectione vndecima, facta, SACRO APPROBANTE CONCILIO, quæ est DE MODO PRÆDICANDI, in qua, propter populares rumusculos, quales quotidie ad quæstum oriuntur, & occidunt, affore breui Mundi finem, & Antichristum, recens natum, aut proximè venturum Iudicium in-
» stare; hæc lex promulgata est: Tempus quoque præfixum, futuro-
» rum malorum, vel ANTICHRISTI ADVENTVM, aut Certum Diem
» Iudicij PRÆDICARE, vel adserere nequaquam præsumant, cùm VE-
Act. 1. v. 7. » RITAS dicat: Non esse vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pa-
» ter posuit in sua potestate, IPSOSQVE, QVI HACTENVS SI-
» MILIA ADSERERE AVSI SVNT, MENTITOS, AC EORVM
» CAVSA RELIQVORVM ETIAM RECTE PRÆDICANTIVM AVCTORI-
» TATI NON MODICVM DETRACTVM FVISSE CONSTET. Hæc sancta Oecumenica Synodus: cuius dictis hæc addenda videtur Lactantij

ſententia, libri ſeptimi capite vigeſimo quinto ad Imperatorem ipſa declarat, lapſum ruinamque rerum breui fore: niſi quod incolumi vrbe ROMA nihil iſtiuſmodi videtur eſſe metuendum. At vero cùm CAPVT illud ORBIS occiderit, & ΡΥΜΗ eſſe cœperit; quod Sibyllæ fore aiunt, quis dubitet veniſſe iam finem rebus humanis, orbique terrarum? ILLA EST ENIM CIVITAS, QVÆ ADHVC SVSTENTAT OMNIA: precãduſque nobis & adorandus eſt DEVS CÆLI, ſi tamen ſtatuta eius & placita differri poſſunt, ne citiùs quàm putemus TYRANNVS ille ABOMINANDVS veniat, qui tantum facinus moliatur, ac LVMEN ILLVD effodiat, CVIVS INTERITV MVNDVS IPSE LAPSVRVS EST. At ſi non veri (inquies) ſaltem ingenioſi, qui Antichriſtianiſmum fingunt, Romæ, ſedente Gregorio, cœpiſſe; quaſi verò placeant, quibus idem Eccleſiæ veſtræ & Antichriſto ortus, veſtraque, quæ per Gregorium facta eſt, Anglia (proh veſtram fidem!) ſine Antichiſto eſſe Chriſtiana non potuit! Quare continuò addidi: Num retinetis, quod cùm adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat, ſcitis, vt reueletur IN SVO TEMPORE, ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. Vel hinc liquet, teſte Theophylacto quòd haud pauca PAVLVS myſteria tradiderit, quæ litteris non ſint mandata, eo potiſſimùm argumento, quòd ea, quæ hîc De Apoſtaſia, & Antichriſto ſcripſi, coram apud Theſſalonicenſes clariùs ac pleniùs me tradidiſſe appareat, ne hæc quidem ſcripturum, niſi occaſio compuliſſet. Sed ad illum verſiculum: NAM MYSTERIVM IAM OPERATVR INIQVITATIS; velut circulo redeamus. Quid (quæſo) illud, IAM OPERATVR, ſonat? Erat, vel non erat Antichriſtus? ſi nondum erat, vtique Antichriſtus non eſt Romanus Epiſcopus, cùm ante Antichriſtum exſtiterit: quippe quòd Eccleſia Romana, vt omnes norunt, non carebat Paſtore. Si erat, iamque, vt aiebant, operabatur, aut tunc quoque aliquis erat, aut nullus erat Romanus Epiſcopus, ac proinde ex duobus alterum neceſſariò conſequitur. Vel tunc eâ quâ nunc eſt potentiâ fuiſſe Romanum Pontificem, immo, & quod cogitare Antichriſtianum eſt, Diuum Petrum, cui traditæ ſunt CLAVES REGNI, Antichriſtum fuiſſe, cùm nullus præter eum aſſignandus ſit Paſtor Romanam tunc Cathedram ſedens; vel certè impuriſſimum eſſe, De Romano Pontifice commentum, quòd Antichriſtus ſit, ſi iam operante Antichriſto, Romanus Antiſtes nondum erat. Præterea dicuntur à Chriſto Iudæi (Ioannis quinto) Antichriſtum recepturi: Ego veni in nomine Patris mei, ET NON accipitis me; ſi ALIVS venerit IN NOMINE SVO, illum accipietis, ſcilicet Antichriſtum. Hinc ergo etiam vaniſſimæ falſitatis arguitur Hæreticorum futile figmentum, Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum. Nam Iudæi Chriſtianam Religionem, vna cum Romano Pontifice, qui in ea præſidet, peſſimè oderunt, tantum abeſt, vt illum pro Meſſia aut Principe recipiant, ac pro Deo colant. Atque hæc DE MYSTERIO INIQVITATIS, quod ſanè nunc Antichriſtianorum, ſiue præcurſorum Antichriſti

II. THESSAL. II.

v.7.

v.7.

Ioan.5.v.43.

II.THESS.II. Hæreticorum Nouantium est, (vt vertit sanctus Victorinus Pictauionensis Episcopus, & sub Diocletiano Martyr, in Commentario, super Apocalypsim, vbi citat hunc locum) ARCANVM MALITIÆ. Stuporis quoque, & eorum inscitiæ, ac fortassis Prouidentiæ Diuinæ arcanum est, quòd cùm hinc Ecclesiam Romanam defecisse; inde verò Sedentis Antichristi domicilium ac Thronum esse potuisse finxerunt, seipsos conficiunt, vt qui duraturam in tempora Antichristi, qui reuera tantùm in fine sæculi venturus est, Pontificiam Sedem tacitè fateantur. Veniet enim (vt in versiculo, quem explicamus, dictum est,) DISCESSIO primùm; Deinde REVELABITVR, id est, adueniet (per oppositionem enim, Antichristi Aduentus dicitur REVELATIO: quoniam Christi, cui Anti-Christus opponitur, Aduentus, quia manifestus erit, à me non rarò REVELATIO, dictus est) Antichristus, ac tum demum DIES CHRISTI. Discessio verò, siue Apostasia, ac Generalis Defectio Antichristianorum à Christianis, non nisi in fine sæculi futura est: vbi & separatio Malorum à Bonis, Hominum errore, per Generale Schisma; & separatio Bonorum à Malis, Angelorum ministerio » per Generale Iudicium fiet. Et (TVNC), τότε, non (NVNC,) Reuela- » bitur ILLE INIQVVS, Græcè, EXLEX, Ἄνομος, id est, is qui nulla legum reuerentia tenetur, qui ius & fas omne Diuinum atque Humanum, ex professo conculcat. Sunt igitur illius iniqui præcursores vestri temporis Hæretici, qui Potestatem omnem Legislatiuam Ecclesiæ adimunt, nec vllas humanas admittunt Leges, in conscientia obligantes. De his cauendis, REX IACOBE, ad nostros Anglos,
1.Ioan.2. v.18. » nunc necesse est, cum Ioanne, exclamem: Filioli, nouissima hora est: » & sicut audistis, quia Antichristus venit, nunc ANTICHRISTI MVL- » TI facti sunt: vbi & certum aliquem Antichristum venturum designat, & Antichristos per tropum Christi aduersarios, Antichristi autem emissarios ac prænuncios Hæreticos, atque Schismaticos appellandos confirmat. Præerunt ergo Antichristo Apostatæ, & qui Schisma fouent. Post Antichristum Pax, vti semper solet post persecutiones graues, aliquantulâ pace ac tranquillitate Ecclesia frui;
Apoc.8. v.1. » idque significatum videtur Apocalypseωs octauo, per SILENTIVM » illud, quod FACTVM DICITVR IN CÆLO; QVASI MEDIA HO- » RA. Post Pacem Aduentus Domini. Etenim si demum in Aduentu Domini perimendus est Antichristus: quando conuertentur Iudæi, quos Antichristus seduxerit? nam conuertendos eos postquam horrendum illius interitum conspexerint, multorum opinio est. Quod quidem Emblema Theologicum, tanquam Mysterium Ro-
Rom.11.v.25. » manis postea tradidi, his verbis: Nolo enim vos ignorare, fratres, » MYSTERIVM hoc (vt non sitis vobisipsis sapientes,) quia cæcitas
Is.59. v.20. » ex parte contigit in Israël, DONEC PLENITVDO GENTIVM intra- » ret, & sic omnis Israël saluus fieret: sicut scriptum est: Veniet ex » Sion, qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me » Testamentum, cùm abstulero peccata eorum: Secundùm EVAN-

GELIVM quidem, Inimici propter vos; secundùm ELECTIONEM « II. THESS.
autem Charissimi, propter Patres. Sine pœnitentia enim sunt Do- « 11.
na, & Vocatio Dei: sicut enim aliquando & vos non credidistis «
Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredu «
litatem illorum: ITA ET ISTI NVNC NON CREDIDERVNT IN «
VESTRAM MISERICORDIAM, VT ET IPSI MISERICORDIAM CON- «
SEQVANTVR. Concludit enim Deus OMNIA in Incredulitatem, «
vt OMNIVM misereatur. O altitudo diuitiarum Sapientiæ & « Rom. 11.
Scientiæ Dei! Quàm incomprehensibilia sunt Iudicia eius, & « v. 33.
inuestigabiles Viæ eius! QVIS ENIM COGNOVIT SENSVM «
DOMINI? aut QVIS CONSILIARIVS EIVS FVIT? aut QVIS «
PRIOR DEDIT ILLI, ET RETRIBVETVR EI? Quoniam Ex «
ipso, & Per ipsum, & In ipso sunt OMNIA. Ipsi gloria in sæ- «
cula, Amen. Hæc ad Romanos. Cùm igitur antea ad Thessalo- «
nicenses dixi de Antichristo loquens: Quem Dominus Iesus in- « 2. Thess. 2.
terficiet SPIRITV ORIS SVI, & destruet ILLVSTRATIO- « v. 8.
NE Aduentus sui; cum Græcis Interpretibus hac comparatione «
vtendum est, ita Antichristum Aduentu Christi consumendum,
quemadmodum ab igne procul apparente, priusquam admoueatur, minuta animalcula consumuntur & torpescunt. Hinc octauo Prophetiæ capite Danielis, Vaticinium est, de Interitu Antichristi: Contra PRINCIPEM PRINCIPVM consurget; & « Daniel. 8.
SINE MANV conteretur. Quod verò attinet ad tempus Con- « v. 25.
uersionis Iudæorum, dicendum est, viuente adhuc Antichristo, prædicantibus Enoch & Elia, multos eorum abiecto errore credituros in Christum; reliquos verò, quos Antichristus seduxerit, illo terribiliter interfecto, redituros ad mentem, ac sese Fratribus Iudæis in fidei Christianæ vnitatem sociaturos. Potens est « Rom. 11.
enim Deus ITERVM (vt etiam ad Romanos scripsi) inserere il- « v. 23.
los, ΠΑΛΙΝ ἐγκεντρίσαι αὐτούς· Antichristum autem, quemadmo- «
dum prædiximus, Destruet illustratione Aduentus sui, siue (vt Ambrosianus Interpres, & Augustinus è Græco conuertunt) PRÆSENTIÆ SVÆ, qua iam certè contra Mysterium Iniquitatis operatur, in Sacramento Altaris, suaque præsentia, Ecclesiam suam & consolatur, & illustrat. Perituros enim cum Iudæorum Incredulis denunciaui eos, qui CHARITATEM VERITATIS, Τὴν Ἀγάπην τῆς Ἀληθείας, non receperunt, denunciaui; in hunc modum de Antichristo loquens: Cuius est Aduentus secundùm operationem Sa- « 2. Thess. 2.
tanæ, in omni virtute, & signis & prodigiis mendacibus: Et « v. 9.
in omni SEDVCTIONE INIQVITATIS, iis qui pereunt, «
EO QVOD CHARITATEM VERITATIS NON RECEPE- «
RVNT, VT SALVI FIERENT: Ideo mittet illis Deus OPE- «
RATIONEM ERRORIS, vt credant mendacio: VT IVDI- «
CENTVR OMNES, QVI NON CREDIDERVNT VERITA- «
TI, sed consenserunt Iniquitati, siue (vt Cyprianus, Epistolâ «
quinquagesimâ quintâ, vertit) SIBI PLACENT IN INIVSTI- «

II. THESS. 11. TIA iuxta Græcam Veritatem, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. Quotidiana autem in Veritatis Eucharistiæ Confirmationem Miracula, (Rom. 1. v. 18.) quamuis notissima, verissimaque auersantur, veréque DEI VERITATEM in Iniustitia detinent, vt mirum non sit, si tam pauci ex hodiernis Hæreticis ad veram pœnitentiam perueniant. Ea enim quæ De Eucharistiæ, siue Christi in Sacramento, Miraculis, dicunt, dicere, peccare est in Spiritum Sanctum; qui hîc propriè, dum Christi, & Sacerdotum ore, per Spiritum Sanctum operante, conficitur Corpus Christi, SPIRITVS ORIS CHRISTI, mecum, (Is. 11. v. 5.) ex vndecimo Isaïæ dicendus est, SPIRITVM LABIORVM SVORVM, Spiritum Sanctum appellantis. Ex quo Sanctus vester Archiepiscopus, atque Angliæ Primas, Anselmus, libri De Processione Spiritus Sancti, capite septimo, eumdem Spiritum Sanctum (Matt. 12. v. 32.) probat, à Filio procedere. Firmum enim stat verbum Domini, » quòd Blasphemia in Spiritum Sanctum non remittitur, neque in » hoc sæculo, neque in futuro; vbi æternùm plectuntur ij, qui vera ex falsis, non falsa ex veris, damnant, nihilque (cum perditissimis illis Academicis, contra quos Augustinus, DE VTILITATE CREDENDI, scripsit) quòd aliqua falsa sint, verum credunt. Ac vt istos & cæteros, qui semper aliquid de fictitio illo Antichristianismo Romano insusurrant, summa quadam Argumentorum, ex quibus facilè communes loci petuntur, obruas, Hominem illum Peccati, nondum esse Reuelatum breuiter sic demonstro. PRIMO, quia nondum per omnes Gentes prædicatum est EVANGELIVM REGNI. SECVNDO; quia nondum completa est DISCESSIO, de qua sermonem feci. TERTIO; quia nondum apparuerunt Enoch & Elias. QVARTO; quia nondum experti sunt Christiani grauissimam illam Persecutionem, de qua per Antichristum commouenda Scripturæ loquuntur. QVINTO; quia nullus Christi Aduersarius hactenus apparuit, in omni virtute & signis, & prodigiis mendacibus, contra Christianum nomen. Hæc autem omnia, vel ante Aduentum Antichristi vel eius tempore; ac per eum fieri oportere ex Scripturis perspicuum est. SEXTO; quia non obscurè significo paulo postquam Antichristus fuerit reuelatus, Christum Dominum ad Iudicium venturum. SEPTIMO, ac POSTREMO; quia si iamdudum Antichristus venisset, nequaquam id Ecclesiam Christi lateret; tum quia eius Aduentum REVELATIONEM, siue Manifestationem, vt supra dictum est, voco; tum quòd Prophetica Scriptura soleat, ipsis rerum Prædictarum euentibus, elucescere; præsertim si res illæ sint præcipuæ, magnique momenti, cuiusmodi est Antichristi Aduentus. Omnia » verò hæc satis his verbis innueram; QVONIAM NISI VE» NERIT. Ex hac enim sententia, licèt suspensa, Diem Domini nondum instare docui, quòd quædam res, quarum aliquas, vt opportunum fuit, recensui, haud parui sanè temporis, aut momenti, quæ nondum acciderunt, præcedere illum de-

beant. Nec sine causa tam sollicitè studui, opinionem instantis Diei Domini, Fidelium mentibus eximere; ne, videlicet hac opinione delusi, putarent vanam & fabulosam esse Promissionem Aduentus Domini, & suæ Glorificationis; & per hoc à Fide Christiana recederent. quemadmodum, Epistolâ octuagesimâ Hesychium Augustinus docet. Certis igitur Argumentis, Propheticè tamen inuolutis, vtendum fuit: ne & animos suspensos in re adeo necessaria diutius tenerem; neue rursus MYSTERIVM TIMORIS, non tam tradidisse, (vt in re dissimili similiter ex Ambrosio dictum est) quàm prodidisse, viderer. Totus ergo hic locus, Propheticus cùm sit, mirum profectò non est, si obscuritatem difficultatemque habeat, quæ Commentatores exerceat. præsertim cùm ea prædicantur, quæ nec hodie, nisi minima tantùm ex parte impleta sunt: Vbi autem cætera implebuntur, TVNC REVELABITVR ILLE INIQVVS, QVEM DOMINVS IESVS INTERFICIET SPIRITV ORIS SVI. id est, si ad litteram attendas, VERBO SVO. Est enim huius Periphrasis magnum pondus: quo significatur interim veros Ecclesiæ Ministros, esse instar non modò RORIS, qui super Fideles stillet; sed & ORIS, per quod efflet Dominus potens illud & æternum verbum, quo velut ferreâ & solidissimâ virgâ, omnes Antichristianos Aduersarios nostros, tanquam Vas Figuli, conteret ac confringet. Itaque in illo Isaiæ, ex vndecimo capite, citato loco, hoc ipsum Verbum iuxta Veritatem Hebraïcam, SCEPTRVM ORIS, & SPIRITVS LABIORVM, ingenti sanè mysterio, vocatur. Nec prætermittendum profectò est illud pernecessarium scitu, videlicet Antichristianismi detestandam Calumniam, quam nunc Nouatores Sedi Apostolicæ adspergunt, olim à Sectariis ac Schismaticis, tanquam notam Constantinopolitano Throno inustam fuisse. Itaque huiuscemodi Obiectio desultoria est, deque Sede in Sedem, id est, de Constantinopolitana in Romanam, vel potiùs de Noua Roma in Veterem Romam, calliditate Nouatorum, migrat. Longiuscula, sed suis tamen verbis explicanda, Historia est Sancti Ignatij Constantinopolitani Patriarchæ, in Photiano Schismate, apud Nicetam, cognomento Dauidem Paphlagonem, in Ignatio, Prolegomenis ad Octauam Synodum: Vt verò improbæ artes omnes contra virum Sanctum omnibus pateant, Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat; ille etiam Imperatori Basilio iniecit eam mentem, vt ad Photium mitteret, iuberetque, omnia quæ à Patriarchio sumpsisset, manu sua scripta, quàm primùm sibi transmitti. Sed peierabat ille, nihil se ex Patriarchio secum accepisse, eò quòd vrgeretur ad discessum. Dum hæc ad Baanem Præpositum dicerentur, famuli Præpositi, à tumultuantibus inter se Photij seruis, septem saccos refertos, plumboque signatos, in proximum arundinetum condendos ferri animaduertunt, manuque iniecta ereptos ad Imperatorem deportant: & dum resignant, DVO

[Margin notes: II. THESS. II. — Psal. 2. v. 9. — Iob. 5. v. 13.]

II.THESS. II. » VOLVMINA AVRO ARGENTOQVE BRACTEATA, SERICOQVE EXTRORSVM VELATA, INTRORSVM VERO ELEGANTER ET SCITE LITTERIS VENVSTIS EXARATA REPERIVNT. Alterum continebat Actiones Septem Synodicas, contra Ignatium, quæ nec sunt, nec fuerunt vnquam celebratæ, sed gratis astuta duntaxat mente confictæ; In quarum singulis initiis manu ipsius Syracusani Asbestæ (egregiè enim ad cumulum, reor, malorum, & pingendi artificium didicerat) coloribus artificiosis expressus erat Ignatius. O rabiosum furorem! ô furiosam rabiem, cui nihil addi possit! Atque in Prima quidem Actione raptatum, & verberatum Ignatium effinxit, supraque caput inscripsit, DIABOLVS. Numquid non maledicti exhorrescitis atrocitatem? Sed non est

Matt.10. v.28. quod miremini. Nam si patremfamilias appellarunt, BEELSEBVB, domesticos eius quomodo appellarent? In Altera Actione sputis fœdatum, magnaque vi tractum efformauit, cum hoc elogio, PRINCIPIVM PECCATI: In Tertia, de Throno deturbatum, cum hoc titulo, FILIVS PERDITIONIS: In Quarta, vinculis colligatum, & exterminatum, itàque inscriptum, AVARITIA SIMONIS MAGI: In Quinta, collari furca inclusum, cum hac calumnia, QVI SE EXTOLLIT SVPRA OMNE ID QVOD DICITVR DEVS: In Sexta depinxit quasi iam damnatum, cum dicto; ABOMINATIO DESOLATIONIS. In Septima & Vltima finxit raptatum, capiteque multatum, & inscriptio erat; ANTICHRISTVS. Quæ ego per veritatem, sine pudore neque pronuncio, neque in mentem reuoco; ob eamque causam sciatis velim me silentio prætériturum fuisse, nisi viderem horum auctores auctorumque asseclas hæc non solùm non erubescere sed in his palàm etiam gloriari, Photioque sanctitatis opinionem falsò tribuere. Sed verax ille non mentitur, qui dixit:

Prou.18. v.3. Impius cum in profundum venerit, contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Iurauerunt per timorem Domini, & gloriam fortitudinis eius, qui in sacrilegarum Actionum illarum lectione adfuerunt, DVO SVPRA QVINQVAGINTA, capita, ad Beati Ignatij calumniam perscripta fuisse, omnium confessione falsa, & ex impia potiùs quàm furiosa mente conficta. Relinquebant & in singulis accusationibus versum ad finem vacuum, vt si quem laqueo dignum donorum & dignitatum largitione irretissent, mendacio is subscribendo haberet locum. Et hæc quidem alter Diaboli continebat Liber. Alter verò Synodicus, in NICOLAVM PONTIFICEM ROMANVM tela torquebat, omnisque generis calumnias & atrocia maledicta in illius sancti exauctorationem & damnationem complectebatur, impiè & tragico prope modo concinnatus; sanè ipse quoque dictantis STYGII DOCTORIS magisterio & Photij ministerio dignus. Hos eodem exemplo libros cùm impudens bis describendos curasset: geminos quidem Libros Zachariæ & Theodoro, supra indicatis, cum singularibus laudum encomiis, multisque ac splendidissimis muneribus ad LVDOVICVM FRANCIÆ REGEM de-

ferendos dedit, VT IS NICOLAVM PONTIFICEM VELVT EXAVCTORATVM DE THRONO DETVRBARET: duos penes se retinuit. Hæc quattuor volumina Imperator ille erepta, prius AD SENATVM TOTAMQVE ECCLESIAM palàm detulit; atque ita omnes Photij machinationes & impiam conscientiam omnium oculis totique Reipublicæ spectandam proposuit. Quibus visis & auditis, attoniti omnes obstupuere, NON SOLVM PROPTER PERVERSAM SOPHISTÆ MENTEM VERSVTAMQVE VERBOSITATEM, SED ETIAM OB INCREDIBILEM DEI PATIENTIAM, ET DIVTVRNAM VINDICTÆ DILATIONEM. Hosce Libros ad Oecumenicam postea Synodum delatos, AVCTORIQVE PRÆSENTI CVM PROBRO OB OS OBTRVSOS IGNI TRADIDERVNT: Ἵνα δὲ πᾶσα ἡ κατὰ τοῦ Ἁγίου γενομένη πονηρία καταφανὴς, ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, πολυπλόκων δὲ βουλὰς ἐξιστῶν, αὐτὸς ἐμβάλλει καὶ τῷ αὐτοκράτορι Βασιλείῳ λογισμὸν, καὶ ἀποστέλλει πρὸς Φώτιον τὰ ἰδιόχειρα πάντα, ὅσα ἀπὸ τοῦ Πατριαρχείου κατιὼν ἔλαβεν, ἀνυπερθέτως αὐτῷ πέμψαι παρακελευόμενος. ὁ δὲ ὅρκοις ἐψεύδετο, μηδὲν τοιοῦτον ἐκεῖθεν λαβεῖν, τὸ κατεπείγεσθαι πρὸς τὴν κατάβασιν. ὡς οὖν ταῦτα περὶ αὐτοῦ πρὸς τὸν Πραιπόσιτον Βασίλειον ἐλέγετο, οἱ αὐτοῦ θορυβούμενοι θεραπευταὶ, ἑπτὰ σάκκους πλήρεις ἐσφραγισμένους μολύβδῳ, εἰς τὸν πλησίον ἐνέστησαν καλαμῶνα, κατακρύβοντες, οὓς οἱ περὶ τὸν Πραιπόσιτον ἰδόντες, καὶ τῶν χειρῶν ἀφαρπάσαντες, πρὸς τὸν βασιλέα ἀπεκόμισαν. ἀνοίξαντες δὲ τούτους, ΔΥΟ ΕΥΡΙΣΚΟΥΣΙ ΒΙΒΛΙΑ, ΧΡΥΣΩ ΚΑΙ ΑΡΓΥΡΩ, ΣΥΝ ΟΞΕΣΙΝ ΕΝΔΥΜΑΣΙΝ, ΕΞΩΘΕΝ ΚΕΚΟΣΜΗΜΕΝΑ, ΕΣΩΘΕΝ ΔΕ, ΦΙΛΟΚΑΛΩΣ, ΚΑΙ ΕΠΙΜΕΛΩΣ, ΓΡΑΜΜΑΣΙ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ ΤΕΡΠΝΟΙΣ. περιεῖχε δὲ τὸ ἓν, Πράξεις ἑπτὰ Συνοδικὰς, τὰς μηδέποτε οὔσας, ἢ γενομένας, κατὰ τοῦ Ἰγνατίου. μάτην δὲ, καὶ κακοδαίμονι μόνον ἀναπεπλασμένας διανοίᾳ· ἐν ταῖς ἀρχαῖς δὲ τούτων, ἐφ' ἑκάστης πράξεως, αὐτουργίᾳ τοῦ Συρακουσίου Ἀσβεστᾶ, (ἦν γὰρ καὶ ζωγράφος ὁ γενναῖος,) εἰς προσθήκην τῆς αὐτοῦ κακίας, οἶμαι, διὰ χρωματικῆς ζωγραφίας ἐνεγέγραπτο, Ἰγνάτιος· καὶ, ὢ τῆς ἀκαθέκτου λύσσης, ὢ μανίας, οὐδεμίαν ὑπερβολὴν ἀπολειπούσης. κατὰ τὴν Πρώτην μὲν Πρᾶξιν, συρόμενόν τι αὐτὸν, καὶ ῥαβδιζόμενον, ἐμόρφωσεν· ἄνωθεν δὲ τῆς κεφαλῆς, ἐπέγραψεν, Ο ΔΙΑΒΟΛΟΣ. ἆρ' οὐκ ἐφείξατο τὴν ὑπερβολὴν τῆς βλασφημίας; ἀλλὰ μὴ θαυμάσητε· εἰ γὰρ τὸν οἰκοδεσπότην ΒΕΕΛΖΕΒΟΥΛ ἐκάλεσεν, τί πρὸς τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ; κατὰ τὴν Δευτέραν δὲ, ἐμπτυόμενον, καὶ βιαίως ἑλκόμενον αὐτόν· καὶ ἡ ἐπιγραφὴ, ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΑΜΑΡΤΙΑΣ. κατὰ τὴν Τρίτην δὲ, καθαιρούμενον, καὶ Ο ΥΙΟΣ ΤΗΣ ΑΠΩΛΕΙΑΣ, ἐπιγραφόμενον· δεσμούμενον δὲ, καὶ ἐξοριζόμενον, κατὰ τὴν Τετάρτην Πρᾶξιν, εἰκόνισεν αὐτὸν, καὶ ΠΛΕΟΝΕΞΙΑΝ ΤΟΥ ΜΑΓΟΥ ΣΙΜΩΝΟΣ ἐπέγραψε. κατὰ τὴν ἀρχὴν δὲ τῆς Πέμπτης, κλοιοὺς αὐτὸν σχηματίζει περικείμενον, καὶ ἡ λοιδορία, Ο ΥΠΕΡΑΙΡΟΜΕΝΟΣ ΕΠΙ ΠΑΝΤΑ ΘΕΟΝ, ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΜΑ. Κατὰ τὴν Ἕκτην δὲ, εἰς καταδίκην αὐτὸν ἐμβαλλόμενον, εἰκόνισεν· ἡ δὲ κατ' αὐτοῦ ἀργολογία, ΒΔΕΛΥΓΜΑ ΤΗΣ ΕΡΗΜΩΣΕΩΣ· κατὰ τὴν Ἑβδόμην δὲ, καὶ Τελευταίαν Πρᾶξιν, συρόμενον αὐτὸν, καὶ καρατομούμενον, διεζωγράφησε, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ αὐτοῦ, ἣν ἔγραψεν, ἦν, ὁ ΑΝΤΙΧΡΙΣΤΟΣ. ταῦτα ἐγὼ μὲν αἰσχύνομαι, νὴ τὴν ἀλήθειαν, ἐπὶ γλώσσης ἄγειν, καὶ εἰς μνήμην τούτων ἰὼν, καὶ διὰ τοῦτο παντάπασιν, ὡς ἴστε, κατεσίγησα ἄν, εἰ μὴ ἑώρων τοὺς ταῦτα καταπραξαμένους, καὶ τοὺς αὐτῶν οἰκείους, οὐ μόνον ἐν τούτοις οὐκ ἐγκαλυπτομένους, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπιζομένους, καὶ δόξαν ἁγιωσύνης ἐπιψευδομένους αὐτῷ. ἀψευδὴς γὰρ

II. THESS. II.

II. THESS. II. ὁ εἰπών, Ὅταν ἔλθῃ ὁ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ, ἐπέρχεται δὲ αὐτῷ ἀτιμία, καὶ ὄνειδος· ὁμόσωμεν κατὰ τοῦ φόβου τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, οἱ ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῶν ἐναγῶν πραγμάτων ἐκείνων εὑρεθέντες, ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΚΑΙ ΔΥΟ ἀναμφίβολα, καὶ πᾶσιν ὡμολογημένα ψευδῆ κεφάλαια, γεγράφθαι, ἐξ ἀσεβοῦς μᾶλλον, ἢ μανικῆς διανοίας, εἰς κατηγορίαν τοῦ μάκαρος Ἰγνατίου προσφερόμενα. ἑκάστης δὲ κατηγορίας, πρὸς τῷ τέλει, ἄγραφον εἶχεν καταλιμπάνον· εἴ τινά ποτε τῶν ἀξίων ἀγχόνης, δήεοις, ἢ ἀξιώμασιν, ἀπατῆσαι δυνηθείη, ἵν' ἔχῃ τόπον ἐγγράψασθαι τοῦ ψεύδους. καὶ ταῦτα μὲν ἡ μία τοῦ διαβόλου περιεῖχε βίβλος· ἡ ἑτέρα δὲ Συνοδικὴ, κατὰ ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ, κατεσκεύαστο, πᾶσαν συκοφαντίαν, καὶ βλασφημίαν ἄτοπον, εἰς καθαίρεσιν ἀνδρὸς ἁγίου, καὶ ἀναθεματισμὸν, ἀθέως καὶ πονηρῶς δραματουργοῦσα, ἀξία καὶ αὐτὴ τῆς τε τοῦ πονηροῦ δαίμονος ὑπαγορείας, καὶ τῆς τοῦ Φωτίου ὑπουργίας· ἀπαραλλάκτως δὲ ταύτας ὁ τολμητίας, δὶς ἀναγραψάμενος, τὰς δύο μὲν Ζαχαρίᾳ παρέσχετο, καὶ Θεοδώρῳ, τοῖς προειρημένοις, μετὰ δώρων, καὶ δώρων πολλῶν, καὶ λαμπρῶν, πρὸς ΤΟΥΣ ΤΗΣ ΦΡΑΓΚΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ἀπενεγκεῖν, τοῦ τὸν Πάπαν Νικόλαον, ὡς καθῃρημένον, ἐξωσθῆναι τοῦ Θρόνου· τὰς δύο δὲ παρ' ἑαυτῷ κατεῖχε. Τούτων τῶν τεσσάρων βιβλίων δραξάμενος ὁ βασιλεὺς, ΚΑΙ ΤΗ ΣΥΓΚΛΗΤΩ ΠΡΟΤΕΡΟΝ, ΚΑΙ ΤΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, ποιήσας καταφανεῖς, τὴν ὅλην οὕτω Φωτίου σκευωρίαν, καὶ κακίστην συνείδησιν, ὑπ' ὄψιν ἁπάσῃ τῇ πολιτείᾳ κατεστήσατο. ἐξέστη πᾶς ἄνθρωπος ὁρῶν, καὶ ἀκούων ταῦτα, ΟΥ ΜΟΝΟΝ ΕΠΙ ΚΑΚΟΝΟΙΑ ΚΑΙ ΠΑΝΤΟΡΡΗΜΟΣΥΝΗ ΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΤΗ ΥΠΕΡΒΟΛΗ ΤΗΣ ΜΑΚΡΟΘΥΜΙΑΣ ΚΑΙ ΑΝΟΧΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ· ἀλλὰ ταύτας μὲν τὰς βίβλους, ὕστερον ἐνεγκόντες ἐπὶ τῆς Συνόδου, καὶ κατὰ πρόσωπον ΤΩ ΑΥΤΟΥΡΓΩ ΑΥΤΩΝ ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΝΤΕΣ, ΚΑΙ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΣΑΝΤΕΣ, ΟΥΤΩ ΠΑΡΕΔΩΚΑΝ ΤΩ ΠΥΡΙ. Atque hæc pro QVARTA OBSERVATIONE, siue animaduersione in secundam nostram ad Thessalonicenses, sufficiant, De futuro ante Iudicium Schismate, siue De DISCESSIONE, cuius præuiæ crebræ illæ ab Vnitate Ecclesiæ, adeoque à Regno Dei Defectiones, quæ communi verbo Schismata nuncupamus. Ne verò huiusmodi turbarum ac seditionum portenta contingant, QVINTO admonui; CONFVGIENDVM ESSE AD TRADITIONES; SVMMVMQVE TRADITIO-
v. 15. » NVM ATQVE VNICVM ET SINGVLARE REMEDIVM ESSE: Ita-
» que, FRATRES, state & TENETE TRADITIONES quas didicistis, si-
» ue PER SERMONEM, siue per EPISTOLAM NOSTRAM: Ἄρα οὖν, Ἀδελφοὶ, στήκετε, καὶ ΚΡΑΤΕΙΤΕ ΤΑΣ ΠΑΡΑΔΟΣΕΙΣ, ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε ΔΙΑ ΛΟΓΟΥ, εἴτε ΔΙ' ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ἡμῶν. Qui locus apertissimus est ad docendum, non omnia, quæ vel credere, vel agere diuinitus iubemur, quæue ab Apostolis instituta sunt, esse Sacris Litteris comprehensa, quod volunt Hæretici; sed quædam in Traditione non scripta contineri, ita vt ab initio nascentis Ecclesiæ, Christiana Religio duplici velut iure fuerit gubernata, SCRIPTO & NON SCRIPTO; tanquam LEGIBVS & CONSVETVDINE: quod cuique benè institutæ Reipublicæ commune est. Vnde ad fortiter, &, vt aiunt, mordicus retinendum monens, Καὶ κρατεῖτε, dixi; Græco verbo κρατεῖν, vsus; quod TOTIS VIRIBVS TENERE significat, vt qui

Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex totis viribus apprehendere vellet, Traditiones firmiter comprehendere ac retinere ei necesse esset. Quarum quidem duo genera adsigno, diuidoque Traditiones, in NON-SCRIPTAS; quas TRADITIONES PER SERMONEM, siue Διὰ Λόγου, appello: & in SCRIPTAS quas TRADITIONES PER EPISTOLAM, siue, Δι' Ἐπιστολῆς, nomino. Nunc verò has, SCRIPTVRAS; illas simpliciter atque absolutè, TRADITIONES dicitis: quamuis omnia Christianæ Religionis instituta, siue ea pertineant ad Fidem, siue ad Externum Cultum Religionis, vt sunt Cerimoniæ, tanquam doctrinas traditas singulari nomine TRADITIONES, Παραδόσεις, soleam nuncupare. De Traditionum Auctoritate, quas APOSTOLICAS & MAGISTERIALES, Ἀποστολικὰς, καὶ Διδασκαλικὰς, ORIENTIS SVMMI SACERDOTES, ET SACERDOTES, (id est, PRIMI ET SECVNDI Ordinis SACERDOTES, siue EPISCOPI & SACERDOTES) appellant, in Quaternionibus Tarasio Constantinopolitano Patriarchæ oblatis, in Septima Synodo, Actione tertia, in præsentem locum Chrysostomus: Hinc est perspicuum « (inquit, de Apostolis loquens,) quòd non omnia tradiderunt PER « EPISTOLAM (more meo Chrysostomus dixit, PER EPISTOLAM, « quod alius diceret, SCRIPTIS, vel SCRIPTO,) sed multa etiam SINE SCRIPTIS; & ea quoque sunt fide digna. Quamobrem ECCLESIÆ quoque TRADITIONEM fide dignam esse censeamus. « TRADITIO EST? NIHIL QVÆRAS AMPLIVS: Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐ « πάντα ΔΙ' ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ παρεδίδοσαν, ἀλλὰ πολλὰ, καὶ ΑΓΡΑΦΩΣ. ὁμοίως δὲ κἀκεῖνα, καὶ ταῦτα ἐστιν ἀξιόπιστα. ὥστε καὶ τὴν ΠΑΡΑΔΟΣΙΝ τῆς ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, ἀξιόπιστον ἡγώμεθα. ΠΑΡΑΔΟΣΙΣ ΕΣΤΙ; ΜΗΔΕΝ ΠΛΕΟΝ ΖΗΤΕΙ. Hæc PAVLO-DIDACTVS, Paulique Interpres meus Chrysostomus; quæ totidem fere verbis à Theophylacto, Chrysostomi Abbreuiatore, repetita sunt. SEXTO; DE LEGIBVS ECCLESIASTICIS ECCLESIASTICAQVE IVRISDICTIONE: Denunciamus autem « vobis, FRATRES, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt SVB- « TRAHATIS VOS AB OMNI FRATRE AMBVLANTE INORDINATE, « ET NON SECVNDVM TRADITIONEM QVAM ACCEPERVNT A « NOBIS: (Græcè ACCEPIT, numero singulari, vt ad Fratrem referatur,) Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, Ἀδελφοὶ, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ΣΤΕΛΛΕΣΘΑΙ ΥΜΑΣ ΑΠΟ ΠΑΝΤΟΣ ΑΔΕΛΦΟΥ, ΑΤΑΚΤΩΣ ΠΕΡΙΠΑΤΟΥΝΤΟΣ, ΚΑΙ ΜΗ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΠΑΡΑΔΟΣΙΝ, ΗΝ ΠΑΡΕΛΑΒΕ ΠΑΡ' ΗΜΩΝ. Sensus est: Præcipimus vobis, (παραγγέλλομεν ὑμῖν,) nomine & auctoritate Christi Domini, cuius sumus Vicarij, idque potestate ab eo accepta: & quæ sequuntur. Ex quo quidem constat, Ecclesiæ Præfectis datam esse à Christo præcipiendi Legesque condendi potestatem: quod Hodierni tamen Hæretici non minùs imprudenter quàm impudenter negant. SEPTIMO ac POSTREMO; De MALO SCHISMATIS AC BONO PACIS: Ipse autem Dominus « PACIS DET Vobis PACEM SEMPITERNAM in omni loco: Αὐτὸς δὲ « ὁ ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ, δῴη ὑμῖν ΤΗΝ ΕΙΡΗΝΗΝ, ΔΙΑ ΠΑΝΤΟΣ,

II. THESS. II.

2. Thess. 3. v. 6.

v. 16.

II. THESS. III. ΕΝ ΠΑΝΤΙ ΤΡΟΠΩ. Ne, quod interdum fit, Correptionem Contentio ſequatur, mea PACIS precatio eſt, atque imprecatio contra SCHISMA; ne aut ex imprudentia corripientis, aut ex obſtinatione eius qui corripitur, Pax & animorum Concordia turbetur. Quod Græci ſic interpretantur, vt nulla ex parte, contentionis eis occaſio relinquatur, neque ex Verbo, neque ex opere: quamquam hoc tantum bonum in hac vita deſideratur potiùs quàm completur. Hinc Eccleſia Catholica orare PRO PACE, necnon & DE VNIENDA ECCLESIA, ſiue DE SEDANDO SCHISMATE, & apud Deum, & apud Homines anxiè amanterque agere ſemper didicit, miſeranda
Ierem. 31. v. 15. & Matt. 2. v. 18. Rachel plorans filios ſuos, & non potuit conſolari, quia quamdiu ſunt in Schiſmate, tandiu non ſunt. Det Tibi, Tuæque Angliæ in diebus tuis, REX IACOBE, Dominus Pacis, Pacem illam ſuam ſempiternam, & in omni LOCO, Τόπῳ, vt legiſſe videtur non modò noſter Vulgatus ſed & Chryſoſtomi Interpres; & in omni MODO, Τρόπῳ, vt vulgò Græca noſtra Exemplaria habent; idque ab eo qui præuidens ac ponderans huiuſcemodi alluſiones verborum, cùm tranſi-
Iſ. 41. v. 3. Matt. 5. v. 18. » ret in Pace, dixit: IOTA VNVM AVT VNVS APEX non tranſibit » à Lege, donec omnia fiant.

CAP. XLVI.

I. COR. I. SED ad Epiſtolam noſtram TERTIAM, Anno Chriſti Quinquageſimo Septimo ſcriptam, id eſt, ad Corinthios PRIMAM, Epheſo (vt rectè Oecumenius diſputat) miſſam, & locus, & res admonet, vt ad penitus tollendam in æternum omnem à Fidelium cordibus Schiſmatis occaſionem, ſuſpicionemque, veniamus. Etenim quod olim ab iis qui ſunt Chloes (ſanctiſſimæ cuiuſdam mulieris apud Corinthios notæ) vt nunc ab iis qui Aldibergæ fuerunt, de qua in ROMA TRIVMPHANTE, ſiue Secundo Libro actum eſt, vti in Achaia, ſic in Anglia audio eſſe SCHISMATA inter vos, & ex parte credo quod ſupra modum fama auget, appellatque læſa patientia nominibus variis. Itaque PRIMO hæc Corinthiaca noſtra repetenda videntur; DE SCHISMATE TOL-
v. 10. » LENDO: Obſecro autem vos, FRATRES, per NOMEN Domini no» ſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, ET NON SINT IN VO» BIS SCHISMATA: Sitis autem perfecti in eodem SENSV, & in ea» dem SENTENTIA. Significatum eſt enim mihi de vobis, FRATRES » MEI, ab iis qui ſunt Chloes, QVIA CONTENTIONES SVNT INTER » VOS. Hoc autem dico quod vnuſquiſque veſtrum dicit: Ego qui» dem ſum PAVLI, ego autem APOLLO; ego verò CEPHÆ; ego au» tem CHRISTI. DIVISVS EST CHRISTVS? Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, Ἀδελφοί, διὰ τοῦ ΟΝΟΜΑΤΟΣ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, ΚΑΙ ΜΗ Η ΕΝ ΥΜΙΝ ΣΧΙΣΜΑΤΑ· ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ ΝΟΙ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ΓΝΩΜΗ. Ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν, Ἀδελφοί μου, ΥΠΟ ΤΩΝ ΧΛΟΗΣ, ΟΤΙ ΕΡΙΔΕΣ ΕΝ ΥΜΙΝ ΕΙΣΙ. Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει, Ἐγὼ μὲν εἰμι ΠΑΥΛΟΥ, ἐγὼ δὲ ΑΠΟΛΛΩ, ἐγὼ δὲ ΚΗΦΑ, ἐγὼ δὲ ΧΡΙΣΤΟΥ. ΜΕΜΕΡΙΣΤΑΙ Ο ΧΡΙΣΤΟΣ; Quo certè loco imprimis PERFECTOS Chriſtianos voco, non Τελείους, ſed Κατηρτισμένους: quod alij vertunt COADVNATOS, COAGMENTATOS, aut

COMPACTOS; Cyprianus, COMPOSITOS, non modo libro DE VNITATE ECCLESIÆ, ſed & libro tertio Teſtimoniorum, capite octuageſimo ſexto: Quod quidem vocabulum, Secundæ Corinthiorum vltimo, repetente me, Latinus Interpres, PERFECTI ESTOTE; iterum è Græco reddidit. Vnitas enim Perfectio Eccleſiæ eſt: qualis illa Corporis Integri, & ex omnibus membris inter ſe bene compoſitis conſtantis eſſe ſolet. Id enim Græcum Participium Κατηρτισμένοι, ſignificat, vt totum quippiam quod ſuis omnibus partibus aptè inter ſe cohærentibus componitur. Hinc Deum in Liturgiis pro Eccleſia oramus, Vt eam PACIFICARE ET COADVNARE dignetur. Hoc autem verbum De Quantitate Diſcreta (quam vocant) propriè dicitur. Vt autem res omnes eiuſmodi ex multis partibus compoſitæ ſuis numeris conſtent, duo requiruntur: nempe vt pars nulla deſit aut ſuperſit; deinde vt omnia aptè inter ſe cohæreant. Inde factum vt Ἄρτιος, Integrum & Perfectum declaret, cùm videlicet de Numero Pari propriè dicatur; & Ἀρτίζειν, cum ſuis compoſitis non modò pro COMPONERE, ſeu COMPINGERE ac COAGMENTARE, vt Romanorum nono, ſed etiam pro PERFICERE accipiatur. Deinde etiam apud Medicos vſurpatur pro LVXATA MEMBRA IN SVVM LOCVM RESTITVERE: qua ſignificatione viſum eſt tranſlatitiè poni Galatarum ſexto. Denique etiam pro SARCIRE QVOD RVPTVM EST ET DISSOLVTVM, vt Matthæi quarto. Vnde ipſe NOVATORVM PATER, Eraſmus Græca noſtra; ἦτε δὲ Κατηρτισμένοι, interpretari ad ſenſum coactus eſt; SED SITIS INTEGRVM CORPVS. Extra Totum enim nulla Pars verè integra, nedum perfecta eſt. Hinc doctè ſubtiliterque ſuo more noſter Auguſtinus, & Donatiſtarum, id eſt, Schiſmaticorum, Obiectionem, & ſuam, hoc eſt, Eccleſiæ, Solutionem proponit in Quæſtione ardua DE ECCLESIA, libro primo De Baptiſmo Contra Donatiſtas: Sed videntur, inquit, ſibi argutiſſimè quærere VTRVM GENERET FILIOS BAPTISMVS CHRISTI IN PARTE DONATI, AN NON GENERET: VT, ſi conſenſerimus quòd generet, ſuam eſſe aſſeuerent ECCLESIAM MATREM, quæ filios potuit de Chriſti Baptiſmate generare. ET QVIA VNAM OPORTET ESSE ECCLESIAM, Ex hoc iam noſtram non eſſe Eccleſiam criminentur. Si autem dixerimus, Non generat: Cur ergo, aiunt, apud vos non renaſcuntur per Baptiſmum, qui tranſeunt à nobis ad vos, cùm apud nos fuerint baptizati, ſi nondum nati ſunt? QVASI VERO EX HOC GENERET, VNDE SEPARATA EST; ET NON EX HOC VNDE CONIVNCTA EST, Separata eſt enim A VINCVLO CHARITATIS, ET PACIS? ſed Adiuncta eſt IN VNO BAPTISMATE. Itaque eſt VNA Eccleſia, quæ SOLA CATHOLICA nominatur: & quidquid ſuum habet in Communionibus diuerſorum A SVA VNITATE SEPARATIS, per hoc quod ſuum in eis habet, ipſa vtique generat, non illæ. Neque enim Separatio earum generat, ſed quod ſecum de iſta tenuerunt: quod ſi & hoc dimittant, omnino non generant. Hæc itaque in

1. Cor. 1.
2. Cor. vlt. v. 11.
Rom. 9. v. 22.
Gal. 6. v. 1.
Matt. 4. v. 21.

I. COR. I. » omnibus generat, cuius Sacramenta retinentur, vnde possit tale ali-
» quid generari: quamuis non omnes quos generat, ad eius pertineant
» Vnitatem, QVÆ vsque in finem perseuerantes SALVAT. Neque
» enim ij soli ad eam non pertinent, qui SEPARATIONIS APERTO
» SACRILEGIO manifesti sunt, sed etiam illi, qui in eius Vnitate cor-
» poraliter mixti, PER VITAM PESSIMAM SEPARANTVR. Etenim Si-
» monem Magum per Baptisma, ipsa pepererat: cui tamen dictum
Act. 8. v. 21 » est, quòd non haberet partem in hereditate Christi. Numquid ei
» Baptismus, numquid EVANGELIVM, numquid Sacramenta defue-
» runt? Sed quia ei CHARITAS defuit, FRVSTRA NATVS est, & ei
» expediebat FORTASSE non nasci. Numquid non erant nati, quibus
1. Cor. 3. v. 2. » Apostolus ait; Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum de-
» di, non escam? eos tamen à SACRILEGIO SCHISMATIS reuocat, in
» quod ideo irruebant, quia carnales erant: Quasi paruulis, inquit,
» in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim po-
» teratis. Sed nec adhuc quidem potestis: carnales enim estis adhuc.
» Cùm enim sint inter vos Aemulatio & Contentio, nonne carnales
» estis, & SECVNDVM HOMINEM ambulatis? Cùm enim quis dicat,
» Ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo; nonne homines
1 Cor. 1. v. 10. » estis? De his enim supra dicit: Obsecro autem vos Fratres, per no
» men Domini Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes; & non sint
» in Vobis Schismata: SITIS AVTEM PERFECTI in eodem sensu, &
» in eadem sententia. Nunciatum est enim mihi de vobis, Fratres
» mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt in vobis. Hoc
» autem dico, quia vnusquisque vestrûm dicit: Ego quidem sum
» PAVLI, ego autem APOLLO, ego vero CEPHÆ, ego autem CHRI-
» STI. Diuisus est Christus? Numquid PAVLVS crucifixus est pro
» vobis, aut in nomine PAVLI baptizati estis? Isti ergo si in hac ob-
» stinatione & peruersitate remanerent, certè quidem nati erant; nec
» tamen ad ipsam Ecclesiam de qua nati erant, PER PACIS ATQVE
» VNITATIS VINCVLVM pertinerent. ERGO IPSA GENERAT, ET
» PER VTERVM SVVM, ET PER VTEROS ANCILLARVM EX EIS-
» DEM SACRAMENTIS, TANQVAM EX VIRI SVI SEMINE. NON
1. Cor. 10. v 6. » ENIM FRVSTRA DICIT APOSTOLVS, OMNIA ILLA IN FIGVRA
» ESSE GESTA. Sed qui superbiunt & Legitimæ Matri non adiun-
Gen. 21. v. 10. & Gal. 4. v. 30. » guntur, SIMILES SVNT HISMAELI, de quo dictum est: EIICE AN-
» CILLAM ET FILIVM EIVS. Non enim heres erit filius Ancillæ
» CVM FILIO MEO ISAAC. QVI AVTEM PACIFICE DILIGVNT LE-
» GITIMAM PATRIS SVI CONIVGEM, cuius legitimo iure generati
Gen. 30. » sunt, SIMILES SVNT FILIIS IACOB, QVAMVIS DE ANCILLIS NA-
» TIS, SED TAMEN EAMDEM HEREDITATEM SVMENTIBVS. Qui
» autem de vtero IPSIVS MATRIS INTVS IN VNITATE NATI negli-
Gen. 25. » gunt gratiam quam acceperunt, similes sunt ESAV FILIO ISAAC,
Malach. 1. v. 2. Rom. 9. v. 13. » qui reprobatus est, Deo attestante, & dicente; Iacob dilexi, Esau
» autem odio habui; CVM AMBO EX VNO CONCVBITV CONCEPTI,
» EX VNO VTERO NATI SINT. Hæc Augustinus, qui paulo post:

Frustra ergo nobis dicunt, si Baptismum nostrum acceptatis, quid «1. COR. 13.
minus habemus vt nobis de vestra communione consulendum pu- «
tetis? Respondemus enim: NON BAPTISMVM VESTRVM ACCE- «
PTAMVS, quia non est Baptismus ille Hæreticorum vel Schismatico- «
rum, SED DEI ET ECCLESIÆ, VBICVMQVE FVERIT INVENTVS ET «
QVOCVMQVE TRANSLATVS. VESTRVM AVTEM NON EST NISI «
QVOD PRAVE SENTITIS, ET SACRILEGE AGITIS ET IMPIE SEPARA- «
MINI. Nam, SI CÆTERA OMNIA vera vel sentiatis, vel habeatis, & in «
eadem SEPARATIONE tamen duretis ADVERSVS VINCVLVM FRA- «
TERNÆ PACIS, ADVERSVS VNITATEM OMNIVM FRATRVM, QVI «
TOTO ORBE TERRARVM SICVT PROMISSI SVNT ITA EXHIBITI; «
QVORVM OMNIVM CAVSAS ET CORDA NVLLO MODO VNQVAM «
NOSSE AVT DISCVTERE POTVISTIS, VT MERITO DAMNARETIS, «
QVIA NON POSSVNT PROPTEREA REI ESSE, QVIA IVDICIBVS EC- «
CLESIASTICIS POTIVS QVAM LITIGATORIBVS CREDIDERVNT, HOC «
SOLVM MINVS HABETIS, QVOD MINVS HABET, QVI CHARITATEM «
NON HABET. Iam quid opus est vt nos retexamus? Vos ipsi in APO- «
STOLO inspicite, quantū sit, quod minus habetis. Quid autem interest, «
qui charitatem non habet, vtrùm foras auolet aliquo Vento Ten- «
tationis ablatus, an intus DE MESSE DOMINICA non recedat IN «
VLTIMA VENTILATIONE separandus? Et tamen, tales etiam, si iam «
Semel per Baptismum nati sunt, iterum eos nasci non oportet. Ec- «
clesia quippe OMNES per Baptismum parit, siue APVD SE, id est, «
ex vtero suo; siue EXTRA SE DE SEMINE VIRI SVI, SIVE DE SE, «
SIVE DE ANCILLA. Sed & Esau DE VXORE natus, PROPTER «Gen. 25.
FRATERNAM DISCORDIAM se paratus est à populo Dei. Et Aser «v. 23.
per VXORIS QVIDEM POTESTATEM, sed EX ANCILLA NATVS, «Gen. 30. v. 13.
PROPTER FRATERNAM CONCORDIAM Terram Repromissionis «
accepit. Vnde & Hismaëli vt SEPARARETVR A POPVLO DEI, «Gen. 16.
NON OBFVIT MATER ANCILLA, sed obfuit FRATERNA DIS- «v. 14.
CORDIA: Non profuit POTESTAS VXORIS, CVIVS MAGIS FILIVS «
ERAT, quia PER IPSIVS IVRA CONIVGALIA, ET IN ANCILLA «
SEMINATVS ERAT, ET EX ANCILLA SVSCEPTVS. Sicut apud istos «
ECCLESIÆ IVRE QVOD EST IN BAPTISMO, nascuntur quicum- «
que nascuntur: Sed SI CONCORDANT CVM FRATRIBVS, PER VNI- «
TATEM PACIS AD TERRAM VENIVNT REPROMISSIONIS, NON «
DE MATERNO VTERO RVRSVS EIICIENDI, SED. IN PATERNO «Gen. 16.
SEMINE AGNOSCENDI. Si autem in Discordia perseuerent, AD HI- «v. 23.
SMAELIS FVNICVLVM PERTINEBVNT. Prior autem fuit HISMAEL «
ET POSTEA ISAAC, & PRIOR ESAV, POSTERIOR AVTEM IACOB; «
non quia PRIOR PEPERIT Hæresis quàm Ecclesia, aut ECCLESIA «
IPSA PRIVS CARNALES, vel Animales, & postea Spiritales: sed «1. Cor. 15.
QVIA, in ipsa sorte mortalitatis nostræ, ex quo de Adam nascimur, «v. 15.
non est prius quod Spiritale, sed quod Animale, postea Spiritale. «1. Cor. 2.
EX IPSO AVTEM ANIMALI SENSV, QVIA HOMO ANIMALIS NON «v. 11.
PERCIPIT QVÆ SVNT SPIRITVS DEI, OMNES DISSENSIONES ET «

1.Cor.1. » SCHISMATA GENERANTVR: IN QVO SENSV PERSEVERANTES
» APOSTOLVS DICIT AD VETVS TESTAMENTVM PERTINERE: id
» eſt, AD TERRENORVM PROMISSORVM CVPIDITATEM: IN QVI-
1.Cor.2. v.14. » BVS QVIDEM SPIRITALIA FIGVRANTVR; SED ANIMALIS HOMO
» NON PERCIPIT EA QVÆ SVNT SPIRITVS DEI. Theologia ſanè
Auguſtiniana. Poſtmodum, vbi ſignificatum mihi innui ex parte
deuotæ ac Fidelis in Chriſto Chloës, coargui tacitè Corinthiorum
Paſtorum oſcitantiam, qui me DE MATRIMONIO, vt infra videbitur, conſulerent; DE SCHISMATE autem quod non modò ex animorum diſſenſionibus, ſed etiam ex contentionibus verborum plerumque naſcitur, iamque inter Corinthios quadamtenus ortum
» eſſet, ne verbum quidem feciſſent. Poſtremo (quod libro De Vni-
» co Baptiſmo obſeruat Auguſtinus) Temporibus Apoſtolorum qui
» dicebant: Ego quidem ſum PAVLI; Ego autem APOLLO; ego au-
» tem CEPHÆ, QVAMVIS NON PER IMPIORVM SED SANCTORVM,
» inquit, NOMINA, IPSI TAMEN IMPIA SCHISMATA FACIEBANT.
Hinc perpetuum ac ſolemne illud Auguſtini noſtri De Schiſmaticis contra Donatiſtas Apoſtolicum Argumentum, demonſtrantis, eos qui certarum perſonarum in Fide Sectantur nomina, vt ſe vel Arianos, vel Manichæos, vel Donatiſtas, vel Pelagianos dicerent, aut tales haberi ac nominari paterentur, aut certè tametſi ad depellendam inuidiam renuentes, meritò poſſent; dogmatum quoque Sectas ab Vnitate Eccleſiæ, quæ CATHOLICA eſt, alienas ſectari, ſuiſque, vel ſolis, nominibus hinc planè conuinci. Et omnium certè Veterum vt vna ſententia, ita vna vox: quæ multo antè ad
» Conſtantinum ore Lactantij, in fine libri quarti prolata eſt: Cùm
» enim Phryges, aut Nouatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut
» Anthropiani, aut Ariani, ſeu quilibet alij, nominantur, CHRISTIA-
» NI ESSE DESIERVNT, QVI CHRISTI NOMINE AMISSO, HVMANA
» ET EXTERNA VOCABVLA INDVERVNT. Atque adeo ego confeſtim addidi: Ne quis dicat, quòd in nomine meo baptizati eſtis:
» Græcè; Quòd IN NOMEN MEVM baptizaui: Ἵνα μή τις εἴπῃ ΟΤΙ ΕΙΣ ΤΟ ΕΜΟΝ ΟΝΟΜΑ ἐβάπτισα. id eſt, ne quis me calumnietur, & dicat, quòd vos baptizando transſcripſerim in nomen meum; ac de me PAVLIANOS vocari voluerim. At quorſum, inquies, Gratias agis Deo quòd neminem Corinthiorum Baptizaris niſi Criſpum & Caium, ne qui dicantur in nomine Pauli Baptizati? Rem omnem Theologicam pleniùs explicat ſubtiliter ſapienterque admodum Auguſtinus libro ſuo aureo DE VNITATE ECCLESIÆ, his verbis:
» Depoſita quippe ANIMOSITATE CONTRADICENDI, QVA TV-
» MENT OMNES QVI VERITATE DEI VINCI NOLVNT, ET SVA
» PERVERSITATE VINCVNTVR, FACILE POTESTIS INTELLIGERE,
» ET IN BONIS ESSE ET IN MALIS SACRAMENTA DIVINA, SED
» IN ILLIS AD SALVTEM, IN MALIS AD DAMNATIONEM. Et cum
» tantum diſtet inter eos, qui hæc DIGNE INDIGNEQVE tractaue-
» rint, IPSA TAMEN EADEM SVNT, ILLIS AD PRÆMIVM VALENTIA,

ISTIS

ISTIS AD IVDICIVM. Quapropter quando plures quàm Ioannes « I. COR. I.
Dominus baptizabat, ſicut in Euangelio ſcriptum eſt, vbi ſubiecit «
Euangeliſta: Quamuis ipſe non baptizabat, ſed Diſcipuli eius; CVM « Ioan.4.v.2.
TANTVM DISTARET INTER PETRVM ET IVDAM, NIHIL TAMEN «
DISTABAT INTER BAPTISMVM, QVI DABATVR PER PETRVM, «
ET QVI DABATVR PER IVDAM. Illud enim quod per eos dabatur, «
VNVM ERAT, CVM IPSI NON ESSENT VNVM. Et illud Chriſti «
erat; ILLORVM AVTEM, VNVS AD MEMBRA CHRISTI; ALTER «
AD PARTEM DIABOLI PERTINEBAT. Cùm verò Ioannes Baptiſta, «
& PAVLVS APOSTOLVS Vnum eſſent, quia VTERQVE SPONSI «
AMICVS ERAT, tamen quia NON ERAT VNVS Baptiſmus qui da- «
batur à Ioanne, & qui dabatur à PAVLO, iuſſit PAVLVS Chriſti Ba- «
ptiſmo baptizari eos qui Baptiſmo Ioannis fuerant baptizati. Ita- «
que ille Baptiſmus IOANNIS DICTVS EST, qui autem per PAVLVM «
datus eſt, NON EST DICTVS BAPTISMVS PAVLI, SED IVSSIT EOS, « Act.10.v.48.
INQVIT, BAPTIZARI IN CHRISTO. ECCE VNVM SVNT IOANNES «
ET PAVLVS, ET NON VNVM DANT. ECCE NON VNVM SVNT PE- «
TRVS ET IVDAS, ET VNVM DANT. AT VERO PETRVS ET PAV- «
LVS ET VNVM SVNT, ET VNVM DANT. ABRAHAM ET CORNE- «
LIVS EX FIDE IVSTIFICATI, VNVM SVNT, ET NON VNVM SA- «
CRAMENTVM ACCEPERVNT. Denique CORNELIVS ET SIMON MA- «
GVS non ſunt Vnum, ET VNVM SACRAMENTVM ACCEPERVNT. «
AT VERO CORNELIVS ET ILLE SPADO, QVEM PHILIPPVS IN « Act.8.v.38.
ITINERE BAPTIZAVIT, ET VNVM SVNT, ET VNVM SACRA- «
MENTVM ACCEPERVNT. Cùm ergo VNVM EST SACRAMENTVM «
NEC DIVERSI DATORES, NEC DIVERSI RECEPTORES FACIVNT «
VT NON SIT VNVM, QVOD VNVM EST. Iſti autem cùm volunt «
HOMINVM ESSE QVOD CHRISTI EST, res falſiſſimas & abſurdiſſi- «
mas perſuadere conantur, vt PROPE TOT SINT BAPTISMI, QVOT «
HOMINES, PER QVOS DANTVR. Itaque illud quod Dominus ait, «
DE HOMINE, ET OPERE HOMINIS: Arbor Bona bonos fructus fa- « Matth.7.v.
cit, Arbor Mala, fructus malos facit, iſti ad hoc detorquere conan- «
tur, vt à bono baptizatus, bonus ſit, & à malo baptizatus, ma- «
lus ſit. Vnde ſequitur eos, etiamſi nolint, vt à meliore baptizatus, «
melior ſit, & AB INFERIORE baptizatus, inferior ſit. Ex quo fit, vt «
illi, quos ante Domini Paſſionem, non ipſe Ieſus baptizabat, ſed «
Diſcipuli eius, multo Sanctiùs naſcerentur, ſi ab ipſo baptizaren- «
tur. Quis enim vel cogitare poſſit, quantum intereſt inter ipſum, «
& diſcipulos eius, à quibus baptizabantur? Ergo inuidit eis San- «
ctiorem Generationem, quos à diſcipulis ſuis, ſeſe huic conſtituto, ma- «
luit baptizari? Quod vtique quiſquis credit inſanus eſt. Quid ergo «
Dominus eo ipſo demonſtrare dignatus eſt, niſi ſuum eſſe, quod «
daretur, per quemlibet daretur, & ſe baptizare; de quo AMICVS «
ille SPONSI dixerat; Hic eſt, qui baptizat, per cuiuſlibet manus Mi- « Ioan.1.v.33.
niſtri baptizaretur qui crediſſet in eum? DICIT ETIAM PAVLVS, «
GRATIAS DEO, QVOD NEMINEM VESTRVM BAPTIZAVI, NISI « 1.Cor.1.v.14.

Hhh

1.COR.1.» CRISPVM ET GAIVM, NE QVIS DICAT, QVOD IN NOMINE
» MEO BAPTIZAVI. ET ISTE ERGO CREDATVR INVIDISSE HOMI-
» NIBVS MELIOREM SANCTIFICATIONEM, SI QVANTO MELIOR
» ERAT, TANTO MELIVS POTERANT BAPTIZARI QVI AB ILLO
» BAPTIZARENTVR: IMMO VERO AD HOC IPSVM VIGILAVIT CAV-
» TISSIMI ET FIDELISSIMI DISPENSATORIS INTENTIO, NE QVIS-
» QVAM IDEO SANCTIVS SE BAPTIZATVM PVTARET, QVOD A
» MINISTRO SANCTIORE BAPTIZARETVR; ET QVOD DOMINI
» ERAT, SERVO TRIBVERET. Quod verò non primo ſed tertio lo-
co PETRVM nominaui, non idcirco Primatus eius prærogatiuam non agnouiſſe; quomodo nec Chriſti, quem vltimum poſui, maieſtatem minuiſſe putandus ſum. Siquidem gradatim, ſiue ordine retrogrado, ab imis ad ſumma, aſcendi ad maiores, tum hîc, tum rurſus in fine capitis tertij, meipſum, vt in re odioſa primum nominans, id eſt, reuera infimo ponens loco; Chriſtum ſupremo, & Chriſto proximum Petrum: id quod diligenter ab Expoſitoribus Græcis adnotatum fuit. Itaque hic Enumerationis ordo ad ſtabiliendum quàm ad labefactandum Petri Principatum magis profectò valet. Nam quòd etiam Apollo, iuxta hunc dicendi docendique ordinem, mihi præpoſui, Epiſcopalis modeſtiæ exemplo confirmandæ fuit. Is
Act.18.v.24. verò eſt qui à me duodeuigeſimo Actuum quondam conuerſus eſt, alter poſthac Corinthi Apoſtolus me certè VERBO, ſiue SERMONE,
1.Cor.1.v.5. id eſt, Eloquentiæ Dono (de quo præ cæteris Corinthios, & primâ,
2.Cor.8.v.7. & alterâ Epiſtolâ, laudaui) ſuperans, adeo vt nonnulli, eloquentia capti, hominis Eloquentiam efferentes, Magiſtrum ſuum Apollo iactarent, Paulumque eius comparatione deprimerent. Horren-
Ioan.19.v.36. dum ac deteſtandum Schiſma, quod Chriſtum indiuiſum, atque vnum diuidit; oſque, quod in Paſſione paſſus non eſt, comminuit
» ex eo. EGO AVTEM CHRISTI: Vox quidem Vnitatis non Schiſmatis, cùm Chriſtus omnium caput ſit: attamen & Schiſmatis ſtudiis hoc loco (quid non mortalia pectora cogit?) Chriſtum vel caput vnius factionis ſtatuentium, vel ab ea quam illi Deus æternùm coniunxit, Sponſa Eccleſia ſua, Acephalorum in morem, ſeparantium, Schiſmatica viſa eſt. Tantus eſt, REX IACOBE, in Schiſmate
Matt.7.v.21. dolus, vt quemadmodum non omnis qui dicet, DOMINE DOMINE, intrabit; ita nec dicens, EGO AVTEM CHRISTI, facilè, ac ſine examine admittendus eſt. Non enim habebit Chriſtum Auctorem qui non habebit Eccleſiam Ducem. Ex Syra verò & Arabica Interpretatione liquet, non reprehendi eos ſimpliciter qui vnius Chriſti ſe eſſe dicerent, ſed qui Chriſtum ita profitebantur, vt nec Paulum, nec Apollo, nec Cepham, id eſt, nullos (vt nunc contendunt Hæretici atque Schiſmatici) tanquam Miniſtros Chriſti & Diſpéſatores Myſteriorum Dei legitimos ac ordinarios agnoſcerent. Nec enim minùs peccat, qui eos quos Chriſtus miſit, non audit, quàm qui eos qui non miſſi ſunt, nec ſuæ ab Eccleſia teſtimonium Miſſionis habent, re-
» cipit & admittit. Itaque continuò addidi: DIVISVS EST CHRISTVS?

siue, NVM DISPERTITVS EST CHRISTVS? Plana etenim sententia est, I. COR. I.
non posse vel aliquos Christi Ministros nullo loco haberi, vel Christũ
suis Ministris opponi, quin Schismate veluti discerpatur Christus.
SECVNDO; DE INFANTIBVS EX APOSTOLICA TRADITIONE BA-
BTIZANDIS, siue DE BAPTISMO PARVVLORVM: Baptizaui autem « v.16.
& Stephanæ DOMVM: Ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφανᾶ OIKON. Cùm enim «
Familiæ nomine, etiam pueri & infantes comprehendantur, argu-
mento valde probabili in vim Traditionis, colligunt ex hoc loco
Scriptores Catholici simul, & ex Actuum decimo sexto, vbi Custos Act.16.v.33.
carceris, cum omni domo sua baptizatus legitur, etiam Infantes ba-
ptizatos fuisse; & proinde rectè eos, Ecclesiæ Catholicæ more atque
Traditione, baptizari, vt Christo incorporentur: cùm profectò ne-
gari nequeat eos Salutis, quæ in Christo est, id est, Redemptionis
ac Hereditatis esse capaces. Atque hæc obiter De Primitiis Achaïæ.
De cæteris verò quæ ad Materiam De Peccatorum Meritis & Remis-
sione spectant, vide diligentissimum Scriptorem atque Interpretem
meum Augustinum: apud quem, libro quarto De Baptismo Con-
tra Donatistas, illud prope diuinum oraculum audias, cùm De Ba-
ptismo ageret Paruulorum: QVOD VNIVERSA TENET ECCLESIA, «
NEC CONCILIIS INSTITVTVM, SED SEMPER RETENTVM EST, NON «
NISI AVCTORITATE APOSTOLICA TRADITVM, RECTISSIME CRE- «
DITVR. dignum Augustino: qui sequente quoque libro, nempe eius- «
dem Operis quinto, cùm sibi obiicerentur illa Cypriani verba, APO-
STOLI AVTEM NIHIL QVIDEM EXINDE PRÆCEPERVNT, scilicet
ne Hæretici rebaptizarentur: Respondet; SED CONSVETVDO IL- «
LA, QVÆ OPPONEBATVR CYPRIANO, AB EORVM TRADITIONE «
EXORDIVM SVMPSISSE CREDENDÀ EST: SICVT SVNT MVLTA, «
QVÆ VNIVERSA TENET ECCLESIA, ET OB HOC AB APOSTO- «
LIS PRÆCEPTA BENE CREDVNTVR, QVANQVAM SCRIPTA NON «
REPERIANTVR. Et libro primo contra Cresconium Grammaticum: «
Ab Hæreticis ergo venientem probare in SCRIPTVRIS CANONICIS «
denuo baptizandum: NAM ET NOS PROFERIMVS PETRO DICTVM: «
QVI LOTVS EST SEMEL, NON OPVS HABET ITERVM LAVARI. Sed « Ioan.13.v.10
etiam vos DICITIS, PETRVS NON FVERAT APVD HÆRETICOS «
BAPTIZATVS. Proinde quia nec vos potestis proferre de Scripturis, «
QVARVM NOBIS COMMVNIS EST AVCTORITAS, AB HÆRETICIS «
VENIENTEM DENVO BAPTIZATVM, NEC NOS ITA SVSCEPTVM, «
QVANTVM AD HANC REM ADTINET, PAR NOBIS CAVSA EST. Et «
paulo post idem Augustinus: Proinde, quamuis huius rei certè de «
SCRIPTVRIS CANONICIS non proferatur exemplum, EARVMDEM «
TAMEN SCRIPTVRARVM ETIAM IN HAC RE A NOBIS TENETVR «
VERITAS, CVM HOC FACIMVS, QVOD VNIVERSÆ IAM PLACVIT «
ECCLESIÆ, QVAM IPSARVM SCRIPTVRARVM COMMENDAT AV- «
CTORITAS. VT QVONIAM SANCTA SCRIPTVRA FALLERE NON PO- «
TEST, QVISQVIS FALLI METVIT, HVIVS OBSCVRITATE QVÆSTIO- «
NIS, EAMDEM ECCLESIAM DE ILLA CONSVLAT, QVAM SINE VLLA «

I.COR.I. » AMBIGVITATE SANCTA SCRIPTVRA DEMONSTRAT. Si autem
» dubiras quòd Ecclesiam, quæ PER OMNES GENTES NVMEROSI-
» TATE COPIOSISSIMA DILATATVR, hæc sancta Scriptura com-
» mendar (neque enim, si non dubirares, adhuc esses in Parre Do-
» nati,) MVLTIS ET MANIFESTISSIMIS TESTIMONIIS EX EADEM
» AVCTORITATE PROLATIS, ONERABO, vt ex ruis concessionibus,
» si nimiùm peruicax esse nolueris, ad hoc etiam perducaris; cùm
» priùs ostendero, etiam Epistolæ meæ, cui respondere à contrario
» voluisti, nihil te quod ad veritatem pertineat, respondere potuisse.

TERTIO; DE CHRISTIANORVM IVSTITIA VERA, AC INHÆ-
» RENTE: Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu qui factus est no-
» bis SAPIENTIA A DEO, & IVSTITIA, & SANCTIFICATIO, &
» REDEMPTIO: Ἐξ' αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν ΣΟΦΙΑ, ἀπὸ Θεοῦ, ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ τε, καὶ ΑΓΙΑΣΜΟΣ, καὶ ΑΠΟΛΥΤΡΩΣΙΣ. Quo igirur pacto Christus vestra est SAPIENTIA, Σοφία, secundùm naturam adsumptam, ob Repararionis modum sanandæ nostræ miseriæ, (vt libro decimo rertio de Trinitate loquirur ac testarur Augustinus) conuenientissimum, videlicet quo se obtulir, siue quo oblatus est, quia voluir: quo eriam pacto REDEMPTIO, siue Ἀπολύτρωσις, SOLVTIONE PRETII, NON TRANSLATIONE DOMINII: eodem prorsus Vestra IVSTITIA, Δικαιοσύνη, vestra SANCTIFICATIO, Ἁγιασμὸς, Dono Christianæ Iustitiæ, Sanctificationis ac Iustificationis Grariâ; non Iustiriæ ac Sanctiratis suæ mera Imputatione. Ita enim sua nostra esse voluit, vt nostrûm vnicuique quod suum est, apud se habere posse rribueret. Sicut enim Christus ideo nobis Sanctificario & Redemptio factus est, quia per Crucem eius sanctificati & redempti sumus: sic vtique factus est nobis Iustitia, quia per Crucem eius iustificati sumus; non quia Iustitia eius vel Diuina vel Humana nobis imputatur. Qua ratione alibi PAX nostra, eodem sensu causali dicirur, quia Pacem nobis suo merito

Eph.2.v.14. conciliauit, Ephesiorum secundo. Hactenus de loco illo Corinthiorum valde notando, vrpote maximè Theologico, in quo tanquam ad Quatuor Præcipua Capita, vniuersa Christi Beneficia reuocantur: nempe Sapienriam, in Administrando; Iustitiam, in Dirigendo; Sanctificationem, in Perficiendo; Redemptionem, in Liberan-
» do à Malo, ac Dando Bonum Saluris. Vt quemadmodum Scriptum

1.Cor.1.v. vlt. » est, QVI GLORIATVR, IN DOMINO GLORIETVR. Quæ sane mea tria hæc verba, quemadmodum SCRIPTVM EST, ad Totius Scripturæ sacræ sensum & ingenium referri debent: cùm nullus propriè singularis locus Scripturæ sir his verbis designandus, nisi forsiran existimetur ille Prophericus Ieremiæ nono, similis quidem, sed non

Ierem.9. v.23. » omnino idem: Non glorietur SAPIENS in Sapientia sua; & non
» glorietur FORTIS in fortitudine sua; & non glorietur DIVES in
» diuitiis suis: sed IN HOC GLORIETVR, QVI GLORIAVTR, scire
» & nosse me. Similis sanè, vt dixi, sed non planè idem. Vniuersæ ergo Scripturæ quasi genius, is monstratur esse; videlicet GLORIA

DEI EX HVMILITATE HOMINIS. Nam, vt non minùs verè quàm I. COR. I.
ſanctè philoſophatur Auguſtinus, in Enchiridio; ALTISSIMO AC SALVBERRIMO SACRAMENTO vniuerſa facies, atque (vt ita dixerim) VVLTVS SANCTARVM SCRIPTVRARVM bene intuentes id admonere inuenitur, VT QVI GLORIATVR, IN DOMINO GLORIETVR. Deinde libro De Prædeſtinatione Sanctorum, inter alia refert ac repetit, Beatum Cyprianum dixiſſe, ac pro titulo poſuiſſe, IN NVLLO GLORIANDVM, QVANDO NOSTRVM NIHIL SIT. Locus Cypriani eſt ex libro tertio Teſtimoniorum ad Quirinum, capite quarto, quem iterum inculcat libro quarto Contra Duas Epiſtolas Pelagianorum, Auguſtinus. Locum tamen Libero relinqui Arbitrio planum eſt, dum ſimul & Gloriari concedit, & non niſi in Domino Gloriandum admonet noſter hic Apoſtolicus locus. Vt eò redeat Gloria vnde & Gratia venit, ſine qua nec agere nec eſſe in Ordine ſupernaturali Gratiæ poſſumus; cum qua ac per quam tamen & Eſſe & Agere non DEFICIENTER, ſed POTENTER, poſſumus, vt alicubi contra Fauſtum, de eo quod dicitur, Omnipotẽs Deus non poſſe, Auguſtinus elegãter dixit: quem vtinam imitarentur illi qui quandoque parum reuerenter in nonnullis Scholis Deum quidpiam per Omnipotentiam ſuam non poſſe, ſimpliciter & ſuperbè iactanterque affirmant; vnde piæ aures læduntur, & exſpectare horrent quamuis explicationem ſequentem, vti alibi dictum eſt. Porrò qui in Deo gloriatur, hoc ipſo ſeſe humiliat, quo Deum eſſe boni ſui datorem agnoſcit, proindeque nec ſe inſolenter ſupra alios efferet. QVARTO; DONA DEI VERA, NON VMBRATICA, NON IMPVTATIVA: Nos autem non SPIRITVM HVIVS MVNDI accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, VT SCIAMVS QVÆ A DEO DONATA SVNT NOBIS: Ἡμεῖς δὲ, οὐ τὸ ΠΝΕΥΜΑ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ΙΝΑ ΕΙΔΩΜΕΝ ΤΑ ΥΠΟ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΧΑΡΙΣΘΕΝΤΑ ΗΜΙΝ. (I. COR. II. v. 12.) Quàm imperitè & ineptè ex his verbis Sectarij colligunt, vnumquemque Fidelium ſcire & infallibiliter certum eſſe ſe habere Dona Dei, Iuſtitiam, Charitatem, Remiſſionem peccatorum! Nam primùm non de omnibus Fidelibus loquebar, ſed de Apoſtolis: Deinde nec de omnibus ac ſingulis Dei Donis quæ vnicuique inſunt, ſed Myſteriis arcano diuinæ ſapientiæ conſilio præparatis & exhibitis atque exhibendis Societati Electorum in genere. Quocirca optimè aduersùs Pelagianos, Homiliâ decimaquartâ libri Quinquaginta Homiliarum, hunc locum Auguſtinus intorquet, quippe qui ignorent ea quæ à Deo donata ſunt nobis, vt Fidem, Spem, Charitatem, Iuſtitiam, Bona ex Deo Opera; dum ea non Gratiæ Dei, ſed ſui Arbitrij viribus, adſcribunt. peiores certè his noſtræ ætatis Hæretici, neſcientes quæ à Deo donata ſunt nobis. Nam ſi ſcirent, non pro Vera Iuſtitia, quam Deus per Filium ſuum nobis donauit, Imputatiuam Simulatamve ſupponerent: nec pro rebus pretioſiſſi-

1.COR. II. mis, quas ſub velamine Sacramentorum Deus ſuæ donauit Eccleſiæ, nuda rerum Symbola nobis obtrudere conarentur. QVINTO; VARIOS ESSE IVSTIFICATIONIS GRADVS, AC PER CONSEQVENS PLENAM IVSTIFICATIONEM NON PER IMPVTATIONEM, SED PER INHÆRENTIAM,
v. 15. » ESSE: Spiritualis autem IVDICAT omnia, & ipſe A NEMI-
» NE IVDICATVR: Ὁ δὲ Πνευματικὸς ΑΝΑΚΡΙΝΕΙ μὲν Πάντα, αὐτὸς δὲ ΥΠ' ΟΥΔΕΝΟΣ ΑΝΑΚΡΙΝΕΤΑΙ. Hæc Theologica noſtra Hominis in ANIMALEM, Ψυχικὸν, & SPIRITVALEM, Πνευματικὸν, Diuiſio, Chriſtianè viuentium duo genera cùm faciat, IMPERFECTORVM ſcilicet ac PERFECTORVM, mirum foret Nouatorum dogmate confundi, ni Nouitatis eſſet aſſecla Confuſio. Ex hoc enim verſiculo cùm colligere deberent Iuſtificationis ſententiam contrariam ſuæ omnibus omnia coæquantis, è contrà colligunt penes vnumquemque Fidelem eſſe de Controuerſiis Religionis Iudicandi Poteſtatem. Quaſi verò non ſint inter Fideles etiam Bonos, multi Animales, quibus Lacte non Cibo opus ſit, ac proinde ad iudicandum de SPIRITVALIBVS inepti, quæ Chriſtus Dominus Ioan-
Ioan. 3. v. 12. » nis tertio CÆLESTIA vocauit: cùm ait: Si TERRENA
» dixi vobis, & non creditis; Quomodo ſi dixero vobis CÆLE-
» TIA, credetis? Cæleſtia verò, ſiue Spiritualia, verbi gratiâ ſunt cuiuſmodi tradidi Romanis, Epheſiis, Coloſſenſibus, DE DIVINA ELECTIONE AC REPROBATIONE, DEQVE VOCATIONE GENTIVM, ET ABIECTIONE IVDÆORVM, FINALIQVE EORVM CONVERSIONE; Theſſalonicenſibus DE ANTICHRITO; Hebræis, DE SACERDOTIO CHRISTI, quæque in hac Epiſtola, DE STATV AC MODO RESVRRECTIONIS. Hæc enim vel non ſtatim tradebantur RVDIBVS, vel ſummariè tantùm: reſeruabantur autem tradenda, vel pleniùs ac profundiùs explicanda, iis qui iam eſſent in Chriſto prouectiores. Huc etiam referri poſſunt quorumdam Articulorum Fidei Tropologicæ ſignificationes; vt Paſſionis, Crucifixionis, Mortis, Sepulturæ, Reſurrectionis & Aſcenſionis Dominicæ; quas & Frater noſter Petrus & ego in Epiſtolis ad Vitæ Chriſtianæ exhortationem opportunis locis admiſcemus. At Spirituale maximè illud eſt: quod idcirco ferè ſemper SAPIENTIAM nominaui, Arcanum videlicet Dei Conſilium, quo voluit per Opprobrium Crucis & Humilitatem Prædicationis, confundere Sapientiam Humanam, & Diaboli Tyrannidem deſtruere, quod-
Rom. 16. v. 25. quidem MYSTERIVM TACITVM, Μυστήριον Σεσιγημένον, & MYSTERIVM ABSCONDITVM, Μυστήριον Ἀποκεκρυμμένον, appello. Et hæc eſt Sapientia quam necdum Petrus ſortitus erat, cùm Chriſto Paſſionem ſuam prædicenti, prædicantique myſterium Paſſionis,

dixit, Absit à te Domine, non erit tibi hoc: audiuitque Spiritua- « I. COR. II.
le Spiritualis Magistri responsum; Non sapis ea quæ Dei sunt, sed « Matth. 16. v. 22.
ea quæ hominum. Sapientia enim, quam in Epistolis meis inesse «
summam datam à Deo Frater noster Petrus scripsit, propriè de re- 2. Petr. 3. v. 15.
bus altioribus & à communi notitia hominum alienis cùm sit, non
quæcumque doctrina De Deo & Christo intelligenda est, sed ea
quæ secretiora & altiora nostræ Religionis mysteria continet, ma-
ximéque illa quæ circa Redemptionis Sacramentum versantur.
Exempli causâ: Credendum omnibus proponitur, Christum
mortuum esse, vt nos è potestate Diaboli eriperet. Perfectis au-
tem dicitur, quo iure totum humanum genus in Diaboli pote-
statem redactum fuerit: ac rursus quo iure atque æquitate per
Christi mortem fuerit inde ereptum. Quod à Sancto Leone San-
ctisque reliquis Patribus subtiliter ac distinctè traditur atque ex-
ponitur: nec tamen ab Animalibus ac Paruulis TERRENO-
RVM adhuc duntaxat capacibus, capitur; sed à Spirituali-
bus atque Perfectis siue CÆLESTIVM auditoribus idoneis.
Vnde quantò quisque Sapientior est, tantò plura horum myste-
riorum nouit: & quò quisque Perfectior, eò magis horum in-
telligendorum tanquam Mysticæ Theologiæ, ARCANÆQVE
cuiusdam SECVNDVM Sanctos ÆGYPTIOS, SAPIEN-
TIÆ, est idoneus & capax. Vnde Theologus ille verè Mysticus,
Augustinus, libro De Vera Religione, DE SPIRITVALI
dicit: OMNIA IVDICAT QVIA SVPER OMNIA «
EST, QVANDO CVM DEO EST: CVM ILLO AV- «
TEM EST, QVANDO PVRISSIME INTELLIGIT, «
ET TOTA CHARITATE QVOD INTELLIGIT, «
DILIGIT. Eorum autem explicatio ad SERMONEM SA- «
PIENTIÆ pertinet: quod primum inter Charismata quæ ad
aliorum dantur vtilitatem, huius Epistolæ capite duodecimo à 1. Cor. 12. v. 8.
me positum est. His tanquam præmissis peccare in eo potis-
simum Nouatores vides, quòd ita ex hoc loco arguant, ac si
sermo esset DE IVDICIO POTESTATIS, non DE « c. 10. v. 15.
IVDICIO DISCRETIONIS, de quo infra capite de- «
cimo dixi: VT PRVDENTIBVS LOQVOR: vos « c. 11. v. 13.
IPSI IVDICATE QVOD DICO. Ac postea «
capite vndecimo: VOS IPSI IVDICATE: Decet «
mulierem non velatam orare Deum? nec ipsa NATVRA «
docet vos. Denique capite decimoquarto: Prophetæ autem Duo « c. 14. v. 29.
aut Tres dicant, & cæteri DIIVDICENT, id est, dis- «
cernant. Cùm enim Spiritualem IVDICARE omnia pro-
tuli, Græco verbo Ἀνακρίνειν, vsus sum, quod quidem DISCRE-
TIONEM potiùs quàm IVDICIVM significat. Ἀνακρίνειν enim,
vel Διακρίνειν, non IVDICARE, propriè, sed DIIVDICARE est.
Quare idem sonat ac si diceres, SPIRITVALIS AVTEM DI-

1.COR.II.» IVDICAT OMNIA, quemadmodum in quarrum Epistolæ nostræ ad Galatas Hieronymus legit. Diiudicare autem idem valet ac » Discernere, sicut habuit Hugonis Codex, OMNIA DISCERNIT. Animalis verò non sic, cuius triplex in Apostolica Theologia acceptio est. Primum enim propter Animam Viuentem, qualis erat à sua creatione Primus Homo, videlicet ad vitæ sustentationem alimentis indigens: de quo in hac eadem Epistola, ca-

1. Cor.15. v.46. » pire decimoquinto: Sed non priùs quod SPIRITVALE est, sed » quod ANIMALE. Secundum, propter Desideria Carnis, quæ sunt secundùm Animam Sensitiuam. Quo sensu Iudas, non ille

Ep. Iud. v.19. » Iscariotes, in sua CATHOLICA, quosdam vocat ANIMALES, » SPIRITVM NON HABENTES. Quò etiam pertinet, quòd IA-

Iacob.3. v.15. COBVS suæ Epistolæ capite tertio, Sapientiam quæ non est De sursum, ANIMALEM nuncupat. Hinc Tertullianus, Hæreseos metamorphosi in Montanistam malè conuersus, CATHOLICOS appellabat Græco vocabulò, PSYCHICOS, id est, ANIMALES: tanquam Sensibus & Carni deditos; quòd nec Montani intempestiua quædam Ieiunia probarent, nec Secundas cum illo Nuptias damnarent. Tertium dicitur ANIMALE, propter Imbecillitatem Mentis. Sic enim hoc loco ANIMALIS is dictus est, qui etsi iam credat in Christum & iustificatus sit, tamen, præ mentis imbecillitate, altiora Fidei mysteria non sapit, & quia non capit, necdum recipit, sed nec recipere potest, quòd ægrè supra ea quæ sensibus percipiuntur, adsurgat. Vnde Pastor ille Bonus, Diuus Gregorius, sancto quodam vigore disciplinæ succenset, Moralium suorum libros, Populo audiente, in Synaxi prælegendos dari Episcopo Mariniano, ac rationem reddit, Epistolâ vigesimâ secundâ ad Ioan- » nem Subdiaconum Rauennatem, libro decimo: Illud autem quod » ad me quorumdam relatione perlatum est, quia Reuerendissimus » Frater & Coëpiscopus meus Marinianus, legi COMMENTA Bea- » ti Iob PVBLICE AD VIGILIAS faciat, non gratè suscepi: » QVIA NON EST ILLVD OPVS POPVLARE, ET RVDI- » BVS AVDITORIBVS IMPEDIMENTVM MAGIS QVAM » PROVECTVM GENERAT. Sed dic ei vt COMMENTA Psal- » morum LEGI AD VIGILIAS faciat, quæ mentes Sæcularium » ad bonos mores præcipuè informant. In meis igitur Epistolis sunt iidem, ANIMALES, CARNALES, PARVVLI IN CHRISTO, LACTE NVTRIENDI, IMBECILLES AD AVDIENDVM; quales erant Discipuli ante acceptum Spiritum Sanctum,

Io.16.v.12. cùm nondum possent portare MAIORA; quemadmodum ex aduerso iidem sunt, SPIRITVALES, PERFECTI, MAGISTRI, SOLIDI CIBI CAPACES, SENSVM EXERCITATVM HABENTES AD DISCRETIONEM BONI ET MA-

1.Cor.v.31. LI. Propter hanc eximiam Charitatem qua Paruulos in Christo lacte nutriui, ex mea ceruice, quando morte glorificaui Deum, pro sanguine

lac manasse testatur, Sermone vndecimo De Sanctis, per Annum, I.COR. II.
Ambrosius: cuius rei quoque postea Chrysostomus, Sermone in Principes Apostolorum meminit. Ergo secundùm me constat non omnes Animales, Impios esse aut Iniustos; vt nec omnes Iustos, Spirituales. Quapropter Augustinus, libro primo De Baptismo Contra Donatistas, quosdam Animales dicit ad Nouum Testamentum pertinere: eosdemque, si priusquam Spirituales fiant, ex hac vita rapiantur, in terra viuentium computari; idque significari putat illo versu Psalmi duodequadragesimi supra centesimum: IMPERFECTVM « Ps.138.v.16.
MEVM viderunt oculi tui; & IN LIBRO TVO OMNES SCRIBENTVR. «
Idem in eamdem prorsus sententiam, de Animalibus, sub nomine Carnalium, scribit, Concione tertia Enarrationis in Psalmum centesimum tertium. Similia reperies apud eumdem Epistolâ quinquagesimâ septimâ ad Dardanum, Quæstione secunda; & Epistolâ centesimâ quinquagesimâ ad Elpidium. Idem libro De Vera Religione, Tractatu nonagesimo octauo, super Ioannem; libro De Blasphemia Spiritus-Sancti, qui est Sermo vndecimus De verbis Domini; libro sexto contra Iulianum; ac denique libro secundo Retractationum, capite vigesimo septimo, videlicet corrigens quod alicubi diuersum dixisse visus fuerat. In Theologicis ergo idem SPIRITVALIS est, qui in Moralibus, VIR BONVS: de quo libri tertij Ethicorum capite sexto Philosophus dicebat: Nam & verè DE SINGVLIS «
REBVS IVDICAT VIR BONVS, & ei statim quod in quaque re veri «
est, elucet. Ex vnoquoque enim habitu propria sibi quisque ho- «
nesta & iucunda fingit. Atque eo ipso fortasse longè præstat reli- «
quis VIR BONVS, quod singulis in rebus verum perspicit, quasi ea- «
rum REGVLA sit ac MENSVRA: Ο ΣΠΟΥΔΑΙΟΣ γὰρ ΕΚΑΣΤΑ ΚΡΙ- «
ΝΕΙ ὀρθῶς, καὶ ἐν ἑκάστοις τἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται. καθ' ἑκάστην γὰρ ἕξιν, ἴδιά ἐστι καὶ καλὰ, καὶ ἡδέα. καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως Ο ΣΠΟΥΔΑΙΟΣ, τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ ΚΑΝΩΝ καὶ ΜΕΤΡΟΝ αὐτῶν ὤν. Vnde Confessarius (qui Pater Spiritualis,) apud Græcos simpliciter atque absolutè, Πνευματικὸς, SPIRITVALIS, dicitur. Hinc de Ioannis Palæologi ingredientis Ferrariam Imperatorio comitatu, in Actis Concilij Florentini dicitur: Comitabantur enim illum multi Optimates, «
& Metropolitæ & Episcopi Pontificis, & ipse Marchio, Vrbis Do- «
minus, necnon & Imperatoris Sacerdotes, eiusque SPIRITVALIS «
PATER Magnus PROTOSIGILLVS, DOMNVS Gregorius, aliique, nu- «
mero ferè ducenti, cum tubis & omni Musico organo: Ἦσαν γὰρ μετ' «
αὐτοῦ Ἄρχοντες πολλοὶ, καὶ Μητροπολῖται, καὶ Ἐπίσκοποι τοῦ Πάπα, καὶ ὁ αὐθέντης τῆς χώρας ὁ Μαρκέσιος. ἔτι δὲ καὶ οἱ Ἱερεῖς τοῦ Βασιλέως, καὶ Ο ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΣ αὐτοῦ, ὁ Μέγας ΠΡΩΤΟΣΙΓΙΛΛΟΣ, ΚΥΡΙΣ Γρηγόριος· καὶ ἕτεροι, ὡσεὶ διακόσιοι τὸν ἀριθμὸν, μετὰ σαλπίγγων, καὶ παντὸς γένους Μουσικοῦ. Hic autem Spiritualis, sequenti capite, De ingressu Patriarchæ in vrbem Ferrariam, vbi prima Sessio Ferrariensis describitur; HONORABILIS A CONFESSIONIBVS, Latinè, qui Græcè, ὁ Τιμιώτατος Πνευματικὸς, idem Gregorius Hieromonachus dicitur. Is Alexandrini Patriarchæ alter in Florentino

1.COR. II. Concilio Vicarius fuit, ac tandem finita Synodo, Synodi acerrimus defensor auctorque APOLOGIÆ, quæ inscribitur; GREGORII Hieromonachi, Magni PROTOSIGILLI & à CONFESSIONIBVS, qui postmodum creatus est Patriarcha, & ROMÆ SEPVLTVS CORVSCAVIT MIRACVLIS, Responsio ex variis Sanctorum sententiis ad Epistolam Marci Ephesij: ΑΠΟΛΟΓΙΑ Γρηγορίου Ἱερομονάχου, τοῦ Μεγάλου ΠΡΩΤΟΣΙΓΙΛΛΟΥ, καὶ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΥ, τοῦ ὕστερον χρηματίσαντος Πατριάρχου, καὶ ΕΝ ΡΩΜΗ ΤΑΦΕΝΤΟΣ, ΚΑΙ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥΝΤΟΣ, εἰς τὴν τοῦ Μάρκου τοῦ Ἐφέσου Ἐπιστολὴν, ἐκ διαφόρων Ἁγίων. Quamquam verò Spiritualis Homo queat, vt dictum est, de occultis multis ad Religionem pertinentibus benè rectéque iudicare, ac suo iudicio alios instruere; non tamen statim habet Auctoritatem Iudicandi publicam: sicvt & legum peritus, non simul ac peritus est, Iudex est Forensis. Cæterùm in ipsam Christi Ecclesiam perfectè quadrat, quod hîc pronuncio; nempe, Spiritualem Omnia Iudicare: vt propterea meritò ad eam spectet non modo DISCRETIVVM IVDICIVM, quo possit inter verum & falsum discernere; verum etiam IVDICIVM PVBLICÆ POTESTATIS, quod est Prælatorum ac Principum, quodque DEFINITIVVM vocatur: cui Omnes Fideles tam Spirituales, quàm Animales, suum debeant iudicium submittere. Etenim cùm nego Animalem Hominem percipere ea quæ sunt Spiritus Dei, hoc dico, non quia Iesum Christum & hunc Crucifixum, ac cætera quæ credenda ab Ecclesia proponuntur, non recipiat: (sic enim Infidelis, aut Hæreticus esset) sed quòd nondum ad capiendum sublimiora diuini Spiritus mysteria aptus sit: quæ proinde cùm ei traduntur, nec capit, nec accipit. Denique ipse Spiritualis à nemine iudicatur, Græcè A NVLLO IVDICATVR, ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται, qui videlicet non sit Spiritualis, vt Cephas, Galatarum secundo, quandoque à me non IVDICATVS sed DIIVDICATVS est. Præterea duo sunt maximè Spi-

Rom.7.v.14. ritualia, LEX & ECCLESIA. Nam Lex Spiritualis est, Romanorum septimo. Ecclesia verò, cui data, & apud quam resident Charismata, multò maximè Spiritualis est; nihilque proinde conuenientiùs & ordinatiùs, quàm vt apud eam sit Suprema Potestas Iudicandi de iis quæ ad Fidem & Religionem pertinent, ipsaque, vt nec Prima Sedes, (vti Secundo Libro probatum est) à nemine iudicetur. Theophylacti illius Bulgarorum Archiepiscopi, aptissima Similitudo De Spirituali Diiudicante non Diiudicato, à vidente & non vidente petita. Nam qui videt, & sua videt & ea quæ sunt non videntis: hic verò nec sua, nec quæ illius sunt, videt. SEXTO; QVOD ECCLESIA REGVLA SIT

1.Cor.2.v.vlt. FIDEI AC MORVM: Nos autem SENSVM CHRISTI habemus: Ἡμεῖς δὲ ΝΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΥ ἔχομεν. Græcè, MENTEM, νοῦν. Hoc quoque propriissimè in Ecclesiam competit. Ipsa namque est quæ qualibet exorta Religionis Controuersia, exempli gratia, Qui libri pro Sacris habēdi; securè dicere potest (vtcumque Hebræi & Hæretici reclament:) Nos SENSVM, NOS MENTEM CHRISTI HABEMVS, ET EIVS SPIRITV DOCTI DISCERNERE NOVIMVS INTER LIBROS SACROS ET NON SACROS.

Obmutescant quoque Nouatores nobis id adseuerantibus, vtpote I. COR. II.
quorum sit sensum Domini tradere, qui verbum Domini tradamus, quemadmodum Ecclesia Dei Argumentari solet, cùm Aduersùs Hæreticos DE PRÆSCRIPTIONIBVS agit. SEPTIMO; IN PASTORVM FIDE, FIDELIBVS ACQVIESCENDVM: Cùm enim Quis « I.COR III.
dicat, Ego quidem sum Pauli; Alius autem, Ego APOLLO; « v.4.
Nonne HOMINES ESTIS? Ὅταν γὰρ λέγῃ τις, Ἐγὼ μέν εἰμι ΠΑΥΛΟΥ, «
ἕτερος δέ, Ἐγὼ ΑΠΟΛΛΩ, Οὐχὶ ΣΑΡΚΙΚΟΙ ΕΣΤΕ; Sic Schismati vt summo malo occurrendum est. Cùm autem Græcè non HOMINES dixerim, sed CARNALES, patet ex Vulgato vetustissimo ac fidelissimo ab vniuersaque Ecclesia probato Interprete, Carnales apud me diei eos quos Homines diceres; id est, à quibus nihil humani alienum est, & qui affectibus humanis carnalibusque sunt adhuc pueriliter obnoxij. Corinthiis enim factiones, cæteræque id genus consuetudines prauæ hærebant magis, vt fit, ex infirma & puerili quadam animorum affectione, qua præter modum & rationem pro suis quisque magistris certabant; quàm ex animo cuiquam nocendi: idcirco Carnales quidem eos ista coarguebant, non ita omnino tamen Carnales, vt eos à regno Dei excluderent. Nam & Apostolorum Christi similis infirmitas fuit ante acceptum Spiritum Sanctum: quorum inter se contentiones cum nescio quâ iuuenili ambitione coniunctas aliquot locis Euangelia produnt. Hinc SECVNDVM HOMINEM AMBVLARE, Κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖν, proximo versiculo dixeram, pro; Quid humanum pati, vel potiùs, affectus humanos & carnales in vita & actionibus suis ostendere. Ex quibus fortiter tuendum est, Pastores, non Homines sequendos: & Pastorale munus, non ex hominum meritis, sed ex vocatione ac potestate data vnicuique æstimandum esse, in iisque acquiescendum Pastoribus, quos Ecclesia probet: vnde sequitur: Quid igitur «
est Apollo? quid vero PAVLVS? vel, vt Græcè, ordine commutato: «
Quis igitur est PAVLVS? quis autem Apollo? Τίς οὖν ἐστι ΠΑΥΛΟΣ, τίς δὲ Ἀπολλώς; Qua de re supra nimis multa diximus. OCTAVO DE QVATTVOR MIRABILIBVS GRATIÆ, NEMPE ANTIQVITATIS FVNDAMENTO, VNITATIS SYMBOLO, BEATITVDINIS PRÆMIO, COOPERATIONIS DIVINÆ CONSORTIO: EGO « v.6.
PLANTAVI, APOLLO RIGAVIT; SED DEVS INCREMENTVM DEDIT. «
Itaque, neque QVI PLANTAT, est aliquid, neque QVI RIGAT: «
sed QVI INCREMENTVM DAT DEVS. Qui autem plantat, «
& qui rigat, VNVM SVNT. Vnusquisque autem PROPRIAM MER- «
CEDEM accipiet SECVNDVM SVVM LABOREM. Dei enim sumus AD- «
IVTORES: Ἐγὼ ΕΦΥΤΕΥΣΑ, Ἀπολλὼς ΕΠΟΤΙΣΕΝ, ἀλλ' ὁ Θεὸς ΗΥΞΑΝΕΝ. «
Ὥστε, οὔτε Ο ΦΥΤΕΥΩΝ ἐστί τι, οὔτε Ο ΠΟΤΙΖΩΝ, ἀλλ' Ο ΑΥΞΑΝΩΝ Θεός. Ὁ φυτεύων δέ, καὶ ὁ ποτίζων, ΕΝ ΕΙΣΙΝ, Ἕκαστος δὲ ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΜΙΣΘΟΝ λήψεται, ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΚΟΠΟΝ. Θεοῦ γάρ ἐσμεν ΣΥΝΕΡΓΟΙ. PLANTARE est Doctrinam de Christo tradere iis qui Christum ante non nouerant: quod proprium est Apostolici muneris, quod in Anglia

I.COR.III. quondam Gregorio duce AVGVSTINVS Hieromonachus fideliter
v.8. feliciterque exsecutus est. Id autem posthac voco FVNDAMENTVM
v.10. PONERE, dum id me fecisse, Architecti in morem, Corinthi prædico. Necnon & decimo quinto Romanorum de PRÆDICATIONE mea qua ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleueram Euangelium Christi, agens, Sic (inquiebam) PRÆDICAVI Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, NE SVPER ALIENVM FVNDAMENTVM ÆDIFICAREM. Siquidem SVPER ALIENVM FVNDAMENTVM ÆDIFICARE, est non Apostolici sed Episcopalis officij, & RIGARE est quod aliâ metaphorâ inferiùs per SVPERÆDIFICARE interpretatus sum. Est verò Doctrinæ Christianæ iam plantatæ & fundatæ superaddere præcepta, quibus illa & conseruetur & augeatur. quod est Episcoporum cæterorumque omnium qui in partem aliquam functionis Episcopalis vocati sunt; quodque Apollo, vti Lucas decimo octauo ac decimo nono Actuum indicat, apud Corinthios fecit. INCREMENTVM DARE, vno verbo, AVGERE (Græcè enim Ηὔξανεν, AVXIT) Dei solius est, cuius solius in animas influere, animisque hominum immediatè cælesti quodam diuinæ gratiæ rore illabi, ac veluti quod Geneseos initio dicitur, INCVBARE: pro quo FERRI SVPER habet Editio Communis. Hoc enim omnino necessarium est vt fœcunda Deo pectora plantata ac rigata germinent, crescant, fructum adferant. Quemadmodum enim De eo qui Plantat & qui Rigat, præclarè ac Sanctè Sanctus Augustinus libro tertio Contra Litteras Petiliani, Ad Ministrandum & dispensandum Verbum ac Sacramentum, aliquid est: ad Mundandum autem & IVSTIFICANDVM non est aliquid: quia hoc non operatur in INTERIORE HOMINE, nisi per quem creatus est totus homo, & qui Deus manens factus est Homo; ille scilicet

Act.15. v.9. » de quo dictum est: Fide Mundans corda eorum, & Credenti in eum
Rom.4.v.5. » qui IVSTIFICAT impium. Ac optimè idem noster Augustinus in Ioannem Tractatu octuagesimo post commemorata huius loci priora verba: Quod sequitur (inquit) SED DEVS INCREMENTVM DEDIT, non per illos, sed per seipsum facit; excedit hoc HVMANAM HVMILITATEM; excedit ANGELICAM SVBLIMITATEM: nec omnino pertinet nisi ad AGRICOLAM TRINITATEM. Quattuor igitur hîc consideranda sunt: quorum primum, nempe FVNDAMENTVM, vterque iure vindicat sibi vester Gregorius, vester Augustinus. Ille Plantauit, hic primùm Rigauit Anglicanã olim Ecclesiam. Vbi nunc Incrementum quod Deus dedit? Decrementum sanè potius est, non quod ab Antiquis Patribus superædificatum est quærere, nec curare Apostolicum Fundamentum. Alterum est VNITAS quam contra imminens Schisma his verbis vrgebam: Qui autem Plantat & qui Rigat VNVM SVNT. Tam Vnum enim esse debent sub Vno omnium auctore Deo Christiani Pastores, quàm Vnum esse inter se in Vno Ouili debent CATHOLICI GREGES. Tertium MERCES cùm dixi: Vnusquisque autem propriam MERCEDEM accipiet. Secundùm suum

ſuum Laborem ; vbi Græca venuſtiùs ſonant: PROPRIAM MERCEDEM accipiet, ſecundum PROPRIVM LABOREM : ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΜΙΣΘΟΝ λήψεται, κατὰ ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΚΟΠΟΝ. Cùm autem Merces cogitari nequeat abſque Merito ; manifeſtè ex hac ſententia, aliiſque ſimilibus, ſequitur, id quod Hæreticus negat, Bona Iuſtorum Opera (quæ CATHOLICI , eſſe Dei profitentur Dona) Vitam Æternam mereri. Hic etiam locus oſtendit non omnium Mercedem eſſe parem (vt NOVI IOVINIANISTÆ volunt) cùm non ſit omnium æqualis labor. Quartum ac Poſtremum , LIBERVM ARBITRIVM eſt. Dei enim ſumus ADIVTORES, id eſt, COOPERATORES , ſiue COOPERARII, quemadmodum ex Græco noſtro Συνεργοὶ, oprimè legit, Tractatu De Cultura agri Dominici , & alibi, Auguſtinus. Verùm tota noſtra Cooperatio reſpectu Dei, etiam ipſius Dei operatio eſt, vt faciamus, facientis. Hic tamen agnoſce ô Homo, Miniſter Chriſti, HOMO DEI, quiſquis es, dignitatem tuam! Quamuis enim non ſis ſalutis Auctor, ſed tantùm Adminiſter, haud paruæ tamen dignitatis illud eſt, ad hominum ſalutem Cooperari Deo. Vnde Dionyſius Myſticus: OMNIVM DIVINORVM DIVINISSIMVM EST, DEI, VT LOQVVNTVR SCRIPTVRÆ, ADIVTOREM AC COOPERATOREM ESSE, DIVINAMQVE IN SE ACTIONEM, QVOAD FIERI POTEST, APPARENTEM OSTENDERE: Καὶ τὸ δὴ ΠΑΝΤΩΝ ΘΕΙΟΤΕΡΟΝ, ὡς τὰ λόγια φησὶ, Θεοῦ ΣΥΝΕΡΓΟΝ γενέσθαι, ΚΑΙ ΔΕΙΞΑΙ ΤΗΝ ΘΕΙΑΝ ΕΝΕΡΓΕΙΑΝ ΕΝ ΕΑΥΤΩ, κατὰ τὸ δυνατὸν ΑΝΑΦΑΙΝΟΜΕΝΗΝ. Hæc ille capite tertio De Cæleſti Hierarchia. Sed vt ad Sectarios redeam ; Quid, negantibus, Homines per poteſtatem ſibi datam filios Dei factos, Dei COOPERARIOS, Συνεργοὺς, eſſe ; quid (inquam) ampliùs reſtat, niſi vt Filium quoque Dei COOPERARII, Συνεργοῦ, appellatione ſpolient: quod Arianos & Eunomianos factitantes, qui eum duntaxat, Ὑπουργὸν, id eſt, SVBOPERARIVM, nominabant; argumento à maiori ad minus, Theodoretus ex hoc loco refellit? NONO; QVOD CHRISTIANIS POST MORTEM IGNIS PVRGATORIVS SIVE PROBATORIVS SIT : QVODQVE PECCATVM, DELETA CVLPA, ETIAM POST OBITVM, POENA PVRGATIOQVE SEQVATVR : Vniuſcuiuſque Opus quale ſit, IGNIS PROBABIT. Si cuius Opus Manſerit, quod ſuperædificauit, MERCEDEM ACCIPIET. Si cuius Opus Arſerit, Detrimentum patietur: ipſe autem SALVVS ERIT, SIC TAMEN QVASI PER IGNEM : Καὶ ἑκάστου τὸ Ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ ΠΥΡ ΔΟΚΙΜΑΣΕΙ. Εἴ τινος τὸ Ἔργον μένει, ὃ ἐπῳκοδόμησε, ΜΙΣΘΟΝ ΛΗΨΕΤΑΙ· Εἴ τινος τὸ Ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται. αὐτὸς δὲ ΣΩΘΗΣΕΤΑΙ, ΟΥΤΩΣ ΔΕ, ΩΣ ΔΙΑ ΠΥΡΟΣ · Magni certè faciendus locus, pro Animarum, Diuinæ Iuſtitiæ vſque ad vltimum quadrantem, Satisfactione poſt Mortem. Vnus enim inſtar omnium , tanquam acerrimum telum, à Latinis ſelectus arreptuſque in Florentino Generali Concilio cernitur, prima velitatione aduersùs Græcos, quæ inſcribitur, QVÆSTIO DE IGNE PVRGATORIO, Ζήτημα περὶ τοῦ ΚΑΘΑΡΤΗΡΙΟΥ ΠΥΡΟΣ. Et reuera

[Marginal notes: I. COR. III. — 1. Tim. 6. v. 11. & II. 2. v. 17. — v. 13.]

1.COR.III. vbi IGNIS PROBATORIVS legitur, mirum est IGNEM PVRGATORIVM requiri. Quid verò aliud ſonat, IGNIS PROBABIT, quam Probatorium ignem? Operis autem per Ignem ibi futura probatio, vbi Operum Vniuſcuiuſque probatio eſt, vbi Merces accipitur, vbi Salus Animabus Fidelium confertur; SIC TAMEN QVASI PER IGNEM, ac proinde ſuis exutorum corporibus, in quæ ignis quantumuis edax, non niſi in Carnis Reſurrectione aget. Denique ardet Opus, detrimentum patitur, attamen is cuius Opus eſt, ſaluatur, tametſi probatus per Ignem. Numquid, quæſo, diuinatione Opus eſt vt & de futuro poſt mortem ſtatu, & de Fidelibus ante iuſtam à ſeipſis Operum ſuorum probationem morte præ-

I Cor.II. v.31. » uenientis intelligendus ſim? Si enim nosipſos iudicaremus, non vti-
» que iudicaremur: Niſi fortè mauis & mortem Peccatoribus à debito ſoluendo liberis vtiliorem quàm Iuſtis fore, quod vel apud homines iniquum; & Deum qui iam offenſam remiſit, omne debitum caſu quodam amittere, quod prorſus cogitare de Deo indignum eſt. Quaſi verò minus Deus puniat quò propiùs ad Iuſtitiam ſuam accedis, plúſque apud eum fortuita Mors quàm Miſericordia ordinata poſſit. Eſt enim hoc Legis Æternæ, vt omne Malum Culpæ per Malum Pœnæ ad Ordinem Iuſtitiæ redigatur. Quare meritò hæc fuit Vniuerſalis Eccleſiæ per Centum Quadraginta & vnum, Epiſcopos, tam Latinos quàm Græcos, contra Errores Græcorum, ſub Eugenio Quarto, & ROMÆORVM Imperatore Ioanne Palæologo in Sancta Oecumenica Synodo Florentina DE

» IGNE PVRGATORIO Definitio: ITEM, ſi verè Pœnitentes IN DEI
» CHARITATE deceſſerint, antequam dignis Pœnitentiæ fructibus de
» Commiſſis SATISFECERINT & Omiſſis, eorum Animas POENIS
» PVRGATORIIS POST MORTEM PVRGARI, & vt à Pœnis eiuſmo-
» di releuentur, prodeſſe eis FIDELIVM viuorum SVFFRAGIA, MIS-
» SARVM ſcilicet SACRIFICIA, ORATIONES & ELEEMOSYNAS, &
» alia pietatis officia, quæ à Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri conſue-
» uerunt, SECVNDVM ECCLESIÆ INSTITVTA. Illorumque Ani-
» mas qui poſt Baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati ma-
» culam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt contractam peccati ma-
» culam, vel IN SVIS CORPORIBVS, vel eiſdem exutæ corporibus,
» (prout ſuperius dictum eſt) SVNT PVRGATÆ, in cælum mox reci-
» pi, & intueri clarè ipſum Deum, Trinum & Vnum, ſicuti eſt, PRO
» MERITORVM tamen DIVERSITATE, ALIVM ALIO PERFECTIVS.
» Illorum autem Animas qui in ACTVALI MORTALI Peccato, vel
» ſolo ORIGINALI decedũnt, mox in Infernum deſcendere; POE-
» NIS TAMEN DISPARIBVS PVNIENDAS: Ἔτι, ἐὰν οἱ ἀληθῶς Μετανοήσαντες, ἀποθάνωσιν ΕΝ ΤΗ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΑΓΑΠΗ, πρὶν τοῖς ἀξίοις τῆς Μετανοίας καρποῖς ΙΚΑΝΟΠΟΙΗΣΑΙ, περὶ τῶν Ἡμαρτημένων ὁμοῦ, καὶ Ἠμελημένων, τὰς τούτων ψυχὰς ΚΑΘΑΡΤΙΚΑΙΣ ΤΙΜΩΡΙΑΙΣ ΚΑΘΑΙΡΕΣΘΑΙ ΜΕΤΑ ΘΑΝΑΤΟΝ. Ὥστε δὲ ἀποκουφίζεσθαι αὐτὰς τῶν τοιούτων τιμωριῶν, λυσιτελεῖν αὐταῖς τὰς τῶν ζώντων πιστῶν ἐπικουρίας·

δηλονότι, ΤΑΣ ΙΕΡΑΣ ΘΥΣΙΑΣ, καὶ ΕΥΧΑΣ, καὶ ΕΛΕΗΜΟΣΥΝΑΣ, καὶ I. COR. III.
τ' ἄλλα τῆς Εὐσεβείας ἔργα, ἅπινα παρὰ τῶν Πιςῶν, ὑπὲρ ἄλλων πιςῶν, εἰώ-
θε γίνεσθαι, ΚΑΤΑ ΤΑ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΔΙΑΤΑΓΜΑΤΑ· Ἐκείνων
δὲ τὰς ψυχὰς, οἵ τινες μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, σύμπαν ὅλως τῆς ἁμαρτίας κη-
λῖδα ὑπέπεσον, καὶ ἔτι, τὰς μετὰ τὸ ἐφελκύσασθαι τὴν τῆς ἁμαρτίας κηλῖ-
δα, εἴτε ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΥΤΩΝ ΣΩΜΑΣΙΝ, εἴτε μετὰ τὸ τὰ σώματα ἀποδύ-
σασθαι, ὡς προείρηται, ΚΑΘΑΡΘΕΙΣΑΣ, εἰς οὐρανὸν εὐθὺς προσλαμβάνε-
σθαι, καὶ καθαρῶς θεωρεῖν αὐτὸν τὸν Ἕνα καὶ ΤΡΙΣΥΠΟΣΤΑΤΟΝ Θεὸν, κα-
θώς ἐστιν· ΕΤΕΡΟΝ ΜΕΝ ΤΟΙ ΕΤΕΡΟΥ ΤΕΛΕΩΤΕΡΟΝ, ΚΑΤΑ ΤΗΝ
ΤΩΝ ΒΕΒΙΩΜΕΝΩΝ ΑΞΙΑΝ· Τὰς δὲ ψυχὰς τῶν ἐν ΘΑΝΑΣΙΜΩ Ἁμαρ-
τίᾳ, ΤΗ ΚΑΤ' ΕΝΕΡΓΕΙΑΝ, ἢ καὶ ἐν μόνῃ τῇ ΠΡΟΠΑΤΟΡΙΚΗ, ἀποβιωσά-
των, εὐθέως καταβαίνειν εἰς Ἅδου, ΤΙΜΩΡΙΑΣ ΟΜΩΣ ΑΝΙΣΟΙΣ ΤΙΜΩ-
ΡΗΘΗΣΟΜΕΝΑΣ· Sed Iosephi Græcorum Patriarchæ ante pro-
mulgatam hanc Definitionem ac Conclusionem Synodi, morien-
tis ac pænè Ecclesiæ Græcæ secum exspirantis, tanquam Cygneam
vocem audiamus. Die itaque Mensis Iunij nona, millesimo qua-
dringentesimo, trigesimo nono, Indictione secunda, ea die qua
non tam obiit quàm in PACE abiit, velut Testamento relicturus
VNITATIS heredem Orientalem Ecclesiam, hanc Fidei Confessio-
nem emisit, an potius ad Deum ceu Catholicam quandam tesse-
ram præmisit? QVONIAM ad finem vitæ meæ perueni, solutu- «
rus iam commune debitum, Dei gratia Scribo & Subscribo Sen- «
tentiam meam apertè VNIVERSITATI MEORVM FILIORVM. «
OMNIA IGITVR, QVÆ SENTIT, ET QVÆ DOGMATIZAT CA- «
THOLICA ET APOSTOLICA ECCLESIA DOMINI NOSTRI IESV «
CHRISTI, SENIORIS ROMÆ, IPSE QVOQVE SENTIO, ET IIS ME «
ACQVIESCENTEM DO, ADDICO. Profiteor quoque Beatissimum «
PATREM PATRVM, & Maximum Pontificem, & VICARIVM DO- «
MINI NOSTRI IESV CHRISTI, Antiquæ Romæ Papam; ad certam «
omnium fidem: necnon PVRGATORIVM ANIMARVM: ΕΠΕΙΔΗ «
πρὸς τὸ τέλος ἔφθασα τῆς ἐμῆς ζωῆς, βουλόμενος τελειῶσαι τὸ κοινὸν ὀφείλημα
ἤδη, χάριτι Θεοῦ, γράφω καὶ ὑπογράφω τὴν ἐμὴν δόξαν φανερῶς, ΤΗ
ΕΜΗ ΥΙΟΤΗΤΙ. ΠΑΝΤΑ ΟΥΝ ΑΤΙΝΑ ΝΟΕΙ ΚΑΙ ΑΤΙΝΑ ΔΟΓΜΑ-
ΤΙΖΕΙ Η ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ
ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΤΗΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΑΣ ΡΩΜΗΣ, ΚΑΙ ΑΥ-
ΤΟΣ ΕΓΩ ΝΟΩ, ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΟΥΤΟΙΣ ΕΜΕ ΣΥΜΠΕΙΘΟΜΕΝΟΝ ΑΦΙΕ-
ΡΩΝΩ. Ἔτι τὸν Μακαριώτατον ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΕΡΩΝ, καὶ Μέγιστον Ἀρχιερέα,
καὶ ΤΟΠΟΤΗΡΗΤΗΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ τὸν
Πάπαν τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης, ΟΜΟΛΟΓΩ, ΕΙΣ ΠΑΝΤΩΝ ΑΣΦΑ-
ΛΟΤΗΤΑ· ΕΤΙ ΤΩΝ ΨΥΧΩΝ ΤΟ ΚΑΘΑΡΤΗΡΙΟΝ. Hæc ECCLE-
SIARVM VNIO; Hæc ECCLESIÆ FIDES in qua quis audeat mo-
ri. TANTVM ILLI (vt de Asiatico, Annalium vndecimo scriptum «
est) SECVRITATIS NOVISSIMÆ FVIT. At longè antea Gregorio «
Decimo in Oecumenico Lugdunensi Concilio sedente, Michaël
Palæologus Græcorum Imperator hanc Patrum fidem quam ab O-
rientalium Pontificum Collegio hauserat, de se Synodicè suis litteris

I. COR. III. per Legatos IN VNIONE GRÆCORVM expoſuit: Hæc eſt VERA FIDES CATHOLICA, & hanc ſupradictis Articulis tenet & prædicat Sacroſancta ROMANA ECCLESIA. Sed propter diuerſos errores, à quibuſdam ex ignorantia, & ab aliis ex malitia introductos, dicit & prædicat, eos qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur, non rebaptizandos, ſed per veram Pœnitentiam ſuorum conſequi veniam peccatorum. Quod ſi verè Pœnitentes IN CHARITATE deceſſerint, antequam dignis Pœnitentiæ fructibus de Commiſſis SATISFECERINT & Omiſſis, eorum animas POENIS PVRGATORIIS, (hoc eſt, CATHARTERIIS, ſicut nobis Frater Ioannes explanauit,) poſt mortem purgari, & ad pœnas huiuſmodi releuandas prodeſſe eis FIDELIVM viuorum SVFFRAGIA, MISSARVM ſcilicet SACRIFICIA, ORATIONES & ELEEMOSYNAS, & ALIA PIETATIS OFFICIA, QVÆ A FIDELIBVS PRO ALIIS FIDELIBVS FIERI CONSVEVERVNT, SECVNDVM ECCLESIÆ INSTITVTA. Illorum autem Animas, qui poſt Sacrum Baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis manentes corporibus, vel eiſdem exutæ, prout ſuperiùs dictum eſt, ſunt PVRGATÆ, mox in cælum recipi: Illorum autem Animas, qui in MORTALI Peccato, vel cum ſolo ORIGINALI decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas. Eadem SACROSANCTA ECCLESIA ROMANA firmiter credit, & firmiter adſeuerat quòd nihilominus in die Iudicij omnes homines ante Tribunal CHRISTI cum ſuis corporibus comparebunt, reddituri de propriis factis rationem: ΑΥΤΗ ἐστὶν Η ΑΛΗΘΗΣ ΠΙΣΤΙΣ, ΚΑΙ ΚΑΘΟΛΙΚΗ· καὶ ταύτην ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσι κεφαλαίοις κρατεῖ καὶ κηρύττει Η ΙΕΡΑ ΚΑΙ ΑΓΙΑ ΤΗΣ ΡΩΜΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, ἀλλὰ διά τινας διαφόρους πλάνας, παρά τινων μὲν, ἐξ ἀγνοίας, παρά τινων δὲ ἐκ κακίας εἰσαχθείσας, λέγει καὶ κηρύττει, τοὺς, μετὰ τὸ βάπτισμα, εἰς ἁμαρτίας ὀλισθαίνοντας, μὴ ἀναβαπτίζεσθαι, ἀλλὰ δι᾽ ἀληθοῦς μετανοίας, τῶν ἰδίων δύνασθαι λαμβάνειν συμπάθειαν ἁμαρτιῶν· ἐὰν δὲ οἱ ἀληθῶς μετανοοῦντες, ΕΝ ΑΓΑΠΗ ἀποχωρήσωσι, πρὸ τοῦ, ἀξίοις καρποῖς μετανοίας, περὶ τῶν πλημμεληθέντων ΤΟ ΙΚΑΝΟΝ ΠΟΙΗΣΑΙ, ἢ τῶν ἁμαρτηθέντων, τούτων τὰς ψυχὰς, ΠΟΙΝΑΙΣ ΠΟΥΡΓΑΤΩΡΙΟΥ, ΗΤΟΙ ΚΑΘΑΡΤΗΡΙΟΥ, (Regiam vocem audis Rex?) καθὼς ὁ Ἀδελφὸς Ἰωάννης ἡμῖν διεσάφησε, μετὰ θάνατον καθαρίζεσθαι· πρὸς δὲ τὸ τὰς ΠΟΙΝΑΣ ταύτας ἀνακουφίζεσθαι, ὠφελεῖ αὐτοὺς τῶν ζώντων Πιστῶν ἡ Συγκρότησις; ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΩΝ, λέγω, ΙΕΡΟΤΕΛΕΣΤΙΑΙ, ΠΡΟΣΕΥΧΑΙ, ΚΑΙ ΕΛΕΗΜΟΣΥΝΑΙ, ΚΑΙ ΑΛΛΑ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΕΡΓΑ, ΤΑ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΠΙΣΤΩΝ ΥΠΕΡ ΑΛΛΩΝ ΠΙΣΤΩΝ ΓΙΝΕΣΘΑΙ ΕΙΘΙΣΜΕΝΑ, ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΑΣΙΝ· τούτων δὲ τὰς ψυχὰς, τῶν, μετὰ τὸ ἱερὸν βάπτισμα λαβεῖν, εἰς μηδένα ἁμαρτίας μῶμον ἐπιδραμόντων, κἀκείνας, τὰς μετὰ τὸ ἐφελκῦσαι ἁμαρτίας μῶμον, αὖ, ἢ ἐν τοῖς οἰκείοις μένουσαι σώμασιν, ἢ μετὰ τὴν τούτων ἀπέκδυσιν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, καθαρθήσονται, εἰς τὸν οὐρανὸν αὐτίκα παραδέχεσθαι. ἐκείνων δὲ τὰς ψυχὰς, τῶν ἐν ΘΑΝΑΣΙΜΩ Ἁμαρτήματι, ἢ μετὰ μόνης τῆς ΠΡΟΠΑΤΟΡΙΚΗΣ ἁμαρτίας ἀπο-

χωρηστούντων, παραυτίκα εἰς τὸν ᾅδην καταβαίνειν, ΠΟΙΝΑΙΣ ἀϊδίοις τιμωρηθη- I. COR. III.
σομένας. Ταῦτα Η ΑΓΙΑ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΤΗΣ ΡΩΜΗΣ πιστεύει, καὶ στερρῶς
βεβαιοῖ. Καὶ ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, πάντες οἱ ἄνθρωποι, πρὸ τοῦ βή-
ματος τοῦ Χριστοῦ, μετὰ τῶν ἰδίων σωμάτων φανήσονται, ἀποδώσοντες περὶ τῶν οἰ-
κείων πράξεων, λόγον. Neque verò illud prætereundum est, Deo Ec-
clesiam suam in dies magis ac magis in Orientalibus Partibus
Pacificante & Adunante, PETRVM Matonitarum Patriatcham,
è Monte Libani Oratorem, ACVRI IOSEPH cum Helia, ac
Helia Monacho, ad Leonem Decimum Pontificem Maximum in
Oecumenico Concilio Lateranensi sedentem, misisse; vt suo ac
Totius Cleri, Maronitarumque Populi nomine, TERRAM, in- «
quit, FRONTE TANGENS (morem humilitatemque nota) Obe- «
dientiam & Vnionem præstaret. Ac in ipso Mandato, in quo
quidem hæc sacra formula ritusque Vnionis atque Adorationis
continetur, hæc Professio FIDEI DE PVRGATORIO est, Ge-
neralis illius Concilij Sessione vndecima: ET, QVOD CHRISTIA- «
NVS QVI IN HAC VITA SVFFICIENTEM DE SVIS DELI- «
CTIS POENITENTIAM NON EGIT, EA FVNCTVS AD QVEMDAM «
DIVINA PERMITTENTE IVSTITIA, DVCATVR LOCVM, QVI PVR- «
GATORIVM DICITVR, VT IBIDEM, QVOVSQVE DIGNIOR SIT «
CÆLVM ASCENDERE, MANEAT. Hæc Fidei Vnitas, atque Vni- «
tatis Fides. DECIMO; DE LEGIS GRATIÆ SACRAMENTO-
RVM VI, NVMERO, DIGNITATE: Sic nos existimet homo, vt « I. COR.
MINISTROS CHRISTI, & DISPENSATORES MYSTERIORVM DEI: « IV. v. I.
Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ΥΠΗΡΕΤΑΣ ΧΡΙΣΤΟΥ, καὶ ΟΙΚΟ-
ΝΟΜΟΥΣ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΘΕΟΥ. Propriè apud Græcos, Μυστήριον, il-
lud est, quod Latini, cùm De Sacramentis agitur, SACRAMENTVM
dicunt, (vt docuimus supra, vtque hunc intellexit locum Genera-
le Concilium Tridentinum, capite secundo Sessionis vigesimæ pri-
mæ,) nempe, Corporale signum Gratiæ Spiritualis efficax, siue Sensi-
bile aliquod signum ad hominum sanctificationem, à Christo Do-
mino institutum: quorum primum est Baptismus è septem. Septem
enim illa sunt quæ sic olim in Vnione Græcorum Michaël Pa-
læologus Imperator ipse in sua Fidei expositione ad Gregorium
Decimum, Pontificem Maximum, in Generali Lugdunensi Con-
cilio scriptis enumerata posteritati mandauit: Tenet etiam (in- «
quit) & docet eadem SANCTA ROMANA ECCLESIA, SEPTEM es- «
se ECCLESIASTICA SACRAMENTA: Vnum scilicet BAPTISMA, de quo «
dictum est supra; aliud est SACRAMENTVM CONFIRMATIONIS, quod «
PER MANVVM IMPOSITIONEM EPISCOPI conferunt CHRISMAN- «
DO RENATOS; aliud est POENITENTIA; aliud EVCHARISTIA; aliud, «
SACRAMENTVM ORDINIS; aliud est MATRIMONIVM; aliud, EXTRE- «
MA VNCTIO: quæ SECVNDVM DOCTRINAM BEATI IACOBI (hîc, REX « Iacob. 5.
IACOBE, Patrono tuo pattocinandum est) Infirmantibus adhibetur: « v. 14.
Κρατεῖ δὲ καὶ διδάσκει αὕτη Η ΤΗΣ ΡΩΜΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, ΕΠΤΑ εἶναι ΕΚΚΛΗ-
ΣΙΑΣΤΙΚΑ ΜΥΣΤΗΡΙΑ· ἓν λέγω, τὸ ΒΑΠΤΙΣΜΑ, περὶ οὗ εἴρηται ἄνω· ἄλλο ἐστὶ

I.COR. IV. ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ ΒΕΒΑΙΩΣΕΩΣ Ο ΔΙΑ ΤΗΣ ΕΠΙΘΕΣΕΩΣ ΤΩΝ ΧΕΙΡΩΝ
ΟΙ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ φέρουσι, ΧΡΙΟΝΤΕΣ ΤΟΥΣ ΑΝΑΓΕΝΝΩΜΕΝΟΥΣ· ἄλλο
ἐστὶν ἡ ΜΕΤΑΝΟΙΑ· ἄλλο ἐστὶν ἡ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ· ἄλλο ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ ΤΗΣ ΙΕ-
ΡΑΤΙΚΗΣ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΣ· ἄλλο ἐστὶ τὸ ΤΟΥ ΓΑΜΟΥ· ἄλλο τὸ ΕΣΧΑΤΟΝ
ΧΡΙΣΜΑ, Ο ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΑΚΩΒΟΥ,
» τοῖς ἀσθενέσιν ἀποδίδοται. Multùm autem (vt extrema Florentina Syno-
» do, in Eugenij Papæ Quarti est Instructione Armenorum) à Sacra-
» mentis differunt Antiquæ Legis. Illa enim NON CAVSABANT Gra-
» tiam, sed eam solùm per Passionem Christi dandam esse figura-
» bant: hæc verò nostra ET CONTINENT Gratiam, ET ipsam di-
» gnè suscipientibus CONFERVNT. Horum QVINQVE PRIMA ad Spi-
» ritualem vniuscuiusque hominis in seipso perfectionem; DVO VL-
» TIMA ad Totius Ecclesiæ REGIMEN MVLTIPLICATIONEMQVE or-
» dinata sunt. Per BAPTISMVM enim Spiritualiter renascimur, PER
» CONFIRMATIONEM augemur in Gratia, & roboramur in Fide;
» RENATI autem ET ROBORATI, nutrimur DIVINA EVCHARISTIÆ
» ALIMONIA. Quòd si per Peccatum ægritudinem incurrimus ani-
» mæ, per POENITENTIAM Spiritualiter sanamur: Spiritualiter etiam
» & Corporaliter (prout Animæ expedit) per EXTREMAM VNCTIO-
» NEM. Per ORDINEM verò Ecclesia GVBERNATVR ET MVLTIPLI-
» CATVR SPIRITVALITER: per MATRIMONIVM, CORPORALITER
» AVGETVR. Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur: videlicet
» Rebus, tanquam Materia; Verbis, tanquam Forma; & Persona Mi-
» nistri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi quod fa-
» cit Ecclesia: quorum si aliquod desit, non perficitur Sacramentum.
» Inter hæc Sacramenta Tria sunt, Baptismus, Confirmatio, & Ordo,
» quæ CHARACTEREM, id est, SPIRITVALE QVODDAM SIGNVM A
» CÆTERIS DISTINCTIVVM IMPRIMVNT IN ANIMA INDELEBILE.
» Vnde in eadem persona non reïterantur. Reliqua verò quattuor
» Characterem non imprimunt, & Reïterationem admittunt. Hæc
Eugenius Pontifex Maximus: cuius ore cùm Ecclesia mox ibidem
doceat AD VNIONEM accedentes Armenos, Sanctum Baptisma
VITÆ SPIRITVALIS IANVAM ESSE: Per Baptisma, Homines MEM-
BRA CHRISTI AC DE CORPORE EFFICI ECCLESIÆ; Baptismatis
Effectum, REMISSIONEM OMNIS CVLPÆ ORIGINALIS ET ACTVA-
LIS ESSE, OMNIS QVOQVE POENÆ, QVÆ PRO IPSA CVLPA DE-
» BETVR: Confirmationis verò Effectum, QVIA IN EO DATVR SPI-
» RITVS SANCTVS AD ROBVR, SICVT DATVS EST APOSTOLIS IN
» DIE PENTECOSTES; VT VIDELICET CHRISTIANVS AVDACTER
» CHRISTI CONFITEATVR NOMEN. IDEOQVE IN FRONTE, VBI
» VERECVNDIÆ SEDES EST, CONFIRMANDVS INVNGITVR; NE
» CHRISTI NOMEN CONFITERI ERVBESCAT, ET PRÆCIPVE CRV-
1.Cor.1. » CEM EIVS QVI IVDÆIS EST SCANDALVM, GENTIBVS AVTEM
v.23. » STVLTITIA, SECVNDVM APOSTOLVM: PROPTER QVOD SIGNO
» CRVCIS SIGNATVR: Eucharistiæ Effectum, quem Sacramentum il-
lud in anima dignè sumentis operatur, esse ADVNATIONEM HO-

MINIS AD CHRISTVM: Pœnitentiæ Effectum, eſſe ABSOLVTIONEM A PECCATIS: EXTREMÆ VNCTIONIS Effectum, eſſe MENTIS SANATIONEM, ET, IN QVANTVM AVTEM EXPEDIT, IPSIVS ETIAM CORPORIS: Ordinis Effectum, eſſe AVGMENTVM GRATIÆ, VT QVIS SIT IDONEVS MINISTER: (qua de re hoc loco agimus:) MATRIMONII denique, quod eſt SIGNVM CONIVNCTIONIS CHRISTI ET ECCLESIÆ, (ex noſtra ad Epheſios quinto,) quaſi effectum eſſe, Triplex illud Coniugij Bonum, Prolem ſuſcipiendam & educandam ad cultum Dei; FIDEM, quam vnus coniugum alteri ſeruare debet; INDIVISIBILITATEM, propter hoc quòd ſignificat Indiuiſibilem Coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ. Quæ cuncta, inquam, cùm Eccleſia Chriſti De Sacramentis Chriſti prædicet ac doceat, ecquis mortalium de nobis non reputet vt de Miniſtris Chriſti, & Diſpenſatoribus Myſteriorum Dei, quo certè maius dici & ad vtilitatem & ad dignitatem non poteſt? Quibus in verbis duo quoque ſubintelligenda ſunt, nimirum & NOS MINISTROS, & CHRISTI ESSE; & NOS DISPENSATORES, & MYSTERIORVM DEI: vt cùm MINISTROS, cùm DISPENSATORES atque OECONOMOS, Οἰκονόμους, audiunt; Diſpenſator verò alienæ rei Miniſter ſit, ne nimiùm extollant; & rurſus cùm CHRISTI, cùm MYSTERIORVM DEI ſublimitatem ac eminentiam cogitant, caueant ne ſummo ſuo malo ac damno contemnant. Eſt autem Diſpenſatoris, vt quibus, & quomodo, & quantum opus eſt, diſtribuat ac eroget, ſoli Domino ſuo de ſua fide ac induſtria rationem redditurus. Vnde ſequitur verſiculus ille: Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die. quem addidi partim DE TEMERARIO IVDICIO agens, partim quoque DE NON AVCTORITATE PRIVATA IVDICANDO SVPERIORE; cùm alioquin ego vt non in vacuum currerem, de Ieroſolymitano meo ad Petrum Aſcenſu olim tam multa dixerim, poſteaque Petro Antiochiæ, in faciem, cum maximo Obſeruantiæ Apoſtolicorũ Canonum Zelo Exemploque, reſtiterim. VNDECIMO; QVOD NEMO CERTITVDINE FIDEI DE SVA IVSTIFICATIONE PERSVASVS SIT: Nihil enim mihi conſcius ſum: SED NON IN HOC IVSTIFICATVS SVM: Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα· ΑΛΛ' ΟΥΚ ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΔΕΔΙΚΑΙΩΜΑΙ. Rectè hoc teſtimonio CATHOLICI Scriptores vtuntur ad deſtruendam nouitiam Hæreticorum Fidem, quam SPECIALEM vocant: id eſt, eam perſuaſionem qua quiſque fidelis certò ſtatuat ſe IVSTIFICATVM eſſe. Etenim ſi de me tunc dixi: SED NEQVE MEIPSVM IVDICO, vel potius DIIVDICO, ἀνακρίνω: id eſt, Immo nec ipſe quidem de me certum fero iudicium, quàm rectè, quàm ſyncerè, quàm integrè coram Deo verſer, in diſpenſatione mihi credita, vt cum aliis me conferre poſſim: qui tamen ipſe mihi notior ſum quàm vobis, aut cuiquam alteri mortalium: ſi, inquam, id de me ſcripſi, vt nec ipſe Gentium Apoſtolus id certò tunc de ſe potuerit affirmare; quæ temeritas, quæ impudentia, quæ præſtigiæ, quod nefas, id audere, id attentare, id tradere, id

[Marginal notes: I.COR. IV. — Epheſ. 5. v. 32. — « 1. Cor. 4. « v. 3. — Gal. 2. v. 1. v. 11. — « 1. Cor. 4. « v. 4. — «]

I. COR. IV. Rom. 8. v. 17. 1. Cor. 4. v. 5. quasi sortiri velle cum eo qui solus CORDIVM-SCRVTATOR est, solusque qui cùm venerit, illuminabit Abscondita Tenebrarum & manifestabit Consilia Cordium? Frustra verò Caluendi, siue Fallendi artifex Caluinus recalcitrat, eam certitudinem non ex operibus haberi, ideoque me dixisse, NIHIL MIHI CONSCIVS SVM: sed ex promissione gratuita misericordiæ Dei quæ nobis offertur in Christo. Quàm enim futile sit ad labefactandum CATHOLICORVM Argumentum, patet. Nam siue ex Operibus siue ex Promissione certus forem me esse Iustum, dicere potui, MEIPSVM IVDICO; immo longè certiùs atque præclariùs, si ex promissione. Atqui hoc nequaquam dicere potui; igitur ne quidem ex promissione de mea Iustitia certus eram. Deinde vel Promissio illa omnium credentium est, vel paucorum: Si omnium, quorsum PAVLVS DE PROXIMIS NON IVDICANDIS, tanta, vbi apud homines tam de se quàm de aliis certos ne quidem esse poterat locus iudicandi, cùm Iudicium earum rerum sit quæ per se haud satis patent? Si Paucorum illa Promissio, cur ad omnes extendunt & de re non communi statuunt doctrinam communem? Sed iampridem interpretationem Augustini similem, in Collectaneis Beda vester descripsit: à qua certè nec Græcorum nec Latinorum Interpretes vlli vnquam dissensêre. Ex quo relinquitur, vt vbi sit Vnitas, illic sit & Veritas. Vnde & Bernardus in Sermone De Conuersione ad Clericos, capite decimo sexto, testatur, Apostolum, etsi nihil sibi conscium, tamen propter humani cordis abyssum, iudicantis sese Domini sententiam magnoperè formidasse: cùm videlicet adiicerem, QVI AVTEM IVDICAT ME, (Græcè quoque, ἀνακρίνων, DIIVDICAT,) DOMINVS EST. Quarè summo, Theologicæ Sapientiæ, arcano, Tertia Parte Angelicus Thomas, Quæstione octuagesima secunda, dum quærit, Articulo
» quinto; Vtrùm malus Sacerdos Eucharistiam consecrare possit? explicans in Corpore Articuli hunc versiculum nostrum, Iure Interpretis quo apud omnes claruit, sic Apostolicè diuinéque declarat:
» Et APOSTOLVS dicit primæ Corinthiorum quarto: Sic nos existi-
» met homo, vt Ministros Christi. & tamen postea subdit: Nihil mi-
» hi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. ERAT ERGO
» CERTVS SE ESSE MINISTRVM CHRISTI; TAMEN NON ERAT CER-
» TVS SE ESSE IVSTVM. POTEST ERGO ALIQVIS ESSE MINISTER
» CHRISTI, ETIAMSI IVSTVS NON SIT. ET HOC AD EXCELLEN-
» TIAM CHRISTI PERTINET; CVI SICVT VERO DEO SERVIVNT
» NON SOLVM BONA, SED ETIAM MALA, QVÆ PER IPSIVS PRO-
» VIDENTIAM IN EIVS GLORIAM ORDINANTVR. Hactenus Beatus Thomas. Alphonsi autem à Castro addenda memorabilis historia est, libro nempe duodecimo è quattuordecim quos Zamorensis ille, Ordinis Minorum, Regularis, vt vocant, Obseruantiæ, Prouinciæ Sancti Iacobi, Aduersùs omnes Hæreses composuit. Itaque
» Verbo, PRÆDESTINATIO, hæc docet & narrat: SECVNDA HÆRE-
» SIS circa Prædestinationem, est, quæ adserit, hominem sine speciali

Dei reuelatione poſſe ſcire ſe eſſe à Deo prædeſtinatum ad vitam « I. COR.
æternam. Hæc Hæreſis HOC NOSTRO MISERANDO SÆCVLO AD « IV.
QVASVIS HÆRESES SVSCITANDAS APTISSIMO, IN QVO QVID- «
QVID DE DOGMATIBVS EFFVNDERE LIBET, LICET, primò in «
publicum prodiit. Sed bene res habet, quòd qui ita ſentiunt, non «
ſunt vſque adeo progreſſi vt errorem ſuum per Scripturam, quæ «
multò latiùs quàm Verbum, nocere ſolet, prodiderint. Sed SOLO «
VERBO ſuum Temerarium, atque adeo Præſumptuoſum Iudicium «
manifeſtarunt. Nam in Concilio Tridentino, CVI PRÆSENS AD- «
FVI, cùm inter viros doctos, qui multi illic aderant, tractaretur ex «
mandato Synodi Quæſtio DE CERTITVDINE IVSTIFICATIONIS «
HVMANÆ, & res eſſet inter eos controuerſa, Ecce VNVS AVT «
ALTER proſilierunt, qui Præſumptuoſa quadam Temeritate CO- «
RAM TANTA DOCTORVM VIRORVM MVLTITVDINE DICERE «
NON ERVBVERVNT: Hominem abſque ſpeciali Dei reuelatione «
poſſe certo ſcire non ſolum ſe eſſe Iuſtum, ſed eſſe Prædeſtinatum. «
VNVS AVTEM EX ILLIS VT TEMERITATEM SVAM & SVPERBAM «
PRÆSVMPTIONEM PLENIOREM FACERET, SEIPSVM IN EXEMPLVM «
PROPOSVIT, DICENS; NAM EGO QVIDEM CERTO SCIO ME ESSE «
PRÆDESTINATVM. QVOD EGO AVDIENS OBSTVPVI, MIRATVS, «
QVOD HOMO VEL MEDIOCRITER DOCTVS, ET SVI IVDICII COM- «
POS, IN TAM DEMENTEM ERROREM INCIDISSET, & ILLVM CO- «
RAM TALI AC TANTO COETV EFFVNDERE NON ERVBVISSET. «
Poſtea verò rem hanc mecum tractans, & diligenti conſideratione «
mente reuoluens, vehementer ſuſpicatus ſum, hos TAM PRÆSVM- «
PTVOSÆ HÆRESIS adſertores, LVTHERVM in pectore geſtaſſe, & «
in illius verba iuraſſe, quamuis ILLI PRO CATHOLICIS SE NOBIS «
VENTITABANT, ET PRO TALIBVS, A NOBIS EXISTIMARI CVPIE- «
BANT. Nam etſi LVTHERVS, numquam, quod ego ſciam, hanc «
Hæreſim APERTE docuit, ex aliis tamen illius adſertionibus EVI- «
DENTER COLLIGITVR. Hæc & ad Hiſtoriam & ad Doctrinam «
ſæpe legenda Alphonſus à Caſtro. DVODECIMO; NON VVICLE-
FO APOSTATÆ ANGLIÆ, SED GREGORIO APOSTOLO ANGLIÆ
FIDEM ESSE HABENDAM, NIHILQVE APOSTOLICA EPISCOPO-
RVM AVCTORITATE DEBERE ESSE ANTIQVIVS: Non vt confun- « v. 14.
dam vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos cariſſimos moneo. Nam «
ſi decem millia PÆDAGOGORVM habeatis in Chriſto, ſed non «
multos PATRES. Nam in Chriſto IESV per Euangelium ego vos «
genui: Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς, γράφω ταῦτα, ἀλλ' ὡς ΤΕΚΝΑ μου ἀγαπητὰ, «
νουθετῶ. Ἐὰν γὰρ μυρίους ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΥΣ ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς
ΠΑΤΕΡΑΣ. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. Hic
ſuſcipe, REX IACOBE, cauſam CATHOLICORVM: ſuſcipe cauſam
Auguſtini, Gregorij, PAVLI: ſuſcipe cauſam tuæ Angliæ; immo
APOLOGIÆ EVANGELII ab Anglia tua Angliæque Regibus olim
ante hoc nouum Euangelium recepti; id eſt, cauſam VNITATIS ET
VERITATIS; vt hoc iudicio probatus, cum Eccleſia Catholica, cum

1. Cor. IV. Populo Dei, & in laude & in gratia, & in benedictione esse possis. Cogita, qui sis, quo loco, quid dare Populo Dei, quid reddere maioribus tuis debeas. Circumstant te summæ auctoritates quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant, quæ te dies noctesque commoneant. Fac tibi PATERNÆ LEGIS veniat in mentem: qua lege quondam ECCLESIA ANGLICANA optimo PATRE Gregorio, vigilantissimo PÆDAGOGO Augustino, vsa est. Atque, vt quondam pro Alexandrina Ecclesia contra Timotheum qui Patriarchalem Thronum inuaserat, Imperatorem Leonem rogabant in Synodica his verbis Myrenses Patres: » ET SVDORES SANCTÆ MEMORIÆ ATHANASII, ET THEOPHILI, ET CYRILLI QVI ORTHODOXÆ FIDEI PRINCIPES EXSTITERVNT, NEQVAQVAM INVTILES ESSE PERMITTITE: Tu, REX IACOBE, nec PAVLI, nec GREGORII, nec AVGVSTINI, vt totidem Anglicanæ Ecclesiæ auctores tibi referam, SVDORES frustrari ne sinas. En mecum clamat è Cælo Gregorius tanto magis de vestra, quanto minus nunc de sua salute sollicitus: » NON VT CONFVNDAM VOS HÆC SCRIBO, SED VT FILIOS MEOS CHARISSIMOS MONEO. NAM SI DECEM MILLIA PÆDAGOGORVM HABEATIS IN CHRISTO, SED NON MVLTOS PATRES. NAM IN CHRISTO IESV PER EVANGELIVM EGO VOS GENVI. Quid nostri Angli respondeant, plusquam nostri Corinthij non habent. Isti Pædagogi sunt, & nos Patres. Non vos in Christo genuerunt, hoc est, Christianos per Euangelium fecerunt; quod Apostolicum est, quod Paternum est: sed ab alio genitos instituendos susceperunt; quod non Parentum sed Pædagogorum est, qui ad eam rem plerumque vel mercede conducuntur.

Prou. 1. v. 8. Vrgeat Patris amor, instet Matris Ecclesiæ Fides, vt nec oblito Patre, nec dimissa Lege Matris tuæ ad Pædagogos conuoles, à quibus educationis tandem exigenda ratio erit. Immo exigo nunc repe-

Dan. 5. v. 27. Apoc. 2. v. 24. rioque (vt EVANGELICA APOCALYPSIS habet) MINVS HABENTES quàm Primi illi quibus DOCTRINAM ECCLESIÆ nostri Heroës paternè tradiderunt. Denique Mosaïca Lex Pædagogica; Euangelica Paterna est. ERGO relictis Pædagogicis pergamus Paterna scrutari. DECIMOTERTIO; DE NECESSITATE PASTORIS

1 Cor. 4. v. 21. » AC LIBERTATE GREGIS: QVID VVLTIS? in Virga veniam ad vos, an in Charitate & Spiritu Mansuetudinis? ΤΙ ΘΕΛΕΤΕ; ἐν Ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν Ἀγάπῃ, Πνεύματί τε Πρᾳότητος; Et dubitatis adhuc de Libero Arbitrio, cum ab Apostolo vestro dicitur vobis, QVID VVLTIS? Idem enim planè est ac si dicerem: Optionem vobis do eligendi alterum ex duobus, aut, Liberum vobis est vtrum velitis eligere. Deinde cùm PATERNAM VIRGAM mirantur in manu Euangelici Apostolicique Pastoris, quàm sint Vtriusque Iuris tam Euangelici quàm Apostolici ignari, clarè Nouatores ostendunt. Docet sapientissimè Augustinus libro tertio Contra Epistolam Parmeniani capite primo: » Nunquid, inquit, & VIRGA sine Charitate est; quia ita contexuit; IN VIRGA veniam ad vos, an in Charitate? Sed quod

ſequitur, Spiritu Manſuetudinis; admonet intelligi, quia & VIR- « I.COR.
GA Charitatem habet: ſed aliud eſt CHARITAS SEVERITATIS, a- « IV.
liud CHARITAS MANSVETVDINIS. Vna quidem Charitas eſt, ſed «
diuerſa in diuerſis operatur. Porrò ſimile quid ex aduerſo ſuſpi- «
cans atque ſubindicans Romanus ille habitus Sapiens, de Beneficiis
libro ſecundo, dixit: Exorari in perniciem rogantium SÆVA BO- «
NITAS eſt. DECIMOQVARTO; DE VERITATE EVCHARISTIÆ, AC «
CELEBRATIONE FESTORVM: Etenim Paſcha noſtrum IMMOLATVS « I.COR.V.
eſt Christus. Itaque EPVLEMVR: Καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν « v.7. v.8.
ΕΤΥΘΗ Χριστός· Ὥστε ΕΟΡΤΑΖΩΜΕΝ· Inſignis profectò pro Veritate Euchariſtiæ locus. Si enim, vt ſupra multis probatum eſt, cùm De Sacrificio ageremus, poſt Sacrificium, Epulum; aut immolata Caro in Cruce tantùm Carnis Christi figura eſt, aut Veritas Carnis Christi nobis epulanda data eſt. Ex iiſdem enim eſt Epulum ex quibus Sacrificium, illudque ipſum ſacrificatur quod poſthac Manducatione conſumitur. Item, pro Feriarum Feſtorumque Dierum Celebratione hic verſiculus valet. Etenim Ἑορτάζειν, ſic translatè Epulari ſonat, vt propriè tamen ſit, Feſtum Celebrare, quemadmodum FERIARI apud Latinos non ita Vacare ac Ceſſare eſt, quin ex eo vnde ductum eſt, Feſtum Agitare primariò ſignificet. Hinc, vt ſupra meminimus, libro de Habitu Virginum; FESTA CELEBREMVS, Cyprianus legit: & Origenis Interpres DIEM FESTVM CELEBREMVS, Homiliâ in Leuiticum quintâ, quæ eadem Auguſtini lectio eſt, vt omittam quod Alcuini quondam Diſcipulus Haymo, Epiſcopus Halberſtatenſis, teſtatur aliam editionem habere: ITAQVE FESTIVITATEM CELEBREMVS. Feſtis videlicet diebus, & Sacrificia peragi, & ſolemnes Epulæ ex carnibus immolatis exhiberi ſolebant: ex quo & Feſtum, & Solemne Epulum celebrare, Ἑορτάζειν erat. Vnde Concilium Laodicenum, Canone trigeſimo ſeptimo, ſanxit: Quòd non oporteat à Iudæis vel Hæreticis quæ mit- «
tuntur MVNERA FESTIVA (quæ ſic Dionyſius Exiguus; FE- «
RIATICA Iſidorus Mercator reddit, poſt quem alij, FESTIVA;) ſuſcipere, nec cum eis Feſta Celebrare: Ὅτι οὐ δεῖ παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἢ Αἱρετικῶν, τὰ πεμπόμενα ΕΟΡΤΑΣΤΙΚΑ λαμβάνειν, μηδὲ ΣΥΝΕΟΡΤΑΖΕΙΝ αὐτοῖς. Ea ergo mea mens fuit, vt ſicut Iudæi fermento abſtinebant, quandiu Paſcha celebrabant: ita & vos Christianum ac Perpetuum Paſcha agentes, ſemper feriandum, abſtinendumque à veteris prauæque conuerſationis fermento meminiſſetis. Vnde cùm ad hoc Christus pro nobis immolatus ſit, iure meritóque Eccleſia Catholica non modò Ferias imperauit, ſed & Feriarum Dies addidit, immo Perpetuas, ſi non ab omnibus, at certè à Paſtoribus omnium nomine habendas Ferias cenſuit, vt iam hîc Feſtum Æternum illum in Cælo futurum ordiatur Diem. Diſcite in terris quorum vobiſcum, immo nobiſcum, Scientiam habeatis in cælis.

Finis erat dictis, & adhuc MINOIA PROLES
Vrget opus, ſpernitque DEVM, FESTVMQVE PROFANAT.

I COR. VI. v.9. & 10. » DECIMOQVINTO; DE FIDE ET OPERIBVS: NOLITE ERRARE:
» Neque Fornicarij, neque Idolis seruientes, neque Adulteri, neque
» Molles, neque Masculorum Concubitores, neque Fures, neque
» Auari, neque Ebriosi, neque Maledici, neque Rapaces REGNVM
» Dei possidebunt: ΜΗ ΠΛΑΝΑΣΘΕ· οὔτε Πόρνοι, οὔτε Εἰδωλολάτραι, οὔτε Μοιχοὶ, οὔτε Μαλακοὶ, οὔτε Ἀρσενοκοῖται, οὔτε Κλέπται, οὔτε Πλεονέκται, οὔτε Μέθυσοι, οὐ Λοίδοροι, οὐχ Ἅρπαγες, ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ ΘΕΟΥ οὐ κληρονομήσουσιν. Vetus error est, cuius Simonem illum Magum auctorem ferunt, salutem sibi ex Sola Fide sine Operibus promittere. Vnde malè quidam olim sibi in suis peccatis blandientes, existimauerunt sese, quamuis non ad REGNVM, propter hanc Scripturam & similes; AD VITAM ÆTERNAM tamen, merito Fidei, esse admittendos: contra quos Augustinus cum alibi, tum ex professo in libro De Fide & Operibus, disputat. Itaque cùm Corinthios quosdam Præcursores illa Hæresis haberet, principiis obstiti, palámque opinionem nascentem adhucque latentem, erroris argui, quòd non absque præsumptione aliqua sinistra, incestuosum illum Corinthium tamdiu apud se tolerasse viderentur. His ergo, quò paucioribus, eò seue-
» rioribus, verbis Lernæum illud caput præcidendum fuit: NOLITE
» ERRARE. Horreant huius sæculi SOLIFIDIANI Hæretici; At tu, REX IACOBE, Errare noli, cui REGNVM DEI, si caueris, post illud tuum, promissum, ac certò repositum est. DECIMOSEXTO; DE
v 11. » IVSTITIA CHRISTIANA: Et hæc quidam fuistis, sed ABLVTI estis,
» sed SANCTIFICATI estis, sed IVSTIFICATI estis, in nomine Do-
» mini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri: Καὶ ταῦτα τινὲς ἦτε, ἀλλὰ ΑΠΕΛΟΥΣΑΣΘΕ, ἀλλὰ ΗΓΙΑΣΘΗΤΕ, ἀλλ᾽ ΕΔΙΚΑΙΩΘΗΤΕ, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Quærant
Is. 30. v. 1. nunc sed non ex me; habeant, sed non per Spiritum meum, Imputatiuam suam Iustitiam Nouatores. Hìc & in Peccatorum Remissione Ablutio est, & in munditia positiua & inhærente qua quis applicatur ad Deum, SANCTITAS; & in Interioris Hominis Rectitudine principaliter sita in Conformitate Mentis ad Legem Dei, Vera IVSTITIA. Non igitur Iustitia Christiani Hominis Imputatiua erit, qua nimirum is qui reuera iustus non est, iustus credatur esse, siue iustus per imputationem dicatur; vel quòd tantùm ei peccata non imputentur, vel quòd imputetur ei Iustitia Christi: ac si quis per imputationem redemptionis Christi, quia non solùm nos sed pro nobis, cùm Frater non redimeret, homo factus ac passus redemit, Redemptor dicendus esset: Sed ea CHRISTIANA IVSTITIA dicenda, qua quis à peccatis ad Deum verè conuersus, eorum re-
Ephes. 3. v. 24. missione accepta, NOVVM HOMINEM induit; atque ita mente reno-
Rom 6. v 4. uatus in nouitate vitæ & in obseruatione mandatorum Dei ambulat, PER DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM, vt orando semper Ecclesia perorat, id est, per meritum Passionis Domini ac Redemptoris atque Mediatoris nostri Iesu Christi, & virtute Spiritus Sancti à Deo nostro procedentis, cui tanquam auctori ea quæ ad San-

ad Sanctificationem nostram pertinent, peculiariter in Sacris Libris I. COR. VII.
ascribi solenr. DECIMO SEPTIMO; DE SANCTO CLERICORVM
CÆLIBATV: Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad « v. 5.
rempus, VT VACETIS ORATIONI: Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ἂν «
ἐκ συμφώνου, πρὸς καιρὸν, ΙΝΑ ΣΧΟΛΑΖΗΤΕ τῇ νηστείᾳ, καὶ ΤΗ ΠΡΟΣΕΥ-
ΧΗ. Hieronymi Pro Sancto Sacerdotum Cælibatu certissimum ex hoc
loco Argumentum prioris sui aduersùs Iouinianum libri capite vn-
deuigesimo: Si Laicus & quicunque Fidelis orare non potest, nisi ca- «
reat Officio Coniugali; SACERDOTI, CVI SEMPER PRO POPVLO OF- «
FERENDA SVNT SACRIFICIA, semper orandum est: SI SEMPER O- «
RANDVM est; Ergo SEMPER CARENDVM MATRIMONIO. dignum «
Hieronymo atque Patrum Sæculo Enthymema, ac omni Argumen-
to certius ætatis suæ, & Antiquæ, hoc est Primitiuæ, Ecclesiæ Testi-
monium, Ergo qui secus sapiunt; desipiunt! nec iam CATHOLICI di-
cendi, sed IOVINIANISTÆ. Græca verò, VT VACETIS IEIVNIO ET
ORATIONI; admonent, ad Cælibem Angelicamque Vitam, qua Casti
Sacerdotes in carne, præter carnem, viuunt, præuium custodem IEIV-
NIVM esse. DECIMO OCTAVO; SACERDOTALEM CASTITATEM APO-
STOLICAM ESSE, AC SERVARI POSSE: Hoc autem dico, SECVNDVM « v. 6.
INDVLGENTIAM, non SECVNDVM IMPERIVM: Volo enim omnes vos «
esse SICVT MEIPSVM: Τοῦτο δὲ λέγω, ΚΑΤΑ ΣΥΓΓΝΩΜΗΝ, οὐ ΚΑΤ᾽ ΕΠΙ- «
ΤΑΓΗΝ. Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι, ΩΣ ΚΑΙ ΕΜΑΥΤΟΝ. Vbi sunt qui
ex meis sequentibus verbis: Melius est enim Nubere quàm Vri; im- « v. 9.
possibile esse fabulantur vt quis castitatem in Cælibatu seruet? Nun-
quid saris huiuscemodi Obiectioni occurro his duobus verbis, SICVT
MEIPSVM, errorem vestrum, exemplo nostro præueniens? Ast ego ad
maiorem cautelam & ista quoque præmisi: Bonum est illis si sic per- « v. 8.
maneant, SICVT ET EGO: quibus concessis obstructum est os loquen- « PS. 62. v. vlt.
tium iniqua, nec iam quod arguant, habenr. Neque enim per me cul-
pare institutum licet, cuius obseruatione perfectum in me exemplum
est. DECIMO NONO; DE NECESSITATE BAPTISMI AC BAPTISMO
PARVVLORVM: Alioquin Filij vestri IMMVNDI essent, nunc autem « v. 14.
SANCTI sunt: Ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ΑΚΑΘΑΡΤΑ ἐστι, νῦν δὲ ΑΓΙΑ ἐστιν. «
Arcana verba, nec omnibus sanè obuia: de quorum sensu hoc vnum
Ecclesiæ suæ Christus Sponsus hucvsque reuelauerat, non equidem
Affirmatiuum, sed Negatiuum; nempe, Non esse Christianum in-
de colligere Fidelium Parentum Filios non opus habere Baptismo
quo sanctificentur, vtpote Sanctos hoc ipso quo ex Sanctis Parenti-
bus nati sunt. Ergo adferentes hunc locum ad id probandum Pela-
giani, ab Ecclesia Catholica damnari sunt, eorumque De Baptismo
Paruulorum sententia, non Fides, sed Hæresis manifestè habita ac
iudicata est. Num ex Immundis Pelagianis Caluiniani Filij nunc
Sancti sunt? Ad Augustinum, ad Augustinum prouocate, hu-
ius Pelagiani Erroris seuerissimum iudicem, acerrimum vindi-
cem. At Infidelibus deteriores sunt qui nunc audent apud Chri-
stianos, CONTRA NECESSITATEM BAPTISMI, id est,

I. COR. VII. Contra Christianum Nomen, & verbis & scriptis palàm pugnare, immo blasphemare. Qualis nefandus iste, vt vocant, Minister in omnium bonorum feracissima, hoc excepto, regione Caletensi, Rothomagensis Diœcesis, quem Deus, ceu quoddam portentum, sustulit; qui nuper librum cui titulus esset, CONTRA NECESSITATEM BAPTISMI, ediderat, cui lux auctorique, iusto Dei iudicio, morte surrepta est. O Christi Sapientia! ô Patientia! Circa verò huius loci sensum, duo ex Augustino notanda, De peccatorum Meritis & Remissione libro secundo, capite vigesimo sexto: Alterum, Quòd quemadmodum ex Viri Infidelis Sanctificatione per Mulierem Fidelem, inferri nequit huiusmodi virum non egere Baptismo; haud secus ex Sanctificatione Filiorum per Parentes Fideles, probari non potest Filiis non esse omnino necessarium Baptisma: Alterum, Ingenuè fateri nescire se qua de Sanctificatione hoc loco agatur; hoc vnum se scire non de Sanctificatione agi, ad quam Remissio Peccatorum pertineat, vt ex antecedente exemplo Viri Infidelis per Mulierem Fidelem Sanctificati, patet. Verumenimvero, quomodo Sanctus, qui adhuc Infidelis? Hîc opportunè vbi desinit Physicus, ibi incipit ANGLIÆ MEDICVS, id est, nobilissimus ætate vestra Augustini Discipulus, ac Interpres meus, PER-
1. Tim. 1. v. 13. RONIVS, meo exemplo, EX PERSECVTORE PRÆDICATOR factus: cui,
1. Cor. 14. v. 30. tanquam SEDENTI, nouissimè in diebus istis, super hunc locum ob Ecclesiæ vtilitatem reuelatum est, adiectumque ac depositum aliquid, certè dignum Augustino. Vnde locum hunc nostrum De Prophetis Beatus Cyprianus, in Epistola septuagesima prima, quæ est ad Quintum, ad Episcopos, accommodat, referente & laudante Augustino, libro secundo de Baptismo contra Donatistas, capite octauo. Recitatis
» enim his ad quæ nunc allusi, meis huius Epistolæ verbis; Prophetæ
» DVO AVT TRES loquantur, & cæteri EXAMINENT, si alij SEDENTI
» reuelatum fuerit, ille PRIOR TACEAT; ita De Episcopis agens subiun-
» git: Qua in parte docuit (me nimirum intelligit) & ostendit multa
» singulis in melius reuelari; & debere vnumquemque, non pro eo quod
» semel imbiberat, & tenebat, pertinaciter congredi; sed si quid melius
» & vtilius exstiterit, libenter amplecti. Sed à Cypriano Augustinoque iam tacentibus, ad alium tertium cui reuelatum est, id est, ad PERRO-
» NIVM, redeamus. LÆTETVR MATER ECCLESIA, QVÆ TALEM HA-
» BET FILIVM; vt de Dionysio Carthusiano viro sanctissimo doctissimoque, æquali suo, PAVLVM Papam SECVNDVM quandoque dixisse memoriæ proditum est. PERRONIVS enim, capite sexto libri secundi Responsorum ad tua Responsa, DOCTISSIME REX, sic, tametsi tacitis nominibus, Estij Duaceni, grauissimi Theologi, SANCTITATEM ANALOGICAM; Cardinalis Cajetani, summi ingenij nec minoris pietatis viri, MVNDITIAM LEGALEM, tanquam nouam aliquam Spartam nactus ornauit, vt tertium quoddam inuentum condiderit; sic suum, sic aptum, vt nihil certè huic loco scrupuli iam superesse
1. Esdr. 10. v. 2. possit. Me enim PAVLVM, tanquam NOVVM quendam ESDRAM, facit, non quidem DE COETV TRANSMIGRATIONIS separantem Vxores Alienigenas, ET EOS QVI DE HIS NATI SVNT, quin

potiùs (quia in eo qui fecit vtraque vnum, nil COMMVNE siue Immundum dicendum est, vt per Petrum docuit) iungentem in Christo viris suis, facit Mulieres Infideles, easque retinentem, & eos qui de his nati sunt: quos quoque sanctificantem ac mundantem inducit Munditia Legali, quæ non quidem Peccata sed quæ Legalia excludat. Quemadmodum ergo sanctificasse dicitur Dominus Gentes, prohibens ampliùs eas pro Immundis haberi, ac coniungens Vtrumque Populum in vnum, iuxta illud Isaiæ decimo tertio; MANDAVI SANCTIFICATIS MEIS: sic Fidelium Infideles Mulieres ac Viros Sanctificari; ex iisque susceptos Filios SANCTOS, siue, vt Syrus Interpres vertit, MVNDOS, esse, SANCTITATE EVANGELICA, SANCTITATE LEGALI, SANCTITATE ANALOGICA, SANCTITATE SECVNDVM QVID κατά τι, dixi & edixi. Qua certè Sanctitate in vniuersum Christianos, siue omnes, qui Christianum profitentur nomen, quo certè nomine tam boni quàm mali veniunt ac comprehenduntur, SANCTOS appellare passim soleo. Vnde apud Tertullianum, libro secundo Ad Vxorem, Coniux Infidelis, acquiescens, atque consentiens habitare cum Coniuge Fideli, dicitur, CANDIDATVS TIMORIS; & apud Hieronymum imitatione Tertulliani, libro primo contra Iouinianum, CANDIDATVS FIDEI. Quare, super hac nostra Quæstione Apostolica consultus à Paulino Hieronymus, Quomodo Sancti sint, qui de Fidelibus, id est, Baptizatis nascuntur? Epistolâ centesimâ quinquagesimâ tertiâ, pro responso Tertullianum asserentem adducit, Sanctos dici Fidelium Filios, Quòd quasi CANDIDATI SINT FIDEI, & nullis Idololatriæ sordibus polluantur: Tametsi haud alius nunc apud Tertullianum locus reperiatur, nisi is sit quo in libro de Anima capite trigesimo nono, Sanctos ab Apostolo vocari dicit Fidelium Filios, quasi DESIGNATOS SANCTITATIS, ac per hoc etiam SALVTIS. Atque hæc summatim de Nouis Perronianis inuentis, quibus addere pauca hæc vetera facilè fuit, vt quod in Euangelio est, omnis Scriba Doctus in Regno Cælorum similis sit Homini Patrifamiliâs, qui profert de Thesauro suo NOVA ET VETERA. VIGESIMO; DE POSSIBILITATE OBSERVATIONIS MANDATORVM DEI, DEQVE OPERVM NECESSITATE AD CONSEQVENDAM GLORIAM: Circumcisio nihil est, & Præputium nihil est, sed OBSERVATIO MANDATORVM DEI: Ἡ Περιτομὴ, οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ Ἀκροβυστία, οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ ΤΗΡΗΣΙΣ ΕΝΤΟΛΩΝ ΘΕΟΥ. Ergo Obseruatio Mandatorum Dei non est impossibilis: Ergo Opera ex Lege Christi & Gratiæ ad Iustitiam Salutemque conferunt, vti postmodum Romanos his verbis docui; FACTORES LEGIS IVSTIFICABVNTVR: ex illo Dominico Matthæi, Si vis ad VITAM ingredi, SERVA MANDATA. Itaque quinto sextoque ad Galatas, verbis nonnihil diuersis, hanc eandem sic sententiam, inculco: In Christo Iesu (quinti capitis verba sunt) neque Circumcisio aliquid valet, neque Præputium, sed FIDES QVÆ PER CHARITATEM OPERATVR; Et capite sexto: sed NOVA CREATVRA. Ex quo semper ab iis qui in Lege Domini meditantur, intellectum est, eadem esse, saltem, quod aiunt, Concomitanter,

Marginal notes: I. COR. VII. (line 1); Act. 10 v. 28. (line 2); « Is. 13. v. 13. (line 8); « (line 9); Matt. 13. v. 52. (lines 26–27); « 1. Cor. 7. v. 19. (lines 29–30); « Rom 2. v. 13. (lines 34–35); « Matt. 19. v. 17. (lines 36–37); « Gal. 5. v 6. (line 38); « Gal. 6 v. 15. (line 40); « (lines 23, 24, 25, 39, 41)

I. COR. VII. hæc Ttia; OBSERVATIONEM MANDATORVM DEI, FIDEM QVÆ PER
CHARITATEM OPERATVR, & NOVAM CREATVRAM. VIGESIMO
PRIMO; DE SANCTA VIRGINITATE CONSILIISQVE EVANGELICIS:
v.25. » De Vitginibus autem PRÆCEPTVM DOMINI non habeo: CONSI-
» LIVM autem do, TANQVAM MISERICORDIAM CONSEQVVTVS A
» DOMINO VT SIM FIDELIS: Περὶ δὲ τῶν Παρθένων, ΕΠΙΤΑΓΗΝ Κυρίου οὐκ
ἔχω· ΓΝΩΜΗΝ δὲ δίδωμι, ΩΣ ΗΛΕΗΜΕΝΟΣ ΤΠΟ ΚΤΡΙΟΤ, ΠΙΣΤΟΣ ΕΙ-
ΝΑΙ. Conuincit hic locus, non omnia bona quæ faciunt Fideles, esse
Præcepti, sicut huius sæculi Sectarij contendunt; sed quædam esse
Consilij; ad quæ nimirum absolutè ex aliquo Dei Præcepto minimè
» teneantur. Nam PRÆCEPTVM quidem est, (ait Augustinus libro DE
SANCTA VIRGINITATE, quem contra dogma Iouiniani scripsit, non
» modò Cælibatui, sed & Virginitati Nuptias coæquantis,) cui non
» obedire, peccatum est: CONSILIVM, quo si vti nolueris, minùs boni
» adipiscêris, non mali aliquid perpetrabis. De Bono autem Virginita-
tis per tria genera Boni sic Diuus Thomas differit in versiculum se-
v. 26. » quentem: Existimo ergo hoc BONVM esse propter Instantem Neces-
» sitatem (videlicet cùm Euangelij, tum Martyrij) BONVM, inquit, Ho-
» nestum, PROPTER PVRITATEM; Delectabile, PROPTER LIBERTA-
Matt. 13. v. 8. » TEM; Vtile, PROPTER MERCEDEM: quia debetur ei FRVCTVS CEN-
» TESIMVS. Vnde Sanctissimum illum Galliæ Archiepiscopum non
1. Tim. 3. v. 2. modò PHILOXENVM, sed & PHILOPTOCHVM Martinum dicere soli-
» tum refert Sulpitius, in eius Vita, Dialogo secundo: CONIVGIVM PER-
» TINET AD VENIAM; VIRGINITAS SPECTAT AD GLORIAM; FORNI-
» CATIO DEPVTATVR AD POENAM. VIGESIMO SECVNDO; LIBERAM
v. 28. » ESSE VIRGINITATEM, SINE VOTO; NON ITEM, EX VOTO: Et, si nu-
» pserit Virgo, non Peccauit: Καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ Παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· Num mo-
nentes audis Commentatotes omnes, Photium, Theophylactum,
Oecumenium, cæterosque secutos Chrysostomum, tam in Com-
mentario, quàm in Sermone De Libello Repudij, non loqui PAV-
LVM de ea Virgine quæ Christo dicata sit? Hanc enim si nupserit,
Adulterum Christo Sponso suo superinducere, & proinde grauiter
admodum peccare? Tonat Hieronymus, primo aduersùs Iouinianum
libro, hunc versiculum expendens. audiant Monachorum Monacha-
» rumque Prophani isti Pronubi, nostri Iouinianistæ: Non illa, inquit,
» Vitgo, QVÆ SEMET DEI CVLTVI DEDICAVIT. Harum enim si qua
1. Tim. 5. v. 12. » nupserit, HABEBIT DAMNATIONEM, quia PRIMAM FIDEM irritam
» fecit. Et addit Hieronymus: Virgines enim quæ POST CONSECRA-
» TIONEM nupserint, non tam ADVLTERÆ, quàm INCESTÆ sunt. In-
cestas vocat, ob id quod ex quinto nostræ ad Timotheum prioris, eas
videlicet Primam Fidem irritam fecisse, siue Deo factum Continen-
tiæ Votum violasse dixit: vbi certè eas vt fœdifragas propterea
DAMNATIONEM HABERE ibidem pronuncio. Quare meritò sanxit
» vndeuigesimus Ancyranus Canon: Quotquot VIRGINITATEM
» PROMITTENTES, IRRITAM FACIVNT SPONSIO-
» NEM, inter BIGAMOS censeantur: Virgines autem quæ conue-
» niunt cum aliquibus tanquam Sorores habitare, prohibemus:

Ὅσοι ΠΑΡΘΕΝΙΑΝ ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΙ, ΑΘΕΤΟΥΣΙ ΤΗΝ ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΝ, τὸν τῶν ΔΙΓΑΜΩΝ ὅρον ἐκπληρούτωσαν. Τὰς μὲν τοι συνερχομένας παρθένους πρὶν, ὡς ἀδελφὰς, ἐκωλύσαμεν. Ac postmodum Concilium Africanum ſub Bonifacio & Cæleſtino, Canone vndecimo: Vt VIRGINES SACRÆ, cùm parentibus (à quibus cuſtodiebantur) priuatæ fuerint, EPISCOPI PROVIDENTIA, (vel PRESBYTERI, VBI EPISCOPVS ABSENS EST) in MONASTERIO VIRGINVM, vel grauioribus feminis, commendentur: vt ſimul habitantes, INVICEM SE CVSTODIANT; ne, paſſim vagando, ECCLESIÆ LÆDANT EXISTIMATIONEM. VIGESIMO TERTIO; DE SACRO COELIBATV: Volo autem vos ſine ſollicitudine eſſe. QVI SINE VXORE EST, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, QVOMODO PLACEAT DEO: Qui autem cum Vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt Mundi, Quomodo placeat Vxori; & DIVISVS EST. Et MVLIER INNVPTA & VIRGO cogitat quæ Domini ſunt; VT SIT SANCTA CORPORE ET SPIRITV: Quæ autem Nupta eſt, cogitat QVÆ SVNT MVNDI; Quomodo placeat Viro. Porrò hoc AD VTILITATEM VESTRAM dico, non VT LAQVEVM VOBIS INIICIAM, ſed ad id QVOD HONESTVM EST, & QVOD FACVLTATEM PRÆBEAT SINE IMPEDIMENTO DOMINVM OBSECRANDI: Θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι· Ο ΑΓΑΜΟΣ μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ΠΩΣ ΑΡΕΣΕΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ. Ὁ δὲ γαμήσας, μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κόσμου, Πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. ΜΕΜΕΡΙΣΤΑΙ ἡ Γυνὴ, καὶ ἡ Παρθένος. ἡ Ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ΙΝΑ Η ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΙ ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙ· Ἡ δὲ Γαμήσασα μεριμνᾷ ΤΑ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ, Πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. Τοῦτο δὲ πρὸς ΤΟ ΥΜΩΝ ΑΥΤΩΝ ΣΥΜΦΕΡΟΝ λέγω· ΟΥΧ ΙΝΑ ΒΡΟΧΟΝ ΥΜΙΝ ΕΠΙΒΑΛΩ, ἀλλὰ ΠΡΟΣ ΤΟ ΕΥΣΧΗΜΟΝ ΚΑΙ ΕΥΠΡΟΣΕΔΡΟΝ ΤΩ ΚΥΡΙΩ, ΑΠΕΡΙΣΠΑΣΤΩΣ. Laus atque Inſtitutum Sacri Cœlibatus. Ac primum quidem pro eo QVI SINE VXORE, ab Interprete Vulgato dicitur, legitur à Cypriano, Tractatu De Habitu Virginum, & libro tertio Teſtimoniorũ, capite trigeſimo ſecundo, proprio nomine, CÆLEBS. Deinde illa verba, QVOMODO PLACEAT DEO, vel Græcè, QVOMODO PLACEBIT DOMINO, ſcilicet Chriſto; placeri ſummopere Domino (cui placetur per opera Pietatis) per SANCTVM CÆLIBATVM demonſtrant. Apoſtolica enim ſacra illa verba, Chriſtum vt Dominum noſtrum, & nos vt Seruos eius Emptitios, quorum eſt ea ſollicitè curare & agere, per quæ Domino ſuo placituros ſe ſperent, nobis proponunt; idque maximè adferunt per Sanctum Cælibatum contingere; quo, Dei causâ, totos ſe iis quæ Dei ſunt, homines deuouent. Eſt enim Sanctus Cælibatus, vacatio ab omnibus, vt vni Deo vaces. Tertiò; Coniugatus DIVISVS EST. Quomodo ergo vni rectè militans Deo, ſe Coniugio implicabit? Præterea quòd vir SERVVS ſit VXORIS, vt eum appellat Hieronymus, aduersùs Iouinianum libro primo, ex ſuperioribus conſtat: Non enim Vir ſui corporis habet poteſtatem, ſed Vxor. Vnde & Mundo ſeruire cogitur propter Vxorem: Ex quo, libro De Vera Virginitate, Περὶ ἀληθοῦς Παρθενίας, Baſilius Coniugium inter alia, DOLORVM OFFICINAM, Ὀδυνῶν Ἐργαστήριον, vocat. Quartò; VT SIT SANCTA CORPORE ET SPIRITV, ideo dixi, vt Catholicorum præoccuparẽ par-

I. COR. VII. — v. 32. — 2. Tim. 1. v. 4. — 1. Cor. 7. v. 4.

I. COR. VII. tes decernentium pro Hæreticis habendos qui docerent, Virginitatis studium à me eo nomine solùm quòd hominem ab huius mundi curis expeditum reddat, non autem quòd per se Deo placeat, commendari. Aduertendum tamen est, Ecclesiam, non in solis Virginibus ac Innuptis Sanctam esse, sed in iis etiam qui Casto Coniugio copulantur, vt de Bono Viduitatis, atque de Bono Coniugali Augustinus ex nostris scriptutis probat, Nuptam suo quoque modo & corpore & Spiritu Sanctam esse adserens. Quintò; Quis Sanctum proponentem Cælibatum, LAQVEVM INIICERE, præter Hæreticum, nunc dicat, cùm è contra Catholicè & Apostolicè in Ecclesia Romana, AD VTILITATEM eorum qui possunt capere ex hoc loco persuadeatur? Non inuicitur nolentibus Cælibatus; quinetiam in Sacri Subdiaconatus collatione probantur QVANTVM HVMANA FRAGILITAS NOSSE POTEST ET SINIT huius Sancti Cælibatus Candidati, monenturque coram Populo, ne quid aggrediantur temerè: sicque Gratiam Dei, Perpetuumque Ministerium Altaris obnixè humiliterque petentibus Acolythis Ordo Subdiaconatus, cui primo Cælibatus, tanquam semper orare volentium conditio, necessario adiunctus est, in nomine Domini confertur. Confirmat id Græco-latinus Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ, vbi Capitulo vigesimo quinto Concilium Carthaginiense Tertium sic rem declarat: Aurelius Episcopus dixit: Addimus, Fratres Carissimi, præterea, cùm de quorumdam Clericorum quamuis LECTORVM, erga Vxores proprias, incontinentia referretur, PLACVIT, QVOD ET IN DIVERSIS CONCILIIS FIRMATVM EST; vt SVBDIACONI qui SACRA MYSTERIA CONTRECTANT, & Diaconi & Presbyteri, sed & Episcopi SECVNDVM PRIORA STATVTA etiam AB VXORIBVS SE CONTINEANT: vt TANQVAM NON HABENTES videantur esse: quod nisi fecerint, AB ECCLESIASTICO REMOVEANTVR OFFICIO; Cæteros autem Clericos ad hoc non cogi, NISI MATVRIORI ÆTATE. Ab Vniuerso Concilio dictum est: Quæ VESTRA SANCTITAS est iustè moderata, & Sancta & Deo placita sunt, CONFIRMAMVS: Αὐρήλιος Ἐπίσκοπος εἶπε· Προστίθημι, Αδελφοὶ Τιμιώτατοι, πρὸς τούτοις, ἐν τῷ ἀναφέρεσθαι ἕνεκεν Ἐγκρατείας τῆς περὶ τὰς ἰδίας γυναῖκας τινῶν τῶν Κληρικῶν, ἐξαιρέτως ΑΝΑΓΝΩΣΤΩΝ, ὃ καὶ ΕΝ ΔΙΑΦΟΡΟΙΣ ΣΥΝΟΔΟΙΣ ΒΕΒΑΙΩΘΕΝ, ὥστε ΤΟΥΣ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΟΥΣ, τοὺς ΤΑ ΙΕΡΑ ΜΥΣΤΗΡΙΑ ΨΗΛΑΦΩΝΤΑΣ, καὶ τοὺς Διακόνους, καὶ Πρεσβυτέρους, ἀλλὰ καὶ Ἐπισκόπους, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, καὶ ΕΚ ΤΩΝ ΣΥΜΒΙΩΝ ΕΓΚΡΑΤΕΥΕΣΘΑΙ, ἵνα ΩΣ ΜΗ ΕΧΟΝΤΕΣ ὦσιν· ὅπερ εἰ μὴ ποιήσωσιν, ΤΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΥ ΑΠΟΚΙΝΗΘΩΣΙ ΚΑΘΗΚΟΝΤΟΣ· Τοὺς δὲ λοιποὺς Κληρικοὺς, πρὸς τοὺς μὴ ἀναγκάζεσθαι, ΕΙ ΜΗ ΕΝ ΠΡΟΒΕΒΗΚΥΙΑ ΚΕΙΡΑ. Ἀπὸ πάσης ἐλέχθη Συνόδου· Ἅπερ Η ΥΜΕΤΕΡΑ ΑΓΙΩΣΥΝΗ δικαίως ἐρρύθμισεν, ἱεροπρεπῆ ὄντα, καὶ Θεάρεστα, ΒΕΒΑΙΩΜΕΝ. Quod idem Africanus Codex rursus habet Capitulo septuagesimo ex Concilio Carthaginiensi Quinto, capite tertio; & Africano, Capite trigesimo septimo, cum hac Inscriptione, QVI CLERICI AB VXORIBVS DEBEANT ABSTINERE? Περὶ τῶν,

ποῖοι ὀφείλουσι Κληρικοὶ, γαμετῶν ἀπέχεσθαι; Vnde pro, DOMINVM OBSECRANDI, Lyranus, DOMINO OBSECRANDI, habet, interpretaturque, SACRE SERVIENDI; & Carthusianus, DEVM PER SACRA INVOCANDI: alij verò legunt, DOMINO OBSERVANDI. Hinc decimus ille Ancyranus Canon DE DIACONIBVS PROTESTANTIBVS QVVM ORDINANTVR, ac per consequens DE DIACONORVM CÆLIBATV, hæc habet: Diaconi, quicumque Ordinantur, si in ipsa ORDINATIONE protestati sunt, & dixerunt velle se Coniugio copulari, quia sic manere non possunt: hi, si postmodum vxores duxerint, in ministerio maneant, PROPTEREA QVOD EIS EPISCOPVS LICENTIAM DEDERIT. Quicunque sanè tacuerint, & susceperint MANVS IMPOSITIONEM, PROFESSI CONTINENTIAM, (hoc Exemplaria Græca nunc non habent, DE PROFESSIONE CONTINENTIÆ, sed ex sequentibus subintelligitur: & hæc Interpretatio Dionysij Exigui Veterum Exemplarium Praxeosque Ecclesiæ, fidem habet:) & postea Nuptiis obligati sunt, A MINISTERIO CESSARE DEBEBVNT: Διάκονοι, ὅσοι καθίστανται, παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν, εἰ ἐμαρτύραντο καὶ ἔφασαν χρῆναι γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτως μένειν· οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες, ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, ΔΙΑ ΤΟ ΕΠΙΤΡΑΠΗΝΑΙ ΑΥΤΟΥΣ ΥΠΟ ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ. Τοῦτο δὲ, εἴ τινες σιωπήσαντες, καὶ καταδεξάμενοι ΕΝ ΤΗ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ μένειν οὕτως, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ Γάμον, ΠΕΠΑΥΣΘΑΙ ΑΥΤΟΥΣ ΤΗΣ ΔΙΑΚΟΝΙΑΣ. Ac paulo post, iidem ferme Ancyrani Patres, ante Nicænam Synodum, cùm in Galatia seu Gallogræcia sub Vitali Antiocheno Patriarcha, Ancyrano Concilio, ea quæ ad mores Ecclesiæ Orientalis, ac præcipuè Ecclesiasticorum Ministrorum reformandos requirebantur, nondum planè ac perfectè constituta fuissent; Neocæsariensi Concilio in Cappadocia, Oeconomiam Ecclesiasticam rectè instituendam, omniumque Fidelium mores pià & sanctè componendos aggressuri, à Sacro Sacerdotum Cælibatu sic primo Canone ordiendum esse duxerunt, quo stabilito cætera facilè firmanda viderentur: PRESBYTER, SI VXOREM ACCEPERIT, AB ORDINE DEPONATVR. Si verò fornicatus fuerit, vel adulterium perpetrauerit, ampliùs pelli debet, & ad pœnitentiam redigi: ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ ΕΑΝ ΓΗΜΗ, ΤΗΣ ΤΑΞΕΩΣ ΑΥΤΟΝ ΜΕΤΑΤΙΘΕΣΘΑΙ· ἐὰν δὲ πορνεύσῃ, ἢ μοιχεύσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν. Hæc Neocæsareensis Synodus, quam, vt Ancyranam, à Patribus Nicæni Concilij approbatam fuisse patet Sessione septima Concilij Florentini. Ante verò vtramque hanc Synodum, Ancyranam & Neocæsareensem, Concilium Eliberitanum, celebratum in Hispania, (cui Magnus ille posthac Magni Nicæni Præses, Hosius, qui Diocletiani Persecutione vrgente Vexillum Confessionis aduersùs impietatem erexit, interfuit) hunc trigesimum tertium Canonem statuerat: PLACVIT IN TOTVM PROHIBERI EPISCOPIS, PRESBYTERIS ET DIACONIBVS, VEL OMNIBVS CLERICIS POSITIS IN MONASTERIO, ABSTINERE SE A CONIVGIBVS SVIS, ET NON GENERARE FILIOS; QVICVNQVE VERO FECERIT, AB HONORE

I. COR. VII.

I. COR. VII. » CLERICATVS EXTERMINETVR. Nihil verò Cælibatu honestius: nihil quod æquè facultatem præbeat, sine impedimento Dominum obsecrandi. Immo verò illud Honestum, Εὔσχημον est, id est Decorum, siue Pulchrum, quod Inhonesto opponitur: quo quidem
1. Cor. 12. v. 23. Indecora illa Generationis membra INHONESTA, Ἀσχήμονα, infra capite duodecimo, à me appellantur. Porrò, cùm Bonum, Honestum, & Commodum genere differant, in Verbis Apostoli Vestri, Virginitatis & Continentiæ Bonum prædicantis, neu quæso amplius Bonum accipi pro Commodo, Nouatores, calumniemini. Vnde nonnulli Codices, quos in Bibliis castigandis Louanienses sequuti sunt, pro, DOMINO OBSECRANDI, habent, DOMINVM OBSERVANDI; quo maior honestas, sanctitasque in illo accessu ad illa diuina latère insinuetur. Et profectò Sacerdotalis Sanctitas, quæ correlatiua est Altari, fons est Sanctitatis omnis, atque ad eam accessu, aut recessu ab ea, cæteras Christiani, vt mensurâ rerum, metiuntur. Quò certè respexisse atque allusisse Tertullianus, libro secundo
» ad Vxorem, capite tertio, videtur, dicens: Quæuis Fidelis Mulier
» DOMINVM OBSERVET necesse est. Vltimo denique illud ante omnia notandum videtur; Tantum subesse in Sancto Cælibatu Mysterium, vt Græca nostra illa verba, Πρὸς τὸ Εὔσχημον, καὶ Εὐπρόσεδρον, (aliàs, Εὐπάρεδρον, quod idem est) τῷ Κυρίῳ, Ἀπερισπάστως· numquam plenè satis exprimi ac reddi possint. Quare diu multúmque Græcè duntaxat, nusquam Latinè, in Ecclesia lecta sunt, & tanquam Angelicum aliquod, hominibusque ineffabile, nec temerè adeundum Mysterium, asterisco notata sunt. Ad sua vsque tempora ininterpretata mansisse Hieronymus auctor est, capite septimo libri primi in Iouinianum; vbi summoperè notanda hæc adiicit:
» Ac ne forsitan putaretur onus grauissimum Castitatis, nolentibus
v. 35. » imponere, statim iungit causas suadendi, & ait: HOC AVTEM AD
» VTILITATEM VESTRAM DICO; NON VT LAQVEVM VOBIS INII-
» CIAM; SED VT AD ID QVOD HONESTVM EST, ET INTENTE FA-
» CIT SERVIRE DOMINO, ABSQVE VLLA DISTRACTIONE, VOS AD-
» HORTER. PROPRIETATEM GRÆCAM (solet Hieronymus, sic distinguere, vulgoque dicere, PROPRIETATEM GRÆCAM, & VERI-
» TATEM HEBRAICAM) Latinus sermo non explicat. quibus enim
» Verbis quis possit dicere? Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ
» ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ Εὔσχημον καὶ Εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ,
» ἀπερισπάστως. VNDE ET IN LATINIS CODICIBVS, OB TRANSLATIO-
» NIS DIFFICVLTATEM, HOC PENITVS NON INVENITVR. VTA-
» MVR IGITVR EO, QVOD NOS VERTIMVS. Non imponit nobis
» APOSTOLVS laqueum, nec cogit esse, quod nolumus; sed suadet
» quod honestum est & decorum; ET INTENTE FACIT SERVIRE
» DOMINO, ET SEMPER ESSE SOLLICITVM, ET EXSPECTARE PA-
» RATVM DOMINI VOLVNTATEM: VT CVM QVID IMPERAVERIT,
» QVASI STRENVVS ET ARMATVS MILES, STATIM IMPLEAT
» QVOD PRÆCEPTVM EST; ET HOC FACIAT SINE VLLA

DISTENTIONE, QVÆ DATA EST SECVNDVM ECCLESIASTEM « I.COR. VII.
HOMINIBVS HVIVS MVNDI, VT DISTENDANTVR IN EA. Hacte- « Eccl.I.v.13.
nus Mystagogus ille Sacri Cælibatus Hieronymus, Summique Christianæ Philosophiæ Arcani: quod & ININTERPRETABILE Cælibatus esse Mysterium docet, & sola olim Perfectorum Traditione contemplandum, iisque solis qui Græcorum Mysteriis Apostolicè initiati essent. Hinc accidit vt apud huius nostræ Epistolæ Latinos antiquiores Commentatores, hæc pars exposita non legatur. Vnus Sedulius est, qui nescio quo vsus Interprete, tantùm habet; VT SIT « FREQVENS ORATIO. Nec putabit hanc partem Augustinum legisse, « qui consideret ea quæ disserit De Bono Viduitatis, capite quinto. Disce hinc quanta quámque necessaria Theologo sit Græcarum Litterarum peritia atque cognitio, sine qua pænè Mysteriorum expertem esse necesse est. Liquet verò ex his, quàm stultè errent, qui vana quadam specie humilitatis, & inanis cuiusdam Rusticæ Simplicitatis imagine delusi Scientias fugiunt, ne in superbiam extollantur. Nunc semel Augustino auscultent, atque animum adtendant, dum in Enarratione Psalmi centesimi trigesimi; SVNT, inquit, QVIDAM « HOMINES, QVI CVM AVDIERINT QVIA HVMILES ESSE DEBENT, « DIMITTVNT SE, NIHIL VOLVNT DISCERE, PVTANTES QVIA « SI ALIQVID DIDICERINT, SVPERBI ERVNT; ET REMANENT IN « SOLO LACTE; QVOS REPREHENDIT SCRIPTVRA, DICENS; ET « FACTI ESTIS OPVS HABENTES LACTE, NON SOLIDO CIBO: & reliqua. « Ac tandem concludit: ERGO NON DEBET HOMO EXTOLLERE « COR SVVM IN SVPERBIAM SED DEBET ELEVARE IN DOCTRINAM « VERBI DEI. Hoc dignum Doctore Augustino effatum, « de quo quidem sanctissimo auctore scriptum illud elogium reliquit Oecumenicæ Florentinæ Synodi Sessio septima: BEATVS AV- « GVSTINVS PRÆCLARISSIMVS DOCTOR LATINORVM, QVEM SAN- « CTA QVINTA SYNODVS RECEPIT, QVI ET PRÆSTANTISSIMVS « APPELLATVR: Ὁ Μακάριος Αὐγουστῖνος, Ο ΠΕΡΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΣ ΔΙΔΑ- « ΣΚΑΛΟΣ ΤΩΝ ΛΑΤΙΝΩΝ, ὃν ἡ Ἁγία Πέμπτη Σύνοδος προσεδέξατο, ὃς δὴ καὶ ΕΞΟΧΩΤΑΤΟΣ λέγεται. At, inquies, quæ tanta esse in Græcis verbis illis difficultas potest? Aperio. Græca imprimis vltimæ partis huius periodi, verbo tenus, ita sonant: ET BENE ASSIDENS DOMINO INDISTENTE, seu INDIVVLSE & INDISTRACTE: Καὶ Εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ, Ἀπερισπάστως. Quæ Hieronymus adiuncta parte superiori hunc in modum conari se transferre ait, vbi supra: Sed, « vt ad id quod HONESTVM EST (infrà, ET DECORVM) ET INTENTE « FACIT, SERVIRE DOMINO ABSQVE VLLA DISTRACTIONE « (pro qua paulo post, DISTENTIONE) VOS ADHORTER. Hæc Hie- « ronymus, post quem, Recentium quidam sic tentauit, Concretis in Abstracta mutatis: Sed ad Honestatem, & Bonam Perseuerantiam, « siue Assistentiam immobiliter Domino præstandam. Et rectè qui- « dem ASSISTENTIAM. nam capite nono, pro eo quod vulgò habetur, QVI ALTARI DESERVIVNT, Græcè est, Προσεδρεύοντες: quod

I. COR. VII. propriè QVI ASSISTVNT, QVASI ASSIDENT, diceretur, ex vi verbi, quam Chrysostomus & Theophylactus notarunt; vt quæ magna emphasi continuam & perseuerantem seruiturem sonet, quam & Latinè ASSIDVAM dicimus, composito nomini, quod hîc legitur, Εὐπρόσεδρον, respondens. Quidquid verò sit, clarior profectò sententia futura est, si Græca verbo substantiuo suppleas, sicque legas: Καὶ τὸ Εὐπρόσεδρον ᾖ · & quæ sequuntur. Etenim tum vertere licebit:
» Sed ad id quod Honestum est, & ad id quod est ASSIDVVM
» esse Domino sine Distractione. In voce enim Εὐπρόσεδρον, sedulitatis translatio est, inde sumpta, quòd vxor à viri latere non discedat. Vnde, & quod in nostris est Codicibus, SINE IMPEDIMENTO, hoc Græcè est, (metaphorâ à Matrimonij coniunctione sumptâ) SINE DISTRACTIONE, quam multiplicem adferunt Affectus, & Nuptiarum sæculi Coniugales Curæ. Ea enim me de industria vsurpasse vocabula apparet, quibus arctissimum cum Deo illud Coniugij vinculum, maximè propriè exprimatur, quasi dicerem, me tradere qua ratione homines Spirituali quodam Coniugio cum Deo aptissimè connecti & quasi conglutinari possint; quod quidem Sanctus per se Cælibatus præstat. Nam quia Deus purissima quædam res est, & ab omni commixtione aliena, ad eam naturam propiùs videtur accedere, cui datum est vt se ab omni mulieris consuetudine continere possit. Summa est; me hortari Corinthios ad id quo facilè & expeditè queant Domino Adhærere & Assiduè adesse; quomodo haud sine huius rei significandæ mysterio, Domino Maria, Marthæ
Luc.10. v.39. Soror, Assidebat: de qua capite decimo Lucas refert, quod SEDENS secus pedes Domini, audiebat verbum eius. Similis quædam significatio est in OBSERVANDI vocabulo, ex interpretatione Hieronymi,
1. Reg 2. v.22. » libro primo Regum, capite secundo; Cum Mulieribus quæ OB-
» SERVABANT ad ostium Tabernaculi. Quo fit vt præ cæteris magis OBSERVANDI, seu DOMINO, seu DOMINVM, lectio placeat. Nam qui Dominum aut Magistrum obseruat, assiduus ei est & adhærens, ac perpetuò pendens ab ore, vel præcipientis, vel docentis; quales esse maximè eos decet, qui segregati à Populo, Altari vt assiduè deseruiant, perpetuò mancipantur. Vnde Syrus Interpres
» hunc locum sic expressit; Πρὸς τὸ Εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ, VT SITIS
» SEDVLI ERGA DOMINVM (more scilicet fidorum seruorum, qui à
» latere Domini sui non discedunt) Καὶ τὸ Εὔσχημον, CVM HONESTATE
» DECORA; Ἀπερισπάστως, NON COGITANTES DE MVNDO: id est, ita vt Mundus vestram cogitationem ab eo non euellat. Voco ergo, Εὐπρόσεδρον, Constantiam manendi cum aliquo, vt constanter manemus cum iis quibus semper assidemus, & à quorum latere nunquam discedimus: quæ ratio est Sacri Cælibatus in obsequium Altaris. Virginum verò ea reposita sepositaque Aureola est, SEQVI AGNVM QVOCVMQVE IERIT, quam insignis ille Sacerdos Ioannes Virgo, Virginibus, vt vidit, reuelauit; quam in aureolo Opusculo De Sancta Virginitate, castissimè vberriméque Augustinus,

omnium eius loci accuratiſſimus interpres, notauit & illuſtrauit, ex ASSISTENTIA ASSIDENTIAQVE hîc VIRGINEA demonſtrans, tandem aliquando fore, vt qui perpetua Virginitate floruerint, non modò ex Angelico ASSISTENTIVM Ordine, ſed & ASSIDENTIVM DEO, vt purorum innocentiumque Infantium & Lactentium, in ſinu gremioque parentis futuri ſint, ac tanquam ſecuturi Agnum quocumque ierit; nullum Arcanum diuinum imperuium impertranſitumque habituri; Deo nihil illic homines celante, qui ſeſe hîc quòd homines eſſent, propter Regnum Cælorum quaſi celauerunt. Hinc nonus ille fuit Gangrenſis Concilij Canon: Quicumque VIRGINITATEM CVSTODIENS, aut CONTINENTIÆ STVDENS, velut horreſcens, Nuptias temerat, NEC PROPTER HOC QVOD BONVM ET SANCTVM EST, NOMEN VIRGINITATIS ADSVMIT, Anathema ſit: Εἴ τις ΠΑΡΘΕΝΕΥΟΙ, Η ΕΓΚΡΑΤΕΥΟΙΤΟ, ὡς ἂν βδελυττόμενος τὸν γάμον, ἀναχωρήσας, ΚΑΙ ΜΗ ΔΙΑ ΤΟ ΚΑΛΟΝ ΚΑΙ ΑΓΙΟΝ ΤΗΣ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ, Ἀνάθεμα ἔστω. ac ſequens, nempe decimus, qui DE HIS QVI PRO VIRGINITATE SVPERBIVNT, inſcribitur; ne magnitudo reuelationum extollat, Virgines, vt ita dicam, colaphizat, moderaturque inani gloriæ, quæ ob propriam excellentiam plerumque Mortalibus obrepit: Si quis EX HIS QVI VIRGINITATEM PROPTER DOMINVM SERVANT (vel, vt Tertia Editio habet, SI QVIS PROPTER DEVM VIRGINITATEM PROFESSVS) extollitur aduerſùm Coniugatos, Anathema ſit: Εἴ τις ΤΩΝ ΠΑΡΘΕΝΕΥΟΝΤΩΝ ΔΙΑ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ, κατεπαίροιτο, τῶν γεγαμηκότων, Ἀνάθεμα ἔστω. VICESIMO QVARTO; DE LIBERO ARBITRIO, DEQVE CONSILIIS EVANGELICIS, ET QVOD VIRGINITAS MATRIMONIO PRÆSTET: Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper Virgine ſua, quòd ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri, QVOD VVLT FACIAT: non peccat, ſi nubat. Nam QVI STATVIT IN CORDE SVO FIRMVS, NON HABENS NECESSITATEM, POTESTATEM AVTEM HABENS SVÆ VOLVNTATIS, ET HOC IVDICAVIT IN CORDE SVO ſeruare Virginem ſuam, bene facit. Igitur, & Qui matrimonio Iungit Virginem ſuam, BENE FACIT: & qui non iungit, MELIVS FACIT: Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν Παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι, Ο ΘΕΛΕΙ ΠΟΙΕΙΤΩ· οὐχ ἁμαρτάνει· γαμείτωσαν. ΟΣ ΔΕ ΕΣΤΗΚΕΝ ΕΔΡΑΙΟΣ ΕΝ ΤΗ ΚΑΡΔΙΑ, ΜΗ ΕΧΩΝ ΑΝΑΓΚΗΝ, ΕΞΟΥΣΙΑΝ ΔΕ ΕΧΕΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΘΕΛΗΜΑΤΟΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΚΕΚΡΙΚΕΝ ΕΝ ΤΗ ΚΑΡΔΙΑ ΑΥΤΟΥ, τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ Παρθένον, καλῶς ποιεῖ. Ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων, ΚΑΛΩΣ ΠΟΙΕΙ· ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων, ΚΡΕΙΣΣΟΝ ΠΟΙΕΙ. Quid, quæſo, Libertas? Facere quod velis: QVOD VVLT, FACIAT, vti poſtea capite decimo de Infidelibus Fideles ad Cœnam inuitantibus dixi: Si quis vocat vos Infidelium, & VVLTIS IRE. Vnde Cyprianus, IN EPISTOLA POPVLIS NOTA, (vt loquitur De Baptiſmo contra Donatiſtas libro quarto Auguſtinus) ſiue Tractatu De Zelo & Liuore, in fine, alludens ad hunc Apoſtolicum locum, ait: Hæc tibi breuiter pro noſtra mediocritate reſcri-

I. COR. VII.

v. 36.

I. Cor. 10. v. 27.

I. COR. VII. » psimus, Frater Cariſſime, nemini præſcribentes aut præiudicantes,
» QVO MINVS VNVSQVISQVE EPISCOPORVM QVOD PVTAT, FA-
» CIAT, HABENS ARBITRII SVI LIBERAM POTESTATEM. Hæc illa
» ELOQVIA PACIFICA, Cypriani, QVÆ ME (inquit eodem opere, ſed
» libro quinto, Auguſtinus) LEGENTEM ET SÆPE REPETENTEM
» NON SATIANT: TANTA EIS IOCVNDITAS FRATERNI AMORIS
» EXHALAT, TANTA DVLCEDO CHARITATIS EXVBERAT. Quid igitur LIBERVM ARBITRIVM? Poteſtatem habere ſuæ propriæ Voluntatis, ſiue Habere Dominium in ſuos actus, ac Eſſe Dominum ſuorum Actuum: POTESTATEM AVTEM HABENS SVÆ VOLVNTATIS, vel CIRCA PROPRIAM VOLVNTATEM: Περὶ τοῦ ἸΔΙΟΥ θελήματος. Etſi verò his verbis expreſsè tantùm ſignificetur LIBERTAS A PRÆCEPTO, conſequenter tamen ex iis neceſſariò colligitur LIBERTAS ARBITRII, quæ in Eligendo conſiſtit. Volunt enim hæc ſacra verba, ſic Liberam eſſe Voluntatem cuiuſpiam à præcepto, vt ei liceat vtrumlibet, provt placuerit, eligere. Proinde, rectè his Scripturis vtuntur Orthodoxi aduersùs Hæreticos, qui Liberum Arbitrium hominibus adimunt. Et certè nihil eſt quod tam Electionem noſtram, quàm Hæreſis (quæ & VOLVNTARIVS CVLTVS, Ἐθελοθρησκεία, à me Coloſſenſibus dicta, vt Primo Libro, ſiue in ECCLESIA MILITANTE, notatum eſt) teſtetur: Vnde mirum eſt, Hæreticos, tanquam ſui nominis ac inſtituti hoſtes, aut ſaltem oblitos, contra Electionem certare, vel eos qui ſe tales non fatentur, minimè cogitare quòd huiuſcemodi plurimi ſint, qui ex hæreſi ac proprio delectu voluntarias Sectas ſectantur. Bernardinus vel Bernardus Zane, ex Veneto Patricio, & Sacræ Theologiæ Magiſtro, ARCHIEPISCOPVS SPALATENSIS, Oratione habita in prima Seſſione Concilij Lateranenſis, præſente Iulio Secundo Pont. Max. hæc
» ad propoſitum de Hæreſi ait: Hæreſis ab ELECTIONE dicta, te-
» ſte Diuo Hieronymo, plures inducit ad ELIGENDAM Diſciplinam,
» quam meliorem exiſtimant, CATHOLICAM & Apoſtolicam dimit-
» tentes, diuerſos Errores ſeminantes, SCHISMA INTERPONENTES. Hæc contra Apoſtatam Spalatenſem CATHOLICVS Spalatenſis. Et certè principiò nihil eſt dum humiliter ſeruiunt, quod æquè ac Conſcientiæ Libertatem affectent; poſtmodùm vbi ſuperbè domi-
» nentur, Libertatem exſtincturi. Ex quo conſtat, FALSO LIBERTA-
» TIS VOCABVLVM (vt meminiſtis ex Vndecimo Annalium) OBTEN-
» DI AB IIS, QVI PRIVATIM DEGENERES, IN PVBLICVM EXITIO-
» SI, NIHIL SPEI, NISI PER DISCORDIAS, HABEANT. Porrò Liberi Arbitrij in Actibus Supernaturalibus vſum egregiè confirmant duo illi Neocæſareenſes Canones, antiquiores Nicænis: quorum alter eſt Sextus, DE CATECHVMENA PRÆGNANTE; alter, Duodecimus, DE HIS QVI IN ÆGRITVDINE BAPTISMA CONSEQVVNTVR. Prior eſt huiuſmodi: Περὶ κυοφορούσης, ὅτι δεῖ ΦΩΤΙΖΕΣΘΑΙ, ὁπότε βούλεται· οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ, ΔΙΑ ΤΟ ΕΚΑΣΤΟΥ ἸΔΙΑΝ ΤΗΝ ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ ΤΗΝ ΕΠΙ ΤΗ ΟΜΟΛΟΓΙΑ ΔΕΙΚΝΥΣΘΑΙ·

Cuius

Cuius Canonis mentem accuratiùs Secunda Editio videtur adſecuta: De Prægnantibus, Quòd oportet eas baptizari quando volunt. « I.COR. VII.
« Nihil enim in hoc Sacramento commune eſt parituræ, & illi qui «
de eius vtero fuerit editus, QVIA VNIVSCVIVSQVE IN ILLA CONFESSIONE LIBERTAS ARBITRII DECLARATVR. Poſterior: Ἐὰν νοσῶν τις ΦΩΤΙΣΘΗ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ δύναται· Οὐκ ΕΚ ΠΡΟΑΙΡΕΣΕΩΣ γὰρ ἡ Πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ΕΞ ΑΝΑΓΚΗΣ· εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ ταῦτα σπουδὴν, καὶ πίστιν, καὶ διὰ σπάνιν ἀνθρώπων. Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, AD HONOREM PRESBYTERII NON POTEST PROMOVERI, quòd non EX PROPOSITO Fides ejus, ſed EX NECESSITATE deſcendit, niſi fortè propter ſequens ſtudium ejus & fidem, atque hominum raritatem talis poſſit admitti. Atque hactenus De Libero Arbitrio. Præterea confirmatur quoque, non omne bonum quod ſit, cadere ſub Præceptum; ac Conſilium eſſe de meliori; ſi, qui non iungit Matrimonio Virginem ſuam, MELIVS FACIT. Cùm enim dixi; QVI VERO NON ELOCAT NVPTVI, VEL NON DAT NVPTVM, MELIVS FACIT, (vt ſententia illa Græcè ad verbum ſonat;) intellige, Rem facit meliorem & præſtantiorem, ſcilicet genere ſuo. Ex hoc loco, ſimul ex toto ſuperiori contextu, palàm deſtruitur Error Hæreticorum veſtri temporis, qui vetus Iouiniani Dogma, vel potiùs vetuſtam atque obſoletam Iouiniani Apoſtatæ Nouitatem renouantes, Coniugium Virginitati æquant. ITEM refellitur Commentarius Interpretatioque, Bonum pro Commodo quod Moleſto opponitur, in hoc toto capite dici fingentium, ad ſtabiliendam Hæreſim, auertentem à Virginitate Seruanda. Hoc enim pacto Coniugium Malum foret, vtpote res moleſtiarum plena; cuius tamen contrarium Apoſtolicè à me adſertum eſt, BENE FACERE Eum, qui de Matrimonio cogitat, adfirmante. VIGESIMO QVINTO; DE VIDVITATE SERVANDA, AC DE MERITO VIDVITATIS: Beatior autem erit ſi ſic permanſerit, « v. 40.
SECVNDVM MEVM CONSILIVM. PVTO AVTEM QVOD ET EGO «
SPIRITVM DEI HABEAM: ΜΑΚΑΡΙΩΤΕΡΑ δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτω μείνῃ, «
ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΜΗΝ ΓΝΩΜΗΝ. δοκῶ δὲ κἀγὼ ΠΝΕΥΜΑ ΘΕΟΥ ΕΧΕΙΝ. De Bono Viduitatis ſermo eſt, quod non in priuatione moleſtiarum Coniugij tantùm conſiſtit, ſed in eo quòd Vidua liberata à Lege Viri, tota eſſe in Lege Domini poteſt, eò felicior quò ſtudio vacandi Chriſto tuetur redditam libertatem. Ea ergo Beatitudine BEATIOR EST, ſcilicet Beatitudine huius vitæ, quam Scriptura paſſim commendat, & quæ propriè ad Chriſti Beneficia pertinet; quomodo Beati dicuntur Pauperes Spiritu, & Mundo Corde, Matthæi quinto, nimirum Beatitudine Spirituali, inchoata & promouente ad illam quæ in futuro ſæculo perficienda ſperatur. Ex quibus Vidualem Caſtitatem Coniugali potiorem, & maioris apud Deum meriti eſſe conſtat. Porrò vides, REX IACOBE, Conſilium De Viduitate ſeruanda, & Apoſtolicum, & ex SPIRITV DEI eſſe, VIGESIMO SEXTO; DE CÆLIBATV PAVLI Matt. 5. v. 3. v. 8.

I. COR. IX. v. 5. » AC PRIMATV PETRI : Nunquid non habemus Poteſtatem MVLIEREM SOROREM CIRCVMDVCENDI, ſicut & cæteri Apoſtoli & » Frarres Domini, & CEPHAS? Μὴ οὐκ ἔχομεν Ἐξουσίαν, ΑΔΕΛΦΗΝ ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΕΡΙΑΓΕΙΝ, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ Ἀπόστολοι καὶ οἱ Ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ ΚΗΦΑΣ; Quàm Propheticè Chriſtus à Simeone POSITVS IN SIGNVM CVI CONTRADICETVR, dictus eſt; Ecce hic Lapis offenſionis, & Petra Scandali, in quam vltro non tam cæcitate quàm temeritate, Nouatores incurrunt? At cui bono! Vt me cæteroſque Apoſtolos vxoratos faciant. Quàm ſua eos fallit ratio! Primum enim hæc de Vxore quæſtio eſſe non poteſt. Cui enim indignum videatur, ſi quis propriam vxorem circumduceret? Immo verò ex eo non fuiſſe vxorem pater, quòd futurus inter Gentes, à Circumducenda Muliere Sorore, vel (vt Græcè & Syriacè) SORORE MVLIERE, ne cui ſcandalo, aut offendiculo eſſem, abſtinuerim. Quam conſiderationem in Commentario ſuper Marrhæum ad illud vigeſimi ſeptimi capitis: Erant aurem ibi MVLIERES quæ ſecutæ fueranr Ieſum, à Galilæa miniſtrantes ei; Hieronymus attigit: Conſuetudinis, inquit, Iudaicæ fuir, nec ducebatur in culpam, MORE GENTIS ANTIQVO, vt MVLIERES DE Subſtantia ſua VICTVM atque VESTITVM Præceptoribus miniſtrarenr. HOC QVIA SCANDALVM FACERE POTERAT IN NATIONIBVS, PAVLVS, ABIECISSE SE MEMORAT. Sufficiat iſta reſponſio, qua etiam Accuſatorum interpretatio prorsùs indigna eſt, vt quæ me ſupra toties probatum Cælibem in Coniugij diſcrimen, iterum pueriliter vocet. Iam ergo, vt pueri docendi erunt, qui ſpecie quauis commouentur, & vt eleganrer alicubi comparat Chryſoſtomus, laruas nil nocenres fugiunt, ad ignemque nocentem conuolant & inſiliunr, ni auertas. Itaque diſcant, me alterum Argumentum vrgere pro CHARITATE ÆDIFICANTE, contra SCIENTIAM INFLANTEM. Ac poſtquam dixi me potiùs non manducarurum carnem in æternum, quàm vt Infirmum Fratrem ſcandalizem, quantumuis mihi licitum eſſe Immolatitiis, non quidem in Idoleio appoſitis, ar in Macello poſitis ac emptis, vti, probè ſciuiſſem; nunc à Miniſterio quoque Sanctarum Mulierum, ſiue MVLIERVM SORORVM, quæ Iudæis Doctoribus, tanquam in Prophetica Militia, quaſi ad Sarcinulas ſedere, Sanctiſque poſthac Chriſtianis in Sacra Expeditione Euangelica, more patrio, miniſtrare conſueuerant, mihi quoque abſtinendum eſſe, ob rationem ſcilicet, ab Hieronymo allatam, demonſtraui. Quamuis enim multa liceant, multa tamen non ſemper expediunt. Erſi enim mihi Gentium Apoſtolo ac Coapoſtolo Barnabæ circa Verbum occupatis debuiſſent Gentes huiuſmodi ſuppedirare miniſteria circa Menſas; attamen apud eos nec nobis paſſus ſum Mulieres miniſtrare ex facultatibus ſuis, nec miniſtrare in Menſis, tum, ne, vt antè dictum eſt, ſcandalizarentur Infirmi, moris noſtri patrij ac paterni ignari; tum ne Iudæis,

Lvc 2. v. 34.

Matt. 27. v. 55.

si quæ essent, Sororibus Mulieribus sumptum in Euangelio fecisse videremur, quod ἀδάπανον, id est, SINE SVMPTV, reddidisse gloriabar. Atque adeo sequentibus versiculis, magno quodam Apostolico Spiritu diximus: Si nos vobis SPIRITVALIA seminauimus, magnum est, si nos CARNALIA vestra metamus: Si alij POTESTATIS VESTRÆ participes sunt, quare non potiùs nos? SED NON VSI SVMVS HAC POTESTATE; SED OMNIA SVSTINEMVS, NE QVOD OFFENDICVLVM DEMVS EVANGELIO CHRISTI. Ac paulo post: Ego autem nullo eorum vsus sum. Non autem scripsi hæc vt ita fiant in me. Bonum est mihi magis mori, quàm vt GLORIAM MEAM quis EVACVET. Vnde malè hinc sibi noui blandiuntur, PRVRIENTES AVRIBVS, Euangelici Ministri, qui Vxoribus se posse carere negant, nullumque aliud Sacramentum colunt, quàm illud à quo omnem quoque Sacramenti rationem tollunt, quodque promiscuâ nubendi licentiâ prophanant. Quid enim hæc ad liberas Sacerdotum Nuptias? Quare Commentarium ad hunc locum de Vxore, ex professo Hieronymus reiicit, libro primo contra Iouinianum, capite decimo quarto, ac docet, me hic LOQVI DE SANCTIS quibusdam MVLIERIBVS, QVÆ IVXTA MOREM IVDAICVM, MAGISTRIS DE SVA SVBSTANTIA MINISTRABANT: Sicut LEGIMVS, inquit, IPSI QVOQVE DOMINO FACTITATVM. Quibus similia tradit Augustinus, capite quarto & quinto libri quem ad Archiepiscopum suum scripsit, DE OPERE MONACHORVM. Sed & antiquissimus Tertullianus, libro De Monogamia, capite octauo, disertè negat, de Vxore PAVLVM hic agere; probatque iisdem Argumentis, quibus deinde post Hieronymum Augustinus vsus est. Quem locum opponimus iis qui pro diuersa sententia Tertullianum adducunt, vtpote libro De Exhortatione Castitatis, capite octauo, ita loquentem: Licebat & Apostolis nubere; & vxores circumducere. licebat & DE EVANGELIIS viuere. Nec enim ea verba Tertullianus ex sua dicit persona, sed eorum, qui Secundas Nuptias, quas ipse oppugnat, ex hoc loco Paulino vtcumque probare nitebantur, huiusmodi Argumento: Si licuit Apostolis Vxores circumducere, licuit & accipere, etiam priore mortua: cùm sermo PAVLI sit generalis. Vbi Tertullianus, quod de Circumducendis Vxoribus dicitur, pro loco dissimulans, tantùm respondet, PAVLVM, vt ad exemplum nos suum prouocaret, his vsum non fuisse, quæ sibi licere dixerat. Præterea falsum est illud consequens: Si licuit Mulieres Circumducere, licuit & accipere, videlicet in Vxores; Quidni enim Christus Dominus circumduxit, nec tamen accepit? Denique Tertullianus tunc Montanista, quod hodie Hæretici faciunt, Catholicis ridicula argumenta affingebat, aut simpliciorum infirmiora seligebat, sibique opponebat, quò illustriùs vincere videretur: Ac ne ficta crederes, aut de industria seposita ad pompam, dissimulata ex parte qua minimè nocerent, rem suam quàm propiùs ad Catholicum, id est,

I. COR. IX. v. 18.

v. 11.

2. Tim. 4. v. 3.

I. COR » communem sensum, poterat, callidè conficiebat. Scilicet, Filij
IX. » huius Sæculi, Sapientiores Filiis Lucis in Generatione sua sunt.
Luc 16. v. 8. » Ad hæc, Græci Interpretes omnes, non de Vxore, sed de Muliere Rerum Victualium curatrice, locum hunc interpretati sunt. Sensus ergo huius versiculi Apostolicorum Verborum est: An non ego & Barnabas habemus potestatem adducendi nobiscum, quoties Euangelij causâ terras obimus, aliquam Mulierem Christianam, quæ suis sumptibus, aut etiam alienis, (vt apposité ad nostram superiorem interpretationem Cardinalis Caietanus) ministret nobis ea quæ sunt cuiuis homini necessaria ad hanc mortalem vitam? Dico autem Mulierem potiùs quàm Virum: quia sic apud Iudæos consuetum erat: propterea quòd ad huiusmodi ministeria & aptiores, & promptiores, & parciores, & officiosiores Mulieres esse soleant; vt omittam singularem illam in iuuandis indigentibus muliebrem curam, de qua dictum olim:
Eccl. 36. v. 27. » Vbi non est Mulier, ingemiscit egens. Verùm quia factum huiusmodi poterat offendere Gentiles, apud quos inopinabile erat, Mulierem passim Circumducere & non Tangere: ideo ego Gentium Doctor, ne quod obstaculum Euangelio ponerem, prudenter existimare debui, ab eo, vt ab offendiculo, mihi abstinendum esse. Atque hæc de priore versiculi parte. Alterâ, quæ his conti-
» netur verbis; SICVT ET CÆTERI APOSTOLI ET FRA-
» TRES DOMINI ET CEPHAS? cum auxesi dictum fuisse, ex antedictis diligenter notandum est. Intendi enim Orationem velut gradibus quibusdam; ac si dicerem: An non habemus potestatem prædictorum, quam habent, quaque vtuntur cæteri Apostoli, etiam, qui inter eos præcipui, id est, Fratres Domini; adeoque ipse PETRVS Apostolorum Princeps & Caput? Nam Petrum vltimo loco nominatum tanquam cæteris maiorem, consuetudine scripturæ, Commentarij Græcorum attestantur. Sic enim & primo huius Epistolæ capite gradatim ad maiores ascensum est, quando post me, Apollo, Petrum, Christum nominaui, vt eò lo-
Marc. vlt. v. 7. » ci ostensum fuit; Sic & Marci vltimo, Angelus ad Mulieres; Ite,
» inquit, Dicite Discipulis eius & PETRO. Sicque vno huius præsentis Epistolæ Versiculo quem adeo CATHOLICIS aduersantem Sectarij iactant, & CÆLIBATVM PAVLI & PETRI PRIMATVM, vno ore CATHOLICI demonstrant. VIGESIMO SEPTIMO;
1 Cor 9. v. 7. » DE OPERIBVS SVPEREROGATIONIS; Si enim volens hoc ago,
» MERCEDEM habeo: Si autem inuitus, DISPENSATIO MIHI CRE-
» DITA EST! Quæ est ergo MERCES mea? Vt Euangelium PRÆDI-
» CANS, SINE-SVMPTV ponam Euangelium, vt non abutar POTE-
» STATE MEA IN EVANGELIO: Εἰ γὰρ ἑκὼν, τοῦτο πράσσω, ΜΙΣΘΟΝ ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΝ ΠΕΠΙΣΤΕΥΜΑΙ. ΤΙΣ οὖν μοί ἐστιν ὁ ΜΙΣΘΟΣ; Ἵνα ΕΥΑΓΓΕΛΙΖΟΜΕΝΟΣ, ΑΔΑΠΑΝΟΝ (ac si vno verbo, INSVMPTVOSVM dicas) θήσω τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι ΤΗ ΕΞΟΥΣΙΑ ΜΟΥ, ΕΝ ΤΩ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩ. En

PAVLVS PRÆDICANS, & verbo & exemplo OPERA SVPEREROGATIONIS (sic dicta ex illo Parabolico Euangelico, ET QVODCVNQVE SVPEREROGAVERIS, REDDAM TIBI) siue CONSILII OPERA commendat. Ex vniuersa enim huius loci oratione ac serie, rectè contra Hæreticos statuitur Gloria singularis, quam apud Deum consequuntur qui ea faciunt, quæ sic commendantur, vt tamen de iis absolutè tradita Præcepta non sint. Inter opera enim Doctoris, alia quoque PRÆCEPTI, vt EVANGELIZARE, siue Doctrinam docere Christianam qua via possis; alia CONSILII, vt, SINE SVMPTV id facere audientium, quod est, meo loquendi more, quo proximè in interrogatiunculis vsus sum, MILITARE SVIS STIPENDIIS, στρατεύεσθαι ἰδίοις ὀψωνίοις: quod tamen à me est communibus verbis elatum, at maximè propriis, ac maximè meis, SINE SVMPTV PONERE EVANGELIVM, siue facere EVANGELIVM ΑΔΑΠΑΝΟΝ, INSVMPTVOSVM ATQVE GRATVITVM. Alterum autem, NECESSITATEM, Ἀνάγκην, appello, nempe EVANGELIZARE; Alterum verò, GLORIAM, vel potiùs, GLORIATIONEM, Καύχημα, (cui respondet MERCES, ὁ Μισθός) videlicet NON ABVTI POTESTATE (siue, IVRE) IN EVANGELIO, Τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ Ἐξουσίᾳ ΕΝ ΤΩ ΕΥΑΓΓΕΛΙΩ. Verùm dicet aliquis, si aliter vti, non vti sed abuti esset, quomodo Opus Supererogationis PAVLO fuit, Non accipere sumptum ex Euangelio; quandoquidem ad non accipiendum, vinculo saltem Charitatis obstrictus erat; ne vel scandalum daret Infirmis, vel occasionem aduersùm se gloriandi Pseudo-Apostolis relinqueret? At Supererogationis Opus dicitur, non quod dum fit, nullam vel minimam, ex Lege Charitatis, obligationem habet: sed quod simpliciter ac nudè consideratum, non est Præcepti, sed Consilij; licèt ex circumstantiis aliquam, nunc maiorem nunc minorem obligationem accipiat, quemadmodum & per circumstantias interdum soleat viciari. Tale erat, SINE SVMPTV PONERE EVANGELIVM, cùm paulò ante APOSTOLICVM IVS, ex Præcepto huiusmodi Dominico, exposuissem: « ITA ET DOMINVS « ORDINAVIT IIS QVI EVANGELIVM ANNVNCIANT, DE « EVANGELIO VIVERE. Vnde Abstinentia illa non Præcepti, sed Consilij fuit; atque adeo vt per modum Dominici Præcepti, vt contrarium fieret, imperari videretur, ne suo iure vtentes, Iuris Euangelici suppuderet. De huius autem Euangelici ac Apostolici Consilij vsu, sic quondam ego ad Episcopos Asiæ, Actuum vigesimo; « OMNIA ostendi vobis, quoniam sic Laborantes oportet « suscipere INFIRMOS. Cæterum vide quæ de huiuscemodi Supererogationis Operibus capite decimo quarto & sequentibus libri primi De Adulterinis Coniugiis Augustinus scribit. VIGESIMO OCTAVO; DE CHRISTO LEGISLATORE: Cum « sine Lege Dei non essem, sed IN LEGE ESSEM CHRISTI: « Μὴ ὢν ΑΝΟΜΟΣ ΘΕΩ, ΑΛΛ' ΕΝΝΟΜΟΣ ΧΡΙΣΤΩ. Ecce Crucem Domini, fugite partes aduersæ, fugite teterrimi, infide-

I.COR. IX. Luc. 10. v. 35.

1. Cor. 9. v. 14.

Act. 20. v. 35.

1. Cor. 9. v. 21.

I. COR. IX. lissimique Antichristiani Nouatores, qui inficiamini Christum nobis datum esse, non solùm vt REDEMPTOREM cui Fidamus; verùm etiam vt LEGISLATOREM cui Obediamus; quam omni nomine Christiano indignam ac inaudibilem Hæresim, contrarium definiendo, damnauit Sessione sexta vigesimus primus Tridentinus Canon. Græcè autem in hoc versiculo nostro iucunda quædam Paronomasia est, quæ sic reddi posse videatur; Non existens » EXLEX DEO, sed INLEX Christo; vel, vt Ambrosianus vertit, SVBLEX. Ac sensus est: Cùm tamen reuera non sim, nec viuam sine Lege Dei, sed obseruem LEGEM CHRISTI, cui sum subditus atque obnoxius. VIGESIMO NONO; DE RESPICIENDO IN RETRIBVTIONEM, ET QVOD VERA IVSTITIA AMITTI POSSIT:

v. 23. » Omnia autem facio PROPTER Euangelium, VT PARTICEPS EIVS » EFFICIAR: Τοῦτο δὲ, (vel, vt Chrysostomus, ΠΑΝΤΑ δὲ) ποιῶ διὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ΙΝΑ ΣΥΓΚΟΙΝΩΝΟΣ ΑΥΤΟΥ ΓΕΝΩΜΑΙ. Perpendite, exclamant Chrysostomus Chrysostomique Discipuli, insignem PAVLI modestiam; qui cùm excellentiori præmio dignus esset, simpliciter se Fidelibus vt æqualem & socium in fructus Euangelij participatione adiungat. Nam Græca vox Συγκοινωνὸς, COMPARTICIPEM significat. Hinc rectè statuitur, non esse seruilis animi, minúsve quàm oporteat Deum diligentis, si CVM HOC VT INPRIMIS GLORIFICETVR DEVS (quomodo loquitur Synodus Tridentina, Sessione sexta, capite vndecimo) in Operibus Bonis MERCEDEM quis INTVEATVR ÆTERNAM: quandoquidem ego ipse PAVLVS id me fecisse, non hìc solùm, sed & alibi tester. Sic enim Philippen-

Phil.3.v.11. » sium tertio; Si quomodo occurram ad resurrectionem quæ est ex

v 14. » mortuis. Et iterum: Ad destinatum persequor, ad BRAVIVM SV-

1 Cor. 9 » PERNÆ VOCATIONIS. ac sequenti hunc nostrum versiculo: Ne-

v. 24. » scitis, quòd ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed » vnus accipit BRAVIVM? (pro quo PALMAM legunt Commentator Ambrosianus, & Cyprianus libro tertio Testimoniorum, capite vi- » gesimo sexto, & De Exhortatione Martyrij capite octauo) SIC » CVRRITE VT COMPREHENDATIS. Omnis autem qui in AGONE » contendit, ab omnibus se abstinet (aut, vt apud Cyprianum legitur, in Epistola ad Martyres & Confessores, de Mappalico, & De Exhortatione Martyrij, capite octauo: OMNIS AVTEM QVI AGONIZATVR » IN OMNIBVS CONTINENS EST.) Et illi quidem vt CORRVPTIBILEM » CORONAM accipiant, Nos autem INCORRVPTAM. Ex quibus quoque constat, Veram Iustitiam amitti posse: quod tamen Hæreses Nouæ pertinaciter negant. TRIGESIMO; APOSTOLICVM ESSE, CASTIGARE CORPVS, ET CVM TIMORE AC TREMORE OPERARI SALVTEM SVAM, DE QVA NEMO IN HOC CORPORE CERTVS

v 26. » EST: Ego igitur sic CVRRO, non quasi in incertum; sic PVGNO, » non quasi aërem verberans; sed CASTIGO CORPVS MEVM, ET IN » SERVITVTEM REDIGO: ne fortè cùm aliis PRÆDICAVERIM, ipse RE- » PROBVS EFFICIAR: ΕΓΩ τοίνυν οὕτω ΤΡΕΧΩ, ὡς οὐκ ἀδήλως· οὕτω ΠΥ-

ΚΤΕΥΩ, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων. ΑΛΛ' ΥΠΩΠΙΑΖΩ μου τὸ Σῶμα, καὶ Δουλαγωγῶ μήπως ἄλλοις ΚΗΡΥΞΑΣ, Αὐτὸς ΑΔΟΚΙΜΟΣ ΓΕΝΩΜΑΙ. Sanctus Prosper Aquitanus ille, (quem vtpote Sancto quondam Leoni ab Epistolis, Epistolam illam celebrem ad Flauianum DE VERA CHRISTI INCARNATIONE, contra Eutychem existimatum scripsisse Gennadius, in libro De Viris Illustribus refert) PROVINCIÆ, immo Galliæ ac Ecclesiæ lumen, Gallicanus Rhegiensis Episcopus insignis, ac singularis, inquam, ille Augustini Discipulus, & Gratiæ Christi post Augustinum optimus acerrimusque Defensor; docebat olim, duodetrigesimo capite libri secundi De Vocatione Gentium, excepto Christo, IN CÆTERIS HOMINIBVS, DONEC CARO CONCVPISCIT ADVERSVS SPIRITVM, ET SPIRITVS ADVERSVS CARNEM, INCOMMVTABILEM ANIMI FORTITVDINEM NON POSSE REPERIRI. Idque post alia probat euidenti Argumento ex Oratione Dominica, qua NON SOLVM AB INCIPIENTIBVS, VERVM ETIAM A PROVECTISSIMIS SANCTIS (inter quos PETRVM nominat) VNIFORMITER DOMINO SVPPLICATVR, ET DICITVR; NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM: SED LIBERA NOS A MALO. Et quoniam, vt in Euangelio est, non est Discipulus supra Magistrum, Augustinum Prosperi Magistrum audiamus. Sic ergo aduersùs Donatistarum Superbiam rectè in hanc sententiam libro secundo contra Epistolam Parmeniani disputat: Quamdiu autem exspectamus per patientiam corporis nostri redemptionem, non audeamus dicere carere nos omni vitio, ne ipsa SVPERBIA, sit Immanissimum Vitium. EVIGILEMVS IGITVR ALIQVANDO, ATQVE VIDEAMVS IN SACERDOTIBVS ILLIVS TEMPORIS, CVM CORPORALIA VITIA VITABANTVR, ILLVM PRÆFIGVRARI, QVI CVM ESSET DEVS, FACTVS EST PROPTER NOS HOMO, SOLVS VERVS AGNVS IMMACVLATVS, ET SACERDOS SINE VITIO: Ideoque & TVNC Sacerdos solus intrabat in Sancta Sanctorum, Populus autem stabat foris: sicut NVNC ille Sacerdos post resurrectionem suam intrauit in Secreta Cælorum, vt ad dexteram Patris interpellet pro nobis. POPVLVS AVTEM CVIVS ILLE SACERDOS EST, ADHVC FORIS GEMIT: NAM CVM EPISCOPVS SOLVS INTVS EST, POPVLVS ET ORAT CVM ILLO, ET QVASI SVBSCRIBENS AD EIVS VERBA RESPONDET, AMEN. VSQVE ADEO TVNC QVANDO SINE VLLA MACVLA, ET SINE VLLO VITIO, QVIA NON POTERANT ANIMI SACERDOTVM, CORPORA QVÆREBANTVR; SOLVS ILLE PONTIFEX NOSTER PRÆFIGVRABATVR, NON ISTI SVPERBI ET IMPII, QVI FORNICANTEM ANIMAM NON ZELANT SPONSO, SED EI AVDENT SE OSTENTARE PRO SPONSO. Hæc Augustinus, qui paulo post ait: Homines enim omnes Christiani inuicem se commendant orationibus suis; PRO QVO AVTEM NVLLVS INTERPELLAT, SED IPSE PRO OMNIBVS, HIC VNVS VERVSQVE MEDIATOR EST, CVIVS TYPVS QVONIAM PRÆFIGVRABATVR IN SACERDOTE VETERIS TESTAMENTI, NVLLVS ILLIC INVENITVR ORASSE PRO SACERDOTE. PAVLVS autē

1 COR. IX.

Rom. 8. v. 34.

I. COR. IX. Heb. 15. v. 19. » APOSTOLVS, quamquam SVB CAPITE PRÆCIPVVM MEMBRVM,
» sed tamen, quia membrum est Corporis Christi, & nouerat non per
» figuram in Interiora Veli ad Sancta Sanctorum, sed per expressam
» & firmam veritatem in Interiora Cæli, ad Sanctitatem non imagi-
» nariam sed ÆTERNAM pro nobis intrasse MAXIMVM ET VERIS-
» SIMVM SACERDOTEM ECCLESIÆ, se Orationibus Fidelium & ipse
» commendat. Nec Mediatorem se facit inter Populum & Deum: sed
» rogat vt pro se orent inuicem omnia membra corporis Christi,
1. Cor. 12. v. 26. » quoniam pro inuicem sollicita sunt membra: &, si patitur vnum
» membrum, compatiuntur omnia membra: & si glorificatur vnum
» membrum, congaudent omnia membra; ac sic oratio pro inui-
» cem membrorum omnium adhuc in terra laborantium, ASCEN-
» DAT AD CAPVT, quod præcessit in Cælum, in quo est Propitia-
» tio pro peccatis nostris. Et libro secundo contra Litteras Petilia-
» ni Donatistæ, Petilianus dixit: Væ igitur vobis qui violando quod
1. Reg. 2. v. 25. » Sanctum est, rescinditis Vnitatem, Propheta dicente, Si peccaue-
» rit Populus, orabit pro eo Sacerdos: si autem peccauerit Sacerdos,
» quis orabit pro eo? Augustinus respondit: Et videbar paulò antè cùm
» DE OLEO PECCATORIS disputaremus, VNGERE TIBI FRONTEM, vt
» diceres, si auderes, vtrum ipse peccator non esses. Ecce dixisti illud,
» O SCELVS, O MONSTRVM! Quia enim te Sacerdotem adseris, quid
» aliud per hoc Propheticum testimonium, nisi te omnino, sine pecca-
» to esse dixisti? Nam si habes peccatum, quis pro te orabit secundùm
» intellectum tuum? Iam enim vos miseris plebibus venditatis, comme-
» morantes ex Propheta: Si peccauerit Populus, orabit pro eo Sacer-
» dos: Si autem Sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? vt vos sine
» peccato esse credant, & peccata sua vestris orationibus purganda
» committant. Magni homines, vos, excelsi, cælestes, diuini, non iam
» homines sed Angeli, qui pro plebibus oratis; & pro vobis plebes ora-
» re non vultis. TU-NE IVSTIOR PAVLO? TV PERFECTIOR TANTO
» APOSTOLO? qui eorum quos docebat orationibus se commendabat?
Col. 4 v. 2. » Orationi, inquit, instate, vigilantes in illa, in gratiarum actione, oran-
» tes simul & pro nobis; vt Deus aperiat nobis Ostium Verbi ad loquen-
» dum Mysterium Christi, propter quod & vinctus sum, vt manifestem
» illud, ita vt oportet me loqui. ECCE ORATVR PRO PAVLO APO-
» STOLO, QVOD FIERI NON VIS PRO EPISCOPO. VIDESNE QVAM
» SIT ISTA DIABOLICA SVPERBIA? Oratur pro Apostolo, vt manife-
» stet Mysterium Christi, Sicut oportet loqui. Proinde si Pias Plebes
» haberetis, hortari debuisti vt pro te orarent ne loquereris, Sicut non
1. Io. 1. v. 8 » oportet. Tu iustior Ioanne Euangelista, qui ait: Si dixerimus, quia
» peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis
» non est? Tu postremò iustior Daniele? quem tu ipse in hac
» tua Epistola ita commemorasti, vt diceres; Rex Iustissimum Da-
» nielem ferinis morsibus, vt putabat, obiecit, quod ille non pu-
» tauerat, quandoquidem amicissimo animo, sicut lectionis circun-
Dan. 6. v. 16. » stantia probat, dixit ipsi Danieli: Deus tuus, cui deseruis assiduè,

ipse eripiet te. Sed hinc iam multa diximus: nunc quod agitur, «1. COR. IX.
Nempe iustissimus erat Daniel: non testimonio tuo, quamquam «
hoc mihi ad causam, quam tecum ago, sufficiat, sed testimonio «
Spiritus Dei loquentis etiam per Ezechielem, VBI TRES EMINENTISSIMÆ IVSTITIÆ NOMINAVIT NOE, DANIELEM, ET IOB; « Ezech. 14. v. 14.
QVOS DIXIT SOLOS A VEHEMENTISSIMA QVADAM IRA DEI, «
QVÆ CÆTERIS IMPENDERET, POSSE LIBERARI. Vir ergò iustissimus, vnus ex tribus memorabilibus, orat & dicit, Cùm orarem & confiterer peccata mea, & peccata populi mei in conspectu « Dan. 9. v. 20.
Domini Dei mei. Et tu te dicis esse sine peccato, QVIA VIDELICET SACERDOS ES: Et si peccauerit populus, oras pro eo: Si «
autem tu peccas, quis pro te orabit? Verè, quia impietate tantæ arrogantiæ indignum te præbes, pro quo Sacerdos ille interpellet, «
quem Propheta his verbis, quæ non intelligis, voluit intelligi. «
Iam enim, ne quis inquirat cur hoc dictum sit, QVANTVM DOMINVS DONAT, expediam. PRÆPARABAT DEVS ANIMAS HOMINVM PER PROPHETAM, VT TALEM DESIDERARENT SACERDOTEM, PRO QVO NVLLVS POSSET ORARE. Ipse figurabatur temporibus PRIMI POPVLI «
ET PRIMI TEMPLI, vbi omnia figuræ nostræ fuerunt. Ideo « Leuit. 16. v. 17.
solus summus Sacerdos intrabat in Sancta Sanctorum, vt oraret « Hebr. 6.
pro Populo, qui cum Sacerdote in ipsa Interiora Sancta non introibat. sicut ille Sacerdos intrauit in Secreta Cælorum, in illa veriora Sancta Sanctorum, adhuc nobis hìc positis pro quibus interpellat. « v. 19.
Ideo dixit Propheta: Si peccauerit Populus, orabit pro « 1. Reg. 2.
eo Sacerdos; Si autem Sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Quasi diceret, talem desiderate Sacerdotem qui peccare non possit, ne « v. 25.
indigeat orari pro se, ET IDEO PRO APOSTOLIS ORATVR A POPVLIS: PRO ILLO AVTEM SACERDOTE APOSTOLORVM «
MAGISTRO ET DOMINO NON ORATVR. Audi hoc Ioannem fatentem & dicentem: Fratres, inquit, hæc scribo vobis, vt non «
peccetis, & si quis peccauerit, aduocatum habemus, apud Patrem « 1. Ioan. 2.
Iesum Christum Iustum; ipse exoratio est pro peccatis nostris; « v. 1.
HABEMVS, dixit; PECCATIS NOSTRIS, dixit. DISCE HVMILITATEM, NE CADAS, IMMO VT ALIQVANDO SVRGAS. «
NEQVE ENIM ISTA DIXISSES NISI CECIDISSES. Hæc «
Augustinus: Ex quibus profectò satis apparet, Apostolos, hac vita durante, non ita fuisse confirmatos in Iustitia, quin ex Christi Præcepto petere liberari se à malo, cùm orarent, debuerint; ac proinde metuere excidereque ab ea potuerint; contra quàm nonnulli absque solido fundamento opinantur. Vnde hoc loco Chrysostomus: Si autem PAVLVS hoc timuit qui tam multos docuit; & «
timuit postquam PRÆDICAVIT, & factus est ANGELVS (penè dixit ANGLVS, tanquam ANGLORVM PATRONVS) & TOTIVS ORBIS TERRÆ DEFENSIONEM SVSCEPIT, ET PATROCINIVM, quid «
nos dixerimus? Ne enim existimetis, inquit, quoniam credidistis «

I. COR. IX. » hoc vobis sufficere ad salutem. Nam si mihi prædicasse, docuisse, » innumerabiles adduxisse, non satis est ad salutem, nisi meæ quo- » que actiones sint eiusmodi, vt in eas nulla cadat reprehensio; mul- » to magis vobis: Εἰ δὲ ΠΑΥΛΟΣ τοῦτο δέδοικεν, ὁ τοσούτους διδάξας, καὶ δέδοικε, μετὰ τὸ ΚΗΡΥΞΑΙ, καὶ γενέσθαι ΑΓΓΕΛΟΣ, καὶ τῆς Οἰκουμένης τὴν προστασίαν ἐπιδέξασθαι, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς; μὴ γὰρ δὴ νομίσητε, φησὶν, ἐπειδὴ ἐπιστεύσατε, ὅτι ἀρκεῖ τοῦτο εἰς σωτηρίαν ὑμῖν. Εἰ γὰρ ἐμοὶ τὸ κηρύξαι, τὸ διδάξαι, τὸ μυρίους προσαγαγεῖν, οὐκ ἀρκεῖ εἰς σωτηρίαν, εἰ μὴ καὶ τὰ κατ᾽ ἐμαυτὸν παρεχοίμην ἄληπτα, πολλῷ μᾶλλον ὑμῖν. Augustinus Sermone decimo nono De verbis Apostoli, citante etiam Beda: » SVO TIMORE NOS TERRVIT. QVID ENIM FACIET » AGNVS, VBI ARIES TREMIT? Ac tuus, REX IACOBE, Apostolus, Gregorius Papa, libro sexto Registri, Epistolâ vigesimâ secundâ ad Gregoriam scriptâ, affirmat, Apostolum PAVLVM hæc scribentem, quamuis iam ad Tertium Cœlum ascendisset, & in Paradisum ductus, Arcana verba audiisset, quæ Homini loqui non liceret; tamen adhuc trepidasse & timuisse, ne à salute excideret. Vestris tantùm temporibus, (mirum!) pænè adhuc Trepidante PAV-

Luc. 18. v. 2. LO, soli atque vni illi qui nec Deum Timent, nec Homines Reuerentur, HÆRETICI SPECIALISTÆ nil reformidant, nil trepidant. Hieronymus in Epitaphio Paulæ atque Augustinus passim, REPROBVS INVENIAR, legunt, tanquam id sit REPROBVM EFFICI, quod REPROBVM INVENIRI. Ex quo refellitur Hæretica Prauitas adstruentium, certissimè persuasum nobis esse debere, quòd Iusti, & Electi sumus. Itaque sensus germanus est: Ego bonorum Athletarum more, in hoc Euangelico Ministerio sic curro, tanquam non in incertum, id est, haud temerè & quamlibet in partem: quo modo si quis currat, nihil adsequetur præmij: sed recto cursu, totoque nisu tendens ad destinatam metam; vti faciunt qui in stadio currunt, & vincere volunt. Ac rursus, more quoque bonorum Pugilum, sic in Pugna Christiana certo, SIC PVGNO, οὕτω Πυκτεύω, id est, PVGILLOR, vt Augustinus in quinquagesimi septimi Psalmi Enarratione, legit, idque interpretatur PANCRATIVM FACERE; aut, PVGNIS PERCVTIO, vt duodecimo capite libri de Paradiso, legebat Ambrosius; aut, PVGILEM AGO, non quasi aërem, at meum, quod est boni Pugillatoris, Antagonistam verberans: sed CASTIGO, siue CONTVNDO, SVBIGO, SVBIICIO, OBCVLCO, SVGIL-

Luc. 18. v. 5. LO (vt decimo octauo Lucæ reddit Vulgatus Interpres) aut vt septuagesimo secundo capite libri quarti vetus Irenæi Interpres, LIVIDVM FACIO CORPVS MEVM, quemadmodum & legit Paulinus in Epistola quæ est apud Augustinum quinquagesima octaua (quæ Versio Græci verbi Ὑπωπιάζω, quo vsus sum, proprietatem expressit, cùm Ὑπωπιάζειν, propriè dicantur Pugiles cùm Pugnis aut Cæstibus Antagonistam obtundunt. Vnde Ὑπώπια, dicuntur vulnera ex contusione accepta, præsertim in facie

ac oculis, vt Grammatici tradunt, quos Græci ὤπας vocant, liuida nimirum ex collecto ad cutem sanguine: qualia videlicet accipere & dare solent qui pugnis decertant. Dicuntur & ὑπώπια, Calli, qui in manibus eorum qui assiduè versantur in opere, oriuntur: & ὑπωπιάζειν, aures alicuius Obtundere, Lucæ decimo octauo. Ex quo factum est vt hîc accipiatur pro Domare & quasi validis ictibus subiicere reluctantem; ac more boni Pugilis Aduersarium, id est, Corpus meum non leuiter, sed vsque ad deformationem & vulnera ferio (quem in sensum Græcam vocem Theophylactus diligenter expendit) & in seruitutem redigo, quod eleganter vno verbo Græco dixi, δουλαγωγῶ, id est, vt SERVVM AGO, ac subiectum mihi teneo, sic tracto vt cogatur & assuescat seruire; tantumque abest vt delicatè nutriam, ne reddam seruum contumacem, quin, vt in officio contineam, subtraho quæcunque ad rebellionem prouocant, & sola, veluti Seruo aut Iumento, necessaria suppedito, iuxta Ecclesiastici illud capite trigesimo tertio: quod, Corpus, ASINVM SVVM, vocantem, sanctum illum Abbatem Hilarionem & factis & verbis vsurpasse notissimum est: « Cibaria & Virga, & Onus Asino: Panis & Disciplina, & Opus SERVO. « Ne quo pacto contingat vt cùm aliis PRÆDICAVERIM, & « ad salutem mea PRÆDICATIONE perduxerim, Ipse Reprobus efficiar, id est, abiiciar tanquam salute indignus, eo quòd Secundùm Carnem Vixerim, contra quàm aliis Secundum Spiritum Prædicaui. Non quòd intelligam fieri posse, vt quis ex Electo Reprobus efficiatur, id est, ex Prædestinato ad Salutem, siue Præordinato ad Vitam Æternam, Præscitus ad interitum, quod planè impossibile est, cùm æternum Dei Decretum, vt constans, ita immutabile sit; sed vt quis posteaquam aliis Euangelium Prædicauit, ipse tanquam Reprobus abiiciatur ac damnetur: vel quia non vixit secundum Euangelium à se Prædicatum, vel quia in tali vita non perseuerauit. Atque id de seipso PAVLVM metuisse, locus hic noster apertè declarat, & Sancti Patres, vt amplè retulimus, interpretantur. Et FILII isti DIFFIDENTIÆ, vt loquitur Scriptura, apud se confidentissimi erunt? Velle sine Gratiæ operibus saluari, non Spes, sed Præsumptio dicenda est. Vnde hæc CASTIGATIO CORPORIS, ad quælibet salutaria Sanctarum Castigationum genera, quibus MORTIFICATIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI IVGITER IN CORPORE NOSTRO PORTATVR, ab iis quos SPIRITVALES supra appellauimus, rectè sanctèque trahi atque extendi solet. Nec nocet, Robertum Stephanum obseruare exemplar vnum quod Ὑπωπιάζω habebat (cuius quoque lectionis inter alias Theophylactus meminit) quod SICCVM ET SQVALLIDVM REDDO, significat, vt PAVLVM fame & inedia corpus suum attenuasse & afflixisse, quod hodie imitatur sanctissimus quisque, intelligas. Etsi enim Metaphoræ Pugilum non admodum quadret, quos tamen ab omnibus se abstinere dixi,

I. COR. IX.

Luc. 18. v. 5.

Eccl. 33. v. 25.

Eph. 2. v. 2. & 5. v. 6.

2. Cor. 4. v. 10.

I. COR. IX. (quippe quòd Athletæ temperatiſſima victus ſeruata ratione, ad certamina ſe comparare ſoleant) quadrat tamen aptiſſimè in illud meum dictum ſexti capitis poſterioris ad Corinthios, id eſt, ſequentis Epiſtolæ, vbi quomodo corpus meum caſtigauerim, in ſeruitutemque redegerim, recenſens, IN LABORIBVS, IN VIGILIIS, IN IEIVNIIS profligaſſe me docui huiuſmodi Domeſticum Hoſtem. Quare etiamſi Vetuſta Exemplaria legant, Ὑπωπιάζω, quod eſt SVBACTVM SEV DEIECTVM PREMO, ſuo tamen iure per me Clemens libro Stromatum tertio, & Nazianzenus contra Eunomianos, Ὑποπιέζω, tanquam antiquam lectionem retinere poſſunt, quod etiam DEIECTVM OPPRIMO ſignificat, eadem fermè translationis ratione. Nam vt, τὸ ὑπωπιάζειν, quod vulgò legitur, conuenit Pugili, ſic τὸ ὑποπιέζειν, propriè Luctatori: qua vtraque ſimilitudine cùm vſus ſim, inde diſſimilitudo ſcripturæ ac coniecturæ in redditione orta eſt. Atque hæc de Pſychomachia Chriſtiana. Chriſtianorum enim perpetua pugna contra Carnem, atque adeo contra corpus ſuum, eſſe debet; quatenus Corpus per Carnem Spiritui aduerſatur. Porrò totum Apoſtolicum illud noſtrum ſimile ab exquiſitiſſima illa gymnaſtarum diæta, quam hic locus deſignat, appoſitè à me ad Corinthios ſcribente ductum eſt. Cùm enim Græcia tota iſtis certaminibus vacaret, inter cætera, ISTHMIA erant quæ CORINTHI maxima celebritate fierent. Qui verò hunc noſtrum Solem arduis oculis contemplari non poterit, totum Apoſtolicum hunc locum in Tertulliani Exhortatione ad Martyres, tanquam deficientem in pelui, cernat mira-

(1. Cor. 6. v. 5. — margin note beside "rim, in ſeruitutemque redegerim")

» biliter certè expreſſum. ATHLETÆ, inquit, ſegregantur (alluſio ad SEGREGATVM PAVLVM: ac illud diuinum oraculum,
Act. 13. v. 2. » SEGREGATE MIHI SAVLVM ET BARNABAM) ad Stri-
» ctiorem Diſciplinam, vt robori ædificando vacent: CONTI-
» NENTVR A LVXVRIA, à Cibis Lautioribus, à Potu Iucundio-
» re: coguntur, cruciantur, fatigantur: QVANTO PLVS IN
» EXERCITATIONIBVS LABORAVERINT, TANTO PLVS
» DE VICTORIA SPERANT. Et illi, inquit APOSTOLVS, vt
1. Cor. 9. v. 25. » Corruptibilem Coronam conſequantur: Nos ÆTERNAM CON-
» SEQVVTVRI, CARCEREM NOBIS PRO PALÆSTRA INTERPRETE-
» MVR. Hactenus TERTVLLIANVS ATHLETA, & PAVLVS CASTIGANS. TRIGESIMO PRIMO; DE MALO AC SVP-
1. COR. X v. 10. » PLICIO SCHISMATIS: Neque MVRMVRAVERITIS, ſicut quidam
» eorum murmurauerunt, & PERIERVNT AB EXTERMINATO-
» RE: Μηδὲ ΓΟΓΓΥΖΕΤΕ, καθώς καί τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ΑΠΩΛΟΝΤΟ ΥΠΟ ΤΟΥ ΟΛΟΘΡΕΥΤΟΥ. Murmuratio, eſt non modò Schiſmatis Satelles, ſed Præcurſor, quando ſine iuſta ratione, Præcepto ſeu Voluntati Superioris contradicitur, aut de eius Adminiſtratione Querimonia ſuſcitatur. Itaque qui De Cauendo Schiſmate monendi fuerunt, erant quoque De Murmuratione admonendi; Murmuratio enim contra Homines Dei,

contra

contra Deum est, quod sæpenumerò non adtendentes, in manus Dei « I. COR. X.
viuentis, quod horrendum est, incidunt. Non CONTRA NOS est « Heb.10.v.31.
MVRMVR vestrum, (clamat Moses,) sed CONTRA DOMINVM. Quare « Exod.16.v.9.
Philippenses, vtique laudatiores, sollicitè præmonui, capite secundo, dicens; OMNIA FACITE SINE MVRMVRATIONIBVS. Fremitus e- « Philip.2.
nim Murmurantium, Discordias ac Seditiones & Schismata por- « v.14.
tendunt:

> -----ceu flamina prima
> Cùm deprensa fremunt Syluis, & CÆCA volutant
> MVRMVRA, Venturos NAVTIS prodentia Ventos.

Vnde confestim sequitur horrenda Pœna Murmurantes: ET PERIE- «
RVNT AB EXTERMINATORE. Nouum plagę genus, insolitum, inaudi- «
tū, & extraordinaria quadam operatione Virtutis Angelicæ inflictum;
illud videlicet quod quandoque stans Aaron inter mortuos ac viuen- Num.16.v.48;
tes, Incensumque offerens, ac pro Populo deprecatus, compescuit. Et
ratio est cur hæc plaga præ aliis, Exterminatori, id est, penitus vastanti
ac perdenti Angelo, adscribatur; quia modus plagæ, fueritne ea per
Ignem, an per Serpentes, an aliter facta, haud fuit à Moyse expressus. Et
certè monet Sapiens, cùm decimo octauo capite in fine ait: His autem « Sap.18.v.vlt.
cessit QVI EXTERMINABAT, & hæc extimuit. Nec improbabile est «
Librum Sapientiæ legenti, videri de numero Malorum hunc Vastatorem fuisse; quandoquidem Sacerdoti Pontificalibus Ornamentis induto cessisse ac extimuisse, immo & victus ab illo fuisse dica-
tur. Nam pro eo quod vulgò ibi de Aarone legitur; Vicit autem « v.22.
Turbas; in multis Græcis exemplaribus habetur, Ενίκησε δὲ τὸν ΟΛΟ- «
ΘΡΕΥΟΝΤΑ, VICIT AVTEM EXTERMINANTEM, siue, VASTANTEM:
& mox sequitur, quòd VERBO ILLVM QVI VEXABAT (Græcè, τὸν Κο- «
λάζοντα, VICTOREM) SVBIECIT. Quanta Deformitas Schismatis, cuius «
incitantium ad perficiendum scelus furiarum aut Malus, aut Mali
specie, ac malo nomine Bonus Angelus, vindex & exterminator
est! Nec certè vetat eum Malum Angelum esse, vt ita, iustè disponente Deo, per quæ quis peccarit, per hæc & puniatur; sicque, qui contra Deum, Schismatis est auctor, sit & Schismatis suique à Deo punitor ac tortor. TRIGESIMO SECVNDO; DE VANA FIDVCIA SA-
LVTIS, AC PERSEVERANTIÆ SVÆ: Itaque qui SE EXSISTIMAT « 1.Cor.10;
stare, videat NE CADAT: ΩΣΤΕ Ο ΔΟΚΩΝ Εστάναι, βλεπέτω ΜΗ « v.12.
ΠΕΣΗ. Non igitur infallibiliter certi sumus quod STEMVS, id est,
Iusti & Recti sumus: Nec is qui Iustus est, certus esse potest (lege
saltem ordinaria) quòd sit perseueraturus. Leonis Magni sermone
quinto De Quadragesima Argumentum est: Dicente namque APO- «
STOLO (inquit) QVI STAT, VIDEAT NE CADAT: Nemo est tanta fir- « 1.Cor.10.v.12.
mitate suffultus, vt DE STABILITATE SVA debeat esse securus. Quin «
ipse Chrysostomus ad ipsum PAVLVM extendit, in Commentario
ita loquens: Caue casum. Nam si timuit PAVLVS, qui erat OMNIVM «
FORTISSIMVS; multò magis Nos timere oportet: Φυλάττε τὴν πτῶσιν. «
εἰ γὰρ ΠΑΥΛΟΣ δέδοικεν ὁ πάντων στερρότερος, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς δεδοικέναι χρή.

legit Cyprianus, libro tertio, capite nonagesimo primo, in Testimo- I.COR.X.
niis ad Quirinum, EVADENDI FACVLTAS, dabitur ad seruandum
Talentum; sed & PROVENTVS ad Multiplicandum, vt inter vber-
rimos felicissimosque prouentus numerare possis quod ex Tenta-
tione Domino superlucraturus sis. Vnde pro, ὑπενεγκεῖν, SVSTINE-
RE, in variis libris Græcis reperias, ὑπερενεγκεῖν, id est, FERENDO PRÆ-
VALERE. Sic

----SVPERANDA omnis fortuna FERENDO est.

Namque, vt ait Ambrosius, De Quadraginta duabus Mãsionibus, Man-
sione Trigesima, SINCERIOR BONITAS E TENTATIONIBVS PRODIT: «
SICVT PVRIVS ARGENTVM E CAMINO IGNIS. TRIGESIMO QVAR- «
TO; DE MENSA DOMINI, SIVE DE VERITATE CORPORIS ET SANGVI-
NIS CHRISTI, TVM IN SACRAMENTO TVM IN SACRIFICIO: Propter «v.14.
quod, Carissimi mihi, fugite AB IDOLORVM CVLTVRA: VT PRV- «
DENTIBVS loquor: Vos ipsi IVDICATE quod dico. CALYX BENE- «
DICTIONIS, CVI BENEDICIMVS, Nonne COMMVNICATIO SAN- «
GVINIS CHRISTI EST? & PANIS QVEM FRANGIMVS, Nonne PAR- «
TICIPATIO CORPORIS DOMINI EST? Quoniam VNVS PANIS, «
VNVM CORPVS Multi sumus; Omnes qui de VNO PANE Participa- «
mus. Videte ISRAEL SECVNDVM CARNEM: Nonne qui Edunt HO- «
STIAS, Participes sunt ALTARIS? Quid ergo dico? quòd Idolis im- «
molatum sit aliquid? aut quòd Idolum sit aliquid? Sed quæ immo- «
lant Gentes, Dæmoniis immolant, & non Deo: nolo autem vos «
SOCIOS FIERI DÆMONIORVM. Non potestis CALYCEM DOMINI «
Bibere, & CALYCEM DÆMONIORVM: non potestis MENSÆ DOMI- «
NI Participes esse & MENSÆ DÆMONIORVM. An æmulamur Do- «
minum? Διόπερ, Αγαπητοί μου, φεύγετε ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΙΔΩΛΟΛΑΤΡΕΙΑΣ. «
ΩΣ ΦΡΟΝΙΜΟΙΣ λέγω. ΚΡΙΝΑΤΕ ὑμεῖς ὅ φημι. ΤΟ ΠΟΤΗΡΙΟΝ ΤΗΣ
ΕΥΛΟΓΙΑΣ, Ο ΕΥΛΟΓΟΥΜΕΝ, Οὐχὶ ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ
ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ἐστι; ΤΟΝ ΑΡΤΟΝ, ΟΝ ΚΛΩΜΕΝ, Οὐχὶ ΚΟΙΝΩΝΙΑ «
ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ἐστιν; ΟΤΙ ΕΙΣ ΑΡΤΟΣ, ΕΝ ΣΩΜΑ,
οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες, ἐκ τοῦ ΕΝΟΣ ΑΡΤΟΥ Μετέχομεν· βλέπετε τὸν
ΙΣΡΑΗΛ, ΚΑΤΑ ΣΑΡΚΑ. Οὐχὶ οἱ Εσθίοντες τὰς ΘΥΣΙΑΣ, Κοινωνοὶ τοῦ ΘΥ-
ΣΙΑΣΤΗΡΙΟΥ εἰσί; Τί οὖν φημι; ὅτι Εἴδωλον τί ἐστι, ἢ ὅτι Εἰδωλόθυτον, τί ἐστιν;
Αλλ' ὅτι ἃ θύει τὰ Εθνη, Δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ Θεῷ· οὐ θέλω ὑμᾶς Κοινωνοὺς τῶν
Δαιμονίων γίνεσθαι. Οὐ δύνασθε ΠΟΤΗΡΙΟΝ ΚΥΡΙΟΥ Πίνειν, καὶ ΠΟΤΗΡΙΟΝ
ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ· οὐ δύνασθε ΤΡΑΠΕΖΗΣ ΚΥΡΙΟΥ Μετέχειν, καὶ ΤΡΑΠΕΖΗΣ
ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Η παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; Bifrons Argumentum à Men-
sa Christi, à Mensa Mosis; ex quo, duplici capite, vetitam esse Ido-
lij, siue Templi Idolorum Mensam, probatur, euidenterque con-
cluditur. Nam Participatio Mensæ facit Participationem Sacrificij
ac Cultus. quæ Manducatione, vtpote Consumptione Hostiæ, ma-
ximè fit. Qua de re cùm suprà De Sacrificio egimus, luculenter ad-
modum tractatum est. Huius ergo nunc tantùm loci est colligere,
Primò; ex natura Sacrificij, quod tam in Legali & Mosaïco quàm
in Euangelico atque Christiano cernimus, id manducari quod im-

I. COR. X. molatum est, idque immolari quod est manducatum. Ex quo cùm Sacrificij, tum Sacramenti necessariò infertur Veritas. Secundò; toties repetitam illam Particulam NONNE, οὐχί, percontandi formâ vim vehementioris affirmationis habere, tanquam de re apud Fideles indubitata, confessa & nota, cui contradicere nefas sit. Tertiò;
» cogunt illa verba, OMNES QVI DE VNO PANE PARTICIPAMVS, vt de vero Corpore Christi, non de Materiali Pane, intelligas. Falsissimum enim est, omnes Fideles de vno Materiali Pane participare: Quomodo enim qui procul aberam, participassem cum Corinthiis de eodem Pane? Neque profectò verisimile est, omnes Corinthios in Dominica Cœna congregatos, de vno materiali Pane participauisse: siquidem pro tanta multitudine hominum, plures panes apponi debebant, dicente mihi Domino, Actuum decimo
Act.18.v.10. » octauo capite; Quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. At, inquies, significatione, & Mysterio, Panis omnium vnus est; Quasi verò dici possit, omnes antiquæ Legis Sacerdotes vnum agnum, aut hœdum, aut vitulum toto Legis tempore mactasse? quasi verò omnes cum vniuerso populo de vno agno comedisse? Etsi enim Significatione & Mysterio vnum omnia ista sint, nemo tamen sanus hoc dixerit, nisi stultè intelligi velit, vnum eiusmodi animal omnium mactationi & esui sufficere potuisse, quomodo rectè dicas omnes homines eiusdem familiæ, vnum agnum, aut de vno agno comedisse. Quarto; locutione sacrificali, DE VNO PANE PARTICIPAMVS, me ad Sacrificij morem alludere, siue respicere, in quo de vna re per Sacerdotem oblata multi participant. Vnde & hîc quædam Externi Sacrificij Christianorum insinuatio est. Atque hæc Trigesima quarta Obseruatio est. Nunc TRIGESIMO QVINTO notandum est DE POENITENTIALI LEGE ECCLESIÆ CERTIS DIE-
v. » BVS ESVM CARNIVM PROHIBENTIS: Omne quod in Macello vê-
» nit, MANDVCATE, Nihil Interrogantes PROPTER CONSCIENTIAM: Πᾶν τὸ ἐν ΜΑΚΕΛΛΩ πωλούμενον, ΕΣΘΙΕΤΕ, Μηδὲν ἀνακρίνοντες ΔΙΑ ΤΗΝ ΣΥΝΕΙΔΗΣΙΝ. Quàm insulsè vulgus Hæreticorum detorquet hanc Apostolicam Sententiam aduersùs Ecclesiasticam carnis Abstinentiam certis diebus præscriptam; quasi Pœnitentiali Lege Ecclesiæ non obstante, quiduis quouis tempore comedere Christiano licitum sit. Num Carnes insalubres & nocituras, in Macello venum expositas, edere tibi non licet, quoniam id Lex Naturæ prohibet; & quod, ad castigandum corpus, Ieiunij salutaris, Præpositi tui, quibus obediendum, decimotertio ad Hebræos, promulgaui, præscri-
Hebr.13.v.7. bunt, negliges & inter res medias referes? Scilicet Naturam audies, Ecclesiam verò quantumuis Christus, Matthæi decimo octauo, im-
Matt.18.v.17. peret & clamet, non audies? Ethnicus & Publicanus, quisquis sis, ergo es. Illud verò NIHIL INTERROGANTES, (siue, vt Græca Editio fert, DISQVIRENTES, aut DISCVTIENTES, vti primo modo Ambrosianus Commentator, secundo vertit Oecumenij Interpres, ἀνακρίνοντες,) hoc vnum sonat, excepto Idolio vbique comedi Idolo-

thyta posse; Itaque quod de Idolio negatum propter participationem cultus, id de Macello concessum propter vanitatem Idoli: quod, cùm nihil sit, polluere Domini, cuius est terra & plenitudo eius, ex initiali versiculo Psalmi vigesimi tertij, creaturam non potest. Hæc igitur verba, hac parte generalem Sententiam, quâ dixeram multa licere quæ non expedirent nec ædificarent, ad præsentem doctrinam De Esu Idolothytorum applicant, quæ non solùm in Idoliis edenda exponi, verumetiam publicè cum aliis carnibus in Macello ex partibus Sacrificulorum venalia proponi, deinde, vt in priuatis Infidelium mensis, apponi solebant. Rectè enim Augustinus in Epistolam ad Romanos admonet, antiquitus consueuisse etiam prostare venales carnes Sacrificatas: eas nimirum quæ supererant: quarum pecunia ad Sacerdotes redibat. Nam testatur quoque Herodotus solitos Ægyptios fuisse, pecudum immolatarum capita in forum asportata Græcis diuendere. Sed & Aristophanis Comœdiæ Interpretes, cui nomen PLVTVS, Πλοῦτος, est; dum hos versiculos exponunt quibus in fine Actus primi Seruus Cario ait: I. COR. X. Psl.23.v.1.

——τινὰ δὲ τὸ κρεάδιον
Τῶν ἔνδοθέν τις εἰσενεγκάτω λαβών.

id est; HANC VERO CARVNCVLAM QVISPIAM EORVM QVI INTVS SVNT, INTRO FERAT: solitos fuisse aiunt à Sacrificiis redeuntes, ex ipsa victima portiunculam domesticis adferre, atque etiam si quid super fuisset, asportare. Quæ duo nunc ordine tracto, quid in his agendum sit docens. Ac de Macello Primùm: Quaslibet, inquam, Carnes in Macello seu foro venales emere, edereque absque conscientiæ scrupulo vobis per me licet; ita vt nolim vos Interrogare, & Disquirere, Carnesne Immolatitiæ sint, quantum quidem ad rationem Conscientiæ vestræ pertinet, ne ea maculetur, vt qui sciatis nullum cibum esse immundum; & Idolum atque Idolothytum nihil esse, proindeque comedentis animum maculare non posse. Hæc enim Scientia debet omnem istiusmodi inquisitionem excludere. Quantum verò ad secundum attinet, de Priuatis scilicet Infidelium Mensis, sequitur; Omne quod vobis Apponitur, Manducate, NIHIL INTERROGANTES PROPTER CONSCIENTIAM. Si quis autem dixerit, Hoc immolatum est Idolis: NOLITE MANDVCARE PROPTER ILLVM QVI INDICAVIT (ne videlicet ei scandalum præbeatis Manducando, siue Fidelis ille sit, siue Infidelis: Vterque enim ex facto tuo scandalizari poterit: Fidelis quidem Infirmus, exemplo tuo contra suam conscientiam de Idolothyto comesturus; aut certè velut malè agentem te iudicaturus: Infidelis autem quia putabit te præ pudore aut metu non audere Religionem tuam quæ omnem Idololatriam exsecratur, liberè confiteri; aut profectò per intemperantiam gulæ prodere tuæ Religionis sinceritatem; & per hæc, minùs benè de Christianis sentiet, atque iis etiam non sine Christi iniuria insultabit; tantum aberit vt eum Christo sis lucrifacturus; cuius rei potissimùm causâ, ad mensam Hominis Infi- v.27.

I. COR. X. » delis accedere debueras) ET PROPTER CONSCIENTIAM:
» Conſcientiam autem dico; non TVAM, ſed ALTERIVS. Vt quid
» enim LIBERTAS MEA Iudicatur ab ALIENA CONSCIENTIA? Si ego
» CVM GRATIA participo, QVID BLASPHEMOR pro eo quod GRA-
» TIAS AGO? Senſus eſt: Committere non debeo vt alius mihi maledicat, aut malè de me loquatur, propter id pro quo ego Deo gratias ago; id eſt, Propter Cibum: ſed potiùs abſtinebo, quamuis alioqui cum gratia participaturus. TRIGESIMO SEXTO; DE
I. COR. XI. v. 2. » SACRIS TRADITIONIBVS: LAVDO autem vos, FRATRES; quod per
» omnia mei memores eſtis: & SICVT TRADIDI vobis, PRÆCEPTA
» MEA TENETIS: ΕΠΑΙΝΩ δὲ ὑμᾶς, Ἀδελφοί, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ ΚΑΘΩΣ ΠΑΡΕΔΩΚΑ ὑμῖν, ΤΑΣ ΠΑΡΑΔΟΣΕΙΣ ΚΑΤΕΧΕΤΕ. Græcè,
» TRADITIONES TENETIS. Vnde Ambroſianus legit: ET QVO-
» MODO VBIQVE TRADO, TRADITIONES MEAS TENETIS. Ex hoc
» loco perſpicuum fit, (ait Theophylactus) quòd non pauca quæ
» literis non mandauerint, TRADIDERVNT, ET IPSE. (de me autem
» loquitur) ET RELIQVI APOSTOLI. Quocirca hic locus pro Traditionibus NON-SCRIPTIS, iiſque tamen neceſſariò tenendis, palàm facit. TRIGESIMO SEPTIMO; DE ANGELO CVSTODE, DE-
v. 10. » QVE ANGELICO OFFICIO EPISCOPI: Ideo debet Mulier Pote-
» ſtatem habere ſupra caput, PROPTER ANGELOS: Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ Γυνὴ ΕΞΟΥΣΙΑΝ ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ΔΙΑ ΤΟΥΣ ΑΓΓΕΛΟΥΣ. Hieronymus in decimum octauum Matthæi, DE ANGELIS CVSTODIBVS hoc dictum noſtrum accepit, quod de Angelis Altaribus Chriſti, diuinæque Liturgiæ ASSISTENTIBVS, quamplurimos intellexiſſe notum eſt, iuxta Dauidicum illud Pſalmi cen-
Pſ. 137. v. 1. » teſimi trigeſimi ſeptimi; IN CONSPECTV ANGELORVM
» PSALLAM TIBI. De iiſdem Cuſtodibus, & Auguſtinus libro duodecimo de Trinitate, capite ſeptimo, hanc rationem adfe-
» rens: GRATA EST ENIM, inquit, SANCTIS ANGELIS
» SACRATA ET PIA SIGNIFICATIO. Angelos alij Sacerdotes ſeu Eccleſiæ Præfectos interpretati ſunt, quales nimirum Ioannes tribus primis ſacræ Apocalypſeos capitibus ANGELOS Ec-
» cleſiarum (id eſt, EPISCOPOS) commemorat. Epiſcopi enim AN-
» GELI DICVNTVR (ait DOCTOR ANGELICVS Thomas) QVIA DI-
» VINA HOMINIBVS ANNVNCIANT, SECVNDVM ILLVD (Malachiæ
Mal. 2. v. 7. » ſecundo) LABIA SACERDOTIS CVSTODIVNT SCIENTIAM; ET
» LEGEM REQVIRENT EX ORE EIVS: QVIA ANGELVS DOMINI
Eccl. 5. v. 5. » EXERCITVVM EST. Vnde Eccleſiaſtis quinto, NEQVE DICAS
» CORAM ANGELO; NON EST PROVIDENTIA (ſecundùm Veritatem Hebraicam ſubintelligitur ILLO, quo ſignificatur Summus Sacerdos, apud quem Votorum ratio, de quibus eo lo-
Leuit. 27. v. 14. ci ſermo eſt, reddenda erat, Leuitici vigeſimo ſeptimo:) Veletur ergo Mulier tum propter CÆLESTIVM Præſentiam ac Reuerentiam, tum propter TERRENORVM ANGELORVM Cautelam; ne ſcilicet ij fœminis diuina adminiſtrantes Sacramenta, ex earum liberiore con-

ſpectu ſcandalum aliquod patiantur, vt & apud Ambroſianum I.COR.XI.
Commentatorem obſeruare eſt, & apud Nicolaum Primum Pont. Max. capite quinquageſimo octauo, dum ad Conſulta Bulgarorum reſpondet, necnon & apud Primaſium, Africanum Epiſcopum (qui tempore Vigilij Papæ ac Quintæ Synodi Generalis floruit, vt ex ſecunda eiuſdem Concilij Collatione conſtat) eoque vno ſæculo antiquiorem Sedulium Presbyterum Scotum; qui ambo quod de Solis Epiſcopis dictum eſt, ad omnes Altaris Miniſtros, & vniuerſum Clerum Eccleſiæ extendunt; de quibus etiam illud ſentiendum, atque addendum eſt, videlicet iis exhibendam impendendamque reuerentiam, quæ Deo per ſuos nuncios & legatos loquenri debetur. TRIGESIMO OCTAVO; DE SACRIS TRADITIONIBVS AC MORIBVS ECCLESIÆ, ET QVOD CREDENDVM, NON DISPVTANDVM: Si quis autem videtur CONTENTIOSVS ESSE, NOS TALEM CONSVETVDINEM NON HABEMVS, NEQVE ECCLESIA DEI: Εἰ δέ τις δοκεῖ ΦΙΛΟΝΕΙΚΟΣ εἶναι, ΗΜΕΙΣ ΤΟΙΑΥΤΗΝ ΣΥΝΗΘΕΙΑΝ ΟΥΚ ΕΧΟΜΕΝ, ΟΥΔΕ ΑΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙ ΤΟΥ ΘΕΟΥ. Hieronymi Codex, quo in Dialogo Contra Luciferianos vſus eſt, priorem huius verſiculi partem ſic habebat; SI QVIS AVTEM PVTAVERIT, SE CONTENTIOSVM ESSE. Contentioſus autem, Græcè, φιλόνεικος, id eſt, AMANS VICTORIÆ; vt cui Victoria Veritate potior eſt. Vnde Contentioſus is dicitur, qui verbis certat: id agens vt vincat, non vt Veritas appareat. In Sacra verò Chriſtianorum Schola, nec Contentione, nec Demonſtratione vtimur; illius Humilitas, huius Obedientia locum occupat. Quod ad alteram ſpectat, Nos conſuetudinem non habemus contendendi; ſed Magiſtrorum præceptis abſque contradictione acquieſcendi, vt Chryſoſtomus in Commentario, & Ambroſius libro quinto de Fide in Prooemio, Modeſtæ Antiquitatis contra Petulcam Nouitatem Religioſi teſtes ſunt. Secundùm alteram verò; Nos eam conſuetudinem non habemus, vt Mulieres in Eccleſia capite non velato orent; hoc eſt, Si quis contentioſè mecum agere velit, & diuerſam opinionem pertinaciùs defendere; illi ego oppono noſtram & ECCLESIÆ CONSVETVDINEM, cui neceſſariò parendum & tanquam communi ſententiæ legique, omnibus æquè obtemperandum eſt; quæ habet vt Mulieres orent velato capite, Viri non velato, vti maior Interpretum pars proferunt ac tradunt. Vbi notandum Apoſtolicum in docendo & perſuadendo artificium, quo tanquam Orator clarus & bene dicendi peritus, optimum vltimo loco argumenrum reſeruauerim: quod videlicet Ab Auctoritate, Conſuetudine, & Traditione Populi Dei petitur. Quod quidē ad reprimendos homines præfractos & contentioſos, necnon eos qui rationum minùs capaces ſunt, adhibendum eſt: & tunc neceſſariò adhibetur, quando de eo agitur quod in Scripturis non eſt expreſſum. In his rebus, inquit

I.COR.XI. » ad Caſulanum Presbyterum Auguſtinus Epiſtolâ octuageſimâ » ſextâ) de quibus nihil certi ſtatuit Scriptura Diuina; MOS POPVLI » DEI vel INSTITVTA MAIORVM, pro LEGE Tenenda ſunt. At- » que ad hunc locum Hugo Victorinus ita generaliter annotat: » Hîc HABEMVS AVCTORITATEM QVOD CONSVE- » TVDINES SANCTÆ ECCLESIÆ TENENDÆ SVNT; ETSI » RATIONEM IGNOREMVS, QVARE AB ILLA SIC CONSTITVTÆ » SVNT. DEVS ENIM SVAM ECCLESIAM IN HIS QVÆ AD IPSVM » PERTINENT, NON PERMITTIT ERRARE. Hæc Hugonis, ex Regia Abbatia San-Victoriana, MAGISTRALIA VERBA, qualia illi, cum citans Beatus Thomas attribuere ſolet. Apoſtolico igitur meo exemplo quidni liceat CATHOLICIS aduerſùs Aduerſarios inſurgere; vt quoties rationibus & argumentis, quibus DE DOCTRINA ECCLESIÆ contra Nouatores diſputatur, non acquieuerint, abſolutè eis CATHOLICE APOSTOLICEQVE dicatur: Nos huiuſmodi Conſuetudinem quam vos impugnatis, vt, Pro Fratribus, cùm plus indigent, id eſt, pro Fidelibus Defunctis, orandi, quod Pia Mater Eccleſia filiis ſuis impendit, ſemper ſollicita, donec ſecura,

Ecclef.18.v.22. habemus. Nos enim (non SEMPER ORANDI) talem CONSVETVDI-
Luc.18.v.1. NEM non habemus (quam vos inducere tentatis) neque ECCLESIA
1.Theſ.5.v.17. DEI; vel Græcè, pluraliter, ECCLESIÆ DEI, αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ. Nulla enim Eccleſia eſt, quam in hac Sancta Conſuetudine non inuenerint Nouatores. Nunc ſua nobis Inuenta contra Conſuetudinem vbique receptam obtendant. Quare quod DE VELANDIS MVLIERIBVS iuxta hoc noſtrum Apoſtolicum Præceptum, concludebat hoc loco Chryſoſtomus, id iam de cunctis ſiue reliquis Eccle- » ſiæ Moribus Traditionibuſque concludamus: Etiamſi tunc (inquit) » contendebant Corinthij; nunc VNIVERSVS ORBIS TERRÆ hanc » LEGEM admiſit & cuſtodiit: TANTA EST POTENTIA CRVCIFIXI: Ἀλλ' εἰ καί ποτε ἐφιλονείκουν οἱ Κορίνθιοι, νῦν ΠΑΣΑ Η ΟΙΚΟΥΜΕΝΗ τὸν ΝΟΜΟΝ τοῦτον καὶ κατεδέξατο καὶ ἐφύλαξε· ΤΟΣΑΥΤΗ ΤΟΥ ΣΤΑΥΡΩΘΕΝΤΟΣ Η ΔΥΝΑΜΙΣ. TRIGESIMO NONO; DE MISSA PRIVATA: » Vnuſquiſque enim SVAM COENAM Præſumit ad mànducandum: Ἕκαστος γὰρ τὸ ΙΔΙΟΝ ΔΕΙΠΝΟΝ προλαμβάνει, ἐν τῷ φαγεῖν. Ex hac Scriptura MISSAS vt vocant PRIVATAS, id eſt, eas in quibus ſolus communicat Sacerdos, arguunt Hæretici, quaſi à Sacerdote id in iis fiat, quod hîc in Corinthiis Apoſtolus reprehendit: qui Corinthij, vt Chryſoſtomus, atque ex eo Theophylactus & Oecumenius hoc loco annotant, Cœnam Dominicam quæ eſſe COMMVNIS debuit, PRIVATAM fecerunt. Parturiunt Montes; ſuperba, inflataque ac elata turba. Quid verò naſcetur, attendite? id vnum, vt ſcilicet diſcant, hîc De Agape, non De Euchariſtia; De Menſa Pauperum, non De Menſa Regis; De Conuiuio Pauperum Chriſti, non de Conuiuio Chriſti; De Charitatiua Præparatione ad Charitatem Euchariſticam, non De Euchariſtiæ Celebratione atque Sumptione; De Imitatione Cœnæ Dominicæ, non De Manducatione

Carnis Dominicæ; De Vltimæ Cœnæ cum Pauperibus, tanquam Discipulis, Repræsentatione, non de Sacramenti Cœnæ coram Discipulis Institutione; De Agno Typico, non De Agno Mystico agi. Quam certè Sententiam ea Consuetudo confirmat quæ vsque ad Augustini tempora in multis Ecclesiis obseruata fuit, vt in Anniuersario Cœnæ Domini Die, à non ieiunis sumerentur Mysteria; nempe ad imitationem & commemorationem eius quod in vltima Cœna factum erat, vbi priùs cœnatum est, deinde Sacramentum post Cœnam perfectum est. Tertij Carthaginiensis Concilij vndetrigesimus Canon (cuj Concilio Augustinum interfuisse, ducentesima trigesima quinta eius Epistola prodit) rem omnem, dum distinguit, aperit; VT SACRAMENTA ALTARIS, non nisi à IEIVNIS Hominibus CELEBRENTVR. Excepto Vno Die ANNIVERSARIO, quo COENA DOMINI CELEBRATVR. Itaque sensus est: Vestra conuiuia, ad quæ celebranda ex more conuenitis, vt quidem aguntur à vobis, haudquaquam repræsentant Cœnam Dominicam: & proinde, eo nomine indigna sunt. Dominus enim vnà cum suis Discipulis in eadem Mensa accumbit, iisdem vtitur cibis; quamuis ipse Dominus, illi Serui essent: nec ipsum proditorem suum, nedum pauperem à communi repellit mensa. Vos autem Priuatas vobis Mensas facitis, & inæquale componitis conuiuium; qui Fratres vestros, Conseruos vestros, eo quòd pauperes sint, à Mensis & Epulis vestris excluditis. VNVSQVISQVE ENIM SVAM COENAM PRÆSVMIT AD MANDVCANDVM. Ac rursus; ET CONFVNDITIS EOS QVI NON HABENT. Græcè, PROPRIAM, ἴδιον, vt appareat antithesis, inter Cœnam istorum, & Cœnam Dominicam, quæ debebat esse Communis; qualis quoque Antithesis illa est quam inter DOMOS singulorum & ECCLESIAM siue DOMVM Dei Apostolus facit: quæ valde iuuat ac confirmat intellectum Græcorum, ECCLESIÆ nomine Domum materialem, ad quam Fideles diuina celebraturi conueniebant, interpretantium; vt hæc Apostolica increpatio sit cum illa Saluatoris similis; DOMVS MEA DOMVS ORATIONIS EST; VOS AVTEM FECISTIS ILLAM DOMVM NEGOTIATIONIS ET SPELVNCAM LATRONVM, Ioannis secundo, & Lucæ decimo nono. Sic & Augustinus accepit in Quæstione quinquagesima septima super Leuiticum. Atque hæc Responsionis Prima Pars. Altera est, me COENAM PROPRIAM seu PRIVATAM semper intellexisse, eam solam dicendam à qua excluduntur alij, non eam ad quam non coguntur. At Missæ CATHOLICORVM non excludunt, immo inuitant alios communicare volentes, nec Sanctum illud votum tacitum Ecclesia tulit, vt qui Missas audiunt, etiam communicent; Sed publicum vt esset, in Oecumenico Tridentino Concilio, Sessione vigesima secunda, capite sexto, dum inter se Nouatores dissecantur cordibus suis, publicauit. Quare meritò Sacerdos IRREPREHENSIBILIS est, nec Propriam sibi Mensam statuere, nec Suam Cœnam Præsumere ad manducandum

I. COR. XI.

Ioan. 2. v. 16. & Luc. 19. v. 46.

Act. 7. v. 54.

1. Tim. 3. v. 2.

I.COR.XI. censendus est, si ad eam quam SAPIENTIA sibi posuit Mensam, dum
Prou.9.v.2. nemo venit, solus accedit. Nec enim nisi alienâ causâ solus est, vbi
communis victima communiter apposita est. QVADRAGESIMO;
NON MODO PER SCRIPTVRAM SED PER TRADITIONES DE EVCHARISTIA SENTIENDVM ESSE; VERBA CHRISTI CONSECRATORIA ESSE; COMMVNIONEM SVB ALTERA SPECIE SVFFICERE, NEC VSVM CALYCIS EX PRÆCEPTO OBLIGARE; EVCHARISTIÆ IVGE SACRIFICIVM ESSE; ITEM, IVGEM PER CONSEQVENS ECCLESIAM ESSE; CORPVS CHRISTI REALITER ESSE IN SACRAMENTO, ET A BONIS AC MALIS ÆQVE REALITER SVMI; SVB VNA
1. Cor.11. » SPECIE, ET CORPVS ET SANGVINEM ACCIPI: Ego enim ACCEPI
v.23. » à Domino quod & tradidi vobis; Quoniam Dominus Iesus in qua
» nocte TRADEBATVR, Accepit Panem: Et Gratias Agens Fregit &
» Dixit, Accipite & Manducate: HOC EST CORPVS MEVM quod pro
» vobis TRADETVR: hoc facite IN MEAM COMMEMORATIONEM:
» Similiter & CALYCEM, Postquam Cœnauit; dicens; HIC CALYX, NO-
» VVM TESTAMENTVM EST IN MEO SANGVINE: hoc facite quo-
» tiescumque bibetis, in meam Commemorationem. Quotiescumque
» enim Manducabitis PANEM HVNC, & Calycem bibetis, MORTEM
» DOMINI ANNVNCIABITIS DONEC VENIAT. Itaque Quicumque
» Manducauerit PANEM HVNC, VEL Biberit Calycem Domini INDI-
» GNE, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. PROBET autem SEI-
» PSVM Homo, & sic de PANE ILLO Edat & de Calyce Bibat. Qui e-
» nim Manducat & Bibit INDIGNE, Iudicium sibi Manducat & Bibit,
» NON DIIVDICANS CORPVS DOMINI: Ἐγὼ γὰρ ΠΑΡΕΛΑΒΟΝ ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ ΠΑΡΕΔΩΚΑ ὑμῖν, Ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς, ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ ΠΑΡΕΔΙΔΟΤΟ, Ἔλαβεν Ἄρτον, Καὶ Εὐχαριστήσας, Ἔκλασε, καὶ Εἶπε, Λάβετε, Φάγετε, ΤΟΥΤΟ ΜΟΥ ΕΣΤΙ ΤΟ ΣΩΜΑ, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ΚΛΩΜΕΝΟΝ. τοῦτο ποιεῖτε ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΜΗΝ ΑΝΑΜΝΗΣΙΝ· Ὡσαύτως καὶ τὸ ΠΟΤΗΡΙΟΝ Μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων, ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΠΟΤΗΡΙΟΝ Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ ΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΜΩ ΑΙΜΑΤΙ· Τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε, ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΜΗΝ ΑΝΑΜΝΗΣΙΝ. Ὁσάκις γὰρ ἂν Ἐσθίητε ΤΟΝ ΑΡΤΟΝ τοῦτον, καὶ τὸ ΠΟΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΤΟ Πίνητε, ΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΚΑΤΑΓΓΕΛΛΕΤΕ, ΑΧΡΙΣ ΟΥ ΑΝ ΕΛΘΗ. Ὥστε, ὃς ἂν ἐσθίῃ ΤΟΝ ΑΡΤΟΝ ΤΟΥΤΟΝ, Η Πίνῃ τὸ Ποτήριον τοῦ Κυρίου, ΑΝΑΞΙΩΣ, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος, καὶ αἵματος, τοῦ Κυρίου. ΔΟΚΙΜΑΖΕΤΩ δὲ Ἄνθρωπος ΕΑΥΤΟΝ, καὶ ΟΥΤΩΣ ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ΑΝΑΞΙΩΣ, Κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, ΜΗ ΔΙΑΚΡΙΝΩΝ ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ.
Duo sunt Testimonia, quæ à pluribus quidem Scribi, non tamen ab Euangelistis Quattuor, sed à Tribus tantùm Deus voluit, vt vtrobique Quarto esset locus, arcanâ quadam diuinâ Prouidentiâ seligendus. Alterum est Patris, de Veritate & Sapientia Filij; Alterum Filij, de Veritate ac Omnipotentia Patris. Illud de Cœlo deorsum;
Matt.3. v.vlt. » HIC EST FILIVS MEVS DILECTVS: hoc de Terra sursum; HOC
1.Cor.11. » EST CORPVS MEVM; HIC CALYX NOVVM TESTAMENTVM EST
v.24.v.25. » IN MEO SANGVINE. Illud Incarnationis atque Oeconomiæ; Hoc

Eucharistiæ ac Dispensationis, OECONOMORVM Mysteriorum, siue I.COR.XI.
Sacramentorum Dei. Illud reuelat; non Sanguis sed Pater; hoc non
Pater, sed SANGVIS Christi; cuius vox è Terra ad Patrem, in Cœlo
meliùs quàm Abel, id est, non Vindictam, non Iudicium, sed Mi- Hebr.12.v.24.
sericordiam ac NOVVM TESTAMENTVM clamat. Illud proinde ei
cuius præmium accepit BEATA CONFESSIO, hoc est, Petro; TV ES « Matth.16.
CHRISTVS FILIVS DEI VIVI; Prima Ecclesiæ Confessione Prædi- « v.13.
canti, committendum: hoc mihi PAVLO, (qui diuina potentia fa-
ctus VAS,) tanquam infundendum Mysterium Sanguinis, MYSTE- Act.9.v.15.
RIVM FIDEI concredendum fuit. Illud enim Gloriæ & per conse-
quens, id quod Petrus viderat, narraturi, scripturi; hoc Fidei & Gra-
tiæ: ac proinde quod PAVLVS audierat, quod acceperat, credituri, at-
que descripturi; vt Beati esse docerentur ij qui non viderunt & cre- Io.20.v.29.
diderunt. Itaque quemadmodum Testimonium Patris de Christo, si-
ue Incarnato Filio, à Tribus scriptum Euangelistis, rursus à Petro,
videlicet propter Excellentiam Mysterij, tanquam Quarto Euange-
lista scribi Deus voluit: ita nec satis ei fuit à Tribus Euangelistis Sa-
crosanctæ Eucharistiæ Institutionem commemorari; sed etiam à
PAVLO, velut Quarto Euangelista, voluit eam describi: quo magis
tanti Sacramenti fides, & veneratio ab eo qui non viderat, sed cre-
diderat, Fidelibus esset commendata. Sicque inter Coapostolos di-
uisum, illud Sapientiæ in Fœdere, hoc Omnipotentiæ in Munere,
Opus; vt Coapostolatus iunctum indicaret, quod in Mysterio tam
Carnis adsumendæ in illo, quàm in hoc Carnis Sumendæ vnum est.
Paucis ergo Apostolicum Opus illud demonstremus atque vrgea-
mus. Ac primùm quidem animaduertendum illud est; Scripto me
repetere Doctrinam quam Verbo De Institutione Sacræ Eucharistiæ
tradideram. Quod vtique non fecissem, si contra eam Traditionem
à Corinthiis non fuisset peccatum. Ex quo manifestum est, Aposto-
lis non fuisse propositum, vt omnia ad Fidem Christianam perti-
nentia scriptis mandarent, sed ea sola ab illis scripta fuisse, quæ pro
rerum occasione scribenda occurrebant: cætera remansisse in Tra-
ditionibus Non-scriptis. Secundum; accepisse me dixi à Domino,
non per Apostolos qui cum Domino in carne conuersati sunt, aut
per eorum Discipulos, vt fingit is qui veritatem Dei in iniustitia deti- Rom.1.v.18.
net, Theodorus Beza; qui etiam probabile putat PAVLVM ex Euan-
gelio Lucæ totum hunc locum desumpsisse, & tanquam descripsisse;
cùm nec illud doceri possit, vter prior scripserit; Lucasne, an Pau-
lus: ac palam Galatis professus sim. NOTVM ENIM VOBIS FACIO, « Gal.1.v.11.
FRATRES, EVANGELIVM QVOD EVANGELIZATVM EST A ME, QVIA «
NON EST SECVNDVM HOMINEM, NEQVE ENIM EGO AB HOMINE «
ACCEPI ILLVD, NEQVE DIDICI; SED PER REVELATIONEM IESV «
CHRISTI. Sed hoc non interpretantis est, sed diuinantis si qua tan- «
dem arte Traditionum Fidem infirmet. Isto enim sanè modo etiam
Corinthij à Domino acceperant. Immo sic etiam vos à Domino ac-
cepistis, vtique per Apostolica Scripta & Apostolicas Traditiones.

I.COR.XI. » Sed à Domino immediatè accepi,scilicet per Reuelationem,quomodo ad Galaras dictum est. Quod quidem hìc certè similiter dixisse videri perspicuum est,ad Apostolatus mei contra obtrectatores æmulosque Pseudo-Apostolos Corinthios, commendationem, ad Doctrinæ Traditæ gloriam, ad Traditionum quæ Apostolicas Reuelationes sequuntur, stabiliendam fidem. Tertium; verè Augusti-
» num scripsisse capite decimo libri tertij De Doctrina Christiana: SI
» ANIMVM PRÆOCCVPAVERIT ALICVIVS ERRORIS OPINIO, QVID-
» QVID ALITER ASSERVERIT SCRIPTVRA, FIGVRATVM HOMINES
» ARBITRANTVR. Qui ergo in Consecratorio,siue,vt Ambrosius loquitur,OPERATORIO (libro quarto De Sacramentis, capite quarto) Sermone Christi, Figuras quærit,Errorem,immo Errores,& non Corpus sed Vmbram & sequitur & quærit. Vnde in explicandis his verbis, HOC EST CORPVS MEVM, Berengarianos vel Berengarianæ Hæresis Sectarios, apposite signanterque admodum VMBRATICOS Antiberengarianus Guitmundus, Auersanus Archiepiscopus, appellare solet. Quare Sanctissimè Vniuersalis Ecclesia Christi legitimè in Spiritu Sancto cōgregata nouissimè post varias variorū disputationes in Tridentina Synodo ex totius Antiquitatis Traditione, Sectione
» decima tertia, declarat; Christum Sponsum suum, REDEMPTOREM
» NOSTRVM, IN VLTIMA COENA, POST PANIS VINIQVE BENEDI-
» CTIONEM, SE SVVM IPSIVS CORPVS, AC SVVM SANGVINEM
» ILLIS PRÆBERE, DISERTIS AC PERSPICVIS VERBIS testatum es-
» se. QVÆ VERBA (inquit) A SANCTIS EVANGELISTIS COMME-
» MORATA, ET A DIVO PAVLO REPETITA, CVM PROPRIAM IL-
» LAM ET APERTISSIMAM SIGNIFICATIONEM PRÆ SE FERANT,
» SECVNDVM QVAM A PATRIBVS INTELLECTA SVNT; INDIGNIS-
» SIMVM SANE FLAGITIVM EST, EA, A QVIBVSDAM CONTEN-
v.16. » TIOSIS (allusio est ad φιλονείκυς, quos explicauimus nuper, quibus pro Demonstratiuo Argumento, omnique Ratione Peremptoria,
» CONSVETVDO ECCLESIÆ opponenda est) ET PRAVIS HOMINI-
» BVS, AD FICTITIOS ET IMAGINARIOS TROPOS, QVI-
» BVS VERITAS CARNIS ET SANGVINIS CHRISTI NE-
» GATVR, CONTRA VNIVERSÆ ECCLESIÆ SENSVM DE-
» TORQVERI.& quæ capite primo Sessionis decimæ tertiæ sequuntur. Quod cùm ex Maiorum traditione & cōmuni omnium Christianorum sensu, vniuersalique Ecclesiæ praxi ac more intelligerent Trullani Patres Synodi Quinisextæ auctores, Prosphoneticum suum ad Iu-
» stinianum PIVM Imperatorem sic olim exorsi sunt: Cùm ineffabilis
» ac diuina Redēptoris & Seruatoris nostri Iesu Christi gratia OMNEM
» TERRARVM ORBEM COMPREHENDERIT,& VIVIFICVM VERITATIS
» PRÆCONIVM sit omnium auribus disseminatum, populus quidem
» sedens in tenebris, vidit magnam cognitionis lucem, & ab erroris
» vinculis liberatus est,CVM REGNO COELORVM ANTIQVA SERVITVTE
» PERMVTATA:qui autem à primi Splendoris pulcritudine propter ela-
» tionem extrusus est, Primus Draco, MENS ILLA MAGNA, Assyrius, à

prius

priùs captiuis capitur, & fit Incarnati Verbi potentiâ ab omni fortitudine alienus; QVEMADMODVM SCRIPTVM EST QVOD INIMICI ROMPHÆÆ DEFECERVNT IN FINEM. VBIQVE ENIM RATIONABILIS CVLTVS ET ADORATIO SANCITA EST; TOTVS PERFECTVSQVE OFFERTVR: DEVSQVE QVI SACRIFICATVR, ET QVI DISTRIBVITVR AD CORPORVM SIMVL ET ANIMARVM ACQVISITIONEM, EOS QVI FIVNT EIVS PARTICIPES, DEIFICAT. QVAMOBREM ET DÆMONES FVGANTVR, ET SACER HOMINVM QVI CONGREGATVR COETVS IN ECCLESIIS MYSTICE SANCTIFICATVR: ET DELICIARVM PARADISVS OMNIBVS APERTVS EST, ET TANDEM FACTA SVNT NOVA OMNIA: Τῆς ἀῤῥήτου καὶ θείας χάριτος, τοῦ λυτρωτοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ΠΑΣΑΝ ΠΕΡΙΛΑΒΟΥΣΗΣ ΤΗΝ ΓΗΝ· καὶ τοῦ ΖΩΗΦΟΡΟΥ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΚΗΡΥΓΜΑΤΟΣ, ταῖς ἁπάντων ἀκοαῖς ἐνσπαρέντος, ὁ μὲν λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει τῆς ΑΓΝΟΙΑΣ, φῶς εἶδε μέγα τῆς ΕΠΙΓΝΩΣΕΩΣ, καὶ τῶν τῆς πλάνης ἠλευθερώθη δεσμῶν, Βασιλείαν Οὐρανῶν, τῆς παλαιᾶς δουλείας ἀντικαλλαξάμενος. ὁ δὲ τῷ κάλλει, τῆς σοφίας λαμπρότητος, δι' ἔπαρσιν ἀπωσθείς, ὁ Πρῶτος Δράκων, Ο ΝΟΥΣ Ο ΜΕΓΑΣ, ὁ Ἀσσύριος, ὑπὸ τῶν πρὶν αἰχμαλώτων ἁλίσκεται, καὶ νῦν τῇ δυνάμει τοῦ Σαρκωθέντος Λόγου, πάσης ἰσχύος ἀλλότριος, ΚΑΘΩΣ ΓΕΓΡΑΠΤΑΙ, ΟΤΙ ΤΟΥ ΕΧΘΡΟΥ ΕΞΕΛΙΠΟΝ ΑΙ ΡΟΜΦΑΙΑΙ ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ. πανταχοῦ γὰρ ΛΑΤΡΕΙΑ ΛΟΓΙΚΗ ΝΕΝΟΜΟΘΕΤΗΤΑΙ, καὶ ΟΛΟΚΑΡΠΩΣΙΣ (de qua ſupra ex Sacrificio Iſaac) ἀναφέρεται, καὶ ὁ Θεὸς Θυόμενος, καὶ Διαδιδόμενος, εἰς Σωμάτων ΟΜΟΥ καὶ Ψυχῶν περιποίησιν, ΘΕΟΥΡΓΕΙ τοὺς μετέχοντας. ἐφ' οὗ καὶ δαίμονες φυγαδεύονται, καὶ ἡ ἱερὰ τῶν ἀνθρώπων ἀθροιζομένη πανήγυρις, ἐπ' Ἐκκλησίαις ΜΥΣΤΙΚΩΣ ἁγιάζεται· καὶ ΤΡΥΦΗΣ Ο ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΣ τοῖς πᾶσιν ἀνέῳκται· καὶ τέλος γέγονε τὰ πάντα καινά. Sed & nos, ſi rerum naturas tranſmutandi haberemus poteſtatem, ſimili modo poſſemus conuenienter loqui ac Saluaror noſter loquutus eſt, vt mirum ſit in eo, extraordinarium videri, quod in nobis ordinarium foret: veluti accepto lapide dicere, HIC EST PANIS; & acceptâ aquâ, HOC EST VINVM. Cur ergo maior erit difficultas de intellectu verborum Chriſti; quàm eſſet de intellectu ſimilium à nobis prolatorum verborum? Cùm enim Operatoria fuerint ea Chriſti Verba, & idipſum quod operabantur, ſignificantia, (id autem erat tranſmutatio Panis in Corpus Chriſti:) non poterat pronomen HOC) monſtrare Panem, quamvis ipſa prolatione durante adhuc ibi exiſtentem; Sed monſtrabat id quod per verba fiebat ex Pane, quodque completa verborum ſignificatione, ſcilicet in termino prolationis, ibi futurum erat, id eſt, Corpus Chriſti, vt ſenſus loquentis hoc modo reddi poſſit; ID QVOD EX HOC PANE FACERE INTENDO ET FACIO, EST CORPVS MEVM: vel, quod eòdem redit, iſto modo: HÆC RES SINGVLARIS QVAM DEMONSTRO (nimirum pro tempore completæ enunciationis) EST CORPVS MEVM. Nam Demonſtratio eſt rei ſingularis. Fit autem verificatio pro ea re cui competit Prædicatum: non quidem durante pronunciatione, quando

I. COR XI.

Pſ. 9. v. 7.

I. COR. XI. Sermo est Operatorius, sed eâ completâ: quod omnibus Orationibus Operatoriis est commune. Sanè cùm in his Domini verbis quæ tractamus, non magis repugnantia sit inter Prædicatum & Subiectum, quàm in Verbis illius Testimonij Paterni quæ Petrus tractauit, (non enim ait, PANIS EST CORPVS MEVM; sed, HOC EST CORPVS MEVM: haud secus certè quàm dixerat, HIC EST FILIVS MEVS) sicvt illa propriè, sic & ista propriè intelligenda sunt; cum eo tantè discrimine, quòd Alter Sermo sit Æternæ veritatis, Alter Operatorius eius quod antè non erat, sicuti omnes omnium Sæculorum Orthodoxi Patres ac Scriptores, vt in Sacris Epithetis superiùs ostensum est, semper intellexerunt. Iam quòd illis verbis, HOC EST CORPVS MEVM, non solùm ipse Christus Panem in Corpus consecrarit suum; verum etiam ex eius institutione id in hunc vsque hodiernum diem Sacerdotes, eius Ministri, faciant atque conficiant; ex eo quidem manifestum est quòd suos Discipulos Christus, & consequenter eorum in administrandis Sacramentis Successores, facere voluit ac iussit, hoc quod ipse fecerat, dicens, HOC FACITE IN MEAM COM-
» MEMORATIONEM. Et ideo (inquit Magnus ille Aquinas, Tertiæ
» Partis Quæstione septuagesima octaua) dicendum est, quòd etiam
» quando proferuntur à Sacerdote, Significatiuè & non tantùm Ma-
» terialiter sumuntur. Nec obstat quòd Sacerdòs ea Recitatiuè pro-
» fert, quasi à Christo dicta: QVIA PROPTER INFINITAM VIRTV-
» TEM CHRISTI, SICVT EX CONTACTV CARNIS SVÆ VIS RE-
» GENERATIVA PERVENIT NON SOLVM AD ILLAS AQVAS, QVÆ
» CHRISTVM TETIGERVNT, SED AD OMNES VBIQVE TERRA-
» RVM, PER OMNIA FVTVRA SÆCVLA: ITA ETIAM EX PROLA-
» TIONE IPSIVS CHRISTI HÆC VERBA VIRTVTEM CONSECRATI-
» VAM SVNT CONSECVTA, A QVOCVNQVE SACERDOTE DICAN-
» TVR, AC SI CHRISTVS EA PRÆSENTIALITER PROFERRET. Hæc appositissimè Diuus Thomas. Quæ enim, amabò, alia Sacerdotalis, sed Singularis & Mystica, Eucharistiæ Benedictio, quam Græco-Latinus Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ, Canone trigesimo septimò, diuersorum Conciliorum Africanorum, (qui est quartus
» Concilij Africani,) sic effert? VT IN SACRAMENTIS Corporis &
» Sanguinis Domini nihil ampliùs offeratur, quàm quod ipse Domi-
» nus tradidit, hoc est, Panis & Vinum AQVA MIXTVM. Primitiæ
» verò seu Mel & Lac, QVOD VNO DIE SOLEMNISSIMO IN INFAN-
» TVM MYSTERIO SOLET OFFERRI, quamuis in ALTARI offeran-
» tur; SVAM TAMEN HABEANT PROPRIAM BENEDICTIONEM, VT
» A SACRAMENTO DOMINICI CORPORIS ET SANGVINIS DISTIN-
» GVANTVR, nec ampliùs in Primitiis offeratur, quàm de Vuis &
» Frumentis: Ἵνα ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ, μηδὲν πλέον τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου, προσενεχθείη, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος παρέδωκε, τοῦτ' ἔστιν, ἄρτου, καὶ οἴνου ΥΔΑΤΙ ΜΕΜΙΓΜΕΝΟΥ. Ἀπαρχὴ δὲ, εἴτε Μέλι, εἴτε Γάλα, ὡς εἴωθε, προσφερέσθω, ΕΝ ΜΙΑ ΗΜΕΡΑ ΕΘΙΜΩ, ΕΙΣ

ΤΟ ΤΩΝ ΝΗΠΙΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ· εἰ καὶ τὰ μάλιστα, Γάλα ΕΝ ΘΥΣΙΑ-ΣΤΗΡΙΩ προσφέρεται, ΟΜΩΣ ΙΔΙΑΝ ΕΧΕΤΩ ΚΥΡΙΩΣ ΕΥΛΟΓΙΑΝ, ὡς ἐκ τοῦ ΑΓΙΑΣΜΑΤΟΣ τοῦ Κυριακοῦ Σώματος, καὶ Αἵματος, διΐστασθαι· μηδὲν δὲ πλέον ἐν ταῖς ἀπαρχαῖς προσφερέσθω, ἢ ἀπὸ σταφυλῶν καὶ σίτου. Atque ea semper fuit Ecclesiæ Catholicæ mens & doctrina, Græcis, in Florentino Oecumenico Concilio consentientibus, Sessione vltima, declarata, non obstante diuersa quorumdam Græcorum Schismaticorum opinione: qui non verbis illis Enunciatiuis à Christo prolatis, aut certè non solis, sed Precibus quibusdam post ea verba à Sacerdote recitatis, Mysteriorum Consecrationem fieri contendebant. At Nicolai Cabasilæ Marcique Ephesij eius erroneæ sententiæ principum, doctè argumenta diluit Episcopus Nicænus Cardinalis Bessarion, in Libro qui inscribitur: QVIBVS VERBIS EVCHARISTIA CONSECRETVR: vbi & Sanctorum Patrum tam Græcorum quàm Latinorum testimonia adducit, quibus veram & Catholicam sententiam confirmet. Quartum; Exemplaria Græca constanter habere τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ΚΛΩΜΕΝΟΝ, Quod pro vobis FRANGITVR; non, TRADETVR, vt Vulgata habet Latina Editio Syra consentiunt, & Liturgia Basilij, necnon & quæ Iacobi & Marci Liturgiæ feruntur. Item Textus Ambrosiani Commentatoris secundùm Editiones priores. At tuus Beda (REX IACOBE) hunc meum locum in vigesimi secundi Lucæ Commentario sic refert: HOC EST CORPVS MEVM QVOD PRO VOBIS CONFRINGITVR; ne mentione quidem alterius lectionis, quæ nunc Codices occupauit, facta. Quidam ex Sectarijs significari putant Corporis & Animæ Christi Separationem in Cruce, quando passus & mortuus est. At quàm ineptè? Nam si corpus Frangitur, quia ab Anima separatur: & Anima quoque Frangitur, quia à Corpore separatur. Ergo quemadmodum Sacri Euangelistæ vtentes verbo præsentis temporis, QVI EFFVNDITVR, non respiciunt ad Effusionem Sanguinis futuram in Cruce, sed ad eam qua sub specie Vini fundebatur in Cœna, scilicet è Calyce in Discipulorum ora; (vt planum est ex verbis quæ sunt apud Lucam, in quibus illud, QVI PRO VOBIS EFFVNDITVR, ad Sanguinem referri nequit, videlicet casu in contextu Græco manifestè repugnante; sed necessariò refertur ad Calycem, Τὸ ποτήριον τὸ ἐκχυνόμενον, POCVLVM QVOD EFFVNDITVR, quod vtique non in Cruce, sed in Cœna effusum est:) Sic nostra hæc Apostolica verba, QVOD PRO VOBIS FRANGITVR, ad eam Fractionem quæ in Cœna facta est, referri conuenit; in quem sensum & Græci Interpretes hunc locum acceperunt. Dicitur autem Frangi Corpus Christi, quemadmodum in Confessione Berengarij pœnitentis priore, qua IN VERITATE Manibus Sacerdotum TRACTARI, FRANGI, & Fidelium DENTIBVS ATTERI confessus est Christi Corpus, ad Veritatem contra Vmbraticos recognoscendam, quia species Panis sub quibus continetur, franguntur; nimirum ea ratione, qua, quæ circa Species contingunt, fieri circa Corpus vel

I. COR. XI.

Luc. 22. v. 20.

1. COR. XI. in Corpore Christi dicuntur; quod speciebus, singulari quodam modo, nempe Sacramentali, coniunctum est. Hinc primis illis Apostolicis temporibus, Participatio Corporis Domini de Mensa
Act. 2. v. 42. Domini, FRACTIO PANIS dicebatur, vt præcedenti capite nos ipsi his satis indicauimus, & tanquam à re inter Fideles notissima
» argumentari sumus: ET PANIS QVEM FRANGIMVS, Nonne Par-
» ticipatio Corporis Domini est? ac paulo post: Non potestis Men-
» sæ Domini Participes esse, & Mensæ Dæmoniorum. Accepta ergo à Domino illa verba, QVOD PRO VOBIS FRANGITVR, id sonant, quòd Fractio Corporis in Sacramento, Mystica quædam repræsentatio sit Passionis eius quam pro nobis in Cruce sustinuit:
Is. 53. v. 5. » vt Panis Fractus intelligatur ille qui in Cruce ATTRITVS EST
» PROPTER SCELERA NOSTRA; iuxta illud quinquagesimi tertij capitis Isaiæ Prophetæ. Et hoc voluit Augustinus, quando dixit PA-
» NEM FRACTVM COMMINVTVMQVE IN PASSIONE, in Tractatu de Quarta Feria, vbi inter cætera Animam alloquitur Christianam:
» MENSA TVI SPONSI, Panem habet INTEGRVM & Calycem San-
» ctum: quem PANEM etsi FRACTVM COMMINVTVMQVE vidimus
» IN PASSIONE, Integer tamen mansit in sua cum Patre Indiuidua
» Vnitate. Respicit enim ad Fractionem Panis in Sacramento, quæ, vt dixi, Christi Passionem in Cruce significat. Ac eleganter Beda in
» vigesimum secundum Lucæ: FRANGIT, inquit, IPSE PANEM QVEM
» PORRIGIT, VT OSTENDAT CORPORIS SVI FRACTIONEM, NON
» SINE SVA SPONTE FVTVRAM; SED, SICVT ALIBI DICIT, POTE-
» STATEM SE HABERE PONENDI ANIMAM SVAM, ET ITERVM SV-
» MENDI EAM. Ex quo intelligitur Fractionem istam ad ipsam Oblationem seu Sacrificium (de quo supra tam multa) velut partem eius aliquam pertinere. Vnde qua ratione Lucas refert Domi-
» num de Corpore suo Consecrato dixisse: Quod pro vobis DA-
» TVR, Διδόμενον, Paulus memorat eum de eodem dixisse, Quod pro vobis FRANGITVR, Κλώμενον. Totum namque Sacrificium secundùm omnes suas partes Propitiatorium est, valens ad salutem & peccatorum remissionem, eorum pro quibus offertur. Atque hæc ita se habent, vt Actionum Christi Domini in hoc Sacramento fuerit hic Ordo, CONSECRARE, FRANGERE, DISTRIBVERE: qui idem est earum Actionum Ordo cùm à Sacerdote ministro fiunt, quod rectè & censet & explicat Cardinalis Bessarion, in Libro De Verbis Consecratoriis aduersùs Ephesium Marcum. Quintum; Illud, QVOTIESCVNQVE BIBETIS, quod adiectum quasi per Parenthesin Vsui Calycis, non improbabile sumi à Catholicis argumentum posse, quo doceant Calycis Vsum non omnibus Fidelibus ex præcepto datum aut omnino necessarium esse. Non enim, inquient, sine causa PAVLVS, in quo Spiritus loquebatur Dei, eam determinationem specialiter adiecit hoc posteriore loco. Nec verò alia causa apparet, quàm vt insinuaret non eamdem Vtriusque Speciei passim à Fidelibus sumendæ, esse ratio-

nem: eo quòd multæ causæ occurrere possint, quæ à Specie Vini abstinendum esse suadeant aut cogant, quas hîc singulatim referre nihil necesse est. Hac igitur parte non continetur Præceptum hoc faciendi, id est, De Calyce Bibendi: sed præcipitur vt quoties & quandocumque de hoc Calyce biberent, in Domini commemorationem id facerent. Non enim hîc Absolutè dictum est; HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM, sicut absolutè dictum fuerat post Consecrationem Corporis; sed cùm determinatione ac conditione, QVOTIESCVNQVE BIBETIS. Sextum; Ex versiculo illo: Quotiescumque enim manducabitis PANEM HVNC, & Calycem Bibetis; MORTEM DOMINI ANNVNCIABITIS; imperitè colligunt CATHOLICORVM Aduersarij, necessariam esse cunctis Fidelibus, Vtriusque Speciei Communionem, vt Annunciatio Mortis Dominicæ quam Dominus præcepit, ab iis fieri possit: cùm nec Vnius Speciei perceptio ad eam rem necessaria sit. Quod sic demonstro: Nam si in Veteri Lege, nihil edentes de Sacrificio (quale Holocaustum, de quo nullus edebat, ne Sacerdos quidem: & Sacrificium Pro Peccato, de quo non edebat, qui peccauerat) per Solam tamen Sacrificij Oblationem Prænunciare futuram Domini Passionem poterant, etiam cum Salutis ac Propitiationis fructu: possunt vtique & nunc qui vna cum Sacerdote offerunt, etiamsi Sacramentaliter non communicent, eandem Domini Passionem Annunciare præteritam, idque cum fructu redemptionis animarum suarum. Sicque non solùm qui de eo comedunt & bibunt Commemoratiuo Passionis & Mortis Domini Sacrificio, verumetiam qui alterum horum faciunt, tanquam Sacrificij Commemoratiui participes, Commemorant & Annunciant Mortem Domini: Nec hi solummodo, immo & quicunque pia cordis deuotione pariter cum illis offerunt; etiamsi res oblatas ore non contingant. Septimum; Duobus illis verbis, DONEC VENIAT, siue, ἔλθῃ, VENERIT, nempe gloriosus ad Iudicium Dominus: Intelligi datur (inquit Diuus Thomas) QVOD HIC RITVS ECCLESIÆ NON CESSABIT VSQVE AD FINEM MVNDI. Nec enim hoc tantùm vt Præcipiens sed etiam vt Sciens dixi, eam esse Christi Sacrificium hoc instituentis voluntatem, vt tam ipsum quàm Mortis suæ per ipsum Annunciatio continuata successione, vsque ad suum Aduentum perduret. Nam qui voluit Ecclesiam suam vsque ad sæculi permanere finem, voluit etiam instituta à se Mysteria per idem tempus apud eam in obseruatione continua remanere. Nec aliter hunc locum Chrysostomus tractat. Ex quo & Ecclesiæ IVGE SACRIFICIVM, & INDEFECTIBILITAS, contra PRÆTENSOS huius sæculi REFORMATORES euidenter conuincitur, vt prætermittam quæ De Translatione Legis & Sacerdotij, ad Hebræos, disputamus. Octauum; Quattuor CATHOLICORVM dogmata ab hoc vno versiculo confirmari: Itaque quicunque manducauerit Panem hunc, VEL biberit Calycem Domini, INDIGNE, REVS erit Corporis

I. COR. XI.

Leu. 6. v. 23.

I. COR. XI. » & Sanguinis Domini. Primum, ex eo quod disiunctiuè dixi, VEL BIBERIT, Communio sub Vna Specie probatur. Nec enim sic loquerer, si non sentirem vnam Speciem sine altera sumi posse. Secundùm; Christi Corpus & Sanguinem, verè & propriè esse in hoc Sacramento; cùm non de nudo signo rectè diceretur, Qui illud Indignè sumpserit, eum effici reum ipsius Corporis & Sanguinis Domini. Quidni enim de Signis quæ præcesserunt, dici posset? quod quàm absurdum, ipse videris. Tertium; Corpus & Sanguinem Christi etiam à Malis & Indignè accedentibus sumi. Quartum; Sub Vna Specie vtrumque sumi, Corpus & Sanguinem. Namque vbi disiunctiuè dixissem, MANDVCAVERIT VEL BIBERIT INDIGNE, non tamen intuli, Reum fore Corporis VEL Sanguinis Domini, sed coniunctim Vtriusque, id est, Corporis ET Sanguinis simul: tanquam qui vel Manducans vel Bibens vtrumque sumpserit, vt si sumpserit alterutrum indignè, sit accepti pariter vtriusque reus. Nonum; Ex his verbis, PROBET AVTEM SEIPSVM HOMO; & Conuiuatoris Maiestas, & Conuiuij Dignitas, & Conuiuæ Puritas commendatur. Hinc Spiritus Veritatis, capite septimo Sessionis decimæ tertiæ, Tridentinos Patres sic

1. Cor. 11. v. 16. » loquentes facit: ECCLESIASTICA CONSVETVDO (alludunt quoque ad superius fortiusque Argumentum nostrum; NOS TALEM CONSVETVDINEM NON HABEMVS, NEQVE ECCLESIA DEI) declarat eam PROBATIONEM Necessariam esse, vt nullus sibi conscius Mortalis Peccati, quantumuis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali CONFESSIONE ad SACRAM EVCHARISTIAM accedere debeat: quod à Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus quibus ex officio incubuerit CELEBRARE, hæc Sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit: modò non desit illis Copia Confessoris. Volunt hoc ipsum tam Græci quàm Latini Commentatores: dum mentem & Conscientiam à Peccato puram exigunt; ac de ea Probationem hanc exponunt. Vnde apud Basilium in Liturgia Pontifex clamat, SANCTA SANCTIS, τὰ Ἅγια τοῖς Ἁγίοις. Cuius etiam vocis à Diacono pronunciari solitæ Chrysostomus meminit inter alia quæ grauiter in hanc rem differit, Homiliâ sexagesimâ primâ, ad Populum Antiochenum. Audiant, vt credant, qui modicæ sunt fidei, Ambrosium, libro sexto super Lucam, capite nono, vbi tractans » Quinque Panum Multiplicatorum Historiam, ait: Nemo Cibum » accipit Christi, nisi fuerit ANTE SANATVS. Et paulo post: » Vbique MYSTERII ORDO seruatur, vt Prius PER REMISSIONEM PECCATORVM vulneribus Medicina tribuatur; post » ALIMONIA MENSÆ CÆLESTIS exuberet. Nec omittendus ille DE LAPSIS POST ORATIONEM, CONFESSIONEM ET POENITENTIAM, PLENE PERFECTEQVE COMMVNICANTIBVS, Asianus Canon, qui est Laodiceni Concilij Asiatici secundus: De his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & per» seuerantes IN ORATIONE CONFESSIONIS ET POENI-

TENTIÆ, Conuerſionem à malis habuere Perfectam, pro qualitate delicti, talibus Pœnitentiæ tempus impenſum, propter Clementiam & Bonitatem Dei COMMVNIO concedatur: Περὶ τῶ, τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἐν διαφόροις πταίσμασι, καὶ προσκαρτερηκότας ΤΗ ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΤΗΣ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ, καὶ τὴν Ἀποστροφὴν τῶν κακῶν Τελείαν ποιουμένους, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πταίσματος, χρόνου μετανοίας δοθέντος τοῖς τοιούτοις, διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς, καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, προσάγεσθαι ΤΗ ΚΟΙΝΩΝΙΑ. Hinc præcepit Auguſtinus, Tractatu vigeſimo ſexto in Ioannem: INNOCENTIAM Ad altare apportate. Sed (ô felix fauſtumque ſit) dum hæc ad te, REX IACOBE, loquor inter feſtos ASSVMPTIONIS DIES INTEREMPTRICIS HÆRESVM Deiparæ DISCERNENTIS REGES SVPER ECCLESIAM, necnon & Sacri Eccleſiæ DISPENSATORIS ATQVE OECONOMI Laurentij, exoptatus nuncius adfertur, exſtincto GREGORIO, in miſericordia vberi diuinitus Eccleſiæ prouiſum, atque eſſe ad ALTARE CHRISTI, AD SEDEM PETRI, adportatum eum, qui Innocentiæ curru Capitolium inuectus, tanquam ei VRBANA debeatur ADMINISTRATIO, ex BARBERINO Cardinali VRBANVS OCTAVVS Pont. Max. octauo Idus Auguſti, (qui Sanctus TRANSFIGVRATIONIS DOMINI Dies) Creatus ac Renunciatus eſt: Homo non ſolùm SAPIENS, verumetiam, vt nunc loquimur, VRBANVS, quippe qui Vetere Vrbanitate quam exaruiſſe vides, ſi non retenta, at reducta. Hæc tanquam CÆLESTIS quidam POETA LAVREATVS, vt ſupra de nobis diximus TRANSFIGVRATVRVS eſt in ſe & diuino ſuo, non Apollo, ſed APOLLINE (vt quidam, & commodè quidem, ob eius diuinam Poëſim, hanc vocem flectunt) propter vos.

« I.COR XI.
«
«
«
«
Pſ. 67. v. 15.
1. Cor. 4. v. 6.

Iam Fides & PAX & Honor Pudorque
Priſcus, & NEGLECTA redire VIRTVS
Audet, apparetque beata pleno
Copia cornu.

Felix Anglia, cuius tanquam Apoſtolicus Nuncius, in GALLIA, tibi olim è Gallia fuit. Sed Felicior IACOBE Tu, cuius ſpem cum litteris hauſit, bonique nunc maiorem omnes certumque omen fore, DOCTISSIMIS SVB PONTIFICE AC REGE, Principum Concordiam, Eccleſiæ Pacem, LITTERARVM IMPERIVM, Sapientiæ Locum, Bonorum Sortem: vt Nouum Eccleſiæ Regiumque Canticum ſit; DOMINI eſt ASSVMPTIO NOSTRA, & Sancti Iſraël REGIS NOSTRI. Ergo nobis maturandum opus. Tu, REX IACOBE, excipe quod reliqui Sermonis PAVLVS PRÆDICANS dicturus eſt. Cum NOVO PETRO nouæ dicendi docendique vires adcreſcant:

« Pſ. 88.
« v. 19.

Qualiter Aſſyrios renouant incendia nidos,
Vna decem quoties ſæcula vixit auis;
Taliter exuta eſt veterem NOVA ROMA Senectam,
ET SVMPSIT VVLTVS PRÆSIDIS IPSA SVI.

1.COR. XI. EXOMOLOGESIS & PVRGATÆ CONSCIENTIÆ pleni Veterum libri, nec necesse est plura hac de re audiat auditor PAVLI, quò se vlteriùs probet (SEIPSVM PROBET; enim explicabamus;) nec prætereа quo se nostrorum hominum VRBANITATE limatus, pulsa BARBARIE Deo & Hominibus probatus, PROBET SEIPSVM HOMO Vrbanus Octauus DEI HOMO. Decimum igitur obseruare pergamus, quidnam sit illud NON DIIVDICANS CORPVS DOMINI? vt non modò Dei Donum in administrando Corpore eius quod est Ecclesia, sed etiam in dispensando Dominici Corporis Mysterio prope intueamur ac diiudicemus. Itaque ad institutum reuertamur, atque electo cooptatoque Catholicæ Ecclesiæ Doctore ac Pontifice, DE DOCTRINA ECCLESIÆ dicere pergamus; locumque illum quem tantisper reliquimus, DE DIIVDICANDO SIVE DISCERNENDO CORPORE DOMINI, tanquam validissimi veritatis Argumenti sedem rursum nouis auspiciis ineamus. NON DIIVDICANS, siue (vt habet Ambrosianus Textus,) NON DISCERNENS, CORPVS DOMINI. Quid est hoc, nisi euidenter statuitur duplex Catholicum Dogma, nempe, Christi Corpus verè esse in hoc Sacramento; idemque sumi etiam à Malis, tametsi, vt in Eucharistico Cantico Ecclesia canit, paris sumptionis longè sit dispar exitus? Qui enim non diiudicat neque discernit à communibus cibis Dominicum cibum, is profectò haud aliam ob causam iudicari atque damnari dignus est, nisi quòd reuera non tractat, vt reuera esse agnoscit; nempe CORPVS DOMINI, vti Apostolicè CATHOLICI loquuntur. Ac prætereа, quorsum INDIGNE Manducare & Bibere dicendus est, qui ex sententia Indignos excludentium, nec Manducet, nec Bibat? Adde quòd IVDICIVM, vel DAMNATIONEM, κρίμα, SIBI MANDVCARE ET BIBERE, aut, (vt reddit Interpres Syrus) CONDEMNATIONEM ANIMÆ SVÆ EDERE ET BIBERE cùm dixi, dicere equidem nihil significantius potui, vt indignè sumentium, si non MORALEM, at ORALEM Manducationem exprimerem. Vnde Augustinus libro quinto De Baptismo contra Donatistas: Sicut enim Iudas, cui buccellam tradidit Dominus: NON MALVM ACCIPIENDO SED MALE ACCIPIENDO, locum in se Diabolo præbuit; SIC INDIGNE QVISQVE SVMENS DOMINICVM SACRAMENTVM, NON EFFICIT, VT QVIA IPSE MALVS EST, MALVM SIT, AVT QVIA NON AD SALVTEM ACCIPIT, NIHIL ACCEPERIT. CORPVS ENIM DOMINI ET SANGVIS DOMINI NIHILOMINVS ERAT ETIAM ILLIS, QVIBVS DICEBAT APOSTOLVS, QVI MANDVCAT INDIGNE, IVDICIVM SIBI MANDVCAT ET BIBIT. Non ergo quærant in CATHOLICA Hæretici quod habent, sed quod non habent, id est, FINEM PRÆCEPTI, sine quo multa sancta HABERI possunt, sed PRODESSE non possunt. Finis autem Præcepti, est Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. LAVACRI vero SACRAMENTVM non vt habeant, si iam eodem ipso, quamuis in hæresi, tincti sunt, sed vt

1.Tim.6.v.11. &c.1.3.v.vlt.

SALVBRITER habeant, AD CATHOLICÆ VNITATEM VERITATEMQVE, festinent. Postremò querantur iam NOVI isti BOHEMICI, frustra sub Specie Panis non simul Manducari & Bibi, me præsertim dicente, NON DIIVDICANS CORPVS DOMINI, quod ad vnam Panis Speciem quæ Sacramentalis Species Corporis est, restringitur, (cùm ibi non Sanguinis, sed Corporis mentio fit, quod toto hoc Eucharistico opere distinguitur, ac perpetuum solemneque est) posteaquam præmisissem; QVI ENIM MANDVCAT ET BIBIT INDIGNE, IVDICIVM SIBI MANDVCAT ET BIBIT. Ex quo profectò satis communi loquendi vsu, datur intelligi, sumenti Dominicum Panem, quantum quidem ad integræ sumptionis rationem diuinæ Eucharistiæ attinet, nihil quidquam deesse, omneque illud quod supra est, non ad Sacramenti sed ad Sacrificij integritatem ac prærogatiuam pertinere. Est enim, vt breuissimè dicam, quod tam multis Cygnea illa vox declarauit PERRONII; in Tota illa Quæstione DE COMMVNIONE SVB VTRAQVE SPECIE, certamen; non DE INTEGRITATE SVBSTANTIÆ, sed DE INTEGRITATE SIGNIFICATIONIS, PLVS MINVSVE PRO DISPENSATIVO MYSTERIORVM APOSTOLICO IVDICIO ARBITRIOQVE ECCLESIÆ, EXPRESSÆ. Quasi verò in Idoleio, de quo nuper egimus, recumbens, solis vescens carnibus victimæ, non & victimæ particeps & socius Dæmoniorum sit? Immo ipsos Israëlitas quibus Legis edicto, Sanguine abstinendum fuit, vnis carnibus contentos EDERE HOSTIAS; Participesque esse Altaris, vti proximè diximus, quis neget? Adde quòd sola Traditione Ecclesiæ quid benedicendum in Calyce contra Aquarios (quos trigesimus secundus Trullanus Canon HYDROPARASTATAS, τοὺς Ὑδροπαραστάτας, vocat) habent, quod maximum est; vsum verò eius rei quæ datur, nempe Calycis, ipsi Ecclesiæ, Communi Publicoque Interpreti acceptum non referent? Sed verè de illis prædictum est, quod non intelligunt, blasphemant. Quid enim in Hæreticis (vt est apud Augustinum, De Baptismo Contra Donatistas, libro quarto) nisi BLASPHEMIAS detestamur? Legunt enim CATHOLICORVM scripta, legunt nostra sed non intelligunt; si enim intelligerent, non negligerent, id est, non blasphemarent. En iterum dico, profectò non intelligunt, at iam intelligant. Proponit Ecclesia Christi, vt olim proponere solebat Diuus Thomas; VTRVM LICEAT SVMERE CORPVS CHRISTI SINE SANGVINE? Respondet Apostolico meo argumento, ducto à Consuetudine Christianorum, à Consuetudine Ecclesiæ Dei, quarumdam Ecclesiarum vsum esse vt Populo communicanti detur Corpus Christi sumendum cum Sanguine; multarum autem ac multò plurium & in Occidentali Ecclesia ferme omnium, vt Corpus detur, non autem Sanguis. Neutram igitur damnari Consuetudinem posse: nec se, Communicantium cum Sanguine improbare morem, sed damnare eos qui inauditos Fratres Communicantes sine Sanguine, damnent,

I. COR. XI.

I. COR. XI. idque potissimùm in Occidentali Ecclesia, vbi frequentior vsus. Hoc est, Schisma & Hæresim sapere. Schisma quidem, quòd inde multi Separationis causam quærant, plurimique semel separati redire ob id vnum ad Vnitatem tardent: Hæresim verò, quòd contra præualentem multarum Ecclesiarum vsum ac consuetudinem, Præceptum DE BIBENDO SANGVINE pertinere ita communiter ad Laicos credant, vt sine Sacrilegio suppleri non posse per Ministros Publicos Sacrificantes, definiant. Credit autem semperque credidit Catholica Ecclesia, nullum exinde Populo Fideli detrimentum sequi, quandoquidem idem Sacerdos qui in persona omnium, ob Sacrificalem Repræsentationem Dominicæ Passionis, seorsum Sanguinem offert, Sanguinem etiam seorsum sumit: & sub vtraque specie totus Christus continetur. Et ideo (inquit Angelicus Eucharistiæ Doctor Beatus Thomas, qui hanc, hunc in modum, trecentis ferme, ante ortam abortiuam hanc Hæresim, annis Quæstionem ventilauit, Tertia Parte, Quæstione octuagesima, Articulo duodecimo siue vltimo) quia ad Sacerdotem pertinet hoc Sacramentum consecrare & perficere, nullo modo debet Corpus Christi sumere sine Sanguine. Ex parte autem Sumentium requiritur summa REVERENTIA & CAVTELA, ne aliquid accidat quod vergat ad iniuriam Tanti Mysterij. QVOD PRÆCIPVE POSSET ACCIDERE IN SANGVINIS SVMPTIONE: qui quidem, si incautè sumeretur, de facili posset effundi. ET QVIA CREVIT MVLTITVDO POPVLI CHRISTIANI, IN QVA CONTINENTVR SENES, ET IVVENES, ET PARVVLI; QVORVM QVIDAM NON SVNT TANTÆ DISCRETIONIS, VT CAVTELAM DEBITAM CIRCA VSVM HVIVS SACRAMENTI ADHIBEANT: IDEO PROVIDE IN QVIBVSDAM ECCLESIIS OBSERVATVR, VT POPVLO SANGVIS SVMENDVS NON DETVR, SED SOLVM A SACERDOTE SVMATVR. Hæc Sanctus Doctor: qui Responsione ad Primum, Gelasij dictum, de sumenda Vtraque Specie intelligendum, ait: Quantum ad Sacerdotes, qui sicut TOTVM Consecrant Sacramentum, ita etiam TOTI communicare debent. Vt enim legitur, inquit, in Concilio Toletano, (nempe duodecimo, Canone quinto) QVALE ERIT SACRIFICIVM, CVI NEC IPSE SACRIFICANS PARTICEPS ESSE DIGNOSCITVR? Quapropter vltima Oecumenica Synodus, quæ Tridenti habita est, cùm à decima tertia Sessione in vigesimam primam huiusce à grauissimis Theologis, Synodi iussu, agitatæ Quæstionis Definitionem distulisset, AN NECESSARIVM SIT AD SALVTEM ET DIVINO IVRE PRÆCEPTVM VT SINGVLI CHRISTI FIDELES SVB VTRAQVE SPECIE IPSVM VENERABILE SACRAMENTVM ACCIPIANT, ET NVM MINVS SVMAT QVI SVB ALTERA QVAM QVI SVB VTRAQVE COMMVNICAT: ET AN ERRAVERIT SANCTA MATER ECCLESIA, LAICOS, ET NON CELEBRANTES SACERDOTES, SVB PANIS SPECIE DVNTAXAT COMMVNICANDO? capite primo Sessionis vigesimæ primæ sic decernit: Itaque Sancta
Is. 11. v. 2. ipsa Synodus, à Spiritu Sancto (qui Spiritus est Sapientiæ & Intellectus,

Spiritus Consilij, & Pietatis) edocta, atque ipsius Ecclesiæ Iudicium « I COR.
ET CONSVETVDINEM sequuta, declarat ac docet;.Nullo Diuino « XI. v.16.
præcepto, Laïcos & Clericos NON CONFICIENTES, obligari ad «
Eucharistiæ Sacramentum sub Vtraque Specie sumendum: NEQVE «
VLLO PACTO, SALVA FIDE, DVBITARI POSSE, QVIN ILLIS AL «
TERIVS SPECIEI COMMVNIO AD SALVTEM SVFFICIAT. Nam et- «
si Christus Dominus, in Vltima Cœna, Venerabile hoc Sacramen «
tum in Panis & Vini Speciebus instituit, & Apostolis tradidit; NON «
TAMEN ILLA INSTITVTIO ET TRADITIO EO TENDVNT, VT O- «
MNES CHRISTI FIDELES STATVTO DOMINI AD VTRAMQVE «
SPECIEM ACCIPIENDAM ADSTRINGANTVR. Sed neque ex Sermo- «
ne illo apud Ioannem sexto rectè colligitur, Vtriusque Speciei «
Communionem à Domino præceptam esse; vtcumque iuxta va- «
rias Sanctorum Patrum & Doctorum interpretationes intelligatur. «
Namque, QVI DIXIT: Nisi manducaueritis Carnem Filij hominis, « Ioan.6.
& biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis; DIXIT « v.54.
QVOQVE: Si quis manducauerit EX HOC PANE, viuet in æter- « v.52.
num. Et, QVI DIXIT: Qui manducat meam Carnem & bibit meum « v.55.
Sanguinem, habet vitam æternam; DIXIT ETIAM: Panis quem ego « v.52.
dabo, Caro mea est, pro mundi vita. Et denique qui dixit: Qui « v.57.
manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me ma- «
net, & ego in illo; dixit nihilominus: Qui manducat hunc Panem, « v.59.
viuet in æternum. Et capite secundo: Prætetea declarat, hanc po- «
testatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispen- «
satione, SALVA ILLORVM SVBSTANTIA, ea statueret, vel mu- «
taret, quæ Suscipientium vtilitati, seu ipsorum Sacramentorum ve- «
nerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis ex- «
pedire iudicaret. Id autem APOSTOLVS non obscurè visus est in- «
nuisse, cùm ait: Sic nos existimet homo, vt Ministros Christi, & « 1.Cor.4.
Dispensatores MYSTERIORVM Dei. ATQVE IPSVM QVIDEM HAC « v.1.
POTESTATE VSVM ESSE, SATIS CONSTAT, CVM IN MVLTIS A- «
LIIS, TVM IN HOC IPSO SACRAMENTO, CVM ORDINATIS NON- «
NVLLIS CIRCA EIVS VSVM: CÆTERA, INQVIT, CVM VENERO « 1.Cor.11.
DISPONAM. Quare AGNOSCENS SANCTA MATER ECCLESIA HANC « v.vlt.
SVAM IN ADMINISTRATIONE SACRAMENTORVM AVCTORITA- «
TEM, LICET AB INITIO CHRISTIANÆ RELIGIONIS NON IN- «
FREQVENS VTRIVSQVE SPECIEI VSVS FVISSET, TAMEN PRO- «
GRESSV TEMPORIS LATISSIME IAM MVTATA ILLA CONSVETV- «
DINE, GRAVIBVS ET IVSTIS CAVSIS ADDVCTA, HANC CONSVE- «
TVDINEM SVB ALTERA SPECIE COMMVNICANDI APPROBAVIT, «
ET PRO LEGE HABENDAM DECREVIT: QVAM REPROBARE, AVT, «
SINE IPSIVS ECCLESIÆ AVCTORITATE PRO LIBITO MVTARE «
NON LICET. Et capite tertio: Insuper declarat, Quamuis Redem- «
ptor noster (vt antea dictum est) in Suprema illa Cœna hoc Sacra- «
mentum in Duabus Speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit; ta- «
men fatendum esse, etiam sub Altera tantum Specie, totum atque «

I. COR. XI. » integrum Christum, VERVMQVE Sacramentum sumi. Ac propterea, QVOD AD FRVCTVM ATTINET, nullâ gratiâ, NECESSARIA AD SALVTEM, eos defraudari, qui vnam speciem solam accipiunt. Denique, Sessione vigesima secunda hoc Decretum super petitione concessionis Calycis exstat: Insuper, cùm eadem Sacrosancta Synodus Superiori Sessione duos articulos aliàs propositos, & tum nondum discussos, Videlicet, AN RATIONES, QVIBVS SANCTA ECCLESIA CATHOLICA ADDVCTA FVIT, VT COMMVNICARET LAICOS, ATQVE ETIAM NON CELEBRANTES SACERDOTES, SVB VNA PANIS SPECIE, ITA SINT RETINENDÆ, VT NVLLA RATIONE CALYCIS VSVS, CVIQVAM SIT PERMITTENDVS: Et, AN, SI HONESTIS ET CHRISTIANÆ CHARITATI CONSENTANEIS RATIONIBVS CONCEDENDVS ALICVI VEL NATIONI VEL REGNO CALYCIS VSVS VIDEATVR, SVB ALIQVIBVS CONDITIONIBVS SIT CONCEDENDVS, ET QVÆNAM SINT ILLÆ: in aliud tempus oblata sibi occasione, examinandos atque definiendos reseruauerit: NVNC EORVM PRO QVIBVS PETITVR, SALVTI OPTIME CONSVLTVM VOLENS, DECREVIT, INTEGRVM NEGOTIVM, AD SANCTISSIMVM DOMINVM NOSTRVM ESSE REFERENDVM, PROVT PRÆSENTI DECRETO REFERT. QVI PRO SVA SINGVLARI PRVDENTIA ID EFFICIAT, QVOD VTILE REIPVBLICÆ CHRISTIANÆ, ET SALVTARE PETENTIBVS VSVM CALYCIS FORE IVDICAVERIT. Hæc Vltima Oecumenica Synodus: quæ nihil hac in re sanxit quod non longè antea, Basileensi Sessione trigesima, quæ inscribitur, SVPER MODO COMMVNIONIS, declaratum ac cautum esset, his verbis: Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu Sancto legitimè congregata, Vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam: Vt lucidius videatur pro declaratione Catholicæ Veritatis, quid circa perceptionem Sacræ Eucharistiæ tenendum sit, & agendum pro vtilitate & salute populi Christiani, POST DILIGENTEM PERSCRVTATIONEM DIVINARVM SCRIPTVRARVM, SACRORVMQVE CANONVM, ET DOCTRINARVM A SANCTIS PATRIBVS ET DOCTORIBVS TRADITARVM, in hac Sancta Synodo longis temporibus habitam, consideratisque omnibus quæ pro declaratione huius rei consideranda fuerunt; DECERNIT ET DECLARAT EADEM SANCTA SYNODVS, QVOD FIDELES LAICI, SIVE CLERICI, COMMVNICANTES, ET NON CONFICIENTES; NON ADSTRINGVNTVR EX PRÆCEPTO DOMINI, AD SVSCIPIENDVM SVB VTRAQVE SPECIE, PANIS SCILICET ET VINI, SACRVM EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM. SED ECCLESIA, QVÆ REGITVR SPIRITV VERITATIS, SECVM MANENTE IN ÆTERNVM, ET CVM QVA
Matt. 28. v. vlt. CHRISTVS MANET VSQVE AD CONSVMMATIONEM SÆCVLI, (SICVT AIT DIVINA SCRIPTVRA) ORDINARE HABET, QVOMODO IPSIS NON CONFICIENTIBVS MINISTRETVR, PROVT PRO REVERENTIA IPSIVS SACRAMENTI ET SALVTE FIDELIVM VIDERIT EXPEDIRE. Siue autem sub Vna Specie, siue sub duplici

quis

quis communicet, secundùm Ordinationem seu obseruantiam Ecclesiæ, PROFICIT dignè communicantibus AD SALVTEM. Nec vlatenus ambigendum est, quòd non sub Specie Panis Caro tantùm, nec sub specie Vini Sanguis tantùm, sed sub qualibet Specie est integer totus Christus. Laudabilis quoque cõsuetudo communicandi laïcum populum sub Vna Specie, AB ECCLESIA ET SANCTIS PATRIBVS RATIONABILITER INTRODVCTA, ET HACTENVS DIVTISSIME OBSERVATA, & à DOCTORIBVS DIVINÆ LEGIS, Sacrarum Scripturarum atque Canonum multam peritiam habentibus, iam à longæuo tempore commendata, PRO LEGE HABENDA EST, nec alicui licitum est eam REPROBARE, aut SINE AVCTORITATE ECCLESIÆ ipsam IMMVTARE. Datum Basileæ, in nostra SOLEMNI ET PVBLICA sessione, decimo Kalendas Ianuarij, Anno à Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo. Quæ Basileënsia dicta qui animo perpenderit, recordabitur profectò varias illas Ecclesiæ Consuetudines, quarum Fides perpetua Comes fuit, in quibus sub Altera tantùm Specie dispensata non Consecrantibus Communio est. Nauigantium ritum Ambrosianum illud de Obitu Fratris declarat confirmatque, dum narrat, Satyrum Fratrem nondum PERFECTIORIBVS INITIATVM MYSTERIIS, naufragantem ab INITIATIS, ne VACVVS MYSTERIIS exiret è vitâ, DIVINVM ILLVD FIDELIVM SACRAMENTVM poposcisse. Et qui domi seruatum quotidie QVOTIDIANVM PANEM NOSTRVM sumebant, sub sola profectò Panis Specie clarum est quòd receperint. Quæ autem, quæso, alia fuit, & Abstemiorum & Absentium & Infirmorum, Communio; quæque in Ecclesiasticæ Communionis Symbolum mittebatur, necnon & illa Lapsorum, in Articulo Mortis, qualis ea Serapionis pœnitentis, cuius integritatem atque perfectionem Deus miraculo testatam reliquit, ex quo Dionysius Alexandrinus argumentum validissimum in Nouatianos struxisse apud Eusebium legitur? Vnde magis deplorandus ille sit qui vel ex discendi negligentia, vel ex imperitia doctoris, falsa sibi quadam specie pietatis blanditus, in superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis, dum Vtramque Speciem præter ius & æquum postulat,

Creditur esse pius, laudemque à crimine sumit.

Quod cùm olim non solùm intelligeret, sed etiam crederet, atque ante hanc natam hæresim, errore VViclefi sepulto, & à se damnato doceret Natio Anglicana, per Patricium, Episcopum Cortagensem, in Concilio Constantiensi, Sessione decima tertia, palàm & ex Ambone respondit, necnon professa est, cum cæteris Nationibus, ex quibus Ecclesia Christi conflatur, placere ita Sanctis Ecclesiæ moribus viui; contraque credentes ac delinquentes, Populumque Sub Vtraque Specie communicantes, puniri: Nunc verò (proh dolor!) contrarium, Anglicana Reformatio erit! Audite Angli quæ loquor; audiat Anglicana Terra verba oris mei: immo exinde argumentantis Augustini libro De Vnico Baptismo Contra Petilianum

«I.COR.XI.

I. COR. XI. sed fusiùs ac pleniùs Contra Epistolam Parmeniani libro secundo; Peccata aliena nemini nocere posse, aut Schismatis esse iustam pos- » se causam: Quanquam isti (De Schismaticis Donatistis loquitur) » quod sæpe dicendum est, falsa crimina obiecerint, quæ etiamsi vera » essent, Bonorum Charitati, PRO VNITATE IN VNITATE, omnia » toleranti nihil nocerent, si ea fortè etiam cognita, Iudicibus Eccle- » siasticis persuaderi non possent. Sacrificia ergo impiorum, eis ipsis » oberunt, qui offerunt impiè. Nam vnum atque idem SACRIFICIVM » propter nomen Domini quod inuocatur, & semper Sanctum est, & ta- » le cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. QVI ENIM MAN- » DVCAT ET BIBIT INDIGNE, IVDICIVM SIBI MANDVCAT ET BIBIT: » NON AIT, ALIIS, SED SIBI. Qui ergo mãducat dignè, & bibit, GRATIAM » sibi manducat & bibit. Illi ergo videant vtrùm dignè manducent, qui » inter tam multos parentes & filios, maritos & vxores; inter tam mul- » tos, quod est patentissimum, DEI HEREDES ET COHEREDES » CHRISTI, TOTO ORBE DIFFVSOS, NEFARIO SCHISMATE DIVI- » SERVNT, CVM POSSENT VTIQVE, SI BONI ESSENT, ET VERE » MALOS ARGVERENT, FRVCTVOSE TOLERARE PRO PACE » CHRISTI, QVÆ PERNICIOSE TOLERANT PRO PACE DONATI. QVADRAGESIMO PRIMO; DE INDIGNA CORPORIS CHRISTI MANDVCATIONE, QVÆ REALITATEM AC REALEM PRÆSENTIAM

v. 30. » SVPPONIT: Ideo intet vos multi infirmi & imbecilles, & DORMIVNT » MVLTI: Διὰ τῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ ΚΟΙΜΩΝΤΑΙ ΙΚΑΝΟΙ. Huiusmodi, qui Iudicium sibi Manducanr & Bibunr, diuino iudicio (vt DE VERITATE EVCHARISTIÆ Religio, ac Fi-

Matt. 28. v. 20. des, illudque creditu difficile, ECCE EGO VOBISCVM SVM VSQVE AD CONSVMMATIONEM SÆCVLI; nascente Ecclesia confirmare- tur,) vbi olim indignè ad Mysteria accessissent, corripi corporali morbo, & à Dæmone, suis temporibus referunt Dionysius in Eccle- siastica Hierarchia, Cyprianus in libro De Lapsis, meusque Litera- lis Interpres Chrysostomus, in priorem ad Timotheum Homiliâ quintâ, in Christi Corporis malè accepti seu non dignè sumpti, vindictam. Ergo partim DEBILES, ἀσθενεῖς, partim INVALIDI, ἄῤῥωστοι, partim DORMIENTES, καὶ κοιμῶνται, & velut Cœmeterio relinquendi, vt Græca vox sonat, è Mensa exportabantur Dominica; vt qui indi- gnè Arcam attrectassent, aut Domini Montem temere attigissent: Deo videlicet eos temporaliter puniente, IN SIGNVM FVTVRI IV- DICII, inquit Thomas, quomodo propter peccatum Mendacij & Furti, Ananiam & Sapphiram intetiisse Actuum quinto legitis. Quemadmodum enim Sanitatum & Vitæ, ad Amorem; sic & Mor- borum ac Mortis, ad Timorem ac Terrotem, esse in Ecclesia Mira- cula decuit. Multi, Græcè, ἱκανοὶ, in Augustini Codice SVFFICIEN- TES; id est (inquit) in centesimi quadragesimi septimi Psalmi Enar- » ratione, ac Sermone decimo De Diuersis Augustinus, QVANTVM » SVFFICIT AD DISCIPLINAM IMPONENDAM, MVLTI IN VOBIS » DORMIVNT. Quem sensum etiam refert Oecumenius Græcus. Hic

verò multorum significantur acerba funera, immaturæ mortes, qua 1.COR.XI.
in re cuncti Interpretes consentiunt. Nam Dormire, in sacris Litteris,
frequentissimè ponitur pro eo quod est, è vita emigrasse, mortuum
esse, in morte quiescere; excitandum aliquando ad vitam per corporis
Resurrectionem. De solis enim hominibus hoc in Scriptura dicitur.
Itaque quemadmodum qui Christi Corpus in Passione violarunt, se-
uerè in hoc Sæculo puniti leguntur, subuersa ciuitate eorum, & inter-
fectis plurimis: sic & eos qui Corpus Christi in Passionis commemo-
ratione atque Eucharistia malè atque adeo indignè tractarent, tempo-
raliter mulctatos fuisse Morbis, Morteque, Apostolica hæc Nostra
Traditio est, vt Solifidiani vestri iterum discant, non blasphemare.
QVADRAGESIMO SECVNDO; A PAVLO ORDINATVM ESSE PER
ECCLESIAM GENTIVM, SACRÆ LITVRGIÆ CANONEM: CÆTE- « v.vlt.
RA autem cùm venero DISPONAM; Τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, ΔΙΑΤΑ- «
ΞΟΜΑΙ. Vnde intelligi datur, (inquit supra citatus Augustinus, ad «
Ianuarium scribens) quia multum erat, vt in Epistola totum illum «
AGENDI ORDINEM insinuaret, QVEM VNIVERSA PER ORBEM SER- «
VAT ECCLESIA; ab ipso ORDINATVM ESSE QVOD NVLLA MORVM «
DIVERSITATE VARIATVR. Illud enim DISPONAM, διατάξομαι, id «
est, ORDINABO (vt legit ibidem, id est Epistolâ centesimâ decimâ o-
ctauâ, Augustinus) Constituam ac sigillatim Præscribam reliqua,
nempe spectantia ad dignam, honestam & ordinatam Mysteriorum
celebrationem. Quis quæso est nisi Liturgicus ORDO? At certè non
hic nouus Anglicanus, quia non CATHOLICVS; siue non is QVEM
VNIVERSA PER ORBEM SERVAT ECCLESIA, proindeque nec APO-
STOLICVS, qui à me traditus est, quando MORVM DIVERSITATE VA-
RIATVR. Cæterùm quæ cætera posthac disposui, vt quod nunc à ieiu-
nis sumatur Mysticus Panis, & reliqua, habent CATHOLICI, habent
Antiqui Angli, non tā scripta quā tradita. QVADRAGESIMO TERTIO;
DE MONARCHIA CHRISTIANA, AC DE ECCLESIÆ CAPITE VISIBI- 1.COR.XII.
LI, QVODQVE NON LAICORVM SED SACERDOTVM SIT IN ECCLE-
SIA DOCERE, AC DE DIVINIS REBVS DISPVTARE: Nunc autem mul- « v.20.
ta quidem membra, Vnum autem Corpus. Non potest autem Oculus « v.21.
dicere Manui, Opera tua non indigeo: aut iterùm CAPVT, Pedibus, «
NON ESTIS MIHI NECESSARII: Νῦν δὲ πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα. Οὐ «
δύναται δὲ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ, χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν Η ΚΕΦΑΛΗ
τοῖς ποσὶ, ΧΡΕΙΑΝ ΥΜΩΝ ΟΥΚ ΕΧΩ. Est igitur in Ecclesia Caput ali-
quod quod Pedibus, id est, Subditis, dicere non possit, NON ESTIS MI-
HI NECESSARII; siue, ad verbum, NON EST MIHI OPVS VOBIS: quod
repugnat atque indignum est Christo, & secundùm se, æterno Deo: qui
proinde, iuxta hymnum Dauidicum, Bonorum nostrorum non eget; Ps.15.v.2.
& secundùm hominem perfectè Beato. Ex quo fit vt omnibus Eccle-
siæ suæ membris, magnis & paruis, & ipsis Angelis, dicere possit; NON
ESTIS MIHI NECESSARII: ministerio vestro mihi non est opus. Nam
& ad Ecclesiam regendam & sanctificandam, quidquid per Ministros
facit, siue in PRÆDICATIONE verbi Dei, siue in Sacramentorum Ad-

1. COR. XII. ministratione, id totum sine illis per seipsum facere potest. Ergo necessariò, quidquid Acephali garriant, fatendum est, aliquod aliud esse Visibile in Visibili Ecclesiæ Caput, quod Pedibus dicere non possit, NON ESTIS MIHI NECESSARII; ac per consequens, Pedum ministerio indigens ad totius corporis regimen, tanquam ad motum spiritualem qui Corpori propter multa necessarius est, tam vt euitet noxia, quàm vt commoda prosequatur. Id autem Caput haud aliud certè est, quàm Caput Christo Vicarium, quod Petro successit; qui os Ecclesiæ atque Apostolorum erat, à quo exiuit atque prolata est, vt Patres, ac præsertim Ephesini, obseruant & vrgent, PRIMA BEATAQVE ECCLESIÆ, DE INCARNATIONE VERBI CONFESSIO, FIDEIQVE AC CREDENDORVM SVMMÆ PROFESSIO. Habemus igitur ex hoc loco contra nostri temporis Acephalos, id est, Sectarios omnes, quoddam Ecclesiæ Caput, quod non est Christus. Habemus proinde, haud alium, quàm Christi in terris Vicarium ac Ministrum Sedis Apostolicæ, Petri Successorem esse. Habemus igitur VRBANVM OCTAVVM, PONT. MAX. esse Ecclesiæ Christi Caput:
» quippe qui in Apostolicum Thronum Canonicè euectus est. EIICE
» igitur FORAS ACEPHALOS. SI VICERINT, MORIMVR: Ἔξω βάλε τοὺς
ΑΚΕΦΑΛΟΥΣ· εἰ ἐνίκησαν, ἀπεθάνομεν· vt à Populo Tyrio acclamatum est, in Concilio Tyrio, cuius Acta Actione quinta Concilij Constantinopolitani sub Agapeto & Menna exstant. Ex hoc denique loco hæc rectè infert sexagesimus quartus, Synodi Quinisextæ, Trulla-
» nus Canon: Quòd non oportet LAICVM publicè disputare, vel do-
» cere, docendi auctoritatem ex eo sibi vendicantem, sed Ordini à
» Domino tradito cedere; & aurem iis qui docendi gratiam accepe-
» runt, aperire; & diuina ab eis doceri. In vna enim Ecclesia diuersa
» membra fecit Deus, vt est vox APOSTOLI. Quam apertè interpre-
» tans Gregorius Theologus, eum qui in iis est ordinem, commendat,
» dicens: Hunc ordinem reuereamur, Fratres, hunc seruemus. Hic
» quidem sit AVRIS; ille verò LINGVA: hic autem manus; hic verò ali-
» quid aliud: hic quidem doceat, ille verò discat. Et paulo post: Et
» discens in docilitate, & suppeditans in hilaritate, & ministrans in
» alacritate, NE SIMVS OMNES LINGVA, quod est promptius; Ne
v. 29. » omnes Apostoli, ne omnes Prophetæ, ne omnes Interpretemur. &
» post quædam: CVR TE PASTOREM FACIS, CVM SIS OVIS? CVR
» CAPVT EFFICERIS, CVM SIS PES? CVR IMPERATOR ESSE CONARIS,
» CVM RELATVS SIS IN NVMERVM MILITVM? Et alibi: Iubet Sa-
Prouerb. 29. 20. » pientia, ne sis velox in Sermonibus: ne cùm sis pauper, vnà cum
» diuite extendaris: ne quæras Sapientibus esse sapientior. Si quis au-
» tem præsentem Canonem labefactans deprehensus fuerit, QVADRA-
» GINTA DIEBVS SEGREGETVR: Ὅτι οὐ χρὴ δημοσίᾳ, Λαϊκόν, λόγον κινεῖν, ἢ διδάσκειν, Ἀξίωμα ἑαυτῷ Διδασκαλικόν, ἐντεῦθεν περιποιούμενον. ἀλλ' εἴκειν τῇ παραδοθείσῃ παρὰ τοῦ Κυρίου τάξει, καὶ τὸ οὖς τοῖς τὴν χάριν τοῦ διδασκαλικοῦ λαβοῦσι λόγου, διανοίγειν, καὶ τὰ θεῖα παρ' αὐτῶν ἐκδιδάσκεσθαι. ἐν γὰρ τῇ μιᾷ ἐκκλησίᾳ, διάφορα μέλη πεποίηκεν ὁ θεός, κατὰ τὴν τοῦ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ φωνήν, ἣν ὁ

Θεολόγος ἑρμηνεύων Γρηγόριος, σαφῶς τὴν ἐν τούτοις τάξιν παρίστησι, φάσκων, I. COR.
ταύτην αἰδούμεθα τὴν τάξιν, ἀδελφοὶ, ταύτην φυλάττωμεν. ὁ μὲν ἔστω τις ΑΚΟΗ, XII.
ὁ δὲ ΓΛΩΣΣΑ, ὁ δὲ ΧΕΙΡ, ὁ δὲ ἄλλο τι· ὁ μὲν διδασκέτω, ὁ δὲ μανθανέτω. καὶ μετὰ βραχέα·
καὶ ὁ μανθάνων, ἐν εὐπειθείᾳ· καὶ ὁ χορηγῶν, ἐν ἱλαρότητι· καὶ ὁ ὑπουργῶν, ἐν προ-
θυμίᾳ· ΜΗ ΠΑΝΤΕΣ ΩΜΕΝ ΓΛΩΣΣΑ, τὸ ἑτοιμότερον· μὴ πάντες, ἀπόστολοι·
μὴ πάντες, προφῆται· μὴ πάντες, διερμηνεύωμεν; καὶ μετά τινα· ΤΙ ΣΕΑΥΤΟΝ
ΠΟΙΕΙΣ ΠΟΙΜΕΝΑ, ΠΡΟΒΑΤΟΝ ΩΝ; ΤΙ ΓΙΝΗ ΚΕΦΑΛΗ, ΠΟΥΣ ΤΥΓ-
ΧΑΝΩΝ; ΤΙ ΣΤΡΑΤΗΓΕΙΝ ΕΠΙΧΕΙΡΕΙΣ, ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΣ ΕΝ ΣΤΡΑ-
ΤΙΩΤΑΙΣ; καὶ ἑτέρωθι· ἡ σοφία διακελεύεται, μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν λόγοις. μὴ συμ-
παρεκτείνου πένης ὢν, πλουσίῳ μηδὲ ζήτει τῶν σοφῶν εἶναι σοφώτερος. εἰ δέ τις ἀλῷ, τὸν
παρόντα Κανόνα παραβαίνων, ΕΠΙ ΗΜΕΡΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ ΑΦΟΡΙΖΕΣΘΩ.
QVADRAGESIMO QVARTO; DE ORBIS VNITATE AC SACRILEGIO
SCHISMATIS, ET QVOD REGNANTES SANCTI, MILITANTIVM CV-
RAM GERANT, ET VTIQVE VICISSIM EORVM QVI CORPORE, TAN-
QVAM MILITIA EXCEDENTES, PVRGATIONIS CARCERE ALIQVAN-
DIV A COELI ADITV TRIVMPHOQVE ARCENTVR; Vt non sit SCHI- « v. 25.
SMA in Corpore, sed id ipsum pro inuicem sollicita sint Membra. Et si «
quid patitur vnum MEMBRVM, Compatiuntur omnia Membra: siue «
Gloriatur vnum Membrum, Congaudét omnia Membra. Vos autem «
estis CORPVS CHRISTI, & MEMBRA DE MEMBRO: Ἵνα μὴ ᾖ ΣΧΙΣΜΑ «
ἐν τῷ Σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ Μέλη. Καὶ εἴτε πά-
σχει ἓν Μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ Μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν Μέλος, συγχαίρει πάν-
τα τὰ Μέλη· Ὑμεῖς δὲ ἐστε ΣΩΜΑ ΧΡΙΣΤΟΥ, καὶ ΜΕΛΗ ΕΚ ΜΕΡΟΥΣ. Pro
Schismate SCISSVRAM posuit Augustinianus Codex, vt statim aduer-
tas nihil Schismate minus perpetrate eum qui ab Vniuersali Ecclesia
dissidet, qui à Catholico Corpore scinditur ac conuellitur, qui ante
Messis tempus, hoc est, ante finem sæculi, sese à Zizaniis quātacumque
ea esse credat, separat. Ecclesia quippe CORPVS EST, ideoque dixi, VT «
NON SIT SCHISMA IN CORPORE: ac postea: VOS AVTEM ESTIS COR- «
PVS CHRISTI, ET MEMBRA DE MEMBRO: id est, Estis in hoc Corpore «
Commembres, ac propterea mutuis operis atque officiis inter vos variè
distributis adiuuandi. Ergo cùm eiusdem Corporis membra inuicem
sollicita sint, & vno patiente cætera compatiantur, rectè colligunt Ca-
tholici Doctores, Sanctorum Animas cum Christo regnantes, suis vos
iuuare orationibus; vosque itidē vestris Suffragiis Animas quæ Purga-
torias dant Pœnas, adiuuare debere: vt qui tam cum illis quàm cum his,
sub Vno Capite Christo, simus eiusdem Corporis, id est, ECCLESIÆ,
MEMBRA. Compatiuntur autem Beati nostris malis, non Doloris Af-
fectu sed Amoris: non PER COMMVNIONEM CLADIS, vt loquitur ad
Italicam Augustinus; sed PER SOLATIVM CHARITATIS: quatenus ex
charitate student à vobis, vt communibus membris, etsi longè infra se
positis, auertere & profligare mala quibus mortales vel opprimuntur,
vel certè vrgentur. QVADRAGESIMO QVINTO; DE NOTIS ECCLESIÆ;
Numquid Omnes DOCTORES? μὴ πάντες ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΙ; Vera igitur « v. 29.
Christi Ecclesia apud eos non est, qui omnes se Doctores profitentur,
Omnes Sacram Scripturam interpretantur, Omnes de Quæstionibus
in Religione controuersis iudicant; id est, apud Sectatios Anglos.

I.COR.XII. » QVADRAGESIMO SEXTO; DE MIRACVLIS SANCTORVM: Numquid
v.30. » Omnes Gratiam habent Curationum? Μὴ πάντες χαρίσματα ἔχουσιν ἰαμάτων; Hunc locum ad Sanctos eum Christo regnantes sic centesimâ
» trigesimâ septimâ Epistolâ Augustinus refert: Sicut nō omnes SANCTI
» habent DONA CVRATIONVM, nec omnes habent DIIVDICATIONEM
» SPIRITVVM: ita nec in omnibus SANCTORVM MEMORIIS ista fieri
» voluit ille, qui diuidit propria vnicuique prout vult. Cuius quidem rei præclarum sanè atque illustre vestris temporibus exhibet monimentum, immo spectaculum toto orbe mirandum, is cuius nec manus abbreuiata, nec imminuta misericordia, nec otiosa Majestas ac quies.
Io 3.v.8. En Spiritus qui vbi vult spirat, in veteri SANCTÆ FARÆ (ea est quæ BVRGVNDO FORA, quasi BVRGVNDA FARA in Actis Sancti Eusta-
Matth.11.v.5. sij Abbatis Luxouiensis vocatur) Memoria, noua miracula edit: CÆCI VIDENT, Claudi ambulant, Leprosi mundantur. Videant Prophetici
Is.5.v.10. illi Cæci qui videntes non vident: iam non audiant, sed videant Angli tui velut in eorum gratiam facta MIRACVLA SANCTORVM, im-
Ps.67.v.36. mo in Sanctis suis mirabilis & omnipotentis Dei. In agro Meldensi, in Parisiaco prope suburbio vetustum SANCTÆ FARÆ Monasterium est Sanctimonialium Ordinis Diui Benedicti (miras res olim ab iis gestas narrat in Burgundofora omnium marre Ionas Abbas) quò GREGORIANI, id est, Primi illi Christiani Angli, PVELLAS VIRGINES mittebant, vt nutu ac opera Sancti Faronis Fratris, ex Clotarij Aulico & Amico Galliæque Præfecto, Meldensis Episcopi, Sacri Veli initiarentur institutis: quod non modò Sancti Faronis Acta apud Surium ad Octobris duodetrigesimum diem, declarant, sed & Beda ipse testatur, qui & libri quarti capite primo meminit Faronis Episcopi Meldensis hospitis Hadriani, qui à Vitaliano Papa in Angliam missus fuit. At libro tertio capite octauo, Eadbaldi Regis Cantuariorum, siue, vt
» nunc nos loquimur, Anglorum, Historiam narrans, ait: Cuius filia
» EARTHONGATA, vt condigna parenti soboles, magnarum fuit virgo
» virtutum, indesinenter semper seruiens Deo in Monasterio, quod in
» REGIONE FRANCORVM constructum est ab Abbatissa nobilissima
» vocabulo FARA, in loco qui dicitur BRIGE. Nam eo tempore nec-
» dum multis in regione ANGLORVM Monasteriis constructis, multi
» de BRITANNIA, Monasticæ Conuersationis gratiâ, Francorum, vel
» Galliarum Monasteria adire solebant, & filias suas eisdem erudiendas,
» ac SPONSO CÆLESTI COPVLANDAS mittebant. Hactenus Beda. At quorsum tam multa? Haud certè vt res recenseamus notissimas, Dona Gratiamque Curationum, quæ ferme Vota cuiusque sequuntur post redditos potiùs quàm sanatos, ex clara charaque admodum BRETÆA familia, Normannæ Virgini Monasterij Sanctæ Faræ Sanctimoniali, oculos; id enim in Episcopalia Proconsulariaque Acta satis amplè relatum est: vt hæc non quæsita ex occulto, sed sumpta de medio, & rebus palàm per Magistratus actis, vel ei qui, quàm erat Monialis nostra, cæcior sit, videantur: verùm vt, REX IACOBE, intelligas quam ex Gallia per Normanniam, tuæ Angliæ deferendam Curationum Gratiam sperare meritò possis. Et quoniam huic digressioni ansam dedit Augustinus, dabit & clausulam, Augustini Epistola septuagesima nona

ad Probam & Iulianam, nobiles Viduas, quibus de Demetriade gratulatur, quæ Virginitatis Velum acceperat, deque Velationis Munusculo, quod VELATIONIS APOPHORETVM vocat, gratias agit. Itaque quanta consideratione Beda Superiora dixerit, breuis sed integra & diligens Augustini Epistola declaret: DOMINARVM HONORE DIGNISSIMIS, MERITO ILLVSTRIBVS, ET PRÆSTANTISSIMIS FILIABVS PROBÆ ET IVLIANÆ, AVGVSTINVS IN DOMINO SALVTEM. Implestis gaudio cor nostrum, tantò iucundiùs quantò chariùs; tantò gratiùs quantò citiùs. Vestræ namque stirpis SANCTIMONIAM VIRGINALEM, quam, quacunque innotuistis, ac per hoc vbique fama celeberrima prædicat, velocissimum volatum eius fideliore atque certiore literarum nuncio præuenistis, & priùs nos fecistis exsultare de cognito TAM EXCELLENTI BONO, quàm dubitare de audito. Quis verbis explicet? quis digno præconio prosequatur, QVANTVM INCOMPARABILITER GLORIOSIVS ATQVE FRVCTVOSIVS HABEAT EX VESTRO SANGVINE FOEMINAS VIRGINES CHRISTVS, QVAM VIROS CONSVLES MVNDVS? Nam VOLVMINA TEMPORVM, si magnum atque præclarum est nominis dignitate signare; quantò est maius, atque præclarius, Cordis & Corporis Integritate transcendere? MAGIS ITAQVE GAVDEAT PVELLA NOBILIS GENERE, NOBILIOR SANCTITATE, QVOD SIT PER DIVINVM CONSORTIVM PRÆCIPVAM IN CÆLIS CONSECVTVRA SVBLIMITATEM, QVAM SI ESSET PER HVMANVM CONNVBIVM PROLEM PROPAGATVRA SVBLIMEM. GENEROSIVS QVIPPE ELEGIT ANICIANA POSTERITAS TAM ILLVSTREM FAMILIAM BEARE, NVPTIAS NESCIENDO, QVAM MVLTIPLICARE PARIENDO, ET IN CARNE IAM IMITARI VITAM ANGELORVM, QVAM EX CARNE ADHVC NVMERVM AVGERE MORTALIVM. Hæc est vberior Fœcundiorque FELICITAS, non ventre grauescere, sed mente grandescere; non lactescere pectore, sed corde candescere; non VISCERIBVS TERRAM SED CÆLVM ORATIONIBVS PARTVRIRE. DOMINARVM HONORE DIGNISSIMÆ FILIÆ, PERFRVAMINI IN ILLA QVOD DEFVIT VOBIS; perseueret vsque in finem, adhærens CONIVGIO, QVOD NON HABET FINEM: Imitentur etiam multæ famulæ Dominam, Ignobiles Nobilem, FRAGILITER EXCELSÆ, EXCELSIVS HVMILEM: Virgines quæ sibi optant Aniciorum CLARITATEM, eligãt Sanctitatem. Illud enim quantalibet cupiditate quando assequentur? Hoc autem si plenè cupierint, mox habebunt. Protegat vos incolumes & feliciores dextera Altissimi, Dominæ honore dignissimæ & præstantissimæ Filiæ; PIGNORA SANCTITATIS VESTRÆ, PRÆCIPVE IPSAM SANCTITATEM PRÆCIPVAM, DEBITO VESTRIS MERITIS OFFICIO, DILECTIONE DOMINI SALVTAMVS. VELATIONIS APOPHORETVM gratissimè accepimus. Hæc Augustinianè Augustinus.

I.COR. XII.

QVADRAGESIMO SEPTIMO; FIDEM ESSE POSSE SINE CHARITATE: Et si habuero OMNEM FIDEM, ita vt Montes Transferam, CHARITATEM autem non habuero: Καὶ ἐὰν ἔχω ΠΑΣΑΝ ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ, ὥστε Ὄρη μεθιστάνειν, ΑΓΑΠΗΝ δὲ μὴ ἔχω. Quid nobis obtrudunt Nouatores, Fidem Christianam & Catholicam à Charitate non distingui, ab ea-

I. COR. XIII.

I. COR. XIII. que separatam esse non posse? Quam apposite HVGO VICTORINVS Quæstionibus in hoc caput, notat & inculcat, Errorem hîc destrui negantium Fidem esse posse sine Charitate. Quam in sententiam meritò Augustinus libro decimo quinto de Trinitate, capite decimo octauo, » cùm citatis huius loci verbis intulisset quòd IPSAM FIDEM NON FA- » CIAT VTILEM NISI CHARITAS, subiunxit: SINE CHARITATE QVIP- » PE FIDES POTEST QVIDEM ESSE, SED NON ET PRODESSE. Iam si quærat aliquis; Vtrum Patientia Hominis Schismatici, qua non pro Errore qui eum ab Ecclesia separauit, sed PRO VERITATE SACRAMENTI, seu, Verbi, quæ apud eum remansit, timore pœnarum æternarum, pœnas patitur temporales, culpanda sit, an laudanda? & si laudanda, num Dei donum sit, an viribus tribuenda voluntatis humanæ: & si sit Dei donum, ad quid ei prosit? Respondet capite vigesimo sexto, vigesimo septimo, & vigesimo octauo libri De Patientia ad hæc tria Au- » gustinus. Ad Primum quidem, laudandam esse eam Patientiam, non » culpandam; Ad Secundum, eam esse Donum Dei, non tamen ex gene- Galat. 4. v. 26. » re donorum quæ dantur Filiis illius Ierusalem quæ sursum libera est, » mater nostra, sed quæ possunt accipere etiam filij Concubinarum, qui- » bus IVDÆI CARNALES ET SCHISMATICI, vel HÆRETICI, comparan- » tur. Ad Tertium, nihil eam prodesse ad regnum cælorum obtinen- » dum: sed existimandum fortasse tolerabilius illi futurum iudicium, » quàm si Christum negando, tormenta mortemque vitasset. Denique idem Augustinus sic Apostolicum hunc locum tangit De Baptismo contra Donatistas, libro primo, de Donatistis siue ætatis suæ Schisma- » ticis loquens: Itaque illi quos baptizant, sanant à vulnere Idololatriæ » vel Infidelitatis, SED GRAVIVS FERIVNT VVLNERE SCHISMATIS. » Idololatras enim in Populo Dei gladius interemit; Schismaticos au- » tem terrę hiatus absorbuit. Et APOSTOLVS: Si habeam omnem, inquit, Fidem, ita vt montes transferam: Charitatem verò non habeam, nihil 1. Cor. 13. v. 1. » sum. Ac paulò pòst ibidem Augustinus: Videant quàm multa & quàm » magna nihil prosint, si Vnum quiddam defuerit, & videant quid sit » ipsum VNVM. Nec me in hoc audiant, sed APOSTOLVM: Si linguis, in- » quit, hominum loquar, & Angelorum, Charitatem autem non ha- » beam, factus sum velut ÆRAMENTVM sonans, aut Cymbalum tin- » niens. Et si habuero Prophetiam, & scierо omnia SACRAMENTA, & o- » mnem scientiam: & si habuero omnem Fidem, vt montes transferam, » Charitatem autem non habeam, nihil sum. Quid ergo eis prodest, si » LINGVAM IN SACRIS MYSTERIIS HABEANT ANGELICAM: & Pro- Io. 11. v. 50. 1. Reg. 18. v. 17. » phetiam, quemadmodum Caïphas & Saül, vt aliquando prophetent, » QVOS FVISSE DAMNABILES SANCTA SCRIPTVRA TESTATVR: si Sa- Act. 8. v. 13. » cramenta non tantùm sciāt, sed & habeant, SICVT HABVIT SIMON MA- » GVS: si Fidem, SICVT DÆMONIA CONFESSA SVNT CHRISTVM: NEQVE Marc. 1. v. 24. » ENIM NON CREDEBANT, CVM DICERENT; QVID NOBIS ET TI- » BI EST, FILI DEI? SCIMVS QVI SIS: Si dispertiant etiam ipsi sub- » stantiam suam pauperibus, SICVT MVLTI NON SOLVM IN CA- » THOLICA; sed in diuersis etiam Hæresibus faciunt. Si aliqua ingruen- » te persecutione, tradant ad flammas NOBISCVM CORPVS suum pro

Fide quam pariter confitentur: TAMEN QVIA SEPARATI HÆC AGVNT, non sufferentes inuicem in dilectione, neque studentes seruare Vnitatem Spiritus in vinculo Pacis, charitatem vtique non habendo, etiam cum illis omnibus, quæ nihil eis prosunt, AD ÆTERNAM SALVTEM PERVENIRE NON POSSVNT. Ac libro primo Contra Cresconium Grammaticum: De Fide etiam Iacobus Apostolus cùm loqueretur aduersùs eos qui sibi quòd crediderant, sufficere arbitrabantur, & bene operari nolebant: Tu credis, inquit, quoniam vnus Deus est; bene facis. & Dæmones credunt & contremiscunt: NEMPE IN VNITATE ECCLESIÆ DÆMONES NON SVNT; nec ideo tamen possumus dicere aliud esse quod credunt, cùm & Domino Iesu Christo dixerint: Quid nobis & tibi est fili Dei? Vnde & PAVLVS APOSTOLVS: Si habeam, inquit, omnem Fidem, ita vt montes transferam, Charitatem autem non habeam, nihil sum. Non autem existimo quemquam ita desipere, VT CREDAT AD ECCLESIÆ PERTINERE VNITATEM EVM QVI NON HABET CHARITATEM: Sicut ergo Deus vnus colitur ignoranter, etiam extra Ecclesiam, nec ideo non est ipse; ET FIDES VNA HABETVR SINE CHARITATE, ETIAM EXTRA ECCLESIAM, NEC IDEO NON EST IPSA: ita & vnus Baptismus habetur ignoranter & sine Charitate, ETIAM EXTRA ECCLESIAM, NEC IDEO NON EST IPSE. Vnus enim Deus, vna Fides, vnum Baptisma, VNA INCORRVPTA ECCLESIA CATHOLICA: NON IN QVA SOLA, VNVS DEVS PIE COLITVR, NEC IN QVA SOLA VNA FIDES RETINETVR; SED IN QVA SOLA, VNA FIDES CVM CHARITATE RETINETVR: nec in qua sola vnus Baptismus habetur; sed in qua sola VNVS BAPTISMVS SALVBRITER HABETVR. QVADRAGESIMO OCTAVO; DE INTERCESSIONE SANCTORVM: Charitas nunquam excidit: Η Ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. At excidere Beatis Aduersarij contendunt, quos negant pro dilectis orare: quod singulare ac perpetuum Charitatis officium est, si indigeant. Fabulantur ergo. neque enim Beatæ Animæ perpetuam vestram in hac vita necessitatem, quam non semel expertæ sunt, ignorare queunt. Itaque Animæ Beatorum, ex Charitate qua vos prosequi non desinunt, pro vobis intercedunt. Vnde Augustinus libro septimo De Baptismo Contra Donatistas: Et Beatus Cyprianus quidem, iam corpore quod corrumpitur, non aggrauante animam, nec deprimente terrena inhabitatione sensum multa cogitantem, SERENIVS PERSPICIT VERITATEM, QVAM MERVIT ADIPISCI PER CHARITATEM. ADIVVET ITAQVE NOS ORATIONIBVS SVIS IN ISTIVS CARNIS MORTALITATE, TANQVAM IN CALIGINOSA NVBE LABORANTES, VT DONANTE DOMINO, QVANTVM POSSVMVS, BONA EIVS IMITEMVR. Et vt à priscis illis temporibus ad Berengariana descendamus, quanta orationis vi scribit Adelmanus, ex Scholastico Leodiensi Episcopus Brixiensis, Epistolâ illâ valde eruditâ De Veritate Corporis Domini in Sacrosancta Eucharistia, ad Berengarium Andegauensem Diaconum ac Scholasticum, cui aliquando comes ac sub disciplina

1. Cor. XIII. Ephes. 4. v. 3. Iacob. 2. v. 19. Marc. 1. v. 24. 1. Cor. 13. v. 2. Ephes. 4. v. 5. v. 8.

1. COR. XIII. Sancti Fulberti Carnotensis Episcopi condiscipulus fuerat: Collactaneum te meum vocaui(hoc fuit Adelmanni valde eruditum exordium Epistolæ)propter dulcissimum illud contubernium quod cum te adolescentulo, ipse ego maiusculus in ACADEMIA CARNOTENSI sub NOSTRO ILLO VENERABILI SOCRATE (is autem Sanctus Fulbertus erat Carnotensis Episcopus, vt ex Epistolæ serie liquet) iucundissimè duxi: cuius de conuictu gloriati nobis digniùs licet quàm gloriabatur Plato gratias agens Naturæ, eo quòd in diebus Socratis sui, hominem se, & non pecudem, peperisset. Nos enim Sanctiorem Vitam Salubrioremque Doctrinam CATHOLICI ET CHRISTIANISSIMI HOMINIS experti sumus: & NVNC EIVS APVD DEVM PRECIBVS ADIVVARI, SPERARE DEBEMVS. Neque enim putandus est, memoriam, IN QVA NOS TANQVAM IN SINV MATERNO SEMPER FEREBAT, amisisse: aut verò Charitas Christi, qua sicut Filios amplectebatur, in eo exstincta est, sed ABSQVE DVBIO memor nostri, diligens

2.Cor.5.v.6. pleniùs quàm cùm in corpore mortis huius PEREGRINARETVR,(Paulinis, id est, meis verbis, vt, IACOBE REX, vides, Adelmannus loquitur, adeo fuit diligens mei cultor) INVITAT AD SE VOTIS ET TACITIS PRECIBVS, OBTESTANS PER SECRETA ILLA ET VESPERTINA COLLOQVIA, quæ nobiscum in hortulo, iuxta CAPELLAM de Ciuitate illa quam Deo volente SENATOR nunc possidet, sæpius habebat, ET OBSECRANS PER LACRYMAS, quas interdum in medio sermone prorumpens, exundante Sancti Ardoris impetu emanabat, vt illuc omni studio properemus VIAM REGIAM (Primo scilicet, Iacobe Rex, tibi Libro apertam atque explanatam) directim gradientes, SANCTORVM PATRVM vestigiis obseruantissimè inhærentes, vt nullum prorsus in diuerticulum, nullam in nouam & fallacem semitam desiliamus, ne

Psal.139.v.6. fortè in laqueos & scandala incidamus; quia, sicut ait Psalmista: Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Nam quod est, iuxta iter, hoc est extra

Ps.118.v.165. iter. De via autem quid dicit? Pax multa diligentibus legem tuam, &c. non est illis scandalum. Et quid est Lex Domini, nisi via Domini? sicut

v.32. in eodem Psalmo cantatur: Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Ergo IN VIA PAX; EXTRA VIAM, SCANDALVM. Hoc scandalum incurrunt, qui per HÆRESES ET SCHISMATA, deuiantes, PACEM CATHOLICAM, impiis contentionibus rescindunt. Hæc veteri illa Sancta GALLICANÆ SCHOLÆ Eloquentia Adelmannus Episcopus. Audiant, legant, attendant, sibi scripta intelligant Berengariani hodierni. QVADRAGESIMO NONO; ANIMAS ANTE RESVR-

v.12. RECTIONEM CORPORVM VIDERE DIVINAM ESSENTIAM: Tunc autem facie ad faciem: τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Error est igitur, negare Animas Iustorum Essentiam Dei ante generalem mortuorum resurrectionem conspecturas. Nam vtique futurum sæculum incipit, vbi desinit sæculum præsens, id est, post vniuscuiusque mortem. Quare nisi peccati debitum aliquod obstet, fateri necesse est, ex Apostoli sententia, Iustorum Animas, statim vt hinc euolarint, ad Beatificam Dei Visionem admitti. SICVT IGITVR (inquit Magnus sanè Vi-

CTORINVS HVGO) OMNIS CREATVRA EST QVASI QVODDAM I. COR. XIII.
SPECVLVM, IN QVO VIDETVR DEVS: SIC IN FVTVRO, IPSE DEVS
ERIT SPECVLVM OMNIS CREATVRÆ, IN QVO OMNIA VIDEBVN-
TVR VERIVS QVAM IN SEMETIPSIS. QVINQVAGESIMO; FIDEM A
SPE CHARITATEQVE DISTINGVI: Nunc autem manent Fides, Spes, v.13.
Charitas, TRIA HÆC: Νυνὶ δὲ μένει, Πίστις, Ελπὶς, Αγάπη, ΤΑ ΤΡΙΑ
ΤΑΥΤΑ. Valeant Hæretici qui Fidem à Spe & Charitate non dis-
tingunt, aduertere nolentes quàm apertè quàmque numeratè Pau-
lus hoc loco ea discriminet, TRIA non Vnum faciat, vltimumque
prioribus maius esse declaret. Num quidpiam se maius dici potest?
Charitas verò Maior est, quia reliquarum virtutum officia secum
adducit, earumque perfectio est, & sola, morte non excidit, sed in
Patria permanet. Vnde quinto libro De Baptismo Contra Donati-
stas, Augustinus; MANVS autem IMPOSITIO si non adhiberetur AB
HÆRESI VENIENTI, tanquam extra omnem culpam esse iudicare-
tur: PROPTER CHARITATIS autem COPVLATIONEM, quod est Ma-
ximè Donum Spiritus Sancti, sine quo non valent ad salutem quæ-
cumque alia sancta in homine fuerint, MANVS HÆRETICIS COR-
RECTIS IMPONITVR. Permanet autem, quoniam haud EX PARTE,
ἐκ μέρους, est; cùm Fides, quia est eorum quæ non videntur, ex par-
te sit; itemque spes quæ eorum est quæ non habentur. Vnde Fidem
in Visionem, Spem in Apprehensionem immota Charitate facile est
commutari. Hoc amantis, ingemiscentis ac parturientis Creaturæ so-
lemne Apostolicumque votum est. Atque ita hîc manent Fides &
Spes, Charitate ad maiora adspirante atque tendente; quas duas vir-
tutes inter CHARISMATA & CHARITATEM quasi medias feci.
QVINQVAGESIMO PRIMO; NON ESSE NECESSE ORARE DEVM I.COR XIV.
VERNACVLA AVT INTELLECTA LINGVA, DEVMQVE RESPICERE
NON VERBA, SED MENTEM PRECANTIS: Qui loquitur linguâ, v.4.
semetipsum ædificat: Ὁ λαλῶν γλώσσῃ, ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ. Quod si seipsum
ædificat is qui peregrina loquitut lingua, quam non intelligit, quis
inutile dicat aut orare aut laudare Deum, verbis non intellectis?
Nam etsi Mente non loquatur, Spiritu tamen loquitur, qui loquens
linguâ seipsum ædificat, id est, sibi ipsi proficit, vni sibi prodest:
non quòd intelligat ea quæ loquitur; sic enim etiam interptetari
posset: sed quia per Spiritum Sanctum à quo ad loquendum mo-
uetur, etiam affectus eius ad laudem excitatur Dei. Porrò quòd ad
Publicas Preces, Ecclesiastico, non Vernaculo, sermone peragen-
das adtinet, sufficiat Traditio Ecclesiæ; cui peræquè semper fuit,
ac si intelligant, Filios Dei Maternis, vel potiùs (quia à Patre omnium
dictatis) Paternis verbis loqui, solis Parentibus intellectis ac cognitis;
& cui semper periculosum visum est, verba sacra, ex quibus sacræ pre-
cationes fiunt, in peregrinas linguas transferre, & rerum antiquitatem
nouitati verborum committere. Quare sapienter ante Nicænam Sy-
nodum Concilium Laodicenum cauet, Canone quinquagesimo no-
no: QVOD NON OPORTEAT PLEBEIOS PSALMOS IN ECCLESIA

I. COR. XIV. CANTARE (hæc Dionyſij Exigui verſio eſt, at Iſidori Mercatoris ha-
» bet, AB IDIOTIS PSALMOS COMPOSITOS, ET VVLGARES) nec libros
» PRÆTER CANONEM (id eſt, non Canonicos ſiue Apocryphos) legi,
» ſed ſolùm ſacra volumina Noui Teſtamenti vel Veteris: ΟΤΙ ΟΥ
ΔΕΙ ΙΔΙΩΤΙΚΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ ΛΕΓΕΣΘΑΙ ΕΝ ΤΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ, οὐδὲ
ΑΚΑΝΟΝΙΣΤΑ βιβλία, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ, τῆς Καινῆς καὶ Παλαιᾶς Δια-
θήκης. Quid ergo vernacula illa Pſeudo-Dauidica poëſis iſtius idiotæ
MAROTI, Galliam turbat; aut iſtius Anglicana Verſio, Angliam,
quiſquis nefandus ac perditus ille ſit qui primus Anglos noſtros
docuit contra Eccleſiæ Canonem peccare? Hinc Concilij Africani
ſeptuageſimus Canon in Codicem Canonum Eccleſiæ Africanæ,
» Capitulo centeſimo tertio relatus, qui DE PRECIBVS AD ALTARE
» DICENDIS, Περὶ τοῦ πρὸς τὸ Θυσιαστήριον ἐφ᾽ ἁλῶν λέγεσθαι ἱκεσιῶν, inſcri-
» bitur, hæc habet: Placuit etiam hoc, vt PRECES quæ PROBATÆ
» fuerint IN CONCILIO, ſiue PRÆFATIONES, ſiue COMMENDATIO-
» NES, ſeu MANVS IMPOSITIONES, ab omnibus celebrentur, nec aliæ
» omnino, contra Fidem præferantur, ſed quæcumque à PRVDENTIO-
» RIBVS fuerint collectæ, dicantur: Ηρεσε καὶ τοῦτο, ὥστε τὰς κεκυρωμένας ἐν
τῇ ΣΥΝΟΔΩ ΙΚΕΣΙΑΣ, εἴτε ΠΡΟΟΙΜΙΑ, εἴτε ΠΑΡΑΘΕΣΕΙΣ, εἴτε ΤΑΣ
ΤΗΣ ΧΕΙΡΟΣ ΕΠΙΘΕΣΕΙΣ, ἀπὸ πάντων ἐπιτελεῖσθαι, καὶ παντελῶς ἄλλας
κατὰ τῆς πίστεως μηδέποτε προσενεχθῆναι, ἀλλ᾽ αἵτινες δήποτε ἀπὸ τῶν ΣΥΝΕΤΩΤΕ-
ΡΩΝ συνηχθησαν, λεχθήσονται. QVINQVAGESIMO SECVNDO; QVAMVIS
NON MENTEM, AT SPIRITVM ORARE EIVS QVI ORAT LINGVA
» NON INTELLECTA: Nam ſi orem lingua, SPIRITVS meus orat,
» MENS autem mea ſine fructu eſt: Εὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ ΠΝΕΥ-
ΜΑ μου προσεύχεται, ὁ δὲ ΝΟΥΣ μου ἄκαρπός ἐστι. Hîc ad doctiſſimam ſub-
tiliſſimamque PERRONIANÆ SCHOLÆ ſolutionem confugiatis, haud
neceſſe eſt; eo loci videlicet non de Oratione ſed de Dono Ora-
tionis agi; proindeque abuti meis verbis eos qui ad refutandam
eam, quæ verbis à Plebe non intellectis in Eccleſia fit, Orationem
detorquent. Quorſum enim declines, cùm petere aduerſarium poſ-
ſis? Potes autem maximè hoc ipſo verſiculo, ſi adtendas, Orantis
Linguâ SPIRITVM, τὸ πνεῦμα, id eſt, Partem animi ſuperiorem quæ
Affectiua eſt (Affectum Intellectiuum, Rationalem ſeu Spiritualem
dicere poſſumus) Orare, etſi mens, ὁ νοῦς, quæ Pars Intellectiua eſt,
ἄκαρπος, infructuoſa ſit ac fructu intelligentiæ careat ſuo. Affectus
» enim eleuatur in Deum. Spiritus namque (vt ait Lyranus) importat
» vim quandam motiuam: & ideo voluntas quæ eſt Affectus Intelle-
» ctiuus; vocatur hîc Spiritus, quia mouet alias animæ potentias ad
» agendum. Quocirca, etiamſi qui ſic orant, Fructum Intelligentiæ
non percipiant, ideoque nec ſenſibus per verba ſignificatis paſcan-
tur; habent tamen fructum mentis eleuatæ in Deum. Id eſt enim
Oratio, mentis in Deum eleuatio cum decentium petitione: nec à
vera Oratione fructus iſte ſeparari poteſt. Habent iidem etiam Fru-
ctum Reuerentiæ erga preces ſacras; quas etſi non intelligant, bonum
tamen & ſalutare eſſe quod iis ſignificatur, non dubitant: atque hoc
ipſum

ipſum ſibi petunt à Deo donari. Ac certè verborum intelligentiam ſæpe non ſolùm compenſat, verumetiam in hominibus verborum & ſenſuum alioqui peritis, interdum abſorbet deuotionis in Deum magnitudo. Inde ſecundo contra Epiſtolam Parmeniani libro Auguſtinus: Balaam Propheta non de populo Iſraël, ſed alienigena, CONDVCTVS AB AMICO vt Populo Dei malediceret, conuerſus à Domino ad benedicendum eſt: cuius verba omnia bene IMPRECANTIS, audimus & legimus: ET CVM ALIVD HABERET IN VOTO, VERBA TAMEN PRECANTIS ET BONA SVNT ET PRO POPVLO EXAVDIVNTVR A DOMINO. VNDE NON MIRVM EST, VERBA BONA QVÆ PRO POPVLO DICVNTVR IN PRECIBVS, ETIAMSI A MALIS DICANTVR EPISCOPIS, EXAVDIRI TAMEN NON PRO PERVERSITATE PRÆPOSITORVM, SED PRO DEVOTIONE POPVLORVM. QVINQVAGESIMO TERTIO; ORATIONEM NON INTELLECTAM EI QVI ORAT, HAVDQVAQVAM INVTILEM ESSE: Nam tu quidem bene gratias agis, ſed alter non ædificatur: Σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται. Quid igitur Nouatores obganniunt eum malè gratias agere qui linguâ non vernaculâ ac non intellectâ gratias agit? At, inquient, proximus ædificandus eſt, non autem ædificatur idiomate ignoto, proindeque peregrino ac Barbaro. Verùm non de Diuini Verbi Prædicatione agimus, nec id volui vt totus populus intelligat, ſed vt is ſaltem qui ſua reſponſione & approbatione vicem populi ſupplet: quem profectò cæteris conuenit eſſe doctiorem; & in quo, tanquam ſuo Vicario, Populus quodammodo intelligit. Vnde proximè, nempe verſiculo ſuperiori, cuiuſdam memini: QVI SVPPLET LOCVM IDIOTÆ, Ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου. Qui partes, inquam, ſuſtineat idiotæ vel idiotarum, id eſt, plebis (nam enallage numeri hîc intelligenda eſt) quique pro plebe reſpondeat, approbando Orationes, Pſalmos, Benedictiones ſiue laudes quæ in publico conuentu pronunciabantur. Hoc enim officium eſt, atque olim fuit Miniſtrorum ac Leuitarum Eccleſiæ, qui in Clerum adſcripti eſſent. Denique hîc agitur de Nouis Precibus, Nouiſque Canticis Spiritualibus probandis, quæ proferebant in medium Fideles etiam in aliena lingua, prout quiſque diuinitus inſpiratus foret, vbi vnus intelligens pro cæteris reſpondebat: cuius tamen vocem, mox etiam cæterorum acclamatio ſequeretur. Quapropter addidi verſiculo ſequente: Sed in Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, quàm decem millia verborum in lingua. Nam parum prodeſt ea loqui, quorum Eccleſia ſine Interpretationis Dono nequit eſſe interpres. Quærentibus verò quæ ſint QVINQVE VERBA, non ineptè Commentator Pelagius dicit econtrario, multò magis quærendum quæ ſunt DECEM MILLIA VERBORVM quæ à me conſultò prætermiſſa fuerunt. Ac tandem de eo qui loquitur lingua, verſu vigeſimo octauo hoc mandatum Apoſtolicum dedi: Si autem non fuerit interpres, taceat in Eccleſia; SIBI AVTEM

I. COR. XIV.

v. 17.

v. 19.

I. COR. XIV. » LOQVATVR ET DEO; vt omni ratione videlicet appareat ac constet, Orationem non intellectam, ei qui orat, haudquaquam inutilem esse. QVINQVAGESIMO QVARTO; DE LIBERO ARBITRIO
v. 32. » Et Spiritus Prophetarum Prophetis subiecti sunt: Καὶ Πνεύματα Προφητῶν, Προφήταις ὑποτάσσεται. Homines igitur, si in Propheticis, multo maximè in reliquis supernaturalibus actibus exercendis, credendi sunt domini, credendi sunt liberi. Ecquis adhuc liberum arbitrium è medio tollat, quod nec ipse rapit Propheticus Raptus? Argumentum nouum quod Nouatores hactenus nec suspicati sunt. Vbi subiectio, ibi Dominium; vbi Dominium, ibi Libertas. QVINQVAGESIMO QVINTO; DE ANTIQVITATE ET COMMVNI CON-
v. 36. » SENSV: An A VOBIS Verbum Dei processit, aut IN VOS SOLOS
» PERVENIT? Η ΑΦ' ΥΜΩΝ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν; ἢ ΕΙΣ ΥΜΑΣ ΜΟΝΟΥΣ κατήντησε; Locus aduersùs Schismata Hæresesque tutissimus munitissimusque, supra satis superque, cùm de Schismate ageremus, tractatus atque illustratus. Conuincit verò, vbi DE DISCIPLINA ECCLESIÆ, vel DE DOCTRINA ECCLESIÆ quæstio est, ad Antiquitatem respiciendum esse, quid Apostoli, quid Primi Fideles, quid eorum ordine successores docuerint, tradiderint. Vis autem Erotematici Argumenti hæc est: Neque PRIMI, neque SOLI estis Christiani; vestra Ecclesia nec PRIMA, nec SOLA est: Cur ergo non imitamini priores? cur aliis Ecclesiis non vos conformatis?
I. COR. » QVINQVAGESIMO SEXTO; DE TRADITIONIBVS: Tradidi enim vo-
XV. v. 3. » bis in primis quod & accepi: Παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον. En vbique Traditio ac LEX ORALIS, vt Hebræi vocant!
» Hinc Septima Synodus Actione septima & octaua: Si quis omnem
» Traditionem Ecclesiasticam, siue scriptam, siue non scriptam, irri-
» tam facit, Anathema: Εἴ τις πᾶσαν Παράδοσιν Ἐκκλησιαστικὴν, Ἔγγραφόν τε, ἢ Ἄγραφον, ἀθετεῖ, Ἀνάθεμα. QVINQVAGESIMO SEPTIMO; DE NECES-
» SITATE BAPTISMI: Quoniam Christus mortuus est pro peccatis
» nostris; secundùm Scripturas: Ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· κατὰ τὰς γραφάς· Consequens est, vel Christum pro Infantibus seu Paruulis, non esse mortuum; vel Pueros non sine ipso peccato originis nasci, proindeque esse Baptismi Necessitatem Absolutam. Quod quidem Nouatores in Scripturis requirere, mirum est, cùm addiderim consultò, SECVNDVM SCRIPTVRAS, κατὰ τὰς
» γραφάς. QVINQVAGESIMO OCTAVO; DE PRIMATV PETRI: Et
» quia visus est Cephæ, & post hoc vndecim: Καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα
» τοῖς Δώδεκα. Interpretatur Oecumenius, quòd inter viros primùm ap-
» paruit PETRO, tanquam PRIMARIO DVCI, VENERANDI DISCI-
» PVLORVM CHORI. Inde colligas Primatum Petri, de quo Augustinus, libro secundo De Baptismo contra Donatistas, ait, postquam Cypriani De Petro à Paulo reprehenso sententiam quamdam protulisset: Ecce vbi commemorat Cyprianus, quod etiam nos in Scri-
» pturis Sanctis didicimus, APOSTOLVM PETRVM, IN QVO PRIMA-
» TVS APOSTOLORVM TAM EXCELLENTI GRATIA PRÆMINET,

aliter quàm veritas postulabat, de Circumcisione agere solitum, à « I. COR.
posteriore Apostolo, PAVLO, esse correctum. Ac paulo post: Pu- « XV.
to quòd sine vlla sui contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apo- «
stolo comparatur, quantum attinet ad Martyrij Coronam. Cæte- «
rùm magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. «
Quis enim nescit illum APOSTOLATVS PRINCIPATVM CVILIBET «
(aliàs, PRINCIPATVI CVIVSLIBET) EPISCOPATVI PRÆFEREN- «
DVM? Sed ET SI DISTAT Cathedrarum Gratia, VNA EST TA- «
MEN MARTYRVM GLORIA. QVINQVAGESIMO NONO; DE GRA- «
TIA ET LIBERO ARBITRIO: Non ego autem, sed Gratia Dei me- « v. 10.
cum: Οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, ἡ σὺν ἐμοί. Dum More Scri- «
pturæ negatur quod minus est, vbi præ illo commendatur quod
maius aut principalius est; Gratiæ & Liberi Arbitrij Cooperatio
insinuatur: sic tamen, vt Gratia principaliùs operetur. ac si di-
xissem, correctione vsus: Non ego principaliter: aut, Non tam
Ego, quàm Gratia Dei. SEXAGESIMO; DE PECCATORVM MERI-
TIS & REMISSIONE: Quòd si Christus non resurrexit, vana est Fi- « v. 17.
des vestra: adhuc enim estis in peccatis vestris: Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγή- «
γερται, ματαία ἡ πίστις ὑμῶν· ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. Qui ergo non de-
leri sed tegi duntaxat dicunt peccata, cùm adhuc esse in peccatis
suis Baptizatos ac Fideles dicant, adstruentium dogma confirmant,
Christum à mortuis non resurrexisse, ac per consequens secundùm
eos vana est Christianorum Fides, & qui dormierunt in Christo,
perierunt; vt sequente versiculo additum est. SEXAGESIMO PRI-
MO; DE NECESSITATE BAPTISMI: Et sicut in Adam omnes mo- « v. 22.
riuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Α- «
δὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται.
Ex hoc loco colligit Epistolâ vigesimâ octauâ, quæ est ad Hiero-
nymum, Augustinus, Paruulos, sine Baptismo, quo Christo incor-
porentur, viuificari omnino non posse. Vnde Leo ille Magnus
Pont. Max. Epistolâ vigesimâ tertiâ ad Clerum & Plebem Con-
stantinopolitanæ Vrbis, referens hæc verba; Hi vtique omnes, ait, «
qui licèt in Adam sint NATI, in CHRISTO tamen inueniuntur «
RENATI. SEXAGESIMO SECVNDO; QVOD INÆQVALITATEM «
MERITORVM, INÆQVALITAS GLORIÆ SEQVATVR: Vnusquis- « v. 23.
que autem in suo ordine: Ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. Ordinem in- «
tellige, non temporis, sed dignitatis ac meritorum, vt rectè qua-
dragesimo octauo capite libri de Resurrectione Carnis, Tertullia-
nus, ante sæculi huius Nouatores, exposuit. SEXAGESIMO TER-
TIO; DE REGNO CHRISTI ET ECCLESIÆ: Oportet au- « v. 25.
tem illum REGNARE, donec ponat omnes inimicos sub pedi- «
bus eius: Δεῖ γὰρ αὐτὸν ΒΑΣΙΛΕΥΕΙΝ, ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐ- «
χθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Regnat hic in suis Christus MILITANS
dum pugnat ac vincit; posthac perfectissimè regnaturus TRIVM-
PHANS, dum suos æternùm coronabit. Præsens verò Christi Re-
gnum, quod est ECCLESIA MILITANS, adeò tamque certò duraturum

1. COR. docui, quaſi modò tantùm hoc ſpatij in finem ſæculi, decurſu re-
XV. gnaturus foret; addens, DONEC PONAT. Sileant Nouatores. SEXA-
v.29. » GESIMO QVARTO; DE PVRGATORIO: Alioquin quid facient qui
» Baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt? vt
» quid & Baptizantur pro illis? Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ Βαπτιζόμενοι ὑπὲρ
τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ Βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;
Commentarius Hieronymi De Purgatorij Baptiſmo, quem per
BAPTISMVM IGNIS intellexit, (in illum tertio Matthæi verſiculum,
Matt. 3. » vbi Ioannes Baptiſta de Domino prædixit: Ipſe vos BAPTIZABIT
v.11. » in Spiritu Sancto & IGNE) mouit pleroſque vt hunc ſenſum huic
locç attribuerent: Fruſtra quidam pro mortuis iuuandis orando,
ieiunando, aliaque dura ſubeundo, ſeſe fatigant & affligunt, ſi
mortui non reſurgunr. Facit ergo etiam contra Nouitatem hic lo-
cus. SEXAGESIMO QVINTO; DE LICITO IVREIVRAN-
1 Cor.15. » DO: Quotidie morior PER veſtram gloriam, Fratres: Καθ' ἡμέ-
v.31. ραν ἀποθνήσκω, ΝΗ τὴν ὑμετέραν καύχησιν. Diuus Auguſtinus non ſo-
lùm legit PER GLORIAM VESTRAM; verum etiam ex eo APO-
STOLVM PAVLVM ſanctè iuraſſe docet: & proinde Iuramen-
tum non eſſe Chriſtianis ſimpliciter & vniuersè prohibitum, vt Pe-
lagius volebat, vt hodierni Sectarij renouant. Cæcus ſit qui non
videat, modò legerit Auguſtinum, libro primo De Sermone Do-
mini in Monte, capite decimo ſeptimo; Sermone vigeſimo octa-
uo, De Verbis Apoſtoli, capite quinto; in Explanatione Epiſtolæ
ad Galatas, capite primo; & in Epiſtola octuageſima nona ad Hi-
larium, Quæſtione quinta. Quibus omnibus locis, vt indubita-
tè probet Apoſtolum iuraſſe, Græcum contextum adfert: in quo
legitur, Νὴ, id eſt, PER; Aduerbium Iurantis. Immo agens de
eodem, libri tertij De Doctrina Chriſtiana capite quarto, dicit quen-
» dam Interpretem ex Græco vertiſſe; Quotidie morior, PER Ve-
» ſtram IVRO Gloriam. Quin & Paraphraſtes Syrus omnino ha-
» bet; IVRO per Gloriam Veſtram, Fratres mei. SEXAGESIMO
SEXTO; DE INÆQVALITATE GLORIÆ, EX INÆQVA-
v. 40. » LITATE MERITORVM: Sed alia quidem Cæleſtium Gloria,
» alia autem Terreſtrium: Ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν Ἐπουρανίων Δόξα, ἑτέρα δὲ
ἡ τῶν Ἐπιγείων. Perſeuerantium vſque in finem Fidelium omnium
quidem Gloria, ſed Inæqualis Gloria. Pro meritorum enim di-
uerſitate, quæ inter Bonos Fideles maxima eſt, permagna quo-
que futura in reſurgentium corporibus, Gloriæ diuerſitas; velut
ſi gloriam cæleſtium corporum, cum gloria terreſtrium confe-
ras. Quod certè dictum haud parum ad Imperfectorum, ſeu Mi-
nùs Perfectorum Conſolationem facit; ne dum ſe infra Perfectos,
tanquam Cæleſtes, longè poſitos vident, Beatam Reſurrectionem
deſperent; cùm ſit & Terreſtrium Gloria. Vnde Tertullianus, li-
bro De Reſurrectione Carnis, capite quinquageſimo ſecundo, ad
» hunc modum philoſophatur: Alia caro Hominis, id eſt, SERVI
» DEI, qui verè homo eſt: Alia Iumenti, id eſt, ETHNICI: Alia

Volucrum, id est, Martyrum, qui ad superiora conantur: Alia Pi- « I. COR.
scium, id est, QVIBVS AQVA BAPTISMATIS SVFFICIT. Ipse verò « XV.
Augustinus, in Epistola centesima quadragesima sexta, ad Consen-
tium (cuius etiam verba à Beda repetuntur) totum sine exceptio-
ne ad Electos retulit: quorum in resurrectione, Gloria, inquit, Me- «
ritorum distabit. SEXAGESIMO SEPTIMO; INÆQVALEM FORE «
BEATITVDINEM SANCTORVM: Alia Claritas Solis, alia Claritas « v. 41.
Lunæ, & alia Claritas Stellarum. Stella enim, à Stella differt in «
Claritate, sic & Resurrectio Mortuorum: Ἄλλη δόξα Ἡλίου, καὶ ἄλλη «
Δόξα Σελήνης· καὶ ἄλλη Δόξα Ἀστέρων· Ἀστὴρ γὰρ Ἀστέρος ΔΙΑΦΕΡΕΙ ΕΝ ΔΟΞΗ.
Οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. Quibus significaui verbis, inter Perfe-
ctiores Electos, qui velut Cæli Luminaria, sanctitate vitæ in terris
fulserint, magnam adhuc diuersitatem fore, pro diuersitate variaque
conditione huius vitæ meritorum. Vrget, nec ineptè, post Aquina-
tem Lyranus, per Solem intelligi posse Christum; per Lunam, Vir-
ginem Deiparam Mariam: per Stellas, reliquum Electorum cœtum.
Glossator, Ambrosianum Commentarium sequutus, Interpretatur,
Vt Claritati Solis, illorum dignitas exæquetur, qui centesimum « Matt. 13.
numerum habent: Lunari Claritati, qui sexagesimum: Stellis ve- « v. 8.
rò, qui tricesimum quæsierunt. Ex illa ad id Augustini allusione «
desumpsit, Sermone quadragesimo sexto, De Verbis Domini:
Aliter ibi lucebit Virginitas, aliter ibi lucebit Castitas Coniugalis, «
aliter ibi lucebit SANCTA VIDVITAS. Totus igitur hic locus con- «
tra Nouos Iouinianistas demonstrat; Deum Hominibus largitu-
rum præmia Beatitudinis pro ratione meritorum diuersa: quod
Dominus in Euangelio significauit, dicens; In domo Patris mei « Ioan. 14.
Mansiones multæ sunt, Ioannis decimo quarto. SEXAGESIMO « v. 2.
OCTAVO; DE OPERVM MERITIS ET RETRIBVTIONE: Abun « 1. Cor. 15.
dantes IN OPERE DOMINI semper, scientes quòd labor vester « v. ult.
non est inanis in Domino: Περισσεύοντες ΕΝ ΤΩ ΕΡΓΩ ΤΟΥ ΚΥ- «
ΡΙΟΥ πάντοτε, εἰδότες ὅτι Ο ΚΟΠΟΣ ὑμῶν, οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ. Elo-
quenter libro ad Constantinum Imp. sexto Lactantius, capite quar-
to: Via verò illa Cælestis, difficilis & cliuosa proposita est, vel spi- «
nis horrentibus aspera, vel saxis exstantibus impedita, vt cum sum- «
mo labore ac pedum tritu, cumque magna cadendi solicitudine «
sit cuique gradiendum. In hac posuit Iustitiam, Temperantiam, «
Patientiam, Fidem, Castitatem, Abstinentiam, Concordiam, «
Scientiam, Veritatem, Sapientiam, cæterasque Virtutes, sed si- «
mul cum his Paupertatem, Ignominiam, Laborem, Dolorem, «
Amaritudines omnes. Quisquis enim spem suam porrexerit lon- «
giùs, & meliora maluerit, carebit his terræ bonis, vt expeditus ac «
leuis, difficultatem viæ superet. NEC ENIM POTEST, QVI SE AP- «
PARATV REGIO CIRCVMDEDERIT, AVT DIVITIIS ONERAVE- «
RIT, ANGVSTIAS ILLAS VEL INGREDI VEL TENERE. Vnde «
intelligitur idcirco malis & iniustis faciliùs prouenire quæ cupiant, «
quia prona & decliuis est eorum via: bonis autem quæ optent, «

I. COR. XV. » difficilè procedere, quia difficili & arduo itinere gradiuntur. Iustus ergo, quoniam durum aſperumque iter ingreſſus eſt, contemptui, deriſui, odio ſit neceſſe eſt. OMNES ENIM QVOS CVPIDITAS AVT VOLVPTAS PRÆCIPITES TRAHIT, INVIDENT EI QVI VIRTVTEM CAPERE POTVIT, ET INIQVE FERVNT ID HABERE ALIQVEM, QVOD IPSI NON HABENT. Erit itaque pauper, humilis, ignobilis, ſubiectus iniuriæ, & tamen omnia quæ amara ſunt, perferens. Et ſi patientiam iugem, ad ſummum illum gradum finemque perduxerit, dabitur ei CORONA VIRTVTIS, & à Deo, pro laboribus quos in vita propter iuſtitiam pertulerit, immortalitate donabitur. Hæ ſunt viæ quas Deus humanæ vitæ aſſignauit: in quibus ſingulis & bona oſtendit & mala, ſed ordine præpoſtero atque conuerſo. In vna enim monſtrauit Temporalia priùs Mala cum Æternis Bonis, qui eſt ordo melior: in altera, Temporalia priùs Bona cum Æternis Malis, qui eſt ordo deterior: vt quicunque præſentia mala cum iuſtitia delegerit, maiora & certiora conſequatur bona, quàm fuerunt illa quæ ſpreuit: quiſquis autem præſentia bona præpoſuerit iuſtitiæ, in maiora & longiora incidat mala, quàm fuerunt illa quæ fugit. Hæc enim Vita Temporalis, quia breuis eſt, idcirco & bona eius & mala, breuia ſint neceſſe eſt: illa verò Spiritalis, quæ huic Terrenæ contraria eſt, quoniam ſempiterna eſt, idcirco & bona eius & mala ſempiterna ſunt. ITA FIT, VT ET BONIS BREVIBVS MALA ÆTERNA, ET MALIS BREVIBVS BONA ÆTERNA SVCCEDANT. ITAQVE CVM SIMVL PROPOSITA SINT HOMINI BONA ET MALA, CONSIDERARE VNVMQVEMQVE SECVM DECET, QVANTO SATIVS SIT, PERPETVIS BONIS MALA BREVIA PENSARE, QVAM PRO BREVIBVS ET CADVCIS BONIS, MALA PERPETVA SVSTINERE. Nam ſicut in hoc ſæculo, cùm eſt propoſitum cum hoſte certamen, priùs laborandum eſt, vt ſis poſtmodum in otio; eſuriendum, ſitiendum, æſtus, frigora perferenda, humi quieſcendum, vigilandum, periclitandum eſt, vt ſaluis pignoribus, & domo, & re familiari, & omnibus PACIS ET VICTORIÆ BONIS perfrui poſſis: ſin autem præſens otium malueris quàm laborem, malum tibi maximum facias neceſſe eſt: præoccupabit enim aduerſarius non reſiſtentem, vaſtabuntur agri, diripietur domus, in prædam vxor ac liberi venient, & tu ipſe interficiere aut capiere: quæ omnia ne accidant, præſens commodum differendum eſt, vt maius longiuſque pariatur: Sic in omni hac vita, quia nobis aduerſarium Deus reſeruauit, vt poſſemus CAPERE VIRTVTEM, omittenda eſt præſens voluptas, ne hoſtis opprimat; vigilandum, ſtationes agendæ, militares expeditiones obeundæ, fundendus ad vltimum cruor, omnia denique amara & grauiora patienter ferenda, eò quidem promptiùs, quò nobis IMPERATOR NOSTER DEVS præmia pro laboribus

æterna constituit. Et cùm in hac Terrena Militia, tantum homines laboris exhauriant, vt ea sibi pariant, quæ possunt eodem modo perire quo parta sunt: certè nobis nullus labor est recusandus, quibus id acquiritur, quod nullo modo possit amitti. Voluit enim Deus qui homines ad hanc militiam genuit, expeditos in acie stare, & intentis acriter animis, ad vnius hostis insidias vel apertos impetus vigilare, qui nos, sicut periti & exercitati duces solent, variis artibus captat, pro cuiusque natura & moribus sæuiens. Aliis enim cupiditatem insatiabilem immittit, vt opibus suis tanquam compedibus illigatos à via veritatis excutiat: Alios inflammat iræ stimulis, vt ad nocendum potiùs intentos, à Dei contemplatione detorqueat: Alios immoderatis libidinibus immergit, vt voluptati & corpori seruientes ad virtutem respicere non possint: ALIIS VERO INSPIRAT INVIDIAM, VT SVIS IPSI TORMENTIS OCCVPATI, NIHIL COGITENT ALIVD, NISI EORVM QVOS ODERINT, FELICITATEM: Alios inflat ambitionibus. hi sunt qui ad gerendos magistratus omnem vitæ suæ operàm curamque conuertunt, vt fastos signent, & annis nomen imponant. Quorumdam cupiditas tendit altiùs, non vt prouincias Temporali Gladio regant, sed vt infinita & perpetua potestate dominos se dici velint vniuersi generis humani. QVOS AVTEM PIOS VIDERIT, VANIS IMPLICAT RELIGIONIBVS, VT IMPIOS FACIAT. Iis verò qui Sapientiam quærunt, Philosophiam in oculos impingit, vti specie lucis excæcet, ne quis comprehendat ac teneat Veritatem. Sic hominibus obstruxit aditus omnes, & obsepsit vias, PVBLICIS LÆTVS ERRORIBVS, quos vt discutere possemus, ipsumque auctorem malorum vincere, illuminauit nos Deus, & armauit Vera Cælestique Virtute ;. de qua nunc mihi disserendum est. Hæc Lactantius. Porrò Bona Opera, OPVS DOMINI, Ἔργον Κυρίου, appello: tum quia Dominus ea diligit exigitque à nobis, vt Theophylactus exponit; vel quia Dominus ea operatur in nobis, vt secundo Philippensium docui, vbi de Epaphrodito loquens, OPVS CHRISTI, quod capite huius ad Corinthios Epistolæ sequenti, OPVS DOMINI, de Timotheo agens, dixi; illud quo specialtim quis studet Christi Domini Euangelio promouendo. Rursus Opera Bona, LABOREM, τὸν Κόπον, nomino, quòd non sine labore & molestia fiant. Ostendit autem hæc Apostolica adhortandi formula, quàm falsum, quàm erroneum, quàm delirio ac portento simile quod Hæretici docent, in Operibus Bonis ad Mercedis à Deo propositæ retributionem non esse respiciendum. Acutiùs autem an sapientiùs Hormisdas Papa Epistolâ ad Monachos Secundæ Syriæ (cuius Græco-Latinum exemplum Actione quinta Concilij Constantinopolitani sub Agapeto & Menna exstat) scripsit, de Domino loquens? NON DELICATA, NON ADVLATORIA NOBIS DOMINVS NOSTER PROMISIT. ILLE PRÆMIA PROMISIT, NON

1. COR. XV.

Phil. 2. v. 30.

1. Cor. 16. v. 10.

I.COR. XV. » OCIA: NON CONVENIVNT LAVS ET PIGRITIA. QVIS REMVNE-
» RATIONIS ERIT MODVS, SI NVLLA SIT CVRA VIRTVTIS? AR-
Matt. 7. v. 14. » CTA EST PORTA, SED AMPLVM REGNVM. PAVCIS EST INTROI-
» TVS, SED EST PROBIS: Οὐ Τρυφηλὰ ἡμῖν ὁ Κύριος ἡμῶν, οὐ Κολακευτικὰ ἐπηγγείλατο· Ἐκεῖνος ΕΠΑΘΛΑ προέχετο, οὐκ ΑΡΓΙΑΣ· Οὐ συμβαίνουσιν Ἔπαινος καὶ Ραθυμία. Τίς τῆς ΑΝΤΑΜΕΙΨΕΩΣ ἔσται τρόπος, εἰ ἐπιμέλεια ᾖ φροντὶς τῆς ἀρετῆς; Στενὴ ἡ πύλη, ἀλλὰ πλατεῖα τὰ ΒΑΣΙΛΕΙΑ. Ὀλίγοις ἡ εἴσοδος, ἀλλὰ τοῖς δοκίμοις. SEXAGESIMO NONO; DE PRÆCEPTIVA EC-
I. COR. XVI. v. 1. » CLESIÆ PRÆFECTORVM POTESTATE: De Collectis autem quæ
» fiunt in Sanctos, sicut Ordinaui Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite:
» Περὶ δὲ τῆς Λογίας, τῆς εἰς τοὺς Ἁγίους, ὥσπερ Διέταξα ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. Ordinationem Græci Præceptum disertè interpretantur, cùm adnotant, Apostolum non dixisse Hortatus sum, aut Suasi, sed ORDINAVI, Διέταξα; videlicet Necessitatem
» Præcepti imponens. Vnde & Præceptiuè Corinthiis dicit: Ita & vos
» facite. Quod obseruandum propter Hæreticos, PRÆCEPTIVAM POTESTATEM Ecclesiæ Præfectis adimentes. SEPTVAGESIMO; DE
v. 2. » OPERE ELEEMOSYNÆ: Per vnam Sabbathi vnusquisque vestrum
» apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit, vt non cùm ve-
» nero, tunc Collectæ fiant: Κατὰ μίαν Σαββάτων, ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅ,τι ἂν εὐοδῶται. ἵνα μὴ, ὅταν ἔλθω, τότε Λογίαι γίνωνται. Vulgatus Interpres, εὐδοκῇ, pro εὐοδῶται, legisse visus est: cùm tamen in εὐοδῶται, vis longè sit maior: cùm εὐοδοῦν, non modò ad Viæ, vt
Rom 1. v. 10. Romanorum primo, sed & ad Vitæ rerumque omnium prosperos
3. Ioan. v. 2. successus significandos, vt Ioannis tertiâ, tam institutum quàm translatum sit. Itaque sensus est, vt quisque conferat pro ratione prosperitatis (vt ita loquar) quam à Domino obtinuerit. Vnde nonnulli & rectè ad vim Græcam, interpretati sunt, QVOD SVCCESSERIT. Nam Græci verbi propria significatio est, PROSPERARI IN VIIS, id est, actionibus suis prosperè agere. Quo etiam vsi sunt LXX. cùm alibi tum in Psalmo primo, vbi de Viro Iusto ac Pio,
Ps. 1. v. 3. » Latinè legitur; Et omnia quæcunque faciet, PROSPERABVNTVR. Volui ego dicere: Prout cuique benedixerit Deus, ac prouentum prosperauerit pro modo facultatum seu Lucri Hebdomadarij, quisque seponat & cumulum faciat, in Publicam Collectam tribuendum. Latet igitur in hoc verbo argumentum quod Latinus Interpres non expressit, nempe vt aliquotam partem eius quod Dei benignitate sumus consecuti, liberaliter ipsius Membris largiamur. Locus Moralis ad hortandam simili modo Plebem, vt de iusto lucro totius Hebdomadæ, portionem aliquam in Eleemosynas Pauperum seponant: eoque pacto apud Deum sua redimere peccata studeant. Porrò quanti Eleemosynæ Opus fecerim, non modò ex hoc loco patet, verum etiam ex versiculo sequenti, vbi eam GRATIAM, τὴν Χάριν, voco, & posterio-
2. Cor. 8 v. 1. ris ad Corinthios, capite octauo, GRATIAM DEI, τὴν Χάριν τοῦ Θεοῦ, ac GRATIAM ET COMMVNICATIONEM MINISTERII, τὴν Χάριν, καὶ τὴν Κοι-
2. Cor 9. v. 5. νωνίαν τῆς Διακονίας. eiusdemque capite nono, BENEDICTIONEM, Εὐλο-

γίαν, atque ibidem ex Psalmo vndecimo supra centesimum, IVSTITIAM, Δικαιοσύνην. Ac tandem, veluti epiphonemate ac propositi capitisque clausula, Eleemosynæ attentiùs considerans multiplicem fructum, tam in dante, quàm in accipiente, Eleemosynam INENARRABILE DONVM, Ανεκδιήγητον Δωρεὰν, exclamo. Hinc meritò Concilium Gangrense, Canone octauo, Episcopalem Pauperum Curam, BENEFICENTIÆ DISPENSATIONEM, Οἰκονομίαν Εὐποιΐας, sapienter appellat. Quam appellationem eo loci Dionysius Exiguus, Gangrensium Canonum è Græco Vetus Interpres, periphrasi sui sæculi vsus, DISPENSANDAM MISERICORDIAM PAVPERIBVS, Latinè reddidit: quod meliùs Græcum fontem secuta hac in parte Altera Editio, siue secundus Interpres, cuius superior interpretatio est. SEPTVAGESIMO PRIMO; QVOD FIDES AMITTI POSSIT, ET QVOD NON TANTVM PRÆDESTINATORVM SIT FIDES: Vigilate, state in Fide, viriliter agite & confortamini: Γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε. Frustra, OPTIME IACOBE, De Stando in Fide, suadeam, horter ac laborem, immo, vt primo capite Epistolæ sequentis, gaudeam, si semel arrepta Fides ruere nequit: si Prædestinatorum tantùm est Fides, eo quo Sectarij loquuntur sensu. Verè Fides est donum Dei, vnicuique Christiano sollicitè omni custodia custodiendum. Difficilè enim retinetur, quod difficilè tenetur. Atque hic Tertiæ nostræ Epistolæ, id est, Prioris ad Corinthios, finis. Ergo dum his documentis POPVLVS CHRISTI Catholicè eruditur, tempus est vt EPISCOPVS CHRISTI Apostolicè instituatur. Cùm enim Ecclesia, vt vulgò ac breuiter Cyprianus docet, nihil aliud sit quàm EPISCOPVS & POPVLVS; Populo qui Corpus est, Episcopum qui est Caput, imponamus. Hoc autem præstitimus in PONTIFICALIBVS EPISTOLIS nostris; quæ TRES numero sunt, quarum prima nunc occurrit ad Timotheum Prior, quarta ordine nostræ Scriptionis. QVARTA igitur Epistola nostra, quæ est AD TIMOTHEVM PRIOR, non De Oratore Perfecto, sed DE PERFECTO EPISCOPO, siue DE OFFICIO EPISCOPI agit; totaque Pontificalis est, & aduersùs Schismata Hæresesque munitissima: vtpote è Macedonia hoc argumento paulo post scripta, quàm Paulus Timotheum Ephesi reliquisset, id est, (vt auctores sunt ac tradunt, Eusebius libro tertio Ecclesiasticæ Historiæ, capite quarto; & Sophronius apud Hieronymum in Catalogo; ac auctor Epistolæ Ignatij ad Ephesios) Ephesinum Episcopum inaugurasset: quod in Annum Christi incidit quinquagesimum septimum, Petri verò decimum tertium, si priscorum temporum annales, REX IACOBE, memoriâ tenes. Tum demum sequentes Episcopales Canones, velut Episcopalem Regulam, scripsi: vbi primùm non solùm GRATIAM & PACEM, quod in cæteris Epistolis nostris solemne est; sed etiam MISERICORDIAM, Timotheo precatus sum, tanquam Singularem ac Pontificalem Salutem; vt

I. COR. XVI. PCIII. v. 9.

« v. 13.

CAP. XLIIX.

I. TIM. I.

I. TIM. I. Plenitudinis Misericordiæ Dei dispensator Episcopus, intelligat, se MISERATIONE DIVINA, ac Deo auctore præesse, Si in GRATIA & PACE videat se misericorditer prodesse. Canon PRIMVS DE ECCLESIASTICA ET EPISCOPALI POTE-
v. 3. » STATE: Sicur rogaui te vt remaneres Ephesi, cùm irem in Ma-
» cedoniam, vt DENVNCIARES quibusdam: Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, ἵνα ΠΑΡΑΓΓΕΙΛΗΣ τισί. DENVNCIANDI enim, seu PRÆCIPIENDI vocabulum, παραγγέλλειν, Potestatem significat, proculdubio tum in Iudaïzantes & Simonianos maximè exercendam. SECVNDVS; DE VNI-
» TATE ECCLESIÆ: Ne aliter docerent: ΜΗ ΕΤΕΡΟΔΙΔΑΣΚΑΛΕΙΝ. Ecclesia enim VNA est, & Veritas Ecclesiæ VNA. Itaque Peregrinum est, Schismaticum est, Hæreticum est, quidquid est ALTERVM, quidquid est diuersum. Vnde vsitatum
Rom. 2. v. 1. est, Ετερον, pro Diuerso ac Peregrino accipere: vt Romanorum
1. Cor. 14. v. 17. secundo, & prioris Corinthiorum decimo quarto. TERTIVS; DE SANA DOCTRINA, AC DE DIFFERENTIA PECCA-
1. Tim. 1. v. 9. » TI MORTALIS A VENIALI: Sciens hoc, quia Lex Iusto non
» est posita, sed Iniustis, & non subditis, (vno verbo, vt legit Am-
» brosianus, INOBSEQVENTIBVS) Impiis & Peccatoribus, Sce-
» leratis & Contaminatis, Parricidis & Matricidis, Homicidis, For-
» nicariis, Masculorum-concubitoribus, Plagiariis, Mendacibus, Per-
» iuris, & si quid aliud SANÆ DOCTRINÆ aduersatur: Εἰδὼς τοῦτο, ὅτι Δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, Ἀνόμοις δὲ καὶ Ἀνυποτάκτοις, Ἀσεβέσι καὶ Ἁμαρτωλοῖς, Ἀνοσίοις καὶ Βεβήλοις, Πατραλῴαις καὶ Μητραλῴαις, Ἀνδροφόνοις, Πόρνοις, Ἀρσενοκοίταις, Ἀνδραποδισταῖς, Ψεύσταις, Ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ
» Ὑγιαινούσῃ Διδασκαλίᾳ ἀντίκειται. Quomodo hæc duo; IVSTO NON
Ps. 118. v. 33. » EST LEX POSITA, & LEGEM PONE MIHI DOMINE, concilianda sint, docet Augustinus, Concione vndecima in Psalmum centesimum decimum octauum. Cæterùm vbi Apostolicè enumerantur ij quibus Lex posita est; consequitur, omnia hæc Peccatorum genera; mortalia esse; per quæ nimirum fiat vt homo Iustus non sit, sed Iniustus; & per hoc, Legis onere pressus. Ex quo contra Nouatores patet, esse quædam Peccata quæ non impediant quominus quis verè dicatur, & sit Iustus; & proinde Legem verè seruet atque impleat, & non tantùm imputatiuè, vt pueriliter garriunt. Ea Peccata sunt quæ Catholici Venialia vocant; sine quibus impossibile est, etiam Iustos ducere hanc vitam. Non igitur omnia Peccata, vt Sectarij isti volunt, mortalia sunt, & gehennæ, quam Lex minatur, obnoxium faciunt; sed necessariò agnoscendum est Mortalium & Venialium discrimen, quod vel inconsultò vel stultè negant. Dicuntur autem aduersari Sanæ Doctrinæ, non quæcumque Peccata, sed ea solùm quæ Hominem simpliciter Iniustum ac Legis Transgressorem constituunt; qualia sunt de quibus hîc sermo. Non quasi Peccatum aliquod non sit contra vllam Dei Legem; sed quia Venialia,

ſicut imperfectam habent Peccati rationem, ita & Legi Dei imperfectè repugnant, quatenus non exſtingunt Dilectionem Dei ex toto corde. Vndę nec ſimpliciter ab illis quiſquam Præuaricator ac Legis Tranſgreſſor vocatur: quod ſecus de Mortalibus, etiam ſingulis, ſe habet, vt ex ſecundo Iacobi conſtat. Porrò SANAM DOCTRINAM vocamus, integram & incorruptam, cuius frequenter in Epiſtolis ad Timotheum & Titum meminimus; quòd ad Epiſcopos ſcriberemus, quibus ante omnia curæ eſſe debet, vt Chriſtiana & Apoſtolica Doctrina, pura ab omni corruptione conſeruetur. QVARTVS; DE PECCATO ORIGINALI, ET CHRISTO REDEMPTORE: Fidelis Sermo & omni acceptione dignus; quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum Peccatores ſaluos facere: Πιςὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριςὸς Ιησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, ἁμαρτωλοὺς σῶσαι. Ambroſianus olim legebat, HVMANVS SERMO; necnon & AVGVSTINVS, libro primo DE PECCATORVM MERITIS & REMISSIONE: cuius lectionis etiam Hieronymus in Epiſtola centeſima ſecunda ad Marcellam, & Beatus Thomas in Commentario, meminerunt. Ex hoc autem loco, duo colligere Theologi poterunt; Alterum, Omnes qui per Chriſtum ſaluantur, Peccatores fuiſſe, nemine excepto; Alterum, Quoniam Chriſtus, non ſolùm Adultorum verùm etiam Paruulorum Saluator eſt; ipſo dicente, SINITE PARVVLOS AD ME VENIRE, Matthæi decimo nono; etiam Paruulos recèns natos, eſſe Peccatores; quemadmodum ex ea doctrina, bene contra Pelagianos concludit Auguſtinus, Sermone nono & decimo De Verbis Apoſtoli; & libro primo De Peccatorum Meritis, capite decimo ſeptimo, vigeſimo ſexto, & vigeſimo nono. QVINTVS; DE SACRIS EPISCOPORVM ELECTIONIBVS, DEQVE EARVMDEM PER SPIRITVM SANCTVM REVELATIONE, AC PER CONSEQVENS, SANCTVM ET A SPIRITV SANCTO INTENTVM ESSE EPISCOPALE MVNVS; ET ECCLESIÆ PRÆSIDERE SPIRITVM SANCTVM: Secundùm præcedentes in te Prophetias, Κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ Προφητείας. De Electionibus Epiſcoporum Primitiuæ Eccleſiæ adnotat Chryſoſtomus, taliumque Dionyſius meminit in Eccleſiaſtica Hierarchia: ſemperque profectò in Eccleſia aliquod huiuſcemodi exemplum ſequentibus Sæculis illuſtre fuit. Illud autem, IN TE, Græcè, ἐπὶ σὲ, id eſt, SVPER TE, vt Ambroſianus legit, ſi doctè adtendas, diuini nominis inuocationem in Pontificis caput ſonat, propter quam ſacramque Chriſmatis vnctionem, dum Deus diſponit Teſtamentum ſuum SVPER CAPVT EIVS, Epiſcopus, SACRVM CAPVT, Ιερὰ κεφαλὴ, dictus eſt, & Epiſcopi caput reuerenter oſculari, vt in Patrum ſcriptis paſſim legitur, religioſus mos erat. SEXTVS; DE DISTINCTIONE CHARITATIS ET BONÆ CONSCIENTIÆ, A FIDE; ET QVOD FIDES, SINE CHARITATE ET BONA CONSCIENTIA ESSE POSSIT: Habens Fidem & Bonam Conſcientiam, Εχων Πίςιν, καὶ Αγαθὴν Συνείδησιν: Probatur, dum præter Fidem exigo Conſcientiam Bonam. Quod

Marginal notes: I. TIM. I. — Iacob. 2. v. 9. — 1. Tim. 1. v. 15. — Matt. 19. v. 14. — 1. Tim. 1. v. 18. — Ps. 82. v. 6. — 1. Tim. 1. v. 19.

1.TIM.1. » quidem clariùs ex ſequentibus verbis patet: Quam quidam repel-
» lentes, circa Fidem naufragauerunt: Ἥν ΤΙΝΕΣ ἀπωσάμενοι, περὶ τὴν
πίστιν ἐναυάγησαν. Hunc enim ſenſum vel ipſa Nouatorum Latina è
» Græco interpretatio conuincit; Quâ expulsâ, NONNVLLI Naufra-
» gium Fidei fecerunt. Et certè optimè quadrat in Sæculi huius Hæ-
reticos, ac præſertim Hæreſiarchas, quorum vix vllus eſt cui non
» Mala Conſcientia Rectam Fidem extorſerit. FIT ENIM IVSTO DEI
» IVDICIO (inquit Sanctus Proſper) VT AMITTAT INVTILEM FI-
» DEM, QVI NOLVIT EXERCERE CHARITATEM: quod valde ad vi-
tanda cauendaque diuina iudicia notandum eſt. SEPTIMVS; DE
BONO AC MALO EXCOMMVNICATIONIS, DEQVE SCHISMATICIS
v. 10. » ATQVE HÆRETICIS EXCOMMVNICANDIS: Ex quibus eſt Hyme-
» næus & Alexander, quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphe-
» mare: Ὧν ἐστιν Ὑμέναιος, καὶ Ἀλέξανδρος, οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παι-
δευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. OCTAVVS; DE AGENDI ORDINE, SIVE DE
OFFICIO ET CANONE MISSÆ, AC DE MYSTICIS PRECIBVS QVAS
1.TIM II. » RECITAT SACERDOS AD ALTARE: Obſecro igitur primùm o-
v. 1. » mnium fieri OBSECRATIONES, ORATIONES, POSTVLATIONES,
» GRATIARVM ACTIONES: Παρακαλῶ οὖν, πρῶτον πάντων, ποιεῖσθαι
ΔΕΗΣΕΙΣ, ΠΡΟΣΕΥΧΑΣ, ΕΝΤΕΥΞΕΙΣ, ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΣ. At hic locus
ſupra fusè admodum tractatus ac penitus illuſtratus eſt in Tracta-
tu DE SACRIFICIO, ex Quæſtione quinta Auguſtini, Epiſtolâ quin-
quageſimâ nonâ, ad Paulinum; cuius auctoritate Orthodoxum at-
que Catholicum eſt hunc propriè Apoſtolicum locum interpretari
De Sacrificio Altaris: vt OBSECRATIONES, Δεήσεις, ſint Preces quæ
fiunt in Miſſa, ante Conſecrationem; ORATIONES, Προσευχαὶ, poſt
Conſecrationem vſque ad Orationem Dominicam; POSTVLATIO-
NES, Ἐντεύξεις, cùm Populus benedicitur; GRATIARVM ACTIONES,
Εὐχαριστίαι (quas POSTCOMMVNIONES vulgò nunc dicimus) ſiue vlti-
mæ COLLECTÆ, quibus PARTICIPATO TANTO SACRAMENTO
Sacroſancta Synaxis concluditur. Hinc generaliùs Chryſoſtomus,
Ambroſianus, & Proſper, libro primo De Vocatione Gentium, ca-
pite duodecimo, explicant hunc locum, eo prorſus modo quo de-
cimum tertium Actuum; nempe De Publicis Eccleſiæ Precibus,
quæ in conuentibus Eccleſiæ per Miniſtros eius, ſimul orante cum
eis Populo, fiunt; ſub quibus, vt nobiliſſima pars, & Sacrificium, vti
ſæpius dictum eſt, comprehenditur. NONVS; DE CONCORDIA
INTERCESSIONIS CHRISTIANÆ PRO FRATRIBVS CVM OFFICIO
v. 1. » MEDIATORIS AC REDEMPTORIS: Pro omnibus hominibus, PRO
» REGIBVS, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, Ὑπὲρ πάντων ἀνθρώ-
πων, ΥΠΕΡ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων. Quî enim In-
terceſſio Sanctorum potiùs quàm Peccatorum detrahat Officio Me-
diatoris, ac Redemptoris? Nunquid vos Apoſtolus pro aliis iubeat
eſſe Interpellatores, & non ſinat Beatos pro iiſdem eſſe Interceſ-
ſores? Circa verò Sacrificium, edico; vt Sacrificales Preces caueant,
ne prohibeant fieri REGES: quod primum omnium, ſiue, ante
omnia,

omnia, & ante omnes pro REGIBVS fieri debere Auctoritate Apo- I. TIM. II.
stolica, & promulgaui & ordinaui propter REGES. Quicumque er-
go Catholicus poscenti rationem fidei, cur pro REGIBVS, siue pro
salute REGVM ac Principum sacrificet; hanc ex me tam præsenti,
quàm superiori versiculo, exque DOCTRINALI INTERPRETE MEO,
Augustino reddiderit: indemnatus, ab accusante quantumuis ini-
quissimo, à Nouatore profectò discedat necesse est. En apud Ma-
gnum illum Constantium Imperatorem gloriatur, Christianorum
disertissimus elegantissimusque, Lactantius, extremo libro suo DI-
VINARVM INSTITVTIONVM ADVERSVS GENTES: Erat congruens, «
VT IN FORMANDO GENERIS HVMANI STATV, te auctore ac mini- «
stro Diuinitas vteretur; CVI NOS QVOTIDIANIS PRECIBVS SVP- «
PLICAMVS, VT TE IN PRIMIS, QVEM RERVM CVSTODEM VO- «
LVIT ESSE, CVSTODIAT; DEINDE INSPIRET TIBI VOLVNTA- «
TEM, QVA SEMPER IN AMORE DIVINI NOMINIS PERSEVERES: «
QVOD EST OMNIBVS SALVTARE, ET TIBI AD FELICITATEM, «
ET CÆTERIS AD QVIETEM. Hæc Lactantius. DECIMVS; DE «
OPERIBVS BONIS: Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem « v. 10.
per Bona Opera: Ἀλλ' ὃ πρέπει Γυναιξὶν, Ἐπαγγελλομέναις Θεοσέβειαν, δι' Ἔρ- «
γων Ἀγαθῶν. Promittentes verò, id est, PROFITENTES; (vt Ambrosia-
nus legit,) siue quod ex Græco etiam verti potest, ANNVNCIANTES:
quippe quòd Mulieri, non aliud Prædicationis genus conuenit,
quàm vt per Bona Opera pietatem foris prædicet atque annunciet.
Quod enim ad vocalem adtinet Prædicationem & Doctrinam in
Ecclesia, Lex mulierem neque Docere, neque Dominari sinit. Quo Gen 3. v 16.
ex loco liquet, docendi regendique munus, non pertinere ad o- 1. Cor. 14. v. 34.
mnes eos qui Spiritu Sancto aguntur, cùm nemo negare possit, ali-
quas esse Mulieres, quæ Spiritus Sancti ductu regantur, quæ tamen
à docendi munere exclusæ sint. Lex verò Apostolicè ad Christianas
Mulieres extendenda fuit: quandoquidem vaticinium Ioëlis, à Beato Ioël. 2. v. 28.
Petro, Actuum secundo, relatum, in suam quisque sententiam, vt cu- Act. 2. v. 17.
piditas errorque solent, traheret, & pro Mulierum voto inordinatè
abuteretur. VNDECIMVS; DE INFALLIBILITATE ECCLESIÆ: Et « 1. Tim. 2.
Adam NON EST SEDVCTVS, Mulier autem seducta in præuaricatio- « v. 14.
ne fuit: Καὶ Ἀδὰμ ΟΥΚ ΗΠΑΤΗΘΗ, ἡ δὲ γυνὴ Ἀπατηθεῖσα, ἐν Παραβά- «
σει γέγονε. Alterum enim est, REX IACOBE, Apostolicum nostrum
PRO VIRI PRIMATV argumentum, ex vigore mentis ac rationis,
quo vir Mulierem antecellit, sumptum: quo docendum in Timo-
theo instituendumque Episcopum suscepi, DE ECCLESIÆ, (id est,
Episcoporum) INFALLIBILITATE. Vis autem Apostolici Argumen-
ti in eo potissimùm sita est, quòd sub typo Muliebris Sexûs, docendi
munus ab eo Ordine remouebam, qui errare, siue qui falli posset.
DVODECIMVS; DE NON ADMITTENDIS AD EPISCOPATVM DI-
GAMIS, SIVE BIGAMIS: Vnius vxoris virum: Μιᾶς Γυναικὸς Ἄνδρα. « I. TIM. III. v. 2.
Vnde Concilium Andegauense sub Leone Primo, Pont. Max. hunc
Canonem duodecimum habet: NON NISI VNIVS VXORIS VIRI, «

I. TIM. II. » IIDEMQVE VIRGINIBVS COPVLATI, DIACONI VEL PRESBYTERI ORDINENTVR. Cuius quidem Canonis Capitulum illud est: DE DIACONIBVS VEL PRESBYTERIS, VT BIGAMI NON ORDINENTVR. Porrò de Episcopo indefinitè loquutus sum, quoad tempus, vt etiam ad præteritum referri possit, id quod Syrus Interpres, tam hoc loco, quàm in Epistola ad Titum, exprimendum putauit, dicens: QVI FVERIT VNIVS VXORIS VIR. Docet verò satis Apostolicam Abstinentiam Episcopi, à propria Coniuge, notissimum illud factum Synesij, dum specie postulantis vsum Vxoris suæ, Ptolemaïdis Episcopatum, Priuatâ Philosophiâ contentus, strenuè cauteque renueret. Denique Græcorum Ecclesia, vbi Presbyteris licet esse Coniugatis, Episcopos Vxoratos, non modò non admittit, sed etiam ad maiorem cautelam, ex Monachis eligit: deinde, Sacerdotibus Ordinatis, contrahendo Matrimonio prorsus interdicit: postremò, Coniugatos Sacerdotes, mortua Vxore, quæ ad vitandam Digamiam Virgo esse debuit, ad Secundas Nuptias conuolare non sinit; ac tandem per vices eis Altaris munia dispensat, vt quæ non nisi perpetuò abstinentibus perpetuam perfectamque Altaris curam committendam esse ducat atque fateatur. Quæ cùm ita sint, & pro certo ac indubitato habendum sit, è Coniugatis quandoque Sacerdotes, è Sacerdotibus verò nusquam visos esse Coniugatos; mirum est audaculos istos Nouatores in re tam seria, tamque clara, diutiùs aut delirare, aut certè mentiri. Adde ANNVM CONVERSIONIS, illum quem Concilia, electis è Coniugatorum numero in Episcopos, tanquam Annum Probationis, à Separatione propriæ Vxoris adsignabant: ex quo Electos totum illum annum EPISCOPOS CONVERSOS appellare solebant. Quare meritò Concilium Veneticum, paulo post Andegauense celebratum, sanxit vndecimo Canone: Presbyteri, Diaconi, atque SVBDIACONI, vel deinceps, QVIBVS DVCENDI VXORES LICENTIA NON EST, etiam alienarum NVPTIARVM euitent CONVIVIA; ne his cœtibus misceantur vbi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporis choris & saltibus efferuntur: NE AVDITVS ET OBTVTVS, SACRIS MYSTERIIS DEPVTATI, TVRPIVM SPECTACVLORVM ATQVE VERBORVM CONTAGIO POLLVATVR. Quod quidem posthac confirmat Concilium Agathense, sub Symmacho Papa, iisdem ferme verbis, Canone trigesimo nono, qui est huiusmodi: Presbyteri, Diaconi, SVBDIACONI, vel deinceps QVIBVS DVCENDI VXORES LICENTIA NON EST; etiam alienarum NVPTIARVM euitent CONVIVIA: Nec his cœtibus misceantur vbi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum, choreis & saltationibus efferuntur: NE AVDITVS & OBTVTVS, SACRIS MYSTERIIS DEPVTATI, TVRPIVM SPECTACVLORVM ATQVE VERBORVM CONTAGIONE POLLVANTVR. Nec verò prohibet Ecclesia Nuptias, dum ad Sacros Ordines homines vxoratos non

admittit; aut continentiam professos ad vota Deo reddenda com- I. TIM. II.
pellit: nihilo magis quàm Princeps dicendus est Militiam prohi-
bere, si ad Militiam Agricolas admittere nolit; vel quàm dicen-
dus suos subditos bonis spoliare, dum cogit eos soluere debita.
Prima Lex Homini à Deo Opt. Max. data, LEX ABSTINENTIÆ
fuit, à fructu videlicet Arboris, re vtique bona, & Dei Creatura, &
alioqui licita: vnde non mirum si sibi meritorium Homines credant
à licitis, ob illicitum vsum, vtpote propter reuerentiam Altaris,
quæ corporis vt mentis puritatem castimoniamque requirit, abs-
tinere. Ieremiæ trigesimo quinto, Rechabitæ laudantur, quòd Ier. 35. v. 6.
perpetuam vini abstinentiam sibi à Patre indictam seruassent: &
Ecclesiæ Matri Apostolicam sanctimoniam castitatemque in Mi-
nistris Altaris retinenti, quisquam impunè, idque specie Reforma-
tionis, apud Christianos, immo apud Homines, refragabitur? DE-
CIMVS TERTIVS; DE FIDE ET CONSCIENTIA, ET QVOD FI-
DES HABERI POSSIT SINE CONSCIENTIA PVRA: Habentes My- « v. 9.
sterium FIDEI in CONSCIENTIA PVRA: Ἔχοντες τὸ Μυστήριον τῆς ΠΙ- «
ΣΤΕΩΣ ἐν ΚΑΘΑΡΑ ΣΥΝΕΙΔΗΣΕΙ. Duo videlicet sunt FIDES &
CONSCIENTIA PVRA, siue BONA, vt in huius Pontificalis Epistolæ
exordio diximus. Vtrumque verò præcipuè hîc requiro in Altaris
Ministris, tanquam Oculis Episcopi, & Assistentium Angelorum
Sociis, de quibus præter ea quæ ex Chrysostomo diximus, SACRA-
MENTORVM DOCTOR Ambrosius, libri quarti DE SACRAMENTIS
capite secundo: Sequitur vt veniatis ad ALTARE. Cœpistis venire, «
SPECTARVNT ANGELI; viderunt vos aduenientes, & humanam «
conditionem illam quæ antè peccatorum tenebroso squalore sor- «
debat, adspexerunt subitò refulgere. Ideoque dixerunt: Quæ est « Cant. 3.
hæc quæ adscendit à deserto DEALBATA? (Vide Ambrosium, Can- « v. 6.
didatos facientem Baptizatos: de quibus eo loci Sermo, deducen-
temque ad Altare: vbi locum illum Cantici ex Veteri Editione, e-
gregiè illustrat & adaptat.) Mirantur ergo & ANGELI. Vis scire «
quia mirantur? Audi ergo APOSTOLVM PAVLVM dicentem, ea « 1. Petr. 1.
nobis esse collata quæ concupiscunt & ANGELI videre. Quid ve- « v. 12.
rò Ambrosius tantopere spectandum in Altari intelligat, ipse in
fine capitis his clarissimis verbis exponit: CORPVS CHRISTI EST «
IN ALTARI. Deinde, MODO GENITOS INFANTES, Ἀρτιγέννητα βρέ- « 1. Petr. 2.
φη, siue, recèns Baptizatos adultos, ad notissimum Euangelicum il- v. 2.
lud alludens, Vbi Corpus, illic congregabuntur & Aquilæ. AQVI- Matt. 24.
LAS vocat eò quòd è Sacro Fonte ad Sacrum Altare statim conuo- v. 28.
larent, & circa Christi congregarentur Corpus, & postquam priùs
dixisset, BONÆ AQVILÆ CIRCA ALTARE; Psalmi quadragesimi Ps. 41. v. 4.
secundi versiculum: Introibo ad ALTARE DEI MEI, ad Deum
qui lætificat Iuuentutem meam, & hunc Alterum ex centesimo se-
cundo, Renouabitur sicut AQVILÆ, Iuuentus tua, adferens, tan- Ps. 102. v. 5.
dem ita caput concludit: AQVILÆ VOS ESTIS, renouatæ ablu- «
tione delicti. Ex quibus audiant, colligant, Diaconi, quales quan- «

I. TIM III. tosque eos esse non modò decet sed oportet ! Porrò non desunt qui putent, MYSTERIVM FIDEI, id significare quod in Consecratione Dominici Calycis à Sacerdote nominatur, hoc est, ipsum Domini Sanguinem; quem ex Cypriani Sermone de Lapsis, & Ambrosij libro Officiorum primo, capite quadragesimo primo, & sexcentis aliis Antiquitatis locis, olim Diaconos solitos esse porrigere Fidelibus, constat. Nec absonè profectò: siquidem hoc tremendum ac sacratissimum Mysterium atque Sacramentum non modò SANAM FIDEM, sed & CONSCIENTIAM PVRAM non tantùm postulat, sed & flagitat ab iis à quibus tractatur atque ministratur. DECIMVS QVARTVS; DE SACRO DIACONATV SIVE ORDINE DIACONATVS; ET QVOD OLIM DIACONI HABVERINT PARTEM ALIQVAM IN MINISTERIO VERBI, ET NON SOLVM AD PAVPERVM CVRAM FVERINT AB APOSTOLIS INSTITVTI; SVPERIOREMQVE DIACONATV PRESBYTERATVM AC EPISCOPATVM ESSE, NON INFERIOREM, QVOD TENENT ACEPHALI AC ANTI-HIERARCHICI ILLI QVI SVMMAM SPIRITVALIVM RERVM PENES MINISTROS, ID EST,
v. 13. » PENES DIACONOS, ESSE VOLVNT: Qui enim bene Mini-
» strauerint, GRADVM BONVM sibi Acquirent : Οἱ γὰρ καλῶς Διακονήσαντες, ΒΑΘΜΟΝ ἑαυτοῖς ΚΑΛΟΝ Περιποιοῦνται. DECIMVS QVINTVS; DE VISIBILITATE ECCLESIÆ, ET QVOD ECCLESIA COMMONSTRARI POSSIT PERINDE VT DOMVS AVT FAMILIA CVIVSVIS PRINCIPIS, AD QVAM MINISTRI CERTIS OFFICIIS PRÆFICIEN-
v. 14 » DI VOCANTVR : Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire ci-
» to. Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te IN DO-
» MO DEI CONVERSARI, quæ est ECCLESIA DEI VIVI, (Græcè, VIVENTIS:) Ταῦτά σοι γράφω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρὸς σὲ τάχιον· Ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ΕΝ ΟΙΚΩ ΘΕΟΥ ΑΝΑΣΤΡΕΦΕΣΘΑΙ, ἥτις ἐστὶν, ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΘΕΟΥ ΖΩΝΤΟΣ. Ergo Ecclesia est DOMVS DEI; cuius Templum, ad quod allusio fit, tantùm figura; idque VIVI ac VIVENTIS, propter effectum; quòd in illam à Deo, tanquam per Incarnationis Mysterium principio vitæ coniuncto, peculiariter ac propriè vita influat. Et cer-
Gen. 22. v 14. tè VIDENTIS. Est enim Mons, DOMINVS VIDEBIT, vt tam Populus quàm Pastores, meminerint quantopere suis actibus inuigilandum sit, omnium vel minimarum cogitationum Arbitro & Viuente & Vidente Deo. Vnde Constantinus apud Socratem, libro primo, scribens ad Alexandrinam Ecclesiam, agendas de reducta VNITATE gratias vult OMNIVIDENTI DEO, Τῷ ΠΑΝ-
» ΤΕΦΟΡΩ ΘΕΩ. Ambrosianus Commentator: ECCLESIA DO-
» MVS DEI DICITVR, inquit, CVIVS HODIE RECTOR EST
» DAMASVS. DECIMVS SEXTVS; DE INFALLIBILITATE ATQVE
v. 15. » INDEFECTIBILITATE ECCLESIÆ: Columna & Firmamentum

Veritatis, Στύλος καὶ Εδραίωμα τῆς Αληθείας. Propriè, FVLCIMENTVM, I. TIM.
seu STABILIMENTVM, Εδραίωμα. Iaque vt Columna supposita, Æ- III.
dificium, ne corruat, sustentat, firmat & fulcit; sic Ecclesia VERI-
TATEM, id est, Fidei Christianæ Veritatem siue DOCTRINAM
CHRISTIANAM sibi concreditam, ne corrumpatur & pereat, susten-
tat ac conseruat; vt si quis Veritatem quærat, nusquam nisi in Ec-
clesia, quæ firmissima basis & certissima custos est Veritatis, eam sit
reperturus. Quam rem pulcrè explicat Beda vester, nono Prouerbio-
rum, in illud: Sapientia ædificauit sibi DOMVM, excîdit COLV- « Prou 9.
MNAS septem. Nec verò prætereundum videtur, Græcam vocem, « v. 1.
Στύλος, non modò COLVMNAM, sed etiam GRAPHIVM significare,
hoc est, instrumentum Scriptorium, quo antiquitus scribere in ta-
bulis ceratis solebant, ex quo Latini dixere STYLVM. Quid enim
vetat ea significatione dici posse Ecclesiam STYLVM VERITATIS,
cùm per eam, velut per certissimum instrumentum, Deus homi-
num pectoribus ac cordibus DOCTRINAM VERITATIS & Pon-
tificis Summi, Δήλωσιν καὶ Αλήθειαν, siue DOCTRINAM ET VERI- Leu.8.v.8.
TATEM inscribat? DECIMVS SEPTIMVS; DE TRADITIONE
BENEDICTIONIS MENSÆ, DEQVE APOSTOLICO BENEDICTIO-
NVM VSV AC RITV: Sanctificatur enim per Verbum Dei & Ora- « I. TIM.
tionem: Αγιάζεται γὰρ διὰ Λόγου Θεοῦ, καὶ Εντεύξεως. DECIMVS « IV. v.5.
OCTAVVS; DE MODO PROPONENDI FIDEM, ET QVOD ECCLE-
SIA, (ID EST, EPISCOPI) SIT REGVLA PROPOSITIONIS FIDEI: Hæc « v. 6.
PROPONENS FRATRIBVS, Bonus eris Minister Christi Iesu: Ταῦτα «
ΥΠΟΤΙΘΕΜΕΝΟΣ ΤΟΙΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ, Καλὸς ἔσῃ Διάκονος Ιησοῦ Χριστοῦ.
Itaque non ad quemuis è Populo, aut ad quosvis Ecclesiæ Mini-
stros, sed ad solos pertinet Episcopos Propositio Fidei. Exemplo
Timotheus Ephesinus Episcopus, cui, non alteri ex Ephesino
grege, aut Clero, proponendam ex officio ac munere Fidem a-
gnosco. Horror verò ad Tria Capita, quorum vsus ac necessitas vr-
gebat ad cauendam vel præueniendam Hæresim instantium tem-
porum; quorum PRIMVM est DE MAGNO PIETATIS SACRAMENTO,
id est, DE MYSTERIO INCARNATIONIS, ET CONCORPORALITATIS,
SIVE CHRISTI NOBISCVM SIVE NOSTRÆ CVM CHRISTO: qua
de re multis supra actum est; SECVNDVM verò, DE VITANDIS
DOCTRINIS DÆMONIORVM; TERTIVM denique, QVOD OMNIS
CREATVRA DEI BONA SIT, NIHILQVE REIICIENDVM TANQVAM
NATVRA SVA MALVM, QVOD CVM GRATIARVM ACTIONE
PERCIPITVR. Recedant ergo Vuiclefus, Lutherus, Caluinus, cæ-
teri: nihil illis nobiscum est, nec cum grege Domini, siue cum
Fratribus suis, à quibus, quòd eos Proponentes contra hunc Apo-
stolicum Canonem ac Decretum audire nollent, Schismaticè re-
cesserunt. DECIMVS NONVS; DE EPISCOPALI SCIENTIA ET
STVDIO, ET QVOD TENETVR EPISCOPVS TANTO PLVS AD DI-
CENDVM QVANTO PLVS AD DOCENDVM: Enutritus VERBIS « ibid.
FIDEI, & BONÆ DOCTRINÆ quam ASSECVTVS ES: Εντρεφόμενος «

I. TIM. IV. τοῖς λόγοις τῆς πίστεως, καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας ᾗ παρηκολούθηκας. Neque enim ſolùm docendus, ſed DOCTOR; neque ſolùm doctor, ſed etiam DOCIBILIS eſſe Epiſcopus, ſiue qui probè Epiſcopi fungitur munere, debet. Vnde Participium Medium, Ἐντρεφόμενος, non modò ENVTRITVM vel INNVTRITVM ſonat, verumetiam ENVTRIENTEM, ac potiùs INNVTRIENTEM; vt Præpoſitio, Ἐν, aliquid ponderis huic Participio addat: quaſi dicas, IN ipſo Pietatis ac Scientiæ ſinu educatum atque educantem. Et certè Chryſoſtomus & Theophylactus ſic accipiunt, vt iubeatur Timotheus (in quo vt in Oratore Chriſti ac EPISCOPO PERFECTO erudiuntur Epiſcopi DE FVTVRA VITA, vt diceret Auguſtinus, SERIO COGITANTES) velut continuum hauriens nutrimentum, ſemper animo verſare atque tractare, & veluti ruminare DOCTRINAM acceptam. Perinde enim, inquiunt, vt corporis alimentum diebus ſingulis requirimus, ita Fidei ſermonibus ſemper nos innutriri oportet, vt eo verbo, Ἐντρεφόμενος, cùm diſcendi perſeuerantiam tum meditandi ſanam Fidei doctrinam Timotheo, id eſt, Epiſcopo, commendare voluerit. Argumento vobis ſit illud Græcum, ᾗ Παρηκολούθηκας, pro quo Vetus Interpres, QVAM ASSEQVVTVS ES, poſuit: quod Latinè rectiùs reddideris, ſi dicas, QVAM ASSECTATVS ES, id eſt, continuò ſectatus, & à cuius latere quaſi nunquam diſceſſiſti. Quo verbo in procemio ſui, immo mei, Euangelij, meus Lucas egregiè

Luc. I. v. 3. vſus eſt, cùm dixit; Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι, ἄνωθεν πᾶσιν
» ἀκριβῶς, καθεξῆς σοι γράψαι, Κράτιστε Θεόφιλε· Viſum eſt & mihi ASSE-
» CVTO, omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere, Opti-
» me Theophile: Quod ſic expreſſius verteris, ad vim proprietatem-
» que Græcam: Viſum eſt etiam mihi, omnia altè repetita ASSIDVI-
» TATE QVOTIDIANA PENITVS ASSECVTO, ordine illa ad te ſcri-
» bere, Præſtantiſſime Theophile. Vult enim Lucas ſe ita eſſe conſectatum, vt non modò norit, ſed ſtudio ac labore norit ac perdidicerit.

Zach. II. v. vlt. En dicendus Epiſcopus, & non potiùs IDOLVM, qui litteras non amet, non ſcrutetur, non iuuet, ad libramque non ad librum Epiſcopatum ponderet? Denique cùm VERBA FIDEI dixi, prophanos illos Epiſcopos arcui, qui Sæculi non Scripturæ verbis Verbum prædicant, & dum Fidem ac quod ſequuntur proponunt, auctoritate Sua, non Verbi, regnant; Gregi imperant, non Gregem ſequuntur, vt ducant. VIGESIMVS; DE PIETATIS MERITO

v. 8. » EX PROMISSIONE DEI: PIETAS autem, ad omnia vtilis eſt, PRO-
» MISSIONEM HABENS VITÆ, QVÆ NVNC EST, ET FVTVRÆ: Ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. Innuit verò Promiſſionis nomen, Pietatem mereri Vitam Æternam; non ex rei natura, ſed ex liberalitate promittentis: vt meminerint ſemper ACCVSATORES FRATRVM, & CALVMNIATORES ECCLESIÆ, ſic Eccleſiam Chriſtianam agnoſcere Meritum, vt omnis poteſtas ſit in dante, ſola

libertas in vtente. VIGESIMVS PRIMVS ; DE SACRA EPISCOPO- I. TIM. IV.
RVM AVCTORITATE : Præcipe hæc & Doce : Παράγγελλε ταῦτα καὶ « v. II.
Δίδασκε. Quænam quæso illa? De Pietatis Merito, ac De Mercede Spei. Quantum tamen Episcopo Doctrinæ, tantum deest Potentiæ; si docendo præcipit, & præcipiendo docet. Vbi autem illi qui cùm de Spirituali Episcoporum Imperio in Subditos agitur, etiam illud falsò iactant, habereque locum volunt, RELIGIO NON IMPERATVR? VIGESIMVS SECVNDVS ; DE SACRO EPISCO-
PORVM CÆLIBATV : Nemo Adolescentiam tuam contemnat, sed « v. 12.
EXEMPLVM esto Fidelium in Verbo, in Conuersatione, in Cha- «
ritate, in Fide, in CASTITATE : Μηδείς σου τῆς Νεότητος καταφρονείτω, «
ἀλλὰ ΤΥΠΟΣ γίνου τῶν Πιστῶν, ἐν Λόγῳ, ἐν Αναστροφῇ, ἐν Αγάπῃ, ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ, ἐν Πίστει, ἐν ΑΓΝΕΙΑ. Qualis, quæso, non dicam Virginum, sed Cælibum, Typus, id est, FORMA, vt & Ambrosianus legit, & noster Interpres alibi vertit; quale, inquam, exemplar, qui non cælebs sed vxoratus sit, magis quàm è Populo quiuis? Egregia profectò Episcopalis laus, non esse quod demonstres; immo nec præferre quod esse debeas? Græci fortasse Interpretes paulo æquiùs, paulo intelligentiùs, quàm impurus iste Erasmus, non Immunitatem ab humanis cupiditatibus, vt ille Puritatem illam quæ Αγνεία dicitur; sed Virgineam Timothei siue Perfecti Episcopi atque Oratoris Christiani Castitatem, esse dicant, per quam meritò clariùs potuerit aliis exemplo ad integerrimam Castitatem prælu-
cere. Quo sensu & verbo scriptum est sequenti capite; Iuuencu- « I. Tim. 5.
las vt Sorores, in omni CASTITATE. item, secundæ Corinthio- « v. 2. 2. Cor. II.
rum vndecimo: Virginem CASTAM exhibere Christo. & Titi se- « v. 2.
cundo: Adolescentulas Prudentes, CASTAS. & sequenti demum ca- « Tit. 2. v. 4.
pite: sic me Timotheo præcipientem auditis, TEIPSVM CASTVM « I. Tim. 5.
CVSTODI. Quod verò in contextu Græco est, IN SPIRITV, ἐν Πνεύ- « v. 23.
ματι, quod nec apud Syrum Intetpretem, neque in Latina Versione, neque apud Veteres plerosque Patres hunc locum citantes, legitur, aut Zelum Pietatis sonat, aut cettè eximia illa Spiritûs Dona signat, per quæ præsertim quis SPIRITVALIS, Πνευματικὸς, efficitur ac creditur: quibus sic vti vult Timotheum, vt omnibus sit exemplo, quod pro se quisque, pro doni sui ratione, imitetur. VIGESIMVS TERTIVS ; DE APOSTOLICA OBLIGATIONE EPISCOPI AD
LEGENDVM ET STVDENDVM : Dum venio, ATTENDE LECTIO- « v. 13.
NI, Exhortationi, DOCTRINÆ : Εως ἔρχομαι, ΠΡΟΣΕΧΕ ΤΗ ΑΝΑΓΝΩ- «
ΣΕΙ, τῇ Παρακλήσει, τῇ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ. Quòd si Timotheo, qui ab infantia Sacris Litteris imbutus erat, & tam multa præsens ab Apostoli ore hauserat, visa fuit hæc admonitio necessaria; quantò magis cæteris Episcopis & Pastoribus? quos omnes vtique Paulus in Timotheo instruit. Ex quo præterea patet fanaticorum quorumdam insania, qui studia doctrinæ, tanquam inutilia, reiicientes, tantùm à Spiritu Sancto Illuminationes quærunt. Ex hoc quoque loco & quàm sit Episcopo lectio Sacræ Scripturæ commendata, patet, & Vetus il-

I. TIM. IV. la Ordinationis Episcopi formula, qua Ordinandus interrogabatur olim; Scis VTRVMQVE TESTAMENTVM? quod in plurimis adhuc locis seruatur: tametsi in Pontificali Romano nunc desit. Qua de re ieiuni quidam Theologi acerrimè disputant in Materia DE EPISCOPIS, dum quæruntur, Vter, cæteris paribus, præferendus vt Episcopus eligatur, Canonista ad regendum, an Theologus ad pascendum Gregem? cùm nec Theologus sit quispiam sine Canone ac REGVLA PATRVM, nec Regularis aut Canonista, siue Canonicus, sine Litterarum Sacrarum vsu ac Theologiæ Theoria. Quare Septima Synodus, Actione octaua, vtrumque, Canone secundo, coniungit, in EXAMINE CONSECRANDI, cuius formulam Metropolitæ præscribit; vultque, vt consecrandus, tam Sacros Canones & Sanctum Euangelium quàm (vt de me loquitur) DIVINI APOSTOLI LIBRVM, πλὴν τῆ ΘΕΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Βίβλον, & Omnem Diuinam Scriprutam in promptu habeat legere, SCRVTABILITER ET NON

1. Cor. 1. v. 13. » TRANSITORIE, Ἐρευνητικῶς καὶ οὐ Παροδευτικῶς. DIVISVS EST CHRI-
» STVS? O tempora! ô mores! VIGESIMVS QVARTVS; DE ORDINIS SACRAMENTO ET EPISCOPALI AC SACERDOTALI IMPOSITIONE MANVVM IN SACRIS ORDINIBVS CONFERENDIS; ET QVOD CERIMONIÆ IVRE APOSTOLICO SERVANDÆ; ET QVOD EPISCOPATVS SIT ORDO PROPRIE DICTVS GRATIAM CONFERENS, QVIDQVID DE HAC PARTE VLTIMA NONNVLLI DISPVTATORES SEMPER DISCENTES, NONDVM AD HANC APOSTOLICAM SCIENTIAM CERTITVDINEM-

1. Tim 4. v. 14. » QVE PERVENERINT: Noli negligere GRATIAM quæ IN TE est:
» quæ data est tibi PER PROPHETIAM, cum IMPOSITIONE
» MANVVM PRESBYTERII: Μὴ ἀμέλει τῆ ΕΝ ΣΟΙ ΧΑΡΙΣΜΑΤΟΣ, ὃ ἐδόθη σοι ΔΙΑ ΠΡΟΦΗΤΕΙΑΣ, μετὰ ΕΠΙΘΕΣΕΩΣ ΤΩΝ ΧΕΙΡΩΝ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΙΟΥ. Presbyterij: nota, non Populi. deinde, Episcopatum PER PROPHETIAM dari, immo PROPHETIAM esse ac dici, GRADVMQVE verè esse DE REPOSITA CORONA, De Regno Cælorum, PROPHETICVM, vt diximus. Sanctus Cornelius Papa, apud Beatum Cyprianum, Epistolâ quadragesimâ sextâ, Collegium siue Senatum Cleti Romani, cui præter Presbyteros intererant quinque Episcopi, vocat PRESBYTERIVM. Negligunt ergo Propheticam Presbyrerij Gratiam qui Prophetis non student. VIGESIMVS QVIN-

v. 15. » TVS; DE NECESSITATE ATTENTE INTENTEQVE STVDENDI: Hæc
» meditare; in his esto: VT PROFECTVS TVVS MANIFESTVS SIT O-
» MNIBVS. Attende TIBI ET DOCTRINÆ: insta in illis: HOC ENIM
» FACIENS, ET TEIPSVM SALVVM FACIES, ET EOS QVI TE AV-
» DIVNT: Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι. ΙΝΑ ΣΟΥ Η ΠΡΟΚΟΠΗ ΦΑΝΕΡΑ Η ΕΝ ΠΑΣΙΝ. Ἔπεχε ΣΕΑΥΤΩ ΚΑΙ ΤΗ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ· ἐπίμενε αὐτοῖς. ΤΟΥΤΟ ΓΑΡ ΠΟΙΩΝ, ΚΑΙ ΣΕΑΥΤΟΝ ΣΩΣΕΙΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΑΚΟΥΟΝΤΑΣ ΣΟΥ. Et certè ratio postulat vt quibus Scrutandi Scripturas impositum præceptum est, ij PROFECTVM suum non modò in Virtute, ad exemplum, sed etiam in Litteris ad documentum & conciliandam

auditorum Fidem, manifestum omnibus faciat. Ergo mali inutilesque Episcopi quorum Scientia Segnitie latet. Cæterùm & Libertatis eminet facultas, visque illa Hominis operatrix, in eo qui se aliosque saluos facit; & vindicatur ab Hæreticorum calumniis Deiparæ ille piorum Catholicorum cultus, qui, Cyrilliano Ephesinoque exemplo, de quo, superiore extremo Libro, dictum est, Deiparam, VITAM & SPEM SVAM piè appellant, quam, potiùs quàm Timotheum, saluantem alios dicere potui. VIGESIMVS SEXTVS; DE SACERDOTVM CÆLIBATV: Quæ fuerit VNIVS VIRI VXOR: Γεγονυῖα ΕΝΟΣ ΑΝΔΡΟΣ γυνή. « I.TIM.V. v.9. Ex collatione enim Disciplinæ, constat quàm absurdum foret à muliercula Ecclesiæ Eleemosynis sustentanda PAVLVM exigere, vt Monogama sit, id est, totâ vitâ non nisi vnum maritum habuerit: Episcopum autem qui Ecclesiæ præficiendus sit, admittere Digamum & Trigamum, & vltra. Reiicitur autem Digama, tum ob declinandum argumentum Incontinentiæ, tum quòd ea in matrimonio repetito Ecclesiam Christi non signet; sicut ab Ordine Sacro repellitur Digamus, quòd ob eamdem causam personæ Christi repræsentandæ ineptus sit. Hinc est quòd Ecclesia Digamum etiam illum interpretatur, qui Viduam vxorem duxerit; eo quod ex parte vxotis, quæ Ecclesiam significat, Plenitudo Sacramenti non subsistat. Vnde in Supplemento Tertiæ Partis desumpto ex Scripto Diui Thomæ, in Quartum Sententiarum, dicitur Quæstione sexagesima tertia, Articulo primo, ad secundum; Secundas Nuptias carere HONORE SIGNIFICATIONIS, quæ est in Primis Nuptiis, VT VNA SIT VNIVS; sicut est in Christo & Ecclesia: idque repetit Articulo secundo, ad secundum. VIGESIMVS SEPTIMVS; DE BONIS OPERIBVS: Si omne OPVS BONVM « v.10. subsecuta est, Εἰ παντὶ ΕΡΓΩ ΑΓΑΘΩ ἐπηκολούθησε. Quod in eligenda Vidua requiritur, patet, in omnibus Electionibus Sacris habere locum debere; ac simul constat, quamuis à Deo, nostra tamen Opera Bona esse; & tanquam, Diuinæ Electionis notæ, Humanarum Electionum præcipua argumenta esse debent, si Electiones rectæ sint. VIGESIMVS OCTAVVS; DE VOTO CASTITATIS: Adolescentiores autem Viduas deuita, cùm enim « v.11. luxuriatæ fuerint in Christo, NVBERE volunt: HABENTES « DAMNATIONEM, QVIA PRIMAM FIDEM IRRITAM « FECERVNT, Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι « τοῦ Χριστοῦ, ΓΑΜΕΙΝ θέλουσιν· ΕΧΟΥΣΑΙ ΚΡΙΜΑ, ΟΤΙ ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ ΗΘΕΤΗΣΑΝ. Augustinus, in Expositione Psalmi septuagesimi quinti: Quid est, inquit, PRIMAM FIDEM IRRITAM FECERVNT? VOVERVNT, ET NON REDDIDERVNT. Et Quartum Carthaginiense Concilium, cui Beatus Augustinus interfuit, Canone centesimo quarto, Sanxit, Viduas quæ se deuouerunt Domino, si postea

I.TIM. IV.

I. TIM. V. ad Sæculares Nuptias sæculariaque vota transierint, secundùm Apostolum habere damnationem, quia Fidem Castitatis quam Domino voverunt, irritam facere ausæ sunt. DE FOEDIFRAGIS illis
v. 15. » VIDVIS, hoc ipso capite sequitur: Iam enim quædam conuersæ sunt » retro Satanam. Quæ autem plenior huius loci Interpretatio sit, si requiris; Gallicanorum Patrum in Concilio Turonensi Secundo, antiquam planè ac germanam amplamque subiicio. Concilium sanè admodum illustre, cui quattuor insignes illi, Sanctitate celebres, PRÆTEXTATVS ROTHOMAGENSIS, (qui primus subscripsit) Germanus Parisiensis, Domitianus Catalaunensis, & Domnulus Cenomanensis, interfuerunt & subscripserunt, Anno sexto Chariberti Regis: quo tempore sub Ioanne Tertio & Sancto Euphronio, Archiepiscopo Turonensi, viginti annis ante Gregorium, id est, paulo ante Fundatam Anglicanam Ecclesiam, celebratum constat. Sic ergo fusè hunc locum tractant ac explanant, ad annum circiter quinquagesimum septuagesimum Christi, Turonenses Patres, Capitulo » vigesimo primo: Et quia in sententia Papæ Innocentij, AD VI» CTRICIVM EPISCOPVM ROTHOMAGENSEM lata, legitur scriptum » VIRGINIBVS, QVÆ CHRISTO SPIRITVALITER NVPSERVNT, ET » VELARI A SACERDOTE MERVERVNT, si postea nupserint, quòd » vix etiam ad agendam pœnitentiam mereantur accedere; quia sic » dicit: Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcumque, » viuente viro, alteri nupserit, habeatur adultera: quantò magis & » illa damnanda est, quæ antè Immortali Sponso se coniunxerat, & » postea ad Humanas Nuptias transmigrauit? Et adiecit: Hæ verò, » quæ necdum SACRO VELAMINE tectæ sunt, tamen IN PROPO» SITO VIRGINALI semper se manere simulauerant, licèt velatæ non » sint, si postea nupserint, his agenda aliquando tempore Pœniten» tia est, quia sponsio eorum à Deo tenebatur. NAM SI INTER » HOMINES SOLET BONÆ FIDEI CONTRACTVS NVLLA RATIONE » DISSOLVI, QVANTO MAGIS ISTA POLLICITATIO QVAM CVM » DEO PEPIGERVNT, SOLVI SINE VINDICTA NON DEBET? Post » hoc DE VIDVIS adiunxit: Nam si PAVLVS APOSTOLVS, SI A » PROPOSITO VIDVITATIS discesserunt, dixit eas habere damna» tionem, vbi ait, quia Primam Fidem irritam fecerunt, &c. quis » Sacerdotem contra decreta talia, quæ à SEDE APOSTOLICA pro» cesserunt, agere præsumat? vel quis, quod peius est, contra Sen» tentiam, quam VAS ELECTIONIS PAVLVS APOSTOLVS, Spiritu » Sancto ministrante, promulgauit, aliud conscribere vlla ratione
Gal. 1. v 8. » præsumat, cùm dicat ipse per Spiritum Sanctum: Qui prædica» uerit præter id quod PRÆDICAVI, Anathema sit? Et quorum AV» CTORVM valere possit PRÆDICATIO, nisi quos SEDES » APOSTOLICA semper aut intromisit, aut Apocryphos fecit? » ET PATRES NOSTRI HOC SEMPER CVSTODIERVNT, » QVOD EORVM PRÆCEPIT AVCTORITAS. Non ergo » hoc sequentes, quod vel APOSTOLVS PAVLVS, vel Papa

Innocentius statuit, in CANONIBVS NOSTRIS inserentes, statuamus obseruandum, vt nullus SACRATAM Deo Virginem, QVÆ IN HONOREM CHRISTI VESTEM MVTAVIT, aut rapere, aut competere, AVT SIBI CONIVGEM SOCIARE præsumat: quia etiam LEX ROMANA constituit, vt quicumque SACRATAM Deo Virginem, vel VIDVAM fortasse rapuerit, si postea eis de coniunctione conuenerit, capitis sententiâ feriantur. Item si quis non dicam rapere, sed attentare, Matrimonij iungendi causâ, Sacram Virginem ausus fuerit, capitis sententiâ feriatur. Cùm etiam IN CHRONICIS habeatur de Virginibus, Gentilium tempore, quæ se Deæ Vestæ sacrauerant, postmisso proposito, & CORRVPTA VIRGINALI GRATIA, legali sententia viuas in terra fuisse defossas. Si prophana colentes, tali sunt sententia condemnatæ; quantò magis QVÆ IN HONOREM REDEMPTORIS SVI, SE VESTE MVTAVERINT, & perseuerare noluerint, vtique grauem debent exspectare sententiam, sicut in Arelatensi Synodo habetur insertum: De puellis quæ se vouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt; SI POST VIGESIMVM QVINTVM PRÆSERTIM ÆTATIS SVÆ ANNVM ad Terrenas Nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decreuimus; vt cum his quibus se alligauerunt, COMMVNIONE PRIVENTVR, ita vt eis postulantibus, pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur, cùm etiam id in antiquis Mileuitanis Canonibus fuerit statutum. Item placuit, vt quicunque Episcoporum NECESSITATE PERICLITANTIS PVDICITIÆ VIRGINALIS (cùm vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, VEL SI ALIQVO ETIAM MORTIS SCRVPVLO PERICVLOSO COMPVNCTA FVERIT, NE NON VELATA MORIATVR, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet) velauerit Virginem, seu velauit intra VIGINTI QVINQVE ANNOS ætatis, non ei obsit Concilium, quod de isto annorum numero constitutum est. Nos verò quos Lex perimi iubet, (si cupiunt audire præconem) volumus vt conuertantur ad vitam. NAM PERIMENDI SVNT ORIS GLADIO ET COMMVNIONE PRIVANDI, SI RELICTA SIBI DECRETA SENIORVM OBSERVARE NOLVERINT, ET PASTOREM SVVM AVDIRE DESPEXERINT, ET ESSE SEPARATI NOLVERINT. Qui ergo in hac pertinacia perdurare voluerint, & plus in volutabro malæ conuersationis permanere, quàm se de VETITO CONIVGIO separare, PERENNI EXCOMMVNICATIONE damnentur. Et quicumque EPISCOPORVM, aut PRESBYTERORVM, vel DIACONORVM, aut SVBDIACONORVM, eos communicare præsumpserit, vsque ad Synodum ab omnibus Episcopis Excommunicatus habeatur: & excludatur excusationis adinuentio, quam modò aliquæ dicere meditantur,

I. TIM. V.

I.TIM. quòd propterea ſe veſte mutauerint, ne eas inferiores perſonæ ma-
V. cularent, cùm non ſolùm Domini glorioſæ memoriæ CHILDE-
BERTVS ET CLOTHARIVS REGES, Conſtitutionem Legum de hac
re cuſtodierint & ſeruauerint: quam nunc Dominus CHARIBER-
TVS, (aliàs, Arithbertus) REX, ſucceſſor eorum, præcepto ſuo ro-
borauit; Vt nullus vllam puellam abſque parentum voluntate tra-
here aut accipere præſumat. Quæcumque ergo timet violentiam,
& non vult habere Maritum, REFVGIAT AD ECCLESIAM, donec
Propinqui poſſint eam Principis Imperio, aut Sacerdotis, vel Ec-
cleſiæ beneficio liberare, & defenſare, ac condigno ſociare Ma-
rito. Nam QVÆ SE VESTE MVTAVERIT, abſque dolo, in pro-
poſito quod diſpoſuit, perſeuerare procuret. ILLVD VERO
QVOD ALIQVI DICVNT, VIDVA, QVÆ BENEDICTA NON
FVIT, QVARE NON DEBET MARITVM ACCIPERE? CVM
OMNES SCIANT, QVOD NVNQVAM IN CANONICIS
LIBRIS LEGITVR BENEDICTIO VIDVALIS: QVIA SO-
LVM PROPOSITVM ILLI SVFFICERE DEBET, SICVT
IN EPAVNENSIBVS CANONIBVS, A PAPA AVITO, VEL
OMNIBVS EPISCOPIS CONSCRIPTVM EST: VIDVA-
RVM CONSECRATIONEM (QVAS DIACONAS VOCANT)
AB OMNI RELIGIONE NOSTRA PENITVS ABNEGA-
MVS. ET EXPRESSIVS DECRETVM EST IN SYNODO
ARELATENSI, PROFESSAS VIDVAS, SI IN INCONTI-
NENTIA PERSTITERINT, CVM RAPTORIBVS ESSE
1.Eſdr.9. DAMNANDAS. In Prophetis legitur, quia de alienigenis, contra
v.1. &c.3.8. v.64. interdicta Dei, Hebræi ſortiti Vxores, Populum Dei à Gentibus ſu-
Num.18. peratum; poſt, prædicante Propheta, quia dimiſere vxores & fi-
v.4. Nehem.13. lios, & ſeparauerunt ſe ab illicitis coniugiis, ſtatim victoriam
v.3. fuiſſe ſecutam. Quicunque ergo de Laïcis INGENVVS, cum Ta-
libus Excommunicatis participare præſumpſerit, excommunica-
tum ſe eſſe cognoſcat. Hæc Paulina; Hæc Apoſtolica; Hæc Gal-
licana; Hæc ROTHOMAGENSIS; Hæc Gregoriana, atque Anglica-
na PRIMA FIDES: quam qui irritam fecerint, damnationem habe-
bunt. VIGESIMVS NONVS; DE ECCLESIASTICA IVRISDICTIONE
1.Tim.5. ET CANONICO HONORARIO: Qui bene PRÆSVNT Presbyteri,
v.17. DVPLICI HONORE digni habeantur: maximè qui laborant in VER-
BO ET DOCTRINA: Οἱ καλῶς ΠΡΟΕΣΤΩΤΕΣ Πρεσβύτεροι, ΔΙΠΛΗΣ ΤΙ-
ΜΗΣ ἀξιούσθωσαν· μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν ΛΟΓΩ ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ.
v.21. TRIGESIMVS; DE INVOCATIONE SANCTORVM: Teſtor coram
Deo, & Chriſto Ieſu, & ELECTIS ANGELIS: Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ
Θεοῦ, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ΕΚΛΕΚΤΩΝ ΑΓΓΕΛΩΝ. Adſtant
igitur, vident, audiunt hominum de rebus humanis vota obte-
ſtationeſque Angeli, quos teſtes PAVLVS vocat muneris Timo-
theo impoſiti: cuius contrarium Sectarij prædicant. TRIGESIMVS
PRIMVS; DE SACRIS ORDINIBVS AB EPISCOPO CONFERENDIS, SIVE,
QVOD ORDINATIO, VEL IVS ORDINANDI, PERTINEAT AD EPISCOPVM:
MANVS

MANVS citò nemini IMPOSVERIS, neque communicaueris peccatis I.TIMOT. V.
alienis: ΧΕΙΡΑΣ ταχέως μηδενὶ ΕΠΙΤΙΘΕΙ, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλο- v.22.
τρίαις. Quid est (inquit Leo, Epistolâ octuagesimâ septimâ, ad Epi-
scopos Africanos, capite primo) CITO MANVS IMPONERE, nisi
ante ÆTATEM MATVRITATIS, ante TEMPVS EXAMINIS, ante
MERITVM LABORIS, ante EXPERIENTIAM DISCIPLINÆ, Sacer-
dotalem Honorem tribuere non probatis? TRIGESIMVS SECVN-
DVS, DE EPISCOPORVM COELIBATV: Teipsum CASTVM custodi. v.22.
Noli adhuc aquam bibere; sed modico vino vtere, propter stoma-
chum tuum, & frequentes tuas infirmitates: Σεαυτὸν ΑΓΝΟΝ τήρει.
Μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰς πυκνάς σου
ἀσθενείας. DE PVDICITIA, ait Chrysostomus, illi sermo est. Ac deinde subiungit: Quòd si hæc scribit viro adeo sese Ieiuniis & Aquæ Potu extenuanti, vt inde etiam ægrotaret; quid nos facere oportet, aut quonam modo nos obseruare? Non remittit PAVLVS Timotheum, id est, EPISCOPVM, tametsi adeò iuuenem, vt præcepto opus ei fuerit DE NON FERENDO CONTEMPTV, ad Nuptias; & sicut paulo ante remiserat Viduas Iuniores; sed simpliciter admonet vt castum seipsum seruet. Horreo referre, teterrimum illum Ecclesiasticæ Castitatis hostem Caluinum, suspicari, hanc partem, scriptâ iam Epistolâ, appositam fuisse extra ordinem versuum; ac deinde librariorum errore in hunc irrepsisse locum, vt iste extra ordinem in Anarchiæ & Apostasiæ, omnium vltimum, errorem irrepsit. Si Timotheanum stomachum habuisset, non tam fastidiosè stomachatus esset. TRIGESIMVS TERTIVS; DE EPISCOPALI
IVDICIO: Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præce- v.24.
dentia ad IVDICIVM; quosdam autem subsequuntur. Similiter &
FACTA BONA manifesta sunt; & quæ aliter se habent, abscondi non
possunt: Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, προάγουσαι εἰς ΚΡΙΣΙΝ.
Τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. Ὡσαύτως καὶ τὰ ΚΑΛΑ ΕΡΓΑ πρόδηλά ἐστι· καὶ τὰ
ἄλλως ἔχοντα, κρυβῆναι οὐ δύναται. Hæc obiter, cùm DE EPISCOPALI
ORDINANDORVM EXAMINE sermo esset. TRIGESIMVS QVARTVS; I. TIM. VI.
DE HÆRETICIS ATQVE SCHISMATICIS: Si quis ALITER-DOCET, v.3.
& non acquiescit SANIS SERMONIBVS Domini nostri Iesu Christi,
& ei QVÆ SECVNDVM PIETATEM EST, Doctrinæ, SVPERBVS
est, NIHIL SCIENS, sed LANGVENS CIRCA QVÆSTIONES (quas scilicet hodie CONTROVERSAS vocant) ET PVGNAS VERBORVM: (statim enim prouocant ad textum Græcum, ac Hebraicum, & Arabicum, si velis; tametsi nihil sciant, dummodò de alio quàm de re agatur; vt rixentur ac fallant:) ex quibus oriuntur INVIDIÆ, CONTENTIONES, BLASPHEMIÆ, SVSPICIONES MALÆ, CONFLICTATIONES HOMINVM MENTE CORRVPTORVM, ET QVI VERITATE PRIVATI SVNT, EXISTIMANTIVM QVÆSTVM ESSE PIETATEM: Εἴ τις ΕΤΕΡΟΔΙΔΑΣΚΑΛΕΙ, καὶ μὴ προσέρχεται ΥΓΙΑΙΝΟΥΣΙ ΛΟΓΟΙΣ, τοῖς τοῦ Κυρίου Ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ΤΗ ΚΑΤ' ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ Διδασκαλίᾳ, ΤΕΤΥΦΩΤΑΙ, ΜΗΔΕΝ ΕΠΙΣΤΑΜΕΝΟΣ, ἀλλὰ ΝΟΣΩΝ

I. TIMOT. V. ΠΕΡΙ ΖΗΤΗΣΕΙΣ, ΚΑΙ ΛΟΓΟΜΑΧΙΑΣ· ἐξ ὧν γίνεται ΦΘΟΝΟΣ, ΕΡΙΣ, ΒΛΑΣΦΗΜΙΑΙ, ΥΠΟΝΟΙΑΙ ΠΟΝΗΡΑΙ, ΠΑΡΑΔΙΑΤΡΙΒΑΙ ΔΙΕΦΘΑΡΜΕΝΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΤΟΝ ΝΟΥΝ ΚΑΙ ΑΠΕΣΤΕΡΗΜΕΝΩΝ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ, ΝΟΜΙΖΟΝΤΩΝ ΠΟΡΙΣΜΟΝ ΕΙΝΑΙ, ΤΗΝ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ. Atque hæc cùm differerem DE FALSA CHRISTIANA LIBERTATE, qua nonnulli Seruos à Dominorum iugo eximere moliebantur, quam nunc impudentiùs hodierni Sectarij in Domini eiusque Ecclesiæ iugum conuertunt. Sequitur in Codice Græco quod Latinus Interpres reticuit, Ἀφίςασο ἀπὸ τῶν τοιούτων, id est, SECEDE AB IIS QVI EIVSMODI SVNT. TRIGESIMVS QVINTVS; DE PIETATE QVÆ CHRISTI ECCLESIÆ CERTISSIMA NOTA EST:

v.6. » Est autem Quæstus Magnus PIETAS cum Sufficientia: Ἔστι δὲ Πορισμὸς Μέγας Η ΕΥΣΕΒΕΙΑ μετὰ Αὐταρκείας. Apud Hæreticos enim ac Schismaticos Pietas nusquam visa, nusquam audita, ne verbo quidem. Nec certè alibi Pietas quàm vbi Sanctitas, nota est, quæ apud Ecclesiam SANCTAM locum ac sedem habet: vbi QVÆSTVS, multiplicatio interiorum Gratiarum, ceu Talenti; & Operum, velut Agri Dominici, prouentus. Et Quæstus Magnus quia Merces Magna. SVFFICIENTIA verò siue Αὐτάρκεια, id est, ANIMVS SVA SORTE CONTENTVS, vbi præclarior quàm in iis qui possunt dicere: Ecce reliquimus omnia & secuti sumus te? Etenim SIBI SVFFICERE, vnius Veræ, hoc est, Christianæ, Philosophiæ, proprium est. TRIGESIMVS SEXTVS; DE EPISCOPI DIGNITATE PROPHETICA: Tu autem, ô HOMO DEI, hæc fuge: Σὺ δὲ, ὦ ΑΝΘΡΩΠΕ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ταῦτα φεῦγε. HOMINES enim DEI, aut VIRI DEI, dicti in Veteri Scriptura Prophetæ, (velut Deo familiares) vt Moyses, Samuel, Dauid, Elias, Elizæus, atque alij: maximè verò quòd DEVM HOMINIS ac HOMINEM DEVM prophetarent, nihilque præter Deum curarent, ab eoque cognominarentur: quod huic loco DE FVGIENDA AVARITIA aptissimum est. Vnde ad exprimendum imprimendumque arctiùs Oeconomiæ ac Incarnationis Mysterium, Episcopus, qui Christi personam sustinet, HOMO DEI dici debuit; vt propter eum quem prophetabat FILIVM HOMINIS, Ezechiel FILIVS HOMINIS dictus est. Adde, quòd contemptor præsentium opum, sponsorque venturi sæculi ac Futuri Regni Episcopus est; in cuius ore positus est Regni Propheticus Sermo, vt eiusdem in manibus Claues. Præterea HOMO DEI Episcopus, quia in his quæ Dei sunt, Populo præest; hoc habens propriè munus, vt Homines ad Deum adducat, abducatque ab Auaritiæ malis. Vnde in secunda, ad Timotheum tertio, nomen illud generatim Episcopo tribuebam, dicens: VT PERFECTVS sit HOMO DEI, ad OMNE BONVM OPVS instructus. TRIGESIMVS SEPTIMVS; DE CÆLESTI ÆTERNAQVE OPERVM REMVNERATIONE: Certa bonum certamen Fidei: apprehende Vitam Æternam: Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς Πίστεως· ἐπιλαβοῦ τῆς Αἰωνίου Ζωῆς. Quo loco quis non videt Vitam Æternam bene

Marginalia: Matth.25. v.29. — Matth.19. v.27. — I. TIMOT. VI. v.11. — Ezech.2.v.1. & alibi passim. — 2.Tim.3. v.vlt. — 1.Tim.6.v.12.

virilicerque certantibus, tanquam Præmium esse propositam? TRI- I.TIMOH. VI.
GESIMVS OCTAVVS; DE PROFESSIONE FIDEI QVAM EPISCOPI OR-
DINANDI, CORAM MVLTIS TESTIBVS IN CONSECRATIONE EMIT-
TVNT: QVÆ, QVIA EAM INTERROGATI PROFERVNT, NON
TAM PROFESSIO QVAM CONFESSIO DICENDA EST: Et Confes- « v.12.
sus BONAM CONFESSIONEM coram Multis Testibus: Καὶ ὡμολό- «
γησας τὴν ΚΑΛΗΝ ΟΜΟΛΟΓΙΑΝ, ἐνώπιον Πολλῶν Μαρτύρων. Fecit He-
roicam illam Episcopalem Confessionem Timotheus, quando à
me ordinatus fuit Episcopus, cum Impositione Manuum Presby-
terij. Hæc est quoque, vice versa, non tam Fidei Confessio, quàm
Professio ac Sponsio Ministerij Euangelici rectè fideliterque obeun-
di, fitque coram multis testibus, non solùm Episcopis, qui tres sal-
tem numero, manus imponunt; verùm & frequenti Fidelium cœ-
tu. Cuius Professionis Timotheum, inque Timotheo, Episcopum
semper memorem esse volo, vt in Anglicanis illis Conciliis olim
Apostolicè statutum est, quorum in PROSPHONETICO siue Præ-
fatione mentio facta est. TRIGESIMVS NONVS; DE IVSTITIA
OPERVM, ET QVOD OMNIA IVSTORVM OPERA NON SINT
PECCATA, VT ETIAM DIVITES EA QVÆ BONA SVNT, OPE-
RARI POSSINT, IMMO' ET BONIS OPERIBVS ABVNDARE: DI- « v.17.
VITIBVS huius Sæculi PRÆCIPE non SVBLIME-SAPERE, neque «
sperare in INCERTO DIVITIARVM, sed in Deo Viuo (qui præstat «
nobis omnia abundè ad fruendum:) BENE-AGERE, DIVITES FIE- «
RI IN BONIS OPERIBVS, FACILE-TRIBVERE, communicare, «
THEZAVRIZARE SIBI FVNDAMENTVM BONVM IN FVTVRVM, «
VT APPREHENDANT VERAM VITAM. O Timothee, DEPOSITVM «
CVSTODI: ΤΟΙΣ ΠΛΟΥΣΙΟΙΣ ἐν τῷ ΝΥΝ αἰῶνι, ΠΑΡΑΓΓΕΛΛΕ μὴ «
ΥΨΗΛΟΦΡΟΝΕΙΝ, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ ΠΛΟΥΤΟΥ ΑΔΗΛΟΤΗΤΙ, ἀλλ'
ἐν τῷ Θεῷ τῷ Ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν· ΑΓΑ-
ΘΟΕΡΓΕΙΝ, ΠΛΟΥΤΕΙΝ ΕΝ ΕΡΓΟΙΣ ΚΑΛΟΙΣ, ΕΥΜΕΤΑΔΟΤΟΥΣ
εἶναι, Κοινωνικούς· ΑΠΟΘΗΣΑΥΡΙΖΟΝΤΑΣ ΕΑΥΤΟΙΣ ΘΕΜΕΛΙΟΝ ΚΑ-
ΛΟΝ ΕΙΣ ΤΟ ΜΕΛΛΟΝ, ΙΝΑ ΕΠΙΛΑΒΩΝΤΑΙ ΤΗΣ ΑΙΩΝΙΟΥ
ΖΩΗΣ. Ω Τιμόθεε, ΤΗΝ ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ ΦΥΛΑΞΟΝ.
Namque sicut Fides, Bonorum Operum ac Totius Iustitiæ nostræ
fundamentum est; ita Bona Opera sunt fundamentum Salutis
quam homines in futuro exspectant. Constat autem ex illis ver-
bis; VT APPREHENDANT VITAM ÆTERNAM, Vitam Æternam
per Bona Opera apprehendi, & non per Solam Fidem: atque adeo
posse Fideles, Vitam Æternam, Bonis Operibus promereri. Cui
verò placuerit, antecedenti contextui iungere, quod ex sequenti ad-
didi; videlicet, O TIMOTHEE, DEPOSITVM CVSTODI; sensum pro-
fectò Moralem efficiet pulcherrimum. Apostolicamque ac Episco-
palem sententiam pleniorem, nimirum vt cùm DE BONIS OPERI-
BVS A DIVITIBVS THESAVRIZANDIS sermo sit, mox tanquam
ad Episcopum conuersus dixerim; Et tu velut DEPOSITVM, acer-
uum illum Operum custodi; cum vt seruando prosis, cum vt cu-

I. TIMOTH. VI. mulando præſis. QVADRAGESIMVS; DE SACRIS TRADITIONIBVS, SIVE, TRADITIONES TAM SCRIPTAS QVAM NON SCRIPTAS; QVÆ SVNT IN ECCLESIÆ DEPOSITO, AD DOCTRINAM CHRISTIANAM PERTINERE, ET EPISCOPOS CONSTITVTOS ESSE DOCTRINÆ CVSTODES, AC VELVT DEPOSITARIOS; QVIBVS PROINDE NEC MVTARE QVICQVAM IN EA LICEAT, NEC MI-
v.10. » NVERE, NEC ADDERE: O Timothee DEPOSITVM CVSTODI, de-
» uitans profanas VOCVM-NOVITATES, & Oppoſitiones FALSI-NO-
» MINIS Scientiæ: Quam quidam promittentes, circa Fidem exci-
» derunt. Ω Τιμόθεε, ΤΗΝ ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ ΦΥΛΑΞΟΝ, ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους ΚΕΝΟΦΩΝΙΑΣ, καὶ Ἀντιθέσεις τῆς ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΥ Γνώσεως· Ἥν τινες ἐπαγγελλόμενοι, περὶ τὴν Πίστιν Ἠστόχησαν. DEPOSITI ac FIDEICOMMISSI nomine ſignarur DOCTRINA ECCLESIÆ Succeſſori credita, ac per manus rradita: quomodo Pecuniarium Depoſitum tradi & credi amico ſolet. Vnde Baſilius Epiſcopos eſſe dixit CVSTODES DEPOSITI, non alicuius Doctrinæ Inuentores, vt haberur Hiſtoriæ Tripartitæ libro ſeptimo, capite trigeſimo ſexto. Quare differunt EVANGELICVM TALENTVM & APOSTOLICVM DEPOSITVM: Illud enim prudenter multiplicandum, hoc duntaxat fideliter ſeruandum, ſiquidem eſt præter Depoſiti rationem, vt ei aliquid addatur. Nam Depoſitum reddendum quantum & quale acceperis. Omnium huius loci Interpretum facilè princeps Vincentius Lirinenſis notandas diligenter in hæc verba ſententias profert à vigeſimo ſexto capite Commonitorij prioris, quas breuiter colligere, & in ordinem referre operæpretium erit, ne deſit huic argumento MAGNVS ILLE, ET ANNVVS (vt Secundo Libro, qui ROMA TRIVMPHANS inſcribitur, ſuperiùs dictum eſt) PERRONII DOCTOR. PRIMO igitur hunc noſtrum Theologicum locum ap-
» pellat ILLVD APOSTOLICVM, QVO OMNES OMNIVM HÆRE-
» SEΩN SCELERATÆ NOVITATES, VELVT QVODAM SPIRITALI
» GLADIO SÆPE TRVNCATÆ, SEMPERQVE TRVNCANDÆ SVNT.
» Secundo: DEVITA, INQVIT, PROFANAS VOCVM NOVITATES:
» NON DIXIT ANTIQVITATES, NON DIXIT VETVSTATES; IMMO
» PLANE QVID E CONTRARIO SEQVERETVR, OSTENDIT. NAM
» SI VITANDA EST NOVITAS, TENENDA EST ANTIQVITAS; ET,
» SI PROFANA EST NOVITAS, SACRATA EST VETVSTAS. Tertio:
» QVID PROMITTENTES EXCIDERVNT? NISI NOVAM NESCIO
» QVAM IGNORATAMQVE DOCTRINAM. AVDIAS ETENIM
» QVOSDAM IPSORVM DICERE: VENITE Ô INSIPIENTES ET
» MISERI, QVI VVLGO CATHOLICI VOCITAMINI, ET DISCITE
» FIDEM VERAM, QVAM PRÆTER NOS NVLLVS INTELLIGIT,
» QVÆ MVLTIS ANTE SÆCVLIS LATVIT, NVPER VERO REVE-
» LATA ET OSTENSA EST: SED DISCITE FVRTIM ATQVE SE-
» CRETIM, DELECTABIT ENIM VOS. ET ITEM, CVM DIDICERITIS,
» LATENTER DOCETE, NE MVNDVS AVDIAT, NE ECCLESIA SCIAT:
» PAVCIS NAMQVE CONCESSVM EST TANTI MYSTERII CAPE-

RE SECRETVM. NONNE HÆC VERBA SVNT ILLIVS MERETRICIS, QVÆ APVD SALOMONIS PROVERBIA, VOCAT AD SE PRÆTEREVNTES VIAM, QVI DIRIGVNT ITER SVVM? QVI EST, INQVIT, VESTRVM INSIPIENTISSIMVS, DIVERTAT AD ME: INOPES AVTEM SENSV, EXHORTATVR, DICENS, PANES OCCVLTOS LIBENTER ATTINGITE; ET AQVAM DVLCEM FVRTIM BIBITE. QVID DEINDE? AT ILLE, INQVIT, NESCIT, QVOMODO TERRIGENÆ APVD EAM PEREVNT. QVI SVNT ISTI TERRIGENÆ? EXPONAT APOSTOLVS: QVI CIRCA FIDEM, INQVIT, EXCIDERVNT. Audis, REX IACOBE, Lirinense dictum, & longè ante Gregorianam Conuersionem Anglorum, Gallicanam, id est, eius Ecclesiæ quæ iuuit fundandam Britannicam tuam Fidei Confessionem, ac in vitandis Schismaticis Hæreticisque Cautelam? Non recordaris garrientem Hæresim aut ganniens Schisma? Memineris illud; VENITE ô INSIPIENTES ET MISERI, QVI VVLGO CATHOLICI VOCITAMINI? Item; QVÆ MVLTIS ANTE SÆCVLIS LATVIT, NVPER VERO REVELATA ET OSTENSA EST? Deinde; PAVCIS NAMQVE CONCESSVM EST? Postremò confirmatur quod Primo Libro dictum est, CATHOLICAM esse MVLIEREM FORTEM Salomonis; Antonij verò DE DOMINIS, Scriptoris quondam Schismatici, SCHISMATICAM prorsus PAROEMIACAM illam MERETRICEM, sicque Schismatizantem Spalatensem, non apud matronam, sed apud meretricem hospitasse: NONNE HÆC VERBA SVNT ILLIVS MERETRICIS, QVÆ APVD SALOMONIS PROVERBIA: & quæ sequuntur, Denique qui dicendi TERRIGENÆ, audi ad Petri lacrymas cantantem Gallum. Quartò; sequenti capite quod vigesimum septimum est: O TIMOTHEE, INQVIT, DEPOSITVM CVSTODI, DEVITANS PROFANAS VOCVM NOVITATES. O, EXCLAMATIO ISTA ET PRÆSCIENTIÆ EST, PARITER ET CHARITATIS: PRÆVIDEBAT ENIM FVTVROS, QVOS ETIAM PRÆDOLEBAT, ERRORES. QVIS EST HODIE TIMOTHEVS, NISI VEL GENERALITER VNIVERSA ECCLESIA, VEL SPECIALITER TOTVM CORPVS PRÆPOSITORVM, QVI INTEGRAM DIVINI CVLTVS SCIENTIAM, VEL HABERE IPSI DEBENT, VEL ALIIS INFVNDERE? Quintò; paulo post: DEPOSITVM, INQVIT, CVSTODI. QVID EST DEPOSITVM? ID EST, QVOD TIBI CREDITVM EST, NON QVOD A TE INVENTVM: QVOD ACCEPISTI, NON QVOD EXCOGITASTI: REM NON INGENII, SED DOCTRINÆ: NON VSVRPATIONIS PRIVATÆ, SED PVBLICÆ TRADITIONIS: REM AD TE PERDVCTAM, NON A TE PROLATAM; IN QVA NON AVCTOR DEBES ESSE, SED CVSTOS; NON INSTITVTOR, SED SECTATOR; NON DVCENS, SED SEQVENS. Sextò; ibidem: O TIMOTHEE, ô SACERDOS, ô TRACTATOR, ô DOCTOR, SI TE DIVINVM MVNVS IDONEVM FECERIT, INGENIO, EXERCITATIONE, DOCTRINA ESTO SPI-

I. TIMOT. VI.

Prou. 9. v. 15.

I. TIMOT. VI. Exod. 38. v. 13. » RITALIS TABERNACVLI BEZELEEL, PRECIOSAS DIVINI DOGMATIS GEMMAS EXSCVLPE, FIDELITER COAPTA, ADORNA SAPIENTER, ADIICE SPLENDOREM, GRATIAM, VENVSTATEM. INTELLIGATVR TE EXPONENTE ILLVSTRIVS, QVOD ANTEA OBSCVRIVS CREDEBATVR. PER TE POSTERITAS INTELLECTVM GRATVLETVR, QVOD ANTE VETVSTAS NON INTELLECTVM VENERABATVR: EADEM TAMEN QVÆ DIDICISTI, DOCE, VT CVM DICAS NOVE, NON DICAS NOVA. Septimò; dum Lirinensis quærit capite sequenti, vigesimo octauo; NVLLVSNE ERGO IN ECCLESIA CHRISTI PROFECTVS HABEBITVR RELIGIONIS? confestim respondet; SED ITA TAMEN, VT VERE PROFECTVS SIT ILLE FIDEI, NON PERMVTATIO: SIQVIDEM AD PROFECTVM PERTINET; VT IN SEMETIPSVM VNAQVÆQVE RES AMPLIFICETVR: AD PERMVTATIONEM VERO VT ALIQVID EX ALIO IN ALIVD TRANSVERTATVR. Octauò; postmodum capite vigesimo nono: IMITETVR ANIMARVM RELIGIO RATIONEM CORPORVM, QVÆ LICET ANNORVM PROCESSV NVMEROS SVOS EVOLVANT ET EXPLICENT, EADEM TAMEN QVÆ ERANT, PERMANENT. MVLTVM INTEREST INTER PVERITIÆ FLOREM ET SENECTVTIS MATVRITATEM, SED IIDEM IPSI FIVNT SENES, QVI FVERANT ADOLESCENTES: VT QVAMVIS VNIVS EIVSDEMQVE HOMINIS STATVS HABITVSQVE MVTETVR, VNA TAMEN NIHILOMINVS EADEMQVE NATVRA, VNA EADEMQVE PERSONA SIT. PARVA LACTENTIVM MEMBRA, MAGNA IVVENVM EADEM IPSA SVNT: TAMEN QVOT PARVVLORVM ARTVS, TOT VIRORVM: ET SI QVA ILLA SVNT, QVÆ ÆVI MATVRIORIS ÆTATE PARIVNTVR, IAM IN SEMINIS RATIONE PROSERTA SVNT, VT NIHIL NOVVM POSTEA PROFERATVR IN SENIBVS, QVOD NON IN PVERIS IAM ANTE LATITAVERAT. VNDE NON DVBIVM EST, HANC ESSE LEGITIMAM ET RECTAM PROFICIENDI REGVLAM, HVNC RATVM ATQVE PVLCERRIMVM CRESCENDI ORDINEM, SI EAS SEMPER IN GRANDIORIBVS PARTES AC FORMAS NVMERVS DETEXAT ÆTATIS, QVAS IN PARVVLIS CREATORIS SAPIENTIA PRÆFORMAVERAT. QVOD SI HVMANA SPECIES IN ALIQVAM DEINCEPS NON SVI GENERIS VERTATVR EFFIGIEM, AVT CERTE ADDATVR QVIDPIAM MEMBRORVM NVMERO, VEL DETRAHATVR, NECESSE EST VT TOTVM CORPVS VEL INTERCIDAT, VEL PRODIGIOSVM FIAT, VEL CERTE DEBILITETVR: ITA ETIAM CHRISTIANÆ RELIGIONIS DOGMA SEQVATVR HAS

DECET PROFECTVVM LEGES, VT ANNIS SCILICET CONSOLIDETVR, DILATETVR TEMPORE, SVBLIMETVR ÆTATE, INCORRVPTVM TAMEN ILLIBATVMQVE PERMANET. Nonò; quàm quæso eleganter illa trigesimo capite habet Lirinensis! FAS EST ETENIM VT PRISCA ILLA CÆLESTIS PHILOSOPHIÆ DOGMATA PROCESSV TEMPORIS EXCVRENTVR, LIMENTVR, POLIANTVR, SED NEFAS EST VT COMMVTENTVR, NEFAS VT DETRVNCENTVR, VT MVTILENTVR. ACCIPIANT LICET EVIDENTIAM, LVCEM, DISTINCTIONEM: SED RETINEANT NECESSE EST PLENITVDINEM, INTEGRITATEM, PROPRIETATEM. Decimò; hæc trigesimi primi capitis haud prætereunda sententia est: SI NOVITIA VETERIBVS, EXTRANEA DOMESTICIS, ET PROFANA SACRATIS ADMISCERI COEPERINT, PROSERPAT HIC MOS IN VNIVERSVM NECESSE EST, VT NIHIL POSTHAC APVD ECCLESIAM RELINQVATVR INTACTVM, NIHIL ILLIBATVM, NIHIL INTEGRVM, NIHIL IMMACVLATVM, SED SIT IBIDEM DEINCEPS IMPIORVM AC TVRPIVM ERRORVM LVPANAR, VBI ERAT ANTEA CASTÆ ET INCORRVPTÆ SACRARIVM VERITATIS. Vndecimò; Hîc inserendum totum trigesimum secundum caput: CHRISTI VERO ECCLESIA, SEDVLA ET CAVTA DEPOSITORVM APVD SE DOGMATVM CVSTOS, NIHIL IN HIS VNQVAM PERMVTAT, NIHIL MINVIT, NIHIL ADDIT, NON AMPVTAT NECESSARIA, NON ADPONIT SVPERFLVA, NON AMITTIT SVA, NON VSVRPAT ALIENA, SED OMNI INDVSTRIA HOC VNVM STVDET, VT VETERA FIDELITER SAPIENTERQVE TRACTANDO, SI QVA ILLA SVNT ANTIQVITVS INFORMATA, ET INCHOATA, ACCVSET, ET POLIAT: SI QVA IAM EXPRESSA ET ENVCLEATA, CONSOLIDET, FIRMET: SI QVA IAM CONFIRMATA ET DEFINITA, CVSTODIAT. DENIQVE QVID VNQVAM ALIVD CONCILIORVM DECRETIS ENISA EST, NISI VT QVOD ANTEA SIMPLICITER CREDEBATVR, HOC IDEM POSTEA DILIGENTIVS CREDERETVR: QVOD ANTEA LENTIVS PRÆDICABATVR, HOC IDEM POSTEA INSTANTIVS PRÆDICARETVR: QVOD ANTEA SECVRIVS COLEBATVR, HOC IDEM POSTEA SOLLICITIVS EXCOLERETVR. HOC, INQVAM, SEMPER, NEQVE QVIDQVAM PRÆTEREA, HÆRETICORVM NOVITATIBVS EXCITATA, CONCILIORVM SVORVM DECRETIS CATHOLICA PERFECIT ECCLESIA, NISI, VT QVOD PRIVS A MAIORIBVS SOLA TRADITIONE SVSCEPERAT, HOC INDE POSTERIS ETIAM PER SCRIPTVRÆ CHIROGRAPHVM CONSIGNARET, MAGNAM RERVM SVMMAM PAVCIS LITERIS COMPREHENDENDO, ET PLERVMQVE PROPTER INTELLIGENTIÆ LVCEM, NON NOVVM FIDEI SENSVM NOVÆ APPELLATIONIS PROPRIETATE SIGNANDO. Duodecimò; Regium illud audi & contemplare, REX IACOBE, ex capite trigesimo tertio, dignum Regia illa Schola Ve-

I. TIMOT. VI.

I. TIMOT. VI. » teri Gallicana atque Anglicana: PROFANAS, INQVIT, VOCVM » NOVITATES. QVID EST PROFANAS? QVÆ NIHIL HABENT SA- » CRI, NIHIL RELIGIOSI; AB ECCLESIÆ PENETRALIBVS, QVÆ » EST TEMPLVM DEI, PENITVS EXTRANEAS. PROFANAS, IN- » QVIT, VOCVM NOVITATES: VOCVM, ID EST, DOGMATVM, » RERVM, SENTENTIARVM NOVITATES, QVÆ SVNT VETV- » STATI, QVÆ ANTIQVITATI CONTRARIÆ. QVÆ SI RECI- » PIANTVR, NECESSE EST VT FIDES BEATORVM PATRVM, AVT » TOTA, AVT CERTE MAGNA EX PARTE, VIOLETVR: NECESSE » EST, VT OMNES OMNIVM ÆTATVM FIDELES, OMNES SANCTI, OMNES » CASTI, CONTINENTES, VIRGINES, OMNES CLERICI, LEVI- » TÆ ET SACERDOTES, TANTA CONFESSORVM MILLIA, TAN- » TI MARTYRVM EXERCITVS, TANTA VRBIVM, TANTA PO- » PVLORVM CELEBRITAS ET MVLTITVDO, TOT INSVLÆ, PRO- » VINCIÆ, REGES, GENTES, REGNA, NATIONES, TOTVS PO- » STREMO IAM PÆNE TERRARVM ORBIS PER CATHOLICAM » FIDEM CHRISTO CAPITI INCORPORATVS, TANTO SÆCVLO- » RVM TRACTV IGNORASSE, ERRASSE, BLASPHEMASSE, NESCIS- » SE QVID CREDERET, PRONVNCIETVR? Ac tandem Decimo tertio, & Vltimo, trigesimum quartum caput Lirinensis nostri no- » stra Apostolica Timotheana concludit: PROFANAS, INQVIT, » VOCVM NOVITATES DEVITA. QVAS RECIPERE ATQVE SE- » CTARI NVNQVAM CATHOLICORVM, SEMPER VERO HÆRE- » TICORVM FVIT. ET REVERA, QVÆ VNQVAM HÆRESIS, NI- » SI SVB CERTO NOMINE, CERTO LOCO, CERTO TEMPORE » EBVLLIVIT? QVIS VNQVAM HÆRESES INSTITVIT, NISI QVI » SE PRIVS AB ECCLESIÆ CATHOLICÆ VNIVERSITATIS ET AN- » TIQVITATIS CONSENSIONE DISCREVERIT? QVOD ITA ESSE, » LVCE CLARIVS EXEMPLA DEMONSTRANT. QVIS ENIM VN- » QVAM ANTE PROFANVM ILLVM PELAGIVM TANTAM VIR- » TVTEM LIBERI PRÆSVMPSIT ARBITRII, VT AD HOC IN BO- » NIS REBVS PER ACTVS SINGVLOS AD IVVANDVM NECESSA- » RIAM DEI GRATIAM NON PVTARET? QVIS ANTE PRODIGIO- » SVM DISCIPVLVM EIVS, CELESTIVM, REATV PRÆVARICA- » TIONIS ADÆ, OMNE HVMANVM GENVS DENEGAVIT ADSTRI- » CTVM? QVIS ANTE SACRILEGVM ARRIVM, TRINITATIS VNI- » TATEM DISCINDERE? QVIS ANTE SCELERATVM SABELLIVM, » VNITATIS TRINITATEM CONFVNDERE AVSVS EST? QVIS AN- » TE CRVDELISSIMVM NOVATIANVM, CRVDELEM DEVM DIXIT, » EO QVOD MALLET MORTEM MORIENTIS, QVAM VT » REVERTATVR ET VIVAT? QVIS ANTE MAGVM SIMONEM, » APOSTOLICA DISTRICTIONE PERCVSSVM, A QVO VETVS ILLE » TVRPITVDINVM GVRGES VSQVE IN NOVISSIMVM PRISCILLIA- » NVM, CONTINVA ET OCCVLTA SVCCESSIONE, MANAVIT, AV- » CTOREM MALORVM, ID EST, SCELERVM, IMPIETATVM, FLA-

OITIORVMQVE NOSTRORVM AVSVS EST DICERE CREATOREM « I. TIMOTH. VI.
DEVM? QVIPPE QVEM ADSERIT TALEM HOMINEM MANIBVS I- «
PSAM SVIS CREARE NATVRAM, QVÆ PROPRIO QVODAM MO- «
TV, ET NECESSARIÆ CVIVSDAM VOLVNTATIS IMPVLSV, NIHIL «
ALIVD POSSIT, NIHIL ALIVD VELIT NISI PECCARE, EO QVOD «
FVRIIS VITIORVM OMNIVM EXCITATA ET INFLAMMATA, IN «
OMNIVM TVRPITVDINVM BARATHRA INEXHAVSTA CVPIDITA- «
TE RAPIATVR. INNVMERA SVNT TALIA, QVÆ BREVITATIS «
STVDIO PRÆTERMITTIMVS, QVIBVS TAMEN CVNCTIS SATIS «
EVIDENTER PERSPICVEQVE MONSTRATVR, HOC APVD OMNES «
FERE HÆRESES QVASI SOLENNE ESSE AC LEGITIMVM, VT SEM- «
PER PROFANIS NOVITATIBVS GAVDEANT, ANTIQVITATIS SCI- «
TA FASTIDIANT, ET PER OPPOSITIONES FALSI-NOMINIS SCIEN- «
TIÆ A FIDE NAVFRAGENT. CONTRA VERÒ CATHOLICORVM «
HOC FORTE PROPRIVM, DEPOSITA SANCTORVM PATRVM ET «
COMMISSA SERVARE, ET DAMNARE PROFANAS NOVITATES; «
ET SICVT DIXIT, ATQVE ITERVM PRÆDIXIT APOSTOLVS: SI « Galat. I. v. 9.
QVIS ADNVNCIAVERIT PRÆTER QVAM QVOD ACCEPTVM EST, «
ANATHEMA SIT. Hucusque GALLICANI DEPOSITI CVSTOS admi- «
randus planè Vincentius Lirinensis. Nostri verò APOSTOLICI DE-
POSITI iterum memini alterâ meâ Timotheanâ, capite primo:
vbi cùm dixissem; Formam habe Sanorum Verborum quæ à me
audisti; mox subiunxi, BONVM DEPOSITVM CVSTODI PER SPI- « 1. Tim. I. v. 13.
RITVM SANCTVM. Quid verò qualeve sit illud Depositum, expo- « v. 14.
sui capite secundo, cùm dixi: Et quæ audisti à me PER MVLTOS « ibid. v. 2.
TESTES, hæc commenda FIDELIBVS HOMINIBVS qui idonei erunt «
& alios docere. Ac rursus capite tertio: Tu verò permane in iis « ibid. c. 3. v. 14.
quæ didicisti, & credita sunt tibi, SCIENS A QVO DIDICERIS. In «
Materia enim Religionis, vtpote Traditionis, (vnde Religio ac
Religionis Doctrina, TRADITIO, Παράδοσις, à me ferme vbique di-
cta est) non solùm QVID sed & A QVO didiceris acceperisve,
omnino necesse est scias; vt veritati nuncij par sit cognitionis cer-
titudo: quæ cùm credis quod non vides, minuitur & augetur pro
merito ac dignitate adtestantis. Atque hæc de Timotheana Prima,
quæ QVARTA Epistola nostra est. Nunc, vt ille, qui postquam DE
ORATORE scripsisset, ORATOREM composuit, vt exprimeret di-
centem eum, cuius laudes dicendi omnes oratione complexus es-
set; quandoquidem DE EPISCOPO in Timotheo egimus, iam
EPISCOPVM agentem in Tito, ad quem quinta nostra data
est, videamus.

CAP. XLIX. EPISTOLA AD TITVM.

Epistola ergo AD TITVM, quæ QVINTA est, breuior est quàm quæ ad Timotheum, quòd Titus vt grandior natu, ita & rebus gerendis exercitatior foret; deinde Timotheus ex Iudæis, quàm qui ex Gentilibus Titus, Discipulus, pluribus informandus erat. Hoc vnum præterea vt attentiùs audias, insinuo, nempe Regiam hanc, vt Timotheanam, esse; in qua inuenies quoque in Principes Officium

Rationalem, quæ eſt altera pars Humanæ Naturæ; dicit eum DI- TIT. I.
MIDIATAM Chriſti introduxiſſe OECONOMIAM. TERTIVM; DE
QVINQVE DOCTRINALIBVS VIRTVTIBVS EPISCOPI: QVARVM
PRIMA EST, VT SIT DOCTVS; SECVNDA, VT DOCTRINAM VE-
RITATIS CONSTANTER TENEAT; TERTIA, VT DOCEAT ALIOS;
QVARTA, VT IDONEVS SIT AD EXHORTANDVM; QVINTA,
VT ETIAM POTENS SIT AD REDARGVENDVM CONTRADICEN-
TES: Amplectentem eum qui SECVNDVM DOCTRINAM eſt, FI- « v.9.
DELEM SERMONEM, vt POTENS SIT EXHORTARI in DOCTRINA «
SANA, & EOS QVI CONTRADICVNT, ARGVERE: Ἀντεχόμενον (pro- «
priè TENACEM, vt Ambroſianus legit) τοῦ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΔΙΔΑΧΗΝ
ΠΙΣΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, ἵνα ΔΥΝΑΤΟΣ ᾖ καὶ ΠΑΡΑΚΑΛΕΙΝ ἐν τῇ ΔΙΔΑ-
ΣΚΑΛΙΑ ΤΗ ΥΓΙΑΙΝΟΥΣΗ, καὶ ΤΟΥΣ ΑΝΤΙΛΕΓΟΝΤΑΣ ΕΛΕΓΧΕΙΝ.
Ex hoc quoque patet differentia Presbyteri & Epiſcopi, quòd Pre-
ſbyteros bonos, vtpote duplici honore dignos, nec tamen laboran-
tes in Verbo & Doctrina agnoſcam, prioris ad Timotheum quin-
to; Epiſcopos autem nullos niſi Doctos, penes quos Cauſæ Maio-
res, & Defenſio Doctrinæ. QVARTVM; DE HÆRETICIS ET SCHI-
SMATICIS: Sunt enim multi INOBEDIENTES, (Græcè, NON SVB- « v.10.
DITI: vt & ſuprà Vulgatus Interpres & hîc Hieronymus vertit, Ἀνυ-
πότακτοι,) VANILOQVI & SEDVCTORES (Græcè, φρεναπάται, hoc eſt, «
MENTIVM DECEPTORES, vt habet Hieronymi Textus) Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ «
ΑΝΥΠΟΤΑΚΤΟΙ, ΜΑΤΑΙΟΛΟΓΟΙ, καὶ ΦΡΕΝΑΠΑΤΑΙ. Atque hæc de
iis de quibus addidi: COINQVINATIS autem & INFIDELIBVS nihil « v.15.
eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum & MENS & CONSCIEN- «
TIA. Confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant, cùm ſint «
ABOMINATI & INCREDIBILES (Græcè, ABOMINABILES & IMPER- «
SVASIBILES, vel, vt Hieronymus & Ambroſianus legunt, EXSE-
CRABILES & INOBEDIENTES, Βδελυκτοὶ καὶ Ἀπειθεῖς,) & AD OMNE «
OPVS BONVM REPROBI: Hi Hæreticorum, hi Schiſmaticorum Titu- «
li. QVINTVM; DE BONIS OPERIBVS: In omnibus teipſum præbe « TIT. II.
EXEMPLVM BONORVM OPERVM: Περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος ΤΥ- « v.7.
ΠΟΝ ΚΑΛΩΝ ΕΡΓΩΝ. Quod enim Epiſcopum Exemplar Bonorum
Operum facit, & Bona Opera & Hominum Libertatem in iis quæ
ad Deum ſunt, commendat ac declarat. SEXTVM; DE IVSTITIA
OPERVM: Apparuit enim GRATIA DEI Saluatoris noſtri omnibus « v.11.
hominibus, ERVDIENS nos, vt abnegantes Impietatem & SECVLA- «
RIA DESIDERIA, Sobriè & IVSTE, & Piè viuamus in hoc ſæculo: «
Ἐπεφάνη γὰρ Η ΧΑΡΙΣ τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, ΠΑΙΔΕΥΟΥΣΑ
ἡμᾶς, ἵνα, ἀρνησάμενοι τὴν Ἀσέβειαν, καὶ τὰς ΚΟΣΜΙΚΑΣ ΕΠΙΘΥΜΙΑΣ, Σω-
φρόνως, καὶ ΔΙΚΑΙΩΣ, καὶ Εὐσεβῶς ζήσωμεν, ἐν τῷ ΝΥΝ αἰῶνι. SI IVSTE
viuitur, ergò IVSTITIA Operum. Et certè hac ſententia ſummam
Vitæ Chriſtianæ complexus ſum, definiens eam his tribus, So-
brietate ſeu Temperantia, (vnde Ambroſianus legit, TEMPE-
RANTER) Iuſtitia, & Pietate: Temperantiâ quâ quiſque
bene ſit erga Seipſum ordinatus; Iuſtitiâ, quâ erga Proxi-

TIT. II. mos; Pietate, qua erga Deum: quemadmodum pulchrè locum hunc exponit Fulgentius, libro primo De Remissione Peccatorum, capite vigesimo octauo, ita concludens: Quisquis ergo vult
» AD REGNVM peruenire CÆLORVM, viuat SOBRIVS in Semetipso,
» IVSTITIAM seruet in Proximo, PIVS perseueret in Deo. SEPTIMVM; DE MVLTITVDINE CATHOLICORVM AC DE HÆRETI-
v.13. » CORVM PAVCITATE: Exspectantes BEATAM SPEM, & Aduentum
» GLORIÆ MAGNI DEI, & Saluatoris nostri Iesu Christi, Qui dedit
» semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, &
» MVNDARET SIBI Populum ACCEPTABILEM: Προσδεχόμενοι τὴν ΜΑΚΑΡΙΑΝ ΕΛΠΙΔΑ, καὶ Ἐπιφάνειαν Τῆς Δόξης ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΘΕΟΥ. καὶ Σωτῆρος Ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ Ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται Ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ ΚΑΘΑΡΙΣΗ ΕΑΥΤΩ Λαὸν ΠΕΡΙΟΥΣΙΟΝ. Augustinus enim, qui primus detexit Astutias istas Hæreticas, quibus
» HÆRETICI, vt contra Donatistas ait; SEMPER DE PAVCITATE
» GLORIANTVR, ET SEDVCERE, SI POSSINT, MVLTITVDINEM,
» QVÆRVNT; pro, ACCEPTABILEM, legit, ABVNDANTEM: (quoniam scilicet apud Græcos Περιουσία ABVNDANTIA est:) & Epistolâ quadragesimâ octauâ, & libro De Vnitate Ecclesiæ, capite decimo quarto, vbi citat hunc locum, pro Multitudine eorum qui sunt in Ecclesia. Porrò Hieronymus in Commentario scribit, se de Græca voce Περιούσιον, Sapientes huius sæculi consuluisse; nec discere ab eis potuisse quid significaret: vnde putat vocabulum esse Sacris Scripturis, sicut à LXX. translatæ sunt, proprium, qua vtuntur Græci Interpretes, Exodi decimo nono, Deuteronomij septimo, decimo quarto, & vigesimo sexto, necnon & Psalmo centesimo trigesimo quarto, & Malachiæ tertio: in quorum locorum penultimo Septuaginta & Theodotio, teste Hieronymo, Περιουσιασμὸν verterunt: Aquila verò & Quinta Editio posuerunt Περιούσιον, nulla significationis diuersitate. Cæterùm videntur Antiqui illi Testamenti Veteris Interpretes, quorum proprio verbo vsus sum, tanquam in nube,
Matth.6.v.11. Ἐπιούσιον illud Euangelicum Orationis Dominicæ quod per SVPERSVBSTANTIALE conuersum est, vidisse: cumque subesse aliquid mysterij, ac in mysterio, nouitatis, subodorarentur, nouis & ignotis rebus noua & ignota nomina indidisse; vt pro Ἐπιουσίῳ, Περιούσιον dicerent; dum nec omittere, nec tamen intelligere possent, POPVLVM SVBSTANTIALEM; qui peculiari ac singulari egregioque ac Regio ritu, ex οὐσίᾳ, vt superiùs dictum est, atque Substantia sua, à Christo Rege diuinitus aleretur, ex eaque per CONCORPORALITATIS illud à nobis abunde explicatum MYSTERIVM, tanquam constatet. OCTAVVM; DE SANCTA ZELOTYPIA CHRISTIANORVM, ARDENTIQVE INTER EOS ÆMVLATIONE, FERVORE AC ZELO AD BONA OPERA CERTATIM FACIENDA; ET QVOD SAN-
v.14. » CTITAS SIT NOTA ECCLESIÆ: Sectatorem Bonorum Operum: Ζηλωτὴν Καλῶν Ἔργων. Pro SECTATORE, Ζηλωτὴν, Zelotem, id est, ÆMVLATOREM, vti legunt Hieronymus & Ambrosianus, siue

STVDIOSVM

STVDIOSVM dixi, vt quod vrgent Græci Interpretes exponerem, vi- TIT. II.
delicet haud simpliciter à nobis exigi opera virtutis. Ait enim ÆMVLATOREM, inquit Chrysostomus, hoc est, magna cum alacritate & ingenti studio & animo, virtutis opera capessentem. Hanc verò partem adieci, vt insinuarem ita demum nos fore POPVLVM ACCEPTABILEM & PECVLIAREM Christo, si Bonorum Operum perstudiosi fuerimus, quandoquidem ad hunc finem nos ipse redemerit. NONVM; DE PRÆCEPTO AVCTORITATIS SERVANDÆ: Hæc « v. vlt.
loquere & exhortare, & argue CVM OMNI IMPERIO. nemo te con- «
temnat: Ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε ΜΕΤΑ ΠΑΣΗΣ ΕΠΙΤΑ- «
ΓΗΣ. μηδείς σου περιφρονείτω. Quod quidem præceptum liquet non esse contrarium illi, quo Timotheum admonebam, vt IN OMNI PA- 2. Tim. 4. v. 2.
TIENTIA argueret, secundâ Timotheanâ, capite quarto. Nec enim auctoritatis ostensio cum mansuetudine & patientia pugnat. Hoc certè loco commemoranda Diui Hieronymi interpretatio est in posteriora hæc verba: Nemo te contemnat. Namque præter multa grauissima quæ curiosè vndique conquirit, & Episcopalis auctoritatis magnam commendationem continet, & vim naturamque Hierar-
chiæ cum omnibus Ordinibus apprimè describit: Existimet, inquit, ali- «
quis hoc ipsum nunc ad Titum scribi quod ad Timotheum dictum est: «
Nemo adolescentiá tuam contemnat. Nos verò iuxta Græci Sermonis « 1. Tim. 4. v. 12.
differentiam, aliud putamus significare, περιφρονείτω, quod hîc scribi- « Tit. 2.
tur, & aliud καταφρονείτω, quod ad Timotheum dictum est; & præposi- « v. vlt.
tiones περὶ, vel κατὰ sensum facere diuersum. Quod autem non fortuitò, «
& vt libet, PAVLVS APOSTOLVS, non solùm Nominibus & Verbis, «
verùm etiam Præpositionibus diuersis vtatur, pro varietate causarum; «
perspicuum fieri poterit, ex eo quod ait; Mulier enim EX viro: vir ve- « 1. Cor. 11.
rò PER mulierem. Et alibi: Quia EX eo, & PER eum, & IN ipso « v. 8. Col. 1.
sunt omnia. Necnon & illud: PAVLVS APOSTOLVS, non AB ho- « v. 16.
minibus, neque PER hominem. Existimamus itaque καταφρονεῖν, ad « Gal. 1. v. 1.
contemptum propriè pertinere, vel cùm quis inter equuleum lami- «
nasque distentus, contemnit dolorem, & nec Iudicis comminatio- «
nem, nec circunstantis populi fremitum pertimescit; sed pro con- «
fessione martyrij, vniuersa supplicia contemnit & despicit. Econ- «
trario autem est & malus contemptus, de quo & Habacuc Spiritu «
Sancto in se loquente testatur: Videte contemptores, & inspicite, « Habac. 1.
& admiramini mirabilia, & disperdimini. Iuxta quod, ad Timo- « v. 1. &
theum quoque scriptum diximus: Nemo adolescentiam tuam con- « Act. 13. v. 41.
temnat: id est, nolo te talem exhibeas, vt possis ab aliquo meritò « 1. Tim. 4.
contemni. Περιφρόνησις autem illud sonat, sicut Stoici tamen adse- « v. 12.
runt, qui distingunt inter verba subtiliter, cùm quis confidens sibi «
se alio esse meliorem, despicit eum quem inferiorem putat; & su- «
per, id est, plus, sapiens, humiliorem existimat dignum esse con- «
temptu. Tale quid, intumescens superbiæ vanitate, & cælum ipsum «
solemque despiciens, apud Græcos quidam dixisse deluditur: Ἀερο- «
βατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν Ἥλιον: quod nos Latinè possimus dicere: Scan- «

TIT. II. » do per aërem, & pluris me noui esse quàm Solem. Περιφρόνησις ergo,
» quæ nunc ad Titum ponitur, illum sensum habet : NEMO EO-
» RVM QVI IN ECCLESIIS SVNT, TE SEGNITER AGENTE, SIC VI-
» VAT, VT SESE PVTET ESSE MELIOREM. QVALIS ENIM ÆDIFI-
» CATIO ERIT DISCIPVLI, SI SE INTELLIGAT MAGISTRO ESSE
» MAIOREM? Vnde non solùm EPISCOPI, PRESBYTERI, & DIACO-
» NI debent magnoperè prouidere, vt Cunctum Populum, CVI PRÆ-
» SIDENT, Conuersatione, Sermone, ac Scientia præcedant: Ve-
» rum & Inferior Gradus, EXORCISTÆ; LECTORES, ÆDITVI, &
» omnes omnino qui Domui Dei seruiunt. QVIA VEHEMENTER
» ECCLESIAM CHRISTI DESTRVIT, MELIORES LAICOS ESSE QVAM
» CLERICOS. DECIMVM; DE SACRA PONTIFICVM AC REGVM
TIT. III. » CONCORDIA: Admone illos PRINCIPIBVS ET POTESTATIBVS sub-
v. 1. » ditos esse: Ὑπομίμνησκε αὐτοὺς, ΑΡΧΑΙΣ ΚΑΙ ΕΞΟΤΣΙΑΙΣ ὑποτάσσεσθαι.
At quanta esse Regum obseruantia in eos debet, per quos diuina
eorum & Potentia & Maiestas Populo Dei credenda colendaque
proponitur? De se necesse est ante dubitent Reges, quàm de iis du-
bitari sinant, quorum præconio, quod sunt, creduntur. VNDECI-
MVM; DE INTIMA SACRAMENTORVM VIRTVTE, ET QVOD A-
LIVD SINT QVAM SYMBOLA QVÆDAM EXTERNA, QVIBVS SA-
LVS PER CHRISTVM ACCEPTA VELVT SIGILLIS OBSIGNETVR ET
CONFIRMETVR; QVODQVE NON IVSTIFICENTVR FIDELES SO-
LA IMPVTATIONE IVSTITIÆ CHRISTI, SED VERAM HABEANT
IVSTITIAM SIBI PER CHRISTVM INHÆRENTEM, SINE QVA NE-
v. 5. » MO SPIRITV AC MENTE RENOVATVS VERE DICI POSSIT: Per
» LAVACRVM REGENERATIONIS ET RENOVATIONIS Spiritus San-
» cti: Διὰ ΛΟΤΤΡΟΤ ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑΣ ΚΑΙ ΑΝΑΚΑΙΝΩΣΕΩΣ Πνεύματος Ἁγίου. LAVACRVM igitur REGENERATIONIS; quia qui Ba-
ptismi Sacramento foris abluuntur, intus regenerantur in Filios Dei,
& renouantur per Gratiam Adoptionis, idque ex institutione Chri-
Ioan. 3. v. 5. sti, qui dixit: NISI QVIS, Ioannis tertio. Quod enim Christus dicit,
Eph. 5. v. 26. EX AQVA; ego Paulus, PER LAVACRVM, itemque alibi, MVN-
DANS LAVACRO AQVÆ, non nudam sonat Obsignationem
salutis acceptæ, sed causalitatem quamdam; ita vt verè dicatur, Homines per Baptismum, tanquam instrumentum operationis Diuinæ, Regenerari, Mundari, ac Iustificari. LAVACRVM verò RENOVATIONIS; quia per Baptismum VETVS HOMO exuitur, & induitur NOVVS; dum scilicet is qui Baptizatur, deposita vetustate peccati, in Nouam transit Creaturam in Iustitia & Sanctitate Veritatis. Nominatur autem Spiritus Sancti persona, quòd huic ea peculiariter opera soleant adscribi, quæ sunt gratuitæ erga homines bonitatis diuinæ. Qui ergo aliter docent, blasphemant quod non intelligunt, Magnum illud Fidei Sacramentum, quod in eo positum est vt Corpus tangat & Cor abluat. DVODECIMVM; DE IVSTIFICATIONE, QVOD NON CONSISTAT IN SOLA REMISSIONE PECCATORVM, SED ETIAM AC PRÆCIPVE IN DONIS SPIRITVS

SANCTI SVPER NOS EFFVSIS, CVIVSMODI SVNT FIDES, SPES, ET TIT. III.
CHARITAS, CVM REMISSIO PECCATORVM NON APTE DICATVR
EFFVNDI : Quem EFFVDIT in nos abundè : Οὗ ΕΞΕΧΕΕΝ ἐφ' ἡμᾶς « v.6.
πλουσίως. DECIMVM TERTIVM ; DE PLENA MYSTERII, APVD
CHRISTIANOS, BONORVM OPERVM FIDE: FIDELIS SERMO EST, « v.8.
ET DE HIS VOLO TE CONFIRMARE, Vt curent, BONIS OPERIBVS «
PRÆESSE QVI CREDVNT DEO : ΠΙΣΤΟΣ Ο ΛΟΓΟΣ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ «
ΤΟΥΤΩΝ ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΣΕ ΔΙΑΒΕΒΑΙΟΥΣΘΑΙ, Ἵνα φροντίζωσι ΚΑΛΩΝ
ΕΡΓΩΝ ΠΡΟΙΣΤΑΣΘΑΙ ΟΙ ΠΕΠΙΣΤΕΥΚΟΤΕΣ ΤΩ ΘΕΩ. Id eſt, Vt
qui in Deum, tanquam Salutis Auctorem, crediderunt, curam ha-
beant Bonorum Operum, ac ſolliciti ſint vt ea non ſolùm exer-
ceant, ſed etiam omni ſtudio promoueant, tanquam Operum Exa-
ctores & Præfecti. DECIMVM QVARTVM ; DE CONDEMNANDIS,
VITANDIS, EXCOMMVNICANDISVE HÆRETICIS : HÆRETICVM «
HOMINEM, poſt VNAM & SECVNDAM Correptionem, DEVITA: «
Sciens quia SVBVERSVS EST qui eiuſmodi eſt, & delinquit, «
CVM SIT PROPRIO-IVDICIO-CONDEMNATVS : ΑΙΡΕΤΙΚΟΝ ΑΝ- «
ΘΡΩΠΟΝ, μετὰ ΜΙΑΝ καὶ ΔΕΥΤΕΡΑΝ Νουθεσίαν ΠΑΡΑΙΤΟΥ· Εἰδὼς
ΟΤΙ ΕΞΕΣΤΡΑΠΤΑΙ ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει, ΩΝ ΑΥΤΟΚΑΤΑΚΡΙΤΟΣ.
Epiſcopalis Correptio, Νουθεσία aptiſſimè dicitur, quaſi AMISSÆ
MENTIS REPOSITIO : quod optimè conuenit cum Hæreſiarchis, quos
paulo antè, MENTIVM SEDVCTORES, Φρεναπάτας, appellabamus. Tit.1.v.10.
Denique Patres innumeri, tam Græci, quàm Latini, POST PRIMAM
CORREPTIONEM, legunt; videlicet ob contagionem morbi · orta-
que hæc lectio, quamuis nec multùm nec diu probata, potiſſi-
mùm ex quibuſdam Codicibus Græcis. Quidquid ſit, Hæreti-
cus eſt, Αὐτοκατάκριτος, ſiue PROPRIO-IVDICIO-CONDEMNA-
TVS. Peccat enim non quomodocumque, ſed ita vt proprio ſe
iudicio condemnet, dum præueniens quodammodo Iudicium Epi-
ſcopi, quo condemnandus eſſet, & à Fidelium Societate ſeparan-
dus ; ipſe ſemetipſum ab ea ſeparat, palàm & pertinaciter ab eius
doctrina diſſentiens. Per hoc ergo, quod dixi, Hæreticum eſſe
PROPRIO-IVDICIO-CONDEMNATVM ; eum ab aliis Excom-
municatis diſtinxi. Nam alij ſolent inuiti proiici extra Eccle-
ſiam : at Hæretici SEMETIPSOS SEGREGANT, vt ait Sanctus Ep.Iud.v.19.
Iudas Apoſtolus ; id eſt, ſeipſos excommunicant. Sed ſupra iam
ſatis multa De Αὐτοκαταχρίτῳ egimus, vt ad claudendam hanc
QVINTAM Epiſtolam properemus. DECIMVM igitur QVIN-
TVM atque VLTIMVM ; DE BONIS OPERIBVS, AC DE LI-
BERO ARBITRIO ; QVODQVE HOMINES SINT DOMI-
NI SVORVM ACTVVM, ET LIBERVM HABEANT AR-
BITRIVM ETIAM IN IIS QVÆ AD PIETATEM PERTI-
NENT : Diſcant autem & NOSTRI Bonis Operibus Præeſſe ad «Tit.3.v.14.
vſus neceſſarios : Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ΗΜΕΤΕΡΟΙ, Καλῶν Εργων «
Προΐστασθαι, εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας. NOSTRI autem, ſiue, ΗΜΕΤΕΡΟΙ,

TIT. III. id eſt, feruentes Chriſtiani, de quibus ſequenti, id eſt, vltimo verſi-
v.15. » culo, dictum eſt, QVI NOS AMANT IN FIDE. Iam SEX-
CAP. L. TÆ, nempe ad Corinthios Poſterioris, Nicopoli, vt veriſimilius eſt,
II. COR. I. (anno ætatis meæ quinquageſimo ſeptimo, vndecim annos ante Martyrium, quod in annum noſtrum ſexageſimum octauum incidit,) datæ, per Titumque latæ, hæc Apoſtolicorum Dogmatum Summa eſt. PRIMVM; DE APOSTOLICA CVM EPISCOPIS FRA-
v.1. » TERNITATE: Et Timotheus Frater: Καὶ Τιμόθεος ὁ Ἀδελφός. Fratrem dixi, non tam ob Communionem Fidei, quâ Chriſtiani omnes Fratres ſunt, ac dicuntur; quàm ob dignitatem Miniſterij Euangelici, in quo Timotheum Socium & quaſi Coapoſtolum agnoſcebam: licèt ipſe multis alioqui nominibus, ita Deo volente, ſuperior eſſem. Haud diſſimili ratione, inquit Diuus Thomas, qua Romanus Pontifex omnes Epiſcopos ſolet appellare Fratres. Cuius comparationis causâ hunc locum, alioqui obuium, explanare cenſui. SE-
v.10. » CVNDVM; DE MEDIATIONE INTERCESSIONIS: In quem ſpera-
» mus, quoniam & adhuc eripiet. Adiuuantibus & vobis in oratio-
» ne pro nobis: vt ex multorum perſonis, eius quæ in nobis eſt do-
» nationis per multos gratiæ agantur pro nobis: Εἰς ὃν ἠλπίκαμεν, ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται. Συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν, τῇ δεήσει, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων, τὸ εἰς ἡμᾶς Χάρισμα, διὰ πολλῶν Εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. Dum me aliorum apud Deum intercedentium, immo plurium precibus iuuandum & credidi & docui, haud certè vnius omnium meitui Mediatoris indignationem ac offenſam, quam ſcrupuloſè veſtri Nouatores fingunt, vbi à Sanctorum cum Chriſto regnantium Orationibus ſibi temperant ex Fide Ficta. Coguntur tandem delicati illi, communi ſuo MEDIATIONIS loco moti ac pulſi, notiſſima illa diſtinctione ac diuiſione quæ fit in INTERCESSIONEM ac REDEMPTIONEM, confugere, mutato Medio, ad quæſtionem aliam, de iis quæ agi poſſunt poſt mortem. At ridiculum eſt, philoſophandi deſultorium illud genus, nec ſatis reſponſione dignum, ſi modò meminerimus, manentem ſemper & vbique Charitatem, ſemper & vbique agere idem; nec Militantium quàm Triumphantium conditionem potiorem: & Paganicum inuentum eſſe morientium cogitationes Lethæo flumine immergere. Porrò docet hic locus, vbi multi Deum orant, non ſolùm faciliùs id quod petitur, impetrari; (quia difficile eſt multorum preces non exaudiri) verùm & alterum fructum inſignem continuò ſequi, vt iidem multi de dono vel donis impetratis, Deo gratias agant. Qui quidem fructus, quia ſemper cum lætitia coniunctus eſt, & cum Beatis in æternum permanſurus, vtique ſummopere eſt exoptandus. In reducendo Ignatio Conſtantinopolitano Patriarcha, auctor Vitæ ac Certaminis eius Nicetas, cognomento Dauid Paphlagon, Prolegomenis ad Octauam Synodum, rem huic propoſito accommoda-
» tam accidiſſe narrat, his verbis: RES verò tunc DIVINA fiebat.

Nec par eſt, vt Sacrum omen, quod in ingreſſu Ignatij accidit, præ- « II.COR.I
termittamus. Intrantem namque Ignatium Populus quidem ſup «
plex veneratur; SACERDOS AVTEM IN ADYTIS OBLATIONEM «
DOMINO FACIENS CLAMABAT: GRATIAS AGAMVS DOMINO DEO «
NOSTRO, ET MOX POPVLVS RESPONDEBAT: DIGNVM ET IVSTVM «
EST. Ita ſacer Ignatius bonis ominibus Throno ſuo recepto & gu «
bernaculis Eccleſiæ reſumptis arcet à SACRIS non Photium tantùm, «
& omnes ab illo initiatos, ſed omnes etiam illius ſectatores, cum «
illo communicantes: precatur inſuper Imperatorem, vt OECVME- «
NICAM SYNODVM cogat, QVA OMNIA ECCLESIÆ VVLNERA SA- «
NARI ARBITRABATVR: Η ΙΕΡΑ δὲ τότε ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ, καὶ ὃ ἔθος ἐπι- «
λεῖτο· ἄξιον δὲ μηδὲ τὴν ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ συμπεσοῦσαν ἱερὰν κληδόνα, παραλι-
πεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἐσῄει, οἱ δὲ προσεκύνουν· Ο ΙΕΡΕΥΣ ΔΕ, ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΣΩ-
ΜΕΝ ΤΩ ΚΥΡΙΩ, ΤΗΝ ΑΝΑΦΟΡΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΔΥΤΟΙΣ ΠΟΙΟΥ-
ΜΕΝΟΣ, ΕΝΕΚΡΑΓΕΝ. Ο ΛΑΟΣ ΔΕ, ΑΞΙΟΝ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΝ, ΑΠΕΚΡΙ-
ΝΑΤΟ. οὕτως ὁ ἱερὸς Ιγνάτιος, ὑπ' ἀγαθοῖς συμβόλοις, τὸν οἰκεῖον Θρόνον ἀπει-
ληφὼς, καὶ τοὺς οἴακας αὖθις τῆς Εκκλησίας ἐγχειρισθεὶς, εἴργει μὲν ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ
ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ, οὐ Φώτιον μόνον, καὶ τοὺς Χειροτονηθέντας ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ
πάντας τοὺς κεκοινωνηκότας αὐτῷ. ἐκλιπαρεῖ δὲ τὸν Βασιλέα ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΝ
ΣΥΝΟΔΟΝ κροτῆσαι, ΔΙ' ΗΣ ΕΣΕΣΘΑΙ ΤΩΝ ΣΚΑΝΔΑΛΩΝ ΠΑΝ-
ΤΩΝ ΥΠΕΛΑΜΒΑΝΕ ΤΗΝ ΙΑΣΙΝ. TERTIVM; DE SACRAMENTO
CONFIRMATIONIS: Qui autem Confirmat nos vobiſcum in Chri- « v. 21.
ſto, & qui Vnxit nos, Deus. Qui & Signauit nos, & dedit Pignus «
Spiritus in cordibus noſtris: Ο δὲ Βεβαιῶν ἡμᾶς, σὺν ὑμῖν, εἰς Χριστὸν, καὶ «
Χρίσας ἡμᾶς, Θεός. ὁ καὶ Σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν Αρραβῶνα τοῦ
Πνεύματος, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. In illo verbo VNXIT, cui reſpondet
vox Græca, Χρίσας, nonnulli Veterum notant alluſionem eſſe ad
Vnctionem Chriſmatis, quæ in Sacramentis fit. Itaque Chriſma-
tis hîc meminerunt, necnon Sacramenti Chriſmatis, ſiue Sacra-
menti Confirmationis, Catholico ritu adminiſtrandi. Illud, SI-
GNAVIT, Græcè, OBSIGNAVIT, Σφραγισάμενος, eſt, nempe Spiritu
Sancto, id eſt, tanquam ſigillum quoddam nobis impreſſit Spiri-
tum Sanctum, varia eius largiendo Chariſmata, quæ ſigilli inſtar
nos veros Dei Nuncios ac Miniſtros probent. Sigillum quippe
Regis impreſſum aut appenſum diplomati, certam fidem inter ho-
mines facit. Pignus verò, Græcè Arrhabo ſiue Arrha eſt, Αρρα-
βὼν, quæ nimirum dari ſolet ad contractus aut promiſſi confirma-
tionem: vt ſenſus ſit: qui idem Deus dedit in cordibus noſtris Ar-
rham ſuarum promiſſionum, ipſum Spiritum Sanctum. Et qui-
dem intranſitiuè PIGNVS SPIRITVM legit Auguſtinus locis à Beda
recitatis. Conferendus hic locus cum eo prioris capitis Epiſtolæ
noſtræ ad Epheſios: Signati eſtis Spiritu Promiſſionis Sancto, qui « Epheſ. 1.
eſt pignus hereditatis noſtræ. QVARTVM; DE LICITIS SANCTIS- « v. 13.
QVE IVRAMENTIS: Ego autem Teſtem Deum inuoco in animam « 2. Cor. 1.
meam: Εγὼ δὲ Μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι, ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν. « v. 23.

II. COR. I. Liquet Christiano Iuramentum haud illicitum esse, vbi necessitas requirit. Quod vt doceret, hunc inter alios locum protulit, Quæstione quinta Epistolæ octuagesimæ nonæ, DOCTOR SVBTILIS, Augustinus meus. Necessitas autem mihi PAVLO ea tunc erat, vt scilicet aduersùs æmulorum calumnias meam existimationem Apostolatusque mei dignitatem apud Corinthios tuerer. Nam, vt ait Augustinus Sermone Priore, De Vita Communi suorum Clericorum (Bedâ & Primasio citantibus, in illum huius Epistolæ versicu-
8. v. 21. » lum; Prouidemus enim Bona non solùm coram Deo sed etiam co-
» ram hominibus; quem locum quoque Augustinus adfert in hoc Sermone, cuius meminit Concilium Aquisgranense, sub Ludouico Imperatore, Anno octingentesimo decimo sexto celebratum:)
» Propter nos Conscientia nostra sufficit nobis, propter vos Fama
» nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi
» atque distinguite. Duæ res sunt CONSCIENTIA ET FAMA: Con-
» scientia tibi; Fama proximo tuo. QVI FIDENS CONSCIENTIÆ
» SVÆ NEGLIGIT FAMAM SVAM; CRVDELIS EST: Maximè, in lo-
» co isto positus de quo dicit APOSTOLVS, scribens ad Discipulum
» suum; Circa omnes te ipsum bonorum præbe exemplum. Vt er-
» go vos non diu teneam, præsertim QVIA EGO SEDENS LOQVOR,
» VOS STANDO LABORATIS. & quæ sequuntur. QVINTVM; DE
II. COR. » INDVLGENTIIS: Sufficit illi qui eiusmodi est, OBIVRGATIO hæc
II. v. 6. » quæ fit à pluribus: Ita vt econtrario magis donetis & consolemi-
» ni, ne fortè abundantiori tristitiâ absorbeatur qui eiusmodi est.
» Propter quod obsecro vos vt confirmetis in illum charitatem. Ideo
» enim & scripsi vobis, vt cognoscam experimentum vestrum, an in
» omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego; nam
» & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos, in persona Chri-
» sti, vt non circumueniamur à Satana. Non enim ignoramus cogi-
» tationes eius: Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ΕΠΙΤΙΜΙΑ αὕτη, ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς Χαρίσασθαι, καὶ Παρακαλέσαι, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. Ὧ δέ τι Χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ. καὶ γὰρ ἐγὼ, εἴ τι Κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. Vbi sat EPITIMII aut EPITIMIORVM (vt Concilia Generalia, Septimum & Octauum, loquuntur, translata ad Pœnas Canonicas voce, ex contextu huius loci Græco, in quo, Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ΕΠΙΤΙΜΙΑ αὕτη, iamiam lectum est) vbi, inquam, sat Epitimij vel Obiurgationis ac Pœnitentiæ actum est, de reliquoque indultum atque condonatum fuit, eaque relaxatio fit IN PERSONA CHRISTI, atque vicaria auctoritate Apostolica, contrito ac pœnitenti, extraque Pœnitentiæ Sacramentum in Salutem non in Exemplum duntaxat; dubitamus, locum illum, quem DE INDVLGENTIA LAPSIS DANDA, mox circa Sæculum sequens Posterio-

res dixere, hîc fuiſſe impletum, hîc promulgatum? Apponendi modò ſunt duo Nicæni Canones, vt res cumulatè illuſtrata conſtet. In Magno quippe Nicæno Concilio ſtatutum reperitur, vt pro animi ardore, quo quis ſuſceperit iniunctam peragere pœnitentiam, poſſit Epiſcopus Indulgentiam, ne præſtitutum integrum tempus perſoluere teneatur, illi præſtare. Vndecimus Nicænus Canon prior, eſt: II.COR.II.
De his qui præter neceſſitatem præuaricati ſunt, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid huiuſmodi (quod factum eſt ſub Tyrannide Licinij) placuit Synodo, quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari. QVICVNQVE ERGO VERACITER POENITVDINEM GERVNT, Tribus Annis Fideles inter AVDIENTES habeantur; & Sex (aliàs, Septem) Annis, omni ſe contritione deiiciant; Duobus autem Annis SINE OBLATIONE Populo in Oratione communicent: Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης, ἢ χωρὶς ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἤ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικινίου, ἔδοξε τῇ Συνόδῳ, κἂν ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας ὅμως ΧΡΗΣΤΕΥΣΑΣΘΑΙ εἰς αὐτούς. ΟΣΟΙ ΟΥΝ ΓΝΗΣΙΩΣ ΜΕΤΑΜΕΛΟΝΤΑΙ, Τρία Ετη, ἐν ΑΚΡΟΩΜΕΝΟΙΣ ποιήσουσιν, οἱ πιστοὶ καὶ Ἑπτὰ Ετη, ΥΠΟΠΕΣΟΥΝΤΑΙ. Δύο δὲ Ετη, ΧΩΡΙΣ ΠΡΟΣΦΟΡΑΣ, κοινωνήσουσι τῷ λαῷ, τῶν Πρεσβυτέρων. Poſterior Canon, duodecimus, huiuſcemodi eſt: Quicumque vocati per gratiam, primum quidem impetum (aliàs, voluntatem) monſtrauerunt, deponentes militiæ cingulum; poſtmodum verò ad proprium vomitum ſunt relapſi, ita vt quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent: hi Decem Annis poſt Triennij Tempus quo inter AVDIENTES erunt, in afflictione permaneant. SED IN HIS OMNIBVS PROPOSITVM ET SPECIEM POENITENTIÆ CONVENIT EXPLORARE. QVOTQVOT ENIM METV ET LACRYMIS, ATQVE PATIENTIA, VEL BONIS OPERIBVS, REBVS IPSIS CONVERSIONEM SVAM, NON SIMVLATIONE, DEMONSTRANT; DEFINITVM TEMPVS AVDITIONIS IMPLENTES, TVM DEMVM FIDELIBVS IN ORATIONE COMMVNICENT: POSTMODVM VERO LICEBIT EPISCOPO DE HIS ALIQVID HVMANIVS COGITARE. (aliàs, CONSVLERE.) Quicunque verò indifferenter tulerunt, & aditum introeundi, (aliàs, habitum nòn introeundi, aut, habitum introeundi) Eccleſiam ſibi arbitrati ſunt AD CONVERSIONEM poſſe ſufficere, hi definitum modis omnibus tempus impleant: Οἱ δὲ προσκληθέντες μὲν ὑπὸ τῆς χάριτος, καὶ τὴν πρώτην ὁρμὴν ἐνδειξάμενοι, καὶ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀναδραμόντες, ΩΣ ΚΥΝΕΣ, ὥς τινας καὶ ἀργύρια προέσθαι, καὶ ΒΕΝΕΦΙΚΙΟΙΣ, (aliàs, δωρεαῖς καὶ ὑποσχέσεσι) κατορθῶσαι τὸ ἀναστρατεύσασθαι, οὗτοι Δέκα Ετη ὑποπιπτέτωσαν, μετὰ τὸν τῆς Τριετοῦς ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ Χρόνον. ΕΦ' ΑΠΑΣΙ ΔΕ ΤΟΥΤΟΙΣ, ΠΡΟΣΗΚΕΙ ΕΞΕΤΑΖΕΙΝ ΤΗΝ ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ, ΚΑΙ ΤΟ ΕΙΔΟΣ ΤΗΣ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ. ΟΣΟΙ ΜΕΝ ΓΑΡ ΚΑΙ ΦΟΒΩ, ΚΑΙ ΔΑΚΡΥΣΙ, ΚΑΙ ΥΠΟΜΟΝΗ, ΚΑΙ ΑΓΑΘΟΕΡΓΙΑΙΣ, ΤΗΝ ΕΠΙΣΤΡΟΦΗΝ, ΕΡΓΩ, ΚΑΙ ΟΥ ΣΧΗΜΑΤΙ, ΕΠΙΔΕΙΚΝΥΝΤΑΙ, ΟΥΤΟΙ ΠΛΗΡΩΣΑΝΤΕΣ ΤΟΝ

II. COR. II. ΧΡΟΝΟΝ ΤΟΝ ΩΡΙΣΜΕΝΟΝ, ΤΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ, ΕΙΚΟΤΩΣ ΤΩΝ ΕΥΧΩΝ ΚΟΙΝΩΝΗΣΟΥΣΙ, ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΕΞΕΙΝΑΙ ΤΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ, ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΤΕΡΟΝ ΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΣΑΣΘΑΙ. Ὅσοι δὲ ἀδιαφόρως ἤνεγκαν, καὶ τὸ σχῆμα τοῦ μὴ εἰσιέναι, (aliàs, τοῦ εἰσιέναι) εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγήσαντο, ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΠΙΣΤΡΟΦΗΝ, ἐξ ἅπαντος πληρούτωσαν τὸν Χρόνον. Hæc DE LAPSIS, siue, Περὶ τῶν Παραπεπτωκότων, vt antecedens, videlicet decimus, Canon loquitur, à Nicænis Patribus initio constituta, non modò Disciplinæ vigorem, sed multò maximè in relaxandis Lapsorum fideliter Pœnitentium, iniunctamque Pœnitentiam adimplentium, Pœnitentiis siue Peccatorum Pœnis, Episcopalis Auctoritatis ac Indulgentiæ vsum indicantia quibuscunque. Quare cùm hunc nostrum Corinthiacum locum tractaret Pacianus, Episcopus Barchiononensis, temporibus Theodo-
» sij, Epistolâ contra Nouatianos tertiâ, ad Sympronianum: Vides,
» (inquit) APOSTOLI INDVLGENTIAM, proprias etiam sententias tem-
» perantem. Atque ea, hoc loco DE INDVLGENTIIS POENITENTIVM dicta sufficiant, si modò notissima quidem, ac insignia illa duo loca, Tertulliani nimirum ac Cypriani, sine quibus haud satis quod in Materia DE INDVLGENTIIS dicitur, constare videtur, adferamus. Vterque Ecclesiasticam Indulgentiam veteri verbo PACEM appellat. Locus Tertulliani ad Martyres est, capite primo, ad
» quos in carcere positos scribit, his verbis: Quam PACEM quidam
» in Ecclesia non habentes, à Martyribus in carcere exorare consue-
» uerunt. Cypriani autem, ex Epistola vndecima proferri solet, vbi
» sic loquitur de Lapsis ad Martyres: Illi contra Euangelij Legem,
» contra vestram quoque honorificam petitionem, ANTE ACTAM
» POENITENTIAM, ante EXOMOLOGESIM grauissimi atque
» extremi delicti factam, ANTE MANVM AB EPISCOPO ET
» CLERO IN POENITENTIAM IMPOSITAM, offerre Lapsis
» PACEM, & Eucharistiam dare, id est, SANCTVM DOMINI CORPVS
» profanare audeant. Ex quibus profectò omnibus frequentem Indulgentiarum vsum fuisse probatur, cùm Persecutionum temporibus Lapsi Fideles, ad Ecclesiam redeuntes, Exomologesimque facientes, Indulgentiam, vel de iniuncto vel de iniungendo Pœnitentiæ tempore, quo extra communionem in afflictione agere deberent, instanter deprecabantur: & quò minùs se eam adsequi, ob facinorum magnitudinem diffiderent, Commendatitiis Sanctorum Litteris, qui Fidei causâ in carcere detenti essent, eam promereri studebant. Pastorali verò auctoritate ac iure refrænat Cyprianus Zelum eorum; quos, quia martyrio destinati, Martyres vocabat Antiquitas, cùm plusquam fas esset, vsurparent, ac præproperè peterent pro Lapsis Indulgentiam, neu importunè, vel inofficiosè petentibus, Sacerdotalis vigor tandem langueret, nec vulnera curaret. Agnosce nunc hoc loco, REX IACOBE, ipsam potestatem relaxandi temporalem pœnam, ei qui pro peccato pœnitentiam agit, adhuc re-

ſtantem : quæ quidem eſt poteſtas conferendi Indulgentias, his II. COR. II.
meis concepta verbis: SVFFICIT ILLI QVI EIVSMODI EST, OB- «
IVRGATIO HÆC, ITA VT E CONTRARIO MAGIS DONETIS: Et «
iterum, CVI AVTEM ALIQVID DONATIS, ET EGO. NAM ET EGO «
QVOD DONAVI. & reliqua. Verbo enim Κεχάρισμαι, ſignificatur «
Remiſſio quædam de ſummo iure, quæ vno verbo INDVLGENTIA vocari ſolet. Agnoſce, quòd illa poteſtate vtantur Eccleſiæ Præfecti, tanquam Chriſti Miniſtri, à quo eam poteſtatem acceperunt, & cuius vice eam exercent. Hoc enim eſt Apoſtolicum illud quod ſequitur, IN PERSONA CHRISTI. Vnde & Ambroſius, libro primo De Pœnitentia, capite ſexto, de hac eadem re contra Nouatianum agens, oſtendit, Paulum, in eo quod donare ſe dicit, quoniam expreſsè adiecit, IN PERSONA CHRISTI, ius à Domino acceptum ſibi vindicaſſe, non indebitum vſurpaſſe. Agnoſce quòd illa relaxatio pœnæ non tantùm ſit quædam rigoris Eccleſiaſticæ Diſciplinæ moderatio, ſicut quidam errantes opinati ſunt; verùm etiam valeat in iudicio diuino ad remiſſionem Pœnæ, alioqui in futuro Sæculo perſoluendæ: valeat, inquam, perinde atque ſi Chriſtus ipſe huiuſmodi condonationem faceret, vt reuera facit per ſuum Miniſtrum, cui id faciendi poteſtatem dedit. Quod rurſus illa verba ſignificant, quibus affirmo me donare IN PERSONA CHRISTI: hoc eſt, (vt eam partem ex Veterum commentariis atque ex ipſa forma locutionis, Interpretes attingunt) tanquam Chriſti Vicarium, & Chriſto factum id meum ratum ac gratum habente, velut à ſe factum eſſet. Ac ſanè, niſi coram Deo Iudice valuiſſent per Apoſtolum Paulum factæ condonationes, tam huic Fornicario quàm aliis Lapſis; fefelliſſet ille miſeros homines, quibus huius ſæculi pœnam remitteret, pro qua longè grauior illis eſſet in altero ſæculo luenda pœna. Vt enim poſt Peccatum Originale remiſſum, remanent Pœnalitates: ſic poſt Actuale Remiſſum, remanent Pœnæ. Agnoſce Cauſam ſeu Rationem dandæ Indulgentiæ, ſiue ex parte Pœnitentis, ſiue ex parte Eccleſiæ. Ex parte quidem Pœnitentis, apertiſſimè
ſignificatur cauſa, cùm dicitur; NE FORTE ABVNDANTIORI TRI- «
STITIA ABSORBEATVR QVI EIVSMODI EST. Debet enim proui- «
deri, ne Pœnitens in deſperationem actus, ad deteriora ſe conuertat, & in noſtra ſeueritate pereat Infirmus Frater, pro quo Chriſtus Rom. 14.
mortuus eſt. Ex parte Eccleſiæ, cauſa redditur in eo quod dicitur; v. 15.
PROPTER VOS: id eſt, propter Eccleſiæ veſtræ publicam vtilitatem. Sed & cùm additur; VT NON CIRCVMVENIAMVR A SATANA, ratio condonationis faciendæ indicatur, vel ex parte Pœnitentis, vel ex parte Eccleſiæ. Agnoſce denique, quòd bona pars Satisfactionis à Pœnitente debeat eſſe expleta, ad hoc vt reliquum ei condonetur. Id enim voces illæ ſonant; SVFFICIT ILLI QVI EIVSMODI EST, OBIVRGATIO HÆC. Nam eam Obiurgationem, ſiue EPITIMIAM, ac irrogatam Honori & Exiſtimationi, quæ Τιμὴ

II. COR. II. Græcè dicitur, Mulctam, non leuem fuisse declarat cautio illa Apo-
» stolica; NE FORTE ABVNDANTIORI TRISTITIA ABSORBEATVR. Exigunt illud ipsum veteres Ecclesiæ Canones, qui de ea re exstant complures: exigunt autem propterea, vt apud Diuinam Iustitiam saluti Pœnitentis mature consulatur, & ne per Indulgentiam Ecclesiastica Disciplina eneruetur; quodque deterius est, ipsa Pœnitentium satisfactio, quæ Legis Diuinæ est, euertatur, ac pessum eat. Quas ob causas etiam Beatus Cyprianus, Epistolâ illâ vndecimâ, quæ est ad Martyres & Confessores in carcere constitutos, seriò monet eos ac rogat, vt non alios quàm QVORVM POENITENTIAM SATISFACTIONI PROXIMAM, id est, propinquam, CONSPEXERINT, Libellis suis, ad plenam delictorum indulgentiam, Episcopo commendent. Fit autem illud, dum per indulgentiam Matris Ecclesiæ post aliquantam satisfactionem, Pœnitentibus relaxatur ac remittitur quod debitæ pœnæ reliquum erat. Quam pœnæ relaxationem manifestiùs etiam declarat illud præcedens, SVFFICIT ILLI: quasi dixerim; Satis iam pœnarum dedit, reliquum ei condonetur. Hoc enim est quod sequitur: ITA VT ECONTRARIO MAGIS DONETIS: velut si sonte quopiam per sententiam Iudicis ad quadraginta plagas condemnato, post trigesimam plagam dicat Iudex; Sufficit, aut, satis est; non quòd sententiæ sit satisfactum, sed quia vult vti clementia, reliquum plagarum numerum ei gratiosè remittens. In quem sensum Chrysostomus & Theophylactus nostra hæc Apostolica verba sunt interpretati. Verùm exempli causâ ex Octauæ Synodi Actione secunda doceamus, quænam Posterioribus Sæculis EPITIMIA illa ac Pœnitentialia essent, vt quisque vel mediocri ingenio superiora dicta ad Indulgentias Ecclesiasticas transferat. Eo certè loco Reconciliatione lapsorum Episcoporum in Schismate Photij, inita, ad Presbyteros, Diaco-
» nos, cæterosque Clericos lapsos ventum est: Tum Patriarcha (scilicet Constantinopolitanus qui tum Sanctus Ignatius, in Thro-
» num reductus, pristinoque splendori restitutus) dixit: Præscri-
» pta EPITIMIORVM Pœna, cunctis LAPSIS, audientibus omni-
» bus, legatur. Acceptam ergò Stephanus Notarius legit: Qui carni-
» bus vescuntur, pœna est; ne carnibus, caseo, ouo vescantur: QVI
» ALIAS A CARNIBVS ABSTINENT, abstineant ab ouo, caseo, pisce;
» FERIA QVARTA, ET SEXTA; oleraque & legumina comedant cum
» modico oleo & vino. IN GENVA PROCVMBANT quottidie QVIN-
» QVAGIES, & illud, DOMINE IGNOSCE MIHI, inclament CENTIES, re-
» citentque Psalmos sextum & trigesimum septimum, & quinquagesi-
» mum. HÆC OBSERVARI VOLO VSQVE AD NATALEM DOMINI,
» QVANDO SIMVL RECIPIETIS SACERDOTII DIGNITATEM. His lectis,
» vsitatis rursus acclamationibus in Augustos factis, Actio finita
» est: Εἶπε δὲ μετὰ τοῦτο ὁ Πατριάρχης. τὰ ΟΡΙΣΘΕΝΤΑ ΕΠΙΤΙΜΙΑ

ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΠΕΡΙΠΕΠΤΩΚΟΣΙΝ, ΕΙΣ ΕΠΗΚΟΟΝ ΑΝΑΓΝΩΣΘΗ- II. COR. II.
ΤΩΣΑΝ· καὶ λαβὼν Στέφανος ὁ Νοπάριος, ἀνέγνω· Εςω δὲ ΕΠΙΤΙΜΙΟΝ, τῶν
μὲν κρεωφαγούντων, ἀποχὴ κρέατος, τυροῦ, καὶ ὠοῦ· ΤΩΝ ΔΕ ΜΗ ΚΡΕΩ-
ΦΑΓΟΥΝΤΩΝ, τυροῦ, καὶ ὠοῦ, καὶ ἰχθύος· ΤΕΤΡΑΔΑ δὲ καὶ ΠΑΡΑ-
ΣΚΕΥΗΝ, ἐσθιέτωσαν ὄσπρεια, καὶ λάχανα, μετὰ ἐλαίου βραχέος, καὶ οἴνου.
ΠΟΙΕΙΝ ΤΕ ΓΟΝΥΚΛΙΣΙΑΣ, καθ᾽ ἡμέραν, ν'. ΚΑΙ ΤΟ ΚΥΡΙΕ ΣΥΓΧΩ-
ΡΗΣΟΝ ΜΟΙ, κράζειν, ρ'. καὶ ΣΤΙΧΟΛΟΓΕΙΝ τὸν ϛ'. ψαλμὸν, τὸν λξ'. καὶ
τὸν ν'. ΤΑΥΤΑ ΕΝΤΕΛΛΟΜΑΙ ΦΥΛΑΤΤΕΙΝ, ΑΧΡΙ ΤΗΣ ΧΡΙΣΤΟΥ
ΓΕΝΝΗΣΕΩΣ, ΟΠΟΤΕ ΔΗ ΑΠΟΛΗΨΕΣΘΕ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΗΣ ΙΕΡΩΣΥ-
ΝΗΣ ΑΞΙΑΝ. Μετὰ δὲ τὴν τοιαύτην ἀνάγνωσιν, πάλιν ἐγένοντο αἱ συνήθεις ΕΥ-
ΦΗΜΙΑΙ τῶν ΒΑΣΙΛΕΩΝ, καὶ ἐπαύσαντο. Atque hæc DE INDVLGENTIIS,
multa, ſed multùm neceſſaria, his temporibus maximè, quibus pri-
mùm in loco ea de re tractando, ceu lubrico, lapſi ſunt Noui No-
uatiani veſtri, quotquot Lapſis, vel ſocordiam atque ignauiam,
vel fatalem quamdam neceſſitatem ac deſperationem obtendunt.
Et quoniam in hoc tanquam cardine omnis eorum oſcitantia dù-
bitatioque verſatur, atque inde ſcandalum ortum eſt, hîc, quod ne-
ceſſe fuit, longiores fuimus; in reliquo Sermone non modò breuiores,
ſed etiam breuiſſimi, Cyrillianum fermè in morem, vt polliciti ſumus,
mox futuri. Itaque in cæteris quæ ſequuntur, velut digitum tantum-
modo in noſtros Communes Apoſtolicos Locos PRO CATHOLICIS
intendamus. SEXTVM ergo eſt DE APOSTOLICA CVM EPISCO-
PIS FRATERNITATE: Non habui requiem ſpiritui meo, eò quòd « v. 13.
non inuenerim Titum FRATREM MEVM: Οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύ- «
ματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με, Τίτον ΤΟΝ ΑΔΕΛΦΟΝ ΜΟΥ. Notanda ſanè
Fraternitas. Qui enim (vt habet Ieroſolymitana Synodica ad «
Conſtantinopolitanum Concilium, ſub Hormiſda & Ioanne, quæ
Actioni quintæ Conſtantinopolitani ſub Agapeto & Menna in-
ſerta eſt) dedit Ieremiæ Prophetæ, Superædificare & Demoliri, « Ierem. 1.
Eradicare & Plantare; & PETRO APOSTOLORVM PRINCIPI, Sol- « v. 10. Matt. 16.
uere & Ligare, HOC COMMVNITER DONAVIT SACERDOTIO: « v. 19.
Ο γὰρ παρεσχηκὼς Ιερεμίᾳ τῷ Προφήτῃ τὸ Ανοικοδομεῖν, καὶ Κατασκάπτειν, καὶ
Εκριζοῦν, καὶ Καταφυτεύειν, καὶ ΠΕΤΡΩ, ΤΩ ΚΟΡΥΦΑΙΩ ΤΩΝ ΑΠΟ-
ΣΤΟΛΩΝ, τὸ Λύειν καὶ Δεσμεῖν, ΚΑΙ ΤΗ ΚΟΙΝΗ ΤΟΥΤΩ ΕΦΙΛΟΤΙΜΗ-
ΣΑΤΟ ΙΕΡΟΣΥΝΗ. SEPTIMVM; DE MERITO PATIENTIÆ: Id enim « II. COR.
quod in præſenti eſt, momentaneum & leue Tribulationis noſtræ, « IV. v. 17.
ſupra módum in ſublimitate Æternum Gloriæ Pondus OPERA- «
TVR in nobis: Τὸ γὰρ παραυτίκα Ελαφρὸν τῆς Θλίψεως ἡμῶν, καθ᾽ ὑπερ- «
βολὴν, εἰς ὑπερβολὴν Αἰώνιον Βάρος Δόξης ΚΑΤΕΡΓΑΖΕΤΑΙ ἡμῖν.
OCTAVVM; DE PRÆMIIS, AC RESPICIENDO IN REMVNERATIO-
NEM: Non contemplantibus nobis quæ videntur, SED QVÆ NON « v. vlt.
VIDENTVR. Quæ enim videntur, Temporalia ſunt; quæ autem non «
videntur, ÆTERNA ſunt: Μὴ Σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ΑΛΛΑ «
ΤΑ ΜΗ ΒΛΕΠΟΜΕΝΑ· τὰ γὰρ Βλεπόμενα, Πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ Βλεπόμε-
να, ΑΙΩΝΙΑ. NONVM; DE SANCTARVM ANIMARVM VISIONE
BEATIFICA ANTE CORPORVM RESVRRECTIONEM: Audentes igi- « II. COR. V. v. 6.

II. COR. V. » tur semper scientes, quoniam dum sumus in corpore, PERE-
» GRINAMVR A DOMINO, (PER FIDEM enim ambulamus ET NON
» PER SPECIEM.) Audemus autem, & bonam voluntatem habemus
» magis PEREGRINARI A CORPORE, ET PRÆSENTES ESSE AD DO-
» MINVM: Θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι,
ΕΚΔΗΜΟΥΜΕΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ. ΔΙΑ ΠΙΣΤΕΩΣ γὰρ περιπατοῦμεν,
ΟΥ ΔΙΑ ΕΙΔΟΥΣ. Θαῤῥοῦμεν δὲ, καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ΕΚΔΗΜΗΣΑΙ ΕΚ
ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ, ΚΑΙ ΕΝΔΗΜΗΣΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ. Ex quo
loco patet, PRÆSENTES ESSE AD DOMINVM, ni quid obstet, eos
qui non ampliùs sunt IN CORPORE; eosque PER SPECIEM AM-
BVLARE, quod Claram Dei Visionem sonat. Vnde pro, PRÆSEN-
TES ESSE AD DOMINVM, Græcè est, Ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον, id
est, ET DOMI AGERE AD DOMINVM, siue APVD DOMINVM,
vel, ET AD DOMINVM IRE HABITATVM, aut, ET PRÆSENTES
ADESSE APVD DEVM. Tractant DE PEREGRINATIONE grauissi-
mum hunc Theologiæ Mysticæ locum SPIRITVALES, qui frequen-
tiùs cum Interiori Homine versantur, Viasque Hominis ac Semitas
Dei subtiliùs rimantur; Artemque Sanctam docent, quomodò So-
litarius leuet se supra se, ac per Contemplationem in Cælo pere-
grinetur à Corpore, dum per Actionem in Terris peregrinatur à
Domino. DECIMVM; DE OPERVM MERITIS AC REMVNERATIO-
v. 10. » NE: Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt
» referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, si-
» ue malum: Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ, ἔμπροσθεν τοῦ Βήματος
τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ὃ ἔπραξεν, εἴτε ἀ-
γαθὸν, εἴτε κακόν. VNDECIMVM; DE PECCATO ORIGINALI AC NE-
v. 14. » CESSITATE BAPTISMI: Æstimantes hoc, quoniam si vnus pro o-
» mnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: Κρίναντας τοῦτο, ὅτι, εἰ
εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον. Vsum huius loci do-
cuit Augustinus aduersùs Pelagianos, libro quarto De Baptismo
Parvulorum, capite vigesimo septimo; & libro sexto contra Iulia-
num, capite quarto; necnon & libro vigesimo de Ciuitate Dei, ca-
pite sexto: cuius inde verba Venerabilis Beda in sua Collectanea
retulit. DVODECIMVM; DE FIDE VACVA, ID EST, SINE OPE-
II. COR. VI. v. 1. » RIBVS MORTVA: Adiuuantes autem, exhortamur, ne in vacuum
» Gratiam Dei recipiatis: Συνεργοῦντες δὲ παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κενὸν τὴν Χά-
ριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς. DECIMVM TERTIVM; APOSTOLICÆ VI-
v. 4. » TÆ AC TRADITIONIS, IEIVNIA ESSE: Sed in omnibus exhibeamus
» nosmetipsos SICVT DEI MINISTROS, in multa patientia, in tribu-
» lationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in
» seditionibus, in laboribus, in Vigiliis, IN IEIVNIIS: Ἀλλ' ἐν παντὶ
συνιστῶντες ἑαυτοὺς, ΩΣ ΘΕΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΙ, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν,
ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κό-
ποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ΕΝ ΝΗΣΤΕΙΑΙΣ. Inde ergo manauit vndeuigesi-
» mus Gangrensis ille Canon: Si quis eorum QVI CONTINENTIÆ
» STVDENT, absque necessitate corporea, TRADITA IN COMMVNE

IEIVNIA

IEIVNIA, ET AB ECCLESIA CVSTODITA, ſuperbiendo diſſoluit, « II. COR. VI.
STIMVLO SVÆ COGITATIONIS IMPVLSVS, Anathema ſit: ΕΙΤΙΣ «
ΤΩΝ ΑΣΚΟΥΜΕΝΩΝ, χωρὶς σωματικῆς ἀνάγκης, ὑπερηφανεύοιτο, καὶ ΤΑΣ ΠΑΡΑΔΕΔΟΜΕΝΑΣ ΝΗΣΤΕΙΑΣ ΕΙΣ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ, ΚΑΙ ΦΥΛΑΣΣΟΜΕΝΑΣ ΥΠΟ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, παραλύοι, ΥΠΟΚΡΟΥΟΝΤΟΣ ΕΝ ΑΥΤΩ ΤΕΛΕΙΟΥ ΛΟΓΙΣΜΟΥ, Ἀνάθεμα ἔστω. Euſtathiani videlicet (quos poſtea Bogomilici ſectati ſunt) docebant & ſtatuebant, peracto quodam certo Ieiunio, ad eam ſe perfectæ vitæ rationem perueniſſe, vt poſtmodum omnia ſibi media ſiue indifferentia eſſent; nulliſque præceptis obligarentur; ſed ſoluti forent omnino, ac ſi ne peccare quidem poſſent; ideoque hoc quod decernitur, contra eos, vt Balſamon exponit, conſtitutum fuit. Hæc igitur ad retundendam ſuperbiam & Hæreſim quorundam Monachorum, circa Nicæna tempora decreta ſunt: quibus quoque coërcentur Hodierni Hæretici, VENTRES PIGRI: qui non abſtinentiæ gloriolâ, ſed ingluuie ſuperbiunt, & ne vnquam eſſe poſſint, ſe natos Sanctos furenter bacchantur. Tit. 1. v. 12. DECIMVM QVARTVM; DE VOTO PAVPERTATIS: Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes: «
Ὡς μηδὲν Ἔχοντες, καὶ τὰ πάντα Κατέχοντες, id eſt, alluſione ſeruata, «
VT NIHIL TENENTES, SED OMNIA OBTINENTES. Auguſtinus ex hoc loco ſecundùm hanc ſententiam docet, Apoſtolos Votum Paupertatis feciſſe; in Pſalmum centeſimum tertium, Concione tertia, ad illud: ILLIC PASSERES NIDIFICABVNT. « Pſ. 103. v. 17. Eadem nimirum tradit, quæ ex illo poſtmodum Gregorius Pontifex Maximus, Homiliâ quintâ in Euangelia, Apoſtolos etiam deſideria habendi reliquiſſe. De Ornamentis Dicendi, ac De Ardore Orationis, qui eſt pænè toto hoc capite, conſulendus Auguſtinus; qui de Doctrina Chriſtiana libro quarto, capite vigeſimo, Oratorem Chriſtianum docens, diuinam illam Apoſtolicam vim demonſtrat. DECIMVM QVINTVM; TIMOREM POENÆ A DEO COMMINATÆ CONDVCERE AD IVSTITIAM ET SANCTITATEM: Perficientes « II. COR.
Sanctificationem IN TIMORE DEI: Ἐπιτελοῦντες Ἁγιωσύνην ΕΝ « VII. v. 1.
ΦΟΒΩ ΘΕΟΥ. DECIMVM SEXTVM; DE BONO POENITENTIÆ
AC POENITENTIALI SATISFACTIONIS VINDICTA: Ecce enim hoc « v. 11.
ipſum ſecundùm Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur «
Sollicitudinem? ſed DEFENSIONEM, ſed Indignationem; ſed «
Timorem; ſed Deſiderium; ſed Æmulationem, ſed VINDICTAM? «
Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ὑμῖν σπουδήν; ἀλλὰ ΑΠΟΛΟΓΙΑΝ, ἀλλὰ Ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ Φόβον, ἀλλὰ Ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ Ζῆλον, ἀλλ' ΕΚΔΙΚΗΣΙΝ; DECIMVM SEPTIMVM; POSSE CHRISTIANOS MINVS SANCTOS, MERITIS SANCTORVM, ETIAM IN FVTVRO SÆCVLO VIVENTIVM, ADIVVARI; NECNON VIM EAM ESSE ELEEMOSYNÆ, VT FACIAT HOMINEM PARTICIPEM MERITORVM EIVS IN QVEM CONFERTVR: Sed ex æqualitate in præſenti « II. COR.
tempore, veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, VT ET IL- « VIII.
LORVM ABVNDANTIA VESTRÆ INOPIÆ SIT SVPPLEMENTVM; « v. 14.

II.COR. VIII. Ἀλλ' ἐξ ἰσότητος, ἐν τῷ νῦν καιρῷ, τὸ ὑμῶν περίσσευμα, εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα.
ΙΝΑ ΚΑΙ ΤΟ ΕΚΕΙΝΩΝ ΠΕΡΙΣΣΕΥΜΑ ΓΕΝΗΤΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΥΜΩΝ ΥΣΤΕΡΗΜΑ. DECIMVM OCTAVVM; ÆQVALITATEM FIERI QVADAMTENVS ETIAM IN SPIRITVALIBVS INTER ABVNDANTES ET INOPES; DVM QVOD QVIBVSDAM FIDELIBVS DEEST AD INGRESSVM REGNI CAELORVM, PER ALIORVM SANCTORVM MERITA, QVIBVS IN HOC SÆCVLO BENEFECERVNT, SVPPLETVR, FIVNTQVE SANCTIS ÆQVALES IN EO QVOD EST, SVFFICIENTIA BONA HABERE AD INGREDIENDVM IN ÆTER-
v.15. » NA TABERNACVLA; Vt fiat ÆQVALITAS, ſicut ſcriptum eſt: Qui
» multum, non abundauit; & qui modicum, non minorauit: Ὅπως γένηται ΙΣΟΤΗΣ, καθὼς γέγραπται, Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε· καὶ ὁ τὸ ὀλί-
Exod.16.v.18. γον, οὐκ ἠλαττόνησε. Quod enim Exodi decimo ſexto ſcriptum eſt, De Colligentibus Manna, quædam figura fuit ÆQVALITATIS huius tam Temporalium quàm Spiritualium è Cœlo venientium Bonorum, quam Apoſtolicè Prophetico Exemplo declaraui. DECIMVM NONVM; DE PARTICIPANDIS MERITIS SANCTORVM IN QVOS QVISQVE ELEEMOSYNAS CONTVLERIT, AC DE RETRIBVTIONE BONORVM OPERVM, INÆQVALITATE GLORIÆ, MERITO OPE-
II. COR. IX. » RVM MISERICORDIÆ: Hoc autem dico; Qui parcè ſeminat, par-
v.6. » cè & metet; & qui ſeminat in Benedictionibus, de Benedictioni-
» bus & metet: Τοῦτο δὲ, ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' Εὐλογίαις, ἐπ' Εὐλογίαις καὶ θερίσει. Hinc paſſim Eleemoſyna, BENEDICTIO dicta eſt. VIGESIMVM; DE ELEEMOSYNA LIBERE FACIENDA, AC DE SVPERNATVRALI GRATIÆ OPERE LIBERE EXER-
v.7. » CENDO: Vnuſquiſque provt deſtinauit in corde ſuo, non ex Tri-
» ſtitia aut EX NECESSITATE. Hilarem enim DATOREM diligit
» Deus: Ἕκαστος καθὼς ΠΡΟΑΙΡΕΙΤΑΙ τῇ καρδίᾳ· μὴ ἐκ λύπης, ἢ ΕΞ ΑΝΑΓΚΗΣ. Ἱλαρὸν γὰρ ΔΟΤΗΝ ἀγαπᾷ ὁ Θεός. VIGESIMVM PRIMVM; BONA OPERA ESSE, AC ELEEMOSYNAM ESSE OPVS BONVM ÆTERNO
v.8. » PRÆMIO COMPENSANDVM: Vt in omnibus ſemper OMNEM SVF-
» FICIENTIAM (Græcè αὐτάρκειαν, quâ quiſque paruo contentus, vt ſuf-
» ficiat aliis, ſufficit ſibi) habentes, abundetis in omne OPVS BONVM;
Pſal. 111. v.9. » ſicut ſcriptum eſt: Diſperſit, dedit Pauperibus: IVSTITIA eius ma-
» net in ſęculum ſęculi: Ἵνα ἐν ΠΑΝΤΙ, ΠΑΝΤΟΤΕ, ΠΑΣΑΝ ΑΥΤΑΡΚΕΙΑΝ ἔχοντες, περισσεύητε εἰς ΠΑΝ ἔργον ἀγαθόν. Καθὼς γέγραπται· Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν, Η ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. VIGESIMVM SECVNDVM; QVATVOR ELEEMOSYNÆ FRVCTVS ESSE; REFOCILLATIONEM PAVPERVM, GRATIARVM ACTIONEM DEO FACTAM, DEI GLORIFICATIONEM DE BONO OPERE, ET ORATIONEM AD
2.Cor.9.v.12. » DEVM PRO SALVTE OPERANTIS: Quoniam Miniſterium huius
» OFFICII non ſolùm ſupplet ea QVÆ DESVNT SANCTIS, ſed etiam
» abundat per multas GRATIARVM ACTIONES IN DOMINO, per
» probationem Miniſterij huius GLORIFICANTES DEVM in Obe-
» dientia Confeſſionis veſtræ in Euangelium Chriſti, & Simplicita-
» te Communicationis in illos & in omnes & IN IPSORVM OBSE-

CRATIONE PRO VOBIS: Ὅτι ἡ Διακονία τῆς ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ II.COR.IX.
ταύτης, οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα ΤΑ ΥΣΤΕΡΗΜΑΤΑ ΤΩΝ
ΑΓΙΩΝ, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΩΝ, ΤΩ ΘΕΩ, διὰ
τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης. ΔΟΞΑΖΟΝΤΕΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ἐπὶ τῇ
Ὑποταγῇ τῆς Ὁμολογίας ὑμῶν, εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ Ἁπλότητι τῆς
Κοινωνίας εἰς αὐτοὺς, καὶ εἰς πάντας, ΚΑΙ ΑΥΤΩΝ ΔΕΗΣΕΙ ΥΠΕΡ ΥΜΩΝ.
Vbi nec tacenda videtur Sacrificalis ad Liturgiam Allusio, quam
exposuimus, cùm superiùs, hoc libro, DE SACRA LITVRGIA ex
professo ageremus. VIGESIMVM TERTIVM; DE CENSVRIS EC-
CLESIASTICIS, QVARVM PRÆCIPVA EST EXCOMMVNICANDI II.COR.X.
POTESTAS: Et in promptu habentes vlcisci omnem INOBEDIENTIAM: « v.6.
Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν ΠΑΡΑΚΟΗΝ, id est propriè, CON- «
TVMACIAM, quæ sola Excommunicationem meretur. Vsurpat hunc
locum Augustinus, vt quinquagesimâ Epistolâ suâ probet POTE-
STATEM HÆRETICOS PVNIENDI. VIGESIMVM QVARTVM; ECCLE-
SIAM PROVINCIALEM QVAMCVMQVE, EXEMPLI CAVSA CORIN-
THIACAM, QVÆ EX ACHAIA CONFLATA ERAT, CVIVS ME-
TROPOLITANA SEDES ERAT CORINTHVS, VIRGINEM ESSE DE-
SPONSATAM CHRISTO; AC PER CONSEQVENS MVLTO MAGIS
ECCLESIAM VNIVERSALEM INCORRVPTAM ESSE, PROPTER IN-
TEGRITATEM FIDEI CHARITATE INFORMATÆ; QVÆ LICET
NON SIT IN SINGVLIS MEMBRIS, EST TAMEN ET PERMANET
IN CORPORE ECCLESIÆ; PROINDEQVE AD ECCLESIAM VNI-
VERSALEM AC CATHOLICAM PROPRIE PERTINERE PROMISSA « II.COR.XI.
DOTALIA: Despondi enim vos vni viro VIRGINEM CASTAM ex- « v.2.
hibere Christo: Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ ΠΑΡΘΕΝΟΝ ΑΓΝΗΝ
παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. Ergo sapientissimum sanctissimumque illud
Athanasij in Apologia ad Imperatorem Constantium: Dei Filius «
Dominus & Saluator noster Iesus Christus, homo propter nos fa- «
ctus, profligata morte, & adserto à seruitute & corruptione, huma- «
no genere, INTER CÆTERA DONA SVA LARGITVS EST NOBIS «
IN VIRGINITATE EXEMPLAR ANGELICÆ SANCTITATIS. CERTE, «
PVELLAS EA VIRTVTE PRÆDITAS, SPONSAS CHRISTI CATHO- «
LICA ECCLESIA APPELLARE SOLITA EST, QVAS ETHNICI CON- «
SPECTAS, VT TEMPLVM DEI, ADMIRATIONE PROSEQVVNTVR. «
NVSQVAM ENIM ALIBI SANCTVM ILLVD ET CÆLESTE ÆTER- «
NÆ VIRGINITATIS MANDATVM FELICITER ADIMPLETVR, «
QVAM APVD NOS CHRISTIANOS: ATQVE IN EO MAGNVM DO- «
CVMENTVM EST, PLANE APVD NOS ESSE VERAM RELIGIONEM. «
Has præ reliquis omnibus beatæ memoriæ Religiosissimus Pater «
tuus CONSTANTINVS Augustus in pretio habuit, & TVA RELI- «
GIOSITAS sæpius eas in suis scriptis PRETIOSAS ET SANCTAS «
nominauit. Has nuper præstantes viri Ariani, nostri scilicet ca- «
lumniatores, insidiatoresque, vsi ad hoc & Episcoporum opera & «
ministerio Iudicum, detractis vestibus denudarunt, & ab HERMI- «
TARIIS suspenderunt, lateribus earum ita iam tertiò laceratis, vt «

II.COR.XI. » nunquam quicquam tale, ne facinorosi quidem homines sint passi. Pilatus enim, qui inseruiebat per id temporis Iudæis, lanceâ vnum latus Saluatoris perfodit: isti autem rabie sua Pilatum vicerunt, quum, NON VNVM latus Christi, SED VTRVMQVE lacerarint: MEMBRA ENIM VIRGINVM PRÆCIPVA ET PROPRIA CHRISTI SVNT. Omnes certè, quotquot scelera ista audiunt, vel ad solam famam exhorrescunt. Isti nihil veriti sunt denudare & lancinare IMPOLLVTA MEMBRA, QVÆ PVELLARVM ÆTERNA VIRGINITAS CHRISTO DEDICAVERAT, &, quod teterrimum est, si quando malè audirent, & conuitiis, ob tantam crudelitatem pulsarentur, pro erubescentia, qua tingi debuerant, causabantur sese id tuo iussu & imperio perpetrasse: tanta illis audacia est, & improbitas ad omne facinus. NIHIL CERTE IN PERSECVTIONIBVS TALE QVID GESTVM ESSE AVDIMVS: QVOD SI TALE QVID GESTVM REPERIATVR, NON DECVIT TAMEN SVB TE, CHRISTIANO PRINCIPE, VIRGINITATEM ISTIVSMODI CONTVMELIIS EXAGITARI, AVT TANTAM CRVDELITATEM TVÆ MAIESTATI IMPONI ET ADSCRIBI. TALIA ENIM SCELERA, IMPIETATIS IN FILIVM DEI, ET IN CONSECRATAS EIVS VIRGINES, HÆRETICIS CONVENIVNT: Ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς, ὁ κύριος σωτὴρ ἡμῶν, Ἰησοῦς Χριστὸς, ἄνθρωπος γενόμενος δι' ἡμᾶς, καὶ καταργήσας τὸν θάνατον, ἐλευθερώσας τε τὸ γένος ἡμῶν, ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, ἐχαρίσατο ΠΡΟΣ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΠΑΣΙ, ΚΑΙ ΕΙΚΟΝΑ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΓΓΕΛΩΝ ΑΓΙΟΤΗΤΟΣ ΕΧΕΙΝ ΗΜΑΣ ΕΠΙ ΓΗΣ, ΤΗΝ ΠΑΡΘΕΝΙΑΝ. ΤΑΣ ΓΟΥΝ ΤΑΥΤΗΝ ΕΧΟΥΣΑΣ ΤΗΝ ΑΡΕΤΗΝ, ΝΥΜΦΑΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΛΕΙΝ ΕΙΩΘΕΝ Η ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ. ΤΑΥΤΑΣ ΔΕ ΕΛΛΗΝΕΣ ΟΡΩΝΤΕΣ, ΩΣ ΝΑΟΝ ΟΥΣΑΣ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, ΘΑΥΜΑΖΟΥΣΙ· ΠΑΡ' ΟΥΔΕΝΙ ΓΑΡ ΑΛΗΘΩΣ ΤΟ ΣΕΜΝΟΝ ΤΟΥΤΟ ΚΑΙ ΟΥΡΑΝΙΟΝ ΕΠΑΓΓΕΛΜΑ ΚΑΤΟΡΘΟΥΤΑΙ, Η ΠΑΡΑ ΜΟΝΟΙΣ ΗΜΙΝ ΤΟΙΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙΣ. ΜΑΛΙΣΤΑ ΓΑΡ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΜΕΓΑ ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ ΕΣΤΙ, ΤΟΥ ΠΑΡ' ΗΜΙΝ ΕΙΝΑΙ, ΤΗΝ ΟΝΤΩΣ ΚΑΙ ΑΛΗΘΗ ΘΕΟΣΕΒΕΙΑΝ. Ταύτας καὶ παρὰ τῶν ἄλλων, ὁ τῆς μακαρίας μνήμης, ὁ εὐσεβέστατός σου πατὴρ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ὁ Αὔγουστος, ἐτίμα. Ταύτας καὶ Η ΣΗ ΕΥΣΕΒΕΙΑ, γράφουσα πολλάκις, ΤΙΜΙΑΣ καὶ ΑΓΙΑΣ ὠνόμασεν. ἀλλὰ νῦν οἱ θαυμαστοὶ Ἀρειανοὶ, καὶ οἱ ἡμᾶς διαβάλλοντες, δι' οὓς καὶ πλεῖστοι τῶν Ἐπισκόπων ἐπεβουλεύθησαν, ὑπουργοὺς ἔχοντες, καὶ ὑπακούοντας αὐτοῖς, τοὺς δικαστὰς, ταύτας γυμνωθείσας, ἐποίησαν, ἐπὶ τῶν καλουμένων ΕΡΜΗΤΑΡΙΩΝ κρεμασθῆναι, καὶ τοσοῦτον αὐτῶν τρίτον ἔξεσαν τὰς πλευρὰς, ὅσον οὐδὲ οἱ ἀληθῶς κακοῦργοι πώποτε πεπόνθασι· Πιλάτος μὲν οὖν, καθικετεύων τοὺς τότε Ἰουδαίους, λόγχῃ μίαν πλευρὰν τοῦ Σωτῆρος, ἔνυξεν. οὗτοι δὲ, καὶ τὴν μανίαν τοῦ Πιλάτου νενικήκασιν, ὅτι ΜΗ ΜΙΑΝ ΑΛΛ' ΑΜΦΟΤΕΡΑΣ ΕΞΕΣΑΝ. ΤΑ ΓΑΡ ΜΕΛΗ ΤΩΝ ΠΑΡΘΕΝΩΝ, ΕΞΑΙΡΕΤΩΣ ΚΑΙ ΙΔΙΑ, ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΕΙΣΙ· πάντες μὲν οὖν, καὶ μόνον ἀπαγγελλόντων τινῶν, φρίττουσιν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἀκοῇ. μόνοι δὲ οὗτοι, οὐ μόνον οὐκ ἐφοβήθησαν, γυμνοῦντες καὶ ξέοντες ΑΧΡΑΝΤΑ ΜΕΛΗ, Α ΜΟΝΩ ΤΩ ΣΩΤΗΡΙ ΗΜΩΝ ΤΩ ΧΡΙΣΤΩ ΑΝΤΕΘΕΙΚΑΣΙΝ ΑΙ ΠΑΡΘΕΝΟΙ· ἀλλὰ καὶ τό γε χεῖρον, ὀνειδιζόμενοι παρὰ πάντων, διὰ τὴν τοσαύτην ὠμότητα, ἀντὶ τοῦ ἐρυθριᾶν, προφασίζονται τοῦτο πρόσταγμα τῆς σῆς

ἀσεβείας ἐστί). οὗτοι εἰσὶ περὶ τὰ πρῶτα τολμηροὶ, καὶ τὴν προαίρεσιν πονηροί. II. COR. XI.
ΟΥΔΕ ΓΑΡ, ΟΥΔΕ ΕΝ ΤΟΙΣ ΓΕΝΟΜΕΝΟΙΣ ΔΙΩΓΜΟΙΣ, ΤΟΙΟΥ-
ΤΟΝ ΗΚΟΥΣΘΗ ΠΡΑΧΘΕΝ. ΕΙ ΔΕ ΚΑΙ ΕΓΕΓΟΝΕΙ ΠΟΤΕ ΤΟΙΟΥ-
ΤΟΝ, ΑΛΛ' ΟΥΚ ΕΠΡΕΠΕΝ ΕΠΙ ΣΟΥ, ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΟΝΤΟΣ, ΟΥ-
ΤΕ ΤΗΝ ΠΑΡΘΕΝΙΑΝ, ΤΟΣΑΥΤΗΝ ΥΒΡΙΝ ΚΑΙ ΑΤΙΜΙΑΝ ΠΑ-
ΘΕΙΝ, ΟΥΤΕ ΤΟΥΤΟΙΣ, ΤΗΝ ΕΑΥΤΩΝ ΩΜΟΤΗΤΑ, ΕΙΣ ΤΗΝ
ΣΗΝ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ ΕΠΙΡΡΙΠΤΕΙΝ. ΜΟΝΟΙΣ ΓΑΡ ΑΙΡΕΤΙΚΟΙΣ ΟΙ-
ΚΕΙΟΝ ΤΟ ΤΟΙΟΥΤΟΝ ΚΑΚΟΝ, ΑΣΕΒΕΙΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΥΙΟΝ ΤΟΥ
ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΠΛΗΜΜΕΛΕΙΝ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΥΤΟΥ ΠΑΡΘΕ-
ΝΩΝ. Hinc Augustini præclara illa sententia Theologica iterum
vsurpanda hoc loco est, ex libro DE VNITATE ECCLESIÆ: Si autem «
obscura esse adhuc dicunt, & hinc IPSVM CAPVT AVDIAMVS VE- «
RISSIMVM DEMONSTRATOREM CORPORIS SVI. Cùm enim dixis- «
set, quia oportebat adimpleri omnia Scripta in Lege, & Prophe- « Luc. vlt. v. 44.
tis & Psalmis de me: tanquam quæreremus, vtrùm in eo quod di- «
xit DE ME, illic intelligenda esset ECCLESIA PROPTER ID QVOD «
SCRIPTVM EST; ERVNT DVO IN CARNE VNA; vt non solùm «
DE CAPITE, verumetiam DE CORPORE, certa diuina oracula «
teneremus, sequitur Euangelista & dicit: Tunc Aperuit illis sen- « ibid. v. 45.
sum, vt intelligerent Scripturas, & dixit illis: Quoniam sic Scri- «
ptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis «
tertia die. Hîc ipsum Caput ostenditur, quod etiam se manibus «
Discipulorum præbuit contrectandum: vide quemadmodum DE «
CORPORE adiungat quod est Ecclesia, VT NOS, NEC IN SPON- «
SO, NEC IN SPONSA ERRARE PERMITTAT. Et prædicari (in- «
quit) in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum «
PER OMNES GENTES, incipientibus ab Ierusalem. QVID HAC VO- «
CE VERACIVS, QVID DIVINIVS, QVID MANIFESTIVS? ME PI- «
GET EAM COMMENDARE VERBIS MEIS, ET HÆRETICOS NON «
PVDET EAM OPPVGNARE VERBIS SVIS. VIGESIMVM QVINTVM; «
TALEM HOMINIS FINEM, NON QVALEM HOMINIS FIDEM, SED
QVALIA EIVS OPERA ESSE CONTIGERIT, FORE: Quorum (vi- « 2. Cor. 11. v. 15.
delicet Ministrorum Satanæ; id est, Pseudo-Apostolorum) finis erit «
secundùm opera ipsorum: Ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. VIGE- «
SIMVM SEXTVM; IEIVNIA AD PVRIFICANDAM MENTEM ET
EDOMANDAM CARNEM, SPONTE ADSVMPTA, QVO FRVCTVO-
SIVS EVANGELIVM PRÆDICARET, AB APOSTOLO APOSTOLICE
EX MORE ECCLESIÆ SÆPIVS VSVRPATA, ATQVE REPETITA:
In Ieiuniis Multis: ἐν νηστείαις πολλάκις. VIGESIMVM SEPTIMVM; « v. 27.
IVSIVRANDVM LICITE ET SANCTE AC APOSTOLICE INTERDVM
VSVRPARI: Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est be- « v. 31.
nedictus in sæcula, scit quòd non mentior: Ὁ Θεὸς, καὶ πατὴρ τοῦ Κυ- «
ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οἶδεν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι οὐ ψεύδομαι.
Certè hanc formulam iuratoriam esse docet Augustinus, Epistolâ
octuagesimâ nonâ, Quæstione vltima: Diuusque Thomas iuramen-
tum hic quoque agnoscit. VIGESIMVM OCTAVVM; DE EADEM

II. COR. XII. IVRISIVRANDI RELIGIONE; (quam bis in vna verſiculi parte ſe-
quenti, vſurpatam agnoſcit in Commentario Diuus Thomas, nec-
non & nouorum ac nouantium hominum in Paraphraſi Eraſmus:)
v.19. Coram Deo in Chriſto loquimur: Κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ λα-
λοῦμεν. Quæ iurandi formulæ diuiſim repetuntur; Prior, Galatarum
Galat.1.v.20. » primo: ECCE CORAM DEO, quia non mentior; Poſterior, Roma-
Rom.9.v.1. » norum nono: Veritatem dico IN CHRISTO, non mentior. VIGE-
2. Cor.12. v 20. » SIMVM NONVM; DE ECCLESIASTICO TRIBVNALI: Timeo enim
» ne fortè cùm venero, non quales volo, inueniam vos, & ego inue-
» niar à vobis qualem non vultis: Φοβοῦμαι γὰρ, μήπως, ἐλθὼν, οὐχ οἵους
θέλω, εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν, οἷον οὐ θέλετε. Inueniar ſcilicet, TRISTIS
PATER ET SEVERVS IVDEX. TRIGESIMVM; LVTHERI FALSVM
DOGMA, OPTIMAM POENITENTIAM, NOVAM VITAM, ET A PEC-
CATIS ABSTINERE; AC DE NECESSITATE SATISFACTIONIS
v.vlt. » CHRISTIANORVM: Ne iterum cùm venero, humiliet me Deus apud
» vos, & lugeam multos, ex iis qui ante peccauerunt ET NON EGE-
» RVNT POENITENTIAM ſuper Immunditia & Fornicatione, & Im-
» pudicitia quam geſſerunt: Μὴ πάλιν ἐλθόντα με, ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς
ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, ΚΑΙ ΜΗ ΜΕΤΑΝΟΗΣΑΝ-
ΤΩΝ, ἐπὶ τῇ Ἀκαθαρσίᾳ, καὶ Πορνείᾳ, καὶ Ἀσελγείᾳ, ᾗ ἔπραξαν. Nam, vt
bene notat Diuus Thomas, Corinthiorum quædam peccata erant
præſentia, quædam præterita; Præſentia quidem, Spiritualia, vt Con-
tentiones, Æmulationes, & cætera huiuſcemodi, de quibus in par-
te præcedenti: Præterita verò, Carnalia, de quibus hac parte, à
quibus quidem abſtinere iam videbantur, ſed nondum per Pœni-
tentiam ſalutarem erant expurgati. Quod enim dixi, eos non egiſſe
Pœnitentiam ſuper Immunditia ac reliquis, de fructibus dignis
Pœnitentiæ intelligendum eſt, quos nondum fecerant; ad quos
proinde Auctoritate Apoſtolica erant compellendi. Turpiores ſa-
nè Noui veſtri Nouatiani ſunt, qui non modò lapſos fratres ad
Pœnitentiam non admittunt, ſed ipſam etiam Pœnitentiam extin-
gunt. TRIGESIMVM PRIMVM; NEMINEM DE SVA SALVTE
II. COR. XIII. v.5. » CERTVM FIDE ILLA NOVATORVM SPECIALI: Voſmetipſos ten-
» tate. Si eſtis in Fide; ipſi vos probate: Ἑαυτοὺς πειράζετε εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πί-
» στει, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε. Nec valet obiicere quod ſequitur. An non co-
» gnoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? Etenim ſi
Corinthios admonet Apoſtolicum priùs dictum; vt ſeipſos pro-
bent ac tentent, num ſint in Fide, per quam Chriſtus in eis ſit;
vtique de ea re certi non erant; Nam quod certum eſt, probatio-
ne non eget. Falſum igitur, Hominem Iuſtum, certò ſcire ſe eſſe
Filium Dei, & Chriſtum inhabitantem in ſe habere. Probationem
tamen ſequitur magnæ probabilitatis moraliſque cuiuſdam certitudi-
nis cognitio. Quamquam facilè videri poſſim, non de ſingulis loqui,
ſed de Corinthiorum Eccleſia; certiùs autem cognoſcitur in Eccle-
ſia quapiam particulari, Chriſtum, per gratiam habitare, quàm in
vno quopiam homine. TRIGESIMVM SECVNDVM; DE POTESTA-

TE AC IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA: Ideo hæc absens scribo, « II. COR.
vt non præsens duriùs agam SECVNDVM POTESTATEM quam Do- « XIII.
minus dedit mihi, in Ædificationem, & non in Destructionem: Διὰ « v. 10.
τοῦτο ταῦτα ἀπὼν γράφω, ἵνα παρὼν, μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΞΟΥΣΙΑΝ, ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος, εἰς Οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς Καθαίρεσιν. Vnde & Patres admonent iniustam Excommunicationem timendam esse. TRIGESIMVM TERTIVM; EADEM ESSE QVÆ PRÆCIPIVNTVR HOMINIBVS, ET QVÆ A DEO PRÆSTANDA HOMINIBVS EXSPECTANTVR, ATQVE ADEO BONA OPERA ET GRATIÆ ESSE, ET LIBERI PER GRATIAM PRÆVENTI ARBITRII: Perfecti estote: Καταρτίζεσθε. « v. 11.
Præcipit enim Apostolus quod penultimo versu orauerat, dicens:
Hoc & otamus, Vestram Consummationem: τοῦτο δὲ καὶ ΕΥΧΟΜΕΘΑ, « v 9.
τὴν ὑμῶν ΚΑΤΑΡΤΙΣΙΝ. SEPTIMA, ordine scriptionis, CAP. LI.
Epistola nostra est ad EPIST. AD ROM.

ROMANOS rerum Dominos, Gentemque Togatam:

è Corintho vt vult Origenes, scripta, tum ob Phœbes ministræ Ecclesiæ, quæ in Cenchræis, Corinthi portu, erat, commendationem, vltimo capite factam, tum quòd Caium quoque, qui Corinthi morabatur, hospitem meum vocem; tum denique, quoniam id Græcorum hypographe Epistolæ subiuncta, haud sine magna probabilitate id sonat. Argumentum DE NECESSITATE GRATIÆ, tantum, tam arduum, tam varium, propter multiplicem doctrinam Iustificationis & annexorum quæ maiorem Epistolæ partem occupat, Magnum deterruit Augustinum, ne cœptum opus Expositionis huius Epistolæ perficeret, vt ipse vigesimo quinto capite libri primi Retractationum, testatur. Vnde & illud quod scribit Petrus, tertio capite Epistolæ suæ Posterioris, in Paulinis Epistolis, esse quædam intellectu difficilia; de hac ad Romanos Epistola potissimum accipi debere, non abs re plerique existimant. Ordiamur igitur hanc nostram: de qua, Epistolâ centesimâ quintâ, ad Sixtum Romanum Presbyterum posteà Pontificem, hunc in modum non minus disertè quàm Catholicè Augustinus scribit: DE «
GRATIÆ COMMENDATIONE maximè ad Romanos APOSTOLICA «
EPISTOLA loquitur, vt inde se PRÆDICATIO eius, velut A CAPITE OR- «
BIS Toto Orbe diffunderet. Ea est enim qua iustificatur Impius. Hæc «
Augustinus. At per nos de nobis ea sit Obseruatio, PRIMA; DE SANCTITATE ECCLESIÆ, QVOD NON SOLVM ECCLESIA ROMANA, ID EST, VNIVERSALIS, SED ETIAM ECCLESIA ROMÆ, AC QVÆLIBET ETIAM PARTICVLARIS VERE SANCTA DICI POSSIT, SITQVE SANCTORVM COETVS ET CONGREGATIO PROPTER SANCTOS, QVI IN VNAQVAQVE ECCLESIA SVNT PRÆCIPVA EIVS MEMBRA: Omni- ROM. I. « v. 7.
bus qui sunt ROMÆ Dilectis Dei, Vocatis Sanctis: Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ΡΩ- «
ΜΗ, Ἀγαπητοῖς Θεοῦ, Κλητοῖς Ἁγίοις. Si enim aliàs dicerentur Sancti, Sancta diceretur Vniuersalis Ecclesia, tametsi nullus in ea vera Sanctitate & Iustitia præditus esset: quod omnino absurdum est. SECVNDA; QVOD FIDES ROMANA ET FIDES CATHOLICA IDEM SINT: Primùm quidem gratias ago Deo meo, per Iesum Christum « v. 8.

ROM. I. » pro omnibus vobis, quia FIDES VESTRA ANNVNCIATVR
» IN VNIVERSO MVNDO: Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ ΠΙΣΤΙΣ ΥΜΩΝ ΚΑΤΑΓΓΕΛΛΕΤΑΙ ΕΝ ΟΛΩ ΤΩ ΚΟΣΜΩ. Hinc Catholicos Hæretici olim vocauere ROMANOS, vti nunc vſum quoque loquendi retinent qui vſum credendi amiſerunt. Teſtis Gregorius ille Archiepiſcopus Turonenſis, De Gloria Martyrum, capite vigeſimo quinto, vbi de
» Ariano Principe ait: Cogitauit intra ſe, dicens: Quia ingenium eſt
» ROMANORVM (ROMANOS ENIM VOCANT, HOMINES
» NOSTRÆ RELIGIONIS) vt ita accidat, & non ſit virtus Dei. Exinde hunc verſiculum propheticè dictum eſſe exiſtimauit Cyprianus Epiſtolâ quinquageſimâ ſeptimâ, quando ad Cornelium Papam
» hæc ſcribit: Dum apud vos vnus animus, & vna vox, Eccleſia o-
» mnis Romana confeſſa eſt: Claruit, Fratres cariſſimi, Fides quam
» de vobis Beatus Apoſtolus PRÆDICAVIT: hanc laudem virtutis &
» roboris firmitatem, iam tunc IN SPIRITV PRÆVIDEBAT, & præ-
» conio futurorum merita veſtra conteſtans, DVM PARENTES LAV-
» DAT, FILIOS PROVOCABAT. Sed illud quoque ſecundùm Ioannem Chryſoſtomum, alterâ Homiliâ in Epiſtolam ad Romanos,
» obſeruatione dignum eſt, quod ait Apoſtolus: Fides veſtra ANNVN-
» CIATVR in vniuerſo mundo: quòd ſcilicet ſicut Eccleſia Romana, Petro prædicante crediderat, ita credere deberent cæteræ nationes.
» ait enim ipſe: Nec dixit, MANIFESTATVR, ſed, ANNVNCIATVR:
» Καὶ οὐκ εἶπε, ΔΗΛΟΥΤΑΙ, ἀλλὰ ΚΑΤΑΓΓΕΛΛΕΤΑΙ. Et paulo poſt:
» Hoc autem loco hoc ſolùm ait; quòd videlicet ANNVNCIATVR:
» ac rectè quidem, ANNVNCIATVR: planum faciens, quòd dictis ni-
» hil quidquam addendum, vel demendum eſſet. Angeli enim ſeu
» Nuntij hoc eſt opus, quæ dicuntur, ea ſola deferre: ob quod & Sa-
» cerdos ANGELVS vocatur, quòd non ſua ipſius, ſed ea tantùm
» nunciat quæ ab eo acceperit à quo delegatur. QVANQVAM PE-
» TRVS INIBI ETIAM PRÆDICAVIT: ſed illius facta, ſua eſſe ducit:
» vſque adeo (quod antea diximus) inuidentia omni ſupra modum
» vacabat: Ἐνταῦθα δὲ, τοῦτο μόνον, ὅτι ΚΑΤΑΓΓΕΛΛΕΤΑΙ. καλῶς εἶπεν, ὅτι ΚΑΤΑΓΓΕΛΛΕΤΑΙ, δεικνὺς, ὅτι οὐδὲν ἔδει προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις, οὐδὲ ἀφελεῖν. Ἀγγέλου γὰρ τοῦτο ἔργον ἐστὶ, τὰ μόνα τὰ λεγόμενα διακομίζειν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἱερεὺς, ΑΓΓΕΛΟΣ καλεῖται, ὅτι οὐ τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὰ τοῦ πέμποντος ἀπαγγέλλει. ΚΑΙΤΟΙΓΕ Ο ΠΕΤΡΟΣ ΕΚΗΡΥΞΕΝ ΕΚΕΙ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκείνου, ἑαυτοῦ ἡγεῖται. οὕτως, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης βασκανίας ἦν καθαρός. Hæc Chryſoſtomus exactè conſiderans, quòd quantumlibet idem Apoſtolus magnis præconiis celebret Eccleſiam Theſſalonicenſium, Prioris Epiſtolæ capite primo, ad ipſam ſcribens, nihilominus nequidquam tale de illa locutus fuerit. Quemadmodum ergo omnes qui Romano ſubeſſent Imperio, Romanorum appellatione nobilitati eſſent, ſecundùm quod Lege ſancitum eſt. L. In Vrbe Ro. ff. De Stat. Hom. ſecundùm lectionem Alciati, Vt omnes qui ſub Orbe Romano, Ciues appellarentur: ita pariter omnes quotquot Catholica

fide pollerent; ROMANI itidem sunt ac dicendi fuerunt: eo quòd ROM.I.
Fides Catholica, Romana pariter diceretur. Hinc Sanctus Ambrosius, etiam & ipse vno Signo è Sede Petri petito, ex ipsius (inquam) Romanæ Ecclesiæ Communicatione, qui veri Catholici habendi essent, esse solitum inuestigari, demonstrat, dum hæc de Satyro Fratre Scribit: Aduocauit ad se Episcopum, « NEC VLLAM VERAM PVTAVIT, NISI VERÆ FIDEI GRATIAM: percontatusque ex eo EST VTRVM CVM EPISCOPIS CATHOLICIS, HOC EST, CVM ROMANA ECCLESIA CONVENIRET. Auscultate atque tandem animaduertite Nouatores! TERTIA; DE INVOCATIONE DIVINI TESTIMONII AC RELIGIOSO IVRAMENTO: Testis enim « v.9. mihi est Deus, Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεός. Docent Patres in Commentariis, inculcat Diuus Thomas hoc loco, vrget Beatus Augustinus libro primo De Sermone Domini in Monte. QVARTA; DE INTERCESSIONE SANCTORVM APVD DEVM: Sine intermissione, « v.9. memoriam vestri facio semper in Orationibus meis: « Ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου. Cui, quæso, reuelatum credamus cessasse Paulum? Num Apostolicum est, iuratum, vbi plus possis, minus velle? O Patria, Si Nouitas vincit, durior Via, & in relictos hìc propinquos crudelis! Adeóne iurandum fuit, vt esset, cùm Sectariis placet, aliquando finis? QVINTA; GENTILES, NON SOLVM CREATVRAS, VERVM QVOD ABSVRDIVS EST, EARVM IDOLA SEV SIMVLACRA LIGNEA ET SAXEA PRO DIIS COLVISSE; QVOD IDOLOLATRARVM FAVTORES SECTARII NEGANT: Et mutauerunt gloriam incorruptibilis « v.23. Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, « & quadrupedum & serpentium: Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ « ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος, φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. Horrendum dictu, Caluinum, & sequaces, vt Christianorum Imagines impugnent, Paganorum Idolis tam flagitiosè, tam sacrilegè, contra & Prophetarum & Apostolorum scripta, patrocinari, vel potiùs ancillari!

Hic, rogo, non furor est, ne moriare mori?

Fingunt enim Iconoclastæ Nouatores, vt inuidiam conflent Imaginibus Christi & Sanctorum, quas Ecclesia Catholica in veneratione habet, Gentilibus nunquam in mentem venisse, vt inanimata simulacra Deos putarent, ac diuinis honoribus afficerent. Væ ACCVSANTIBVS-CHRISTIANOS, τοῖς Χριστιανοκατηγόροις, id est, ICONOCLASTIS, τοῖς Εἰκονοκλάσταις, quibus & Interpretationem & Anathema pronunciat, Actione quarta, Septima Oecumenica Synodus. SEXTA; DEVM BENE OPERANTIBVS REDDITVRVM VITAM ÆTERNAM, ET QVIDEM HABITO RESPECTV AD OPERA, ET IVXTA CONDITIONEM OPERVM; QVOD QVIDEM PLANE CONVINCIT VOCABVLVM REDDENDI SEV RETRIBVENDI: Qui REDDET vnicuique secundùm Opera eius. « Iis quidem qui secundùm patientiam Boni Operis, Gloriam «

ROM.II. » & Honorem & Incorruptionem quærunt, Vitam æternam: Iis
» autem QVI SVNT EX CONTENTIONE, ET QVI NON ACQVIESCVNT
» VERITATI, CREDVNT AVTEM INIQVITATI, Ira & Indignatio:
ΟΣ ΑΠΟΔΩΣΕΙ ἑκάστῳ, κατὰ τὰ Ἔργα αὐτοῦ· Τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν Ἔργου
Ἀγαθοῦ, Δόξαν, καὶ Τιμὴν, καὶ Ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον· Τοῖς δὲ ΕΞ
ΕΡΙΘΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΑΠΕΙΘΟΥΣΙ ΜΕΝ ΤΗ ΑΛΗΘΕΙΑ, ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΙΣ
ΔΕ ΤΗ ΑΔΙΚΙΑ, Θυμὸς, καὶ Ὀργή. SEPTIMA; PAVLVM MANIFESTE
AGNOSCERE ET COMMENDARE IVSTITIAM OPERVM, EAMQVE
v.13. » VERAM: Non enim AVDITORES Legis iuſti ſunt APVD DEVM:
» ſed FACTORES Legis Iuſtificabuntur: Οὐ γὰρ οἱ ΑΚΡΟΑΤΑΙ τοῦ Νόμου,
δίκαιοι ΠΑΡΑ ΤΩ ΘΕΩ· ἀλλ' οἱ ΠΟΙΗΤΑΙ τοῦ Νόμου δικαιωθήσονται. Nec ſi-
bi repugnat aut contrarius eſt Paulus: quia cùm alibi hominem ex
Operibus iuſtificari negat, de Prima loquitur Iuſtificatione, quæ
eſt cum remiſſione Peccatorum, & non ex Operibus eſt, ſed O-
pera ipſa præcedit. Denique ſi FACTORES Legis ſunt, vbi ſunt qui
Mandata Impoſſibilia dicunt? qui non poſſe Legem adimpleri edi-
cunt, & Paulo contrarium prædicant, nouumque Euangelium in-
ducunt: Legant modò ſequentia verba, Apoſtolicaſque loquendi
v.14. » illas formulas; EA QVÆ SVNT LEGIS, FACIVNT: τὰ τοῦ νόμου ποιῇ·
v.25. » SI LEGEM OBSERVES· ἐὰν νόμον πράσσῃς· SI IGITVR PRÆPVTIVM
v.26. » IVSTITIAS LEGIS CVSTODIAT, Ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ
v.27. νόμου φυλάσσῃ· PRÆPVTIVM LEGEM CONSVMMANS, ἀκροβυστία τὸν νό-
μον τελοῦσα. Plumbei ſint, ſi non iudicent, cùm tam ſæpe ac tam va-
riè Apoſtolus repetat atque inculcet; Hominem Iuſtificatum FA-
CERE, ποιεῖν, OBSERVARE, πράσσειν, CVSTODIRE, φυλάσσειν, CONSVM-
MARE, τελεῖν, Legem Dei; quàm ſint ab Apoſtolico Spiritu alieni
Nouatores, dum docent Dei Præcepta Homini etiam Iuſtificato
& ſub Gratia conſtituto, ad obſeruandum impoſſibilia eſſe: quos
Decima Octaua, vltima Oecumenica Synodus, Tridenti habita,
Seſſione ſexta, Canone decimo octauo, iuſto Anathemate Apo-
ROM. III. ſtolicè damnauit. OCTAVA; HOMINEM PECCANDO NON SOLVM
v.18. » AMISISSE AMOREM IVSTITIÆ, VERVM ETIAM TIMOREM GE-
HENNÆ: Non eſt timor Dei ante oculos eorum: Οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ,
ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Docet id ex hoc loco Proſper libro con-
tra Collatorem, capite decimo nono. Ex quo ſequitur, in Peccan-
te deſtrui Charitatem, manente Fide. NONA; IVSTITIAM DEI
HABERI PER FIDEM, AC PER CONSEQVENS, IVSTITIAM NON
v.22. » ESSE IPSAM FIDEM: Iuſtitia autem Dei per Fidem Ieſu Chriſti in
» omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum: Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ, διὰ
Πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς πάντας, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας. Fides tamen
initium Iuſtificationis eſt, atque etiam Initialis Pars Iuſtitiæ: ad eum
fermè modum quo à corde principium eſt vitæ hominis, cùm ta-
men in ipſo etiam vita ſit: aut quo pacto Gregorius Homiliâ decimâ
nonâ ſuper Ezechielem, Fidem vocat VESTIBVLVM ÆDIFICII
SPIRITVALIS, quoniam huc non intratur niſi per Fidem:
& tamen veſtibulum etiam eſt pars Ædificij. Vt verò vtrumque

plenè demonstrarem, Fidem, vti Theophylactus post Chrysostomum interpretatur, paulo post appellaui LEGEM FIDEI, his sequentibus verbis; Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa est. Per quam Legem? Factorum? non: sed per LEGEM FIDEI. Ratio est: quoniam vocabulum Legis extenditur ad id omne quod est motiuum & incitamentum Operis, & Fide velut Lege impellitur homo ad quærendam à Deo Iustitiam: quemadmodum infra capite septimo Concupiscentia vocatur LEX PECCATI. Si quæras, cur dicere maluerim, Legem Fidei, quàm simpliciter, Fidem: aut cur omnino quæstionem sic proposuerim, PER QVAM LEGEM? Respondet Chrysostomus, vt à Legis vocabulo minimè recederem, quod gratum acceptumque fore sciebam auribus Iudæorum. Et certè Gratiam Christi, quæ Lex Dei per Spiritum Sanctum scribitur in cordibus nostris, LEGEM SPIRITVS VITÆ, capite octauo vocaui. Quæ cùm ita sint, attribuendo tamen singula singulis, acutè scripsit Augustinus, Concione decima sexta, in Psalmum centesimum decimum octauum: FIDES IMPETRAT, QVOD LEX IMPERAT. DECIMA; IVSTITIAM NOSTRAM NON IN SOLA REMISSIONE PECCATORVM CONSISTERE, SED AB APOSTOLO DISERTE DISTINGVI HÆC DVO, DELETIONEM PECCATORVM ET IVSTITIAM, ID EST, VITÆ NOVITATEM VELVT IVSTIFICATIONIS NOSTRÆ PARTEM PRÆCIPVAM: Qui traditus est PROPTER DELICTA NOSTRA, & Resurrexit PROPTER IVSTIFICATIONEM NOSTRAM: Ος παρεδόθη, ΔΙΑ ΤΑ ΠΑΡΑΠΤΩΜΑΤΑ ΗΜΩΝ, καὶ ἠγέρθη, ΔΙΑ ΤΗΝ ΔΙΚΑΙΩΣΙΝ ΗΜΩΝ. Dicitur enim Deus; Iustificare Impium, non sola remissione peccatorum: quæ doctrina Hæreticorum est; sed donis gratuitis & gratificantibus, mentem eius renouando: quorum primum est ipsa Fides. Vnde quamuis absolutè nemo Iustus aut Iustificatus dici debeat, priusquam acceperit Remissionem peccatorum & Spiritum Adoptionis Filiorum Dei; tamen inchoatione quadam, talis interdum quis dicitur, cùm primùm credit, eâ videlicet Fide, quæ per dilectionem operatur. Quapropter Augustinus centesimum Psalmum enarrans: Iustitiam, inquit, Homo non operatur nisi Iustificatus. Credens autem in eum qui Iustificat impium, à Fide incipit, (subintellige, Operari Iustitiam) vt Bona Opera, non præcedentia quod meruit, sed consequentia quod accepit, ostendant. VNDECIMA; SPEM NOSTRAM ET FIDVCIAM NON ITA NITI SOLIS DIVINIS PROMISSIONIBVS, VT NON ETIAM FATENDVM SIT EAM INNITI TESTIMONIO BONORVM OPERVM, QVÆ DEVS DEDERIT, SINE QVIBVS, DE ACQVIRENDA GLORIA, NON SPES ESSET SED PRÆSVMPTIO, VT GREGORIVS LOQVITVR: Scientes quòd Tribulatio Patientiam operatur; Parientia autem Probationem; Probatio verò Spem: Εἰδότες, ὅτι ἡ Θλίψις Υπομονὴν κατεργάζεται· Η δὲ Υπομονὴ Δοκιμήν· ἡ δὲ Δοκιμὴ Ελπίδα. In hoc loco Eloquentiam Pauli Sapientiæ

ROM. III. v. 27.
Rom. 7. v. 23.
Rom. 8. v. 2.
ROM. IV. v. vlt.
ROM. V. v. 3.

ac menti Apostolicæ congruum foret, aberat tamen procul à no- ROM. V.
stra mystica ratione loquendi, ac declarandi mysteria, cuius ordine
ac via dicendum fuit, ἐφ' ᾧ, non IN QVO Peccato, sed IN QVO
Adam, tanquam in Principio & radice totius generis, (quoniam in
lumbis eius erant quando ille peccabat) OMNES PECCAVERVNT.
Clara verò Græcè sententia mea est. Repugnat enim priori inter-
pretationi genus apud Græcos, apud quos Peccatum, nempe Αμαρ-
τία, fœminini generis est. Animaduertit postea Augustinus, & sen-
tentiam correxit, libro quarto contra Duas Epistolas Pelagianorum.
Atque hæc DE PECCATO PROPAGATIONIS AC NECESSITATE BA-
PTISMI. DECIMA QVARTA; IVSTITIAM NOSTRAM ESSE INTER-
NAM SICVT PECCATVM NOSTRVM INTERNVM EST AC INHÆ-
RENS: Sicut enim per Inobedientiam vnius hominis, Peccatores « v.19.
constituti sunt multi; ita & per vnius Obeditionem, Iusti consti- «
tuentur multi: Ωσπερ γὰρ διὰ τῆς Παρακοῆς τοῦ ἑνὸς Ανθρώπου, Αμαρτωλοὶ «
κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτω καὶ διὰ τῆς Υπακοῆς τοῦ ἑνός, Δίκαιοι κατασταθήσον-
ται οἱ πολλοί. Si enim verè & propriè Peccatores constituuntur per
Inobedientiam ac Præuaricationem Adæ, quod fatentur Aduer-
sarij, non autem verè & propriè Iusti constituimur per Obedien-
tiam Christi, sed Imputatiuè tantùm, vt iidem volunt: neque con-
sistet hæc Comparatio Apostolica, multóque minùs Christi Iu-
stitia nobis contulerit, quam abstulit Iniustitia Adæ. Nam in il-
lo Propriam & Inhærentem ac Veram amisimus Iustitiam; in Chri-
sto recuperamus Imputatiuam, id est, Alienam, Externam, & Fal-
sam. DECIMA QVINTA; PARVVLOS IN PECCATO NASCI:
An ignoratis quia quicunque Baptizati sumus in Christo Iesu, « ROM.
in morte ipsius Baptizati sumus? Η ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι Εβαπτίσθημεν « VI. v.3.
εἰς Χριστὸν Ιησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ Εβαπτίσθημεν; Ad probandam
hanc Thesim argumentatur ab hac auctoritate Apostolica Augusti-
nus, in Enchiridio. Et rectè quidem. Nam si, Paulo teste, qui-
cumque Baptizantur in Christo, in eius morte Baptizantur, & proin-
de, vt antecedenti versiculo dicitur, Peccato moriuntur, (id enim
probandum Apostolo incumbit;) necesse est & Paruulos habe-
re Peccatum cui moriantur, dum in morte Christi Baptizantur.
DECIMA SEXTA; PARVVLOS ANTE BAPTISMVM HA-
BERE PECCATVM: Qui enim mortuus est, iustificatus est à « v. 7.
peccato: Ο γὰρ ἀποθανὼν, δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Ex hac quo- «
que nostra sententia colligit eadem Augustinus in Enchiridio,
quandoquidem & ipsi Paruuli Christo in Baptismo commortui sunt.
DECIMA SEPTIMA; CONCVPISCENTIAM MANENTEM IN RENA-
TIS, PECCATVM AB APOSTOLO DICI; NON QVOD VERE ET PRO-
PRIE PECCATVM SIT, SED QVIA EX PECCATO EST, ET AD PECCA-
TVM INCLINAT: Non ergo regnet PECCATVM in vestro mortali « v. 12.
corpore, vt obediatis concupiscentiis eius: Μὴ οὖν Βασιλευέτω ἡ «
ΑΜΑΡΤΙΑ ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ, ἐν ταῖς ἐπι-
θυμίαις αὐτοῦ. Definit Vltima Oecumenica Synodus, Sessione quinta,

ROM. VI. Canone quinto, ex Augustino, libro primo contra Duas Epistolas Pelagianorum capite decimo tertio, Sermone quadragesimo tertio De Verbis Domini; & Sermone sexto De Verbis Apostoli; ac passim. Potior tamen huius appellationis ratio, quamque præcipuè, & interdum solam, vrget Augustinus, ea est; Concupiscentiam ideo vocari Peccatum, quia ad Peccatum inclinat atque sollicitat. Nam Mors ac cæteræ Pœnalitates, licet etiam sint ex peccato primæ transgressionis, quia tamen ad Peccatum non inclinant, non solent Peccata vocari in Scripturis. Atque is est Trium meorum capitum, huius, duorumque sequentium, germanissimus sensus: vbi appellatur Concupiscentia, PECCATVM; quæ verè tamen & propriè Peccatum non est, sed deordinatio quædam & praua inclinatio totius appetitus humani; quatenus scilicet homo per Gratiam renouatus, adhuc fomitem peccati circumfert, assiduè in ipso peccandi desideria commouentem. DECIMA OCTAVA; CHRISTIANI MILITIS CORONAM, AC LABORVM MI-
v. vlt. » LITARIVM REMVNERATIONEM ESSE: Stipendia enim Pecca-
» ti, Mors: Gratia autem Dei, Vita Æterna in Christo Iesu Domi-
» no nostro: Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος· τὸ δὲ Χάρισμα τοῦ Θεοῦ, Ζωὴ αἰώνιος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Nam Χάρισμα Græcis interdum id significat quod Latini Donatiuum appellant, id est, munus quod à Principe Militibus ob rem fortiter ac feliciter gestam donatur. Ac ipse quidem Tertullianus, in libro de Resurrectione Carnis, capite quadragesimo septimo, DONATIVVM transtulit; Romanè nimirum & appositè ad locum à Militia ductum, in quo versabar. Erat enim illa Romanorum Imperatorum consuetudo, Donatiua Militibus largiri, ad quam, vt sibi Romanos ac Fidei Christianæ conciliaret Apostolus, alludere sic videtur, vt etiam quod Theologi communi consensu tenent confirmare visus sit; videlicet, Deum omnibus suis Electis Præmia supra condignum redditurum. Vnde quoquo modo Vita Æterna quamuis pro bonis operibus iusto Dei iudicio reddenda,
2.Tim.4.v.8. CORONA IVSTITIÆ sit ac bonorum operum Merces, Gratia nihilominus Dei est, donumque gratuitum, siue gratuitum Dei munus, quoniam ipsa bona opera, pro quibus vita æterna redditur, Gratia
Ephes. 2. v. 10. » sunt, id est, gratis data, me præsertim testificante quòd sumus Creati
» in Christo Iesu, in Operibus Bonis, quæ præparauit Deus vt in illis am-
» bulemus. Quocirca ad Gratiam commendandam malui ad hunc modum loqui, vt dicerem, Vitam Æternam, esse Gratiam Dei; quàm vt Stipendium Iustitiæ: quod alioqui, verè dici poterat, dictumque nobiliori nomine sub Metaphora CORONÆ ad excitandos Reges erat. Eum esse Pauli Catholicum sensum, docuit Augustinus, in Epistola centesima quinta ad Sixtum, libro De Gratia & libero Arbitrio, De Correptione & Gratia, & in Enchiridio. Cuius po-
» stremi loci hæc Augustiniana sunt: Ipsam Vitam Æternam, quæ
» certè Merces est Bonorum Operum, GRATIAM DEI appel-
» lat APOSTOLVS: Stipendium enim, inquit, Peccati Mors: Gra-
» tia autem Dei, Vita Æterna in Christo Iesu Domino nostro.

Stipendium pro opere militiæ debitum REDDITVR, NON DONA- « ROM.
TVR: ideo dixit, Stipendium Peccati, Mors: vt Mortem Peccati « VI.
non immeritò illatam sed debitam demonstraret. Gratia verò, nisi «
Gratis sit, gratia non est. Intelligendum est igitur, etiam IPSA HO- «
MINIS BONA MERITA esse Dei Munera: quibus cùm vita Æterna «
redditur, quid nisi GRATIA PRO GRATIA redditur? DECIMA NO- «
NA; LIBERVM HOMINIS ARBITRIVM EX CONCEPTO GRATIÆ CHRISTI SEMINE FOECVNDATVM, BONORVM OPERVM FRVCTVS PROFERRE DIGNOS DEO: Vt Fructificemus Deo: Ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ. « ROM. VII. v. 4. Est autem hîc ad Coniugium allusio. Debent enim Vxores fructificare Viris suis, non alienis; id est, Filios (qui FRVCTVS VENTRIS in Scriptura vocantur) ex suis viris conceptos edere. VIGESIMA; NON SIMILITVDINEM CARNIS, SED SIMILITVDINEM TANTVM CARNIS PECCATI, DE CHRISTO DICI, REVERA AVTEM CARNEM; PORRO NOSTRVM OMNIVM CARNEM ESSE PECCATI, AT SOLIVS CHRISTI, SIMILITVDINEM CARNIS PECCATI: Deus Filium suum mittens in similitudinem Carnis Peccati: « ROM. IIX. v. 3. Ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας. « Legendus Augustinus Sermone sexto & trigesimo primo De Verbis Apostoli, necnon & Sanctus Fulgentius, libro De Incarnatione & Gratia Christi, capite sexto. Æneum hic Græci Interpretes Serpentem à Moyse, Numerorum vigesimo primo, erectum referunt, per eumque ea Num. 21. v. 9. etiam ex parte præfiguratum Christum Dominum explicant; vt qui videretur habere venenum Peccati, reuera tamen non haberet. Nec dissimulandum hoc loco sapienti cuique suspectos de Manichæismo videri Nouatores: cuius dogma fuit; Christum non veram Carnem, sed speciem ac Similitudinem Carnis tantùm adsumpsisse, ac per consequens & dedisse. Aliterne potuit de Eucharistia philosophari Manichæus? Contingat planè his (inquit octauo libro «
De Trinitate Hilarius, De Eucharistia disputans) verum non es- «
se qui Christum Iesum VERVM esse Deum negant. VIGESIMA «
PRIMA; AB HOMINE PER CHRISTI GRATIAM IVSTIFICATO, LEGEM IMPLERI: Vt Iustificatio Legis impleretur in nobis, qui non secundùm Carnem ambulamus, sed secundùm Spiritum: « Rom. 8. v. 4. Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ Νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ Σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ Πνεῦμα. « Nam si non impletur; frustra missus est è Cælo in terram Filius Dei: quem vtique ad hoc missum testor vt Iustificatio Legis impleretur in nobis, non secundùm Carnem ambulantibus sed secundùm Spiritum, id est, Iustificatis. VIGESIMA SECVNDA; GRATIAM NON TOLLERE LIBERTATEM, AC SPIRITV DEI AGI HOMINES NON VT SERVOS, SED VT FILIOS: Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ij sunt Filij Dei: « Rom. 8. v. 14. Ὅσοι γὰρ Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ. « Vnde Augustinus, Sermone decimo tertio De Verbis Apostoli, falsum huius loci intellectum remouens, Dicet mihi aliquis (inquit;) ergo agimur, «
non agimus? Respondeo. Immo & agis & ageris, & tunc benè agis, «

ROM. IIX. » si à bono agaris. Spiritus enim Dei qui te agit, agentibus adiu-
» tor est: Ipsum nomen ADIVTORIS præscribit tibi, quia & ipse
» aliquid agis. Mox Augustinus: Nemo adiuuatur si ab illo nihil a-
» gatur. Ac postea, Sermone quadragesimo tertio De Verbis Do-
» mini: Agis, inquit, si agaris: & benè agis, si à bono agaris. Hæc
ille. VIGESIMA TERTIA; OB IVSTAM NECESSITATEM LICITE ET
ROM. IX. v.1. » SANCTE CHRISTIANVM HOMINEM IVRARE POSSE: Veritatem di-
» co IN CHRISTO, non mentior, testimonium mihi perhibente Con-
» scientia mea IN SPIRITV SANCTO: Ἀλήθειαν λέγω ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ, οὐ ψεύδομαι, Συμμαρτυρούσης μοι τῆς Συνειδήσεώς μου, ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΑΓΙΩ. Duplex Apostolicum Iuramentum Interpretes hîc agnoscunt in hac duplici iurandi formula; IN CHRISTO, vt supra alicubi docuimus, ac IN SPIRITV SANCTO, id est, per Spiritum Sanctum, vt Conscientiæ meæ Testem omni exceptione maiorem: quo modo intellexit Hieronymus in Epistola ad Algasiam, Quæstione nona; & ad Hedibiam, Quæstione decima. Vtrumque obseruant Græci, Theophylactus & Oecumenius, cùm animaduertunt, Apostolum Tres adducere Testes eorum quæ dicturus est; Christum, Suam ipsius Conscientiam, & Spiritum Sanctum; vt Triplici Testimonio, ac Duplici Iuramento verba sua confirmet. VIGESIMA QVARTA; DE
ROM. X. v.15. Is.52.v.7. » MISSIONE ECCLESIÆ: Quomodo verò Prædicabunt, nisi mittan-
» tur? Sicut Scriptum est, Quàm speciosi pedes Euangelizantium
» Pacem, Euangelizantium Bona: Πῶς δὲ Κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; καθὼς Γέγραπται, Ὡς ὡραῖοι οἱ Πόδες τῶν Εὐαγγελιζομένων Εἰρήνην, τῶν Εὐαγγελιζομένων τὰ Ἀγαθά. Significat autem Verbum Græcum, Ἀποστέλλεσθαι, Mitti, non quocumque modo; sed quo modo Principum Legati cum mandatis mitti solent. Sumpta verò Prophetia est ex Isaiæ capite quinquagesimo secundo. VIGESIMA QVINTA; ECCLESIAM CATHOLICAM VBIQVE DIFFVSAM ESSE, EAMQVE ESSE IN
Rom. 10. v. 18. Ps. 18. v. 5. » QVAM CONVENIVNT OMNES GENTES: Et quidem In o-
» mnem Terram exiuit sonus eorum, & in Fines Orbis Terræ, ver-
» ba eorum: Μενοῦνγε, Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν Ἐξῆλθεν ὁ Φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ, τὰ Ῥήματα αὐτῶν. Hinc ex Græco Vocabulo Οἰκουμένης, quod vniuersam terram habitabilem sonat, Synodi OECVMENICÆ deriuata appellatio est, ad quam vndique conuenitur, quæque est VNIVERSALEM CHRISTI ECCLESIAM REPRÆSENTANS, vt passim in Conciliis Generalibus, maximè posterioribus, præmitti solet. VIGESIMA SEXTA; SEPTEM MILLIA VIRORVM QVI NON CVRVAVERVNT GENVA
1. Reg. 19. v. 18. ANTE BAAL, REGVM PRIMO, CHRISTIANOS AC ECCLESIAM CATHOLICAM OPTIME REPRÆSENTARE, VT EX PSALMO CONTRA PARTEM DONATI CANEBAT, PRIMO HVIVS OPERIS LIBRO, AV-
Rom. 11. v. 4. » GVSTINVS: Reliqui mihi septem millia virorum qui non curuaue-
» runt genua ante Baal: Κατέλιπον ἐμαυτῷ Ἑπτακισχιλίους Ἄνδρας, οἵτινες οὐκ Ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. Vnde in octauum Zachariæ ca-
» put obseruat Princeps Interpretum Prophetici Operis Hieronymus,

Quod autem numerum Septem Millium ad CHRISTIANORVM no- «ROM.XI.
men diximus pertinere; supputa, Græcè, Ἑπτακισχιλίους, & Χριστιανοὺς, «
& eundem numerum summamque reperies, id est, MILLE NON- «
GENTOS QVADRAGINTA VNVM. Sed obserua, Hieronymum scri- «
bere Χειλίους, Aeolicè, pro, Χιλίους: alioqui summa non respondebit,
sed quinque minùs erunt in vocabulo priore; quæ tamen sic aptè
supplenda fuerunt, vt Arithmologica Speculatio constaret. VIGE-
SIMA SEPTIMA: FIDEM SEMEL HABITAM AMITTI POSSE: Tu au- « v. 20.
tem Fide stas: Noli altùm sapere, sed time; Si enim Deus naturali- «
bus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat: Σὺ δὲ τῇ Πίστει ἕστηκας· «
μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο,
μήπως οὐδέ σου φείσηται. VIGESIMA OCTAVA; GRATIAM DEI MO-
VENTIS HOMINEM NON ESSE, SINE COOPERATIONE LIBERI AR-
BITRII, NEC DESERTIONEM, SEV GRATIÆ SVBTRACTIONEM, ESSE
SINE MOTV VOLVNTATIS SPONTE AC LIBERE RECEDENTIS A
BONO: HOMINEMQVE SEMEL IVSTIFICATVM EXCIDERE POSSE A
GRATIA DEI ET IVSTITIA, NEC QVENQVAM ESSE CERTVM, QVOD
IN EA SIT VSQVE AD FINEM PERMANSVRVS: Si permanseris in « v. 22.
bonitate; alioquin & tu excidêris. Sed & illi si non permanserint «
in incredulitate, inserentur: Ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ Χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκο- «
πήσῃ. Καὶ ἐκεῖνοι δὲ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται. VIGE-
SIMA NONA; ECCLESIAM ESSE CONGREGATIONEM AC COMMV-
NIONEM OMNIVM GENTIVM, MVLTITVDINEMQVE POPVLI EX O-
MNIBVS MVNDI PARTIBVS, SECVNDVM PRÆDICTIONES PROPHE-
TICAS, COLLECTAM, AD FIDEM: Donec PLENITVDO GENTIVM « v. 25.
intraret: Ἄχρις οὗ τὸ ΠΛΗΡΩΜΑ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ εἰσέλθῃ. TRIGESIMA; «
DE VNITATE ECCLESIÆ: Sicut enim in Vno Corpore multa mem- «ROM.
bra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent. « XII. v. 4.
ita multi VNVM CORPVS sumus in Christo, singuli autem, alter «
alterius membra: Καθάπερ γὰρ, ἐν Ἑνὶ Σώματι, μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ «
μέλη πάντα, οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν· Οὕτως οἱ πολλοὶ, ΕΝ ΣΩΜΑ ἐσμὲν,
ἐν Χριστῷ· ὁ δὲ καθ' εἷς, ἀλλήλων μέλη. COMMEMBRES vertit libro con-
tra Mendacium, Augustinus. TRIGESIMA PRIMA; MEMORIAS SI-
VE ECCLESIAS SANCTORVM MARTYRVM, SANCTE RELIGIOSE-
QVE COLENDAS AC SANCTIS PEREGRINATIONIBVS ET SVPPLI-
CATIONIBVS (QVAS, QVIA PROCEDITVR, PROCESSIONES VO-
CANT) ADEVNDAS ATQVE FREQVENTANDAS ESSE: Orationi in- « v. 12.
stantes: Necessitatibus Sanctorum communicantes: Τῇ Προσευχῇ «
προσκαρτεροῦντες· Ταῖς χρείαις τῶν Ἁγίων κοινωνοῦντες. Etenim vetus le-
ctio altera quædam erat non, NECESSITATIBVS, Χρείαις· sed, MEMO-
RIIS, Μνείαις, SANCTORVM, COMMVNICANTES. Legit Commenta-
tor Ambrosianus; legit Optatus libro secundo contra Donatistas;
legit Chrysologus, Sermone centesimo vigesimo; legit Gregorius
Tertius, in Epistola ad Optimates & Populum Germaniæ; legit in
Missali, quod Ambrosianum vocant, hodieque Mediolanensis Ec-
clesia; legit in Origenis Commentario Ruffinus, testaturque hanc

ROM. XII. lectionem magis quàm alteram in Latinis Exemplaribus haberi, & tam ipse eodem loco quàm Pelagius atque Sedulius in suis Commentariolis vtramque exponunt. Quidni legerit Hilarius, dum libro quem in Arianum Imperatorem Constantium scripsit, his eum inter alia verbis alloquitur? APOSTOLVS COMMVNICARE NOS SANCTORVM MEMORIIS DOCVIT. TV EAS DAMNARE COEGISTI. Quidni & legerit & alluserit Augustinus, Sermone quadragesimo nono, De Verbis Domini, sic alloquens Catholicam Plebem? COMMVNICATIS MEMBRIS APOSTOLORVM; COMMVNICATIS MEMORIIS SANCTORVM MARTYRVM DIFFVSORVM PER ORBEM TERRARVM. Hæc Augustinus. TRIGESIMA SECVNDA; IN DEVM PECCARE QVICVNQVE LEGEM TRANSGREDITVR HVMANAM A

ROM. XIII. v. 2. QVACVMQVE POTESTATE, MODO LEGITIMA, POSITAM: Itaque qui resistit Potestati, Dei Ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: Ὥστε, ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ Ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν· οἱ δὲ ἀνθεστηκότες ἑαυτοῖς, κρίμα λήψονται. ac paulo

v. 5. post: Ideo NECESSITATE subditi estote: non solùm PROPTER IRAM, sed etiam PROPTER CONSCIENTIAM. Ideo enim & Tributa præstatis: MINISTRI ENIM DEI SVNT IN HOC IPSVM SERVIENTES. Reddite ergo omnibus debita: cui Tributum, tributum: cui Vectigal, vectigal: cui Timorem, timorem: cui Honorem, honorem: Διὸ ΤΗ ΑΝΑΓΚΗ ὑποτάσσεσθε, οὐ μόνον ΔΙΑ ΤΗΝ ΟΡΓΗΝ, ἀλλὰ καὶ ΔΙΑ ΤΗΝ ΣΥΝΕΙΔΗΣΙΝ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε· ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΙ ΓΑΡ ΘΕΟΥ ΕΙΣΙΝ, ΕΙΣ ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ ΠΡΟΣΚΑΡΤΕΡΟΥΝΤΕΣ. Ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς, τῷ τὸν Φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ Τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν Φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν Τιμὴν, τὴν τιμήν. NECESSITAS ergo PRÆCEPTI, absolutè NECESSITAS, Ἀνάγκη, Apostolicè vocatur: vt manifestè sequatur, omnem Legem & omne Præceptum quod proficiscitur ab humana legitima Potestate; siue Politica, de qua nunc agitur, siue Ecclesiastica; cuius eadem, immo potior ratio est; subditos in Conscientia obligare, id est, coram Deo, & non tantùm in foro, vt loquuntur, exteriori. Id enim esset PROPTER IRAM, Διὰ τὴν Ὀργὴν, & non PROPTER CONSCIENTIAM, Διὰ τὴν Συνείδησιν, subditum esse. Sanè contraria huic doctrina; scilicet, Aliqua esse Præcepta Legitimæ Potestatis, quæ Conscientiam subditorum non teneant obstrictam, non modò falsa est, & à sensu Scripturarum aliena; verùm etiam noxia & Pietati inimica; quippe quæ homines

Ephes. 6. v. 6. & Coloss. 3. v. 22. reddat hypocritas, & quod alibi vituperare soleo, vt Ephesiorum sexto, vt Colossensium tertio, ad oculum & non ex animo seruientes. TRIGESIMA TERTIA; LEGEM IMPLERI POSSE PROINDE-

Rom. 13. v. 8. QVE HAVD ESSE OBSERVATV IMPOSSIBILEM: Nemini quidquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit Proximum, LEGEM IMPLEVIT: Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΠΕΠΛΗΡΩΚΕ. Confestim verò ratio-

v. 9. nem subiungo: quoniam videlicet Lex IN HOC VERBO INSTAVRATVR; Diliges Proximum tuum sicut teipsum: Ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ

ἈΝΑΚΕΦΑΛΑΙΟΥΤΑΙ, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν. vbi ROM.XIII.
Græcè pro INSTAVRATVR, eſt, RECAPITVLATVR, vt Epiſtolâ vige-
ſimâ nonâ Auguſtinus legit. Denique addidi: PLENITVDO ergo « v. 11.
Legis eſt DILECTIO: ΠΛΗΡΩΜΑ οὖν ΝΟΜΟΥ, ἡ Ἀγάπη. quæ vox, «
Πλήρωμα, IMPLETIONEM ſonat, id eſt, Complementum, Conſum-
mationem, &, vt ira dicam, Totalem Obſeruationem. Quàm ſtó-
lidè igitur Hæretici negant Legem Dei in hac vita à vobis impleri
poſſe, cùm vtique negare non poſſinr, multos eſſe qui Proximum
diliganr? Ex quo, ſecundùm Apoſtolum euidens & certa Conſe-
quentia eſt, eos Legem implere. TRIGESIMA QVARTA, BONA O-
PERA ESSE ARMA; QVIA NON SOLVM TEGVNT VT VESTIMEN-
TA, VERVM ETIAM TANQVAM ARMA DEFENDVNT, AC TVTVM
REDDVNT HOMINEM ADVERSVS IMPVGNATIONES DIABOLI:
SVNTQVE ARMA LVCIS, QVIA CLARA DIE SINE PVDORE POS-
SVNT OSTENDI: Abiiciamus ergo OPERA TENEBRARVM, & In- « v. 12.
duamur ARMA LVCIS: Ἀποθώμεθα οὖν ΤΑ ΕΡΓΑ ΤΟΥ ΣΚΟΤΟΥΣ, «
καὶ Ἐνδυσώμεθα ΤΑ ΟΠΛΑ ΤΟΥ ΦΩΤΟΣ.. Contemplare igitur, REX
IACOBE, hinc, Illud INDVAMVR; illinc, Illa ARMA LVCIS: vtrim-
que verba ſequentia; Sicut in die honeſtè (Cyprianus, DECENTER, «
legit. Sermone De Zelo & Liuore) ambulemus, ac ſi dixiſſem: Quan- «
doquidem iam affulget dies, quæ luce ſua omnia detegit, honeſtè
& compoſitè conuerſandum nobis eſt, more eorum qui illuceſcente
Die Veſtes ſumunt honeſtiores; id eſt, ea opera exercenda quæ lu-
cem non reformident. TRIGESIMA QVINTA; MACERANDVM
MORTIFICANDVMQVE CORPVS VITA QVADRAGESIMALI, ATQVE
ABSTINENTIA AB ESV CARNIVM: Qui autem infirmus eſt, olus « ROM.
manducet: Ὁ δὲ Ἀσθενῶν, λάχανα ἐσθίει. Hieronymus enim, Epiſtolâ « XIV. v. 2.
decimâ ad Furiam, Præceptiuè legit, ſuo fortè inſtituto ſenrentiam
accommodans, nihilominus tamen, ſi non Mentem Apoſtolicam,
at Fidem Apoſtolicam, occaſione huius loci, demonſtrans: Nihil, in- «
quit, ita ſcias conducere CHRISTIANIS ADOLESCENTIBVS vt eſum «
olerum. Vnde APOSTOLVS: Qui infirmus eſt, olera manducet: «
ardorque corporum frigidioribus epulis temperandus eſt. TRI- «
GESIMA SEXTA; MALVM ESSE HOMINI QVI PER OPPENDICVLVM
INOBEDIENTIÆ, CONTRA PROHIBITIONEM ECCLESIÆ MANDV-
CAT, QVANTVMVIS OMNIA MVNDA SINT: Omnia quidem ſunt « v. 20.
munda, ſed malum eſt homini qui PER OFFENDICVLVM mandu- «
cat: Πάντα μὲν καθαρά· ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ, τῷ Διὰ ΠΡΟΣΚΟΜΜΑ- «
ΤΟΣ ἐσθίοντι. Vnde & Abſtinenriam ab Eſu Carnium probat, &
Approbationem Vſus ac Munditiæ Carnium imperat decimus ter-
tius Ancyranus Canon; atque hoc pacto vtrumque conciliat: Hi «
qui in CLERO ſunr Presbyteri & Diaconi, & à CARNIBVS ABSTI- «
NENT: Placuit, EAS QVIDEM CONTINGERE; (vel, vt interpretatur «
Secunda Editio, quæ Iſidori eſt Mercatoris; VT NON EAS, TAN-
QVAM IMMVNDAS CONTEMNANT, SED CONTINGANT;) & ita ſi- «
voluerint, CONTINERE (id eſt, ABSTINERE, vr Altera Verſio ha- «

ROM. XIV. » bet, ſubaudi OB CONTINENTIAM.) Quòd ſi in tantum eas abomi-
» nantur, vt nec Olera quæ cum eis coquuntur, exiſtiment come-
» denda, (ſupple; ex Poſteriori Interpretatione, TANQVAM CARNI-
» BVS POLLVTA) tanquam non conſentientes REGVLÆ, ab OR-
» DINE ceſſare debebunt. Græca, quæ ſic reddit Dionyſius Exiguus,
ſunt huiuſcemodi: Τοὺς ἐν ΚΛΗΡΩ Πρεσβυτέρους, ἢ Διακόνους ὄντας, καὶ
ΑΠΕΧΟΜΕΝΟΥΣ ΚΡΕΩΝ, ἔδοξεν ΕΦΑΠΤΕΣΘΑΙ, καὶ οὕτως, εἰ βούλοιντο,
ΚΡΑΤΕΙΝ ΕΑΥΤΩΝ. Εἰ δὲ βούλοιντο, ὡς μηδὲ τὰ μετὰ κρεῶν βαλλόμενα λάχα-
να ἐσθίειν, καὶ εἰ μὴ ὑποτάσσοιεν τῷ ΚΑΝΟΝΙ, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς ΤΑΞΕΩΣ.
TRIGESIMA SEPTIMA; ECCLESIAM ESSE COMMVNIONEM OMNIVM
ROM. XV. v. 11. » GENTIVM: Et iterum; Laudate OMNES GENTES Dominum: & ma-
» gnificate eum OMNES POPVLI: Καὶ πάλιν· Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ΠΑΝΤΑ
ΤΑ ΕΘΝΗ, ἐπαινέσατε αὐτὸν ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΛΑΟΙ. Verſus eſt Pſalmi
centeſimi decimi ſexti notiſſimus, qui tam Hebraicè quàm Græcè
Pſ. 116 v. 1. » legitur hoc ordine Verborum: Laudate Dominum Omnes Gentes:
» laudate eum Omnes Populi. Notandum quoque Vaticinium ſe-
Iſ. 11. v. 10 » quens ex Iſaiæ capite vndecimo: Erit Radix Ieſſe, & QVI EXSVR-
» GET REGERE GENTES, in eum GENTES ſperabunt: quem Prophe-
ticum locum adeo vrget libro DE VNITATE ECCLESIÆ Auguſti-
nus, vt hoc vno Schiſmaticos quoſcunque conuincere poſſe confi-
dat. TRIGESIMA OCTAVA; VNANIMEM CONSENSVM POPVLO-
RVM ESSE CERTISSIMAM VERÆ FIDEI NOTAM; VERAMQVE PA-
CEM ET CONCORDIAM NON ESSE IN ERRORE, SED IN VERA FI-
Rom. 15. » DE ATQVE DOCTRINA: DEVS autem SPEI repleat vos omni GAV-
v. 13. » DIO ET PACE in credendo, vt abundetis in Spe & Virtute Spiri-
» tus Sancti: Ὁ δὲ ΘΕΟΣ τῆς ΕΛΠΙΔΟΣ, πληρώσαι ὑμᾶς πάσης ΧΑΡΑΣ, ΚΑΙ
ΕΙΡΗΝΗΣ, ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ Ἐλπίδι, ἐν Δυνάμει
Πνεύματος Ἁγίου. TRIGESIMA NONA; HABITVM CHARITATIS AV-
v. 14. » GERI PER OPERA: Certus ſum autem, Fratres mei, & ego ipſe de
» vobis, quoniam & ipſi PLENI eſtis DILECTIONE: Πέπεισμαι δὲ, Ἀδελ-
φοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ, περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ ΜΕΣΤΟΙ ἐστε ΑΓΑΘΩΣΥΝΗΣ.
Pleni ergo propter multitudinem Bonorum Operum erga Frattes:
Act. 9. v. 36. » quo modo Dorcas illa, Actuum nono. PLENA OPERIBVS BONIS ET
» ELEEMOSYNIS QVAS FACIEBAT; Πλήρης Ἀγαθῶν Ἔργων καὶ Ἐλεημοσυνῶν
ὧν ἐποίει. QVADRAGESIMA, DE INTERCESSIONE SANCTORVM:
Rom. 15. v. 30. » Obſecro ergo vos, Fratres, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,
» ET PER CHARITATEM SANCTI SPIRITVS, vt adiuvetis me in Ora-
» tionibus veſtris pro me ad Deum: vt liberer ab Infidelibus qui
» ſunt in Iudæa, ET OBSEQVII MEI OBLATIO ACCEPTA FIAT IN IE-
» RVSALEM SANCTIS: Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, Ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ, ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΗΣ ΑΓΑΠΗΣ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, ΣΥΝΑΓΩ-
ΝΙΣΑΣΘΑΙ μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν· Ἵνα ῥυσθῶ ἀ-
πὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ΚΑΙ ΙΝΑ Η ΔΙΑΚΟΝΙΑ ΜΟΥ Η ΕΙΣ ΙΕ-
ΡΟΥΣΑΛΗΜ, ΕΥΠΡΟΣΔΕΚΤΟΣ ΓΕΝΗΤΑΙ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ. Si Pau-
lus implorat Orationes Romanorum Fidelium pro ſe ad Deum,
cur non viciſſim ac ſimiliter ROMANI implorent Orationes Pauli?

Et, si Pauli viuentis in hac carne mortali, cur non etiam hac mor- ROM. XV.
talitate exuti, & regnantis cum Christo? Quòd si in primo nulla
est Christi Mediatoris iniuria; certè nec in vltimo. Argumentum
sanè validissimum aduersùs Sectarios Ecclesiam Catholicam calu-
mniantes, quòd inuocando Sanctos vt Deum pro nobis orent, vni
Mediatori Christo iniuriam faciat. Et quidem frequens sum in hac
petitione, vt Ephesiorum sexto, Colossensium quarto, Prioris ad Eph. 6. v. 18.
Thessalonicenses quinto, Posterioris ad eosdem tertio, Hebræo- Col. 4. v. 2. 1. Th. 5. v. 25.
rum decimo tertio, & ad Philemonem. Porro Græcum Verbum, 2. Th. 3. v. 1.
Συναγωνίσασθαι, non significat quomodocumque adiuuare; sed con- Hebr. 13. v. 18. Philem. v. 22.
certare, id est, pugnantem & laborantem adiuuare. Indicabam ve-
rò tunc magnum mihi certamen instare, metaphorâ à re militari
sumptâ; præsagiens nimirum quod euenit, vt extremum periculum
adirem. QVADRAGESIMA PRIMA; DE BRITANNICÆ ECCLESIÆ
ANTIQVITATE: Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo: Ἀσπά- « ROM.
σασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου. Etenim fidem facit Græcorum Meno- XVI. v. 10.
logion, hunc Aristobulum, Euangelij prædicandi causâ, missum ad
Britannos fuisse. Nec certè desunt alij testes, quos in Brirannia sua
Guilielmus Cambdenus producit. Quare meritò Veteres, nostrum
Aristobulum, CONGREGATOREM FRATRVM IN CHRISTO appel-
larunt, vt factitasse apparet Ambrosianus Commentator. QVA-
DRAGESIMA SECVNDA; DE TRADITIONIBVS NON SCRIPTIS, ET
DE SCHISMATICIS AC HÆRETICIS VITANDIS ET OBSERVANDIS,
QVORVM NIHIL COMMVNE PRÆTER SVPERBIAM IN DOCTORES,
OFFENDICVLA IN PROXIMOS, VENTREM AD VOLVPTATES, BLAN-
DILOQVENTIAM AD SEDVCTOS: Rogo autem vos, Fratres, VT OB- « v. 17.
SERVETIS eos, qui DISSENSIONES ET OFFENDICVLA, PRÆTER «
DOCTRINAM quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Hu «
iuscemodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo «
Ventri: & per DVLCES-SERMONES ET BENEDICTIONES seducunt «
corda innocentium: Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, Ἀδελφοὶ, ΣΚΟΠΕΙΝ τοὺς τὰς «
ΔΙΧΟΣΤΑΣΙΑΣ, ΚΑΙ ΤΑ ΣΚΑΝΔΑΛΑ, ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΔΙΔΑΧΗΝ, ἣν
ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας· καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστῷ, οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν Κοιλίᾳ. καὶ διὰ τῆς ΧΡΗΣΤΟΛΟ-
ΓΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΛΟΓΙΑΣ ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. Facit enim hic
locus pro obseruandis, &, vt Theophylactus per Interpretem loqui-
tur, INQVIRENDIS diligenter Hæreticis, tanquam hominibus noxiis,
Christianæque Reipublicæ seditiosis ciuibus ac perniciosis. Quam-
obrem cùm obseruare eos Græcè præcipimus, verbo Σκοπεῖν vti-
mur, quod est attentè & diligenter quasi hostes è specula obserua-
re, quo pacto solent debentque ij qui inde dicuntur Episcopi, qui-
que Catholico Gregi inuigilant, Christianæque Militiæ intendunt;
ac si dixissem, SPECVLEMINI: cuius loco Augustinus legit, VT IN- «
TENDATIS IN EOS; idque, vt Claromontanus Codex addit, Ἀσφα- «
λῶς, id est, ITA VT NON FALLAMINI. Porrò quæ de Blandiloquen- «
tia dixi, haud in vllos magis quàm in vestri sæculi Hæreticos com-

præſertim monente, vt Romanæ oues ſimplices ſint ad malum, id est, vt Græca illa vox, Ἀκέραιοι, ſonat, SINE CORNIBVS; quod eſt innoxij, ſcilicet more placidorum animalium, non habentium cornua quibus offendant aut noceant. Qua certè voce Dominus, Matthæi decimo, vſus eſt, cùm edixit: Eſtote prudentes ſicut Serpentes, & ſimplices (Ἀκέραιοι) ſicut Columbæ. Quem ſenſum Græci noſtri Interpretes, vt proprietatis verborum diligentiores obſeruatores, artigerunt, vt omnes hoc documento intelligant Hœdos ab Agnis vno contendendi ſtudio diſcerni. Deum autem Pacis, aduersùs Schiſmata inuoco, ſub PEDIBVS Romani Paſtoris, velociter Satanam contriturum, quod de Muliere ac Semine Mulieris, id eſt, de Chriſto & Eccleſia, Geneſis tertio, quondam fore prophetatum eſt. QVADRAGESIMA QVARTA; APOSTATICVM, NON APOSTOLICVM, ESSE CREDERE ECCLESIAM PRÆTER COMMVNIONEM OMNIVM GENTIVM: Ei autem qui potens eſt vos confirmare, iuxta Euangelium meum & PRÆDICATIONEM Ieſu Chriſti, ſecundùm reuelationem myſterij, temporibus ÆTERNIS taciti, (quod nunc patefactum eſt per SCRIPTVRAS PROPHETARVM ſecundùm præceptum ÆTERNI Dei, ad Obeditionem Fidei,) IN CVNCTIS GENTIBVS cogniti, Soli Sapienti Deo, per Ieſum Chriſtum, cui honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen: Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου, καὶ τὸ ΚΗΡΥΓΜΑ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου, χρόνοις ΑΙΩΝΙΟΙΣ σεσιγημένου, φανερωθέντος δὲ νῦν, διά τε ΓΡΑΦΩΝ ΠΡΟΦΗΤΙΚΩΝ, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ ΑΙΩΝΙΟΥ Θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, ΕΙΣ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΘΝΗ γνωρισθέντος, μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν. Ex Græco ſimpliciùs & clariùs ad verbum verteris hoc modo: Ei autem qui potens eſt vos confirmare ſecundùm Euangelium meum & PRÆDICATIONEM Ieſu Chriſti, ſecundùm reuelationem myſterij temporibus ÆTERNIS taciti, manifeſtati verò nunc; perque SCRIPTVRAS PROPHETICAS ſecundùm præceptum ÆTERNI Dei ad Obedientiam Fidei in OMNES GENTES patefacti. Vel: Ei verò qui poteſt vos confirmare ſecundùm Euangelium meum, & PRÆCONIVM Ieſu Chriſti (ſupple, Qui dixit Petro, Romano Paſtori: Paſce & Oues, id eſt Eccleſias; & Agnos, id eſt, Fideles) ex Reuelatione Myſterij, quod à Temporibus SÆCVLARIBVS tacitum fuit: nunc verò factum eſt manifeſtum, & per SCRIPTVRAS PROPHETICAS ex imperio Æterni Dei ad Obedientiam Fidei OMNIBVS GENTIBVS notificatum. Si quis ergo Eccleſiam PRÆTER COMMVNIONEM OMNIVM GENTIVM quærit, Anathema ſit vt Magnus ille millies De Eccleſia promulgauit Auguſtinus, qui Gentes Hereditatem Chriſti, & Poſſeſſionem Chriſti Terminos Terræ, ac Eccleſiam Chriſti, Vniuerſalem & vbique diffuſam per Omnes Gentes, ſicut promiſſum ac prædictum erat, Sole clariùs demonſtrauit, & numerandos Sacerdotes, ab ipſa PETRI SEDE, in Schiſmaticorum auribus æternùm cantari iuſſit. Vnde Magnus quoque Auguſtini Defenſor ac Diſcipulus;

ROM. XVI. — Matt. 10. v. 16. — Gen. 3. v. 15. — Rom. 16. v. 25. — Ioan. 21. v. 15. — Pſal. 2. v. 8.

ταχέως μετατίθεσθε, ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, εἰς ΕΤΕΡΟΝ GALAT. I.
ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ. Quale illud omnium iam ſermone tritum vetus carmẽ;

Quem recitas, meus eſt, ô Fidentine, libellus;
Sed malè cùm recitas, incipit eſſe tuus.

Quod quidem factum, ſequenti verſiculo, eſſe dixi, CONVERTERE « v.7.
EVANGELIVM CHRISTI, Μεταστρέψαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, quod propriè «
eſt, INVERTERE, ac per conſequens, EVERTERE. haud enim aliud Euan-
gelium eſt; vnde Correctione vſus continuò addidi: QVOD NON EST «
ALIVD; poſtquam dixiſſem; IN ALIVD EVANGELIVM. vbi ALIVD vtro- «
bique placuit Interpreti, cùm in Textu Græco in hac priori parte, ἄλλο,
id eſt, ALIVD; in illa poſteriori, ἕτερον, hoc eſt, ALTERVM, poſuiſſem, vt
conſtaret attentè conſiderantibus, in materia Religionis omne Alte-
rum Aliud eſſe in Eccleſia Chriſti, quę Vnitas eſt, vt Deus Vnus eſt. Vn-
de Theophylactus hoc loco admonet etiam exiguum quiddam Euan-
gelio repugnans, quale erat Sabbathum & Circumciſio, eiuſmodi eſſe,
vt Vniuerſum Euangelium inuertat: perinde ac ſi quis Regij Numiſma-
tis aliquantulum deprauarit, is totum Numiſma adulterinum reddidit.
Quod obſeruari vult, propter eos qui in Quęſtione Religionis ac Fidei,
ſaltem modicum quid putant Aduerſariis, causâ pacis, concedendum.
Quocirca ſequitur; Sed licèt nos, aut Angelus de Cœlo, euangelizet vo- « v.8.
bis PRÆTERQVAM (Græcè, Παρ' ὃ, dixi) quod euangelizauimus vobis; «
ANATHEMA SIT. in quem quidem verſiculum certè notat Chryſoſto- «
mus (cui hanc Epiſtolam interpretanti adfuiſſe viſus ſum,) ideo Apo-
ſtolum dixiſſe Παρ', id eſt PRÆTER, vt hinc diſcatis non in eos ſolùm
Anathema decerni, qui apertè cõtraria docent, aut talia quæ totum E-
uangelium ſubuertunt, ſed etiam illos qui aliquid addunt, quo quan-
tumuis minimo Euangelium labefactatur, etiamſi apertè ei cõtrarium
non ſit. Quo loco diligenter moneo, hanc meam Apoſtolicam ſenten-
tiam à nullo Veterum Patrum adferri atque vſurpari, tametſi certè fa-
miliariter eâ vtuntur, quin ad confirmandum aliquod CATHOLICO-
RVM Dogma contra hanc hodiernam Hęreticam Prauitatem aut Schi-
ſmaticam Diſcordiam proferant; vt horrendæ impudentiæ ſit, Secta-
rios pro ſe referre, id quo vno Veteres, quidquid iſti retinent, perpetuò
& vbique euerterunt, quod nec ANGELVS, (quorſum ANGLVS?) repu-
gnante me, retinere potuiſſet. Singularis Auguſtini locus eſt Tractatu
nonageſimo octauo in Ioannem, vbi tractâs illud Euangelicum Ioan-
nis, ex capite decimo ſexto: Adhuc multa habeo vobis dicere; & hanc « Ioann.16, v.12.
meam ſententiam eò adducens, ita ſcribit: NON AIT, PLVS QVAM AC- «
CEPISTIS; SED, PRÆTER QVOD ACCEPISTIS. NAM SI ILLVD DICE- «
RET, SIBI IPSE PRÆIVDICARET, QVI CVPIEBAT VENIRE AD THES- «
SALONICENSES, VT SVPPLERET QVÆ ILLORVM FIDEI DEFVE- «
RVNT. SED QVI SVPPLET, QVOD MINVS ERAT, ADDIT; NON, QVOD «
INERAT, TOLLIT. QVI AVTEM PRÆTERGREDITVR REGVLAM FI- «
DEI, NON ACCEDIT IN VIA, SED RECEDIT DE VIA. Non inficior ta- «
men ex hac ſententia ſumi poſſe generalem quamdam rationem ex-
plorandi DOCTRINAM ECCLESIÆ, ſi modò Regula ea ſit; OMNEM
DOCTRINAM QVÆ PRÆTER DOCTRINAM ANTIQVITVS TRA-
DITAM ADFERTVR, REIICIENDAM: EAM VERO QVÆ CVM

GALAT.I. » DOCTRINA A MAIORIBVS ACCEPTA, CONSENTIT, RECIPIENDAM
ET APPROBANDAM ESSE. Frater enim noster Ioannes, capite ſe-
1.Ioan.2. » cundo Epiſtolæ ſuæ prioris, Vos, inquit, QVOD AVDISTIS AB INITIO,
v.24. 2.Ioan. » IN VOBIS PERMANEAT: & Epiſtolâ ſecundâ. VT QVEMADMODVM
v 6. » AVDISTIS AB INITIO, IN EO AMBVLETIS. Ac ego ipſe, primâ noſtrâ
2.Timot.3. » Timotheanâ, capite tertio: TV PERMANE IN IIS QVÆ DIDICISTI,
v.14. » ET QVÆ CREDITA SVNT TIBI; SCIENS A QVO DIDICERIS. Sed ela-
bitur Breuitas, confeſtim retrahamus, ad eamque reuertamur. TER-
Galat.1. » TIVM; DE VISIBILITATE ECCLESIÆ: Quoniam ſupra modum PERSE-
v.13. » QVEBAR ECCLESIAM DEI, ET EXPVGNABAM (Auguſtinus, Hierony-
mus, VASTABAM ſeu DEVASTABAM: quod Græcè, ἐπόρθουν, propriè, DE-
» POPVLABAR: κατὰ τὸ πορθεῖν, AB INCENDENDO) ILLAM: Ὅτι καθ' ὑπερβολὴν
ΕΔΙΩΚΟΝ ΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΕΠΟΡΘΟΥΝ ΑΥΤΗΝ.
Inuiſibilis alioqui Perſecutio Expugnatioque, Inuiſibilis Ecclesię fuiſ-
ſet. Abeant cæci iſti & INVISIBILES in tenebras ſuas, ne & ipſi tanquam
Oppoſita iuxta ſe, quod aiunt, poſita, plus immo amplius nunc videri
poſſint. Vidi videoque ego qualem in modum videbatur & viſa eſt
v.15. » Mater illa mea, de qua mox à me dictum eſt: Cùm autem placuit ei qui
» me ſegregauit ex vtero MATRIS MEÆ; tam Viſibilem Iudaïſmi Syna-
gogam in qua natus atque educatus, quàm Viſibilem Matrem meam
intelligens, ex qua ſecundùm carnem me Deus naſci voluit, quam
THEOCRITAM nuncupatam fuiſſe, ex Zoſimo Papa hoc loco Stapu-
v.18. » lenſis refert. QVARTVM; DE PRIMATV PETRI: Deinde poſt annos
» tres veni Ieroſolymam VIDERE PETRVM: & manſi apud eum DIEBVS
» QVINDECIM. Alium autem Apoſtolorum VIDI neminem, niſi Iaco-
» bum FRATREM DOMINI: Ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ΙΣΤΟ-
ΡΗΣΑΙ ΠΕΤΡΟΝ· καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ΗΜΕΡΑΣ ΔΕΚΑΠΕΝΤΕ. Ἕτερον δὲ τῶν
Ἀποστόλων οὐκ ΕΙΔΟΝ, εἰ μὴ Ἰάκωβον ΤΟΝ ΑΔΕΛΦΟΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ. Cùm
de Petro ſermo eſt, Ἱστορῆσαι dixi; cũ de Iacobo Ieroſolymitano Epiſcopo
reliquiſque Epiſcopis, εἶδον, duntaxat: quod nec ſatis variè nec ſatis acutè
Latina Interpretatio diſtinguit: quamuis alterum, nempe ἰδεῖν, VIDERE;
alterum, videlicet ἱστορεῖν, VISERE rectiùs dicere poſſis. Quam differentiam
verbi obſeruaſſe viſus eſt Plutarchus cùm De ſenibus, Ciceronem do-
centem audire & viſere cupientibus, ait: ΙΔΕΙΝ τὸν Κικέρωνα, καὶ τὴν
ὑμνουμένην αὐτοῦ περὶ τὰς μαθήσεις ὀξύτητα καὶ σύνεσιν ΙΣΤΟΡΗΣΑΙ. Ete-
nim ἱστορῆσαι pluſquam OCVLIS SVBIICERE ſignificat. Significat
enim ἱστορεῖν cognoſcendi & intelligendi causâ inſpicere, atque etiam
viſere & oculis ſubiicere. Aſcendi igitur vt non modò viderem, ſed
etiam viſerem Petrum, velut celeberrimum illum Apoſtolorum Prin-
cipem & Clauium Cuſtodem, pænes quem, vt Templum Fidei, Con-
templatio ac ſumma eſſet Chriſtianæ Religionis; quod quidem non
alio quàm verbo ἱστορῆσαι meliùs exprimere potui, quo vtuntur Græci
cùm pro VISERE SEV LVSTRARE VRBEM, ἱστορῆσαι τὴν πόλιν dicunt; quod
inſpicere & curioſè cognoſcere ſonat. Sic enim Petrum contemplatus
ſum vt prætereà interrogarem, ſciſcitarer, percontarer, quærerem &
ſciſcitando ſeu percontando adirem vel cognoſcerem, eumque veluti
ſpectandum proponerem: quæ cuncta vis huius verbi complecti-

tur. Namque ἱστορῆσαι non est quomodocumque videre, sed quo modo spectare aut inuisere solemus res aut personas, in quibus ob excellentiam multa cognitu digna sunt. Esto enim Ierosolymam redierim visendi Petri causâ, non vt cum eo Euangelium meum conferrem, aut aliquid ab eo discerem; at studio saltem cognoscendi propiùs tantum virum, quem Christus & Apostolorum Principem, & Ecclesiæ suæ constituisset Pastorem, aliisque multis ornasset prærogatiuis; quique propterea summi nominis apud Christianos erat. Sic autem velle videre, honorare erat; neu quis suspicaretur Petrum à Paulo contemptum, aut minoris quàm oportuit, æstimatum habitumque fuisse. QVINTVM; DE LAVDE ET GRATIARVM ACTIONE DEO EXHIBENDA IN CONVERSIONE MAGNORVM VIRORVM, EXEMPLI CAVSA, ANGLORVM: Eram autem IGNOTVS FACIE Ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo: tantum autem auditum habebant; QVONIAM QVI PERSEQVEBATVR NOS ALIQVANDO, NVNC EVANGELIZAT FIDEM QVAM ALIQVANDO EXPVGNABAT: Et in me CLARIFICABANT (Græcè, GLORIFICABANT, ἐδόξαζον) Deum: Ημὴν δὲ ΑΓΝΟΟΥΜΕΝΟΣ ΤΩ ΠΡΟΣΩΠΩ ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας ταῖς ἐν Χριστῷ· Μόνον ᾗ ἀκούοντες ἦσαν, ΟΤΙ Ο ΔΙΩΚΩΝ ΗΜΑΣ ΠΟΤΕ, ΝΥΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΖΕΤΑΙ ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ, ΗΝ ΠΟΤΕ ΕΠΟΡΘΕΙ· Καὶ ΕΔΟΞΑΖΟΝ ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν. Quàm laudabilis Fidelium vetus consuetudo, qui visâ vel auditâ aut magni alicuius viri aut Gentis Conuersione ad Fidem, & opus Dei in eo statim agnoscebant, & Deum in suo opere collaudabant! En Actuum vndecimo: ET GLORIFICAVERVNT DEVM, DICENTES; ERGO ET GENTIBVS DEDIT DEVS POENITENTIAM AD VITAM. Sic Christianus Populus didicerat, ait Prosper, De Vocatione Gentium, libro primo, capite septimo; quod vtinam tui & nunc discant, & æternùm meminerint! Hinc Gloriam meæ Conuersionis, Deo tribuebant. SEXTVM: QVAM SIT NECESSARIVM, DOCTRINAM ETIAM BONAM ET DIVINITVS ACCEPTAM, COMMVNICARI CVM IIS QVI ECCLESIÆ PRÆSVNT, VT AB ILLIS EXAMINATA ET APPROBATA, CVM FRVCTV PRÆDICARI, CVMQVE SECVRITATE ET CERTITVDINE A FIDELIBVS SVSCIPI POSSIT: Ascendi autem SECVNDVM REVELATIONEM, & CONTVLI CVM ILLIS EVANGELIVM QVOD PRÆDICO IN GENTIBVS: SEORSVM autem, iis QVI VIDEBANTVR ALIQVID ESSE, ne fortè IN VACVVM CVRREREM, AVT CVCVRRISSEM: Ανέβην δὲ ΚΑΤΑ ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΝ, καὶ ΑΝΕΘΕΜΗΝ ΑΥΤΟΙΣ ΤΟ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, Ο ΚΗΡΥΣΣΩ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙ· ΚΑΤ' ΙΔΙΑΝ ᾗ τοῖς ΔΟΚΟΥΣΙ, μήπως ΕΙΣ ΚΕΝΟΝ ΤΡΕΧΩ, Η ΕΔΡΑΜΟΝ. Vnde Hieronymus, Epistolâ octuagesimâ nonâ ad Augustinum, affirmat Paulum hoc loco significare, se non habuisse securitatem prædicandi Euangelij, nisi Petri & cæterorum Apostolorum, qui cum eo erant, fuisset sententia roboratum. Et Augustinus, libro vigesimo octauo contra Faustum, Ipse PAVLVS APOSTOLVS, inquit, post Ascensionem Domini de cœlo vocatus, si non inueniret in carne Apostolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo Euangelium,

GALAT. I. v. 22. Act. 11. v. 18. GALAT. II. v. 2.

GALAT. II. » eiusdem Societatis esse appareret; Ecclesia illi omnino non crederet.
» Sed cùm cognouisset eum hoc annunciantem, quod etiam illi annun-
» ciabant, & in eorum communione atque vnitate viuentem; acce-
» dentibus etiam per eum talibus signis, qualia & illi operabantur,
» ita eum Domino commendante meruit auctoritatem, vt verba illius
» hodie sic audiantur in Ecclesia, tanquam in illo Christus, sicut ipse
» verissimè dixit, locutus audiatur. Hæc Augustinus. Quæ verba valdè notanda, contra nouos Magistros, qui pro verbo Dei non verentur Orbi Christiano doctrinas suas obtrudere; nec priùs cum Ecclesiæ Præfectis communicatas, nedum ab illis approbatas, aut vllo miraculo confirmatas. Similis locus est apud eundem Augustinum, Quæstionum Euangelicarum libro secundo. SEPTIMVM; ECCLESIAM NON CONSVLTO FACTVRAM, SI CONCORDIÆ, CVM ADVERSARIIS SVIS INEVNDÆ CAVSA, PVSILLVM ALIQVID AD RELIGIONEM SPECTANS, QVOD OFFENDERE VIDEATVR, EIS CONCEDAT; VT, VERBI GRATIA, QVI PVTANT VSVM CALYCIS RESTITVENDVM LAICIS ESSE, VT AD ECCLESIAM HOC PACTO REDVCANTVR SCHISMATICI; NON INTELLIGENTES, SI ID CONCEDATVR, ILLOS CONTINVO ET PLVRA POSTVLATVROS, ET ECCLESIAM CALVMNIATVROS, QVÆ TANDEM AGNOSCAT ANTEHAC SE ERRASSE, ATQVE A CHRISTI INSTITVTO DEVIASSE; CVM ECONTRA APOSTOLICO MEO EXEMPLO DIDICERIT, NEC AD HORAM CEDERE INSIDIOSIS EIVSMODI POSTVLATIS; VT PERMANEAT APVD IPSAM IPSOSQVE FIDELES DOCTRINÆ CATHO-
v. 4. » LICÆ VERITAS: Sed propter SVBINTRODVCTOS (Tertullianus libro quinto contra Marcionem, SVPERINDVCTITIOS legit: ex eo videlicet quòd in Græcis Codicibus Nomen est non Participium,
» παρεισάκτους) Falsos Fratres, qui subintroierunt explorare Liberta-
» tem Nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem
» redigerent: QVIBVS NEQVE AD HORAM CESSIMVS SVBIECTIO-
» NE, VT VERITAS EVANGELII PERMANEAT APVD VOS: Διὰ δὲ τοὺς ΠΑΡΕΙΣΑΚΤΟΥΣ ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν Ἐλευθερίαν Ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωνται. ΟΙΣ ΟΥΔΕ ΠΡΟΣ ΩΡΑΝ ΕΙΞΑΜΕΝ ΤΗ ΥΠΟΤΑΓΗ, ΙΝΑ Η ΑΛΗΘΕΙΑ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΔΙΑΜΕΙΝΗ ΠΡΟΣ ΥΜΑΣ. OCTAVVM; DE PRIMATV PE-
v. 7. » TRI: Sed econtra cùm vidissent quòd creditum est mihi Euangelium
» Præputij, SICVT ET PETRO CIRCVMCISIONIS. (Qui enim operatus est
» PETRO IN APOSTOLATVM CIRCVMCISIONIS, operatus est & mihi
» inter Gentes,) Ἀλλὰ τοὐναντίον, ἰδόντες, ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, καθὼς ΠΕΤΡΟΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙΤΟΜΗΣ. Ὁ γὰρ ἐνεργήσας ΠΕΤΡΩ ΕΙΣ ΑΠΟΣΤΟΛΗΝ τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη. O rem miram! Nihil aptius, si nouo quodam more ingeniosè consideres, inuenies ad Primatum Petri firmandum, quàm hunc Galatarum locum, in quo hactenus
1. Petr. 2. v. 8. Lapis Offensionis & Petra Scandali aduersùs Romanam Sedem erat. Dum enim in his Apostolicis verbis argumentor ab effectu, seu fructu ministerij, quem tria potissimùm efficaciæ Prædicationis testimo-

nia declarabant, videlicet Miracula Prædicantium, Charismata Spiritus Sancti diffusa in Credentes;& Credentium Multitudo;antequam restitisse me in faciem Petro, dicturus essem, quasi præmolliens atque præmuniens, æternis sæculis legendum, futurum illum sermonem, Primatum Petri in eo subindicaui, ac veluti professus sum; quòd ei APOSTOLATVM CIRCVMCISIONIS attribuens,& quod Gentium erat mihi reseruans,nihilque Iacobo,nedum cæteris Apostolis,de quo certarent, relinquens,satis innui,Vniuersam Ecclesiam, tanquam Pastori Ordinario,PETRO subiici, cùm & illa diu satis ex Iudæis solis constaret,& quod ad Gentes spectat,ante Apostolatum meum, per quem nihil Petro detractum legitur; eis FIDEI OSTIVM Petri Clauibus apertum foret, munusque mihi Euangelizandi, duntaxat Doctorale atque Propheticum,ex quo DOCTORIS GENTIVM mihi nomen impositum est, ad glorificandum Conuersione mea Deum, diuinitùs datum ac concessum fuisset. TACEANT ergo AD ME INSVLÆ, & sileant Antichristiani isti, PAPATVS ROMANI hostes, qui PETRI A PAVLO REPREHENSI sequentem post paucos versiculos historiam in detrimentum potestatis Petri, non in Virtutis Pauli exemplum trahunt.Quasi verò quemquam excipiat Fraterna Correctio,& magnū sit etiam Superiorem argui;nec licuerit Deo sine dispendio Clauium, post traditū Pontificium, præclaro aliquo facinore docere;Vtendum non abutendum potestate, Vitandam Principi Ecclesiæ super omnia Simulationem,Ecclesiam regendam Canone,non Absoluta Potestate, nec tam Prudentiâ quàm Sapientiâ gubernandam, & Assuefaciendos Ecclesiasticos Superiores,vt ad cauendum,quæ insidiatur fastigio,Superbiæ periculum humilitate Inferioribus subsint:quod,vt constat apud Doctos,Primę Sedi,vtpote Cathedrę Petri,& documētis,& exemplis domesticum fuit: Immò & Anglicanum; si memineris,si adtendas, quid superiùs in ROMA TRIVMPHANTE siue Secundo Libro, responderit reprehensus à Felice Siciliæ Episcopo APOSTOLVS ANGLIÆ Gregorius, cùm in contemptum Canonum & Apostolici Vigoris, nimiùm visus esset Gregorius multis, circa Consanguinitatis Gradus, Anglis suis indulsisse. En iterum reprehensus à Petro Paulus, & Apostolicus Vir & ANGLIÆ desiit esse APOSTOLVS? Sines, REX IACOBE, amorem in Anglos, in inuidiam trahi? NONVM; OPERA IVSTORVM, NON TAM IPSORVM ESSE QVAM SPIRITVS CHRISTI, MENTES EORVM INHABITANTIS; VNDE NEC MIRVM QVOD DIGNA SINT VITA ÆTERNA: Christo confixus sum Cruci, « viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Quòd autem nunc « viuo IN CARNE, IN FIDE viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit se- « metipsum pro me: Χριστῷ συνεσταύρωμαι. ζῶ δὲ, οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ « Χριστός. ὃ δὲ νῦν ζῶ ΕΝ ΣΑΡΚΙ, ΕΝ ΠΙΣΤΕΙ, ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. Imitatus illum Domini hîc loquendi modus est, Matthæi decimo dicentis ac docentis: Non vos estis « qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in Vobis: quemad- « modum & Apostolicum illum nostrū loquendi morem HIEROLOGVS

GALAT.II. Act.10. 2.Tim.2.v.7. Is.41.v.1. Matt.10.v.10.

GALAT. II. Ἱερολόγος ſiue Theologus Apoſtolicus Sanctus Ignatius, dum & Epi-
ſtola ad Romanos apud Hieronymum ſcribit, AMOR MEVS CRV-
CIFIXVS EST; & apud Dionyſium dicere ſolitus legitur, tametſi
GALAT. III. priori pæne contrario ſenſu: Ο ΕΜΟΣ ΕΡΩΣ ΕΣΤΑΥΡΩΤΑΙ. DECI-
MVM; DE SACRIS IMAGINIBVS, ET QVOD VERE INSENSATI SVNT
ET FASCINATI, SIVE GALLI, SIVE ANGLI, AD NON OBEDIEN-
DVM VERITATI, ANTE QVORVM OCVLOS IESVS CHRISTVS
IN TABVLA DEPICTVS CRVCIFIXVS CVLTV RELIGIONIS NON
v. 1. » RETINETVR, SED AVFERTVR: O INSENSATI Galatæ, quis vos
» FASCINAVIT, non obedire veritati, ante quorum oculos, Ieſus Chri-
» ſtus PRÆSCRIPTVS EST in vobis CRVCIFIXVS? Ω ΑΝΟΗΤΟΙ Γαλά-
ται, τίς ὑμᾶς ΕΒΑΣΚΑΝΕ, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; οἷς κατ᾽ ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς
Χριστὸς ΠΡΟΕΓΡΑΦΗ ἐν ὑμῖν ΕΣΤΑΥΡΩΜΕΝΟΣ; Verbi vim agnoſcit,
licèt aliis ſuperinductis præſtigiis faſcinans, in ſuis huius loci Anno-
tationibus, VERITATEM DEI IN INIVSTITIA DETINENS Beza,
dum προγράφεσθαι non PROSCRIBI, ſed PRIVS, vel ANTE, DEPINGI
ſignificare, vltro fatetur, & προεγράφη, per PRIVS DEPICTVS, non
per PROSCRIPTVS aut PRÆSCRIPTVS EST, è Græco in Latinum ſer-
» monem conuertit. Vnde ait, Ob oculos, κατ᾽ ὀφθαλμούς· id eſt, qui-
» bus ita perſpicuè fuit propoſitus Chriſtus, vt quaſi veſtris oculis re-
» præſentata fuerit viua ipſius imago, acſi apud vos ipſos eſſet cru-
» cifixus. Perſiſtit enim in Metaphora verbi, βασκαίνειν, quod propriè
» de iis maleficis dicitur qui intuitu nocent: vt ille ait apud Virgi-
» lium,
» Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.
» Hinc apparet, προεγράφη, conuertendum eſſe, PRIVS FVERAT DEPI-
» CTVS, non autem PROSCRIPTVS, cum Vetere Interprete; niſi accipias
» pro publicè quaſi in ſcriptis propoſitus, vt quorum nomina proſcri-
» bebantur. Nam planè durum eſt ac violentum, vel condemnatum,
» vt Ambroſius, vel, vt Auguſtinus, de poſſeſſione depulſum, inter-
» pretari. Niſi fortaſſis legit PRÆSCRIPTVM, vt Eraſmus meritò ſu-
» ſpicatur, quod & ipſum tamen non probo: quia (vt alia omittam,
» Præſcribere in ea quidem ſignificatione non dicitur à Græcis, προ-
» γράφεσθαι, ſed προσγράφεσθαι. Hieronymus AD SCRIPTVRAM NON AD
» PICTVRAM retulit: & PRÆSCRIPTVM exponit, id eſt, ante ſcriptum
» quàm illud in Euangelio legeritis: quòd videlicet Galatæ legiſſent
» Prophetarum oracula: quæ interpretatio mihi etiam ABSVRDIOR
» videtur quàm ſuperiores. Hæc Beza. VNDECIMVM; BONA OPERA
SVBSEQVENTI PECCATO MORTIFICARI, ID EST, INFRVCTVOSA RED-
DI, EADEMQVE RVRSVS PER POENITENTIAM VIVIFICARI: QVOD
SI VERO POENITENTIA NON SEQVATVR, FRVSTRA, QVANTVM
AD ILLOS QVI EA FECERINT, FACTA ESSE, VT QVI FRVCTVM
v. 4. » INDE NVLLVM VNQVAM SINT PERCEPTVRI: Tanta paſſi eſtis
» ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa. (Græcè, FRVSTRA? SIQVIDEM ET
» FRVSTRA) Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; εἴγε καὶ εἰκῇ. DVODECIMVM; EC-
CLESIAM CHRISTI ESSE CATHOLICAM, ID EST, TOTO ORBE

DIFFVSAM, ET COMMVNIONEM OMNIVM GENTIVM, VT PRIMO LI- GALAT. III.
BRO, QVI ECCLESIA MILITANS, VEL DE IVVANDA ECCLE-
SIA, INSCRIBITVR, PLENE SVPRA EX AVGVSTINO PROBATVM EST: «Genes. 12. v. 3.
Prouidens autem Scriptura, quia ex Fide iustificat Gentes Deus, præ- « 18. v. 18. 22. v. 18.
nunciauit Abrahæ; Quia benedicentur in te OMNES GENTES: Προϊ- «
δοῦσα δὲ ἡ γραφὴ, ὅτι ἐκ πίστεως δικαιοῖ τὰ ἔθνη ὁ Θεὸς, προευηγγελίσατο τῷ
Ἀβραάμ, Ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΘΝΗ. Quare haud sine
mysterio, non est simpliciter in Græco Codice PRÆNVNCIAVIT,
sed PRÆEVANGELIZAVIT, Προευηγγελίσατο. quod verbum nescio quâ
arcanâ Dei prouidentiâ, præter mentem, Beza retinuit, & ANTE-
EVANGELIZAVIT, in sua Latina Interpretatione posuit; postquam
pro, PROVIDENS SCRIPTVRA, PRÆVIDENS SCRIPTVRA, è Greco fonte,
Προϊδοῦσα ἡ Γραφὴ, reddidisset. additque illud προ respicere tempus ex-
hibiti Christi, cuius Diem vidit Abraham, & gauisus est. Quam quidem Io. 8. v. 56.
Lectionem τοῦ PRÆVIDENS, ἀντὶ τοῦ, PROVIDENS, Ambrosianus olim vi-
dit, & secutus est. DECIMVM TERTIVM; DE ECCLESIA GENTIVM
TOTO ORBE DIFFVSA: Vt IN GENTIBVS Benedictio Abrahæ fie- «Galat. 3. v. 14.
ret IN CHRISTO IESV; vt POLLICITATIONEM SPIRITVS accipia- «
mus per Fidem: Ἵνα ΕΙΣ ΤΑ ΕΘΝΗ ἡ Εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ΕΝ «
ΧΡΙΣΤΩ ΙΗΣΟΥ, ἵνα τὴν ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΝ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ λάβωμεν
διὰ τῆς Πίστεως. GENTIVM enim nomen hoc loco Generale est, atque
Catholicum; Iudæos etiam comprehendens, vt est in verbis Pro-
missionis, paulo ante siue penultimâ Notâ allatis. Ostendit demum
hic locus eamdem Promissionem Benedictionis, Abrahæ factam, &
Promissionem Spiritus Sancti per Prophetas annunciatam esse;
quantum quidem ad rem promissam adtinet; ideoque Benedictio-
nem illam Abrahæ promissam, Spiritualiter DE ECCLESIA intelligi
oportere, vt in ECCLESIA MILITANTE dictum est. DECIMVM QVAR-
TVM; AD GRATIAM IVSTIFICATIONIS CONFERENDAM, AC VIR-
TVTES CHRISTIANAS INSERENDAS, EFFICAX ESSE BAPTISMI
SACRAMENTVM; ET FALSVM ESSE QVOD HÆRETICI DOCENT,
BAPTISMVM ESSE NVDVM IVSTITIÆ PER FIDEM ACCEPTÆ SI-
GNACVLVM: Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum «v. 27.
induistis: Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. DECIMVM «
QVINTVM; DE VNITATE ECCLESIÆ: Non est Iudæus neque Græ- «v. 28.
cus; non est Seruus neque Liber; non est Masculus neque Fœmina: «
Omnes enim vos VNVM (Græcè quidem significantiùs, ob Myste- «
rium Concorporalitatis atque Vnitatis, VNVS, εἷς,) estis in Christo «
Iesu. Si autem vos Christi, ergo SEMEN ABRAHÆ estis, SECVN- «
DVM PROMISSIONEM HEREDES: Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην, οὐκ ἔνι «
Δοῦλος, οὐδὲ Ἐλεύθερος, οὐκ ἔνι Ἄρσεν καὶ Θῆλυ. Πάντες γὰρ ὑμεῖς ΕΙΣ ἐστε ἐν
Χριστῷ Ἰησοῦ. Εἰ δὲ ὑμεῖς Χριστοῦ, ἄρα τοῦ ΑΒΡΑΑΜ ΣΠΕΡΜΑ ἐστὲ, καὶ ΚΑΤ'
ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙ. DECIMVM SEXTVM; EXEMPLO CON-
VERSIONIS PAVLI, ANGLORVM CONVERSIONEM OPTANDAM:
Estote SICVT EGO; Quia & Ego SICVT VOS: FRATRES, Obsecro GALAT. IV.
vos, nihil me læsistis: Γίνεσθε ΩΣ ΕΓΩ, Ὅτι κἀγὼ ΩΣ ΥΜΕΙΣ· ΑΔΕΛ- v. 12.

GALAT.IV. ΦΟΙ, Δέομαι ὑμῶν· οὐδέν με ἠδικήσατε. Hic enim ſenſus Græcorum eſt:
Eſtote in eadem mecum ſententia & veritate DOCTRINÆ; nam &
ego aliquando in eodem errore verſatus ſum, in quo vos modò ver-
ſamini; quem moneo vt exemplo meo deſeratis. Sequebar enim Le-
gis SCIENTIAM INFLANTEM, non Eccleſiæ CHARITATEM ÆDI-
2.Tim 4.v.2. » FICANTEM. Quidni ergo iuxta Timotheanum illud meum; ARGVE,
» OBSECRA, INCREPA, in omni PATIENTIA & DOCTRINA: EPISCO-
PALEM OBSECRATIONEM addo atque interpono? Pergo nimirum
v.13. » adiicere cætera huic loco congrua quæ ſequuntur: Scitis autem quia
» Per Infirmitatem Carnis EVANGELIZAVI VOBIS IAMPRIDEM. Et
» tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis,
» ſed ſicut ANGELVM (GREGORIANI ANGELI ſiue ANGLI, audite)
» excepiſtis me; ſicut Chriſtum Ieſum. Vbi eſt ergo beatitudo veſtra?
» teſtimonium enim perhibeo vobis, quia, ſi fieri poſſet, oculos ve-
» ſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi. Ergo inimicus vobis factus ſum,
» verum dicens vobis? Æmulantur vos non benè, ſed excludere vos
» volunt, vt illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono
» ſemper, & non tantùm quum præſens ſum apud vos. FILIOLI MEI
» QVOS ITERVM PARTVRIO, DONEC FORMETVR CHRISTVS IN
» VOBIS. VELLEM AVTEM ESSE APVD VOS MODO ET MVTARE
» VOCEM MEAM: QVONIAM CONFVNDOR IN VOBIS: Οἴδατε δὲ ὅτι
δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ΕΥΗΓΓΕΛΙΣΑΜΗΝ ΥΜΙΝ ΤΟ ΠΡΟΤΕΡΟΝ. Καὶ
τὸν πειρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε, ἀλλ' ὡς
ΑΓΓΕΛΟΝ ΘΕΟΥ ἐδέξασθέ με, ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν. Τίς οὖν ἦν ὁ μακαρι-
σμὸς ὑμῶν; μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι, εἰ δυνατόν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες
ἂν ἐδώκατέ μοι. Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα, ἀληθεύων ὑμῖν; Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ κα-
λῶς, ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε. Καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν
καλῷ πάντοτε, καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς, ΤΕΚΝΙΑ ΜΟΥ,
ΟΥΣ ΠΑΛΙΝ ΩΔΙΝΩ, ΑΧΡΙΣ ΟΥ ΜΟΡΦΩΘΗ ΧΡΙΣΤΟΣ ΕΝ ΥΜΙΝ.
ΗΘΕΛΟΝ ΔΕ ΠΑΡΕΙΝΑΙ ΠΡΟΣ ΥΜΑΣ ΑΡΤΙ, ΚΑΙ ΑΛΛΑΞΑΙ ΤΗΝ
ΦΩΝΗΝ ΜΟΥ· ΟΤΙ ΑΠΟΡΟΥΜΑΙ ΕΝ ΥΜΙΝ. DECIMVM SEPTIMVM;
v.27. » QVOD VNIVERSITAS SIT CERTISSIMA NOTA ECCLESIÆ: Scri-
ptum eſt enim; (ſcilicet apud Iſaïam, quinquageſimo quarto capite,
Is.54.v.1. » ſecundùm Græcos Interpretes:) Lætare ſterilis quæ non paris, erum-
» pe & clama quæ non parturis: quia multi filij deſertæ, magis quàm
» eius quæ habet virum. Nos autem, Fratres, ſecundùm Iſaac, Pro-
» miſſionis Filij ſumus. Sed quo modo tunc is qui SECVNDVM CAR-
» NEM natus fuerat, perſequebatur eum qui SECVNDVM SPIRITVM;
» ita & nunc: Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam & filium eius;
» non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque, fratres,
» non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: Γέγραπται γὰρ, Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ
οὐ τίκτουσα· ῥῆξον, καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλ-
λον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ κατὰ Ἰσαάκ, ἐπαγγελίας τέκνα
ἐσμέν. Ἀλλ' ὥσπερ τότε ὁ ΚΑΤΑ ΣΑΡΚΑ γεννηθεὶς, ἐδίωκε τὸν ΚΑΤΑ ΠΝΕΥ-
ΜΑ, οὕτω καὶ νῦν. Ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν
αὐτῆς. οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης, μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. Ἄρα,

ἀδελφοί, οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας. Admodum enim GALAT. IV.
appositè cùm de Mysterio sterilis Saræ agerem, adduxi hoc Prophetæ testimonium; in quo Christi Ecclesia, per Saram præfigurata, STERILIS vocatur; vt quemadmodum Sara post longam Sterilitatem, tandem ex Diuina promissione ac virtute fœcundata, filium peperit, in quo semen Abrahæ multiplicaretur; ita significetur Ecclesia post sterilitatem tot sæculorum, tandem adueniente Christo quamplurimos Promissionis Filios paritura, Gentilium Populis vndique confluentibus ad eam. Deinde, cùm posthac de meo addidi; Sed quo modo tunc is qui SECVNDVM CARNEM natus fuerat, persequebatur eum, qui SECVNDVM SPIRITVM; ita & nunc. « v. 29. SECVNDVM CARNEM, Κατὰ Σάρκα, natus Ismaël dicitur, quia genitus secundùm naturalem virtutem carnis, scilicet ex Matre fœcunda; Isaac verò SECVNDVM SPIRITVM, Κατὰ Πνεῦμα· quia per miraculum natus ex Vetula & Sterili Matre. Nam ea quæ supra naturam fiunt, operationi Spiritus Sancti peculiariter adscribuntur. Hæc autem generatio, Symbolum fuit Conceptionis Christi de Spiritu Sancto ex Virgine, ac nostræ in Christo Regenerationis, atque Vocationis in vnum Ecclesiæ corpus & adoptionem filiorum Dei, qui iuxta typum & similitudinem Isaac, quem supra naturæ ordinem Mater Sterilis ex Dei promissione concepit, Filij Matris Ecclesiæ sumus, non ex viribus naturæ, sed supra naturam, ex Virtute Dei, qui Abrahæ promisit, geniti, & (vt ait Euangelista Ioannes) non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati. « Ioan. 1. v. 13. DECIMVM OCTAVVM; CONSCIENTIAM, ERRANTEM OBLIGARE HOMINEM: Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, « GALAT. V. quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ: « v. 3. Μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι. Iudæi quidem Fideles, quamuis ex Circumcisione iustitiam non quærerent, adhuc tamen se aut filios suos circumcidebant, iustis ex causis; tum vt honorificè Synagogam cum Moyse ad sepulchrum ducerent, siue sepelirent, tum vt Infirmorum ex Iudæis Fratrum offensionem vitarent: qua ratione Timotheum ego ipse Paulus circumcidi. At Gentiles, quibus Lex data non fuerat, quique proinde eas quas dixi caussas circumcidendi se non habebant; si circumcidebantur, meritò iudicabantur id facere, quòd persuasi essent, se nisi circumciderentur, saluari non posse, prout Iudaizantes docebant. Vnde patet quòd etsi post introductam Christi Legem nec Iudæis nec Gentilibus Circumcisio fuerit absolutè necessaria; peculiariter tamen Gentilibus dicendum fuerit, « Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. « His enim, Circumcidi, erat, Iustitiam & Salutem ex Circumcisione exspectare; quod quid aliud est quàm Christum abiicere? Nam si ex Lege Iustitia, gratis ergo Christus mortuus est, « Galat. 2. v. 21. vt supra, capite secundo diximus. Itaque Gentilibus, Circumcisionis Ceremonia, non solùm mortua, sed & mortifera fuit. Ex quo con-

GALAT. V. ficitur vt qui ſe Circumcideret Gentilis, ad ſeruanda Legalia tene-
retur, non ſimpliciter, neque ex genere Operis, ſed ex intentione
Operantis. Dum enim putat, Circumciſionem ſibi eſſe ad ſalutem
neceſſariam, & ex hac opinione eam ſuſcipit; conſequenter, eadem
opinione durante, tenetur ad totam Legem, cuius illa profeſſio eſt,
obſeruandam; ita vt peccet, ſi non obſeruet. tenetur, inquam, non
abſolutè, ſed ſuppoſita tali opinione; quæ tamen falſa eſt, & vti-
que abiicienda. DECIMVM NONVM; QVOD SIT ALIQVA FIDES
QVÆ PER CHARITATEM NON OPERATVR, SED OTIOSA SIT, ET
PER HOC IN CHRISTO NIHIL VALEAT; VT PRIMÆ CORINTHIO-
v.6. » RVM DECIMO TERTIO NOTATVM EST: Nam in Chriſto Ieſu, ne-
» que Circumciſio aliquid valet, neque Præputium: ſed FIDES QVÆ
» PER CHARITATEM OPERATVR: Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, οὔτε περιτομή τι
ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ ΠΙΣΤΙΣ, ΔΙ' ΑΓΑΠΗΣ ΕΝΕΡΓΟΥΜΕΝΗ. Illud
autem OPERATVR, eſt ἐνεργουμένη, proindeque paſſiuè tantùm acci-
piendum; vt ſenſus ſit: Sed Fides, per Charitatem animata, acta,
mota, incitata ad opus; id eſt, quæ per Charitatem conſtituitur in
actu, quamque Charitas, nec torpentem nec otioſam eſſe ſinit. Quod
cùm ad Proprietatem Græcam intelligerent Veteres illi Vetuſti;
Tertulliani Codicis hæc antiqua lectio erat, quarto capite libri quin-
» ti contra Marcionem; FIDES QVÆ PER DILECTIONEM PERFICI-
» TVR: quo modo & Syra hoc loco redduntur. Et certè medium il-
lud verbum Græcum, ἐνεργεῖσθαι, nuſquam alibi legitur actiua ſigni-
ficatione, nequidem apud prophanos auctores; ſed ſemper id ſigni-
ficat, quod Latinè dicimus Agi, ſiue Agitari, Incitari, Impelli, Exer-
ceri, aut quid ſimile Paſſiuum, ex quo dicti ENERGVMENI, ἐνεργούμε-
νοι, qui à Dæmone agitantur. Huius autem Paſſiuæ Significationis,
Rom.7.v.5. » exempla ſunt Romanorum ſeptimo; Paſſiones peccatorum, quæ
» per Legem erant, OPERABANTVR in membris noſtris: Et Secundæ
2. Cor.1.v.6. » Corinthiorum primo; Pro veſtra exhortatione & ſalute, quæ OPE-
» RATVR in tolerantia earumdem paſſionum: Et eiuſdem Epiſtolæ
2.Cor.4.v.12. » capite quarto; Ergo mors in nobis OPERATVR, vita autem in vobis:
Eph.3.v.20. » Et Epheſiorum tertio; Secundùm virtutem, quæ OPERATVR in no-
Coloſ.1.v.vlt. » bis: Et Coloſſenſium primo; Secundùm operationem eius quam OPE-
» RATVR in me in virtute: Et primæ Theſſalonicenſium ſecundo;
1.Theſ.2.v.13. » Verbum Dei, qui OPERATVR in vobis qui crediditis: Et ſecun-
2.Theſ.2.v.7. » dæ Theſſalonicenſium ſecundo; Myſterium iam OPERATVR Ini-
Iac.5.v.16. » quitatis: vt taceam locum illum Iacobi quinto; Multum valet de-
» precatio Iuſti aſſidua; Græcè, OPERATA, ἐνεργουμένη, id eſt, Incitata &
Vehemens ac Efficax. Atque, vt ſemel dicam, vbicumque ver-
bum OPERARI, in Scripturis manifeſtam habet Actiuam Significa-
tionem, in Græco habetur verbum Actiuum, ἐνεργεῖν cuius duo
exempla ſunt in hác ipſa, quam explanamus, ad Galatas Epiſtola, quo-
Gal.2.v.8. » rum alterum capite ſecundo; Qui OPERATVS EST Petro: alterum
Gal.3.v.5. » capite tertio; Qui OPERATVR virtutes in vobis. Et reuera Charitas
velut Ignis, Anima, Spiritus eſt inflammans, viuificans, impellens

Fidem; quæ ſine charitate, frigida, mortua, otioſa eſt. Vnde Chari- GALAT.V.
tas FORMA FIDEI CÆTERARVMQVE VIRTVTVM à Theologis nun-
cupatur; vti contra, ſine Charitate Fides, Informis & Mortua di- Iac.2.v.vlt.
citur, ſicut Corpus ſine Spiritu, Iacobi ſecundo; quæ comparatio hîc
aptiſſimè quadrat. Quoniam verò Fides ſic per Charitatem incitata,
agit & bona opera exercet; fit vt ſenſus hic Paſſiuus, ab Actiuo qui ab
aliis impropriè traditur, haud multùm diſcrepet, tandemque ambo
in vnum recurrant contra Hæreticos, inſigne Argumentum. VI-
GESIMVM; QVOD AVCTOR SCHISMATIS CVM SCHISMATE IV-
RE DAMNATVR: Currebatis benè, quis vos impediuit veritati non « Galat.5.v.7.
obedire? Perſuaſio hæc non eſt ex eo qui vocat vos. Modicum fer- «
mentum totam maſſam corrumpit. Ego confido in vobis in Do- «
mino quòd nihil aliud ſapieris: QVI AVTEM CONTVRBAT VOS, «
PORTABIT IVDICIVM, QVICVNQVE EST ILLE: Ἐτρέχετε καλῶς, τίς «
ὑμᾶς ἀνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς.
Μικρὰ ζύμη, ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐδὲν
ἄλλο φρονήσετε; Ο ΔΕ ΤΑΡΑΣΣΩΝ ΥΜΑΣ, ΒΑΣΤΑΣΕΙ ΤΟ ΚΡΙΜΑ; ΟΣ-
ΤΙΣ ΑΝ Η. VIGESIMVM PRIMVM; DE SCANDALO CRVCIS, ET
QVOD IVDAIZANT ILLI QVI OB REVERENTIAM ET HONOREM
A CATHOLICIS CRVCI EXHIBERI SOLITVM, PHARIZAICE SCAN-
DALIZANTVR, ET SCHISMATICE EXEVNT A NOBIS: Ergo eua- « v.11.
cuatum eſt SCANDALVM CRVCIS: Ἄρα κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυ- «
ροῦ. VIGESIMVM SECVNDVM; DE SEPARANDIS PER EXCOMMV-
NICATIONIS POENAM IIS, QVI PER INOBEDIENTIÆ ET CON-
TVMACIÆ CVLPAM A PROPRIIS EPISCOPIS SE SEPARANT; Vti- v.12.
nam & abſcindantur qui vos conturbant: Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀνα-
στατοῦντες ὑμᾶς. Idem enim fermè eſt cum his primæ Corinthiorum
quinti verbis, vbi De Fornicario Excommunicando decernitur; Vt 1.Cor.5.v.2.
tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit. Vnde & ibidem con- «
cludo: Auferte malum ex vobis ipſis: quod eſt Abſcindere. Ex qui- « Ibid.v.vlt.
bus antedictis verſiculis apparet optare me, vt non ſolùm Portent
qualecumque Iudicium qui Galatarum ſtatum turbabant, verùm
etiam Anathema fiant, per Excommunicationis Gladium, ab illo-
rum conſortio penitus amputandi. VIGESIMVM TERTIVM; QVOD
LEX IMPLERI POSSIT: Omnis enim Lex in vno ſermone imple- « Galat.5.
tur; Diliges Proximum tuum ſicut teipſum: Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λό- « v.14.
γῳ πληροῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν. Quod quidem non
de Lege Ceremoniali, quæ Timoris ac Seruorum eſt; ſed de Lege
Morali, quæ Adoptionis eſt & Gratiæ, quæ Filiorum, quæ Chriſti eſt,
intelligendum moneo: in cuius obſeruatione Libertas veſtra, quæ
eſt à Peccato, conſiſtit, horrorque vt per Charitatem ſeruiatis inui-
cem, & ſic eam Legem implebitis. tota enim Lex huiuſmodi im-
pletur vnius obſeruatione mandati; quod eſt: Diliges proximum
tuum ſicut teipſum: cui ſimile illud capite ſequenti; Alter alterius « Galat.6.v.2.
onera portate, & ſic Adimplebitis Legem Chriſti. quanquam AL- «
TERIVS ONERA PORTARE, tantùm pars eſt eius quod eſt PER CHA-
RITATEM SERVIRE INVICEM, & PROXIMVM SICVT SEIPSVM

GALAT.V. DILIGERE. At cur hoc Præceptũ Apostolicè vocatur SERMO, siue, vt in
Rom 13.v.9. Epistola nostra ad Romanos, Interpres vertit, VERBVM? ea nimirum
Deut.4.v.13. ratio est, qua Decem Præcepta Legis, Deuteronomij quarto, & de-
Deut.10.v.4. cimo, ab ipso Moyse, DECEM VERBA LEGIS vocantur; ex quo de-
inde Græci DECALOGVM, Δεκάλογον, nominarunt; nimirum ob bre-
uitatem verborum, quibus singula Præcepta comprehenduntur, vt
quæ Deus, tanquam Rex Regum & Dominus Dominantium, quo
maior & sapientior est, potiora paucioribus præcipit, quasi singula
verba videri possint. VICESIMVMQVARTVM; DE DEPLORANDO
GALATARVM, TANQVAM GALLORVM, FINITIMORVMQVE BRI-
Gal.5.v.15. » TANNORVM, PROPTER SCHISMATICOS, STATV: Quòd si inuicem
» mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini: Εἰ δὲ
ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε. Vnde
pro, COMEDITIS, κατεσθίετε, quod propriè DEVORATIS sonat, Cy-
prianus, ad Rogatianum, vertit, INCVSATIS; Ambrosianus, CRIMI-
NATIS; Alius, INCREPATIS; ac si in Codicibus Græcis κατηγορεῖσθε le-
gissent. Quiescant temerarij isti ACCVSATORES-FRATRVM, siue
CHRISTIANOCATEGORI, & Proximos diligant, vt LEGEM VNITA-
TIS CHRISTIANÆ impleant. VIGESIMVM QVINTVM; SECTAS AC
HÆRESES ESSE TAM IN ANGLIA QVAM IN CÆTERIS LOCIS
v.19. » INTER MANIFESTA OPERA CARNIS: MANIFESTA sunt autem
» OPERA CARNIS, quæ sunt, Fornicatio, Immunditia, Impudicitia,
» Luxuria, Idolorum Seruitus, Veneficia, Inimicitiæ, Contentiones,
» Æmulationes, Iræ, Rixæ, Dissensiones, SECTÆ, Inuidiæ, Homicidia,
» Ebrietates, Comessationes, & his similia. QVÆ PRÆDICO VOBIS
» SICVT PRÆDIXI, QVONIAM QVI TALIA AGVNT, REGNVM DEI
» NON CONSEQVENTVR: ΦΑΝΕΡΑ δέ ἐστι ΤΑ ΕΡΓΑ τῆς ΣΑΡΚΟΣ, ἅ τι-
νά ἐστι, Μοιχεία, Ακαθαρσία, Ασέλγεια, Ειδωλολατρεία, Φαρμακεία, Εχθραι,
Ερεις, Ζῆλοι, Θυμοὶ, Εριθείαι, Διχοστασίαι, ΑΙΡΕΣΕΙΣ, Φθόνοι, Φόνοι, Μέθαι,
Κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, Α ΠΡΟΛΕΓΩ ΥΜΙΝ ΚΑΘΩΣ ΚΑΙ ΠΡΟΕΙΠΟΝ·
ΟΤΙ ΟΙ ΤΑ ΤΟΙΑΥΤΑ ΠΡΑΣΣΟΝΤΕΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ ΘΕΟΥ· ΟΥ ΚΛΗ-
ΡΟΝΟΜΗΣΟΥΣΙΝ. VIGESIMVM SEXTVM; CARERE TERTIO IL-
LO PRÆCLARO FRVCTV SPIRITVS, QVI CVM FRATRIBVS PACEM
NON TENENT, ET ECCLESIASTICAM VNITATEM AC EVANGE-
v.22. » LICVM RETE RVMPVNT: FRVCTVS autem SPIRITVS est Charitas,
» Gaudium, PAX, PATIENTIA, Benignitas, Bonitas, Longanimitas,
» Mansuetudo, Fides, MODESTIA, Continentia, CASTITAS: Ο ΔΕ
ΚΑΡΠΟΣ τοῦ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, ἐστὶν, Αγάπη, Χαρὰ, ΕΙΡΗΝΗ, Μακροθυμία,
Χρηστότης, Αγαθωσύνη, Πίστις, Πραότης, Εγκράτεια. Hoc loco tres posui vir-
tutes, quarum singulæ vno Græco verbo elatæ, per Latina duo ex-
primuntur: ita vt Μακροθυμία, Patientiam & Longanimitatem; Πραό-
της, Modestiam & Mansuetudinem; Εγκράτεια, Continentiam, &
Castitatem significet. Itaque pro his Latinis duodecim verbis in
Græco tantùm habentur nouem: quem numerum sequuti, Hiero-
nymus & Augustinus, in Commentariis: ac rursum ille Libris con-
tra Iouinianum, hic verò Tractatu octuagesimo septimo in Ioan-
nem, vbi locum hunc recitat & singillatim exponit: ac vester
Beda

Beda in Homilia Dedicationis Altarium: & tria illa, PATIENTIA, MODESTIA, & CASTITAS, in nostris Codicibus tanquam duplicata, ad interpretationis vim penes Fidem Interpretis asseruantur. Nonnulli numerant Decem, iuxta numerum Decem Præceptorum Decalogi. Quæ cuncta Vnitate complexus sum; FRVCTVM, non FRVCTVS, Spiritus Sancti, singulari numero, appellans; propter connexionem omnium in CHARITATE, tanquam Principali Spiritus Sancti Dono, quam propterea primo loco posui. VIGESIMVM SEPTIMVM; DE PHILOSOPHIA MONASTICA ET CRVCIFIXIONIBVS, seu MORTIFICATIONIBVS CARNIS: Qui autem sunt Christi, Carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis: Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν, σὺν τοῖς ΠΑΘΗΜΑΣΙ καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. Augustinus in Commentario, & Epistolâ trigesimâ octauâ, non VITIIS legit, sed vt Græcè est, PASSIONIBVS; alibi, AFFECTIBVS; quandoque etiam, PERTVRBATIONIBVS. Si ergo qui Christi sunt, Carnem suam cum Vitiis crucifixerunt: Igitur qui non crucifigunt Carnem suam & Vitia, non sunt Christi. VIGESIMVM OCTAVVM; QVOD EX ÆQVO ET BONO IN CONTROVERSIIS DE FIDE AGENDVM, ET QVOD NON QVÆRENDVM VT VINCAMVS, NEC FVGIENDVM NE VINCAMVR: IN QVORVM ALTERO GLORIA, INANIS; IN ALTERO, ÆTERNA EST: Si Spiritu Viuimus, SPIRITV & AMBVLEMVS. Non efficiamur INANIS GLORIÆ cupidi, inuicem PROVOCANTES, inuicem INVIDENTES: Εἰ ζῶμεν Πνεύματι, ΠΝΕΥΜΑΤΙ καὶ ΣΤΟΙΧΩΜΕΝ. Μὴ γινώμεθα ΚΕΝΟΔΟΞΟΙ, ἀλλήλους ΠΡΟΣΚΑΛΟΥΜΕΝΟΙ, ἀλλήλοις ΦΘΟΝΟΥΝΤΕΣ. Cùm ergo illud AMBVLARE non sit περιπατεῖν, sed στοιχεῖν, quod significat, ordinatè incedere, & intra limites suos se continere; Spiritu incedendum moneo, vt obtemperemus, non vt resistamus. Quò respexit Hieronymus, cùm non SPIRITV AMBVLEMVS, sed SPIRITVI OBTEMPEREMVS, & Augustinus, SPIRITV SECTEMVR, legeret. Cui bono igitur PROVOCANTES, vt vincamus, ad pugnas verborum; & si victi fuerimus, INVIDENTES? VIGESIMVM NONVM; HOMINES ETIAM SPIRITVALES ET PERFECTOS, NON ESSE DE SVA STABILITATE SECVROS, ET INANEM ESSE EORVM FIDEM QVI SIBI PERSEVERANTIAM IVSTITIÆ CERTO POLLICENTVR: Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos QVI SPIRITVALES ESTIS, huiusmodi instruite in Spiritu Lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris: Ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΙ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον, ἐν πνεύματι πραότητος· σκοπῶν σεαυτόν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Nihil verò ad misericordiam sic inclinat, ait Augustinus, quàm proprij periculi cogitatio: & in eamdem sententiam Thomas; Nihil ita frangit hominis seueritatem in corrigendo, quàm timor proprij casus. Quare Ecclesia in tradẽdo Baculo Pastorali Nouum Episcopum monet, VT SIT IN CORRIGENDIS VITIIS PIE SÆVIENS. TRIGESIMVM; CHRISTVM NON SOLVM VT REDEMPTOREM HOMINIBVS DATVM ESSE, CVI FIDANT, VT HÆRETICI VOLVNT, SED ETIAM VT LEGISLATOREM, CVI OBEDIANT: Alter alterius ONERA portate, ET SIC

GALAT. V. — v. 24. — v. 25. — GALAT. VI. — v. 1. — v. 2.

GALAT.VI. » ADIMPLEBITIS LEGEM CHRISTI: Ἀλλήλων τὰ ΒΑΡΗ βαστάζετε, ΚΑΙ ΟΥΤΩΣ
ΑΝΑΠΛΗΡΩΣΑΤΕ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. ſcilicet Lex Chriſti,
LEX FRATERNÆ DILECTIONIS eſt, quæ dictat mutuò onera ferenda.
Galat.5.v.13. » Quam Legem ſuperiori capite Paulus ipſe expreſſi, cùm dicerem: Per
» Charitatem Spiritus, ſeruite inuicem. de qua & Ioannes Apoſtolus,
quemadmodum de eo Hieronymus in Commentario refert, à Fratri-
» bus admonitus, cur ſemper inculcaret, dicens; Filioli diligite alteru-
» trum; Reſpondit: Quia præceptum Domini eſt. ſi ſolùm fiat, ſuf-
ficit. TRIGESIMVM PRIMVM; IVSTVM ESSE VT QVI SPIRITVALIA
Galat.6.v.6. » MINISTRAT, TEMPORALIA RECIPIAT: Communicet autem is qui
» catechizatur verbo, EI QVI SE CATECHIZAT, IN OMNIBVS BONIS:
Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον, ΤΩ ΚΑΤΗΧΟΥΝΤΙ ΕΝ ΠΑΣΙΝ ΑΓΑ-
ΘΟΙΣ. TRIGESIMVM SECVNDVM; IN BONIS OPERIBVS, VELVT IN
SEMINE VITAM ÆTERNAM CONTINERI: CVM ET SEMINENTVR
BONA OPERA, ET VITA ÆTERNA METATVR: QVOD NON ALIO
v.7. » QVAM AD CAVSAM MERITORIAM REFERRI POTEST: Nolite er-
» rare: Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit Homo, hæc & metet.
» quoniam qui ſeminat in Carne ſua, de Carne & metet Corruptionem:
» qui autem ſeminat in Spiritu, de Spiritu metet Vitam Æternã. Bonum
» autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus, non
» deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes;
» maximè autem ad DOMESTICOS FIDEI: Μὴ πλανᾶσθε· Θεὸς οὐ μυκτηρί-
ζεται. ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυ-
τοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θε-
ρίσει ζωὴν αἰώνιον. Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες, μὴ ἐκκακῶμεν· καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσο-
μεν, μὴ ἐκλυόμενοι. Ἄρα οὖν ἕως καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς
πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς ΟΙΚΕΙΟΥΣ τῆς ΠΙΣΤΕΩΣ. Africanus Au-
guſtini Codex, pro, NON DEFICIAMVS, NON INFIRMEMVR, habet,
& pro, NON DEFICIENTES, INFATIGABILES. Immo Tractatu De
» Cantico Nouo, INFATIGABILES ſequentibus iungit: INFATIGABI-
» LES itaque dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. O
miſeri, qui contra receptam DE OPERIBVS BONIS Doctrinam non
credunt, ſed errant! miſeriores, qui Deum, qui non irridetur, aduer-
ſùs Semen Meſſemque Bonorum Operum blaſphemando, irrident!
TILENOS, GROTIOS, adeant, audiant, ſequantur; omnium quotquot
in ea Hæreſi hac ætate fuere, doctiſſimos, ſapientiſſimos, eloquen-
tiſſimos. Inuenient DVO FVLMINA BELLI, feliciſſima illa ingenia,
nondum quidem domi, at in via, qua ad Vnitatem itur; qui tantò
ſecuriùs, quantò conſideratiùs reuertuntur, denunciantque palàm,
quibus CHARANTONIANISTÆ Decretis rem Chriſtianam funditùs
euertere moliantur, ſuo illo tricipiti dogmate, De Prædeſtinatione,
2.Tim.2.v.21. » De libero Arbitrio, De Operibus Bonis. SI ERGO vterque EMVNDA-
VERIT SE AB reliquis, ERIT VAS IN HONOREM, SANCTIFICATVM,
» ET VTILE DOMINO, AD OMNE OPVS BONVM PARATVM.
Quanti verò quodammodo præ cæteris facienda huius Epiſtolæ A-
poſtolica ſcientia eſt, ex eo potiſſimùm patet, quòd totam Pauli

manu ſcriptam fuiſſe, ex eo proximè ſequenti verſiculo Græci conſentiunt, in quo quidem his dictis addidi : VIDETÉ QVALIBVS LITERIS SCRIPSI VOBIS MEA MANV; quaſi dixiſſem: Quamuis Græcos characteres non pulchrè pingam, vt videre poteſtis, volui tamen totam hanc Epiſtolam meis digitis exarare, veſtri gratiâ; tum vt intelligatis quantopere veſtra ſalus mihi cordi ſit, tum vt nulla vobis poſſit eſſe ſuſpicio, ne alienæ pro meis litteræ vobis obtrudantur: quippe quòd ſub nomine Pauli miſſas aliquando fuiſſe à falſis Doctoribus Epiſtolas ſatis apparet ex eo quod dico, Secundæ Theſſalonicenſium ſecundo; Neque per Epiſtolam tanquam per nos miſſam. Et De Eccleſiaſticis Dogmatibus Angli dubitabunt, Galli hærebunt, quibus tam cautè tam familiariter proſpeximus? TRIGESIMVM TERTIVM; FAS ESSE CHRISTIANIS GLORIARI IN CRVCE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, IDQVE PECVLIARITER, QVOD CONIVNCTVM IMMEDIATVMQVE SIT INSTRVMENTVM SALVTIS NOSTRÆ, AC MYSTICVM SYMBOLVM CRVCIFIXIONIS, MORTIFICATIONISQVE NOSTRÆ CARNIS IN CHRISTO, CHRISTI SANGVINE SANCTIFICATVM: Mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti; per quem mihi Mundus Crucifixus eſt, & ego mundo: Εμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ Σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ· δι᾽ οὗ ἐμοὶ Κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. TRIGESIMVM QVARTVM; QVOD IVSTITIA CHRISTIANA SIT INHÆRENS, ET ALIQVID IN ANIMA NOVITER CREATVM: In Chriſto enim Ieſu, neque Circumciſio aliquid valet, neque Præputium, ſed NOVA CREATVRA: Εν γὰρ Χριστῷ Ιησοῦ, οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ ΚΑΙΝΗ ΚΤΙΣΙΣ. Itaque, NOVA CREATVRA, Καινὴ Κτίσις, quemadmodum optimè ſubtilis ille Cardinalis Preſbyter Caietanus, explicat, eſt Vita Spiritualis à Deo creata per Gratiam Ieſu Chriſti. Comprehendit autem totam hominis Renouationem ac Iuſtificationem ab initio Fidei, vſque ad conſummatam Charitatem in venturo Sæculo exſpectandam. Nec ſolùm complectitur Habitus Virtutum ac Donorum, ſed & omnem Actum Veræ Pietatis. Hæc enim eſt OBSERVATIO MANDATORVM DEI, vt primæ Corinthiorum ſeptimo, iamdiu à me ſcriptum eſt. VIGESIMVM QVINTVM; ECCLESIAM APOSTOLICAM ESSE REGVLAM FIDEI, ET MORVM, ET OMNIS DOCTRINÆ DE IVSTIFICATIONE: Et quicumque hanc REGVLAM ſequuti fuerint, PAX SVPER ILLOS, ET MISERICORDIA, ET SVPER ISRAEL DEI: Καὶ ὅσοι τῷ ΚΑΝΟΝΙ τούτῳ στοιχήσουσιν, ΕΙΡΗΝΗ ΕΠ᾽ ΑΥΤΟΥΣ ΚΑΙ ΕΛΕΟΣ, ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΟΝ ΙΣΡΑΗΛ ΤΟΥ ΘΕΟΥ. Hoc quoque loco verbũ illud noſtrum, στοιχέω, nõ prætermiſſum eſt, cuius ſignificatio ſupra ſatis expreſſa fuit: vt vel quiſque intelligat, in Regula Fidei ac Morum, non ſuo, ſed Eccleſiæ ſenſu incedendum, nec cum eis communicandum, aut ſalutem ſperandam, qui hanc Eccleſiæ Doctrinam non adferant, verique ſint per Fidem & Iuſtitiam Iſraëlitæ & Abrahæ Filij, id eſt, Iſraël Dei, ſiue Spiritualis Iſraël. VIGESIMVM SEXTVM; DE SACRIS STIGMATIBVS CHRISTI IN CORPORE PORTANDIS, AC DE

GALAT. VI. v. 11. 2. Theſ. 2. v. 2. Galat. 6. v. 14. v. 15. 1. Cor. 7. v. 19. Gal. 6. v. 16.

GALAT.VI. IMITATIONE CHRISTI ET MORTIFICATIONIS SPIRITVALI CIR-
v.17. » CVMCISIONE : De cætero, nemo mihi molestus sit. ego enim STI-
» GMATA DOMINI IESV in CORPORE meo PORTO : Τοῦ λοιποῦ, κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω· ἐγὼ γὰρ τὰ ΣΤΙΓΜΑΤΑ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ἐν τῷ σώματί μου ΒΑΣΤΑΖΩ. Quemadmodum enim notari solent serui propriis dominorum signis, quod quidem Stigma, quod nota cuti impressa aut inusta est, Græcè significat : sic Afflictionibus Carnis, toleratis pro Christo, tanquam mysticis quibusdam notis Serui Dei agnoscimur. VIGESIMVM SEPTIMVM; QVOD CHORVS POPVLVSQVE, APOSTOLICE RESPONDET, CONVERTENTI SE AD POPVLVM SACERDOTI ET CANENTI, DOMINVS VOBISCVM; DVM SALVTANTI RESPON-
v.vlt. » DET, ET CVM SPIRITV TVO : Gratia Domini nostri Iesu
» Christi, sit CVM SPIRITV VESTRO, Fratres, Amen : Η χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀδελφοί. Ἀμήν. Atque hæc de Galaris ad Gallorum vicinos Anglos : nunc Ephesum commigremus, id est, Epistolam nostram ad Ephesios explanemus.

CAP. LIII. EPISTOLA AD EPHES.

NONA est, priorque altera Timotheanâ nostrâ, quantumuis vnà scriptæ videantur : quòd hæc per Tychicum missa sit; Secunda verò Timotheana, velut de re nuper
2.Tim.vlt. v.12. facta dicat : TYCHICVM MISI EPHESVM. Cæterùm existimant nonnulli hanc Epistolam scribi potissimùm contra Simonem Magum eiusque familiam, & Gnosticorum Scholam inde exortam. Erant enim Simonis Discipuli plerique Iudæi, sub nomine scientiæ quam venditabant, non solùm fabulosa ac portentosa quædam de Deo, Angelis, & Mundo; sed & turpia quædam docentes. contra quod hominûm genus Petrus Secundam, & Iudas suam scripsit Epistolam: & ipse ego Paulus præter hanc, etiam alias; vt ad Colossenses, ad Titum, & vtramque ad Timotheum edidi. Illud admonemus, huic Epistolæ peculiare esse præsertim primis capitibus, quòd implexus & inuolutus sermo sit, sensusque habeat obscuros & explicatu difficiles, ipso etiam Hieronymo teste, quod quidem ob magnitudinem & sublimitatem rerum quæ tractantur, accidisse credendum est. Porrò quinquies in hac Epistola, nec vsquam alibi, legitur; IN
Ephes.1. » CÆLESTIBVS. nam & capite primo dicitur; Et constituens ad dex-
v. » tram suam IN CÆLESTIBVS : & capite secundo; Consedere fecit
2.v.6. 3.v.10. » IN CÆLESTIBVS : & capite tertio; Vt innotescat Principibus IN
6.v.12. » CÆLESTIBVS : & capite sexto; Contra Spiritualia Nequitiæ, IN
» CÆLESTIBVS. Ac vbique est Græcè, ἐν τοῖς Ἐπουρανίοις, nomenque illud CÆLESTIA, in his omnibus loca significat quæ supra nos sunt, variè tamen accepta, provt refellendi Simonianum dogma occasio fuit. Iam singula contorqueamus in huius temporis NOVOS SIMONIANOS, qui nihil Sanctum, nihil Immaculatum in conspectu Dei volunt, cuius
» contrarium primò ab exordio his verbis proposui : VT ESSEMVS SAN-
» CTI & IMMACVLATI IN CONSPECTV EIVS : Simonis vt propositum, tanquam fundamentum conuellerem, cui impuræ libidinis ac turpis la.

ſciuiæ genus omne ſtudioſè conſectanctæ ſuperædificauerat. Hinc, EPHES. I.
PRIMO; ANATHEMA, QVI DIXERIT GRATIAM ET IVSTITIAM
CHRISTIANAM INHÆRENTEM NON ESSE; QVIA PER ME SCRI-
PTVM EST: In qua GRATIFICAVIT nos in dilecto Filio ſuo: Ἐν ᾗ « v.6.
ΕΧΑΡΙΤΩΣΕΝ ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Quo loco Græci, FILIO SVO,
non addunt, ſed tantùm legunt, IN DILECTO, quod Græcè non
eſt verbale, ἀγαπητῷ: quod Filij Dei Attributum eſt: ſed Partici-
pium, ἠγαπημένῳ· idque duntaxat ſcripſiſſe me Hieronymus quon-
dam teſtatus eſt. De Gratia autem hîc cùm agimus, notandum,
pro Latino verbo, GRATIFICAVIT, Græcè verbum eſſe, ἐχαρί-
τωσεν, à quo Participium GRATIFICATA, κεχαριτωμένη· quod La-
tinus Interpres in Salutatione Angelica apud Lucam, GRATIA Luc.1.v.28.
PLENA, dixit: vt etiam hoc loco quædam Diuinæ Gratiæ, in o-
mnes Electos diffuſæ, excellentia commendetur. SECVNDO; ANA-
THEMA, QVI DIXERIT SPIRITVM SANCTVM NON ESSE ECCLE-
SIÆ PROMISSVM, ET SACRAMENTO CONFIRMATIONIS NON
OBSIGNARE FIDELES; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: In quo & « Epheſ.1.v.13.
credentes, SIGNATI ESTIS SPIRITV PROMISSIONIS SANCTO; qui «
eſt PIGNVS hereditatis noſtræ, in REDEMPTIONEM ACQVISITIO- «
NIS: Ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ΕΣΦΡΑΓΙΣΘΗΤΕ ΤΩ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΤΗΣ «
ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΣ ΤΩ ΑΓΙΩ· Ὅς ἐστιν ΑΡΡΑΒΩΝ τῆς κληρονομίας ἡμῶν, ΕΙΣ
ΑΠΟΛΥΤΡΩΣΙΝ τῆς περιποιήσεως. vbi Græcè, non, SIGNATI,
ſed, OBSIGNATI, ἐσφραγισμένοι. quod quidem verbum à Sigil-
lo dictum eſt: quo pactorum ſeu promiſſorum tabulæ, robur
ac firmitatem accipiunt. Nec Græcè quoque PIGNVS, ſed ARRA-
BO, ἀῤῥαβών· quo modo potiùs vertendum Hieronymus cenſet,
quem Thomas ſequutus eſt. Pignus enim ab Arrabone, (quam «
vſitatiùs Arram Latini vocant) differt; quòd Arrabo in em-
ptione vel ſponſione, quo firma ſit obligatio, datur: Pignus verò
pro mutuata pecunia traditur, vt cùm illa reddita fuerit, ipſum re-
cipiatur pignus. TERTIO; ANATHEMA, QVI DIXERIT
STATVM ECCLESIÆ NON ESSE HIERARCHICVM,
CVM ECCLESIASTICA HIERARCHIA COELESTEM
HIERARCHIAM IMITETVR, ATQVE REPRÆSENTET;
QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Supra omnem PRIN- « v.21.
CIPATVM, & POTESTATEM, & VIRTVTEM, & DOMINA- «
TIONEM, & omne nomen quod nominatur, NON SOLVM IN «
HOC SÆCVLO, SED ETIAM IN FVTVRO: Ὑπεράνω πάσης «
ΑΡΧΗΣ, καὶ ΕΞΟΥΣΙΑΣ, καὶ ΔΥΝΑΜΕΩΣ, καὶ ΚΥΡΙΟΤΗΤΟΣ,
καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, ΟΥ ΜΟΝΟΝ ΕΝ ΤΩ ΑΙΩΝΙ ΤΟΥ-
ΤΩ, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΕΝ ΤΩ ΜΕΛΛΟΝΤΙ. QVARTO; ANA-
THEMA, QVI DIXERIT ECCLESIAM ERRARE, AVT
DEFICERE POSSE, CVM PATER GLORIÆ DEDERIT
EI CHRISTVM CAPVT, IPSA SIT CORPVS CHRISTI,
NON SOLVM CVI PRÆEST, ET CVI INFLVIT, SED ET CVIVS
PLENITVDO, SIVE COMPLEMENTVM EST: QVIPPE QVOD

EPHES. I. NON PERFICERETVR CHRISTVS, SECVNDVM RATIONEM CAPI-
TIS, SI NON HABERET INTEGRVM ET CONSVMMATVM COR-
v.22. » PVS: QVIA PER ME SCRIPTVM EST; Et ipſum dedit CAPVT
» ſuper OMNEM ECCLESIAM, quæ eſt CORPVS ipſius, & PLENITV-
» DO EIVS qui omnia in omnibus adimpletur: Καὶ αὐτὸν ἔδωκε ΚΕΦΑ-
ΛΗΝ, ὑπὲρ πάντα, τῇ ΕΚΚΛΗΣΙᾼ, ἥτις ἐστὶ ΤΟ ΣΩΜΑ αὐτοῦ, ΤΟ ΠΛΗ-
ΡΩΜΑ τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. Ne quis autem ex hoc loco in-
cautè colligeret, Viſibile Caput excludi, cautè Græcis verbis ſcri-
pſi, non, ET IPSVM DEDIT CAPVT SVPRA OMNEM ECCLESIAM;
ſed, ET IPSVM DEDIT CAPVT SVPER OMNIA, ECCLESIÆ: ὑπὲρ
πάντα. vt, ECCLESIÆ, datiui ſit caſus, atque hoc ordine proferen-
da ſententia ſit; ET IPSVM DEDIT ECCLESIÆ, CAPVT SVPER O-
MNIA: vt Superexcellentiam Poteſtatis Chriſti demonſtrarem, in
v.21. » Homines, quam paulo antè indicaui in Angelos: cùm dicerem; Supra
» omnem Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem.
quo loco Græci obſeruant, non dixiſſe me, ἄνω, id eſt, ſupra, ſed, ὑπεράνω,
id eſt, longè ſupra; ad ſignificandam eminentem excellentiam Chri-
ſti Hominis, ſupra omnem creaturam, quantumuis excellentem,
quantumuis ſublimem. Huic autem lectioni Hieronymus, Anſelmus,
& Syriaca Verſio, necnon Manuſcripti quidam Latini Codices ſuf-
» fragantur. Annuit & Primaſij textus ex parte. ſic enim habet: ET
» IPSVM DABIT CAPVT OMNI ECCLESIÆ. QVINTO; ANATHEMA,
QVI DIXERIT, HÆRETICOS ATQVE SCHISMATICOS, VTPOTE
FILIOS CONTVMACES, NON ESSE FILIOS DIFFIDENTIÆ: QVIA
EPHES. II. PER ME SCRIPTVM EST: In quibus aliquando ambulaſtis ſecun-
v.2. » dùm SÆCVLVM MVNDI HVIVS, ſecundùm PRINCIPEM POTESTA-
» TIS AERIS HVIVS, Spiritus qui nunc operatur in FILIOS DIFFI-
» DENTIÆ: Ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε, ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΤΟΥ ΚΟ-
ΣΜΟΥ ΤΟΥΤΟΥ, κατὰ ΤΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ ΤΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟΥ ΑΕΡΟΣ,
τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ΕΝ ΤΟΙΣ ΥΙΟΙΣ ΤΗΣ ΑΠΕΙΘΕΙΑΣ.
pro quo Cyprianus legit, in FILIIS CONTVMACIBVS. SEXTO; ANA-
THEMA, QVI DIXERIT BAPTIZATORVM FILIOS PECCATI ORIGI-
NALIS MACVLAM NON CONTRAHERE, AVT POST BAPTISMVM
v.3. » REMANERE: QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Et eramus NATVRA
» Filij Iræ, ſicut & cæteri: Καὶ ἦμεν Τέκνα ΦΥΣΕΙ Ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί.
Auguſtinus, Sermone decimo quarto De Verbis Apoſtoli, libro pri-
mò Retractationum, capite decimo, & decimo quinto; ac paſſim
contra Pelagium: & Auguſtinum ſequuti, Proſper, libro primo De
Vocatione Gentium; Fulgentius, De Fide ad Petrum; Bedaque veſter,
in Collectaneis ſuper hanc Epiſtolam, vbi ex Auguſtino complura
teſtimonia depromit, omniſque noſtra Auguſtiniana Schola, Na-
turam intelligunt Natiuitatem; vel, quod eòdem redit, Naturam
ipſam, non qualis in primo homine condita eſt, ſed qualis per eius
tranſgreſſionem facta, à ſingulis naſcendo accipitur. Vnde & hunc
Apoſtolicum noſtrum locum volunt vnum eſſe ex præcipuis, qui-
» bus doceatur omnem hominem naſci in Peccato Originali. Si Filij

Iræ, (inquit Augustinus, in Ioannem Tractatu quadragesimo quarto,) ergo Filij Vindictæ, Filij Pœnæ, Filij Gehennæ. Quandoquidem igitur iusta Dei ira est, manifestè ex hoc testimonio concluditur, omnes homines in Peccato nasci, cùm non nisi Peccato Deus irascatur. Facit autem ad Argumenti vim, Iudæorum conditio, in quorum persona hæc loquor; quorum plerique (quod nunc Iudaizantes Hæretici renouant): iactabant se esse Semen Sanctum, vtpote Filios Abrahæ: sicut Matthæi tertio, Lucæ item tertio, & Ioannis octauo habetur; Gentiles verò, quòd ex Idololatris parentibus progeniti essent, tanquam ex natiuitate Peccatores & immundos aspernabantur, vt cùm Cæco illi, quasi Gentili, apud Ioannem, maledicerent, dicere ausi sint: In peccatis natus es totus. vtique reputantes sese non esse in peccatis natos. Porrò Dixi Filios Iræ, non quemadmodum Filios Diffidentiæ dixeram, vsus non Græca voce, vt in superiori Υἱὸς, tanquam Filij Iræ dicantur, homines irritantes, id est, Iram Dei prouocantes, sicut Filij Diffidentiæ, Homines Increduli; sed illo alio Græco vocabulo, Τέκνα quod quidem Natiuitatem seu Partum, expressiùs importat. Quamobrem is Græci textus ordo est: Et eramus Filij Naturâ Iræ: Acsi dicerem, Filij (quod ad naturam attinet) Iræ, id est, Filij Naturales Iræ; vt FILIOS NATVRA, datâ operâ opponerem iis qui FILII ADOPTIONE dicuntur: quales post Natiuitatem homines fiunt. SEPTIMO; ANATHEMA, QVI DIXERIT, QVOD NOS CHRISTIANI, QVI FACTVRA DEI SVMVS, QVOAD IVSTIFICATIONEM, QVÆ CREATIO IN CHRISTO IESV EST; FACIENTE DEO NON VERE, SED TANTVM IMPVTATIVE, IVSTISSIMVS; ET, QVI DIXERIT, OMNIA, ETIAM IVSTIFICATORVM OPERA, ESSE PECCATA, SI CREATI SVMVS IN OPERIBVS BONIS QVÆ DEVS PRÆPARAVIT; CVM NEQVE BONA OPERA PECCATA SINT, NEQVE PECCATA NOBIS DEVS PRÆPARET; DENIQVE QVI DIXERIT, NON ESSE HOMINIS IN ACTIBVS SVPERNATVRALIBVS LIBERVM ARBITRIVM, RESPECTV BONORVM OPERVM IN QVIBVS AMBVLAMVS, ET QVÆ PROINDE VERE NOSTRA SVNT, A VOLVNTATIS ET LIBERI ARBITRII, MOTV PROFECTA: QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Ipsius enim sumus FACTVRA, CREATI IN CHRISTO IESV IN OPERIBVS BONIS, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus: Αὐτῦ γάρ ἐσμὲν ΠΟΙΗΜΑ, ΚΤΙΣΘΕΝΤΕΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΙΗΣΟΥ ΕΠΙ ΕΡΓΟΙΣ ΑΓΑΘΟΙΣ, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. Et certè Dei sumus Ποίημα, id est, non modò FIGMENTVM, vt Ambrosianus vertit, sed &, vt vox Latinè sonat, POEMA. in quo, velut in Epithalamico illo Canticorum Cantico, mira arte Deus Optimus Max. tanquam in perfectissimo quodam Dramate, nunc has, nunc illas Personas inducit, & modò Sibi, modò Christo, modò Nobis partes dans, in vno opere Naturam & Gratiam, vtriusque factor, mirabiliter coniungit. OCTAVO; ANATHEMA, QVI DIXERIT ECCLESIAM NON ESSE VNAM, SANCTAM, CATHOLICAM ET APOSTOLICAM; ET,

[Marginal notes: «EPHES. II. — Matth. 3. v. 9. Luc. 3. v. 8. Ioan. 8. v. 33. — «Ioan. 9. v. 34. — «Eph. 2. v. 10.]

EPHES.II. QVI NON OMNEM HÆRESIM ET OMNE SCHISMA AVT SEPARATIONEM AB EA NON ANATHEMATIZAVERIT; AVT CREDIDERIT TERTIVM QVEMDAM ESSE SECVRITATIS STATVM DELIBERANTIVM SVB CONDITIONIBVS DE REDITV AD VNITATEM
v.14. » ET PACEM; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Ipſe enim eſt PAX
» NOSTRA, qui fecit VTRAQVE VNVM, & MEDIVM PARIETEM mace-
» riæ ſoluens, Inimicitias in carne ſua, Legem mandatorum decretis
» euacuans: VT QVOS CONDAT (Græcè CREET, κτίσῃ) IN SEMETIPSO
» IN VNVM NOVVM HOMINEM, FACIENS PACEM, Et reconciliet
» AMBOS IN VNO CORPORE Deo per Crucem, interficiens Inimici-
» tias in ſemetipſo. ET VENIENS EVANGELIZAVIT PACEM VOBIS
» QVI LONGE FVISTIS, ET PACEM IIS QVI PROPE: Quoniam per
» ipſum habemus acceſſum AMBO IN VNO SPIRITV ad Patrem:
Αὐτὸς γάρ ἐστιν Η ΕΙΡΗΝΗ ΗΜΩΝ, ὁ ποιήσας ΤΑ ΑΜΦΟΤΕΡΑ, ΕΝ, καὶ τὸ ΜΕΣΟΤΟΙΧΟΝ τοῦ φραγμοῦ λύσας, Τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν, ἐν δόγμασι καταργήσας· ΙΝΑ ΤΟΥΣ ΔΥΟ ΚΤΙΣΗ ΕΝ ΕΑΥΤΩ ΕΙΣ ΕΝΑ ΚΑΙΝΟΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ, ποιῶν εἰρήνην. Καὶ ἀποκαταλλάξῃ ΤΟΥΣ ΑΜΦΟΤΕΡΟΥΣ ΕΝ ΕΝΙ ΣΩΜΑΤΙ, τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ. ΚΑΙ ΕΛΘΩΝ ΕΥΗΓΓΕΛΙΣΑΤΟ ΕΙΡΗΝΗΝ ΥΜΙΝ ΤΟΙΣ ΜΑΚΡΑΝ, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΕΓΓΥΣ· Ὅτι δι᾽ αὐτοῦ ἔχομεν τὴν Προσαγωγὴν, ΟΙ ΑΜΦΟΤΕΡΟΙ, ΕΝ ΕΝΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙ, πρὸς τὸν πατέρα.
Prophetia DE VNITATE ECCLESIÆ, Ezechielis trigeſimo ſeptimo, qua ſub nomine duorum Regnorum Iúda & Ephraim, hanc Iu-
Ezec.37.v.22. » dæorum cum Gentibus vnionem prænunciat, dicens: Et faciam eos
» in GENTEM VNAM, & REX VNVS erit omnibus imperans; & non
» erunt vltra DVÆ GENTES, nec diuidentur ampliùs in DVO REGNA;
» & PASTOR VNVS erit omnium eorum. Promiſſum verò Chriſti,
DE VNITATE ECCLESIÆ, velut hanc Prophetiam adimpleturi,
Ioan.10.v.16. » Ioannis decimo, his verbis ſcriptum eſt: Et alias oues habeo quæ non
» ſunt ex hoc ouili; & illas oportet me adducere, & vocem meam
» audient; & fiet VNVM OVILE, & VNVS PASTOR. Nunc à Petro
APOSTOLICOQVE DOCTORE Paulo adimpletæ, Apoſtolicum Te-
Act.17.v.23 » ſtimonium eſt, cùm pro elogio Chriſti, non vt Athenienſes; IGNO-
Pſal.75.v.2. TO DEO; vel, vt Pſalmiſta; NOTVS IN IVDÆA DEVS, ſed, QVI FACIT VTRAQVE VNVM, inſcripſi, vt A MARI AD MARE tam manifeſta intelligeretur eſſe Eccleſia Chriſti, quàm manifeſtus eſſe intelligitur Chriſtus, vt Primo Libro dictum eſt. Prætetea notandum eſt, cùm
Epheſ.2.v.17. » dixi: Et veniens euangelizauit Pacem vobis qui longè fuiſtis, & Pa-
» cem iis qui propè; me Græcè tantùm dixiſſe; Et veniens euangelizauit Pacem VOBIS QVI LONGE, & IIS QVI PROPE, τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς. Poſtremò non eſt prætereundum quod vtiliter Hieronymus admonet, Apoſtolum hîc vſum eſſe verbis Iſaiæ Prophetæ, tanquam ſuis, quibus ille Pacem hanc vtriuſque Populi prænun-
Iſa.57.v.19. » ciauit, capite quinquageſimo ſeptimo: Creaui FRVCTVM LABIO-
» RVM, Pacem, Pacem ei QVI LONGE EST, ET QVI PROPE. Denique Græca dictio Προσαγωγὴν, quam Interpretes Aditum vel Acceſſum

vertunt, propriè significat Adductionem, siue Introductionem. Allusio enim est, ad Principum mores, ad quos aditus non patet, nisi per aliquem illis amicum & familiarem quis introducatur. Ex dictis Ecclesia, & VNA, & CATHOLICA, siue DIFFVSA PER OMNES GENTES, & APOSTOLICA esse cognoscitur: nunc desiderari videtur, vt dixerim, quòd & SANCTA sit. At verò id in sequentibus verbis adiunxi, cùm dixi versu sequente: Ergo iam non estis hospites & « v.19.
aduenæ, sed estis CIVES SANCTORVM & DOMESTICI DEI. quod «
non modò de Communione Sanctorum, siue de Coniunctione cum «
Ecclesia quæ triumphat in cœlis, sed multò magis de Coniunctione Gentilium cum Iudæis intelligendum est, IN VNVM COLLEGIVM FIDELIVM, vt Thomas loquitur, id est, in Vnam Ecclesiam, quæ est CIVITAS SANCTORVM; & DOMVS DEI. Vnde vox Græca, συμπολῖται, CONCIVES sonat, vt vno nomine complecterer, & COMMVNIONEM GENTIVM, ET COMMVNIONEM SANCTORVM; quæ vtraque Sancta est. NONO; ANATHEMA, QVI DIXERIT QVIDQVAM DETRAHI CHRISTO, SI QVOD EI PRIMARIO COMPETIT, SANCTIS EIVS SECVNDARIO TRIBVATVR, VT, INVOCANDVM, VEL ADVOCATVM AC INTERCESSIONIS MEDIATOREM, IMMO FVNDAMENTVM ECCLESIÆ ESSE; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Superædificati SVPER FVNDAMENTVM APO- « v.20.
STOLORVM ET PROPHETARVM, ipso SVMMO-ANGVLARI lapide «
Christo Iesu; IN QVO OMNIS ÆDIFICATIO CONSTRVCTA, CRE- «
SCIT IN TEMPLVM SANCTVM, IN DOMINO. IN QVO ET VOS COÆ- «
DIFICAMINI IN HABITACVLVM DEI IN SPIRITV SANCTO: Ἐποι- «
κοδομηθέντες Ἐπὶ ΤΩ ΘΕΜΕΛΙΩ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ, ΚΑΙ ΠΡΟΦΗΤΩΝ, ὄντος ΑΚΡΟΓΩΝΙΑΙΟΥ λίθου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ΕΝ Ω ΠΑΣΑ Η ΟΙΚΟΔΟΜΗ ΣΥΝΑΡΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΗ, ΑΥΞΕΙ ΕΙΣ ΝΑΟΝ ΑΓΙΟΝ ΕΝ ΚΥΡΙΩ, ΕΝ Ω ΚΑΙ ΥΜΕΙΣ ΣΥΝΟΙΚΟΔΟΜΕΙΣΘΕ, ΕΙΣ ΚΑΤΟΙΚΗΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ. Vnde non repugnat illud priùs
dictum, primæ Corinthiorum tertio: Fundamentum aliud nemo po- « 1.Cor.3.v.11.
test ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. «
At cur Ecclesia APOSTOLICA, & non PROPHETICA dicta est? non propter Doctrinam, quam PROPHETICVM SERMONEM Petrus, pri-
mo capite secundæ suæ Epistolæ, appellat, cùm ait: Habemus fir- « 2.Petr.1.v.19.
miorem PROPHETICVM SERMONEM, cui bene facitis attendentes; «
sed propter Conuersionem Populorum, & Ecclesiarum Fundationem, secundùm statum Noui Testamenti, cuius est Regnum Cœlorum, & Clauis Regni Cœlorum, & Euangelium Regni. Porrò Christus, Ἀκρογωνιαῖος, vno verbo; quasi dicas, SVMMANGVLARIS: id est, Petra Angularis, vocatur, tanquam lapis qui in extremo angulo Fundamenti positus, duos Parietes, ex diuerso venientes, coniungit & continet; iuxta illud, ad quod adludebam, testimonium Prophe-
ticum Psalmi centesimi decimi septimi: Lapidem quem reproba- « Psal.117.v.22. Mat.21.v.42.
uerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: quod Matthæi « 1.Pet.2.v.7.
vigesimo primo Christus protulit; & prioris Epistolæ capite secun- Act.4.v.11.
do retulit Petrus. Denique ex eo quòd hoc loco Ecclesia, & TEM- Luc.20.v.17. Is.28.v.16.

EPHES.III. PLVM SANCTVM, & HABITACVLVM DEI nominatur, nec Sanctitatem ei, nec Veritatem deesse monstratur. DECIMO; ANATHEMA, QVI QVÆSIERIT ECCLESIAM PRÆTER COMMVNIONEM OMNIVM GENTIVM, SIVE QVI NEGARIT GENTES ESSE IN VNITATE ECCLESIÆ, ET IN COMMVNICATIONE CORPORIS CHRISTI CONCORPORALES, ET COMPARTICIPES PROMISSIONIS, SIVE BENE-
Gen.22.v.18. » DICTIONIS PROMISSÆ; DE QVA DICTVM EST AD ABRAHAM: IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES; QVIA PER ME
Ephes.3. v.6. » SCRIPTVM EST: Gentes esse Coheredes, & CONCORPORALES, &
» Comparticipes PROMISSIONIS eius in Christo Iesu, per Euange-
» lium: Εἶναι τὰ Ἔθνη Συγκληρονόμα, καὶ ΣΥΣΣΩΜΑ, καὶ συμμέτοχα, τῆς ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΣ αὐτοῦ, ἐν τῷ Χριστῷ, διὰ τοῦ εὐαγγελίου. VNDECIMO; ANATHEMA, QVI NEGARIT EPISCOPI ESSE ILLVMINARE OMNES; QVIA
v.8. » PER ME SCRIPTVM EST: Mihi omnium SANCTORVM MINIMO, (Græcè, ἐλαχιστοτέρῳ, quasi dicas, MINIMIORI; vt in nulla re quàm in Humilitate Episcopo excedendum, omnesque in ea maximè superandos, Comparatiuum, ἐλαχιστότερον, ex Superlatiuo, ἐλάχιστον, forma-
» tum, demonstraret) data est gratia hæc in Gentibus euangelizare
» INVESTIGABILES DIVITIAS Christi, ET ILLVMINARE OMNES, quæ
» sit dispensatio Sacramenti Absconditi à sæculis in Deo, qui omnia
» creauit: Ἐμοὶ τῷ ΕΛΑΧΙΣΤΟΤΕΡΩ πάντων τῶν Ἁγίων, ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι, τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ· Καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ ΚΟΙΝΩΝΙΑ τοῦ ΜΥΣΤΗΡΙΟΥ τοῦ ἀποκεκρυμμένου, ἀπὸ τῶν αἰώνων, ἐν τῷ Θεῷ τῷ τὰ πάντα κτίσαντι, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Quod valde notandum contra Hæreticos, qui quoties aliquid tale Sanctis tribuitur, Christi interpretantur iniuriam. Quare nimiùm sanè officiosus mihi videtur Erasmus, qui ne Pharisæi scandalizarentur, erubuit Euangelium, nec me meis verbis loqui passus est, tanquam fortè, suo sen-
Ioan.1.v.9. » su, contrariis Euangelico illi dicto de Christo: Qui illuminat omnem
Matt.11.v.6. » hominem. Sed Beatus, vt quondam Saluator dicit, qui non fuerit Scandalizatus in me. VNDECIMO; ANATHEMA QVI DIXERIT ECCLESIAM ERRARE POSSE, VT QVÆ SECVNDVM QVOSDAM QVAMPLVRIMA DIVINÆ SAPIENTIÆ MYSTERIA ETIAM ANGE-
Eph.3.v.10. » LOS DOCERE POTVERIT; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Vt in-
» notescat PRINCIPIBVS, & Potestatibus, in Cœlestibus, per Eccle-
» siam, multiformis Sapientia Dei: Ἵνα γνωρισθῇ ΝΥΝ ΤΑΙΣ ΑΡΧΑΙΣ, καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, διὰ τῆς ἐκκλησίας, ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ. DVODECIMO; ANATHEMA, QVI DIXERIT CATHOLICORVM GENV-FLEXIONES NON RELIGIOSAS, SED SVPERSTITIOSAS ES-
v.14. » SE; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Huius rei gratia FLECTO GE-
» NVA MEA ad Patrem Domini nostri Iesu Christi: Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. DECIMO TERTIO; ANATHEMA, QVI DIXERIT ECCLESIÆ CHRISTI LATITVDINEM NON ESSE PER TOTVM ORBEM; QVIA PER ME
v.18. » SCRIPTVM EST: Vt possitis comprehendere CVM OMNIBVS SAN-
» CTIS, Quæ sit LATITVDO, & Longitudo, & Sublimitas, & Pro-

fundum: Ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι ΣΤΝ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ, Τί τὸ ΠΛΑΤΟΣ, καὶ Μῆκος, καὶ Βάθος, καὶ Ὕψος. Quemadmodum enim Romanorum ſexto, & Coloſſenſium ſecundo & tertio, Myſteriũm Baptiſmi, Mortis, Sepulturæ ac Reſurrectionis Chriſti Allegoricè tracto; ſic hoc loco innuere volui quamdam Allegoriam fundatam in figura Dominicæ Crucis: cuius Longitudo conſideratur in ligno erecto à terra ſurſum vſque ad lignum tranſuerſum; Latitudo, in ipſo ligno tranſuerſo; Sublimitas ſiue Altitudo, in ea parte quæ ligno tranſuerſo ſupereminet, & cui affixa erat tabella Cauſam Crucifixionis Domini indicans; Profundum denique in ea parte ligni quæ infixa terræ videri non poterat. Ergo iuxta myſterium, Longitudo, Temporum eſt; Latitudo, Locorum; Altitudo, Gloriæ; Profunditas, Diſcretionis. Comprehendit enim Longitudinem Crucis, qui didicit ab initio Mundi vſque ad finem, neminem iuſtificari aut ſaluari, niſi per Crucem & Paſſionem Chriſti. Comprehendit eius Latitudinem, qui cogitat Eccleſiam Toto Orbe diffuſam, proceſſiſſe ex latere Chriſti in Cruce mortui; velut Euam ædificatam ex latere Viri dormientis. Comprehendit eius Altitudinem, qui ſecum reputat, quanta ſit cœleſtis gloriæ ſublimitas & excellentia, ad quam nos prouehit humilitas Crucis. Denique comprehendit eius Profundum, qui conſiderans arcanum diuinæ electionis ac diſcretionis hominum è maſſa communi, & ſignum Tau paucorum frontibus inſcriptum, cum Apoſtolo exclamat: O PROFVNDITAS (Græcè enim non ALTITVDO, ſed PROFVNDITAS, Βάθος) diuitiarum Sapientiæ & Scientiæ Dei! quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Hanc Crucis Allegoriam vidit ſed paulo aliter exhibuit Auguſtinus, Epiſtolâ centeſimâ duodecimâ, DE VIDENDO DEO: Ergo (inquit) hæc verba APOSTOLI ſic intelligere ſoleo: In Latitudine, BONA OPERA CHARITATIS; In Longitudine PERSEVERANTIAM IN BONIS VSQVE IN FINEM; In Altitudine, SPEM CÆLESTIVM PRÆMIORVM; In Profundo, INSCRVTABILIA IVDICIA DEI. VNDE ISTA GRATIA IN HOMINES VENIT; Et hunc intellectum coaptare etiam Sacramento Crucis, & reliqua quæ fuſiùs proſequitur; quorum ſimilia tradit Epiſtolâ centeſimâ: & De Doctrina Chriſtiana libro ſecundo, & ſuper Ioannem Tractatu centeſimo decimo octauo. DECIMO QVARTO; ANATHEMA, QVI DIXERIT, ECCLESIAM NON ESSE CVM CHRISTO ÆTERNVM ET DVRATVRAM, ET DEVM GLORIFICATVRAM: QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Ipſi gloria IN ECCLESIA, & in Chriſto Ieſu, in omnes generationes ſæculi ſæculorum. Amen: Αὐτῷ ἡ δόξα ΕΝ ΤΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων· ἀμήν. DECIMO QVINTO; ANATHEMA, QVI DIXERIT, COMMVNIONEM EORVM QVI SE SEPARANT, TOLERABILEM ESSE POSSE, AVT IVSTA ALIQVA DE CAVSA POSSE SINE SACRILEGIO SCHISMATIS, SCINDI ECCLESIÆ VNITATEM, QVÆ SEPTVPLEX APOSTOLICE ADSIGNATVR: VIDELICET, VNVM CORPVS ET VNVS SPI-

EPHES.III.
Rom.6.v.4.
Coloſſ.2.v.12.
& 3.v.10.
Rom.11.v.33.
Epheſ.3.v.21.

EPHES. IV. RITVS, VNA SPES VOCATIONIS, VNVS DOMINVS, VNA FIDES, VNVM BAPTISMA, VNVS DEVS, VNVS PATER, (IVXTA ILLVD
Malac. 2. v. 10. » MALACHIÆ SECVNDO: NVNQVID NON PATER VNVS OMNIVM » NOSTRVM? NVNQVID NON DEVS VNVS CREAVIT NOS? QVARE » ERGO DESPICIT VNVSQVISQVE NOSTRVM FRATREM SVVM?) QVIA
Ephes. 4. v. 1. » PER ME SCRIPTVM EST: Obſecro itaque vos, EGO VINCTVS in » Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum o- » mni HVMILITATE & MANSVETVDINE, cum PATIENTIA, ſuppor- » tantes inuicem in Charitate; SOLLICITI ſeruare VNITATEM SPIRI- » TVS IN VINCVLO PACIS: VNVM Corpus, & VNVS SPIRITVS, ſicut » & vocati eſtis in VNA ſpe vocationis veſtræ. VNVS Dominus, VNA » Fides, VNVM Baptiſma: VNVS Deus & Pater omnium qui eſt SV- » PER omnes, & PER omnia, & IN omnibus nobis: Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ΕΓΩ Ο ΔΕΣΜΙΟΣ ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε, μετὰ πάσης ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΣΥΝΗΣ, καὶ ΠΡΑΟΤΗΤΟΣ, μετὰ ΜΑΚΡΟΘΥΜΙΑΣ, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, ΣΠΟΥΔΑΖΟΝΤΕΣ ΤΗΡΕΙΝ ΤΗΝ ΕΝΟΤΗΤΑ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, ΕΝ ΤΩ ΣΥΝΔΕΣΜΩ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ· ΕΝ ΣΩΜΑ ΚΑΙ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑ, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν ΜΙΑ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν. ΕΙΣ Κύριος, ΜΙΑ πίστις, ΕΝ βάπτισμα, ΕΙΣ Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ΕΠΙ πάντων, καὶ ΔΙΑ πάντων, καὶ ΕΝ πᾶσιν ὑμῖν. En qui SEPTEMPLICEM illam VNITATEM PAVLI audit, vſurpare meritò queat antiquum illud carmen:

-------Et vulgi ſtante CORONA,
Surgit ad hos, CLYPEI DOMINVS SEPTEMPLICIS, Aiax?

Quod verò ad vltimam partem attinet, ne Apoſtolicarum Præpoſitionum vim prætermittamus, quæ quanta ſit, ex Hieronymo ſupra notauimus; ita breuiſſimè cum Theodoreto primùm exponamus, dicamuſque Deum SVPER OMNES eſſe, Dominio; PER OMNES, Prouidentia; IN OMNIBVS, Iuſtificatione: ni màlis, vt cum Aquinate, poſt Hieronymum, SVPER OMNES, vel SVPER OMNIA, Patri congruat, qui eſt auctor omnium, &, vt Thomas loquitur, FONTALE PRINCIPIVM DIVINITATIS: PER OMNES, vel PER OMNIA, Filio, per quem omnia facta ſunt, quique eſt Sapientia attingens à fine
Sap. 8. v. 1. vſque ad finem fortiter; (Sapientiæ octauo): IN OMNIBVS, Spiritui
Sap. 1. v. 7. Sancto, cuius Habitaculum ac Templum ſunt Fideles, quique repleuit Orbem Terrarum, (Sapientiæ primo.) DECIMO SEXTO; ANATHEMA, QVI DIXERIT ECCLESIAM DEFECISSE, AVT DEFICERE POSSE, AVT NON ESSE REGVLAM FIDEI, ET PROPRIO AC PRIVATO SENSV, ET NON COMMVNI AC PVBLICO, CONTROVERSIAS FIDEI TERMINANDAS, ET NON ESSE PAGANORVM AMBVLARE IN VANITATE SENSVS
Eph. 4. v. 11. » SVI: QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Et ipſe dedit quoſdam qui- » dem, Apoſtolos; quoſdam autem, Prophetas; alios verò Euangeli- » ſtas; alios autem, PASTORES & DOCTORES, ad Conſummationem, (Græcè, PERFECTIONEM, INSTRVCTIONEMQVE, vt καταρτισμὸν Hieronymus vertit, quod etiam INSTAVRATIO & COMPOSITIO reddi po- » teſt, Sanctorum, in opus miniſterij IN ÆDIFICATIONEM CORPORIS

CHRISTI

CHRISTI: donec occurramus omnes in VNITATEM FIDEI, & agnitionis filij Dei, in Virum Perfectum, in Mensuram ætatis plenitudinis CHRISTI: VT IAM NON SIMVS PARVVLI FLVCTVANTES, ET CIRCVMFERAMVR OMNI VENTO DOCTRINÆ, IN NEQVITIA (Græcè, κυβεία. qua voce, vt adnotant Græci Commentatores, propriè significatur ludus Aleæ vel Tesserarũ; in quo, qui potest, collusorem circumuenit, & fallit calculorum transpositione: inde transfertur ad fallaciam in genere significandam. vnde Hieronymus FALLACIAM legit; Augustinus, ILLVSIONEM) HOMINVM, IN ASTVTIA AD CIRCVMVENTIONEM ERRORIS. Veritatem autem facientes in Charitate, crescamus in illo per omnia, qui est CAPVT CHRISTVS: ex quo totum Corpus compactum & connexum PER OMNEM IVNCTVRAM SVBMINISTRATIONIS, secundùm operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in Charitate. HOC IGITVR DICO ET TESTIFICOR IN DÒMINO: VT IAM NON AMBVLETIS SICVT ET GENTES AMBVLANT, IN VANITATE SENSVS SVI: Καὶ αὐτὸς ἔδωκε, τοὺς μὲν, Ἀποστόλους, τοὺς δὲ, προφήτας, τοὺς δὲ, Εὐαγγελιστὰς, τοὺς δὲ, ΠΟΙΜΕΝΑΣ, καὶ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥΣ, πρὸς τὸν ΚΑΤΑΡΤΙΣΜΟΝ τῶν Ἁγίων, εἰς Ἔργον Διακονίας, ΕΙΣ ΟΙΚΟΔΟΜΗΝ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ: Μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες, εἰς τὴν ΕΝΟΤΗΤΑ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας, τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ· ΙΝΑ ΜΗΚΕΤΙ ΩΜΕΝ ΝΗΠΙΟΙ, ΚΛΥΔΩΝΙΖΟΜΕΝΟΙ, ΚΑΙ ΠΕΡΙΦΕΡΟΜΕΝΟΙ ΠΑΝΤΙ ΑΝΕΜΩ ΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ, ΕΝ ΤΗ ΚΥΒΕΙΑ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ, ΕΝ ΠΑΝΟΥΡΓΙΑ, ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΜΕΘΟΔΕΙΑΝ ΤΗΣ ΠΛΑΝΗΣ. Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν Η ΚΕΦΑΛΗ, Ο ΧΡΙΣΤΟΣ. Ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον, καὶ συμβιβαζόμενον, ΔΙΑ ΠΑΣΗΣ ΑΦΗΣ ΤΗΣ ΕΠΙΧΟΡΗΓΙΑΣ, κατ' ἐνέργειαν, ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους, τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ, ἐν ἀγάπῃ. ΤΟΥΤΟ ΟΥΝ ΛΕΓΩ, ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΜΑΙ ΕΝ ΚΥΡΙΩ, ΜΗΚΕΤΙ ΥΜΑΣ ΠΕΡΙΠΑΤΕΙΝ, ΚΑΘΩΣ ΚΑΙ ΤΑ ΛΟΙΠΑ ΕΘΝΗ ΠΕΡΙΠΑΤΕΙ, ΕΝ ΜΑΤΑΙΟΤΗΤΙ ΤΟΥ ΝΟΟΣ ΑΥΤΩΝ. DECIMO SEPTIMO; ANATHEMA, QVI NON ALIAM IN NOBIS IVSTITIAM AGNOSCIT, QVAM EXTERNAM ET IMPVTATIVAM, ET NON RENOVATIONEM MENTIS, NOVVM HOMINEM, IVSTITIAM ET SANCTITATEM VERITATIS; QVÆ INTELLIGI NVLLO MODO POSSVNT IN EO CVI IVSTITIA IMPVTATVR, IN QVA INTERNA ATQVE INHÆRENTE NOVA CREATIO CONSISTIT: QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Vos autem NON ITA DIDICISTIS CHRISTVM, Si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, SICVT EST VERITAS IN IESV. Deponite vos, Secundùm Pristinam Conuersationem, VETEREM HOMINEM, qui corrumpitur Secundùm Desideria Erroris. RENOVAMINI autem SPIRITV MENTIS VESTRÆ: ET INDVITE NOVVM HOMINEM, qui Secundùm Deum CREATVS EST in IVSTITIA ET SANCTITATE VERITATIS: Ὑμεῖς δὲ ΟΥΧ ΟΥΤΩΣ ΕΜΑΘΕΤΕ ΤΟΝ ΧΡΙΣΤΟΝ· Εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε, ΚΑΘΩΣ ΕΣΤΙΝ ΑΛΗΘΕΙΑ ΕΝ ΤΩ ΙΗΣΟΥ· Ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν, ΤΟΝ ΠΑΛΑΙΟΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης.

EPHES. IV. — v. 20.

EPHES. IV. ΑΝΑΝΕΟΥΣΘΑΙ δὲ ΤΩ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΤΟΥ ΝΟΟΣ ΥΜΩΝ, ΚΑΙ ΕΝΔΥΣΑ-
ΣΘΑΙ ΤΟΝ ΚΑΙΝΟΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ, τὸν κατὰ Θεὸν, κτισθέντα ἐν ΔΙΚΑΙΟ-
ΣΥΝΗ καὶ ΟΣΙΟΤΗΤΙ τῆς ἀληθείας. DECIMO OCTAVO; ANATHEMA
QVI TVRBAT CONCORDIAM FRATRVM, ET QVI DE VNITATE
v.25. » ET PACE, AC DE FINIENDO SCHISMATE SERIO NON COGITET;
» QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Propter quod, DEPONENTES
» MENDACIVM, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo;
quoniam SVMVS INVICEM MEMBRA: Διὸ ΑΠΟΘΕΜΕΝΟΙ ΤΟ ΨΕΥ-
ΔΟΣ, λαλεῖτε ἀλήθειαν, ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ· ὅτι ΕΣΜΕΝ ΑΛΛΗΛΩΝ
ΜΕΛΗ. Nec enim nisi insaniâ moti aut furore perciti membra se
inuicem lædunt. Vtinam omnes Vnum Corpus, Vniusque Corpo-
ris Membra nos esse intelligamus: quiescet sanè motus animorum,
omnisque veteris discordiæ feruor exstinguetur! Vt enim Pacis, Vni-
» tas: sic Pugnæ Mater, Diuersitas est. Vnde capite quinto dixi: Ita &
» Viri debent diligere Vxores suas vt corpora sua. Qui suam Vxorem
» diligit, seipsum diligit. NEMO ENIM VNQVAM CARNEM SVAM
» ODIO HABVIT; SED NVTRIT ET FOVET EAM, SICVT ET CHRISTVS
» ECCLESIAM: QVIA MEMBRA SVMVS CORPORIS EIVS, DE CARNE
» EIVS, ET DE OSSIBVS EIVS. At verò ante hoc efficax Argumentum à
» suiipsius dilectione ductum, proximis his sequentibus verbis, cautè ad-
v.26. » didi; IRASCIMINI, ET NOLITE PECCARE: SOL NON OCCIDAT SVPER
» IRACVNDIAM VESTRAM: NOLITE LOCVM DARE DIABOLO: Tum vt
locum vrgerem DE MOLLIENDA IRA, (de qua olim verè illud dictum
est; SI IMPLACABILES SVNT IRACVNDIÆ, SVMMA EST ACERBI-
TAS: SI EXORABILES, SVMMA LEVITAS:) tum vt ostenderem, Iram
locum esse Diaboli, quoniam Ira est Diuisionis fomes; & Irascen-
tem Fratribus eo nomine locum Diabolo dare, quòd cùm iste, Apo-
Apoc.12.v.10. calypsis duodecimo, ACCVSATOR FRATRVM, ΚΑΤΗΓΟΡΟΣ ΤΩΝ
ΑΔΕΛΦΩΝ, nominetur, quales dicendi sint Schismatici, qui perti-
naciter Fratres accusant, vel me tacente, REX IACOBE, audires.
DECIMO NONO; ANATHEMA, QVI NEGAVERIT SATISFACTIO-
NEM ESSE POENITENTIÆ PARTEM, AVT ELEEMOSYNAM ESSE
v.28. » GRATAM DEO, QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Qui furabatur,
» IAM NON FVRETVR: magis autem LABORET, operando manibus suis
» quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patiēti: Ὁ κλέπτων
ΜΗΚΕΤΙ ΚΛΕΠΤΕΤΩ· μᾶλλον δὲ ΚΟΠΙΑΤΩ, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν,
ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. Restitutio igitur his primis contine-
tur verbis, IAM NON FVRETVR: nam qui non restituit cùm possit, is
adhuc in furto, id est, alienæ rei voluntaria detentione, perseuerat. In
verbo autem, LABORET, Satisfactio, siue quædam Actio Pœnitentiæ
pro furto commisso innuitur, vt Theophylactus obseruat, quia Labore
corpus affligitur: quod quidem deinde iis quæ sequuntur, vberiùs ex-
plicari videtur, cùm ei qui aliena abstulit, iniungitur vt sua tribuat. Po-
stremò, ex contextu vides quàm sit grata Eleemosyna ex proprio labo-
re. VIGESIMO; ANATHEMA, QVI DIXERIT INSTITVTA A CHRISTO SA-
CRAMENTA GRATIAM NON CONFERRE; QVIA PER ME SCRIPTVM EST:
v.29. » Omnis sermo malus (Grecè, PVTRIS, CORRVPTVS, SPVRCVS, aut QVOMO-

DOCVMQVE VITIOSVS, vno verbo, Σαπρὸς, idem prorſus vocabulum EPHES. IV.
quod apud Matthæum & Lucam eſt, vbi agitur De Arbore Mala) ex Matth.7.v.18. Luc.6.v.43.
ore veſtro nō procedat: ſed ſi quis bonus AD ÆDIFICATIONEM FIDEI «
(Græcè, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, id eſt, AD ÆDIFICATIONEM VTILITATIS, ſiue NECESSITATIS, ſiue, vt maluit Hieronymus, ac ſe vertiſſe ſignificauit, OPPORTVNITATIS: cuius loco, propter euphoniam, mutaſſe Interpretem refert, ac poſuiſſe FIDEI) VT DET GRATIAM «
AVDIENTIBVS: Πᾶς λόγος ΣΑΠΡΟΣ ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν, μὴ ἐκπορευέσθω· «
ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς ΠΡΟΣ ΟΙΚΟΔΟΜΗΝ ΤΗΣ ΧΡΕΙΑΣ, ΙΝΑ ΔΩ ΧΑΡΙΝ ΤΟΙΣ ΑΚΟΥΟΥΣΙ. Sermo dat Gratiam audientibus, quando Deus homine hominiſque ſermone vtitur ad Gratiam ſuam audientibus largiendam: quod fit, quoties auditor, ex Sermone vel in Fide, vel in Moribus ædificatur Chriſtianis. Quæ cùm ita ſint, ſi rectè à me ſcriptum eſt, quòd Gratiam audientibus dat ſermo loquentis; abſurdum profectò videri non debet, ſi à Catholicis dictum eſt, Sacramenta à Chriſto Domino inſtituta, ſicut Eccleſia docet, ſuſcipientibus Gratiam conferre. Ac eo quidem rectiùs, quòd accedit Verbum ad Elementum, & fit Sacramentum. VIGESIMO PRIMO; ANATHEMA, SI QVIS NEGET SACRAMENTVM CONSIGNATIONIS, SIVE CONFIRMATIONIS, QVOD ET SIGNACVLVM SIVE SIGILLVM, GRÆCE ΣΦΡΑΓΙΣ, A PATRIBVS APPELLATVR: QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Et nolite contriſtare « v.30.
SPIRITVM SANCTVM DEI, IN QVO SIGNATI ESTIS in diem Re- «
demptionis: Καὶ μὴ λυπεῖτε ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, «
ΕΝ Ω ΕΣΦΡΑΓΙΣΘΗΤΕ εἰς Ἡμέραν Ἀπολυτρώσεως. Qui legunt IN DIE, non IN DIEM, referunt ad tempus Baptiſmi, per quem Redemptio Chriſti nobis applicatur: quia olim mos erat Adultis Baptizatis, ſtatim eodem die, ſi adeſſet Epiſcopus, conferri Sacramentum Conſignationis, vti à me factum legitur Actuum decimo nono. vt ſen- Act.19.v.6.
ſus ſit: Quo Spiritu Sancto, per Sacramentum OBSIGNATI ESTIS, (eſt enim in Græco Verbum Σφραγίζω) eo tempore, quo per Baptiſmum eſtis è Peccati ſeruitute redempti. Deterrendi igitur Chriſtiani erant à contriſtando Spiritu Sancto, magnitudine Peccati, vel vt Sacrilegij cuiuſdam, quod eſt violare Sacratiſſimum Sigillum; cùm etiam prophana Sigilla temerare non liceat. VIGESIMO SECVNDO; ANATHEMA, QVI FAVET IMPVTATORIBVS, SIVE IIS QVI IVSTITIAM CHRISTIANAM DICVNT INHÆRENTEM NON ESSE; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Eratis enim aliquando TENEBRÆ, « EPHES. V.
nunc autem LVX in Domino: VT FILII LVCIS ambulate: Fructus « v.8.
enim LVCIS eſt in omni BONITATE & IVSTITIA, & VERITATE: Ἦτε «
γάρ ποτε ΣΚΟΤΟΣ, νῦν δὲ ΦΩΣ, ἐν Κυρίῳ· ὡς ΤΕΚΝΑ ΦΩΤΟΣ περιπατεῖτε· Ο γὰρ καρπὸς ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ἐν πάσῃ ΑΓΑΘΩΣΥΝΗ καὶ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ, καὶ ΑΛΗΘΕΙΑ. Nam quomodo Lux, in quibus verum Iuſtitiæ lumen non ineſt? Id verò tale eſſet, ac ſi quis tenebroſum aërem, Lucidum imputatione vocet. VIGESIMO TERTIO; ANATHEMA, QVI DIXERIT NON ESSE IN HOMINE LIBERVM

EPHES. V. ARBITRIVM RESPECTV ACTVVM SVPERNATVRALIVM; QVIA PER
v.18. » ME SCRIPTVM EST: Et nolite inebriari vino in quo est Luxuria, SED
» IMPLEMINI SPIRITV: Καὶ μὴ ΜΕΘΥΣΚΕΣΘΕ οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ΑΣΩΤΙΑ, ἀλλὰ
ΠΛΗΡΟΥΣΘΕ ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ. Quærit hîc post Chrysostomum, Thomas; Num Spiritus Sanctus sit in nostra potestate? Ad quod breuiter Respondetur; non esse, nisi quatenus per Dei Gratiam BONA OPERA liberè exercemus, quæ sunt Spiritus Sancti dona; per quæ Spiritu Sancto magis magisque replemur, vt Chrysostomus luculenter disputat. VIGESIMO QVARTO; ANATHEMA, QVI DIXERIT CANTVM ECCLESIASTICVM, MODVMQVE ALTERNATIM PSALLENDI HYMNOSQVE ET CANTICA, CÆTERAQVE AD ECCLESIASTICVM OFFICIVM PERTINENTIA, QVÆ AD HVNC VSQVE DIEM PER VNIVERSAM ECCLESIAM FREQVENTANTVR, CONTRA APOSTOLICVM ORDINEM ESSE; QVIA PER ME SCRIPTVM
v.19. » EST: Loquentes vobismetipsis in PSALMIS, & HYMNIS & CANTI-
» CIS Spiritualibus, CANTANTES & PSALLENTES in cordibus vestris
» Domino: Λαλοῦντες ἑαυτοῖς ΨΑΛΜΟΙΣ, καὶ ΥΜΝΟΙΣ, καὶ ΩΔΑΙΣ πνευματικαῖς,
» ΑΔΟΝΤΕΣ καὶ ΨΑΛΛΟΝΤΕΣ ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, τῷ Κυρίῳ. Audiant hæc (in-
» quit Hieronymus) illi quibus psallendi in Ecclesia officium est, Deo
» non voce sed corde cantandum. & iterum: Sic cantet Seruus Christi, vt
» non vox canentis, sed verba placeant quæ leguntur; vt Spiritus Ma-
» lus qui erat in Saüle, eiiciatur ex his qui similiter ab eo possiden-
» tur. Addo (quod intendit APOSTOLVS) vt & ipsi qui cantant, Sancto Spiritu repleantur. VIGESIMO QVINTO; ANATHEMA QVI REPREHENDERIT ECCLESIAM, QVÆ IN LITVRGICIS PRÆFATIONIBVS CANIT; GRATIAS AGAMVS DOMINO DEO NOSTRO: QVOD EX ME OMNIS CECINIT ANTIQVITAS, OB MYSTERIVM GRATIARVM ACTIONIS CELEBRANDVM: QVOD QVIDEM MAXIME MEVM EST; QVIA PER ME SCRIPTVM EST:
v.20. » GRATIAS AGENTES semper pro omnibus, in nomine Domini
» nostri Iesu Christi, Deo & Patri: ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΝΤΕΣ πάντοτε ὑπὲρ
πάντων, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ΤΩ ΘΕΩ καὶ Πατρί. Pulcrè verò Theophylactus ex hac generali mea sententia colligit ac docet, ipsam quoque nostram GRATIARVM ACTIONEM inter ea bona, quæ per Christum habemus, & pro quibus Deo gratiæ agendæ sunt, numerandam esse. Ex quo liquet quàm grauiter hallucinentur nonnulli, qui nomen suum inter Theologos ponunt, dum Fidem, aut quidpiam aliud salutare nostrum bonum, merito Christi subtrahunt. VIGESIMO SEXTO; ANATHEMA, QVI DIXERIT EXTRA ECCLESIAM SALVTEM SPERARI POSSE, AVT ECCLESIÆ CORPVS A CHRISTO, CAPITE, POSSE SEPARARI, CVM QVO ÆTERNA CONIVNCTIO ÆTERNVMQVE CONIVGIVM EST; QVIA PER
v.23. » ME SCRIPTVM EST: Quoniam vir Caput est Mulieris, sicut Christus
» CAPVT est ECCLESIÆ: IPSE SALVATOR CORPORIS: Ὅτι ὁ Ἀνήρ ἐστι Κε-
φαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς ΚΕΦΑΛΗ τῆς ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ, καὶ αὐτὸς ΣΩΤΗΡ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ. Est enim cum exclusione intelligendum quòd Christus

SALVATOR CORPORIS SVI dictus est. Non enim Caput vitam & EPHES.V.
salutem in alienum, sed tantùm in suum, cuius Caput est, Corpus in-
fluit. VIGESIMO SEPTIMO; ANATHEMA, QVI DIXERIT ECCLE-
SIAM NON ESSE SVBIECTAM CHRISTO IN OMNIBVS, SED AV-
REM ANTICHRISTO ADMOVISSE, ET ADVLTERAM ESSE FACTAM;
CVM AB OBEDIENTIA ECCLESIÆ TANQVAM AB EXEMPLO PER-
PETVÆ SVBIECTIONIS AC FIDELITATIS ARGVMENTATVS SIM
IN EPHESINO HOC NOSTRO PARÆNETICO AD VXOREM; QVIA
PER ME SCRIPTVM EST: SED SICVT ECCLESIA SVBIECTA EST « v.24.
CHRISTO, ITA ET MVLIERES VIRIS SVIS IN OMNIBVS: ΑΛΛ' ΩΣ- «
ΠΕΡ Η ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΥΠΟΤΑΣΣΕΤΑΙ ΤΩ ΧΡΙΣΤΩ, ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΑΙ ΓΥ-
ΝΑΙΚΕΣ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΕΝ ΠΑΝΤΙ. VIGESIMO OCTA-
VO; ANATHEMA, QVI ITA FIDEM EXTOLLIT, VT SACRAMEN-
TA DEPRIMAT; SOLAM SIGNI AC SIGILLI RATIONEM EIS CON-
CEDENS; CVM CHRISTVS MVNDET ECCLESIAM LAVACRO AQVÆ,
VELVT INSTRVMENTO VIRTVTIS DIVINÆ, DVM ACCEDIT VER-
BVM AD ELEMENTVM ET FIT SACRAMENTVM, ID EST, SI-
GNVM EX IPSIVS CHRISTI INSTITVTIONE ET PROMISSIONE EF-
FICAX; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Viri diligite vxores ve- « v.25.
stras, sicut & Christus dilexit ECCLESIAM; & SEIPSVM TRADIDIT «
PRO EA, VT ILLAM SANCTIFICARET, MVNDANS EAM LAVACRO «
AQVÆ IN VERBO: Οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν, καθὼς καὶ ὁ «
Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ, ΚΑΙ ΕΑΥΤΟΝ ΠΑΡΕΔΩΚΕΝ ΥΠΕΡ
ΑΥΤΗΣ, ΙΝΑ ΑΥΤΗΝ ΑΓΙΑΣΗ, ΚΑΘΑΡΙΣΑΣ ΤΩ ΛΟΥΤΡΩ ΤΟΥ
ΥΔΑΤΟΣ, ΕΝ ΡΗΜΑΤΙ. VIGESIMO NONO; ANATHEMA, QVI DI-
XERIT, ECCLESIAM CATHOLICAM HABERE MACVLAM, ID EST,
DEFORMITATEM OPERIS, AVT RVGAM; ID EST, DV-
PLICITATEM INTENTIONIS, VT POST AVGVSTINVM ANSELMVS
THOMASQVE DISTINGVNT; VEL SANCTAM ET IMMACVLATAM
NON ESSE; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Vt exhiberet ipse sibi « v.27.
Gloriosam ECCLESIAM, NON HABENTEM MACVLAM, AVT RVGAM, «
aut aliquid huiusmodi, sed vt sit Sancta & Immaculata: Ἵνα παραστή- «
σῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον ΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΜΗ ΕΧΟΥΣΑΝ ΣΠΙΛΟΝ, Η
ΡΥΤΙΔΑ, ἤ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ Ἁγία καὶ Ἄμωμος. Itaque ex eo quòd
dixi ECCLESIAM, Vnitas; GLORIOSAM, Vniuersalitas; NON HABEN-
TEM MACVLAM, Sanctitas; aut RVGAM, Antiquitas; AVT ALIQVID
HVIVSMODI, Irreprehensibilitas; SED VT SIT SANCTA ET IM-
MACVLATA, Successio ac Indefectibilitas omnino apparet.
TRIGESIMO; ANATHEMA, QVI NEGARIT QVOD ECCLESIA SIT
CARO CHRISTI, ET QVOD CHRISTVS NVTRIT ET FOVET EC-
CLESIAM, ET QVOD SVMVS MEMBRA CORPORIS CHRISTI,
DE CARNE CHRISTI, & DE OSSIBVS CHRISTI; QVIA PER
ME SCRIPTVM EST: Ita & viri debent diligere vxores suas vt « v.28.
corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo «
enim vmquam carnem suam odio habuit, sed NVTRIT ET FO- «
VET eam sicut & CHRISTVS ECCLESIAM: QVIA MEMBRA SV- «

EPHES. V. » MVS CORPORIS EIVS, DE CARNE EIVS ET DE OSSIBVS EIVS:
v.28. Οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυτὸν ἀγαπᾷ. Οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ' ΕΧΤΡΕΦΕΙ ΚΑΙ ΘΑΛΠΕΙ ΑΥΤΗΝ, ΚΑΘΩΣ ΚΑΙ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ· ΟΤΙ ΜΕΛΗ ΕΣΜΕΝ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΑΥΤΟΥ, ΕΧ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΟΣΤΕΩΝ ΑΥΤΟΥ: Vnde APOSTOLICVS GALLIARVM DOCTOR, Irenæus, aliquanto post initium libri quinti contra Hæreses, citatis
» huius loci verbis; Non (inquit) de Spirituali aliquo & Inuisibili
Luc.24.v.39. » Homine dixit hæc APOSTOLVS: Spiritus enim neque ossa neque
» Carnes habet; sed de ea DISPOSITIONE, quæ est secundùm homi-
» nem, qui ex Carnibus & Neruis & Ossibus consistit, qui DE CA-
» LYCE, QVI EST SANGVIS CHRISTI, NVTRITVR, ET PANE, QVI EST
» CORPVS EIVS, AVGETVR. TRIGESIMO PRIMO; ANATHEMA, QVI DIXERIT; MATRIMONIVM NON ESSE VNVM EX SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS, QVÆ SIGNA SVNT EIVS GRATIÆ QVAM SIGNI-
v.31. » FICANT, EFFICACIA; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Propter
» hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori
» suæ: & erunt DVO in carne VNA. SACRAMENTVM HOC MA-
» GNVM EST: EGO AVTEM DICO IN CHRISTO ET IN ECCLESIA. Ἀντὶ τούτου, καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν Γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ ΔΥΟ εἰς Σάρκα ΜΙΑΝ. ΤΟ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΤΟ ΜΕΓΑ ΕΣΤΙΝ. ΕΓΩ ΔΕ ΛΕΓΩ ΕΙΣ ΧΡΙΣΤΟΝ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ. MAGNVM autem IN CHRISTO & in ECCLESIA, siue IN CHRISTVM ET IN ECCLESIAM, εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, vt fert Græcus Codex, retinentque Latini Veteres quidam; ac Tertullianus libro de Anima, & libro quinto contra Marcionem; atque Augustinus, in Psalmum centesimum trigesimum octauum; & in Commentario Bedæ. Per hoc enim quòd Homo, relictis parentibus, adhæret Vxori, cumque ea vna Caro efficitur; mysticè significatur, Filium Dei è sinu Patris, & quasi Patre relicto, Matre etiam, id est, Synagoga, (vt vult Prosper, Sententiâ centesimâ trigesimâ octauâ; ex Augustino,) vel Cælesti Ierusalem, (vt Hieronymo in Commentario placet,) derelictâ, in terras descendisse, & per adsumptam carnem humanam, Ecclesiæ, quæ ex Hominibus constat, coniunctum esse, vnumque cum ea Corpus effectum, & per hoc indissolubili amoris vinculo conglutinatum. Quam quidem Cælestem Ierusalem, sicut & Patrem Christus reliquisse dicitur, non quòd absens ab illis esse cœpit; sed figurato sermone, & quadam similitudine nostri, quia apud nos quæ alibi esse incipiunt, priorem locum relinquunt. Ex hac autem Apostolica sententia, præter declarationem Mysterij, manifestum est, Coniugium, Noui Testamenti, maiorem quandam vim, id est, Sacramentalem, habere in eo expressam, quòd nouæ prolis ex Adam Matrimonium hac in parte Mysterio Christi significando celebrandoque aptius foret, quòd Primi Homines,

quos relinquerent parentes nullos habuere. Cætera demum hoc EPHES. V.
loco supplenda, ad perfectionem huius MAGNI SACRAMENTI intelligendam; partim ea quæ antecedunt in Exhortatione nostra Ad Coniuges, DE GRATIA CHRISTI SANCTIFICANTE AC MVNDANTE, declarant, partim vniformis Ecclesiæ Traditio confirmat. TRIGESIMO SECVNDO; ANATHEMA, QVI DIXERIT, PRÆCEPTA HOMINVM, LEGITIMA POTESTATE PRÆDITORVM, VT PARENTVM, EPHES. VI.
DOMINORVM, PRINCIPVM, MAGISTRATVVM, SVBDITOS IN CONSCIENTIA NON OBLIGARE, IISQVE VT DEI PRÆCEPTIS PARENDVM NON ESSE, CVM ILLORVM OMNIS POTESTAS A DEO SIT; VT IN EPISTOLA AD ROMANOS DICTVM EST; & OPERA Rom.13.v.1.
OBEDIENTIÆ, NON ESSE MERITORIA VITÆ ÆTERNÆ: QVIA PER
ME SCRIPTVM EST: Filij, OBEDITE Parentibus vestris in Domino: « Ephes.6.v.1.
hoc enim IVSTVM EST. Honora Patrem tuum & Matrem tuam, «
(quod est MANDATVM PRIMVM IN PROMISSIONE) vt bene sit ti- «
bi, & sis longæuus super terram. Et vos Patres, nolite ad iracun- «
diam prouocare Filios vestros, sed educate illos IN DISCIPLINA & «
CORREPTIONE Domini. Serui, obedite DOMINIS CARNALIBVS, cum «
timore & tremore, in SIMPLICITATE CORDIS VESTRI, SICVT «
CHRISTO: non AD-OCVLVM-SERVIENTES, quasi HOMINIBVS- «
PLACENTES, sed VT SERVI CHRISTI, FACIENTES VOLVNTATEM «
DEI EX ANIMO, cum bona voluntate seruientes, SICVT DOMINO «
ET NON HOMINIBVS: scientes quoniam VNVSQVISQVE QVOD- «
CVMQVE FECERIT BONVM, HOC RECIPIET A DOMINO, siue ser- «
uus, siue liber: Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ· τοῦτο γάρ «
ἐστι δίκαιον. Τίμα τὸν Πατέρα σου καὶ τὴν Μητέρα σου, (ἥτις ἐστὶν ΕΝΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ, ΕΝ ΕΠΑΓΓΕΛΙΑ, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ οἱ πατέρες μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἀλλ᾽ ἐκτρέφετε αὐτὰ ΕΝ ΠΑΙΔΕΙΑ ΚΑΙ ΝΟΥΘΕΣΙΑ ΚΥΡΙΟΥ. Οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις ΚΑΤΑ ΣΑΡΚΑ, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ΕΝ ΑΠΛΟΤΗΤΙ ΤΗΣ ΚΑΡΔΙΑΣ ΥΜΩΝ, ΩΣ ΤΩ ΧΡΙΣΤΩ. Μὴ κατ᾽ ΟΦΘΑΛΜΟΔΟΥΛΕΙΑΝ, ὡς ΑΝΘΡΩΠΑΡΕΣΚΟΙ; ἀλλ᾽ ΩΣ ΔΟΥΛΟΙ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ ΤΟ ΘΕΛΗΜΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΕΚ ΨΥΧΗΣ, Μετ᾽ εὐνοίας δουλεύοντες, ΩΣ ΤΩ ΚΥΡΙΩ, ΚΑΙ ΟΥΚ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ. Εἰδότες, ὅτι, Ο ΕΑΝ ΤΙ ΕΚΑΣΤΟΣ ΠΟΙΗΣΗ ΑΓΑΘΟΝ, ΤΟΥΤΟ ΚΟΜΙΕΙΤΑΙ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος. TRIGESIMO TERTIO; ANATHEMA, QVI MANSERIT IN SCHISMATE, ET NON REDIERIT AD VNITATEM, SIVE, AD EVANGELIVM CHRISTI, QVOD APOSTOLICE DICITVR EVANGELIVM PACIS, EO QVOD PACEM ET RECONCILIATIONEM CVM DEO IN HOMINIBVS ATQVE INTER HOMINES ADFERT; QVIA PER ME SCRIPTVM EST: Et calceati pedes in præparationem EVANGELII PA- v.15.
CIS: Καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ. Væ ergo qui accusant, separant, turbant Ecclesiasticam Pacem, atque Vnitatem. Et profectò vbi Euangelium, ibi Pax; & vbi Pax, ibi Euangelium. Vnde Romanorum decimo, illud Pro- Rom.10. v.

EPHES. VI. pheticum Isaïæ quinquagesimi secundi, in medium protulimus, ad
Isai. 52. v. 7. » quod testimonium hoc loco allusio est: Quàm speciosi pedes E-
» VANGELIZANTIVM PACEM, EVANGELIZANTIVM BONA. TRIGESIMOQVARTO; ANATHEMA, QVI DIXERIT ECCLESIAM CATHOLICAM, INTERDICERE FIDELIBVS LECTIONE SACRARVM SCRIPTVRARVM, CVM SOLI PROHIBEANTVR CATECHVMENI, VEL QVI NVNC INFIMO CATECHVMENORVM LOCO CENSENDI SVNT, ID EST, RVDES, QVI CREDVNT ECCLESIAM, SED QVIBVS NONDVM ECCLESIA SE CREDIT, VTPOTE QVI, VEL PROPRIA ACEDIA, VEL INERTIA PASTORVM, CVM MAGISTRI ESSE
Hebr. 5. v. 12. DEBERENT, PROPTER TEMPVS, FACTI SVNT QVIBVS LACTE OPVS EST, NON SOLIDO CIBO; QVIA TANTVM DE PERFECTO MILITE PER ME SCRIPTVM EST:
Eph. 6. v. 17. » ET GLADIVM SPIRITVS quod est Verbum Dei: Καὶ ΤΗΝ ΜΑΧΑΙΡΑΝ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. Quod igitur non nisi probatis darur, negari nunquam dicetur. TRIGESIMO QVINTO; ANATHEMA, QVI DIXERIT NON ESSE ORANDVM PRO SALVTE ANGLIÆ, ET SACRVM IVS GENTIVM NON VIOLARI, QVANDO LEGATI CHRISTI ET ECCLESIÆ NON MODO PROHIBENTVR, SED CARCERE AVT ALIIS POENIS DAMNANTVR; QVIA PER ME
vers. 18. » SCRIPTVM EST: Per omnem Orationem & Obsecrationem, oran-
» tes OMNI TEMPORE IN SPIRITV, & in ipso vigilantes in omni In-
» stantia, & Obsecratione pro Omnibus Sanctis. Et pro me, vt de-
» tur mihi sermo IN APERTIONE ORIS MEI, cum fiducia, notum
» facere MYSTERIVM EVANGELII. Pro quo LEGATIONE FVNGOR
» IN CATENA, ita vt in ipso audeam, prout oportet me loqui: Διὰ πάσης προσευχῆς, καὶ δεήσεως, προσευχόμενοι ΕΝ ΠΑΝΤΙ ΚΑΙΡΩ, ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες, ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει, καὶ δεήσει, περὶ πάντων τῶν Ἁγίων, Καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα μοι δοθείη λόγος, ΕΝ ΑΝΟΙΞΕΙ ΤΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΜΟΥ, ἐν παῤῥησίᾳ, γνωρίσαι τὸ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ, ὑπὲρ οὗ ΠΡΕΣΒΕΥΩ, ΕΝ ΑΛΥΣΕΙ, ἵνα ἐν αὐτῷ παῤῥησιάσωμαι, ὡς δεῖ με λαλῆσαι. Atque hæc de Epistola nostra ad Ephesios.

CAP. LIV. SEQVITVR Ephesinam Timotheana
II. TIMOTH. Secunda, siue posterior ad Timotheum Epistola, quæ DECIMA est, Romæ è vinculis scripta paulo post Primam apud Neronem Defensionem meam: ante tres alias videlicet, Ad Philippenses, Ad Colossenses, Ad Philemonem, data. In hac enim Timotheus Romam vocatur: in illis Timothei nomen adscribitur velut iam præsenris, & in scribendo consortis. Deinde, in hac Marcus Romam venrurus adsumi iubetur, qui idem in Epistolis ad Colossenses & Philemonem Romæ scriptis, vnus ex salutantibus est. Iam nostro more inspiciamus, sitque hæc ANNOTATIO PRIMA; ORDINATIO EPISCOPALIS EST CERIMONIA QVÆDAM EXTERNA ET SACRA, PER QVAM ORDINANDIS ADHIBITAM, GRATIA IIS CONFERTVR AD SVVM MINISTERIVM BENE SANCTEQVE EXERCENDVM; ET PROINDE CENSERI DEBET IN NVMERO SACRA-

MENTORVM NOVÆ LEGIS: Propter quam cauſam admoneo te vt « II.TIM.I.
reſuſcites (Græcè, vt Ambroſianus legit; RECREES, ἀναζωπυρεῖν, « v.6.
quod propriè ſignificat, IGNEM DENVO VIVIFICES, ſeu IGNEM SOPITVM AVT TORPENTEM FLABELLO SEV VENTVLO SVSCITES: quod aptiſſimè tranſtuli ad reſuſcitationem gratiæ Dei, quam homo in ſe reſuſcitat Oratione, Meditatione, Lectione ac Studio rerum ſacrarum, & Sancti Propoſiti Renouatione, atque ipſo denique Diuinorum Chariſmatum Vſu & Exercitatione) GRATIAM «
Dei quæ eſt in te PER Impoſitionem Manuum mearum: Δι' ἣν «
αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε, ΑΝΑΖΩΠΥΡΕΙΝ τὸ ΧΑΡΙΣΜΑ τοῦ Θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοί, ΔΙΑ τῆς Ἐπιθέσεως τῶν Χειρῶν μου. Porrò ex ſequentibus liquet, non ſola Chariſmata, quæ GRATIÆ GRATIS DATÆ vocantur, in Ordinatione ſiue Conſecratione Epiſcopi conferri, verùm etiam Dona quæ gratum Deo faciant. Talia enim ſunt VIRTVS Δύναμις, DILECTIO Ἀγάπη, & SOBRIETAS Σωφρονισμός· ſub quibus & cætera Dona Epiſcopalia, ſiue Epiſcopo neceſſaria, comprehendi debent. Continuò enim dixi: Non enim dedit nobis (id eſt, Epiſcopis) « v.7.
Deus Spiritum TIMORIS, (Græcè non eſt, Φόβος, Timor; ſed Δειλία, id eſt Timiditas, ſiue Animi Imbecillitas, cùm quis præ ignauia periculum detrectat: cui opponitur à me, Δύναμις, tanquam EPISCOPALIS DE SVRSVM VENIENS MAGNANIMITAS) ſed Virtutis, & Dilectionis, & Sobrietatis. pro qua Syrus vertit, TRANQVILLITATIS. Et certè, Σωφρονισμός, verbale ductum à Σωφρονίζειν, Moderationem, ſeu Caſtigationem ſignificat, non ſolùm quæ in temperato vſu cibi ac potus conſiſtit, quo dono prædirum fuiſſe Timotheum, prior noſtra ad eum Epiſtola docet, ſed maximè eam quæ ad animum pertinet, qua ſcilicet quæcumque accidunt, tam aduerſa quàm proſpera, moderatè feruntur. Vnde cùm Titi ſecundo monui, VT PRVDENTIAM DOCEANT ADOLESCENTVLAS, alij vertunt: vt MODESTAS REDDANT ADOLESCENTVLAS: eò quòd verbo, Σωφρονίζειν, vſus ſim. ANNOTATIO SECVNDA; PAVLVS PRÆDICANS: In quo (ſupple, Euangelio) poſitus ſum EGO « v.11.
PRÆDICATOR & APOSTOLVS, & MAGISTER Gentium. Ob quam «
cauſam etiam hæc patior; ſed non confundor: ſcio enim cui cre- «
didi, & certus ſum quia potens eſt DEPOSITVM MEVM ſeruare in «
illum diem: Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ ΚΗΡΥΞ, καὶ ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ, καὶ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ ἐθνῶν. Δι' ἣν αἰτίαν, καὶ ταῦτα πάσχω· ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι. οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι, ὅτι δυνατός ἐστι τὴν ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ ΜΟΥ φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν. ANNOTATIO TERTIA; VERBVM TANTI TRADITVM, QVANTI SCRIPTVM FACIENDVM; IMMO SANITATEM VERBORVM AC TRADITIONEM PRÆFERENDAM ESSE: Formam habe Sanorum Verborum, QVÆ A ME AVDISTI: « v.13.
Ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν ΠΑΡ' ΕΜΟΥ ΗΚΟΥΣΑΣ. Pro FORMA Græcè eſt Ὑποτύπωσις, quam Interpres primæ Timothei primo 1.Tim.1.
INFORMATIONEM vertit. Dixi autem, VERBORVM, quia verbis v.16.
& ſermonibus, Euangelij Doctrina magis quàm ſcripto tradebatur.

II TIM. I. Vnde & addidi, QVÆ A ME AVDISTI. Quod quidem pro auctoritate Traditionum non scriptarum in suis Commentariis Chrysostomus & Theophylactus vrgent. ANNOTATIO QVARTA; SOLAM ECCLESIAM ROMANAM NON MODO IMPLERE, SED ET IMPLERE POSSE APOSTOLICVM ILLVD PRÆCEPTVM; DEPOSITVM CVSTODI: PROINDEQVE SOLAM ILLAM VERAM, SOLAM APOSTOLICAM ESSE ECCLESIAM, CVM NVLLI PRÆTER CATHOLICOS EXHIBERE POSSINT HVIVSMODI DEPOSITVM, ID EST, SENSVM SCRIPTVRARVM, ET DOCTRINAM INDE AB APOSTOLIS SERIE PER
V. 14. » SVCCESSESSORES CONTINVATA TRADITAM ET ACCEPTAM: BO-
» NVM DEPOSITVM custodi per Spiritum Sanctum, qui habitat in
» nobis: ΤΗΝ ΚΑΑΗΝ ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ φύλαξον, διὰ Πνεύματος Ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. Ecclesiæ enim Præfectorum ministerio idem DEPOSITVM, quod, καλὸν, id est, non solùm BONVM, sed & PVLCRVM, EGREGIVM, PRÆCLARVM appello, per Spiritum Sanctum eis promissum, in Ecclesia conseruatur, quemadmodum eamdem particulam, NOBIS, versiculo septimo superiùs accepimus atque interpretati sumus, cum DE EPISCOPALIBVS VIRTVTIBVS AC DONIS sermonem instituissemus. Quid autem illud Depositum sit, iterans verba proximâ Annotatione allata, planum atque perspicuum feci,
II. TIM. II. » capite secundo, cùm sic exorsus sum: Tu ergo, Fili mi, confortare
V. I. » in Gratia, quæ est in Christo Iesu: ET QVÆ AVDISTI A ME Per
» Multos TESTES, hæc commenda Fidelibus Hominibus, qui idonei
» erunt & alios docere. Vbi rursus obserua, Apostolum dicere, QVÆ AVDISTI A ME, non, QVÆ SCRIPTO TRADIDI, aut LITERIS CONSIGNAVI: vt intelligatis, Sanam Doctrinam Verbo magis quàm Scriptis ab Apostolis solitam tradi. quod non leue est Argumentum pro Traditionibus non scriptis. Hinc est vt Prędicante olim Episcopo, septem Diaconi, tanquam Depositi Custodes, ac Testes Doctrinæ, adsisterent, & vt passim in rebus gestis Sanctorum legatur, Episcopos, Discipulos ferme semper post se reliquisse, ac plerumque Sedis, vt Doctrinæ, Successores; vt Fidei Testimonium contra Opinionum Varietatem, & Obliuionem Temporum, tanquam vno eodemque Traditionis filo, cum Posteritate perpetuaretur. Ex hoc quoque loco intellige quod PERRONIVS MAGNVS, in insigni illa ad te, REX IACOBE, Gallicana Epistola, quondam scripsit; Tunc nimirum necessariò audiendos Patres, eosque esse in decernendo infallibiles, cùm VT TESTES ECCLESIÆ loquuntur. ANNOTATIO QVINTA; EPISCOPALEM STATVM PRIMI APVD DEVM MERITI ESSE, AC TRIBVS HOMINVM GENERIBVS, EPISCOPVM APOSTOLICE COMPARARI: VIDELICET MILITIBVS, ALACRI ANIMO VT VNI IMPERATORI SVO PLACEANT AD BELLVM BELLIQVE PERICVLA, OMNIBVS RELICTIS PROCVRRENTIBVS; ATHLETIS, PER OMNES CERTAMINIS LEGES ACCVRATISSIME SERVATAS AD CORONAM PROPERANTIBVS; ET AGRICOLIS, IN SPE FRVCTVS PERCIPIENDI, SIVE, VT PRIMI DE FRVCTIBVS PERCIPIANT, VT

PRIMÆ CORINTHIORVM NONO DICTVM EST, ARANTIBVS AT- II.TIM.II.
QVE LABORANTIBVS: Labora ſicut BONVS MILES CHRISTI IESV.
Nemo MILITANS implicat ſe negotiis ſæcularibus, vt ei placeat cui
ſe probauit, (Græcè, στρατολογήσαντι, id eſt, qui ſe in militem delegit,
vel qui ſe in militiam adſcripſit.) Nam qui CERTAT IN AGONE,
non CORONABITVR niſi qui legitimè certauerit. LABORANTEM A-
GRICOLAM oportet PRIMVM DE FRVCTIBVS PERCIPERE: Σὺ οὖν
κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδεὶς ΣΤΡΑΤΕΥΟΜΕΝΟΣ
ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Ἐὰν δὲ καὶ
ΑΘΛΗ τις, οὐ ΣΤΕΦΑΝΟΥΤΑΙ, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. ΤΟΝ ΚΟΠΙΩΝΤΑ
ΓΕΩΡΓΟΝ, ΔΕΙ ΠΡΩΤΟΝ ΤΩΝ ΚΑΡΠΩΝ ΜΕΤΑΛΑΜΒΑΝΕΙΝ. Quem-
admodum ergo, & vti primæ Corinthiorum nono à me dictum eſt,
Nemo vnquam ſuis ſtipendiis militat, Nemo vineam plantat quin 1.Cor.9.v.7.
de fructu eius comedat, Nemo Gregem paſcit, quin de Lacte Gre-
gis manducet: ſic laborans Agricola, de fructibus primus percipit.
Vrgenda verò in Epiſcopali labore potiſſimùm commendando,
Agricolæ ſimilitudo fuit; in eo præſertim poſita, quòd cùm qua-
dam Naturæ Lege primi fructus cultori debeantur, ſic & Epiſcopus,
ſi diligenter & fideliter in Agri Dominici cultura laborauerit, in
præmio percipiendo primus ac præcipuus erit, & quaſdam fructuum
laboris ſui primitias à Deo recipiet. Quo ſenſu ſic hanc ſenten-
tiam reddidit Syrus Interpres: AGRICOLÆ QVI LABORAT, CON-
VENIT VT PRIMVM DE FRVCTIBVS SVIS CIBETVR. ANNOTATIO
SEXTA; DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO: Intellige quæ dico, v.7.
det enim tibi Dominus in omnibus intellectum: Νόει ἃ λέγω· δῴη γάρ
σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. Sic Rex Propheta petit; DA MIHI INTEL- Pſ.118.v.34.
LECTVM; & audit: INTELLECTVM TIBI DABO. Ex quo Regio Col- & 73. & 125. & 144.
loquio, quis Gratiæ & Liberi Arbitrij Arcanam Concordiam non Pſal.31.v.8.
credat? Sic & Præceptum quod Libertatis Argumentum eſt, hoc lo-
co, & Gratia, confluunt ac concurrunt: Præceptum quidem, in Ver-
bo, INTELLIGE; Gratia verò, in Promiſſione ſequenti; DABIT TIBI
DOMINVS INTELLECTVM. Vnde Auguſtinus, libro ſecundo con-
tra Litteras Petiliani: Nihil in Scripturis Sanctis homini iubetur à
Deo, PROPTER PROBANDVM LIBERVM ARBITRIVM: quod non in-
ueniatur, vel dari, ab eius bonitate, vel poſci, PROPTER ADIVTO-
RIVM GRATIÆ DEMONSTRANDVM. ANNOTATIO SEPTIMA; CER-
TA DEO ELECTIO, QVA NOS AD SALVTEM INFALLIBILITER
ELEGIT, ADEO NON EXCLVDIT NECESSITATEM BONORVM OPE-
RVM, VT ETIAM EA STATVAT, TANQVAM MEDIA QVÆDAM
AD IPSAM IMPLENDAM A DEO ORDINATA, SICVT EAMDEM
ELECTIONEM IMPLET PER ACTIONES ET PASSIONES MINISTRO-
RVM SVORVM, QVOS VTIQVE OPORTET, CVM PAVLO, HOC I-
PSVM INTENDERE IN VNIVERSO SVO MINISTERIO; VT QVI
ELECTI SVNT, SALVI FIANT: Ideo omnia ſuſtineo propter Electos, 2.Tim.v.10
vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu, cum Glo-
ria Cæleſti: (Græcè, ÆTERNA, αἰωνίου·) Διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ
τοὺς Ἐκλεκτούς, ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μετὰ Δόξης αἰω-

II.TIM.II. ῥῶ. Tantum autem eſt De ſalute Electorum, deque participatione Gloriæ cæleſtis Myſterium, vt continuò addiderim, myſtico meo more, arcanam illam clauſulam; Fidelis ſermo: Πιςὸς ὁ λόγος. tametſi multis incredibile videatur, ac his nominatim, qui Reſurrectioni Mortuorum contradicunt; res tamen indubitata atque certiſſima eſt. Hîc ſuæ Hæreſis originem ſaltem taciti Nouatores agnoſcant, adeo turpis, vt qui ea quæ diximus, negare conantur, Fidem Reſurrectionis Mortuorum negare cogantur. ANNOTATIO OCTAVA; QVOD OMNIA PRO PACE ECCLESIÆ TOLERARE REGES DEBENT,

v.12. » SI TEMPORALIS PATIENTIÆ REGNVM ÆTERNVM EST MERCES: Si » ſuſtinebimus, Conregnabimus Ne verò hæc ſegniter cogitetur, adieci: » Hæc cōmone, teſtificans corā Domino: vel CONTESTANS, vt Ambroſianus legit. Hæc enim Conteſtatio valet ad terrendum eos quibus fit. vt ſit ſenſus: De his admone Fratres cum obteſtatione quam facies coram Domino, hoc eſt, declarans te hæc eos commonefacere coram Chriſto Domino, qui in Iudicio teſtis eſſe poterit facti à te officij, & vindex admonitionis contemptæ. ANNOTATIO NONA; NON ESSE CVIVSVIS, VERBVM VERITATIS, SIVE VERBVM DEI, AC SACRAM SCRIPTVRAM TRACTARE, AVT PROPRIO SENSV INTERPRETARI;

v.15. » SED EPISCOPORVM, COMMVNI ECCLESIÆ LEGE AC FIDE: Sollicitè » cura teipſum PROBABILEM (Græcè, PROBATVM, δόκιμον,) exhibere Deo, » OPERARIVM INCONFVSIBILEM (Græcè, NON ERVBESCENTEM, ET » NON ERVBESCENDVM. vtrūque enim, Ανεπαίσχυντον, ſignificat) RECTE TRACTANTEM (Græcè, ὀρθοτομοῦντα, id eſt, RECTE-SECANTEM; Metaphorâ ductâ vel à Coriariis, qui ſuperflua reſecāt à pellibus quas ad vsū parant; vt poſt Chryſoſtomum, Theophylactus & Oecumenius volunt: vel, vt alij ſentiunt, à Coquis, quorum eſt rectè diuidere cibos; vel, vt malunt quidam, à Patre, qui Panem alendis filiis in fruſta diuidit, quantum cuique conuenit; vel, ab Agricolis, vt Theodoretus auctor eſt, qui rectos ſulcos proſcindunt, quorum imitatione Magiſter is laude dignus dicendus eſt, qui Diuinæ Traditionis Regulam & ſequitur & tenet, vt in Agro Dominico ſemen non

Galat. 2. v. 14. modò bonum, ſed & benè ſeminet; quod vox, ὀρθοποδεῖν, id eſt, RECTO PEDE INCEDERE, ſiue, non ſolùm RECTE, ſed & RECTA, vt ſupra Epiſtolâ ad Galatas, explicatum, docet: quemadmodum & Syrus hoc » loco, RECTE PRÆDICANTEM, intellexit & vertit:) Verbum Veritatis: Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ θεῷ, Εργάτην Ανεπαίσχυντον, ΟΡΘΟΤΟΜΟΥΝΤΑ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ. Ex quo patet quàm laudabiliter, quámque ſapienter Græci hæc Apoſtolica noſtra in ſuis Ordinationum Formulis dici ſolemni ritu præceperint. ANNO-

v.18. » TATIO DECIMA; FIDEM SEMEL ACCEPTAM AMITTI POSSE: QVI » A VERITATE EXCIDERVNT, dicentes Reſurrectionē eſſe iam factam, » & ſubuerterunt quorundam Fidem: Οἵτινες ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΗΣΤΟΧΗΣΑΝ, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ Ανατρέπουσι τὴν τινῶν Πίστιν. ANNOTATIO VNDECIMA; DECRETVM ELECTIONIS DIVINÆ APOSTOLICÆ, Signaculum ſiue Sigillum, σφραγῖδα, dici, tanquam Electis impreſſum; propter arcanum electionis diuinæ, quaſi ſub ſigillo

clauſum

clausum, & ab oculis humanis remotum: quia quamdiu hîc viuimus, II. TIM. II.
certò scire non possumus qui ad numerum Electorum pertineant:
Sed firmum Fundamentum Dei stat, habens SIGNACVLVM HOC; Co- « v. 19.
gnouit Dominus QVI SVNT EIVS: Ὁ μὲν τοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ θεοῦ ἕστηκεν, «
ἔχων τὴν ΣΦΡΑΓΙΔΑ ταύτην· Ἔγνω ὁ Κύριος ΤΟΥΣ ΟΝΤΑΣ ΑΥΤΟΥ. ANNOTATIO DVODECIMA; QVAMDIV IN HOC SÆCVLO, VELVT IN MEDIO BABYLONIS, CAPTIVI TENEMVR, AB INIQVIS HOMINIBVS OMNINO SEPARARI NON POSSVMVS; SED TANTVM DISCEDERE AB INIQVITATE, NON AB INIQVIS, ET SEPARARI CORDE, NON TEMPLO:
Et discedat ab INIQVITATE omni qui inuocat nomẽ Domini. IN MA- « v. 20.
GNA autem DOMO non solùm sunt VASA AVREA & ARGENTEA, sed & «
LIGNEA & FICTILIA: & quædam quidem in HONOREM, quædam au- «
tem in CONTVMELIAM. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit VAS «
IN HONOREM, SANCTIFICATVM, & VTILE DOMINO, AD OMNE OPVS «
BONVM, PARATVM: Καὶ Ἀποστήτω ἀπὸ ΑΔΙΚΙΑΣ πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα τοῦ «
Χριστοῦ. Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον ΣΚΕΥΗ ΧΡΥΣΑ ΚΑΙ ΑΡΓΥΡΑ, ἀλλὰ καὶ ΞΥΛΙΝΑ ΚΑΙ ΟΣΤΡΑΚΙΝΑ· καὶ ἃ μὲν ΕΙΣ ΤΙΜΗΝ, ἃ δὲ, ΕΙΣ ΑΤΙΜΙΑΝ. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται ΣΚΕΥΟΣ ΕΙΣ ΤΙΜΗΝ, ΗΓΙΑΣΜΕΝΟΝ, ΚΑΙ ΕΥΧΡΗΣΤΟΝ ΤΩ ΔΕΣΠΟΤΗ, ΕΙΣ ΠΑΝ ΕΡΓΟΝ ΑΓΑΘΟΝ ΗΤΟΙΜΑΣΜΕΝΟΝ. Hunc locum DE NON SCINDENDA VNITATE intellexit Augustinus, libro secundo, tertio, quarto, & septimo, De Baptismo Contra Donatistas, ac De Vnitate Ecclesiæ, & passim; Cypriani auctoritate permotus, qui Epistolâ primâ libri tertij, secundâ libri quarti, aliàs Epistolâ quinquagesimâ primâ, & quinquagesimâ secundâ, ei præluxit. ANNOTATIO DECIMA TERTIA; EXTRA SCRIPTVRAM SACRAM ETIAM ANTIQVITVS APVD IVDÆOS EXSTITISSE VERAS QVASDAM, ET A PIIS AGNITAS ATQVE RECEPTAS TRADITIONES; QVO MAGIS ECCLESIÆ FIDES HABENDA EST, DVM A CHRI-
STO: VEL APOSTOLIS ACCEPTAS TRADITIONES IN MEDIVM PRO- II. TIM. III.
FERT: Quemadmodũ autem IANNES ET MAMBRES restiterũt MOYSI, « v. 8.
ita & hi resistũt VERITATI: Ὃν τρόπον δὲ ΙΑΝΝΗΣ ΚΑΙ ΜΑΜΒΡΗΣ ἀντέστησαν «
ΜΩΥΣΗ, οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ΑΛΗΘΕΙΑ. Itaque quamuis non magnopere refert Magorum nomina nosse; ea tamen recitanda putaui, quia Timotheo scribebam Iudæo, qui cum Sacris Litteris, etiã Traditiones Non-Scriptas Hebræorum, ab infantia acceperat atque didicerat, voluique locum Traditionibus dandum indicare; exemplo illorũ nominum, quæ in Sacris Litteris non inueniuntur Prodita, sed aliunde Tradita. Repetit ergo Apostolicè ab Antiquitate exemplum, vt doceatur, non esse mirandum, si nunc contradictores patiantur Veri Doctores Veritatis, cùm etiã Moyses & Prophetæ quondam suos fuerint aduersarios passi, id est, vt frater noster Petrus, capite secundo secundæ Epi-
stolę admonet: Fuerunt Pseudoprophetę in Populo, sicut & in vobis e- « 2. Petr. 2.
rũt Magistri mẽdaces, qui introducent sectas perditionis. ANNOTATIO « v. 1.
DECIMA QVARTA; DE HÆRETICIS ATQVE SCHISMATICIS: Homines « 2. Tim. 3. v. 8.
CORRVPTI MENTE, REPROBI CIRCA FIDEM: Ἄνθρωποι ΚΑΤΕΦΘΑΡ- «
MENOI TON NOYN, ΑΔΟΚΙΜΟΙ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ. Quemadmodum igitur, Episcopum, secundo capite, SERVVM DOMINI, Δοῦλον Κυρίου, appellabam; sic hoc tertio, qui Episcopo resistunt, CORRVPTI MENTE,

II.TIM.III. Κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, AC REPROBE CIRCA FIDEM, Ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν, iure ac meritò à me dicuntur; quòd viam ad rectam & ſanam Fidem, corrupto mentis iudicio, & animi obſtinatione, ſibi præcluſerint.
Tit.1 v.vlt. Sic Titi primo dicuntur & quidam AD OMNE OPVS BONVM REPROBI: ſic & de Mulierculis ob ſimilem cauſam ſuperiùs ſcriptum eſt;
2.Tim.3. » SEMPER DISCENTES, ET NVNQVAM AD SCIENTIAM VERITATIS
v.7. » PERVENIENTES. ANNOTATIO DECIMA QVINTA; DE INEXPVGNABILITATE ECCLESIÆ: Sed vltra non proficient. INSIPIENTIA enim eo-
v.9. » rum manifeſta erit omnibus, SICVT ET ILLORVM FVIT: Ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον· ἡ γὰρ ΑΝΟΙΑ αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσι, ΩΣ ΚΑΙ Η ΕΚΕΙΝΩΝ ΕΓΕΝΕΤΟ. Exitus enim omnium Hæreſeôn ac Schiſmatum, vt Fabulæ: vnde Theodoretus DE HÆRETICORVM FABVLIS, non minùs ingenioſè quàm doctè ſcripſit, ac Opus ſuum Controuerſiarum inſcripſit. Scilicet agnoſcitur Antiquitas, vapulat Nouitas; & in Pace dum redit Vnitas, accipitur Veritas. Verùm vberrimè tractatus & hic à nobis locus eſt, tum initio, cùm DE HÆRESI ET SCHISMATE actum eſt; tum vbi proximè ex Lirinenſi tam multa allata ſunt. Illud vnum
» moneo, me rectè intelligentibus ſat ſubindicaſſe, his verbis; SICVT ET
» ILLORVM FVIT, Miraculis fugari, prorſuſque tandem debellari, tam Schiſma quàm Hæreſim; haud ſecus ac Magorum Iannæ & Mambræ Superbia, Aaronis ſignis, plagiſque Moſis, tandem deuicta eſt. ANNOTATIO DECIMA SEXTA; TRIA IN EPISCOPO POTISSIMVM SPECTANDA: VIDELICET DOCTRINAM, ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΝ· INSTITVTIONEM, ΑΓΩΓΗΝ· (ID EST, TAM VIVENDI MODVM QVAM INSTITVENDI RATIONEM) ET PROPOSITVM, ΠΡΟΘΕΣΙΝ, (SIVE, QVEM EPISCOPVS IN MVNERE APOSTOLICO, ET IN OMNI ACTIONE TANQVAM SVI NOMINIS MEMOR PROPONERE SIBI DEBET SCOPVM, VIDELICET NON PRIVATA COMMODA, SED GLORIAM DEI PER
v.10. » CHRISTVM:) Tu autem aſſequutus es meam DOCTRINAM, INSTITV-
» TIONEM, PROPOSITVM: Σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου ΤΗ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ, ΤΗ ΑΓΩΓΗ, ΤΗ ΠΡΟΘΕΣΕΙ. Quarum Trium (quæ præcipuæ ſunt Epiſcopalium Virtutum) numero ſi Quatuor ſequentes addideris, pulcrum ſanè Spiritus Septenarium efficies: & hoc ordine iā perfectè numerabis, vt ad numerum Sacramentorum quæ cuncta vnus ſoluſque Epiſcopus tractat, Primā ponas, DOCTRINAM, Διδασκαλίαν, quæ Ordini; Secūdam, INSTITVTIONEM, Ἀγωγήν, quæ Matrimonio; Tertiam, PROPOSITVM, Πρόθεσιν, quæ Confirmationi: Quartam; FIDEM, Πίστιν: quæ Baptiſmo; Quintam; LONGANIMITATEM, Μακροθυμίαν, quæ Extremæ Vnctioni: Sextam, DILECTIONEM, Ἀγάπην; quæ Euchariſtiæ; Septimam Patientiam, Ὑπομονήν, quæ Pœnitentiæ reſpondet. Vbi FIDES, hoc loco, animi Conſtantia eſt, atque Fiducia in rebus agendis; LONGANIMITAS, Lenitas erga Perſecutores & Aduerſarios Veritatis, quos proximo capite
2.Tim.2. » Epiſcopum CVM MODESTIA CORRIPIENTEM, Ἐν πρᾳότητι παιδεύοντα,
v.25. » feci; DILECTIO, ſiue Charitas erga quoſcumque; PATIENTIA, in tolerandis aduerſis & malis, & exſpectandis proſperis ac bonis. ANNOTATIO DECIMA SEPTIMA; DE DEPOSITO TRADITIONIS ET INTELLIGENTIÆ SCRIPTVRARVM; OMNINOQVE REFERRE IN FIDE A QVO DIDICERIS; NEC PVEROS ARCENDOS A LECTIONE SCRIPTVRÆ SA-

CRÆ, ETIAM SVB MATRE, AVT AVIA, (QVOD VERISIMILE EST A II. TIM. III.
TIMOTHEO FACTITATVM, CVI PATER GENTILIS ERAT, QVI NEC
EVM FVERAT PASSVS CIRCVNCIDI) MODO SECVNDVM REGVLAM
ECCLESIASTICAM TALES SINT PERSONÆ QVÆ COGNOSCANTVR
NON EX HVIVSMODI LECTIONE DAMNVM, SED FIDEI ET PIETA-
TIS AVGMENTVM CAPERE POSSE; NEC SOLVM PAROCHIS ECCLE-
SIARVM, VERVMETIAM EPISCOPIS, QVANTVMCVMQVE DOCTIS, AD-
HVC STVDIO SACRARVM LITERARVM OPVS ESSE: Tu verò PERMA- « v. 14.
NE in iis quæ didicisti, & CREDITA sunt tibi; sciens A QVO didiceris: & «
quia AB INFANTIA Sacras Litteras nosti, QVÆ TE POSSVNT INSTRVE- «
RE AD SALVTEM, per Fidem quæ est in Christo Iesu: Σὺ δὲ μένε, ἐν οἷς ἔ- «
μαθες καὶ ἐπιστώθης, εἰδὼς παρὰ τίνος ἔμαθες· καὶ ὅτι ΑΠΟ ΒΡΕΦΟΥΣ τὰ Ἱερὰ Γράμ-
ματα οἶδας, ΤΑ ΔΥΝΑΜΕΝΑ ΣΕ ΣΟΦΙΣΑΙ ΕΙΣ ΣΩΤΗΡΙΑΝ, διὰ πίστεως τῆς
ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Nec tunc certè verendum erat, vt quod hodie superbi
Hæretici loquuntur, dum sua proferunt sine Magistro somnia, mihi «
quis responderet; Quid refert à quo didicerim, quando Scripturas ha-
beo, ex quibus discere possim, Magistrum habens Spiritum Sanctum?
Et certè, si quis alius, ipse Timotheus potuisset, Sacrarum Litterarum à
puero perstudiosus. Ast alia est in Schola Christi, & Auctoritas Magi-
stri, & Fides Depositi. ANNOTATIO DECIMA OCTAVA; QVATVOR
PRÆCIPVA EPISCOPI ET DOCTORIS ECCLESIASTICI OFFICIA SVNT:
QVORVM PRIMVM EST, VERITATEM FIDEI CHRISTIANÆ DOCERE;
SECVNDVM, ERRORES FIDEI CONTRARIOS REFELLERE; TERTIVM,
DEPRAVATOS MORES CORRIGERE; QVARTVM, AD IVSTITIAM, ID
EST, AD IVSTAM SANCTAMQVE VITÆ CONVERSATIONEM, INSTI-
TVERE; ET QVOD HÆC QVADRVPLEX SIT SACRÆ SCRIPTVRÆ
VTILITAS: Omnis Scriptura Diuinitus inspirata vtilis est ad DOCEN- « v. 16.
DVM, ad ARGVENDVM, ad CORRIGENDVM, (Ambrosianus, AD REDIN- «
TEGRATIONEM, legit) ad ERVDIENDVM in Iustitia; VT PERFECTVS sit «
HOMO DEI, ad omne OPVS BONVM instructus: Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, «
καὶ ὠφέλιμος πρὸς ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΝ, πρὸς ΕΛΕΓΧΟΝ, πρὸς ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΝ,
πρὸς ΠΑΙΔΕΙΑΝ τὴν ἐν Δικαιοσύνῃ· Ἵνα ΑΡΤΙΟΣ ᾖ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν
ΕΡΓΟΝ ΑΓΑΘΟΝ ἐξηρτισμένος. Qui ergò Perfectum Opus DE OFFICIO
EPISCOPI quęrit, non aliunde quàm in Litteris Sacris quęrat; quæ cun-
cta exhibet officia Pastoris, cunctaque aut per se, aut per eos ad quos
remittit, interpretatur ac explanat. ANNOTATIO DECIMA NONA;
PRÆDICATIONEM VERBI PRIMO LOCO APOSTOLICE NOMINARI, II. TIM. IV.
QVOD ID SIT PRÆCIPVVM EPISCOPI MVNVS, VT RECTE VLTIMA
OECVMENICA SYNODVS TRIDENTI HABITA, SESSIONE QVINTA,
CAPITE SECVNDO DE REFORMATIONE, ET SESSIONE VIGESIMA
QVARTA, CAPITE QVARTO, DE REFORMATIONE, DECLARAT: Testi- « v. 1.
ficor coram Deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, «
PER Aduentum ipsius & REGNVM eius: Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγώ, ἐνώπιον τοῦ «
θεοῦ, καὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς ΚΑΤΑ τὴν Επιφά-
νειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ αὐτοῦ. Quo loco ea quæ continuò sequuntur, « v. 2.
addes; videlicet, Argue, Obsecra, Increpa; (quorum vltimum Gręcè per
EXHORTARE verti potest, vt & ipse Ambrosianus legit;) Quatuor Epi-

II.TIM.IV. ſcopalis Officij Partes explicatas habes, quas proximè cõmemoraui, &
quidem eodem ſeruato ordine, ſecundùm Lectionem Gręcá, videlicet;
PRÆDICA, Κήρυξον· ARGVE, Ἔλεγξον· INCREPA, Ἐπιτίμησον· EXHORTA-
RE, Παρακάλεσον. Quæ cuncta in Epiſcopo duæ præſtantiſſimæ Epiſco-
pales Virtutes perficiunt; nimirum Patientia, non quæ SVFFERENTIA,
Ὑπομονὴ, ſed quæ LONGANIMITAS ſeu LENITAS, Μακροθυμία· & DO-
CTRINA, Διδαχή· ſine qua nemo DOCTOS REGES, nemo PER RE-
GNVM, Κατὰ Βασιλείας, flectere ad ſalutem ac SANAM DOCTRINAM poſ-
v.3. » ſit. Erit enim tempus cùm SANAM DOCTRINAM non ſuſtinebunt: Ἔσται
γὰρ καιρὸς, ὅτε τῆς ΥΓΙΑΙΝΟΥΣΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ οὐκ ἀνέξονται). ANNOTATIO
VIGESIMA; QVAM SIT ECCLESIÆ PERNICIOSVM, EPISCOPOS AC
PASTORES, VNIVS PLEBIS AC VVLGI SVFFRAGIIS ELIGI: AC VERE
SIMONIANOS DICENDOS EOS QVOS HOC SÆCVLO POPVLI AD SVA
v.4. » DESIDERIA SIBI MAGISTROS COACERVANT: Sed ad ſua deſideria
» COACERVABVNT ſibi Magiſtros, PRVRIENTES AVRIBVS: Et A VERI-
» TATE quidem auditum auertent, AD FABVLAS autem conuertentur:
Ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ΕΠΙΣΩΡΕΥΣΟΥΣΙ Διδασκάλους, κνη-
θόμενοι τὴν ἀκοήν· Καὶ ΑΠΟ ΜΕΝ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ΕΠΙ δὲ
τοὺς ΜΥΘΟΥΣ ἐκτραπήσονται). Notát primá parté hoc loco ſtudioſè Græci:
additque Theophylactus, quod vulgus nihil pro ratione facit, ſed eos
qui cupiditatibus ipſius conſentiant, euehit, quique ad voluptatem &
gratiam omnia & dicant & agant, hos eligit ac promouet. Tales in-
primis fuere quicumque è Schola Simonis prodierunt: tales ſunt &
hac ætate Lutherani, & quotquot ferè poſt Lutherum noui Docto-
res emerſerunt; vtpote qui vno ore, præſcripta Eccleſiæ Ieiunia, Vota
Monaſtica, & quicquid eſt Piarũ Obſeruationum, & Eccleſiaſticarum
Legum, contemnunt. ANNOTATIO VIGESIMA PRIMA; PRIMAS
AC PRIMARIAS EPISCOPI PARTES IN PRÆDICATIONE VERBI ES-
SE, OPVSQVE EPISCOPALE APOSTOLICE DICI OPVS EVANGELI-
STÆ; QVALE NVNC REPRÆSENTATVR AD ANGLOS PAVLI PRÆ-
v.5. » DICANTIS: Opus fac Euangeliſtæ, Miniſterium tuum imple: ΕΡΓΟΝ
ποίησον ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΟΥ, τὴν διακονίαν σου ΠΛΗΡΟΦΟΡΗΣΟΝ. ANNOTATIO
VIGESIMA SECVNDA; PER CORONAM IVSTITIÆ, ET IVSTVM IV-
DICIVM, AC REDDENDI VERBVM, APERTE REFELLI HÆRETICOS,
QVI MERITA BONORVM OPERVM AVDIRE NON SVSTINENT, O-
STENDITVRQVE EOS VEHEMENTER DETRAHERE BONITATI DEI,
QVÆ NOSTRORVM EFFECTRIX EST MERITORVM: ET QVOD OR-
THODOXA EST CATHOLICORVM DOCTRINA, ADSTRVENTIVM,
TANTAM ERGA NOS ESSE DEI BONITATEM, VT NOSTRA VELIT ES-
SE MERITA, QVÆ SVNT IPSIVS DONA; ET QVOD PRO HIS QVÆ IPSE
LARGITVS EST, ÆTERNA PRÆMIA SIT DONATVRVS, VT HABET
DECRETALIS EPISTOLA CÆLESTINI PONTIFICIS AD EPISCOPOS
GALLIÆ: CVIVS VERBA CONCILIVM GENERALE VLTI-
MVM, SESSIONE SEXTA, CAPITE DECIMO SEXTO,
v.8. » REPETIT: In reliquo repoſita eſt mihi CORONA IVSTITIÆ,
» quam REDDET mihi Dominus in illa Die IVSTVS IVDEX, non ſo-
» lùm autem mihi, ſed & iis qui diligunt Aduentum, (Græcè, Epipha-

niam siue Apparitionem, Ἐπιφάνειαν) eius: Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ ΤΗΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ ΣΤΕΦΑΝΟΣ, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ ΔΙΚΑΙΟΣ ΚΡΙΤΗΣ· οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ΕΠΙΦΑΝΕΙΑΝ αὐτοῦ. Etenim si Christus, vt Iustus Iudex, & Paulo, & omnibus Electis Coronam Iustitiæ pro Fide seruata, cursuque consummato, redditurus est; est igitur per Sanguinem Christi in his Operibus ratio meriti, respectu eiusdem Coronæ. Porrò CORONA IVSTITIÆ ea est, quam tuus, REX IACOBE, Iacobus CORONAM VITÆ, τὸν Στέφανον τῆς Ζωῆς, appellat. At cur, inquies, vocas CORONAM IVSTITIÆ, quæ est CORONA MISERICORDIÆ? canente Psalmista: QVI CORONAT TE IN MISERICORDIA ET MISERATIONIBVS. Sed ista non minùs consentiunt, quàm quòd in Scripturis Vita Æterna, nunc MERCES, nunc GRATIA vocatur: Merces quidem, quia pro meritis Bonorum Operum datur; Gratia verò, quoniam hæc ipsa merita sunt Dei dona. sic eadem Vita Æterna, CORONA IVSTITIÆ est; quia legitimè certanti, ex promissione Dei debetur CORONA MISERICORDIÆ: quia nec certare legitimè posset homo, nisi Deus daret; nec AD CORONAM peruenire, nisi lapsus & errata certando commissa, misericorditer idem Agonotheta Dominus condonaret. Consule Augustinum, libro de Gratia & Libero Arbitrio; & de Correptione & Gratia, & Homiliâ decimâ quartâ inter Quinquaginta: quibus locis, huius nostri Apostolici loci, Catholico quem exposuimus sensu, Interpretem agit. ANNOTATIO VIGESIMA TERTIA; EPISCOPOS A SVIS ECCLESIIS, AD TEMPVS POSSE ABESSE, OB GRAVES CAVSAS: Festina ad me venire citò: Σπούδασον ἐλθεῖν πρός με ταχέως. Græcè, Σπούδασον, id est, Stude, da operam; nempe vt citò ad me venias. Et rectè quidem illud quod dixi documentum hinc hauriunt Theologi, qui Timotheum, quem Asianis Ecclesiis Episcopum præfeceram, Romam ad me aduocatum cernunt. ANNOTATIO VIGESIMA QVARTA; DE RITIBVS ECCLESIÆ, VESTE SACRIFICALI, AC RITVALIBVS ET SACRIFICALIBVS LIBRIS, AC SACRIS BIBLIOTHECIS, AD EPISCOPALES VSVS: PENVLAM, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens adfer tecum, & LIBROS, maximè autem MEMBRANAS: Τὸν ΦΕΛΟΝΗΝ, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος, φέρε· καὶ τὰ ΒΙΒΛΙΑ, μάλιστα δὲ τὰς ΜΕΜΒΡΑΝΑΣ. Sed nihil huius loci intactum reliquimus, cùm initio Apostolicum locum DE SACRIFICIO tractauimus. Vna tantùm, quam in Titulo attigimus, videbatur desiderari posse SACRARVM BIBLIOTHECARVM Apostolica Commendatio, in quibus, quantumcumque doctis, Episcopis quanta meditatione insudandum, soli ignari non intelligunt, dum grauissimum illud Publicæ Pietatis onus, segni Priuatæ Pietatis specie, magno Christianæ Veritatis damno, abiiciunt, ac Depositum Episcopali Curæ commissum alienis manibus turpiter atque infideliter contrectandum, immo adulterandum, relinquunt; vnde Schismata prodeunt, vnde Hæreses nascuntur. Nulla enim latior patuit ad Schismata atque Hæreses via,

Marginal notes: « II. TIM. IV. — Iac. I. v. 12. — Psal. 102. v. 4. — « 2. Tim. 4. v. 9. — « v. 13. «

II. TIM. IV. quàm cùm ab Episcopis ad simplices Sacerdotes deuoluta est Cómendatio Doctrinæ; & cùm non à Patribus, sed à Pædagogis requirendus fuit Filiorum Panis. ANNOTATIO VIGESIMA QVINTA; DE VITANDIS
v. 15. » HÆRETICIS ET SCHISMATICIS: Quem & tu deuita, valde enim restitit
» verbis nostris: Ὃν καὶ σὺ φυλάσσου· λίαν γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις. Græcum illud, φυλάσσου, idem innuit, ac si dicas, Obsetua, & Caue tibi ab illo. quo quidem verbo & Lucas, Actuum vigesimo primo, vsus est,
Act. 21. v. 25 » vbi Latinè habetur: Vt abstineant se ab idolis immolato: Εἰ μὴ, φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό, τε εἰδωλόθυτον & reliqua. Ex quo dicimus, Hæreticos ob eam potiùs causam cauendos esse, quia falsa docent, quàm quia temporaliter nocent. ANNOTATIO VIGESIMA SEXTA; PAV-
2. Tim. 4. » LVS PRÆDICANS: In prima mea Defensione nemo mihi adfuit, sed
v. 16. » omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem mi-
» hi adstitit & confortauit me, VT PER ME PRÆDICATIO IMPLEA-
» TVR, ET AVDIANT OMNES GENTES: & liberatus sum de ore LEO-
» NIS. Liberauit me Dominus ab omni opere malo; ET SALVVM
» FACIET IN REGNVM SVVM CÆLESTE: cui Gloria in sæcula sæ-
» culorum. Amen: Ἐν τῇ πρώτῃ μου ΑΠΟΛΟΓΙΑ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· μὴ αὐτοῖς λογισθείη. Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ΙΝΑ ΔΙ ΕΜΟΥ ΤΟ ΚΗΡΥΓΜΑ ΠΛΗΡΟΦΟΡΗΘΗ, ΚΑΙ ΑΚΟΥΣΗ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΘΝΗ· καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος ΛΕΟΝΤΟΣ. Καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, ΚΑΙ ΣΩΣΕΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ ΑΥΤΟΥ ΤΗΝ ΕΠΟΥΡΑΝΙΟΝ· ᾧ ἡ Δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας

CAP. LV. EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Hactenus DECIMA Epistola nostra, siue ad Timotheum Secunda. VNDECIMA, AD PHILIPPENSES data est, quorum Ciuitas à Philippo Macedonum Rege, Conditore suo, nomen accepit. Macedones verò esse, & ex ea Prouincia primos Apostoli Pauli ministerio fuisse vocatos, & conuersos ad Fidem Christi, idque non sine manifesta significatione
Act. 16. v. 10. voluntatis diuinæ, docet Actorum Apostolicorum liber, capite decimo sexto. Cùm ergo Paulus Romam profectus, ibidem, vt iamiam ex Timotheana secunda didicimus, esset in Vinculis; ea re audita Philippenses, quo in Apostolum suum erant affectu, per Epaphroditum, ad eum subsidium pecuniarium mittunt, quo se sustentet; sicut ante fecerant Thessalonicæ agenti: quod vtrumque Paulus ipse sub finem Epistolæ diligenter commemoro. Itaque ad eos è vinculis (quorum disertè ac præclarè primo capite memini) post PRIMAM DEFENSIONEM meam, secundo quo Romam veneram Anno, per eundem Epaphroditum hanc Epistolam misi, quæ multam omnino laudem & commendationem Philippensium continere t. Certè esse scriptam post secundam nostram Timotheanam, ex se-
Philip. 2. » cundo capite patet, vbi Timotheum meum esse significans, dixi: Spero
v. 19. » autem in Domino Iesu, me Timotheũ citò missurum ad vos. Et quoniam ipsa è vinculis monita, Apostolica Monita sunt ad retinendam Fidem, Romana nostra Præcepta atque Mandata ad Philippenses, ordine solito colligamus atque colligemus, VINCVLAQVE appel-

lemus. VINCVLVM APOSTOLICÆ FIDEI PRIMVM; ECCLESIASTICA HIERARCHIA: Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, Omnibus Sanctis in Chriſto Ieſu qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis & Diaconis: Παῦλος καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς Ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις σὺν Ἐπισκόποις, καὶ Διακόνοις. Chryſoſtomus & Theophylactus, necnon Oecumenius, vt ex eius Commentario apparet, (licèt Interpres eius, in morem Vulgatæ Editionis Latinæ, CVM EPISCOPIS verterit) Συνεπισκόποις, id eſt, COEPISCOPIS, vno verbo Græco legunt; quod nunc vulgò in duo diſtinguitur, Σὺν Ἐπισκόποις, id eſt, CVM EPISCOPIS. vt ſenſus ſit; Paulum & Timotheum, tanquam Epiſcopos, OMNIBVS SANCTIS COEPISCOPIS ET DIACONIS Philippenſium ſcribere: quo modo Petrus è diuerſo Preſbyteros compellans, capite quinto Epiſtolæ ſuæ Prioris, ſe eorum Compreſbyterum vocat ſeu Conſeniorem, vt Vulgata Verſio habet; quo loco Συμπρεσβύτερος Græcè eſt. Ex horum igitur ſententia auctorum, AD CLERVM duntaxat, & non etiam AD POPVLVM PHILIPPENSEM, ſcribitur: ſiue non ad omnes Fideles qui Philippis erant, ſed ad ſolos in Eccleſiaſtico munere conſtitutos, Epiſcopos ſcilicet congregatos, & Diaconos, quos iidem generali nomine CLERICOS appellant. Id autem factum propterea exiſtimant, quòd non Vniuerſa Philippenſium Eccleſia, ſed Clerus eorum Litteras & munera ad Paulum per Epaphroditum Epiſcopum ſuum miſiſſet. Et certè præter Apoſtolicum Decorum eſſet, ſalutare primò Populum, ac deinde Clerum; quandoquidem & Publicæ Honeſtatis ratio, & rectus ordo poſtulat, vt primùm Epiſcopi & Diaconi nominentur, deinde Fideliũ Multitudo.

« PHILIP. I. « v.1. «

1. Pet. 5. v. 1.

VINCVLVM SECVNDVM; GRATIÆ FRVCTVM TOLLERE, QVI BONA OPERA TOLLVNT; CVM BONVM OPVS ET SANCTA CONVERSATIO AB INITIO VSQVE AD FINEM SIT A DEO, IN NOBIS OPERANTE: Cõfidens hoc ipſum, quia qui COEPIT in vobis OPVS BONVM, PERFICIET vſque in Diem Chriſti Ieſu: ſicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis, eo quòd habeam vos IN CORDE ET IN VINCVLIS meis, & in DEFENSIONE & Confirmatione EVANGELII, SOCIOS GAVDII (Græcè, GRATIÆ, vt Vulgati noſtri Interpretis Græcus Codex, Χαρᾶς, non Χάριτος, habuiſſe putandus ſit) MEI omnes vos eſſe: Πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ΕΝΑΡΞΑΜΕΝΟΣ ἐν ὑμῖν ΕΡΓΟΝ ΑΓΑΘΟΝ, ΕΠΙΤΕΛΕΣΕΙ ἄχρις Ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ· Καθώς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν, ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς Δεσμοῖς μου, καὶ τῇ ΑΠΟΛΟΓΙΑ, ᾗ Βεβαιώσει τοῦ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ, συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. Vtitur hoc Apoſtolico meo loco Auguſtinus, libro de Correptione & Gratia; & libro ſecundo Contra Litteras Pelagianorum. quem ſequuti Concilij Tridentini Patres, Seſſione ſexta, capite decimo tertio; Deus enim (inquiunt) niſi ipſi homines, illius Gratiæ defuerint, ſicut COEPIT Opus Bonum, ita Perficiet, operans Velle & Perficere. Vbi cùm addunt, NISI IPSI ILLIVS GRATIÆ DEFVERINT; non negant quin hoc ipſum ſit Gratiæ Dei, quòd quis eius Gratiæ non deſit; immo hoc ſignificatum voluerunt, per hoc

« v.6. « « « « « « « «

« « «

PHILIP. I. quòd subiungunt, OPERANS VELLE ET PERFICERE: sed eâ particula interposita contra falsum intellectum Hæreticorum, declarare voluerunt, Deum non in omnibus in quibus Cœperit Bonum Opus, etiam Perficere; nimirum in illis qui Gratiæ Dei semel acceptæ desunt: tametsi & illud ipsum, non deesse Gratiæ Dei, proculdubio eiusdem Gratiæ beneficium sit, vtpote pertinens ad ipsius Perseuerantiæ Donum. Itaque Bona Opera, vel (vt Chrysostomo, Oecumenio, Theophylacto, placet,) Eleemosynæ Opus, sequentibus verbis à me FRVCTVS IVSTITIÆ, Καρποὶ Δικαιοσύνης, dicuntur: FRVCTVS quidem, quia delectationem pariter salutemque operantibus adferant; IVSTITIÆ verò, tanquam arboris à qua procedunt. Vnde Matt. 6. v. 1. in Euangelio secundùm Matthæum, capite sexto, Eleemosyna IVSTITIA vocatur. Ex quo fit, vt facilè intelligatur, me FRVCTVM IVSTITIÆ appellasse Actualem Iustitiam, quæ in Bonis Operibus consistit, v. 11. » cū dixi: REPLETI FRVCTV IVSTITIÆ PER IESVM CHRISTVM, IN GLO- » RIAM ET LAVDEM DEI. VINCVLVM TERTIVM; NEC VERBI NEC SA- v. 18. » CRAMENTORVM VIM PENDERE A MALITIA MINISTRI: Quid enim? » dum OMNI MODO, siue PER OCCASIONEM siue PER VERITATEM » Christus annuncietur, ET IN HOC GAVDEO, SED ET GAVDEBO: Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε ΠΡΟΦΑΣΕΙ, εἴτε ΑΛΗΘΕΙΑ, Χριστὸς καταγγέλλεται· καὶ ἐν τούτῳ Χαίρω, ἀλλὰ καὶ Χαρήσομαι. Pulcrè docet Augustinus duobus præcipuè locis, nempe vigesimo secundo contra Faustum, & libro secundo contra Epistolam Parmeniani, adducta etiam similitudine de Coniugio; ex quo sequitur Proles, quocumque animo atque intentione Coniuges sibi misceantur. Item de Agricultura; cuius fructum, Agricolarum malitia non impedit. Ex quibus videre est, quàm falsum sit quod in suis Prolegomenis scripsit Ioannes Brentius, eum qui Spiritu Christi caret, cum fructu Verbum Dei prædicare non posse. Quod si ita foret, non Christus Iudam cum cæteris Apostolis ad prædicandum misisset; nec Paulus alibi diceret: 1. Cor. 9. v. vlt. » Ne forte cùm aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar; primæ Co- » rinthiorum nono. VINCVLVM QVARTVM; DE BONO MORTIS: Philipp. 1. v. 21. » Mihi enim Viuere Christus est; & MORI, LVCRVM: Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος. Rationem reddit, libro quem DE BONO MORTIS inscripsit, Ambrosius; Quia generaliter Mors omnibus Iustis est Transitus ad Vitam, licèt eam non statim omnes consequantur, vt qui purgandum aliquid secum auferunt. quod in ETHICO siue MORALI DIGRESSIONE sui Commentarij, in hunc locum disertè tradit Chrysostomus: affirmans, inter alia ab Apostolis sancitum esse, vt in Celebratione Mysteriorum, Memoria Defunctorum fiat. Non frustra hæc (inquit) AB APOSTOLIS sunt legibus constituta; VT IN VENERANDIS, inquam, ATQVE HORRIFICIS MYSTERIIS MEMORIA EORVM FIAT, QVI DECESSERVNT. Nouerant hinc multum ad illos lucri accedere, multum vtilitatis. Eo ENIM TEMPORE, QVO VNIVERSVS POPVLVS STAT MANIBVS PASSIS, AC COETVS SACERDOTALIS, ET ILLVD HORROREM VE-

NERATIONIS PLENVM INCVTIENS SACRIFICIVM; QVOMODO « PHILIP.I.
DEVM NON PLACABIMVS PRO ISTIS ORANTES? Atque id qui- «
dem, DE IIS QVI IN FIDE DECESSERVNT. CATECHVMENI verò «
neque hac dignantur consolatione; sed omni auxilio sunt destituti, «
VNO quodam excepto. Quale verò hoc? LICET PAVPERIBVS PRO «
IPSIS DARE, ATQVE HINC ALIQVID PERCIPIVNT REFRIGERA- «
TIONIS. Vult enim Deus nos nobis mutuum auxilium adferamus. «
ECQVID ENIM ALIVD CAVSÆ SIT, QVAMOBREM PRO PACE «
ET BONO MVNDI STATV PRECARI IVSSERIT? QVAMOBREM «
PRO OMNIBVS HOMINIBVS? Οὐκ εἰκῆ ταῦτα ἐνομοθετήθη ΥΠΟ ΤΩΝ «
ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ, ΤΟ, ΕΠΙ ΤΩΝ ΦΡΙΚΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΜΝΗΜΗΝ
ΓΙΝΕΣΘΑΙ ΤΩΝ ΑΠΕΛΘΟΝΤΩΝ. ἴσασιν αὐτοῖς πολὺ κέρδος γινόμενον, πολλὴν
τὴν ὠφέλειαν. ΟΤΑΝ ΓΑΡ ΕΙΣΤΗΚΕΙ ΛΑΟΣ ΟΛΟΚΛΗΡΟΣ, ΧΕΙΡΑΣ
ΑΝΑΤΕΙΝΟΝΤΕΣ, ΠΛΗΡΩΜΑ ΙΕΡΑΤΙΚΟΝ, ΚΑΙ ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ Η ΦΡΙ-
ΚΤΗ ΘΥΣΙΑ, ΠΩΣ ΟΥ ΔΥΣΩΠΗΣΟΜΕΝ ΥΠΕΡ ΤΟΥΤΩΝ, ΤΟΝ
ΘΕΟΝ ΠΑΡΑΚΑΛΟΥΝΤΕΣ; ἀλλὰ τοῦτο μὲν ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΠΙΣΤΕΙ ΠΑ-
ΡΕΛΘΟΝΤΩΝ. οἱ δὲ ΚΑΤΗΧΟΥΜΕΝΟΙ, οὐδὲ ταύτης ἀξιοῦνται τῆς παραμυ-
θίας, ἀλλ' ἀπεστέρηνται πάσης τοιαύτης βοηθείας· πλὴν ΜΙΑΣ τινός. ποίας δὴ ταύ-
της; ΕΝΕΣΤΙ ΠΕΝΗΣΙΝ ΥΠΕΡ ΑΥΤΩΝ ΔΙΔΟΝΑΙ, ΚΑΙ ΠΟΙΕΙ ΤΙΝΑ
ΑΥΤΟΙΣ ΠΑΡΑΨΥΧΗΝ ΤΟ ΠΡΑΓΜΑ. καὶ γὰρ παρ' ἀλλήλων ἡμᾶς ὠφελεῖσθαι
βούλεται ὁ θεός. ΔΙΑ ΤΙ ΓΑΡ ΥΠΕΡ ΕΙΡΗΝΗΣ, ΚΑΙ ΕΥΣΤΑΘΕΙΑΣ ΤΟΥ
ΚΟΣΜΟΥ ΕΚΕΛΕΥΣΕΝ ΕΥΧΕΣΘΑΙ; ΔΙΑ ΤΙ ΥΠΕΡ ΠΑΝΤΩΝ ΑΝΘΡΩ-
ΠΩΝ. VINCVLVM QVINTVM; ANIMAS SANCTORVM EX HAC VITA
SINE PECCATO MIGRANTIVM, STATIM POST MORTEM ESSE CVM
CHRISTO: ET, SICVT APOCALYPSIS VIGESIMO DICITVR, REGNARE Apoc.20.v.4.
CVM CHRISTO: QVOD OBSERVANDVM IN PRIMIS CONTRA ANA-
BAPTISTARVM ERROREM, QVI ANIMAS VSQVE AD RESVRRECTIO-
NEM CORPORVM DICVNT SOPORE QVODAM PRESSAS, NEC IN
BONIS ESSE, NEC IN MALIS: Desiderium habens DISSOLVI, & ESSE « Philipp.1.
CVM CHRISTO: multo magis melius: Τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ΑΝΑ- « v.23.
ΛΥΣΑΙ, καὶ ΣΥΝ ΧΡΙΣΤΩ ΕΙΝΑΙ. πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. Quis enim «
non cernat rectè ac solidè ex his Apostolicis meis verbis probari,
Animas Sanctorum, ante Generalem Resurrectionem Beata Dei Vi-
sione frui; quemadmodum tam Græci quàm Latini Patres Inter-
pretati sunt? Quod notandum propter alia quædam apud Græcos
Auctores loca, quæ Lectori parum attento, diuersum sonare vi-
deantur. VINCVLVM SEXTVM; DE SCHISMATE FVGIENDO, ET
SARCIENDA CONCORDIA: Si qua ergo CONSOLATIO (EXHORTATIO, « PHILIP.II.
legit Ambrosianus; quod vtrumque vox Græca, Παράκλησις, sonat) v.1.
IN CHRISTO, si quod SOLATIVM CHARITATIS, si qua SOCIETAS «
(Græcè, COMMVNIO, Κοινωνία, pro qua PARTICIPATIO in Ambro-
siano est) SPIRITVS; si qua VISCERA MISERATIONIS: (Græcè, VISCE- «
RA AC MISERATIONES, σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί. quod & multi Latini
Codices Manuscripti, præter Ambrosianum, retinent) Implete GAV- «
DIVM MEVM, VT IDEM sapiatis, EAMDEM Charitatem habentes, «
VNANIMES, ID IPSVM SENTIENTES: nihil PER CONTENTIONEM «
(apud Ambrosianum, IRRITATIONES; & vox eadem Græca est ἐρι-

PHILIP. II. ϑείαν, quam noster Interpres, secundæ Corinthiorum duodecimo,
» DISSENSIONES;& Galatarum quinto, RIXAS vertit) neque per Ina-
» nem Gloriam, sed IN HVMILITATE SVPERIORES SIBI INVI-
» CEM ARBITRANTES: Non quæ sua sunt singuli CONSIDERANTES,
» sed ea quæ aliorum. Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo
» Iesu: Εἴ τις οὖν Παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τι Παραμύθιον Ἀγάπης, εἴ τις Κοι-
νωνία Πνεύματος, εἴ τινα Σπλάγχνα, καὶ Οἰκτιρμοί· Πληρώσατέ ΜΟΥ ΤΗΝ
ΧΑΡΑΝ, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες, ΣΥΜΨΥΧΟΙ, ΤΟ ΕΝ
φρονοῦντες, Μηδὲν κατ᾽ ἐριθείαν, ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ ΤΗ ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΣΥΝΗ,
ΑΛΛΗΛΟΥΣ ΗΓΟΥΜΕΝΟΙ ΥΠΕΡΕΧΟΝΤΑΣ ΕΑΥΤΩΝ· Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκα-
στος ΣΚΟΠΕΙΤΕ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος· Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν
Χριστῷ Ἰησοῦ. Locus egregiè exhortatorius ab Exemplo Christi, DE
HVMILITATE ERGA OMNES SERVANDA, DEQVE SALVTE PRO-
XIMORVM ANTEPONENDA PRIVATIS COMMODIS. Vtrumque e-
nim Christus, intet cætera, singulari quodam exemplo, ac modo
quodam excellentissimo, præstitit, qui in Filium Dei competere po-
terat. VINCVLVM SEPTIMVM; DE NOMINE IESV, ET IGNE
v. 10. » PVRGATORIO: VT IN NOMINE IESV OMNE GENV
» FLECTATVR, CÆLESTIVM, TERRESTRIVM ET INFERNORVM:
Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, Ἐπουρανίων, καὶ Ἐπιγείων, καὶ Κατα-
χθονίων. DE AMORE NOMINIS IESV Augustinus, Enarratione Psal-
Ps.103.v.15. » mi centesimi tertij, ad illud; Vt exhilaretur facies eius in oleo: Quo-
» niam (inquit) EXCELLENTISSIMA IN CHRISTO GRATIA APPA-
» RVIT; TOTVS ORBIS EVM DILIGIT; Qui cùm contemptus hîc esset,
» ADORATVR MODO AB OMNI GENTE, quoniam ipsius est REGNVM,
» & ipse dominabitur GENTIVM. TANTA EST ENIM EIVS GRATIA
» VT MVLTI QVI IN EVM NON CREDVNT, LAVDENT EVM: ET
» PROPTEREA DICANT NOLLE IN EVM CREDERE: QVIA NEMO
» POTEST IMPLERE QVÆ IVBET. Amatur tamen ab omnibus, PRÆ-
» DICATVR ab omnibus, QVIA EXCELLENTER VNCTVS. Ex quo
quidem Augustini præconio, pudeat (si quis esse possit Hæresi pu-
dor) pudeat, inquam, cum Ethnicis sentire Sectarios, qui neminem
posse implete quæ iubet, dicere non erubescunt. De Igne autem Pur-
gatorio Innocentius Tertius, Sermone primo De Omnibus Sanctis,
& alij complures, intelligunt hunc locum, cùm putant, Per INFER-
NOS, siue, vt Græcè est, SVBTERRANEOS, καταχθονίους, significari Ani-
mas quæ in Infernis Locis purgantur, quas vtique constat, in no-
mine Iesu, cum omni humilitate genu flectere. Probabilem hunc
Apocal. 5. » commentarium faciunt ex illo quinti Apocalypseos: Et omnem
v. 13. » creaturam, quæ in Cœlo est, & Super terram, & SVB TERRA,
» omnes audiui dicentes; Sedenti in Throno & Agno, Benedictio, Ho-
» nor & Gloria. & quæ sequuntur. Nec enim alij sub terra videntur
esse qui benedicant & glorificent Deum & Agnum, quàm Animæ
Purgatoriis Pœnis detentæ. Nam Dæmones tantum abest vt bene-
dicant, quinimmo maledicunt; vt glorificent, quinetiam blasphe-
mant. Cæteri verò Damnati, aut blasphemant, aut certè non dili-
gunt Deum, vt glorificare & benedicere possint, cùm sint à Deo

auersi. Quanti verò hæc Interpretum Sententia ponderis sit ad probandam, aut saltem declarandam atque confirmandam Antiquam Fidem, vel sola illa frigida titubantis Bezæ responsio in Commentario instar omnium Confessionum est (TACITVRNITAS enim IMITATVR CONFESSIONEM:) PVRGATORIVM AVTEM IGNEM, (inquit) QVI EX HOC LOCO CONSTRVVNT, MIRVM QVOD ITER SVIS PANDANT IN COELVM. Sua ergo Confessione induatur, ac iuguletur necesse est, vtpote si non vltro profitentis, at subindicantis se non itineris errore, sed molestiâ ab aliorum sententia deflectere. PHILIP.II.

VINCVLVM OCTAVVM; INANEM SALVTIS CERTITVDINEM, ET SECVRITATEM, QVA PERNICIOSE BLANDIVNTVR SIBI HÆRETICI, CVM APOSTOLICA DOCTRINA COHÆRERE NON POSSE, ET QVOD OPERA QVÆ PER GRATIAM DEI FIDELES EXERCENT, AD IPSAM SALVTEM PROMERENDAM VALEANT: Cum metu & tremore Salutem vestram operamini: Μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. Allusio est, vt Interpretes agnoscunt, ad secundi Psalmi Regij Paræneticum illum Regium Versiculum ad Reges; Seruite Domino in Timore, & exsultate ei cum Tremore. De quo in ECCLESIA MILITANTE, siue Libro DE IVVANDA ECCLESIA, tam multa superiùs dicta sunt. Vbi autem, iuxta tam Propheticam quàm Apostolicam Scripturam Timor & Tremor exigitur; quæ Otiosa Nouatorum Securitas esse potest? Leo ille, & Nomine & Gloria, & Pontificatu, Magnus, immo Maximus, Sermone octauo De Epiphania Domini: Dicente Discipulis Domino, Sine me nihil potestis facere; dubium non est hominem bona agentem, à Deo habere, & EFFECTVM OPERIS ET INITIVM VOLVNTATIS. Vnde APOSTOLVS COPIOSISSIMVS FIDELIVM COHORTATOR; Cum Timore, inquit, & Tremore, vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & Velle & Operari pro voluntate. ET HÆC SANCTIS, CAVSA EST TREMENDI ATQVE METVENDI, NE IPSIS OPERIBVS PIETATIS ELATI DESERANTVR OPE GRATIÆ, ET REMANEANT IN INFIRMITATE NATVRÆ. Hæc Apostolicè de nostris Apostolicis in Apostolica Sede Apostolicus Vir Leo. v.12. Ps.2.v.11. Ioan.15.v.5.

VINCVLVM NONVM; QVOD VERA SANCTITAS RECTE NVMERETVR INTER NOTAS ECCLESIÆ, NIMIRVM QVATENVS PER BONA ET SANCTA OPERA, QVASI SPLENDORE AC LVMINE SVO FORAS SE PRODIT, ET OCVLIS HOMINVM, ETIAM INFIDELIVM, CONSPICIENDAM PRÆBET, VT VEL INVITI DICERE COGANTVR, QVOD VERE DEVS EST IN NOBIS, VTI PRIMÆ CORINTHIORVM DECIMO QVARTO SCRIPTVM EST: Omnia autem facite SINE MVRMVRATIONIBVS ET HÆSITATIONIBVS: vt sitis sine querela, & SIMPLICES, Filij Dei, sine reprehensione IN MEDIO NATIONIS PRAVÆ ET PERVERSÆ: (Græcè, IN MEDIO GENERATIONIS INCVRVÆ vel TORTVOSÆ, vt Augustinus legit in Psalmum centesimum quadragesimum sextum, ac passim, & PERVERSÆ siue DISTORTÆ,) INTER QVOS LVCETIS (pro LVCETIS, verti etiam potest LVCETE, quomodo Cyprianus legit in Epistola ad Rogatianum Presbyte- 1.Cor.14.v.25. Philipp.2.v.14.

PHILIPP. II. rum, necnon Pelagius in suo Commentario, & Theophylactus pro-
» firetur, Imperatiuum sibi magis placere) VT LVMINARIA IN MVN-
» DO, VERBVM VITÆ CONTINENTES: Πάντα ποιεῖτε χωρὶς ΓΟΓΓΥΣΜΩΝ,
ΚΑΙ ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΩΝ· Ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι, καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἀμώ-
μητα, ΕΝ ΜΕΣΩ ΓΕΝΕΑΣ ΣΚΟΛΙΑΣ, ΚΑΙ ΔΙΕΣΤΡΑΜΜΕΝΗΣ, ἐν οἷς
φαίνεσθε, ΩΣ ΦΩΣΤΗΡΕΣ ΕΝ ΚΟΣΜΩ, ΛΟΓΟΝ ΖΩΗΣ ΕΠΕΧΟΝΤΕΣ.
Expressum atque imitatum ex Verbis Domini, quæ relata in Mat-
Matt. 5. v. 17. » thæi Euangelium sunt: Sic luceat Lux vestra coram hominibus, vt
» videant Opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in Cæ-
» lis est. VINCVLVM DECIMVM; DE LITVRGIA AC SACRO MINI-
Philipp. 2. v. 17. » STERIO SACRIFICII: Sed etsi IMMOLOR supra SACRIFICIVM &
» OBSEQVIVM Fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis.
» Idipsum autem & vos gaudete & congratulamini mihi: Ἀλλ' εἰ καὶ
ΣΠΕΝΔΟΜΑΙ ἐπὶ τῇ ΘΥΣΙΑ καὶ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ τῆς Πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ
συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε, καὶ συγχαίρετέ μοι. Græcè
igitur propriè est, super SACRIFICIO & LITVRGIA Fidei vestræ. Ac
Λειτουργία, Ministerium Sacrum, quale est Sacrificantis, à Latinis Pa-
tribus non infrequenter OBSEQVIVM dicitur. Vnde illud in Ordine
» Apostolico Missæ, siue Incruenti Sacrificij Christianorum: Placeat
» tibi Sancta Trinitas OBSEQVIVM seruitutis meæ. Verùm non re-
cordaris, DOCTISSIME REX, hunc locum, atque huius loci Sacri-
ficalia Verba, cum Sacrificali Allusione ad Mysticum Agendi Apo-
stolicum Ordinem, in Tractatu nostro DE SACRIFICIO, id est, Pri-
ma Parte Quæstionum Controuersarum, abunde supra à nobis ex-
PHILIPP. III. plicata fuisse? VINCVLVM VNDECIMVM; IVDAIZARE QVI SCHI-
SMATIZANT, VT SCHISMATIZASSE QVI IVDAIZABANT; ET AB
APOSTOLO SCHISMATICOS, ET CANES, ET MALOS OPERARIOS, ET
CONCISIONEM QVÆ TEMERE ET CVM DESTRVCTIONE REI FIT;
NON CIRCVMCISIONEM, QVÆ ANTE ET AD REM PVRGANDAM ET
v. 1. » EXPOLIENDAM, EX APOSTOLICO ZELO, DICTOS ESSE: De cætero,
» Fratres MEI, gaudere in Domino. Eadem vobis Scribere mihi quidem
» non pigrum, vobis autem necessarium (Græcè, Ἀσφαλές, id est, Tu-
» tum, siue Securum.) VIDETE CANES, VIDETE MALOS OPERARIOS,
» VIDETE CONCISIONEM. Nos enim sumus CIRCVMCISIO, qui SPI-
» RITV SERVIMVS Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in Car-
» ne fiduciam habentes: Τὸ λοιπὸν, Ἀδελφοί ΜΟΥ, χαίρετε ἐν Κυρίῳ. τὰ αὐ-
τὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ΑΣΦΑΛΕΣ. ΒΛΕΠΕΤΕ τοὺς ΚΥ-
ΝΑΣ, ΒΛΕΠΕΤΕ τοὺς ΚΑΚΟΥΣ ΕΡΓΑΤΑΣ, ΒΛΕΠΕΤΕ τὴν ΚΑΤΑΤΟΜΗΝ.
Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ ΠΕΡΙΤΟΜΗ, οἱ ΠΝΕΥΜΑΤΙ Θεῷ ΛΑΤΡΕΥΟΝΤΕΣ, καὶ
καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ οὐκ ἐν Σαρκὶ πεποιθότες. Ac certè Iudæi
vocabantur CIRCVMCISIO, quemadmodum ex secundo capite Epi-
stolæ nostræ ad Romanos aliisque locis patet; atque eo nomine ipsi
gloriabantur. Verùm haud sum dignatus eos hoc loco nomine
Circumcisionis, tanquam ob Schisma ea appellatione indignos, sed
per contemptum, quadam cum Paronomasia, CONCISIONEM voco.
Circumciditur enim id à quo superfluum aliquid resecatur: Con-
ciditur autem quod in partes minutas scinditur. Erant igitur Iudai-

zantes

zantes illi Concisio, & non Circumcisio : hoc est, Concisi & non Circumcisi ; quia seorsum Circumcisionis Necessitatem prædicantes, Crucem Christi euacuabant, & per hoc, non ad salutem sed ad perniciem, eis sua Circumcisio, velut Concisio quædam erat: de quibus infra dicitur ; Quorum finis interitus. Ex hoc igitur Apostolico loco Catholicis in Vnitate permanentibus licet de Separatis dicere: Videte MALOS OPERARIOS (qui Fidem, non VITAM FIDEI, vt Secundo Libro loquutus est FRATER, ET COOPERATOR, ET COMMILITO MEVS, VESTER AVTEM APOSTOLVS, ET MINISTER NECESSITATIS MEÆ, GREGORIVS; id est, non Mores sed Regulam Fidei, quæ, vti diximus, Irreformabilis est, Reformare se iactitant) videte CONCISIONEM: nos enim sumus CIRCVMCISIO, qui in Vno Spiritu seruimus Deo. VINCVLVM DVODECIMVM ; SECVNDVM APOSTOLVM DVPLICEM ESSE IVSTITIAM; ALTERAM NOSTRAM, QVÆ EST EX LEGE; ALTERAM DEI, QVÆ EX FIDE: NOSTRAM, INQVAM, NON QVÆ IN NOBIS EST, SED QVÆ A NOBIS, SICVT ET DEI IVSTITIAM, QVÆ A DEO EST, NON QVÆ IN DEO, ET QVA DEVS IPSE IVSTVS EST : QVAM DISTINCTIONEM DVM ADVERSARII INTELLIGERE NOLVNT, IN ABSVRDISSIMOS ERRORES PROLABVNTVR: Vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo, non habens MEAM IVSTITIAM quæ EX LEGE est, sed illam, quæ EX FIDE est, Christi Iesu, quæ EX DEO est IVSTITIA IN FIDE: ἵνα Χριστὸν κερδήσω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, μὴ ἔχων ΕΜΗΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ, τὴν ΕΚ ΝΟΜΟΥ, ἀλλὰ τὴν ΔΙΑ ΠΙΣΤΕΩΣ Χριστοῦ, τὴν ΕΚ ΘΕΟΥ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ, ΕΠΙ ΤΗ ΠΙΣΤΕΙ. Ergo hîc sumitur Fides, quatenus opponitur Legi, non quatenus opponitur Charitati: ita vt Iustitia, quæ ex Deo est, sit IN FIDE, vel, (vt etiam verti potest,) SVPER FIDEM: quatenus Fides Gratiam Euangelicam sonat, non quatenus Fides significat solum assensum credendorum. Conferendus hic locus est cum nono decimoque capite Romanorum, vbi similiter & eodem sensu DE DVPLICI IVSTITIA à me disputatum fuit. VINCVLVM DECIMVM TERTIVM ; TRIA ILLA VERBA, (SI QVO MODO,) QVÆ VELVT DVBITANTIS SVNT, NON SOLVM INSINVARE DIFFICVLTATEM PERVENIENDI AD BEATITVDINEM, SECVNDVM ILLVD PETRI; IVSTVS VIX SALVABITVR; VERVM ETIAM SECVRITATEM ET CERTITVDINEM CONSEQVENDÆ SALVTIS EXCLVDERE: SI QVO MODO occurram ad RESVRRECTIONEM quæ est ex Mortuis: Εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ΕΞΑΝΑΣΤΑΣΙΝ τῶν νεκρῶν. Annotát post Chrysostomum Theophylactus & Oecumenius, adducentes ad id confirmandum, duo nostra illa loca ex nono & decimo Corinthiorum Prioris: Qui se existimat stare, videat ne cadat; &: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Hęc ostendunt, Apostolum, quando eā scripsit, nondum suę salutis reuelationem diuinitus habuisse. Quòd si Paulus post tot Labores, Christi nomine susceptos, & post tanta Diuini erga se Amoris indicia, nondum securus erat; falluntur ergo, immò seipsos fallunt miserrimè quotquot hodie certam sibi ipsis salutem, velut ex verbo Dei promittunt. Obseruat Theophylactus hoc loco non esse, Ἀνάστασιν, quo no-

PHILIP.III. « v.19. « Philipp.20. «v.25. « « v.8. « « « v.11. 1.Petri 4.v.18. «1.Cor.10.v.12. «9.v.27.

PHILIPP. III. mine solet in Scripturis RESVRRECTIO significari; sed Ἐξανάστασιν, id est, EXSVRRECTIONEM: qua nimirum ita quippiam resurgit, vt in altum feratur. Hac igitur voce putat propriè significatam esse Resurrectionem Iustorum, qui quidem cùm resurgent, cæteris in terra manentibus, momento in aëra ad Dominum leuabuntur. Quæ obseruatio adeo Theophylacto placuit, vt & in sextum Ioannis, & in decimum Hebræorum idem doceret. VINCVLVM DECIMVM QVARTVM; DE
v.15. » PERFECTIONE VITÆ SPIRITVALIS: Quicumque ergo PERFECTI
» SVMVS, hoc sentiamus: Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν. Nemo tamen viator tam perfectus est, quin ad maiorem perfectionem etiam in hac vita consequendam, semper anniti debeat, vt docet Augustinus Sermone decimo quinto de verbis Apostoli, libro secundo de peccatorum meritis, libro tertio contra duas Epistolas Pelagij, DE PERFECTIONE IVSTITIÆ, De gratia & libero arbitrio, Tractatu nonagesimo octauo in Ioannem, & in Enarrationem Psalmi octuagesimi noni. VINCVLVM DECIMVM QVINTVM; DE REGVLA ET CONSENSV IN DO-
v.16. » CTRINA FIDEI: Verumtamen ad quod peruenimus, vt idem sapia-
» mus, in eadem permaneamus REGVLA: Πλὴν, εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοι-
Gal. vlt. v.16. » χεῖν KANONI, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Patet ex Galatarũ vltimo; vbi de Fide loquẽs,
» REGVLAM nominaui: Quicumque hanc REGVLAM sequuti fuerint.
Philipp. 3. v.18. » VINCVLVM DECIMVM SEXTVM; DE AVSTERITATE VITÆ: Multi
» enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico,)
» INIMICOS CRVCIS CHRISTI: quorum finis interitus: quorum Deus
» venter est; & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. No-
» stra autem CONVERSATIO in cælis est: Πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν (νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω) τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. Ἡμῶν γὰρ τὸ ΠΟΛΙΤΕΥΜΑ ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Græci INIMICOS CRVCIS CHRISTI interpretantur eos qui voluptates & luxum huius vitæ sectantes, Crucem Christi videntur odisse, vtpote quæ non ad delicias, sed ad labores & austeritatem vitæ nos inuitet. In huius autem loci explanatione diligenter notandum est, Ambrosianum non legere, IN CONFVSIONE IPSORVM, sed IN PVDENDIS IPSORVM: quam lectionem etiam apud verum Ambrosium reperias, libro primo de Cain & Abel, & apud Augustinum, Sermone decimo quinto de Verbis Apostoli, & Fragmẽto vltimo. Referunt verò ad Circumcisionem in qua maximè gloriabantur Iudæi; quasi hæc ipsa sit mea mens, Turpe esse gloriari in membro quod pudendum est & abscondendum: iactant enim Iudaizantes, huius membri Circumcisionem, cùm è diuerso gloria nostra sit in Cruce quam portamus in frontibus. Cuius quidem expositionis Theophylactus & Oecumenius, post Chrysostomum meminerunt. Denique CONVERSATIO, Πολίτευμα est; quæ vox Conuersationem Ciuilem, id est, Ciuium inter se, significat. Vnde etiam factum, vt Hieronymus in Epitaphio Nepotiani, MVNICIPATVM verterit. Est enim Regnum Cælorum Ciuitatis instar, cuius municipali iure omnes
PHILIP. IV. » Sancti reguntur. VINCVLVM DECIMVM SEPTIMVM; DE ECCLESIA-
v.7. » STICA PACE AC BONO PACIS: Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sen-

sum (Græcè, νοῦν, id est, Mētem, vt legit Ambrosianus, siue, Intellectum, «PHILIP.IV.
vt legit Augustinus in Enchiridio, & Epistolâ centesimâ vigesimâ,) « v.7.
CVSTODIAT (Græcè, φρουρήσει, id est, instar Valli cuiusdam aut Præsidij «
atque Castelli custodiet, tuebitur ac muniet,) corda vestra, & intelli- «
gētias vestras in Christo Iesu: Καὶ ἡ ΕΙΡΗΝΗ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ἡ ὑπερέχουσα πάν- «
τα νοῦν, ΦΡΟΥΡΗΣΕΙ τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.
Quæ sit autem ratio conciliandæ atque conseruandæ Pacis, mox sequentibus verbis addidi; quæ vim admodum incitatæ Perorationis ad inflammandos animos continent, quibus Rhetorica Christiana mirum in modum efflorescat, cùm dixi: De cætero, Fratres, quæcumque « v.8.
sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, «
quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua «
laus Disciplinæ; hæc cogitate: quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, «
& vidistis in me; hæc agite, & Deus Pacis erit vobiscum. VINCVLVM «
DECIMVM OCTAVVM; POSSE ALIOS, ALIORVM MERITIS APVD DEVM ADIVVARI, DVM PER CHARITATIS OPERA REDDVNT SE EORVM PARTICIPES: IVXTA ILLVD: QVI RECIPIT IVSTVM IN NO- Matth.10.
MINE IVSTI, MERCEDEM IVSTI ACCIPIET: DENIQVE EX HIS DVOBVS APOSTOLICIS MEIS VERBIS (BENE FECISTIS) MANIFESTE RETVNDI EORVM HÆRESIM, QVI OMNIVM FIDELIVM, ETIAM IVSTIFICATORVM, OPERA, DICVNT ESSE PECCATA: CVM NVMQVAM DE EO QVOD SCIREM ESSE PECCATVM, DICEREM, BENEFECISTIS:
Verumtamen bene fecistis, communicātes tribulationi meæ: Καλῶς ἐποιήσατε, « v.14.
συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει. Sensus enim Chrysostomi & aliorum Græcorum is est; Quamuis ego nō egerem, tamen bene vobis consuluistis, mittendo subsidium: id enim vobis profuit, quia per hoc participes facti estis tribulationis meæ, id est, præmij quod mihi repositum est apud Deum, pro afflictionibus quas patior. VINCVLVM DECIMVM NONVM; POSSE PAPAM, EX IVSTA CAVSA, AB VNA ECCLESIA ACCIPERE, IN SVBSIDIVM ALIARVM: Quia & Thessalonicam « v.16.
semel & bis in vsum mihi misistis: Ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, «
εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε. Græca significant publicam & honorificam missionem. Colligit autem ex hoc loco Diuus Thomas, id quod in conclusione nostra positum est, quod æquè probat alter locus secun- « 2.Cor.11.v.8.
dæ Corinthiorum vndecimo: Alias Ecclesias exspoliaui, accipiens sti- «
pendium ad ministerium vestrum. Quæret aliquis, cur ipsi Thessalo- «
nicenses non dabant, vtique Philippensibus opulentiores? Erat enim Thessalonica Metropolis Macedoniæ. Respondet idem Doctor, Paulum ab illis accipere noluisse, sicut nec à Corinthiis: ab iis quidem, propter eorum auaritiam, ne offenderentur; ab illis verò quia erant otio dediti, quibus proinde voluit Apostolus laborando manibus, exemplum dare; quemadmodum primæ Thessalonicensium secundo 1.Thess.2.v.9.
& quarto, & secundæ Thessalonicensium tertio ipse testatur. VINCV- & 4.v.11.
LVM VIGESIMVM; NON ESSE GRATVITVM, SED DEBITVM, ID QVOD 2.Thess.3.v.8.
DATVR RATIONE MINISTERII SACRI: Habeo autem omnia, & abun- « v.18.
do: ΑΠΕΧΩ δὲ πάντα, καὶ περισσεύω. Ex eo quòd non dixi; ἔχω, id est habeo, «
sed ἀπέχω, id est, recipio ex aliquo, velut censum ex agro, aut mercedem

PHILIP.IV. ex labore, id quod superiùs expositum est, Græci adnotarunt. VINCVLVM VIGESIMVM PRIMVM; NON OMNIA IVSTIFICATORVM OPE-
v.18. » RA ESSE PECCATA: Repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ mi-
» sistis, odorem suauitatis, HOSTIAM acceptam, placẽtem Deo: Πεπλήρωμαι δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, ΘΥΣΙΑΝ δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ θεῷ. Peccatum enim Hostia accepta, placensque Deo esse nequaquam potest. Atque hic sit, EPISTOLÆ AD PHILIPPENSES, tan-
CAP.LVI. quam Vndecimæ in Sectarios Philippicæ, finis. AD COLOSSENSES DVODECIMA, è primis nostris Romanis vinculis erupit ac euolauit: vinculorum enim meorum sub finem Epistolæ ter memini, & missa legitur non modò pet Tychicum, sed pet Onesimum, quem Romæ in Christo genueram, vt à me ad Philemonem scriptum est; vt & testimonium Hieronymi, & Græcorum subscriptionis obseruationem prætermittam. Datæ vero huius Epistolæ non prædicati illic vnquam Euangelij memoria, sed Sollicitudo Ecclesiarum mihi occasio fuit. Colossarum enim Epaphras Apostolus, vt primo capite videre est; Archippus, cuius vltimo capite mentionem feci, Episcopus fuit. Ea verò MAGNÆ PHRYGIÆ pars, id est, ciuitas in Asia Minori sita, haud procul ab Hierapoli & Laodicea, (quarũ in hac Epistola mentio est,) dissita, cum MAIORI BRITANNIA nonnullam adiuncti Epitheti ratione affinitatem habet, ac inuitare videtur ad Argumenta quædam MAGNA atque BRITANNICA. ARGVMENTVM PRIMVM; MALE NEGARE HÆRETICVM, PROPTER SPEM VITÆ ÆTER-
COLOSS. I. » NÆ, BONA OPERA EXERCENDA ESSE: Et dilectionem quam habetis
v 4. » in Sanctos omnes, PROPTER SPEM quæ reposita est vobis in cælis: Καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, ΔΙΑ ΤΗΝ ΕΛΠΙΔΑ τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Sensus enim est, quam Charitatem in omnes Sanctos exercetis propter futura ac sperata præmia, quæ reposita vobis sunt apud
» Deum in Regno Cœlorum. ARGVMENTVM SECVNDVM; ECCLESIAM
v. 5. » TOTO ORBE DIFFVSAM ESSE: Quam audistis in VERBO VERITATIS
» EVANGELII, quod peruenit ad vos, sicut & IN VNIVERSO MVNDO EST
» ET FRVCTIFICAT, ET CRESCIT, sicut in vobis, ex ea die qua audistis &
» cognouistis gratiam Dei in veritate: Ἣν προηκούσατε ΕΝ ΤΩ ΛΟΓΩ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ. Τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ΕΝ ΠΑΝΤΙ ΤΩ ΚΟΣΜΩ ΚΑΙ ΕΣΤΙ ΚΑΡΠΟΦΟΡΟΥΜΕΝΟΝ, καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν. ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε, καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, ἐν ἀληθείᾳ. ARGVMENTVM TERTIVM; VNICVIQVE MANENDVM IN DOCTRINA SVI APOSTOLI AC ECCLESIÆ
v.7. » SVÆ FVNDATORIS: Sicvt DIDICISTIS AB EPAPHRA, carissimo Con-
» seruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, quì etiam
» manifestauit nobis DILECTIONEM VESTRAM IN SPIRITV. Ideo &
» nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes & postulan-
» tes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, IN OMNI SAPIENTIA ET
» INTELLECTV SPIRITVALI, VT AMBVLETIS DIGNE DEO per omnia
» placentes: Καθὼς καὶ ΕΜΑΘΕΤΕ ΑΠΟ ΕΠΑΦΡΑ τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν, ὅς ἐστι πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ Χριστοῦ, ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι, καὶ αἰτούμενοι, ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ,

ἐν πάσῃ σοφίᾳ, καὶ συνέσει πνευματικῇ. Quidni enim, REX IACOBE, tuos An- COLOSS. I.
glos ad Cantuariensem Augustinum, vt Colossenses olim ad Colos-
sensem Epaphram, nunc reuocem, nunc remittam? ARGVMENTVM
QVARTVM; SICVT FRVCTVS TERRÆ, TEMPORARIAM HANC VITAM
CONSERVANT, ITA BONORVM OPERVM FRVCTVS PARERE NOBIS
VITAM ÆTERNAM; AC DE STVDIO RERVM SPIRITVALIVM: In omni « v.10.
OPERE BONO fructificantes, & crescentes in SCIENTIA DEI: Ἐν παντὶ «
ΕΡΓΩ ΑΓΑΘΩ καρποφοροῦντες, καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ΕΠΙΓΝΩΣΙΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ.
Sic Romanorum sexto auditum est: Habetis fructum vestrum in san- « Rom.6. v.22.
ctificationem, finem verò vitam æternam. ARGVMENTVM QVINTVM; «
ECCLESIAM ESSE REGNVM CHRISTI, QVI REGNATVRVS ERAT IN « Luc.1.v.33.
DOMO IACOB, ET CVIVS REGNI NON ERIT FINIS: Qui eripuit nos « Colos.1.v.13.
de POTESTATE TENEBRARVM, & trãstulit in regnũ FILII DILECTIO- «
NIS SVÆ: (vel, CHARITATIS SVÆ, vt decimo quinto libro de Trinitate
Augustinus legit; inde colligens, Deum Patrem in Scripturis aliquan-
do CHARITATEM vocari, quia Filius non est nisi Patris:) Ὃς ἐρρύσατο
ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΤΗΣ ΑΓΑ-
ΠΗΣ ΑΥΤΟΥ. Ecclesia ergo, & Corpus, & Regnũ, & Domus Dei est; at-
que in hoc Regnũ tunc homines transferuntur, quando erepti de Po-
testate tenebrarũ, id est, Diaboli,) vt exponit Augustinus Epistolâ cen-
tesimâ septimâ, & ex Lucæ vigesimo secundo constat, vbi scriptum est:
Sed hæc est hora vestra, & POTESTAS TENEBRARVM,) inseruntur at- « Luc. 22.v.53.
que incorporantur Ecclesiæ Christi. ARGVMENTVM SEXTVM; DE
CÆLESTI HIERARCHIA: Siue THRONI, siue DOMINATIONES, siue « Coloss.1.v.16.
PRINCIPATVS, siue POTESTATES: εἴτε ΘΡΟΝΟΙ, εἴτε ΚΥ-
ΡΙΟΤΗΤΕΣ, εἴτε ΑΡΧΑΙ, εἴτε ΕΞΟΥΣΙΑΙ. Existimat Gregorius, in ex
positione Ezechielis, Homiliâ octauâ, me hos cælestium agminum or-
dines, quos hîc describo, tunc vidisse, quãdo raptus fui in Tertium Cæ-
lum (secũdæ Corinthiorum duodecimo.) Vtrum verò eum inter se or- 2.Cor.12.v.4.
dinem habeant Angelorum classes, quo hîc enumerantur, vt vult Gre-
gorius: an quo ad Ephesios recensentur, vti Dionisio placet; liberum
sit cuique piè sentienti iudicium, quandoquidem cautè admodum, ne
se, vt meis verbis vtar, superextenderent, ac vt sobriè saperent, Antiqui
Commentatores ferè dissimulant, qua ratione hæc nomina certis An-
gelorum ordinibus tribuantur. Qua de re consulendi sunt Sententia-
rij Scriptores. ARGVMENTVM SEPTIMVM; CHRISTVM VT HOMINEM
PRÆESSE ECCLESIÆ, EAMQVE MOVERE AC REGERE, VT CORPVS
SVVM CONNATVRALE, VARIA GRATIARVM GENERA PER SVÆ
PASSIONIS MERITVM, IN EAM DERIVANTEM: Et ipse est CAPVT « Colos.1.v.18.
CORPORIS Ecclesiæ: Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ ΚΕΦΑΛΗ τοῦ ΣΩΜΑΤΟΣ τῆς Ἐκκλησίας. «
ARGVMENTVM OCTAVVM; VERAM AC INTERNAM IVSTITIAM
A CHRISTO NOBIS CONFERRI, QVÆ VERE SANCTOS, ET IMMACV-
LATOS, ET IRREPREHENSIBILES CORAM DEO NOS CONSTITVAT: Et « v.21.
vos cùm essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis; «
nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibe- «
re vos SANCTOS & IMMACVLATOS, & IRREPREHENSIBILES, coram «

COLOSS I. ipso: Καὶ ὑμᾶς ποτε ὄντας ἀπηλλοτριωμένους, καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν. Ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, διὰ τοῦ θανάτου παραστῆσαι ὑμᾶς ΑΓΙΟΥΣ, καὶ ΑΜΩΜΟΥΣ, καὶ ΑΝΕΓΚΛΗΤΟΥΣ, κατενώπιον αὐτοῦ. ARGVMENTVM NONVM; FIDEM AVT IVSTITIAM

v. 23. » SEMEL HABITAM AMITTI POSSE: SI tamen PERMANETIS IN FIDE

» fūdati & stabiles ET IMMOBILES A SPE EVANGELII quod audistis: ΕΙΓΕ ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι, καὶ ἑδραῖοι, ΚΑΙ ΜΗ ΜΕΤΑΚΙΝΟΥΜΕΝΟΙ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΛΠΙΔΟΣ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ οὗ ἠκούσατε. ARGVMENTVM NONVM;

ibid. » CREDENDVM QVOD AB OMNIBVS, QVOD VBIQVE, QVOD SEMPER: Quod

» PRÆDICATVM est in vniuersa creatura quæ sub cælo est: τοῦ ΚΗΡΥΧΘΕΝΤΟΣ ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Et ne Colossenses minoris Euangelium æstimarent, quòd id non ab Apostolo, siue à me, sed ab Epaphra Discipulo audiuissent, cautè & ad vtilitatem vestram accommodatè, vt idem de Anglicano vestro Augustino subintelle-

» ctum iudicetis, adiunxi; Cuius factus sum ego PAVLVS Minister: Οὗ ἐγενόμην ἐγὼ ΠΑΥΛΟΣ διάκονος. Sic autem Colossenses à mutanda Fidei doctrina, quam ex Colossensium Apostolo Epaphra audierant, deterrui, vt quæ iam esset vbique prædicata, passimque recepta. ARGVMENTVM DECIMVM; DE INDVLGENTIIS; SIVE, SANCTORVM PASSIONES FIDELIBVS PRODESSE, AD REMISSIONEM POENARVM,

v. 24. » QVÆ INDVLGENTIA VOCATVR: Qui nunc gaudeo in PASSIONIBVS

» pro vobis, & ADIMPLEO ea quæ desunt PASSIONVM Christi, in car-

» ne mea, pro Corpore eius, quod est Ecclesia: Ὃς νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ΑΝΤΑΝΑΠΛΗΡΩ τὰ ὑστερήματα τῶν ΘΛΙΨΕΩΝ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ Ἐκκλησία. Quod quidem Argumentum adeo obuium, & communi sermone tritum est, vt nihil necesse sit ampliùs explicare quod in omnium ore versatur. ARGV-

COLOSS. II. MENTVM VNDECIMVM; PAVLI PRÆDICANTIS APOSTOLICA CV-

v. 1. » RA ANGLIÆ: Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, (Græcè, QVANTVM CERTAMEN HABEAM DE VOBIS, id est,

» SVSTINEAM PRO VOBIS: ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν.) & pro iis qui sunt

» Laodiceæ, ET QVICVMQVE NON VIDERVNT FACIEM MEAM IN

» CARNE: Vt consolentur corda ipsorum instructi in Charitate, (Græcè, INSTRVCTORVM, seu potiùs, CONSTRVCTORVM IN CHARITATE, συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ. id est, vt instar partium vnius ædificij, seu membrorum vnius corporis, aptè coniuncti fuerint & cohæserint

» inter se per Charitatem, velut quoddam vinculū vnionis,) & in omnes

» DIVITIAS PLENITVDINIS INTELLECTVS, in agnitionem MYSTERII

» DEI ET PATRIS, ET CHRISTI IESV: Θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι, ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, ΚΑΙ ΟΣΟΙ ΟΥΧ' ΕΩΡΑΚΑΣΙ ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΜΟΥ ΕΝ ΣΑΡΚΙ. Ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς, καὶ τοῦ Χριστοῦ. ARGVMENTVM DVODECIMVM; DE ORDINE ECCLE-

v. 4. » SIASTICO SIVE HIERARCHICO: Hoc autem dico, vt nemo vos deci-

» piat in sublimitate sermonum: (Græcè, παραλογίζηται, quod Interpres vertit DECIPERE, à Scholis acceptum est, atque etiam Latinè à Dialecticis vsurpatum PARALOGIZARE, id est, falsa ratiocinatione decipe-

re;pro quo Ambrosianus legit, CIRCVMVENIAT, quemadmodum & COLOSS.II.
Augustinus Epistolâ quinquagesimâ nonâ. Nec Græcè est SVBLIMITATE SERMONVM, quod legitur primæ Corinthiorum secundo, sed nomen compositum, Πιθανολογία, quod significat, Sermonis probabilitatem, siue persuasibilitatem, id est, sermonem aptum & compositum ad persuadendum; Augustinus, vti supra, legit IN VERISIMILI SERMONE. Textus autem Ambrosianus habet, IN SVBTILITATE SERMONIS, vt nonnulla suspicio sit etiam nostrum Interpretem ita vertisse, sed ob affinitatem vocabuli, ex altero loco, qui est ad Corinthios, irrepsisse vt scriberetur IN SVBLIMITATE) NAM ETSI CORPORE ABSENS « v.5.
SVM, SED SPIRITV VOBISCVM SVM, Gaudens & videns Ordinem «
vestrum: Τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται, ἐν Πιθανολογίᾳ· EI «
ΓΑΡ ΚΑΙ ΤΗ ΣΑΡΚΙ ΑΠΕΙΜΙ, ΑΛΛΑ ΤΩ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΣΥΝ ΥΜΙΝ ΕΙΜΙ, χαίρων, καὶ βλέπων ὑμῶν τὴν Τάξιν. Hoc Autem Apostolicum Monitum aduersùs Simonianos cùm sophisticè tum inordinatè agentes consultò editum est. vnde Græci Commentarij τάξιν interpretatur εὐταξίαν, id est, BONAM ORDINATIONEM: qualis potissimùm in Antiquis Synodis visitur, vbi maximè Hierarchia floruit ac visa est. Hìc verò obserua Apostolum cùm in Colossensibus alia plura laudare posset, præcipuè tamen Ordinem de quo gauderet, commendare voluisse. Est enim Ordo commune bonum, in debita collocatione seu dispositione Partium, respectu Totius consistens; cui aduersatur quidquid vsquam inordinatè agitur, id est, omne peccatum. adeo vt ROMANÆ PHILOSOPHIÆ PRINCEPS (sic libro suo primo Lactantius Tullium, apud Constantinum vocat) in Paradoxis dicat; Quicquid peccatur, perturbatione Ordinis peccati. ARGVMENTVM DECIMVM TERTIVM; EAM ESSE ORTHODOXAM FIDEM, QVARVM LEGES IN FVNDATIONE CVIVSQVE ECCLESIÆ CERNVNTVR, NEC ANGLIS LICERE ALITER ESSE CATHOLICIS, QVAM GREGORIANO ATQVE AVGVSTINIANO MORE; SEMPERQVE IN REFORMATIONE RECVRRENDVM AD PRIMAM FORMAM: SICVT ergo ACCEPISTIS Iesum Christum Dominum, « v.6.
in ipso ambulate: Radicati & superædificati in ipso, & Confirmati fi- «
de, SICVT & DIDICISTIS, (Græcè, SICVT EDOCTI ESTIS, καθὼς ἐδιδάχθη- «
τε, quod & Ambrosianus obseruat; docti scilicet ab Epaphra, quemadmodum Angli ab Augustino,) abundantes in illo in gratiarum actio- «
ne: Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, Ἐρ- «
ριζωμένοι, καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει, ΚΑΘΩΣ ΕΔΙΔΑΧΘΗΤΕ, περισσεύοντες ἐν αὐτῇ, ἐν εὐχαριστίᾳ. Ex quo conficitur, vt Posteris, id est, tuis, REX IACOBE, ANGLIS, non de accepta, radicata, superædificata, confirmata Fide, disputando, sed GRATIAS AGENDO, in mysteriis Religionis Patrum versandum sit. ARGVMENTVM DECIMVMQVARTVM; DE HÆRETICIS ATQVE SCHISMATICIS: Videte ne quis « v.8.
vos DECIPIAT per Philosophiam, & Inanem Fallaciam: Βλέπετε μή τις «
ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας, καὶ κενῆς ἀπάτης. Cyprianus, libro de Bono Patientiæ; Hieronymus in Commentariis super Ozeam Prophetam, & super Epistolam ad Galatas; Ambrosianus in Textu; & verus Ambrosius libro primo de Fide, non DECIPIAT, sed

COLOSS.II. DEPRÆDETVR, legunt. Et certè, Συλαγωγῶν, quod quidem Verbum
Militare est, PRÆDAM ABIGERE significat. Itaque in hoc Verbo Græ-
co Metaphora est à Prædonibus sumpta; qui dum vi rapere oues
nequeunt, fraude eas abigunt. quod Pseudo-Apostoli, & Hæretici,
atque Schismatici faciunt: dum enim apertè suam doctrinam pro-
ferre non audent, per insidias quasdam & artificia verborum, eam
mentibus auditorum instillant. Græca igitur huius loci Proprietas
in hunc modum exprimenda est; Videte, ne quis sit, qui vos depræ-
detur per Philosophiam & inanem deceptionem. ARGVMENTVM
DECIMVM QVINTVM; TANTA EST CORPORIS CHRISTI REALI-
TAS, VT AD SIGNIFICANDAM REALITATEM, AC PERFECTAM VE-
RITATEM, NOSTRIS TEMPORIBVS APOSTOLICIS, OB MEMORIAM
MIRABILIVM VERITATIS CHRISTI, QVI DIXISSET, CORPVS CHRI-
STI, CONTINVO INTELLIGERETVR DIXISSE, VERITATEM CHRI-
STI, SIVE VERITATEM SIGNORVM ET FIGVRARVM IN CHRISTO
ADIMPLETAM; QVEMADMODVM EGO APOSTOLICE IN HVIVS
EPISTOLÆ AD COLOSSENSES CAPITE SECVNDO, EA LOQVENDI
v 17. » FORMVLA VSVS SVM: Quæ sunt VMBRA futurorum, CORPVS autem
» CHRISTI. Ἅ ἐστι ΣΚΙΑ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ ΣΩΜΑ τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ. Scilicet tota
Lex ceremonialis Typica erat & Prophetica, nō clarè, sicut quædā Pro-
phetarum verba, sed obscurè futura prænuncians: quarum præsigni-
ficationum CORPVS CHRISTI, id est, Veritas Christus. Cùm ergo
Corpus, nempe Christus, iam aduenerit, stultum est Vmbram eius
nunc retinere velle. Hæc enim est vis nostra Apostolicæ Argumenta-
tionis, quæ in his verbis latet. vnde signanter admodum Ecclesia tem-
poribus Berengarij, Sacramentarios, VMBRATICOS appellauit. ARGV-
MENTVM DECIMVM SEXTVM; DE PACE RETINENDA, ET VNITATE
COLOSS.III. TENENDA: Super omnia autē hæc Charitatem habete, quod est Vincu-
v.14. » lum Perfectionis: & Pax Christi exsúltet (Græcè, βραβευέτω, id est, PAL-
» MAM FERAT, aut IMPERET; ad eum ferme modum quo ex Græco
» βραβεύειν, Galli, BRAVER dicunt) in cordibus vestris, IN QVA ET VO-
» CATI ESTIS IN VNO CORPORE; & Grati estote: Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, τὴν
Ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ Σύνδεσμος τῆς Τελειότητος. Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ΒΡΑΒΕΥΕΤΩ ἐν ταῖς
καρδίαις ὑμῶν, ΕΙΣ ΗΝ ΚΑΙ ΕΚΛΗΘΗΤΕ, ΕΝ ΕΝΙ ΣΩΜΑΤΙ, καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε.
Ergo tuendæ, atque conseruandę Paci ante omnia studendum, potiús-
que cedendum iuri suo, quàm vt Christiana Pax aliquod detrimentum
patiatur. IN QVA enim, vel AD QVAM, (vtrumque enim Græca signifi-
cant,) qui etiam vocati estis, vtpote facti Membra vnius Corporis quod
est Ecclesia; in ea maximè Pace colēda incumbendum: cùm æquum sit
vt Vocationi suæ quisque respondeat, memorque sit à Vocatione
excidere, qui à Pace defecerit. Quocirca monitum illud Apostoli-
cum adiunxi: GRATI ESTOTE, vel potiùs, GRATIAS AGITE:
εὐχάριστοι γίνεσθε· vt super omnia à Scindenda Vnitate auocarem, & Chri-
sti summum beneficium Vnitatis, iugi Gratiarum actione Christiano-
rum cordibus infigerem: huius enim Gratitudinis magna pars erit, si
Pacem, ad quam vocati estis, inter vos studiosè conseruaueritis. ARGV-

MENTVM DECIMVM SEPTIMVM; DE CANTV ECCLESIASTICO: Et Ver- COLOSS. III.
bum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes « v.16.
& commonentes vosmetipsos Psalmis, Hymnis, & Canticis spirituali- «
bus, IN GRATIA: cantantes in cordibus vestris Deo. Ὁ λόγος τοῦ Χρι- «
στοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν, πλουσίως, ἐν πάσῃ σοφίᾳ, διδάσκοντες, καὶ νουθετοῦντες ἑαυ-
τοὺς, Ψαλμοῖς, καὶ Ὕμνοις, καὶ Ὠδαῖς πνευματικαῖς, ἐν χάριτι, ᾄδοντες ἐν τῇ καρ-
δίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Vnde Theophylactus, inter cætera ait, IN GRATIA,
idem esse ac si diceres, cum gratia & voluptate spirituali, scilicet eorum
qui audiunt. Vt enim prophana Cãtica carnalem excitanr oblectatio-
nem; ita sanè conuenit, vt spirituales & sacræ cantilenæ gratiam ha-
beanr, id est, oblectationem pariant spiritualem. Quæ quidem inter-
pretandi ratio illustratur his quæ sequenti capite sequuntur: Sermo « Hebr. 4. v. 6.
vester, semper IN GRATIA, sale sit conditus. ARGVMENTVM DECI- «
MVM OCTAVVM; DE OPERVM MERITIS: Quodcũque facitis, ex animo « Hebr. 3. v. 23.
operamini, sicut Domino & nõ Hominibus: SCIENTES QVOD A DOMI «
NO ACCIPIETIS RETRIBVTIONEM HEREDITATIS. Domino Christo «
seruite: Καὶ πᾶν ὅ, τι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώ-
ποις· ΕΙΔΟΤΕΣ, ΟΤΙ ΑΠΟ ΚΥΡΙΟΥ ΑΠΟΛΗΨΕΣΘΕ ΤΗΝ ΑΝΤΑΠΟΔΟ-
ΣΙΝ ΤΗΣ ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑΣ· τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε. Itaque de seruis
agens dicere volui; Dominus vos à seruitute, quã reputabit sibi impen-
sam, ex Seruis Filios Dei faciet, & ad Communionem Hereditatis Fi-
liorum admittet. Pro RETRIBVTIONE, Græcè est, Ἀνταπόδοσις: quæ vox
manifestè pro Meritis Operum facit; cùm significet, Redditionem
seu compensationem eius quod datum est. Vbi tamen semper memi-
nisse oportet quòd Deus dum bona opera remunerat, nihil aliud quàm
sua dona coronat. ARGVMENTVM DECIMVM NONVM; LAVDABI- COLOSS. IV.
LEM ESSE ECCLESIÆ CONSVETVDINEM ORANTIS IN EXORDIO
SERMONVM AD POPVLVM: Orantes simul & pro nobis, vt Deus a- « v.3.
periat nobis OSTIVM SERMONIS ad loquendum mysterium Christi, «
(propter quod etiam vinctus sum:) VT MANIFESTEM ILLVD, ITA VT «
OPORTET ME LOQVI: Προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν· ἵνα ὁ Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν «
ΘΥΡΑΝ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, δι᾽ ὃ καὶ δέδεμαι· ΙΝΑ ΦΑΝΕ-
ΡΩΣΩ ΑΥΤΟ, ΩΣ ΔΕΙ ΜΕ ΛΑΛΗΣΑΙ. ARGVMENTVM VIGESIMVM; DE
MANDATO APOSTOLICO, SIVE MANDATO ECCLESIÆ ROMANÆ OB
SYMBOLVM COMMVNIONIS: Salutat vos Aristarchus Concaptiuus « v.10.
meus, & Marcus Cõsobrinus Barnabę, DE QVO ACCEPISTIS MANDATA: «
si venerit ad vos, EXCIPITE ILLVM: Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμά- «
λωτός μου, καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα, ΠΕΡΙ ΟΥ ΕΛΑΒΕΤΕ ΕΝΤΟΛΑΣ· ἐὰν ἔλθῃ
πρὸς ὑμᾶς, ΔΕΞΑΣΘΕ ΑΥΤΟΝ. ARGVMENTVM VIGESIMVM PRIMVM;
DE SACRO EPISCOPORVM ANNVLO CONIVGALI, ET QVOD EPISCOPI
APOSTOLOS GENTIVM, SIVE APOSTOLICOS ECCLESIARVM FVNDA-
TORES ATQVE ECCLESIARVM SPONSOS REPRÆSENTENT: Salutat vos « v.12.
Epaphras, qui ex vobis est, Seruus Christi Iesu, semper SOLICITVS PRO «
VOBIS IN ORATIONIBVS, vt stetis PERFECTI ET PLENI IN OMNI VO- «
LVNTATE DEI. Testimonium enim illi perhibeo, quòd «
habet multum LABOREM pro vobis, & pto iis qui sunt Laodiciæ, «
& qui Hierapoli: Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος Χριστοῦ, πάντοτε «

COLOS. IV. ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν, ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα στῆτε τέλειοι, καὶ πεπληρωμένοι, ἐν παντὶ θελήματι τοῦ θεοῦ. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει. Græcus Codex, non LABOREM, sed ZELVM, ζῆλον, habet, id est, studium cum æmulatione; quale est Sponsi, vel Paranymphi pro Sponsa. Quo quidem dicendi genere innuebam, Epaphram Colossensium Episcopum esse, eamque Ecclesiam, velut Sponsam Christo comparasse, & idcirco pro Colossensi Ecclesia custodienda, ornanda, perficienda, vehementer æmulari, necnon & pro Laodicena, atque Hieropolitana, quæ Colossensi vicinæ erant; pro quibus, Apostolico Viciniæ iure, inuigilabat Epaphras, vti nunc vicinæ Angliæ suscipere defensionem ac curam ROTHOMAGENSI PRIMATI, ex officio Patrumque Regula incumbit. Quale verò Epaphras Paranymphi Ecclesiæ Colossensis studium, tale erga Corinthios ipse Paulus ostendi, quando ad eos scripsi, secundæ Corinthiorũ vndecimo, Æ-

2.Cor.11. v.2. » mulor vos Dei æmulatione: DESPONDI enim vos vni Viro, Virginem » castam exhibere Christo. ARGVMENTVM VIGESIMVM SECVNDVM;

v.16. » EXCIDISSE QVANDOQVE ALIQVOD VERBVM SCRIPTVM; NON-» SCRIPTVM AVTEM, NVMQVAM EXCIDERE POSSE: Et cùm lecta fue-» rit apud vos Epistola hæc, facite vt & in Laodicensium Ecclesia lega-» tur, & eam quæ Laodicensium est, vos quoque legatis: Καὶ ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ Ἐπιστολή, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ· καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε. Latini enim Interpretes, per EAM QVÆ Laodicensium est, intelligunt, Epistolam non à Laodicensibus, sed ad Laodicenses scriptam aut missam: quam ambiguitatem Græca » Lectio dissoluit, cuius hic contextus est; ET EAM QVÆ ex Laodicea est, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας. Itaque nonnulli Commentatores, persuasi ex loco, Paulum verè aliquam ad Laodicenses Epistolam scripsisse, dicunt eam intercidisse, sicut & aliam quamdam ad Corinthios scriptam: quod ex Corinthiacis meis dictis illis videtur potuisse colligi. Visum id nõ modò Aquinati, sed & Cantuarensi vestro Anselmo, immo Apostolo vestro Gregorio, cùm libro Moralium vltimo, capite decimo quinto, ita » scribit: Paulus Apostolus, quamuis Epistolas Quindecim scripserit, » sancta tamẽ Mater Ecclesia, non amplius quàm Quatuordecim tenet. Vbi videtur Decimam Quintam intelligere eam quæ est ad Laodicenses. ARGVMENTVM VIGESIMVM TERTIVM; DE OFFICIO EPISCOPI, AC DE SIMILITVDINE ECCLESIÆ ANGLORVM, CVM ECCLESIA

v.17. » COLOSSENSIVM: Et dicite Archippo, VIDE MINISTERIVM QVOD » ACCEPISTI IN DOMINO, VT ILLVD IMPLEAS: Καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ, Βλέπε τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. Vt enim Epaphras, Apostolus; Archippus, Episcopus Colossensium erat, vti Ambrosianus ac Diuus Thomas declarant, ille in Commentario, hic & in Commentario, & in Secunda Secundæ Quæstione trigesima secunda, Articulo quarto ad secũdum: sic Gregorius, APOSTOLVS ANGLORVM; Augustinus, EPISCOPVS ANGLORVM exstitit; ac ministeriũ, quod à Romano Pontifice accepit in Domino, apud Anglos impleuit: quod nunc Neoterici quidam euacuare contendunt, Apostolicum euertentes Fundamentum. Atque hæc de Epistola nostra ad Colossenses

dicta sunto: quæ vtinam vos muniant aduersùs Nouatores, qui ne COLOS.IV.
SIMONIANI sint, vltro fiũt IVDAIZANTES, dum ne RELIGIONEM Angelorum admittant, INVOCATIONEM Angelorum è Religione tollunt.

CAP.LVII. EPISTOLA AD PHILEMONEM.

PENVLTIMA siue DECIMA TERTIA nostra AD PHILEMONEM EPISTOLA, nunc explananda est; nostra sanè ELOQVENTIA SENILIS, quæ summos habet cum summa breuitate affectus. Colossensis is fuit, vir clarus, Pauli discipulus, cuius domum Colossis, ad sua tempora permansisse Theodoretus testatur; quique postea fuit Timothei in Episcopatu Ephesino successor. Ad hominem ergo priuatum ac de re priuata scripta est, Spiritu Dei auctore, vt in commendando & reconciliando extremæ sortis homine, & fugæ & furti pœnitentia ducto, Onesimo, qui soluendus ex iis quæ metuebat vinculis, ad Vincula mea, & ad me, Heri sui amicum, Romam conuolarat: tam egregium Charitatis exemplum, Vniuersæ Ecclesiæ reliqui, etiamsi hîc nullum doctrinæ Christianæ caput ex professo tractetur. Quinquies autem Vinculorum meorum memini, vt tanquam per Quinque Christi Plagas ad commouendam Domini sui Philemonis misericordiam, affectus sermoque meus decurreret. Quàm autem admirandum sit huius, quantumcumque breuissimæ, Epistolæ artificium, Græci TRACTATORES Ecclesiastici passim inter commentandum adnotant. Missa verò per Onesimum est; atque vnà cum Epistola ad Colossenses, Tychico ad perferendum tradita. Simul enim missas fuisse has duas Epistolas apparet: nam vtraque Paulo Timotheum in principio cõiungit; vtraque Archippum compellat, denique vtraque Epaphram, Marcum, Aristarchum, Demam & Lucam, eosdem habet in fine Salutatores. Porrò Philemonem & Appiam, Colossis, sub Nerone, pro Christi Fide lapidibus obrutos fuisse, tam in Menologio Græcorum, quàm in Ecclesiæ Romanæ Martyrologio, ad diem vigesimum secundum Nouembris legitur. Cætera Epistolicis breuissimis punctis attingamus. PVNCTVM PRIMVM; ECCLESIA MILITANS,
VEL DE IVVANDA ECCLESIA: PAVLVS VINCTVS Christi Iesu, & Ti- « v.1.
motheus, Frater; PHILEMONI, DILECTO & adiutori nostro; & Appię So- «
rori carissimę, & ARCHIPPO COMMILITONI nostro, & ECCLESIÆ QVÆ «
IN DOMO tua est. Παῦλος δέσμιος Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, Φιλήμονι «
τῷ ἀγαπητῷ, καὶ συνεργῷ ἡμῶν, Καὶ Απφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, καὶ Αρχίππῳ τῷ
συστρατιώτῃ ἡμῶν, καὶ ΤΗ ΚΑΤ᾽ΟΙΚΟΝ σου ΕΚΚΛΗΣΙΑ. Cur autẽ Ecclesiasticũ Ministerium, Metaphoricè MILITIA vocetur, & Ministri, COMMILITONES; ea ratio est, quia in Castris Ecclesiæ, more Militum, excubias agunt, & pro ea defendenda, & propaganda, assiduè ex officio laborant. De hac Militia, primæ Timothei primo, & secundę secundo, sermo est. PVNCTVM SECVNDVM; DE SANCTIS, AC FIDE COMMVNIONIS SANCTORVM, IMMO DE FIDE IN OMNES SANCTOS, VT APOSTOLICE
OLIM LOQVEBAMVR: Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui « v.4.
faciens in orationibus meis: Audiens Charitatem tuam, & FIDEM «
quam habes in Domino Iesu, & IN OMNES SANCTOS: Εὐ- «
χαριστῶ τῷ θεῷ μου, πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου·
Ακούων σου τὴν ΑΓΑΠΗΝ, καὶ τὴν πίστιν, ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον Ἰησοῦν, ΚΑΙ

AD PHILEM. ΕΙΣ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ. PVNCTVM TERTIVM; DE SACRA
EPISCOPORVM AVTORITATE ETIAM LAICIS QVANTVMVIS IL-
v.8. » LVSTRIBVS IMPERANDI, ID QVOD OFFICII EORVM EST: Propter
» quod multam fiduciam habens in Christo Iesu IMPERANDI TIBI,
» QVOD AD REM PERTINET (Græcè, quod decens est, id est, quod
conuenit te facere, siue, vt Erasmo placuit, id quod officij tui erat;
» Aut, vt Hieronymo, QVOD PRODEST, τὸ ἀνῆκον,) Propter CHARITA-
» TEM magis obsecro, cùm sis talis vt PAVLVS SENEX, nunc autem &
VINCTVS IESV CHRISTI: Διὸ, πολλὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι
τὸ ἀνῆκον, Διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν, ὡς ΠΑΥΛΟΣ ΠΡΕΣΒΥ-
ΤΗΣ, νυνὶ δὲ καὶ ΔΕΣΜΙΟΣ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. Ea autem particula, IN CHRI-
STO, non ad verbum subsequens, videlicet Imperandi, (quod cuipiam
videri posset, sed ad præcedentia referenda est: quemadmodum
patet ex Græcis, vbi hic rerum, vt verborum, ordo est: Qua-
» propter multam in Christo fiduciam habens, Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ
παῤῥησίαν ἔχων. Sensus igitur est: Quominus multa possim erga te vti
per Christum Fiducia seu Libertate (nam Græcè est, παῤῥησία) qua etiam
tibi imperem id quod æquum est, Charitas tamen qua te, vt fra-
trem, amo, facit vt malim rogare, & tecum agere, non vt Aposto-
lum cum Discipulo, sed vt fratrem cum fratre, cuius est rogare non
imperare. Itaque obsecro te ego talis, nimirum Paulus Christi Apo-
stolus, idemque senex, quem parum alioqui decet rogare. PVNCTVM
v.13. » QVARTVM: DE OBSEQVIO ET OBSERVANTIA IN EPISCOPOS: Quem
» ego volueram mecũ detinere, vt pro te mihi ministraret in VINCVLIS
» EVANGELII: Ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ἐν
τοῖς ΔΕΣΜΟΙΣ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ. PVNCTVM QVINTVM, DE GRATIA
v.14. » ET LIBERO ARBITRIO: Sine CONSILIO (Græcè, SENTENTIA, Γνώμη, id
» ést, voluntáte, vt Hieronymus exponit) autem tuo, nihil volui facere,
» vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium,
» (Græcè SPONTANEVM, ἑκούσιον) Χωρὶς δὲ ΤΗΣ ΣΗΣ ΓΝΩΜΗΣ, οὐδὲν ἠθέλησα
ποιῆσαι, ἵνα μὴ, ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. Qua de re plura
2.Cor.9. v.7. » disputãtur secundæ Corinthiorũ nono; in hæc verba; Non ex Tristitia
» aut ex Necessitate. PVNCTVM SEXTVM; DE SACRA LAICORVM AD
Philem. v.21. » EPISCOPOS OBEDIENTIA: Cõfidés in OBEDIENTIA tua scripsi tibi, sciẽs
» quoniam & SVPER ID QVOD DICO, FACIES. Πεποιθὼς τῇ ΥΠΑΚΟΗ σου,
» ἔγραψά σοι, εἰδὼς, ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγω, ποιήσεις: Tantam hæc pars mouendi
» vim habet, vt hîc exclamet Chrysostomus: Quem lapidem ista non fle-
» ctérent, non emollirent? Ποῖον λίθον τοιαῦτα οὐκ ἂν ἐμάλαξε; PVNCTVM SE-
PTIMVM; SACERDOTI DICENTI, DOMINVS VOBISCVM, APOSTOLICE
RESPONDERI; ET CVM SPIRITV TVO, ID EST, TECVM, PHRASI SCRI-
PTVRÆ, QVÆ IN MORE RITVQVE APOSTOLICO ECCLESIÆ EST:
v.vlt. » Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum Spiritu vestro: Amen. Sed DE
RITIBVS ECCLESIÆ, atque ea de re, superiùs abundè disputatum
CAP. LVIII. EPISTOLA AD HEBRÆOS. est. RESTAT omnium vltima, hoc est, DECIMAQVARTA,
Epistola nimirum nostra AD HEBRÆOS, ex Italia scripta, vt ipsamet
loquitur Epistola, dum ait; Salutant vos de Italia Fratres. Immo data
Romæ est, vt Chrysostomus optimè notauit. Est autẽ præcipuè scripta
ad

ad Ierosolymitanam Ecclesiam? tum verò communiter etiam ad cæte- HEBR. I.
ras Ecclesias quæ in Iudæa erant. Certum enim locum quò perferenda
Epistola esset, designaui, his penè extremis verbis: Quo celeriùs resti- « cap. vlt.
tuat vobis. Et paulò post: Cum Timotheo, si celeriùs venerit, videbo « v. 18.
vos. Quem verò locum, nisi Iudæam? maximè, quòd ea quæ scripsi «
capite decimo, magnum certamen sustinuistis passionum. Atque « v. 32.
iterum: Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis; « v. 34.
non in alios potiùs competant Hebræos, quàm in eos qui Iu-
dæam incolebant, vt ex Actis Apostolorum intelligi potest vt
prætermittam illud prioris nostræ ad Thessalonicenses secundo ca-
pite: Imitatores facti estis Ecclesiarum quæ sunt in Iudæa, quia ea- « 1. Thess. 2.
dem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis: « v. 14.
Et quòd Epistolam non ad Iudæos sed ad Hebræos inscribam.
Quamquam enim communi loquendi more iidem sint Hebræi
qui Iudæi; propriè tamen Hebræorum nomen Apostolorum tem-
pore sibi vindicabant: quibus, vt pote Ierosolymæ aut in Iudæa
natis vel educatis, Hebræa lingua vernacula erat, quod sexti A-
ctuum locus, vbi legitur factum fuisse murmur Græcorum aduer- Act. 6. v. 1.
sùs Hebræos, satis confirmat. Etenim GRÆCI, eo loco non in-
telliguntur Gentiles, (quippe Gentilibus nondum prædicatum
Euangelium erat) sed Iudæi extra Iudæam, præsertim in partibus
Græciæ nati, eamque ob causam Ἑλληνισταὶ, quasi GRÆCISTÆ, non illo
tantùm Actorum loco, verumetiam postea capite nono & vnde- Act. 9. v. 20.
cimo dicti. Verumtamen arbitrandum est ita scriptam esse ad Ie- Act. 11. v. 20.
rosolymitanos hanc Epistolam, vt cæteris etiam Iudæis vbique ter-
rarum dispersis, opera eorum qui in Iudæa erant, Fratrum, com-
municanda foret, quandoquidem omnium esset, quod ad doctri-
nam attinet, causa communis. Quò pertinere putant illud Petri
ad eos qui in dispersione erant, scribentis, & capite tertio suæ
secundæ Epistolæ, restantis etiam, Paulum ad ipsos scripsisse: Sic- « 2. Pet. vlt.
vt & carissimus frater noster PAVLVS, secundùm datam sibi SA- « v. 15.
PIENTIAM scripsit vobis. quod non de alia quàm de hac Epistola «
videtur intelligi posse. Porrò cùm Hieronymus, Epistolâ vigesimâ
octauâ ad Lucinium & ad Fabiolam, Mansione Trigesima prima; &
in Ezechielis septimum ac Ionæ primum, siue de Abraham, siue ab-
solutè de Hebræo loquens HEBRÆVM, interpretatur TRANSITO-
REM, & originem verbi & Abrahami historiam declarat. Factum
enim Abrahæ trans-fluuium Eufratem in terram Chanaan venien-
tis dedit hoc genti nomen, vt ex verbis Domini Iosuë vigesimo
quarto, intelligere est, dicentis: TRANS FLVVIVM habitauerunt « Ios. 24.
Patres vestri ab initio. Tuli ergo Patrem vestrum Abraham de « v. 2.
Mesopotamiæ finibus. Vbi, quod Hebraïcè dicitur DE EBER
FLVVII, LXX. DE TRANS-FLVVIVM dicunt: Vnde à Chananæis
HEBRÆVS est appellatus, id est, TRANSITOR, siue TRANSFLVVIALIS,
(quemadmodum Transtiberini, Transmarini, Transalpini Latinè
dicuntur) Græcè, Περάτης, quo modo eam vocem Septuaginta in-

HEBR. I. terpretes Geneſis decimo quarto reddiderunt. Tranſitus ergo eſt, ob
quem Abraham cum ſua poſteritate Hebræus eſt appellatus, vt forma
atque figura eſſet noſtri Myſtici Tranſitus ad Deum. De quo certè no-
ſtro adoptionis filiorum tranſitu per Chriſtum ad Patrem, propo-
ſitum atque argumentum huius Epiſtolæ eſt, aduersùs illa duo ho-
ſtium genera, quibus Eccleſia temporibus Apoſtolicis vexabatur, id
eſt, contra Iudaizantes atque Simonianos; Quorum alteri de lege per
Angelos data in Angelis gloriabantur; hominis dignitatem in Chri-
ſto deprimentes; alteri autem Typho illi Iudaïco Gentilitiam, Plato-
nicam, Magicam, ſuperſtitionem atque impietatem ſuperſtruebant,
proque Religione Chriſti, figmento ſuo atque præſtigiis ſub Ange-
lorum nomine, Geniorum religionem, à qua Chriſtiana Religio ab-
horret, ſupponebant, ſicque in Idololatriam relabebantur. Ex quo effe-
ctum eſt vt ſæpenumero Chriſtianos hortarer, eumque Viris Apoſto-
licis monerem vt fugerent ab Idololatria. Cur autem huic Epiſtolæ
noſtræ nomen, quod in aliis feci, non appoſuerim, quadruplex ratio
eſt. Prima; Eò quòd Pauli nomen, tanquam Gentium Apoſtoli, He-
bræis eo nomine inuiſum eſſet, quòd Legis obſeruantias, quas illi,
quamuis in Chriſtum credentes, mordicus adhuc retinebant, abroga-
Act. 21. v. 21. tas eſſe per Chriſtum, doceret, vt fert Actorum hiſtoria, præſertim ca-
pite vigeſimo primo. Secunda ratio eſt; Quia me non Hebræorum, ſed
Rom. 11. v. 13. Gentium Apoſtolum ac Magiſtrum profitebar, vt Romanorum vn-
Galat. 2. v. 2. decimo, Galatarum ſecundo, & ſecundæ Timothei primo. Vnde & in
2. Tim. 1. v. 11. fine Epiſtolæ, velut excuſans quòd ad eos ſcripſerim quorum Apo-
Hebr. vlt. » ſtolus non eſſem, SOLATIVM voco, non DOCTRINAM, quod à me ad
» Hebræos ſcriptum eſt: Rogo vos, Fratres, vt ſufferatis verbũ SOLATII,
etenim perpaucis ſcripſi vobis. Tertia; Quoniam in hac Epiſtola Ieſum
appellaturus eram Apoſtolum Confeſſionis Noſtræ, nolui me initio
Paulum Apoſtolum nominare, ne meipſum aliqua ex parte cum
Chriſto conferre viderer, quem etiam Angelis excellentiorem eſſe, do-
cturus eram. Quarta; Omiſſæ ſalutationis cauſa eſt, quòd hæc Epi-
ſtola per modum Libri, non per modum Epiſtolæ ſcripta eſt, vt ex fine
patet; vbi dixi: Etenim perpaucis ſcripſi vobis, quod de Epiſtola, quip-
pe longiſſima, dicendum non eſſet. Nec enim neceſſe eſt, eam Quin-
tam Reſponſionem afferre, quam Auctor Præfationis cuiuſdam in
» hanc Epiſtolam Hieronymo adſcriptæ, præfert: Si propterea Pauli
» non eſt (inquit) quòd Pauli nomen non præferat, ergo nullius erit,
» cùm nullius nomen habeat in titulo. Denique Græcè à me eſſe ſcriptã,
& à meo Hiſtorico Luca Græcis quibuſdam coloribus pictam, nemo
Græcæ Eloquentiæ, nemo Eccleſiaſticæ Antiquitatis peritus, negare
poteſt. Hinc fit vt obſerues quædam in hac Epiſtola eſſe peculiaria
vocabula, quibus etiam in Euangelio & in Apoſtolorum Actis vtitur
Beatus Lucas, quæ in aliis Scripturæ libris haud facilè reperias. Exem-
Hebr. 5. v. 7. plo ſit εὐλάβεια, REVERENTIA capite quinto, & duodeci-
12. v. 28. mo huius Epiſtolæ, cuius concretum, εὐλαβὴς, id eſt, RELIGIO-
SVS, vel, vt reddit Vulgatus Interpres, TIMORATVS, apud Lu-

cam reperitur Euangelij capite ſecundo,& Actuum ſecundo, ἄνδρες εὐλα- HEBR. I.
βεῖς, VIRI RELIGIOSI;& octauo; vbi, ἄνδρες εὐλαβεῖς, VIRI TIMORATI, in Luc.2.v.25.
Vulgata dicuntur. Item, εἰς τὸ παντελὲς, legitur Lucæ decimo tertio,& Act.2.v.5.
Hebræorum ſeptimo quod illic Vetus Interpres reddidit, OMNINO, hîc Act.8 v.2.
IN PERPETVVM. Quæ locutio haud alibi in Scriptura exſtat. Sic, Luc 13.v.11.
μαρτυρούμενος, pro Eo qui bene audit, ſeu, vt noſter Interpres reddit, Hebr. 7.v.3.
Eo qui habet bonum teſtimonium, Actuum ſexto, decimo ſexto, & Act.6 v.3.
Hebræorum vndecimo, illisque ferè tantùm locis duntaxat, inuenitur. Act.16. v. 2.
necnon, & χρηματίζεσθαι, quod eſt, Diuinitus Admoneri, Hebræorum Hebr.11. v.2.
octauo, & vndecimo; Lucæ ſecundo; Actuum decimo. Denique Lucæ Hebr. 8 v.5.
vigeſimo quarto: Inclinata eſt iam dies; Græcè, κέκλικεν. Idem legitur Hebr 11 v.7.
Hebræorum vndecimo; vbi nos habemus: Caſtra verterunt exterio- Luc.2. v.26.
rum. Adde, ἡγούμενος, Dux, Lucæ vigeſimo ſecundo, & Hebræorum Act 10.v.22.
decimo tertio. Denique modus ille loquendi, quo (AD) pro (DE) po- Luc. 24.v.29.
nitur, vt eſt Lucæ decimo octauo, decimo nono, vigeſimo, ita He- Hebr.11.v.34.
bræorum primo ſemel ac iterum,& alibi in eadem Epiſtola. Ex qui- Luc. 22.v. 26.
bus aliíſque ſententia de Luca confirmatur, quam ad finem Colle- Heb.13. v. 7. & 17.
ctaneorum Beda veſter adtexuit. Quo quidem ex capite hæc Epiſtola Luc.18.v.6. Luc.19.v. 42. Luc. 20. v.19. Heb.1.v.7. & 8.
videri ſatis Anglicana poſſet; At ex altero illo omnino veſtra eſt:
quo conſtat, Latinorum neminem in hanc Epiſtolam, ante Anſelmum,
Archiepiſcopum Cantuarienſem, vt præfertur, Commentarios ſcripſiſſe.
Ex hac ergo Epiſtola noſtra ad Hebræos, Anglicanum Canonem repe-
tamus, in lucemque tandem emergamus. LVX PRIMA; QVOD NIHIL
VETAT IDEM ESSE SIGNVM SVI IPSIVS, PRÆSERTIM SI SEIPSVM
SIGNIFICET AC REPRÆSENTET, QVATENVS RATIONE DIVERSVM
EST; VT IN EVCHARISTIA CONTINGIT, QVO MODO CATHOLICI
FATENTVR EVCHARISTIAM ESSE FIGVRAM AC SIGNVM CORPORIS
CHRISTI, CVM IPSA SIT CORPVS CHRISTI, VTI SVPERIVS IN
TRACTATV NOSTRO DE EVCHARISTIA DICTVM, ATQVE PRO-
BATVM EST: Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, ET FIGVRA SVBSTAN- « Hebr.1.v.3.
TIÆ EIVS: Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ ΧΑΡΑΚΤΗΡ ΤΗΣ ΥΠΟΣΤΑ- «
ΣΕΩΣ ΑΥΤΟΥ. Syrus Interpres, CHARACTEREM HYPOSTASOS; ver-
tit, IMAGINEM ESSENTIÆ. Iuxta hanc acceptionem Subſtantiæ, Filius
eſt figura & expreſſa imago ſubſtantiæ Patris, quia ſic Patrem re-
præſentat, vt Eſſentia ſeu Natura Patris in ipſo perfectiſſimè luceat.
Vnde non eſt conſequens, aliam eſſe Patris Eſſentiam, aliam Filij: re-
præſentat enim Filius Eſſentiam Patris, provt in Patre eſt, non provt
in ſeipſo, licèt eadem ſit Eſſentia Patris & Filij. Sic ergo Filius Dei,
ſecundùm Apoſtolum, non quidem ſui ipſius eſt Imago, ſed Subſtan-
tiæ Patris, in quantum eius Subſtantiam (quæ eadem in ipſo eſt) æter-
na generatione ab illo ſibi impreſſam perfectiſſimè refert. Chriſtus
igitur repræſentatiuus ſui ipſius eſt, quatenus eſt in Patre, ſiue Imago
Subſtantiæ, vel Eſſentiæ ſuæ, quatenus in Patre, cum quo Eſſentiali-
ter vnum & idem eſt. Ex qua ſimilitudine grauiſſimum petitur illu-
ſtrandæ Euchariſtiæ Exemplum, in qua creditur Chriſtus repræſenta-
tiuus eius quod reuera atque omnino ipſe eſt: Et ſimul eſt Corpus

HEBR. I. Christi, & figura Corporis, quod realiter ac substantialiter Symbola
exhibent. LVX SECVNDA; QVOD CHRISTVS SIT IN EVCHARISTIA
v. 6. » ADORANDVS: Et cùm iterum introducit Primogenitum in orbem
» terræ, dicit; Et adorent eum omnes Angeli Dei: Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν
Πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες Ἄγγελοι
Θεοῦ. Aptissimè quidem vtitur hoc testimonio Oecumenica Tridentina
Synodus, ad comprobandum Adorationem Christi in Eucharistia. Nam
si Angeli Christum adorant, vt ex versiculo illo Psalmi nonagesimi
sexti, compertum est; Quanto magis homines, etiam in Eucharistia, vbi
Fideles eum sciunt verè esse præsentem? Nam vbicumque Christus est,
rectè adoratur. Huc referri possint insignia illa Testimonia Patrum,
quæ de Angelis, Altari Christi assistentibus, in eoque Christum adorantibus,
vel me dicente audita, vel aliis colligentibus notata sunt. LVX
TERTIA; QVOD REGNI CHRISTI POTESTAS ET REGNVM, AC
THRONVS EIVS, ET PROINDE EIVS ECCLESIA, NVNQVAM DE-
v. 8. » FECERIT, SED IN SÆCVLVM SÆCVLI PERMANEBIT: Ad Filium
» autem; Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: Virga æquitatis, Virga
» Regni tui: Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te
» Deus, Deus tuus, oleo exsultationis, præ participibus tuis: Πρὸς δὲ τὸν υἱόν,
ὁ Θρόνος σου, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ Ῥάβδος τῆς Βασιλείας
σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός,
ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, παρὰ τοὺς μετόχους σου. Sumptum autem testimonium
hoc ex quadragesimo quarto Psalmo est, quem totum de Messia
scriptum esse, etiam Rabbinorum Commentarij testantur. Et certè
Christi Sponsi & Sponsæ eius Ecclesiæ ex Gentibus congregandæ
Epithalamium est. LVX QVARTA; DE ÆTERNITATE ECCLESIÆ,
v. 13. » AC PERFECTA SVBIECTIONE INIMICORVM CHRISTI: Ad quem
Psal. 109. v. 1. » autem Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, QVOAD-
» VSQVE ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων
εἴρηκέ ποτε, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ΕΩΣ ΑΝ θῶ τοὺς ἐχθρούς σου, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν
σου; Explanat hunc locum collatio illius loci, ex decimo quinto Prioris ad
Corinthios, vbi pro REGNARE, dixi SEDERE AD DEXTERAM DEI, his
1. Cor. 15. » verbis: Oportet illum REGNARE, donec ponat inimicos suos sub pedi-
v. 25. » bus eius. LVX QVINTA; DE ANGELIS CVSTODIBVS, ET CVSTODIA
Heb. 1. » ANGELORVM: Nonne omnes sunt Administratorij Spiritus, in mini-
v. vlt. » sterium missi propter eos qui hereditatem capient Salutis? Οὐχὶ πάντες
εἰσὶ λειτουργικὰ Πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν
σωτηρίαν; Psalmi centesimi primi versiculus est, describens Officium
Angelorum, quorum munus est, non Christo adsidere, sed
Christi Clericis ministrare. Missi autem, præsentis temporis participium
est, cuius loco Græcè, ἀποστελλόμενα, id est, qui mittuntur, vt significetur,
missionem hanc & ministerium Angelorum, continuum esse quamdiu
hoc seculum durat, ita vt tandiu nunc hi nunc illi semper in ministerium
HEBR. II. mittantur. LVX SEXTA; QVOD CHRISTVS NON MODO NOBIS
SALVTEM, SED ET SIBI GLORIAM PER MORTIS PASSIONEM
MERVIT, QVATENVS EAM, EX IMMENSA CHARITATE, HVMILI-

TATE, OBEDIENTIA, PATIENTIA, SVBIVIT; CONTRA CALVINI ERROREM TOTIVS ECCLESIÆ SENSVI CONTRARIVM, QVO NEGAT CHRISTVM SIBI QVICQVAM MERVISSE: Eum autem qui mo- « v.9. HEBR.II.
dicò quàm Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum, PROPTER PASSIO- «
NEM MORTIS, gloria & honore CORONATVM: Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' «
Ἀγγέλους ἠλαττωμένον, βλέπομεν Ἰησοῦν, ΔΙΑ ΤΟ ΠΑΘΗΜΑ ΤΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ, δόξῃ καὶ τιμῇ ΕΣΤΕΦΑΝΩΜΕΝΟΝ. LVX SEPTIMA; QVOD GRATIA EVCHARISTIÆ SIT GRATIA SVBSISTENS AC SVBSTANTIALIS, NEMPE CHRISTVS SVBSTANTIALITER IN EVCHARISTIA CONTENTVS: Vt GRATIA DEI, pro omnibus GVSTARET MORTEM: Ὅπως « ibid.
ΧΑΡΙΤΙ ΘΕΟΥ, ὑπὲρ παντὸς, ΓΕΥΣΗΤΑΙ ΘΑΝΑΤΟΥ. Tractat hunc DE GRATIA ESSENTIALI, ſiue SVBSTANTIALI, locum, inter ECCLESIÆ DOCTORES referendus, Cardinalis PERRONIVS, illuſtratque paſſim variis Patrum locis, in poſtumo illo DE EVCHARISTIA Opere, cui ad immortalitatem, nihil præter Eccleſiæ linguam, id eſt, Latinum ſermonem, deeſt: vbi libro ſecundo, In Theodoreto, capite ſexto, quem nunc in manibus habemus Epiſtolæ noſtræ verſiculum, iuxta Latinos omnes Commentatores Veteres, & quamplurima exemplaria Græca, de Gratia Subſtantiali; intelligendum docet ex qua Subſtantiali Gratia, Patrum teſtimonio, fuerit Euchariſtiæ inditum nomen: quod & alibi iam attigimus. Et certè variant Græci Codices, cùm alij habeant, ΧΑΡΙΤΙ ΘΕΟΥ, id eſt, DEI GRATIA, ſiue EX CHARITATE, vel BENEFICIO DEI; alij, ΧΩΡΙΣ ΘΕΟΥ, id eſt, ABSQVE DEO, SEORSIM A DEO, EXCEPTO DEO; manente nimirum impaſſibili Diuinitate: alij, ΧΑΡΙΣ ΘΕΟΥ, hoc eſt, IPSA GRATIA DEI, nempe Chriſtus Dominus, qui Gratia Patris ac PLENVS GRATIÆ ET VERITATIS. Ioan.1.v.14.
Chriſtianorum autem Moralis atque Philoſophicus, DE GVSTANDA MORTE, locus, & quomodo ſemel hoc in Scriptura ac de ſolo Chriſto dictum eſt, poſſitque ad Chriſtum Myſticum atque ad Membra Chriſti, Chriſtianos, extendi, quibus ſuauis amara mors, vtpote Tranſitus ad Vitam & Patrem; alterius eſt inſtituti. LVX OCTAVA, QVOD NVLLA EX CAVSA LICEAT A FRATRIBVS SEPARARI, ET QVOD ETIAMSI CORDE, NVNQVAM TAMEN TEMPLO, VSQVE AD FINEM SÆCVLI, SEPARANDI SINT BONI A MALIS: Propter quam cauſam non con- « Hebr.2.v.11.
funditur FRATRES eos vocare: Δι' ἣν αἰτίαν, οὐκ ἐπαισχύνεται ΑΔΕΛΦΟΥΣ αὐτοὺς «
καλεῖν. Quæ quidem Prophetia Pſalmi vigeſimi primi, (quem totum Pſ.21.v.23.
in Chriſti perſona ſcriptum eſſe, nemini Chriſtiano dubium eſſe poteſt, adeo viuam Chriſti Patientis imaginem, adteſtantibus etiam Euangeliſtis, exhibet) ab eo tempore impleri potiſſimùm cœpit quo fundatæ Chriſti Fidelium Eccleſiæ ſunt, in quibus Chriſtus tum per Apoſtolos ſuos, tum per eorum Succeſſores, palàm ac liberè Deum laudat; ſiue, iuxta Proprietatem Græcam, hymnis celebrat: ſicut in Chriſtianorum Templis fieri conſueuit. Quamquam & Chriſtus per ſe vnà cum Diſcipulis ſuis fecit, etiam ante Paſſionem, vt habetur Matthæi vigeſimo
ſexto. Et HYMNO dicto exierunt in montem Oliueti: vbi eadem vox, « Matt.26.v.30.
idem Græcum verbum ſonat. LVX NONA; QVOD QVALIS IN PEC-

HEBR. II. CATO, TALIS IN REMEDIO REALITAS TAM IN PRETIO QVAM IN CIBO, SIVE TAM IN INCARNATIONE QVAM IN EVCHARISTIA:
v. 14. » Quia ergo pueri communicauerunt Carni & Sanguini, & ipse SIMILI-
» TER participauit eisdem: Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς ΠΑΡΑΠΛΗΣΙΩΣ μετέσχε τῶν αὐτῶν. Aduerbium illud, SIMILITER, ΠΑΡΑΠΛΗΣΙΩΣ, Chrysostomus peculiariter vrget aduersùs Hæreticos veritatem adsumptæ carnis negantes; tanquam dicat Apostolus, Christum non iuxta phantasiam, sed planè similiter vt nos Carnis & Sanguinis commercium subiisse, id est, verè propriéque factum esse hominem mortalem. Qua in re Chrysostomum etiam cæteri sequuntur. Hinc facilis ex Incarnatione ad Eucharistiam consequentiæ deductio; ac eò
ibid. » quidem magis quòd sequitur: Vt per mortem destrueret eum qui habe-
» bat mortis imperium, id est, Diabolum; & liberaret eos qui timore mor-
» tis per totam vitam obnoxij erant seruituti: ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι, τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. LVX DECIMA; QVOD CHRISTVS SIT ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ, ID EST, PRINCEPS SACERDOTVM AC SVMMVS SACERDOS: EX QVO CONSEQVENS EST ESSE ET ALIOS NOVI TESTAMENTI SACERDOTES,
v. 17. » QVORVM CHRISTVS sit PRINCEPS: Vnde debuit per omnia Fratribus
» similari, vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, VT REPROPI-
» TIARET DELICTA POPVLI: Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται, καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς, τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ΕΙΣ ΤΟ ΙΛΑΣΚΕΣΘΑΙ ΤΑΣ ΑΜΑΡΤΙΑΣ ΤΟΥ ΛΑΟΥ. Et profectò nomen PONTIFICIS, quod quidem attributum Christo frequens occurrit in hac Epistola, vbi semper Græcè est Ἀρχιερεὺς, Hæreticos quibusdam huius Epistolæ testimoniis abutentes ad Incruentum Nouæ Legis Sacerdotium exterminandum, quod ex institutione Christi, per eius Ministros, in Ecclesia quotidie exercetur, valde premit. Quod si attentiùs spectes, conficies quoque, huiusmodi Sacrificium quod per Sacerdotes Christi offertur, verè Propitiatorium esse, tam ex parte Victimæ quàm ex officio Sa-
HEBR. III. cerdotis; cuius officium est Deum Populo pacatum reddere. LVX VNDECIMA; QVOD PONTIFICVM EST, VERÆ RELIGIONIS DOCTRINAM
v. 1. » POPVLO CONFITENDAM TRADERE: Vnde, Fratres Sancti, VOCA-
» TIONIS CÆLESTIS PARTICIPES, considerate Apostolum & PONTIFI-
» CEM CONFESSIONIS NOSTRÆ IESVM: Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν Ἀπόστολον καὶ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΗΣ ΟΜΟΛΟΓΙΑΣ ΗΜΩΝ ΧΡΙΣΤΟΝ ΙΗΣΟΥΝ. LVX DVODECIMA: QVOD FIDES ET IVSTITIA SEMEL HABITA AMITTI POSSIT; ET QVOD VNVSQVISQVE CHRISTIANVS CERTO CREDERE NON DEBEAT, QVOD SIT
v. 6. » PRÆDESTINATVS, ET VITAM ÆTERNAM HABITVRVS: Christus verò
» tanquam Filius in domo sua: quæ Domus sumus nos, si fiduciam & GLO-
» RIAM SPEI, vsque ad finem, firmam retineamus: Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς, ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐάν περ τὴν παρρησίαν καὶ τὸ ΚΑΥΧΗΜΑ ΤΗΣ ΕΛΠΙΔΟΣ, μέχρι τέλους, βεβαίαν κατάσχωμεν. Vnde stupenda est Sectariorum impudentia, qui ex hoc eodem loco Fidem suam Specialem stabilire non verentur: quasi, quicumque rectè cōfidit & sperat, certus esse debeat se id quod spe-

rat,infallibiliter consecuturum,cùm possit suo vitio re sperata frustrari. HEBR. III.
Quamobrem,ex omnibus Scripturis nos ad perseuerantiam exhortanti-
bus, huius temporis errores clarissimè refellũtur. Quorsum enim exhor-
tatio,ne amittas quod amittere non potes?quodque certa Fide te non a-
missurum tenes? LVX DECIMA TERTIA, QVOD HORRENDVM DICTV
SIT,SINE PERSEVERANTIA FIDEM NON ESSE FIDEM,SED OPINIONEM
VANAM, CVM AD FIDEI PERSEVERANTIAM MINIME HORTARER,
SIVE PERSEVERATVROS, SIVE NON, NISI VERAM FIDEM EOS HA-
BERE EXISTIMAREM : Participes enim Christi effecti sumus, SI tá- « v. 14.
men INITIVM SVBSTANTIÆ EIVS, vsque ad finem, firmum retinea- «
mus: Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ, ΕΑΝΠΕΡ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΗΣ ΥΠΟ- «
ΣΤΑΣΕΩΣ, μέχρι τέλους, βεβαίαν κατάσχωμεν. Ea verò Substántia, siue Sub-
sistentia est, qua Christiani sumus, id est, Noua Creatura in Christo:
cuius quidem Substantiæ initium & fundamentum est Fides, qua in
Christum credimus, in eoque viuere incipimus. Potest etiam per ipsam
Substantiam intelligi Fides, & per Initium Substantiæ, Fides iam in-
choata: quandoquidem & capite vndecimo, Substantiæ nomen adtri-
buitur Fidei. LVX DECIMA QVARTA; QVOD FIDES SPECIALIS HÆ- HEBR. IV.
RETICORVM VANA SIT, VT QVÆ CVM SANCTO CHRISTIANORVM
TIMORE CONSISTERE NON POSSIT : TIMEAMVS ergo ne fortè reli- « v. 1.
cta pollicitatione introëundi in requiem eius existimetur aliquis ex «
vobis deesse: ΦΟΒΗΘΩΜΕΝ οὖν, μή ποτε καταλειπομένης τῆς ἐπαγγελίας, εἰ- «
σελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν, ὑστερηκέναι. (Græcè, non, EXI-
STIMETVR; sed VIDEATVR, δοκῇ, & pro verbo DEESSE, vertunt alij,
FRVSTRATVS ESSE, id est, EXCLVSVS, NON ADSEQVVTVS. Pleniùs
exprimetur Græci Verbi significatum, si iungas vtrumque; FRVSTRA-
TVS, SEV NON ADSEQVVTVS, EO QVOD IPSE DESIT per ignauiam.)
Ex hoc loco, & de Libertate Humani Arbitrij, & de Bonorum Operum
Meritis doctrina stabilitur; Ac docetur eadem posse esse opera Dei &
nostra, Deo nimirum faciente vt faciamus, iuxta Promissionem illam
Propheticam, Ezechielis trigesimo sexto: FACIAM, vt in Præceptis « Ezech. 37.
meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. LVX DECI- « v. 27.
MA QVINTA; QVOD NVLLA RELIGIO SIT SINE VERO ET EXTERNO HEBR. V.
AC PROPITIATORIO SACRIFICIO; ET QVOD SVMMVM IVS SACRIFI-
CII SIT PENES PONTIFICES SVMMOS AC SACERDOTES: OMNIS nam- « v. 1.
que PONTIFEX, ex hominibus adsumptus, pro hominibus constitui- «
tur in iis quæ sunt ad Deum, vt offerat Dona & Sacrificia pro pecca- «
tis: Πᾶς γὰρ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ, ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθί- «
σταται τὰ πρὸς τὸν Θεόν, ἵνα προσφέρῃ Δῶρά τε καὶ Θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν; LVX
DECIMA SEXTA : QVOD SICVT OLIM IN POPVLO IVDAICO, ITA
NVNC IN ECCLESIA, SIT HIERARCHIA DIVINITVS INSTITVTA,
CVM POTESTATE ORDINANDI PONTIFICES, SACERDOTES, ET MI-
NISTROS; VT QVIDQVID IVXTA ILLAM ADTENTATVR AVT
PRÆSVMITVR, ILLEGITIMVM ET INANE CENSEATVR:
NEC QVISQVAM sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam « v. 4.
Aaron: Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμήν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ

HEBR. V. Θεοῦ καθάπερ καὶ ὁ Ἀαρών. Ex quo facile est coniicere, quo loco habendi sint, quotquot hodie, in Ministerium Verbi sese ingerunt, neque missi neque vocati. Vocatum autem Aaronem intellige pro se & sua posteritate. quo Scripturæ loquendi more, quod de Petro dictum est, de Petri Successoribus intellige dictum. Quod adeo in Veteri Populo seruatum est, vt ne per ambitionem quidem, atque eo tempore quo externis Regibus Iudæi parebant, quisquam qui non esset è stirpe Aaronis, ad Pontificatum euectus legatur. Vnde cùm Rex Osias vsurpare

2 Paral.26. v.20 Sacerdotis officium vellet, à Pontifice repulsus fuit, & mox à Deo lepra percussus. (secundi Paralipomenon, vigesimo sexto.) LVX DE-

v.8. » CIMA SEPTIMA, QVOD MAGNVM SIT MERITVM OBEDIENTIÆ: Et

» quidem, cùm esset Filius, DIDICIT ex eis quæ passus est, OBEDIENTIAM: Καίπερ ὢν υἱός, ΕΜΑΘΕΝ ἀφ' ὧν ΕΠΑΘΕ, τὴν ΥΠΑΚΟΗΝ. Legitur enim hic sensus apud Theophylactum & Oecumenium; Per experientiam didicit quanta sit Obedientiæ Virtus, & quantum meritum, cùm propter hanc exauditus sit & à morte ereptus. LVX DECIMA OCTAVA; QVOD PER PECCATVM PRIMI HOMINIS NON SOLVM AMISSA EST IVSTITIA, VERVM ETIAM DELETA PROMISSIO QVA PRO BONIS OPERIBVS EI VITÆ ÆTERNÆ MERCES FVERAT DECRETA: VNDE NON TANTVM OPVS FVIT GRATIA CHRISTI VT HOMO LAPSVS RESTITVERETVR IN STATVM IVSTITIÆ BONORVMQVE OPERVM, SED ETIAM VT HÆC IPSA IVSTITIÆ OPERA EI PROFICERENT AD VITAM ÆTERNAM, VT CVM VTRVMQVE PECCATO ABOLITVM ESSET, NEMPE IVSTITIA, ET PACTIO DE PRÆMIO PRO IVSTITIA REDDENDO, VTRVMQVE NOBIS REPARARETVR PER

v.8. » CHRISTVM: Et CONSVMMATVS, factus est omnibus obtemperantibus

» sibi causa salutis æternæ: Καὶ ΤΕΛΕΙΩΘΕΙΣ, ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. Cùm autem Christus, CONSVMMATVS dicitur, non morte finitus intelligitur, sed perfectus redditus; Qua significatione, Græcum verbum vsurpari passim in hac Epistola notum est, vel pri-

Heb.2.v.10. » mo cuique legenti capitis secũdi illud; Auctorem salutis eorum per pas-

» siones CONSVMMARE. vbi Consummare, τελειῶσαι, PERFICERE, vel PERFECTVM REDDERE, est: quemadmodum hoc loco CONSVMMATVS, τελειωθείς, perfectum, siue PERFECTVM REDDITVM, sonat; vti etiam Erasmus è Græco conuertendum duxit. Mens enim Apostoli est, Christum per Passiones ad Gloriam adductum, omnibus sibi suoque Euangelio obedientibus causam & auctorem factum salutis æternæ. Duplex autem insinuatur Christi Passionis fructus; ipsius scilicet Christi Consummatio, & Salus nostra, quoniam & sibi meruit & nobis. Sed ideo dixi Christum consummatum factum esse causam Salutis nostræ, quia Salus nostra non solùm à Christo passo, velut causa meritoria, verumetiam ab eodem Consummato, & Glorificato, velut Exemplari Causa, dependebat. Ex quo intelligendus est locus ille primæ Corinthiorum de-

1.Cor.15. » cimo quinto: Nam si Christus non resurrexit, inanis est ergo Prædicatio

v.14. » nostra, inanis est Fides vestra. Porrò non absolutè dixi OMNIBVS, sed OMNIBVS OBTEMPERANTIBVS SIBI, non quòd obedientia sit con-

ditio, quam priùs à nobis Christus exigat, quàm eius Passio quidquam HEBR. V.
in nobis opererur (neque enim Fides & Obedientia aliunde est quàm
ex Christi Passione): sed quia conditio est ad salutem æternam necessa-
ria, ne quis speret salutem à Christo, nisi Legi obediat. quoniam nec
ipse Christus, nisi per Obedientiæ Meritum, ad Gloriam euectus est, quæ
conditio ab ipsomet in Euangelio expressa est: Si vis, inquit, ad vitam « Matt. 19.
ingredi, serua mandata. Docet hic præterea locus, non ita per meritum « v. 17.
Christi nos restitui in statum iustitiæ atque Bonorum Operum, pro
quibus ab initio vita æterna promissa fuerat, vt sic restitutis, ea iam
debeatur ex prima institutione, nec ad hanc debiti rationem consti-
ruendam opus sit merito Christi. Quare vltima Vniuersalis Synodus,
Sessione sexta capite decimo sexto, docet, bene Operantibus vsque in
finem, & in Deo Sperantibus, Vitã Æternam proponendam esse, & tan-
quam Gratiam Filiis Dei per Christum Iesum, misericorditer promis-
sam, & tanquam Mercedem ex ipsius Dei promissione, bonis ipsorum
operibus, & meritis fideliter reddendam: quod quidem, non solùm tra-
dit, sed & Canone vigesimo sexto, sub Anathemate definir. LVX
DECIMA NONA; QVOD VOCATIO SACERDOTI NECESSARIA SIT,
ET QVOD IN EVANGELIO NOVVS ORDO MELCHISEDECHICVS SIT
SACERDOTVM A CHRISTO, DEO AVCTORE, INSTITVTVS, CVIVS
MYSTERIA CATECHVMENIS REVELARE NON LICET: APPELLA- « Heb. 5.
TVS à Deo Pontifex, iuxta ORDINEM MELCHISEDEC. De quo nobis « v. 10.
grandis (Græcè, MVLTVS, πολὺς, quemadmodum Epistolâ centesimâ vi- «
gesimâ sextâ ad Euagrium Hieronymus legit) sermo & ininterpretabilis «
(Græcè, DIFFICILIS INTERPRETATV, δυσερμήνευτος,) ad dicendum: quo- «
niã imbecilles facti estis ad audiendũ (Græcè, QVANDOQVIDEM SEGNES «
FACTI ESTIS AVRIBVS: ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς: vt non IMBECILLES «
sed SEGNES, capite sequenti eamdem vocem Græcam ipse Interpres ver- «
tit. Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus, rursum indige- «
tis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei, & facti «
estis quibus lacte opus sit, non solido CIBO. Omnis enim qui lactis est «
particeps, expers (Græcè, INEXPERTVS, ac RVDIS, ἄπειρος,) est sermonis «
iustitiæ: Paruulus (Græcè, INFANS, νήπιος) enim est. Perfectorum autem «
est solidus cibus, eorum qui consuetudine, (Græcè, διὰ τὴν ἕξιν, id est, «
PROPTER HABITVM, vt libro duodecimo de Trinitate, capite decimo
tertio, Augustinus legit, vel PROPTER ASSVETVDINEM, vt Ambrosia- «
nus habet) exercitatos habent sensus, (Græca vox, αἰσθητήρια, propriè OR- «
GANA SENSVVM significat, qualia sunt Oculi, Aures,) ad discretionem «
Boni ac Mali: Προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. «
Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος, λέγειν· ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀ-
κοαῖς. Καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι, διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ δι-
δάσκειν ὑμᾶς, τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ. καὶ γεγόνατε χρείαν
ἔχοντες γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς. Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δι-
καιοσύνης· (νήπιος γάρ ἐστι) Τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια
γεγυμνασμένα ἐχόντων, πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Sed de Melchisede-
cho, ac Melchisedechico Ordine, & nostro illo SERMONE ININ-
TERPRETABILI, atque Euangelico, secundùm Ordinem Mel-

HEBR. VI. chisedech, Sacerdotali Ordine, deque non vulgandis apud Catechumenos Mysteriis; à nobis supra plenissimè actum est. LVX VIGESIMA; QVOD SACRAMENTVM CONFIRMATIONIS VNVM SIT EX EVANGELICIS SEPTEM SACRAMENTIS, POST BAPTISMA AB EPISCOPIS TRADI SOLITVM, ET A ME APOSTOLICE DECLARATVM:
v. 1. » Quapropter intermittentes Inchoationis Christi sermonem, ad Per-
» fectionem feramur: non rursum iacientes Fundamentum Pœnitentiæ
» ab operibus mortuis, & Fidei ad Deum, Baptismatum doctrinæ, IM-
» POSITIONIS quoque MANVVM, ac Resurrectionis Mortuorum, & Iu-
» dicij Æterni: Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς Ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν Τελειότητα φερώμεθα, μὴ πάλιν Θεμέλιον καταβαλλόμενοι Μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ Πίστεως ἐπὶ Θεὸν, Βαπτισμῶν διδαχῆς, Ἐπιθέσεώς τε χειρῶν, Ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ Κρίματος Αἰωνίου. Græci Latinique Interpretes hunc Apostolicum locum de Sacramento Consignationis, seu Confirmationis, magno consensu
Actuum 8.&19. exponunt, per quod, vt Actuum octauo, & decimo nono legitur, datur Baptizatis Spiritus Sanctus: quo roborati, intrepidè Christi nomen apud hostes Fidei confiteantur. Quamquam ergo quædam sit Impositio Manuum quæ Clericis fit, & Ordo vel Ordinatio, appellari solet; alia est minùs quidem frequenter ita dicta, sed hoc loco tamen Apostolicè, & quandoque in Conciliis, Impositio Manuum nominata, quæ Laïcis, siue omnibus Fidelibus adultis, statim à Baptismo per
Act. 8. v. 17. » Episcopos solet adhiberi: de qua Lucas Actuum septimo: Imponen-
» tesque Manus super eos, accipiebant Spiritum Sanctum. Postquam igitur nec iam agendum dixissem De Pœnitentia accedentium ad Baptismum, qui peccata deflent, ac abluunt, nec de Fide ac Symbolo Catechumenorum, siue de Catechizandis Rudibus, nec de reliqua Doctrina Baptismatum, id est, Baptismalium, aut quæ de Baptismis traditur, Fluminis, Flaminis, Sanguinis, siue de Doctrina Baptismatis, ad quod Catechismus præuia institutio est; (non quòd verè plura sint Baptismata, sed quia sequeretur plura esse, si rursus ab initio catechizandi essent Hebræi baptizati, ad quos loquor, qui me ad ista rudimenta reuocante, quot Baptismata Legalia quandoque habuissent, tot facilè crederent Baptismata Christi:) continuò addidi, nec de IMPOSITIONE MANVVM, siue de Sacramento, quod Episcopi imponentes manus, Laicis conferunt, tanquam pueriliter tractandum, aut de Beata Resurrectione Mortuorum ac Iudicio Æterno Damnatorum: Sex enim Doctrinæ præcipua capita sunt, quæ Catechumenis initio tradebantur; DE POENITENTIA, DE FIDE, DE BAPTISMO, DE CONFIRMATIONE, DE RESVRRECTIONE, DE IVDICIO. Quæ cuncta diligenter ab Apostolis, in iaciendis Fidei fundamentis inculcari solere, testantur eorum Conciones à Beato Luca in Actis Apostolicis descriptæ. Itaque his relictis, monebam ad maiora pergendum, quale illud infinitum Argumentum est DE SACERDOTIO CHRISTI. LVX VIGESIMA PRIMA; QVOD HODIERNÆ HÆRESES, SECVS DE EVCHARISTIA QVAM APOSTOLICA TEMPORA, LOQVVNTVR, ET QVOD EVCHARISTIÆ MAIESTATEM, ITA MINVIT NOVATORVM FIDES, VT DE HOC MYSTERIO PLVRA NOSSENT VETERVM CATECHVMENI, QVAM

EORVM AVDIANT FIDELES, NIHILQVE EOS DOCERE QVOD VEL HEBR. VI.
DICERE MAGNVM, VEL REVELARE PERICVLOSVM FORET: Gusta- « v. 4.
uerunt etiam DONVM CÆLESTE: γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου: «
Haymo & Primasianus, siue Commentarius Primasio adscriptus, per
DONVM CÆLESTE, Panem Cælestem, id est, Sacramentum Corporis
& Sanguinis Domini, intelligunt, quod est verè Donum Cœleste, da-
tum nobis ad gustandum, ab eo qui dicit; Ego sum Panis qui de cœlo « Io.6.v.41.
descendi, Ioannis sexto. Et certè apud Græcos Scriptores, generali
nomine DONI, Solet Eucharistia nuncupari, vt retulimus inter Epi-
theta Patrum. Vnde Theodoretum in illud ex vndecimo prioris ad
Corinthios, Et sic de Pane illo Edat; ait, ET SIC DONVM ACCIPIAT. Ac 1. Cor. 11.
probabiliter quidem significatus videri possit idem Panis Cælestis à v. 28.
Beato Petro prioris Epistolæ capite secundo; quando scribens ad eos
quos Infantibus modo-genitis comparat, & ad Lac Rationale cōcupi-
scendum exhortans, sic deinde ait: Si tamen gustastis quoniam suauis « 1. Petri. 2.
est Dominus. Neophytis enim statim à Baptismo porrigebatur Eucha- « v.3.5.
ristia, vt in libris de Sacramentis Ambrosius refert. Dabatur etiam de-
gustandum Lac & Mel in Ceremoniis Baptismi, vt libro De Corona
Militis Tertullianus est auctor. Cæterùm meritò Eucharistia Donum
Cæleste, Δωρεὰ Ἐπουράνιος, appellatur, quoniā & Corpus Domini Cæle-
ste est, & ipse Christus Cælestis, primæ Corinthiorum decimo quinto. 1. Cor. 15.
LVX VIGESIMA SECVNDA; QVOD PER SACRAMENTVM CONFIR- v. 40.
MATIONIS, CONFERTVR SPIRITVS SANCTVS: Et participes facti sunt « Heb. 6.
Spiritus Sancti: Καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος Ἁγίου. Græcorum Scho- « v. 4.
lia referunt ad Impositionem Manuum, per quam dabatur Spiritus
Sanctus. Nam & hoc Sacramentum recèns baptizatis solitum conferri,
vbi Episcopus adesset, in Dialogo contra Luciferianos Hieronymus
scribit. LVX VIGESIMA TERTIA; QVOD HOMO SEMEL GRATIA DEI
IVSTIFICATVS POSSIT AB EA GRATIA EXCIDERE, ET IVSTITIAM
AMITTERE: Et prolapsi sunt: Καὶ παραπεσόντας. Hoc Argumentum « v. 6.
Caluinus dum versat & soluere conatur, magis sese implicat, suis, vt so-
let, antigomenis, modò Fidem & Gratiam Reprobis adscribens, modò
detrahens. LVX VIGESIMA QVARTA; QVOD ALIQVÆ POENÆ SINT «
PVRGATORIÆ POST MORTEM: IMPOSSIBILE enim EST, EOS QVI SE- « v. 4.
MEL SVNT ILLVMINATI, gustauerunt etiam DONVM CÆLESTE, & «
participes facti sunt Spiritus Sancti, Gustauerūt nihilominus bonum «
Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, ET PROLAPSI SVNT; RVR- «
SVS RENOVARI AD POENITENTIAM: Ἀδύνατον γὰρ ΤΟΥΣ ΑΠΑΞ ΦΩ- «
ΤΙΣΘΕΝΤΑΣ, Γευσαμένους τε τῆς ΔΩΡΕΑΣ τῆς ΕΠΟΥΡΑΝΙΟΥ, καὶ μετόχους
γενηθέντας Πνεύματος Ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλον-
τος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν. Inter PERRONII non
Scripta sed Tradita, est, hūc locum omnium habere vim maximam ad
Purgatorium probandum. Cùm enim nihil coinquinatum, vt Apoca- Apocalyp. 21
lypsis declarat, intret in Regnum Cælorum, ac omne illud inquinatū v. vlt.
sit cui aliquid Puritatis Baptismalis deest, impossibile verò sit, id est
valde rarò eueniat, vt Lapsi recuperēt per Pœnitentiā, quod post acce-

HEBR VI. ptum ſemel Baptiſmum Peccato amiſerunt; alterutrum neceſſe eſt
eſſe, vt aut Mors plus Pœnitentia poſſit, quo nihil abſurdius; aut
luenda poſt mortem pœna renouet quod Peccatum antiquauit.
Et profectò vt ad ignem renouantur multa quorum ſordes calo-
re eluuntur; ſic ad Purgatorium Ignem purgantur Animæ, quæ
defunctæ corporibus, peccatorum debita Diuino Iudicio luenda,
tanquam ſordes contraxerunt. Sed de Purgatorio iam ſupra dili-
gentiſſimè diſputatum fuit. LVX VIGESIMA-QVINTA; QVOD
TANTA ERGA NOS DEI BONITAS SIT, VT NOSTRA VELIT ESSE
v.10. » MERITA, QVÆ SVNT IPSIVS DONA: Non enim iniuſtus Deus, vt
» obliuiſcatur Operis Veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomi-
» ne ipſius, qui miniſtraſtis Sanctis, & miniſtratis: Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς,
ἐπιλαθέσθαι τοῦ Ἔργου Ὑμῶν, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ
ὄνομα αὐτοῦ, διακονήσαντες τοῖς Ἁγίοις, καὶ διακονοῦντες. Optime enim ex
hoc loco ſtatuunt Doctores Catholici, Bonorum Operum merita,
cum Patribus Tridentinis, Seſſione ſexta, capite decimo ſexto, qui iu-
ſtificatis hominibus ſiue acceptam gratiam perpetuò conſeruaue-
rint, ſiue amiſſam recuperauerint, hæc noſtra Apoſtolica verba in-
ter alia proponi volunt. Dicitur autem Deus Operum noſtrorum
obliuiſci, quando vel Bona irremunerata, vel Mala impunita re-
linquit. Eſſet autem iniuſtus qui Bonorum Operum obliuiſcere-
tur, non ea remunerans; non quòd illa ſuapte natura talia ſint vt
eis remuneratio debeatur à Deo; ſed quia contra fidem ſuæ pro-
miſſionis faceret, qua conſtituit atque ordinauit, operibus per gra-
tiam ipſius factis ſe præmia vitæ æternæ redditurum. LVX VIGESI-
MA SEXTA; QVOD IVRAMENTVM PER SE ILLICITVM NON EST:
v.13. » Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per
» quem iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum: Τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγ-
γειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ κατ᾽ οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ᾽ ἑαυτοῦ. id ex
» teſtimonio probat Diuus Thomas: Quia Scriptura Sacra, inquit, ni-
» hil Deo tribuit, quod ex ſe ſit Peccatum. Intendit enim Scriptura
» nos ad Deum ordinare & ducere. LVX VIGESIMA SEPTIMA;
QVOD AD COMPONENDAS CONTROVERSIAS, VSVS IVRANDI ET
LICITVS ET NECESSARIVS SIT, ET QVOD APERTISSIME RE-
FELLAM EOS QVI MALE INTELLIGENTES EVANGELICA PRÆ-
CEPTA, IVRAMENTVM, VELVT REM PRORSVS ILLICITAM,
v.16. » DAMNANT: Homines enim per maiorem ſui iurant, & omnis
» controuerſiæ eorum finis ad confirmationem, eſt Iuramentum:
Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι, καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς
βεβαίωσιν, ὁ Ὅρκος. Eſt autem adeo religioſum Iuriſiurandi Sacramen-
tum, vt & Deus ſuam promiſſionem Iuramento confirmare volue-
rit, ne quid ei deeſſe videretur, quod promiſſis & pactis firmita-
v.17. » tem apud homines confirmare ſolet. Vnde ſequitur: In quo
» abundantiùs volens Deus oſtendere POLLICITATIONIS HEREDI-
» BVS immobilitatem conſilij ſui, INTERPOSVIT IVSIVRAN-
HEBR.VII. DVM. LVX VIGESIMA OCTAVA: QVOD CHRISTVS
IVSTI-

IVSTITIÆ NOBIS AVCTOR EST, NON QVIA IVSTI MODO REPVTE- HEBR. VII.
MVR, VT HÆRETICI VOLVNT, SED QVA SECVNDVM VERITATEM
IVSTI NOMINEMVR ET SIMVS; SIVE, QVOD VERE, ET PROPRIE ET
EXCELLENTISSIMO QVODAM MODO, REX IVSTITIÆ DICTVS SIT,
ID EST, NON MODO QVIA IVSTISSIMVM EXERCET IMPERIVM; IVX-
TA VERSICVLVM PSALMI QVADRAGESIMI QVARTI SVPRA CITA-
TVM CAPITE PRIMO: VIRGA ÆQVITATIS, VIRGA REGNI TVI. DI- Psal.44.v.7.
LEXISTI IVSTITIAM, ET ODISTI INIQVITATEM: SED ETIAM, QVIA
RECTVM IVSTVMQVE POPVLVM SVVM FACIT: Primùm quidem (de « v.2.
Melchisedech sermo est) qui interpretatur, REX IVSTITIÆ; deinde au- «
tem Rex Salem, quod est, REX PACIS: Πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος ΒΑΣΙΛΕΥΣ «
ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ, ἔπειτα δὲ, καὶ Βασιλεὺς Σαλὴμ, ὅ ἐστι ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΕΙΡΗΝΗΣ· Ex
hoc enim duplici Regio Titulo & Iustitia & Reconciliatio per Chri-
stum facta, aptissimè designatur. LVX VIGESIMA NONA; QVOD IVGE
SIT SACRIFICIVM CHRISTIANORVM CORPORIS ET SANGVINIS
CHRISTI IN PANE ET VINO SECVNDVM ORDINEM MELCHISE-
DECH: Assimilatus autē Filio Dei, MANET SACERDOS IN PERPETVVM: « v.3.
Ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, ΜΕΝΕΙ ΙΕΡΕΥΣ ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΗΝΕΚΕΣ. Sci-
licet vt patris ac matris, generisque expers dicitur Melchisedech, & nec
initium vitæ, nec finem habere, quia nihil horum scriptum est; ita ma-
nere dicitur Sacerdos in perpetuum, siue in æternum, (hæc enim apud
me eadem sunt) quia de fine Sacerdotij eius, nihil scriptum inuenitur,
eò quòd sine fine Sacerdotium ac Sacrificium Christianorum foret.
LVX TRIGESIMA; QVOD SOLEMNIS BENEDICTIO QVA PONTI-
FICES REGIBVS BENEDICVNT, SACERDOTIVM ESSE MAIVS QVAM
REGNVM DECLARET: Et hunc qui habebat repromissiones, bene- « v.6.
dixit. Sine vlla autem contradictione, quod minus est, à meliore be- «
nedicitur: Καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας, εὐλόγηκε· Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, «
τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. Et quidem Sacerdotes tanquam
Ministri & Vicarij Dei benedicunt Populo, sicut eis præscriptâ etiam
verborum formulâ, quam sequerentur Numerorum sexto, præce-
ptum fuit: vnde & ratam eorum se habiturum benedictionem Do-
minus ibidem pollicetur, dicens: INVOCABVNTQVE NOMEN « Num.6.v.vlt.
MEVM, SVPER FILIOS ISRAEL, ET EGO BENEDICAM EIS. Quo pa- «
cto Christus omnium Sacerdotum summus, Paruulis Marci deci- Marc.10.v.16.
mo, & Discipulis suis, Lucæ vigesimo quarto, benedixit. LVX TRI- Luc.24.v.36.
GESIMA PRIMA; QVOD PERPETVVM EST SACERDOTIVM CHRISTI,
CVIVS TYPVM MELCHISEDECH GEREBAT: Et hîc quidem, Decimas « v.8.
morientes homines accipiunt: IBI AVTEM CONTESTATVR QVIA VI- «
VIT: Καὶ ὧδε μὲν δεκάτας ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι λαμβάνουσιν· ΕΚΕΙ ΔΕ, ΜΑΡ- «
ΤΥΡΟΥΜΕΝΟΣ ΟΤΙ ΖΗ. Suo nimirum silentio Scriptura testatur eum
viuere, cuius mortem tacet. Illud vero, CONTESTATVR, respondet
Græco, Μαρτυρούμενος, pro quo verisimile est Interpretem vertisse,
CONTESTATVS, vel qui contestatur, sensu passiuo. Sic enim & alibi
Verbis & Participiis deponentibus vtitur interdum, vt supra in hoc
capite; QVI INTERPRETATVR. Sic etiam accipienda lectio, quæ est

HEBR. VII. apud Augustinum, libro decimo de Genesi ad Litteram: Ibi autem
qui testificatur se viuere, id est, qui testimonium habet suapte. quod
posteriores clariùs verterunt: Is de quo testatum est, quòd viuat: Ex
imitatione scilicet Interpretis Syri; vbi addito nomine sic reddi-
» tum est; Is de quo testata est Scriptura quòd viuat. LVX TRIGE-
SIMA SECVNDA; QVOD CONSVMMATIO, GRÆCE, ΤΕΛΕΙΩΣΙΣ, ID
EST, PERFECTIO (DE QVA MYSTICIS VERBIS, APVD DIONYSIVM
TAM MVLTA) AD EVANGELICVM SACERDOTEM, SECVNDVM OR-
v. 11. » DINEM MELCHISEDECH, SPECTET: Si ergo CONSVMMATIO per Sa-
» cerdotium Leuiticum erat (Populus enim sub ipso Legem accepit)
» quid adhuc necessarium fuit, secundùm ordinem Melchisedech, a-
» lium surgere Sacerdotem, & non secundùm ordinem Aaron dici?
Εἰ μὲν οὖν ΤΕΛΕΙΩΣΙΣ διὰ τῆς Λευϊτικῆς Ἱερωσύνης ἦν, (ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ
νενομοθέτητο) τίς ἔτι χρεία, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ οὐ
κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, λέγεσθαι; LVX TRIGESIMA TERTIA; QVOD SI-
v. 12. » NE SACERDOTIO AC SACRIFICIO RELIGIO NVLLA: Translato
» enim Sacerdotio, necesse est & Legis translatio fiat: Μετατιθεμένης γὰρ
τῆς Ἱερωσύνης ἐξ ἀνάγκης καὶ Νόμου μετάθεσις γίνεται. LVX TRIGESIMA QVAR-
TA; QVOD IVGITER CHRISTVS OFFERT PER MINISTROS SVOS
AC VICARIOS SACERDOTES, QVIBVS COMMISIT OFFERENDVM IN
ECCLESIA, VSQVE AD SÆCVLI CONSVMMATIONEM, VISIBILE SA-
CRIFICIVM CORPORIS ET SANGVINIS SVI SVB SPECIEBVS PANIS
ET VINI, QVOD ET IPSE PRIMVS IN VLTIMA COENA OBTVLIT:
v. 15. » Et amplius adhuc manifestum est, (scilicet Legem transferendam at-
» que mutandam esse) si secundùm similitudinem Melchisedech exsur-
» gat alius Sacerdos, qui non secundùm Legem Mandati Carnalis fa-
» ctus est, sed SECVNDVM VIRTVTEM VITÆ INSOLVBILIS. Contesta-
» tur enim; Quoniam tu es Sacerdos in æternum, secundùm Ordinem
» Melchisedech: Καὶ περισσότερον ἔτι κατάδηλόν ἐστιν, εἰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα
Μελχισεδὲκ ἀνίσταται ἱερεὺς ἕτερος, Ὃς οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς γέγονεν,
ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου. Μαρτυρεῖ γάρ, Ὅτι σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶ-
να, κατὰ τὴν Τάξιν Μελχισεδέκ. Itaque Tridentini Patres, Sessione vige-
sima secunda, capite primo, apertè docent quòd Christus Sacer-
dotem secundùm Ordinem Melchisedech, se in æternum constitu-
tum declarans, Corpus & Sanguinem suum sub speciebus Panis &
Vini, Deo Patri obtulit. Vt autem cætera prætermittam, de Mel-
chisedechico Sacrificio Christi, ac de Iureiurando, quo confirma-
tum est; obiter obseruandum videtur hoc loco diuinum studium
Apostolici sensus in scrutandis & excutiendis Scripturis. Quis
Psal. 109. v. 4. » enim non miretur in vno Dauidico versiculo: Iurauit Dominus &
» non pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum secundùm Ordi-
» nem Melchisedech; quinque partes, tanquam instituto nostro ser-
uientes, à me factas, vel potiùs declaratas? Prima quidem fuit in
voce MELCHISEDECH: Secunda, illud, TV ES, videlicet dictum
ad Christum de Tribu Iuda: Tertia, SACERDOS; Quarta, IVRA-
VIT; Quinta, IN ÆTERNVM. Quibus & Sextam addere potui,

latentem in his duobus verbis, SECVNDVM ORDINEM. At hanc partem, ob Infideles, ob Catechumenos, ob Carnales denique velandum fuit. Cæterùm docemur ex dictis Scripturæ Sacræ mirabilem in sensibus ac mysteriis fœcunditatem, nec vnquam deesse quod eruatur, modò scrutator idoneus non desit. LVX TRIGESIMA QVINTA; QVOD CHRISTVS NON ITA SEDET ET REGNAT CVM PATRE IN CÆLO, QVIN ADHVC PONTIFICEM SE NOSTRVM MEMINERIT, ET VT PONTIFEX, IN CÆLO, TANQVAM IN SANCTIS LOCIS ET IN TABERNACVLO MINISTRET, ID EST, PONTIFICIS OFFICIVM AGAT PRO NOBIS APVD DEVM, VIDELICET INTERPELLANDO, ET HVMANITATEM IN QVA PASSVS EST, ILLI REPRÆSENTANDO, ATQVE ETIAM, VERVM PER MINISTROS AC VICARIOS SVOS SACERDOTES, SACRIFICIVM OFFERENDO: Capitulum autem super ea quæ dicuntur, (id est, « eorum quæ dicimus illud est Caput, atque hæc summa) Talem ha- « bemus Pontificem, qui consedit IN DEXTERA SEDIS MAGNITVDI- « NIS in Cælis, Sanctorum minister (Græcè Λειτουργὸς, id est, SACRIFI- « CVS, ita vt ad Christianorum Liturgiam, & ad illud Λειτουργούντων, decimi tertij Actuum, quod supra tam multis in Tractatu DE SACRIFICIO à nobis explicatum est, allusio sit) & Tabernaculi veri, quod fixit Do- « minus, & non homo. Omnis enim Pontifex, ad offerendum munera « & Hostias constituitur: VNDE NECESSE EST ET HVNC HABERE ALI- « QVID QVOD OFFERAT: Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοιοῦτον ἔχομεν Ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ΕΝ ΔΕΞΙΑ ΤΟΥ ΘΡΟΝΟΥ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΩΣΥΝΗΣ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τῶν Ἁγίων Λειτουργὸς, καὶ τῆς Σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· Πᾶς γὰρ Ἀρχιερεὺς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας καθίσταται· ΟΘΕΝ ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ ΕΧΕΙΝ ΤΙ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΝ, Ο ΠΡΟΣΕΝΕΓΚΗ. MVNERA erant Incruenta Sacrificia; HOSTIÆ, Cruenta; vt Veteres Interpretes in quintum huius Epistolæ caput aduertunt. Christus igitur, mortalis quidem obtulit Munus, id est, Eucharistiam, in nouissima Cœna; obtulit & Hostiam seipsum in Cruce: nunc verò immortalis offert idem Munus Eucharisticum ab ortu Solis vsque ad Occasum, per Vicarios suos Sacerdotes, Offert & Hostiam; quia seipsum olim in Cruce suspensum, vulneratum, & occisum, adhuc pro nobis in Cælo sistit, ac repræsentat Patri. Propter quam causam ipsa etiam Passionis suæ vulnera patentia, suo in Corpore reseruauit, docente Beato Ambrosio, libro decimo super Lucam. LVX TRIGESIMA SEXTA; QVOD CÆLESTIS SIT ECCLESIA, TAM MILITANS QVAM TRIVMPHANS, PROINDEQVE INCORRVPTA ATQVE INCORRVPTIBILIS, ÆTERNVMQVE DVRATVRA: Cùm essent qui offerrent secundùm legem munera, qui exem- « plari & vmbræ deseruiunt CÆLESTIVM: Ὄντων τῶν ἱερέων τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα, Οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ΕΠΟΥΡΑΝΙΩΝ. Sic Chrysostomus Cælestia ad totam Ecclesiam extendit. Quæ enim per Sacerdotes Leuiticos agebantur, eorum typum præferebant, quæ in Ecclesia tam Militante quàm Triumphante aguntur, vti pulcrè Os illud Aureum declarat. Et rectè: nomine enim Cælestium hoc loco ea quoque comprehendi quæ fiunt, quæque diuinitus in ECCLESIA CHRISTI MILITANTE instituta sunt, probant illa verba capitis noni,

HEBR. IIX.

v. 1.

Act. 13. v. 2.

Hebr. I. v. 4.

ad Tabulas Lapideas quibus lex Veteris Testamenti fuerit inscripta: HEBR. IIX.
tanquam diceret Dominus; Nouum hoc pactum feriam cum Domo
Israël, non iterum, sicut olim feci, Legem meã in Tabulis Lapideis scri-
pturus, sed in Cordibus eorum, siue in Tabulis Cordis Carnalibus, vt 2. Cor. 3. v. 3.
secundæ Corinthiorum tertio diximus; id est, per meam gratiã, eorum
voluntates efficaciter inclinaturus, vt Legem meam ament, & impleant.
Hæc gratia Noui Testamenti est, ad quam commendandam, vt bene
Chrysostomus adnotat, auctor Gratiæ Christus Dominus, nihil in
Membranis aut Chartis scriptum nobis relinquere voluit, ne iis ad-
miniculis, ad imprimendam animis nostris legem suam opus habere
videretur; immo nec Apostoli eius, nisi serò admodum, idque pro-
pter absentes & posteros, vt libro tertio aduersùs Hæreses Irenæus, &
libro tertio Historiæ Ecclesiasticæ Eusebius, testantur, scribere cœpe-
runt. LVX QVADRAGESIMA; QVOD ECCLESIA SIT COMMVNIO
OMNIVM GENTIVM, ET QVOD ÆQVE MANIFESTA AC CHRISTVS
MANIFESTVS: Et ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in Populum: & « IS. 11. v. 10.
non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque Fratrem «
suum, dicens, Cognosce Dominum: QVONIAM OMNES SCIENT ME «
A MINORE VSQVE AD MAIOREM EORVM: Καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, καὶ «
αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν. Καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος
τὸν Ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγων, Γνῶθι τὸν Κύριον· ΟΤΙ ΠΑΝΤΕΣ ΕΙΔΗΣΟΥΣΙ ΜΕ, Α-
ΠΟ ΜΙΚΡΟΥ ΑΥΤΩΝ ΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΥΤΩΝ. In verbis enim Pro-
phetæ significatio est cuiusdam immensæ multitudinis eorum qui co-
gnoscent Dominum. namque dicens, Omnes scient me, à minore vs-
que ad majorem eorum, indicat hanc Dei notitiam simul cum Ecclesia
latissimè per Gentes propagatum iri; quod supra citatis Isaïæ verbis ex-
pressiùs significatum est: Repleta est Terra Scientia Domini. LVX « v. 9.
QVADRAGESIMA PRIMA; QVOD APOSTOLI VERBVM TRADITVM, HEBR. IX.
ÆQVE AC SCRIPTVM RETVLERINT, AC IN PARI CERTITVDINIS
GRADV COLLOCARINT: Post velamentum autem secundum, Taber- « v. 3.
naculum, quod dicitur Sancta Sanctorum, AVREVM HABENS TV- «
RIBVLVM: Μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, σκηνὴ ἡ λεγομένη Ἅγια Ἁγίων, «
ΧΡΥΣΟΥΝ ΕΧΟΥΣΑ ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ. De Turibulo enim Aureo, quod
erat in Sancto Sanctorum, nihil in Scriptura habemus. Leguntur qui-
dem Exodi vigesimo quinto, & trigesimo septimo, iubente Deo facta Exod. 25. v. 9.
Turibula aurea, simul cum Acetabulis, & Phialis, ac Cyathis, itidem 37. v. 16.
aureis; sed horum Turibulorum aliquod in Sancto Sanctorum fuisse
collocatum, nusquam legitur. Ergo id Paulum habuisse ex Traditione
non Scripta, cuius compertum est, vt quod paulo post addidi, Vrnam
habentem manna, ex auro, siue auream, fuisse: In qua, Vrna aurea ha- « v. 4.
bens Manna: quandoquidem de materia huius Vrnæ nihil Moyses scri- «
ptum reliquerit, sóláque nouerim ex Traditione Maiorum. Qua sanè
auctoritate, à me quoque adsertũ est in Arca fuisse hæc tria, Vrnam ha-
bentem Manna, Virgam Aaron, & Tabulas Testamenti; cùm id de So-
lis Tabulis Scriptura testetur. nam duo priora, coram Domino in Ta-
bernaculo posita fuisse Moyses scribit; at in Arca, locum eis datum non

HEBR. IX. meminit. immo Scriptura alibi repugnat, vt tertio Regum, octauo; &
3.Reg 8.v.9. » secundo Paralipomenon, quinto: vbi conceptis verbis dicitur, nihil
2.Paral.5. v.10. » aliud fuisse in Arca, quàm duas Tabulas Lapideas, quas Moyses in ea po-
Hebr.9.v.4. » suerat. Noster de Arca locus is totus est: Et arcam Testamenti circum-
» tectam ex omni parte, auro, IN QVA VRNA AVREA habens Manna, &
» VIRGA AARON quæ fronduerat, & TABVLÆ TESTAMENTI. LVX
QVADRAGESIMA SECVNDA; QVOD LEGITIMVS EST IMAGINVM
v.5. » VSVS: Superque eam erant CHERVBIM GLORIÆ (id est, Hebraïca
phrasi, CHERVBIM GLORIOSA; sic dicta quòd multum Majestatis ac
Venerationis illi loco adferrent, in quo Deus, suam quodammodo præ-
» sentiam exhibebat) obumbrantia Propitiatorium: Ὑπεράνω δὲ αὐτῆς ΧΕ-
ΡΟΥΒΙΜ ΔΟΞΗΣ, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον. Describit illas Imagines Moy-
ses Exodi vigesimo quinto, & trigesimo septimo; sed qua figura fue-
rint, ab eo haudquaquam proditum est: verùm opinione omnium con-
stat humanam habuisse figuram, iuuenili vultu, quales Angeli pingun-
tur. Quem pingendi morem Nicæni Patres, Septimæ Synodi Actione
quarta, & agnoscunt & probant: quibus consentiunt Hebræi quidam,
sumpto argumento ex Etymo vocis Cherub, quam dicunt esse compo-
sitam, & significare, SICVT PVER. Ac certè ea quæ Salomon fabricauit,
humani corporis speciem habuisse, ex ipsa eorum descriptione quæ le-
gitur tertio Regum, sexto; & secundo Paralipomenon, tertio; satis colli-
gi videtur. Siue autem hominis, siue cuiuscumque animalis similitudi-
nem Cherubim habuerint, rectè ex illis iussu Dei factis, & in loco sa-
cratissimo collocatis, contra Iudæos & Hæreticos argumentantur Ca-
tholici, non fuisse Israëlitis simpliciter vetitum, ne quam haberent
Imaginem, aut similitudinem eorum quæ vel in Cælo, vel in Terra,
vel in Aquis sunt; sed ne haberent ad adorandum, siue ne adorarent:
sicut ipsa Lex exponit. LVX QVADRAGESIMA TERTIA; QVOD CHRI-
STVS NON NOBIS TANTVM, SED SIBI IPSI MERVERIT, QVOD CALVI-
v.11. » NVS NEGAT: Christus autem adsistens Pontifex Futurorum Bonorum,
» per amplius & perfectius Tabernaculum, non manufactum, id est, non
» huius creationis; neque per Sanguinem Hircorum aut Vitulorum,
» SED PER PROPRIVM SANGVINEM, INTROIVIT SEMEL IN SANCTA,
» æterna redemptione inuenta: Χριστὸς δὲ παραγενόμενος Ἀρχιερεὺς τῶν Μελλόν-
των Ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν, οὐ
ταύτης τῆς κτίσεως, Οὐδὲ δι᾽ αἵματος τράγων, καὶ μόσχων, ΔΙΑ ΔΕ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΑΙ-
ΜΑΤΟΣ ΕΙΣΗΛΘΕΝ ΕΦΑΠΑΞ ΕΙΣ ΤΑ ΑΓΙΑ, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος.
Itaque sicut per Primum Tabernaculum Pontifex in Sancta intrabat;
sic Christus per Corpus suum, velut per Tabernaculum, in Cælum
introiuit. Introiuit autem illuc per Corpus suum, quia per Passio-
nem & Oblationem sui Corporis, ingressum sibi in gloriam Cælestem
parauit, vti de Iesu, propter Passionem mortis, Gloria & Honore
Coronato, capite secundo, dictum est. LVX QVADRAGESIMA QVAR-
TA; QVOD ADVERSVS IMPVTATIVAM SECTARIORVM IVSTITIAM,
EGO PAVLVS IVSTIFICATIONIS NOSTRÆ QVÆ EX SANGVINE, SEV
PASSIONE, CHRISTI PERCIPITVR, NEMPE EMVNDATIONEM CON-

SCIENTIÆ AB OPERIBVS MORTVIS, ID EST, PECCATORVM REMISSIONEM, ET SERVITVTEM, SEV CVLTVM DEI, ID EST, BONORVM OPERVM EXERCITIVM: VT INTELLIGAMVS VTRVMQVE ESSE HOMINI AD SALVTEM NECESSARIVM, ET VTRVMQVE PER CHRISTI SANGVINEM A DEO EXSPECTANDVM: Quanto magis Sanguis Christi, qui « v. 14. HEBR. IX.
per SPIRITVM SANCTVM semetipsum obtulit IMMACVLATVM Deo, «
emundabit conscientiam vestram ab operibus mortuis, ad SERVIENDVM Deo viuenti? Πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ «
ΑΙΩΝΙΟΥ, ἑαυτὸν προσήνεγκεν ΑΜΩΜΟΝ τῷ Θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ ΛΑΤΡΕΥΕΙΝ Θεῷ ζῶντι; LVX QVADRAGESIMA QVINTA; QVOD APOSTOLICE SEQVENDA TRADITIO EST: ET QVOD VERBVM NON SCRIPTVM, CVM SCRIPTO, APVD PAVLVM ÆQVO PEDE DECVRRAT: Lecto enim omni mandato Legis à Moyse Vni- « v. 19.
uerso Populo, accipiens SANGVINEM Vitulorum & HIRCORVM, «
cum AQVA & LANA COCCINEA & HYSSOPO, ipsum quoque LI- «
BRVM & omnem Populum adspersit: Λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς, κατὰ νό- «
μον, ὑπὸ Μωϋσέως, παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν ΤΟ ΑΙΜΑ τῶν μόσχων, καὶ ΤΡΑΓΩΝ, μετὰ ΥΔΑΤΟΣ, καὶ ΕΡΙΟΥ ΚΟΚΚΙΝΟΥ, καὶ ΥΣΣΩΠΟΥ, αὐτό τε ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ, καὶ πάντα τὸν λαὸν, ἐρράντισε. Namque in confesso est apud omnes, ad historiam vigesimi quarti Exodi me respicere. quo tamen loco neque Sanguinis Hircorum mentio fit; nec de Aqua, Lana Coccinea, Hyssopo, ac Adspersione Libri, verbum vllum: tantùm de Vitulis Immolatis, eorumque Sanguine effuso, & in Populum adsperso, Scriptura meminit. Idem dicendum videtur de his quæ paulo post sequuntur. Etiam Tabernaculum & omnia vasa ministerij, Sanguine similiter adsper- « v. 21.
sit. Nam Exodi vltimo, vbi Tabernaculum erigendum & consecran- «
dum præcipitur, nec Sanguinis, nec Adspersionis vlla fit Mentio, sed Vnctionis tantùm quæ oleo fiebat. Habebant autem hæc omnia suam mysticam significationem. Sanguis enim & Aqua significabat Sanguinem & Aquam, quæ non sine magnarum rerum mysterio (Ioannis Ioan. 19. v. 34.
decimo nono) de latere profluxerunt; vel Sanguinem cum Aqua fluxisse, quia, vt Sanctus Thomas confirmat, Baptismus à Sanguine Christi efficaciam habet: nec malè ex hac Sanguinis & Aquæ commixtione, quæ in Veteri Testamento auspicando facta narratur, velut ex typo quodam sumitur argumentum Aquæ miscendæ cum Vino in Sanguinem Noui Testamenti conuertendo. Hyssopo, quæ herba humilis, quæ in petra, vt notat Augustinus, tanquam radices agit, & quæ vim purgandi pectoris habet, rectè Fidem exprimit, quæ mentem Deo subiicit, quæ supra petram & Petrum ædificatur, & quæ teste Petro, Actuum, decimo Act. 15. v. 9.
quinto, corda purificat. Adde quòd Hyssopus Humana Christi Natura est, in qua & humilitas ostensa & ad purganda corporis nostri vitia virtus latet. Quid verò aliud Lana Coccinea, quàm flammas Charitas; & Christi Caro, quæ per se candida velut Lana Sanguine Passionis velut Cocco rubricatur? Ipsa denique Sanguinis super Librum & Populú Adspersio, nec Legem impleri posse nec Populum à peccatis expiari, nisi virtute Sanguinis Christi, significat. Porrò per Tabernaculum, Ecclesia; per Vasa, vel Mi-

HEBR. IX. nistri, vel Membra Ecclesiæ, id est, singuli quique Fideles, figurantur,
2. Tim. 2. v. 20. quos secundæ Timothei secundo, MAGNÆ DOMVS VASA appello. Ni-
hil autem horum sanctificatur nisi per Aspersionem Sanguinis Iesu
1. Pet. 1. v. 2. Christi, vt initio primæ suæ Epistolæ Petrus Apostolus loquitur. LVX
QVADRAGESIMA SEXTA; QVOD VERE AC PROPRIE CHRISTVS
SANGVINEM NON SIGNVM SANGVINIS IN CALYCE NOVI TESTAMEN-
v. 20. » TI DEDIT: Dicens; Hic Sanguis Testamenti quod mandauit ad vos Deus:
Λέγων, τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεός. Quoniam
ergo Sanguis ille Veteris Pacti, de quo testatur Apostolus dictum esse à
Moyse, HIC SANGVIS TESTAMENTI, figura fuit Sanguinis Christi, per
quem Nouum Testamentum erat confirmandum; ideo Christus simili-
bus cum Moyse verbis vti voluit in instituendo Sacramento Sanguinis
Matt. 26. v. 28. sui; vt diceret; HIC EST SANGVIS MEVS NOVI TESTAMENTI, Matthæi
Marc. 14. v. 24. vigesimo sexto, & Marci decimo quarto: ex quo consequitur intelle-
ctum verborum similem esse debere: quare sicut verborum Moysi non
est sensus, HOC EST SIGNVM SANGVINIS; sed, HIC EST VERE ET PRO-
PRIE SANGVIS TESTAMENTI: ita nec verborum Christi sensus est, Hoc
EST SIGNVM SANGVINIS MEI, vt Sacramentarij volunt; sed, HIC
VERE AC PROPRIE SANGVIS MEVS EST, NOVI TESTAMENTI CON-
FIRMATIVVS. LVX QVADRAGESIMA SEPTIMA; QVOD ECCLESIA
v. 23. » MILITANS, SVA SACRIFICIA, SVAS HOSTIAS HABEAT: Necesse est er-
» go exemplaria quidem CÆLESTIVM his mundari, ipsa autem CÆLE-
» STIA, melioribus HOSTIIS quàm istis: Ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν
ἐν τοῖς ΟΥΡΑΝΟΙΣ τούτοις καθαρίζεσθαι, αὐτὰ δὲ τὰ ΕΠΟΥΡΑΝΙΑ, κρείττοσι ΘΥ-
ΣΙΑΙΣ, παρὰ ταύτας. Chrysostomus ac cæteri Græci, quibus Commenta-
rij Primasio & Anselmo adscripti cum Haymone aliisque Latinorum
nonnullis adstipulantur, CÆLESTIA intelligunt ECCLESIAM Christi
MILITANTEM, quæque in ea geruntur. Hæc enim etsi in terra sint, me-
ritò tamen CÆLESTIA dici volunt, propter Fidem & Spem ad Cælestia
spectantem atque tendentem. Pluralibus demum verbis vsus sum ad
tacitè Christianis nostris Hebræis, ad quos sermo erat, significandum
Hostiam Cruentam semel oblatam, & Incruentam quotidianæ oblatio-
nis; ratione duas, re vnicam. Quem quidem arcanum mysterij sensum
haud imparatus obtuli; sed vt reuererentur, non vulgarent, mystico no-
stro Apostolico more, ne quid profani audirent velaui: ita tamen vt ini-
» tiati facilè subintelligerent ex antecedentibus illis: Etiam Tabernaculum
» & omnia vasa MINISTERII, Sanguine similiter aspersit. vbi de industria
Græcè vox Λειτουργίας, sonuit, & à me posita est, vt quale MINISTERII ge-
nus intelligerem, Symmystæ omnes ac Sylliturgistæ perspicerent. LVX
HEBR. X. QVADRAGESIMA OCTAVA; QVOD NON SEMPER IMAGO REALITA-
TEM EXCLVDAT, SED QVANDOQVE SVPPONAT, SITQVE IPSA REA-
v. 1. » LITAS, RERVM TAMEN QVODDAM VELAMEN HABENTIVM: Vmbram
» enim habens Lex, futurorum bonorum; non ipsam IMAGINEM rerum,
» per singulos annos eisdem ipsis Hostiis quas offerunt indesinenter nun-
» quam potest accedentes perfectos facere: Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόν-
των ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν ΕΙΚΟΝΑ τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν, ταῖς αὐ-

ταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους HEBR. X.
τελειῶσαι. Cùm enim nego Legem habere IPSAM IMAGINEM RERVM, nomen Imaginis non pro expressa rei alicuius repræsentatione vsurpo, sed pro ipsa re exhibita atque repræsentata; quomodo dicitur facies hominis esse imago hominis, cùm in ea ipse homo secundùm se videatur. Quomodo & ipse Christus, cùm sit Deus, vocatur IMAGO DEI, secundæ Corinthiorum quarto, & Colossensium primo, & hac nostra ad Hebræos Epistola, FIGVRA SVBSTANTIÆ PATRIS. (2. Cor. 4. v. 4. Coloss. 1. v. 15. Hebr. 1. v. 3.) Sic & SPECIES accipitur interdum, vt secundæ Corinthiorum quinto: Per Fidem ambulamus « (2. Cor. 5. v. 7.) & non per SPECIEM. id est, Deum, vt in se ipso est, & quomodo Beatis « repræsentatur, necdum videmus. Quod ergo dico, NON IPSAM IMAGINEM RERVM; idem est ac si dicerem, NON IPSAM SPECIEM RERVM; id est, non res vt in se ipsis conspiciuntur. Vnde & Syrus ita vertit: In « Lege enim Vmbra erat bonorum futurorum, & non SVBSTANTIA ipsa- « rum rerum. Hæc Imaginis explicatio est apud Chrysostomum & Theo- « phylactũ; quos multi grauissimi Theologi sequuntur, cùm IMAGINEM RERVM interpretantur ipsam Veritatem cuius Vmbræ præcesserunt. Ecquis non videat hunc sensum postulare, Apostoli scopum, cùm tota nostra disputatio in eo versetur, vt doceat, Legem ac Vetus Testamentum non præstitisse bona salutis, sed præfigurasse duntaxat, sub vmbris quibusdam, id est, significationibus obscuris: cæterùm ea bona conferri & exhiberi per Legem Nouam; hoc est, per Christum Noui Testamenti auctorem. Quibus ex dictis patet non modò quàm apposite hoc ab Apostolo dictum fuerit ad declarandum Legis imbecillitatem præ Christo, quod alij sensus minimè declarant, verùm etiam quàm ineptè Sacramentarij ratiocinentur, dum ex eo quòd Eucharistia vocatur interdum Imago Christi aut Corporis eius, concludunt, in eo Christum ipsum non esse cum suo Corpore præsentem. Sit verum illis quibus nec Christus Deus habendus erit, quia Imago Dei est; aut quibus Euangelica Lex, quoniam Imago rerum à me dicitur, nec Veritatem rerum, nec Corpus Christi continere atque exhibere videatur: quorum tamen retinendorum causâ, illud secundo Colossensium diximus; Quæ sunt VMBRA futurorum, CORPVS autem CHRISTI: vt « (Coloss. 2. v. 17.) quod Hebræis IMAGINEM, id Colossensibus CORPVS dicens, idem esse in Christo & Imaginem & Corpus nouo quodam genere demonstrationis ostenderemus; vtpote apud quem qui omnium figurarum Veritas Corpusque esset, nulla vana vnquam suspicio esse posset vacuæ inanisque figuræ. Vnde hoc loco Chrysostomus: Vmbram enim, inquit, « habens Lex futurorum bonorum, NON IPSAM IMAGINEM RERVM: « HOC EST, NON IPSAM VERITATEM: Σκιὰν γὰρ ἔχων, φησὶν, ὁ Νόμος τῶν μελ- « λόντων ἀγαθῶν, ΟΥΚ ΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΕΙΚΟΝΑ ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ· ΤΟΥΤΕΣΤΙΝ, ΟΥΚ ΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΑΛΗΘΕΙΑΝ. At obiicit Caluinus, saltem destruit Liturgicum illud Christianorũ Sacrificium, sequentibus meis verbis: Per singulos annos eisdem ipsis Hostiis quas offerunt indesinenter, « (Hebr. 10. v. 1.) nunquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offer- « ri, ideo quòd nullam haberẽt vltra conscientiam peccati, cultores semel « mundati. Sed in ipsis commemoratio peccatorũ per singulos annos fit. «

HEBR. X. Si enim, inquit, vera est Apostoli propositio & bona eius probatio, pari ratione docebitur, Missæ Sacrificiũ quod in Ecclesia Catholica frequentatur, nec sanctificandi vim habere, nec propitiatorium esse. Sic enim cum Apostolo ratiocinandum videtur; Si Missæ Sacrificium posset homini peccatori propitiare Deum, iam cessasset offerri: propterea quòd homo semel à peccato mundatus, nullam ampliùs haberet conscientiã peccati: non cessat autem auferri; ergo non potest Deum homini propitiare. Respondetur, hanc obiectionem sibi facere omnes ferè Commentatores Orthodoxos, nominatim Chrysostomum, Theophylactum, Oecumenium, & eum qui gerit titulũ Ambrosij, ac cæteros Latinos qui hos secuti sunt: qua ex re intelligere licet neque nouum, neque improuisum esse hoc Hæreticorum Argumentũ, sed ex Catholicis adsumptum, tanquam illustre Antiquitatis testimonium; vel hoc ipso refellens Hæresim omnem extollentem se aduersùs Scientiam Dei, & Ininterpretabilem sermonẽ de Melchisedechico Sacrificio Corporis & Sanguinis Domini, quod in Ecclesia offertur; quando Veteres Interpretes huius loci Ecclesiastici Tractatores, tam sollicitè conantur diluere quod aduersùs illud ex his verbis poterat obiici. Iam omnium voto ac ore respondeat Chrysostomus, Oratione decima septima in Epistolam nostram ad Hebræos,
» atque in hunc locum: Quid verò vel non quotidie OFFERIMVS? OFFERI-
» MVS QVIDEM, sed eius mortem reuocamus in memoriam, & ipsa vna est,
» non multæ. Quomodo vna est, non multæ? quoniam semel fuit oblata;
» illa illata fuit in Sancta Sanctorũ. HOC FIGVRA EST ILLIVS, ET IPSA IL-
» LIVS. Eumdem enim semper offerimus: non nunc quidẽ alium, sed sem-
» per eumdem. Quamobrẽ Vnum est Sacrificium propter hanc rationem.
» Quoniam multis in locis offertur, multí-ne sunt Christi? Nequaquã, sed
» Vnus vbique Christus: qui & hîc est plenus, & illîc plenus, Vnũ Corpus.
» QVO MODO ERGO MVLTIS IN LOCIS OBLATVS VNVM EST CORPVS, ET
» NON MVLTA CORPORA; ITA ETIAM VNVM EST SACRIFICIVM. Pontifex
» noster ille est qui illã obtulit Hostiam, quæ nos mundat: ILLAM NVNC
» QVOQVE OFFERIMVS, QVÆ TVNC FVIT OBLATA, QVÆ NON POTEST
» CONSVMI. Hoc fit in recordationem EIVS QVOD TVNC FACTVM EST.
Luc 22.v.19. » Hoc enim facite, inquit, in mei recordationẽ. Non aliam Hostiam, sicut
1. Cor. 11. v.24. » Pontifex, sed eamdẽ semper facimus, vel potiùs Hostiæ seu Sacrificij fa-
» cimus recordationẽ: Τί οὖν ἡμεῖς; καθ᾽ ἑκάστην οὐ ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝ; ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝ ΜΕΝ, ἀλλὰ ἀνάμνησιν ποιούμεθα τοῦ θανάτου αὐτοῦ· καὶ μία ἐστὶν αὕτη, οὐ πολλαί· πῶς μία ἐστὶν, οὐ πολλαί; ἐπειδὴ ἅπαξ προσηνέχθη, ἐκείνη εἰσηνέχθη εἰς τὰ Ἅγια τῶν Ἁγίων. ΤΟΥΤΟ ΕΚΕΙΝΗΣ ΤΥΠΟΣ ΕΣΤΙ, ΚΑΙ ΑΥΤΗ ΕΚΕΙΝΗΣ. τὸν γὰρ αὐτὸν ἀεὶ προσφέρομεν· οὐ νῦν μὲν ἕτερον, ἀλλ᾽ ἀεὶ τὸν αὐτόν. ὥστε μία ἐστὶν ἡ θυσία, ἐπεὶ τῷ λόγῳ τούτῳ, ἐπειδὴ δὲ πολλαχοῦ προσφέρεται, πολλοὶ Χριστοί; μηδαμῶς· ἀλλ᾽ εἷς πανταχοῦ ὁ Χριστὸς, καὶ ἐνταῦθα πλήρης ὢν, καὶ ἐκεῖ πλήρης· ἓν σῶμα. ΩΣΠΕΡ ΟΥΝ ΠΟΛΛΑΧΟΥ ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ, ΕΝ ΣΩΜΑ ΕΣΤΙ, ΚΑΙ ΟΥ ΠΟΛΛΑ ΣΩΜΑΤΑ, ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΜΙΑ ΘΥΣΙΑ. ὁ Ἀρχιερεὺς ἡμῶν ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ τὴν θυσίαν τὴν καθαίρουσαν ἡμᾶς προσενεγκών. ΕΚΕΙΝΗΝ ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝ ΚΑΙ ΝΥΝ, ΤΗΝ ΤΟΤΕ ΠΡΟΣΕΝΕΧΘΕΙΣΑΝ, ΤΗΝ ΑΝΑΛΩΤΟΝ. τοῦτο εἰς ἀνάμνησιν γίνεται, ΤΟΥ ΤΟΤΕ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ. τοῦτο γὰρ ποιεῖτε, φησὶν, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· οὐκ ἄλλην θυσίαν, καθάπερ ὁ ἀρχιερεὺς, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀεὶ ποιοῦμεν· μᾶλλον δὲ, ἀνάμνησιν ἐργαζόμεθα θυσίας. Quibus DE COMMEMORATIVO SACRIFICIO dictis, cõfestim Chrysostomi ardet oratio; atq; in hoc ΗΘΙΚΟΝ, siue Mo-

RALE hoc inflammatur: Sed quoniam memini huius SACRIFICII, « HEBR.X.
volo pauca vobis dicere, QVI MYSTERIIS ESTIS INITIATI, quæ mensurâ quidem sunt pauca, magnam autem habent vim & vtilitatem. Non enim sunt nostra, sed diuini Spiritus, quæ dicuntur. Quid est ergo? Multi huius SACRIFICII semel toto anno sunt participes: alij autem bis: alij verò sæpe. Ad omnes ergo habetur oratio, non solùm ad eos qui hîc sunt, sed ad eos etiam QVI SEDENT IN DESERTO. Nam illi SEMEL IN ANNO sunt participes, SÆPE ETIAM POST DVOS ANNOS. Quid verò, quinam erunt nobis magis accepti, an qui semel, an qui sæpe, an qui raro? Nec hi, nec illi: sed ij qui cum munda conscientia, qui cum mundo corde, qui cum vita quæ nulli est affinis reprehensioni. Qui sunt huiusmodi, semper accedant: qui non sunt huiusmodi, ne semel quidem. Quamobrem? quoniam sibi sumunt iudicium, & condemnationem, & pœnam, & supplicium. Nec mireris. sicut enim nutrimentum quod natura vim habet nutriendi, si in eum inciderit qui malis cibis & humoribus est plenus, omnia perdit & corrumpit, & morbi fit occasio: ita etiam hæc TREMENDA MYSTERIA. Frueris MENSA SPIRITVALI, MENSA REGALI, & iterum os tuum luto inquinas? Vngis vnguento, & rursus imples fœtore? Dic mihi, cùm post annum es particeps COMMVNIONIS, existimas-ne quadraginta dies tibi sufficere ad emundationem peccatorum totius temporis: & cùm rursus præterierit hebdomada, te dedis prioribus? Dic mihi, si cùm quadraginta diebus à longo morbo conualueris, rursus te dedas cibis illis qui morbos procreant, non etiam priorem perdis laborem? Nam si mutantur quæ sunt naturalia, multo magis quæ nostri sunt instituti & liberi arbitrij. Vt exempli causâ, naturâ videmus, & sanos habemus oculos; sed sæpe à mala habitudine læditur nostra videndi facultas. Si ergo mutantur naturalia, multo magis quæ nostri sunt instituti & liberi arbitrij. Quadraginta dies tribuis Sanitati animæ, fortassis autem nec quadraginta, & te Deum placasse exspectas. Iocaris-ne, dic mihi? Hæc dico, non ab vno eodemque annuo accessu vos arcens, sed volens vos perpetuò ad SANCTA accedere. Propterea acclamat etiã DIACONVS tunc SANCTOS vocans, & per hanc vocem in omnibus ea quæ sunt reprehendenda, considerans. Quomodo enim in vno grege, in quo multæ quidem oues sunt sanæ, aliæ autem plenæ sunt scabie, necesse est autem eas quoque arceri à sanis: ita etiam in Ecclesia, quoniam aliæ quidem oues sunt sanæ, aliæ verò male affectæ, per hanc vocem has arcet ab illis, in omnem partem obiens, per hanc VOCEM valde TERRIBILEM Sacerdos SANCTOS vocans & trahens. Nam quoniam fieri non potest vt homo norit quæ sunt proximi: Quis « 1.Cor.2.v.11.
enim, inquit, ex hominibus nouit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis qui est in homine? Emittit hanc vocem POSTQVAM PERACTVM EST SACRIFICIVM, vt nemo inconsideratè, nec temere ad hunc FONTEM accedat SPIRITVALEM. Etenim in grege (nihil enim vetat quominus eodem vtamur exemplo) morbidas «

HEBR. X. » quidem intus includimus & detinemus in tenebris, & eis aliud da-
» mus nutrimentum, non permittentes vt purum hauriant aërem, ne-
» que vt herba vescantur sincera, neque vt à fonte qui est foris, bi-
» bant. Ergo hîc quoque vox ipsa est instar cuiusdam vinculi: Non
» potes dicere, Nesciebam: ignorabam hanc rem sequi periculum.
» ATQVE MAXIME QVIDEM HOC PROTESTATVS EST PAVLVS: AT
» DICES, NON LEGI: HOC NON EST EXCVSATIO, SED ACCVSATIO.
» QVOTIDIE INGREDERIS ECCLESIAM, ET HOC ADHVC IGNORAS?
» Cæterùm ne hoc possis vti prætextu, ea de causa, magna voce, ter-
» ribili clamore, tanquam Præco, manum tollens in altum, stans ex-
» celsus, & omnibus manifestus, & in TREMENDO illo SILENTIO, ve-
» hementer vociferans, alios quidem vocat, alios verò arcet Sacerdos,
» non hoc manu faciens, sed linguâ clariùs & apertiùs quàm manu. Nam
» vox illa in nostras aures incurrens, TANQVAM MANVS, alios quidem
» expellit & eiicit, alios autem introducit & sistit. Dic mihi, rogo, in
» Olympicis Certaminibus non stat Præco, magna & alta voce clamans,
» & dicens, NVMQVID ALIQVIS EVM ACCVSAT SIT NE SERVVS, AVT
» FVR, AVT MALIS MORIBVS? Atqui illa certamina non sunt animi,
» nec morum, nec mentis, sed corporis. Si ergo vbi est exercitatio cor-
» porum, instituti & voluntatis magna fit inquisitio, multò magis hîc,
» vbi tota est animi decertatio. Stat ergo nunc quoque, qui est apud
» nos Præco, non vnumquemque capite tenens & adducens, sed omnes
» simul interno capite detinens, non alios ipsis adhibet accusatores
» sed ipsos sibi ipsis: non enim dicit, numquis eum accusat? Sed quid?
» num quis seipsum accusat? nam quando dicit, SANCTA SANCTIS,
» hoc dicit; Si quis non est Sanctus, non accedat: Non solùm, inquir,
» à peccatis purus, sed etiam Sanctus. Sanctum enim non facit solùm
» liberatio à peccatis, sed etiam PRÆSENTIA SPIRITVS, & Bonorum
» Operum copiæ. Non solùm, inquit, volo vos à cœno esse liberatos, sed
» Albos esse & Speciosos. Nam si Rex Babylonius iuuenes eligens ex
» captiuitate, elegit pulchros specie & vultu decoros, multò magis
» eos qui adstant Mensæ Regiæ pulcros esse oportet, specie animæ,
» Mundum habentes Aureum, Mundum Vestimentum, Regales Cal-
» ceos, Formosum Animæ Vultum, Cingulum Veritatis. Qui talis est,
» accedat, & pocula tangat Regia. Si quis autem pannis obsitus, sor-
» didus, & squalidus, ad Mensam Regiam velit ingredi, vide quanta
» patietur, cùm non sufficiant QVADRAGINTA DIES ad abluenda quæ
» omni tempore sunt admissa delicta? Nam si non sufficit Gehenna, licèt
» sit æterna, IDCIRCO ENIM EST ÆTERNA; multò magis hoc breue
» tempus. NON ENIM VALIDAM, SED IMBECILLAM SVSCEPIMVS
» POENITENTIAM. Eunuchos maximè oportet Regi adstare. Eunuchos
» dico, qui mente sunt candida, qui nullam habent sordem, nec ma-
» culam, qui mente sunt excelsa, animi oculo placido & mansueto,
» acrique ac perspicaci, agilique, seuero ac volubili, non autem so-
» mnolento & supino, multa libertate pleno, remoto autem ob omni
» impudentia & confidentia, vigilanti, sano, nec admodum mœsto
ac tristi,

ac tristi, nec nimis diffuso & hilari. Hunc oculum possumus nobis « HEBR. X.
architectari, visuque acrem efficere & pulcrum. Quando enim non «
ad fumum neque ad cinerem deduxerimus; (tales enim sunt omnes «
res humanæ,) sed ad auram subtilem, ad aërem tenuem, ad ea quæ «
sunt excelsa & sublimia, & multa quiete plena, & puritate & dele- «
ctatione, ipsum statim recreabimus & confirmabimus tanti specta- «
culi voluptate perfusum. Vidisti malè partas & multas diuitias, ne «
tuum oculum eò sustollas. ea res est cœnum, est fumus, & malus «
vapor, tenebræ, & multa angustia & curarum suffocatio. Vidisti ho- «
minem exercentem iustitiam, suis contentum, & cui est magna la- «
titudo remissionis, qui de iis quæ hîc sunt, nullam gerit curam, nec «
de iis est sollicitus; illîc eum fige & extolle, & efficies eum multò «
pulcriorem & splendidiorem: non Terræ floribus eum pascens, sed «
virtutis temperantia, moderatione, & æquitate, & cæteris omnibus. «
NIHIL ENIM ÆQUE TURBAT OCULUM, ATQUE MALA CONSCIEN- «
TIA. Turbatus est, inquit, ab ira oculus meus. Nihil æquè effundit tene- « Psal 6. v. 8.
bras. Eum libera ab hac offensione, & reddes lætum, alacrem, & for- «
tem, & qui bona spe semper nutrietur. Detur autem nobis omnibus, «
vt & eum & alias eiusmodi animæ operationes comparemus, cuiusmo- «
di vult Christus: vt nobis imposito Capite digni effecti, eò quò vult «
abeamus. Dicit enim: Volo vt vbi ego sum, illi quoque sint me- « Ioan. 14. v. 3.
cum, vt meam gloriam videant, quam detur nobis omnibus frui, «
in Christo Iesu Domino nostro, cum quo Patri vnà cum Sancto «
Spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in sæcula sæ- «
culorum, Amen: Ἀλλ' ἐπὶ τῆς ΘΥΣΙΑΣ ταύτης ἐμνήσθην, βούλομαι μι- «
κρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ΤΟΥΣ ΜΕΜΥΗΜΕΝΟΥΣ· μικρὰ μὲν τῷ μέτρῳ, με-
γάλην δὲ ἔχοντα τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν ὠφέλειαν· οὐ γὰρ ἡμέτερά ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ θείου
πνεύματος τὰ λεγόμενα. τί οὖν ἐστι; πολλοὶ τῆς ΘΥΣΙΑΣ ταύτης ΑΠΑΞ μετα-
λαμβάνουσι, τοῦ παντὸς ΕΝΙΑΥΤΟΥ· ἕτεροι, ΔΙΣ, ἄλλοι ΠΟΛΛΑΚΙΣ. πρὸς οὖν
ἅπαντας ἡμῖν ὁ λόγος ἐστὶν, οὐ πρὸς τοὺς ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ΤΟΥΣ ΕΝ
ΤΗ ΕΡΗΜΩ ΚΑΘΕΖΟΜΕΝΟΥΣ. ἐκεῖνοι γὰρ ΑΠΑΞ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ με-
τέχουσι, ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΔΕ ΚΑΙ ΔΙΑ ΔΥΟ ΕΤΩΝ. τί οὖν; τίνας ἀποδεξόμεθα;
τοὺς ἅπαξ; τοὺς πολλάκις; τοὺς ὀλιγάκις; ἀλλὰ τοὺς μετὰ καθαροῦ συνειδότος; τοὺς
μετὰ καθαρᾶς καρδίας; τοὺς μετὰ βίου ἀλήπτου; οἱ τοιοῦτοι ἀεὶ προσίτωσαν. οἱ δὲ
μὴ τοιοῦτοι, μηδὲ ἅπαξ· τί δήποτε; ὅτι κρίμα ἑαυτοῖς λαμβάνουσι, καὶ κατάκρι-
μα, καὶ κόλασιν, καὶ τιμωρίαν· καὶ μὴ θαυμάσῃς. ὥσπερ γὰρ ἡ τροφὴ, φύσει οὖσα
θρεπτικὴ, ἐὰν εἰς κακόσιτον ἐμπέσῃ, πάντα ἀπόλλυσι, καὶ διαφθείρει, καὶ γίνεται νό-
σου ἀφορμή· οὕτω δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῶν ΦΡΙΚΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ· ΤΡΑΠΕΖΗΣ
ἀπολαύεις ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΗΣ, ΤΡΑΠΕΖΗΣ ΒΑΣΙΛΙΚΗΣ, καὶ πάλιν φορβόρῳ
τὸ στόμα; μύρῳ χρίεις, καὶ πάλιν δυσωδίας πληροῖς; εἰπέ μοι, παρακαλῶ. μετ'
ἐνιαυτὸν τῆς ΜΕΤΑΛΗΨΕΩΣ μετέχων, ΤΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ ΗΜΕΡΑΣ οἴει
ἀρκεῖν σοι πρὸς καθαρμὸν τῶν ἁμαρτημάτων, παντὸς τοῦ χρόνου; καὶ πάλιν ἑβδομάδος
παρελθούσης, ἐκδίδως σαυτὸν ἐν τοῖς προτέροις. εἰπὲ δή μοι, ἐὰν ὑγιάνας ΤΕΣΣΑ-
ΣΑΚΟΝΤΑ ΗΜΕΡΑΣ ἀπὸ νόσου μακρᾶς, πάλιν ἑαυτὸν τοῖς σιτίοις ἐκδῷς ἐκείνοις,
τοῖς νοσοποιοῖς, οὐχὶ καὶ τὸν πρότερον κόπον ἀπώλεσας; εἰ γὰρ τὰ φυσικὰ μεθίσταται·
πολλῷ μᾶλλον τὰ τῆς προαιρέσεως· οἷόν τι λέγω, φύσει βλέπομεν, καὶ ὑγιεῖς ἔχομεν

HEBR. X. ὀφθαλμοὺς, ἀλλὰ πολλάκις, ἀπὸ κακεξίας, βλάπτεται ἡμῖν τὸ ὀπτικόν. εἰ τὰ φυσικὰ τοίνυν μεθίσταται, πολλῷ μᾶλλον τὰ τῆς προαιρέσεως. ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ ΗΜΕΡΑΣ ἀπονέμεις τῇ ὑγιείᾳ τῆς ψυχῆς, τάχα δὲ οὐδὲ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ, καὶ προσδοκᾷς ἐξιλεώσασθαι τὸν Θεόν. παίζεις; εἰπέ μοι. ταῦτα λέγω, οὐχὶ τῆς μιᾶς, καὶ ἐνιαυσιαίου προσόδου, κωλύων ὑμᾶς, ἀλλὰ βουλόμενος διὰ παντὸς ὑμᾶς προσιέναι τοῖς ΑΓΙΟΙΣ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ ΔΙΑΚΟΝΟΣ ἐπιφωνεῖ τότε, τοὺς ΑΓΙΟΥΣ καλῶν, καὶ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης, πάντας μωμοσκοπῶν. καθάπερ γὰρ ἐπὶ ποίμνης, ἔνθα πολλὰ μὲν ὑγιαίνει πρόβατα, ἄλλα δὲ ψώρας ἀναπέπλησται, ἀνάγκη δὲ, καὶ ταῦτα διείργεσθαι ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων· οὕτως καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. ἐπεὶ, τὰ μὲν ἐστὶν ὑγιεινὰ πρόβατα, τὰ δὲ κεκακωμένα, διὰ τῆς φωνῆς ταύτης διείργει ταῦτα ἐκείνων, ἀθλίων πάντων περιερχόμενος, διὰ τῆς ΚΡΑΥΓΗΣ ταύτης τῆς ΦΡΙΚΩΔΕΣΤΑΤΗΣ, ὁ ΙΕΡΕΥΣ τοὺς ΑΓΙΟΥΣ καλῶν, καὶ ἕλκων. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔνι, ἄνθρωπον ὄντα, εἰδέναι τὰ τοῦ πλησίον. (τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων, φησὶ, τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐν αὐτῷ;) ταύτην ἀφίησι τὴν φωνὴν, ΜΕΤΑ ΤΟ ΤΗΝ ΘΥΣΙΑΝ ἀπαρτισθῆναι πᾶσαν, ὥστε μηδένα, ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐπὶ τὴν πηγὴν ΕΛΘΕΙΝ τὴν ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΗΝ. καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς ποίμνης· (οὐδὲν γὰρ κωλύει τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι πάλιν χρήσασθαι.) τὰ μὲν νοσερὰ, ἔνδον ἀποκλείομεν, καὶ ἐν σκότῳ κατέχομεν, καὶ ἑτέρας μεταδίδομεν τροφῆς, οὔτε ἀέρος καθαροῦ, οὔτε πόας εἰλικρινοῦς, οὔτε πηγῆς, τῆς ἔξω, συγχωροῦντες μεταλαβεῖν. καὶ ἐνταῦθα τοίνυν αὕτη ἡ φωνὴ, ἀντὶ δεσμοῦ, τινός ἐστιν. οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, οὐκ ᾔδειν, ἠγνόουν, ὅτι κίνδυνος ἕπεται τῷ πράγματι. ΜΑΛΙΣΤΑ ΜΕΝ ΟΥΝ ΚΑΙ Ο ΠΑΥΛΟΣ ΤΟΥΤΟ ΔΙΕΜΑΡΤΥΡΑΤΟ. ΑΛΛ' ΕΡΕΙΣ, ΟΤΙ ΟΥΚ ΑΝΕΓΝΩΝ. ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΤΟΥΤΟ ΑΠΟΛΟΓΙΑ, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΕΓΚΛΗΜΑ. ΚΑΘ' ΕΚΑΣΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ ΕΙΣΕΡΧΗ ΕΙΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ, ΚΑΙ ΕΤΙ ΤΟΥΤΟ ΑΓΝΟΕΙΣ; πλὴν ἀλλ' ἵνα μηδὲ τοῦτο ἔχῃς προφασίζεσθαι, τούτου χάριν ὑψηλὸς ἑστὼς, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ΦΡΙΚΤΗ ΤΗ ΒΟΗ, καθάπερ τις κῆρυξ, τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος, ὑψηλὸς ἑστὼς, πᾶσι κατάδηλος γενόμενος, καὶ μέγα ΕΠ' ΕΚΕΙΝΗ τῇ ΦΡΙΚΤΗ ΗΣΥΧΙΑ ἀνακραυγάζων, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἐπείργει ὁ ἱερεὺς, οὐ τῇ χειρὶ τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ, τῆς χειρὸς τρανότερον. ἡ γὰρ ΦΩΝΗ ἐκείνη εἰς τὴν ἀκοὴν ἐμπίπτουσα τὴν ἡμετέραν, ΚΑΘΑΠΕΡ ΧΕΙΡ, τοὺς μὲν ὠθεῖ, καὶ ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει, καὶ παρίστησιν. εἰπὲ δή μοι, παρακαλῶ, ἐν τοῖς Ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν, οὐχὶ ἕστηκεν ὁ κῆρυξ βοῶν, μέγα καὶ ὑψηλὸν, εἴ τις τούτου κατηγορεῖ, λέγων, ΜΗ ΔΟΥΛΟΣ ΕΣΤΙ, ΜΗ ΚΛΕΠΤΗΣ, ΜΗ ΤΡΟΠΩΝ ΠΟΝΗΡΩΝ; καίτοι τὰ ἀγωνίσματα ἐκεῖνα, οὐ ψυχῆς ἐστιν, οὐδὲ τρόπου, ἀλλὰ ῥώμης, καὶ σώματος. εἰ τοίνυν ἔνθα σωμάτων ἐστὶν ἄσκησις, πολλὴ προαιρέσεως ἐξέτασις γίνεται, πολλῷ μᾶλλον ἐνταῦθα, ἔνθα τὸ πᾶν ψυχὴ ἀθλεῖ. ἕστηκε τοίνυν καὶ νῦν ὁ παρ' ἡμῖν κῆρυξ, οὐ τῆς κεφαλῆς ἕκαστον κατέχων, καὶ περιάγων, ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ τῆς κεφαλῆς, τῆς ἔνδον κατέχων, οὐκ ἐφίστησιν ἄλλους αὐτοῖς κατηγόρους, ἀλλ' αὐτοὺς ἑαυτοῖς. οὐ γὰρ λέγει, μή τις τούτου κατηγορεῖ, ἀλλὰ τί; εἴ τις ἑαυτοῦ κατηγορεῖ. ὅταν γὰρ εἴπῃ, ΤΑ ΑΓΙΑ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ, τοῦτο λέγει, εἴ τις οὐκ ἔστιν Ἅγιος μὴ προσίτω. οὐχ ἁπλῶς, φησὶν, ἁμαρτημάτων καθαρὸς, ἀλλ' Ἅγιος. τὸν γὰρ Ἅγιον οὐχ ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγὴ ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΠΑΡΟΥΣΙΑ, καὶ ὁ τῶν ἀγαθῶν ἔργων πλοῦτος. οὐ βούλομαι μόνον, φησὶ, βορβόρου ἀπηλλάχθαι ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ λευκοὺς εἶναι καὶ ὡραίους. εἰ γὰρ ὁ Βαβυλώνιος Βασιλεὺς, ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἐκλεγόμενος τοὺς νεανίσκους καλοὺς τῷ εἴδει, καὶ ὡραίους τῇ ὄψει, ἐξελέξατο, πολλῷ μᾶλλον παρισταμένους τῇ ΤΡΑΠΕΖΗ ΤΗ ΒΑΣΙΛΙΚΗ, καλοὺς τῷ εἴδει εἶναι

τῆς ψυχῆς, τὸν κόσμον ἔχοντας χρυσοῦν, τὴν στολὴν καθαράν, τὰ ὑποδήματα HEBR. X. βασιλικά, τὸ πρόσωπον τῆς ψυχῆς εὔμορφον, τὸν κόσμον αὐτῇ περικεῖσθαι τὸν χρυσοῦν, τὴν ζώνην τῆς ἀληθείας. ὁ τοιοῦτος προσίτω, καὶ ποτηρίων ἁπτέσθω βασιλικῶν. Εἰ δέ τις ῥάκια ἠμφιεσμένος, ῥυπῶν, αὐχμῶν, ἐπεισιέναι τῇ ΒΑΣΙΛΙΚΗ βούλοιτο ΤΡΑΠΕΖΗ, ὅρα ὅσα πείσεται, οὐκ ἀρκουσῶν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν τὰ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ πεπλημμελημένα ἀπολούσασθαι. Εἰ γὰρ ἡ γέεννα οὐκ ἀρκεῖ, καίτοιγε αἰώνιος οὖσα, (ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΓΑΡ ΚΑΙ ΑΙΩΝΙΟΣ ΕΣΤΙ,) πολλῷ μᾶλλον ὁ βραχὺς οὗτος χρόνος. ΟΥ ΓΑΡ ΜΕΤΑΝΟΙΑΝ ΙΣΧΥΡΑΝ ΕΠΕΔΕΙΞΑΜΕΘΑ, ΑΛΛ' ΑΣΘΕΝΗ. τοὺς εὐνούχους μάλιστα δεῖ παρεστάναι τῷ Βασιλεῖ· εὐνούχους λέγω, τοὺς τὴν διάνοιαν λευκούς, μηδένα ἔχοντας ῥύπον, μηδὲ σπίλον, ὑψηλοὺς τῇ διανοίᾳ, τὸ ὄμμα ἥμερον τῆς ψυχῆς ἔχοντας, καὶ ὀξυδερκές, εὐπερίστροφον, καὶ γοργόν, ἀλλὰ μὴ ὑπνηλόν, μηδὲ ὕπτιον, ἐλευθερίας γέμον πολλῆς, πόρρω ἀναισχυντίας γε μὴν, καὶ ἰταμότητος, ἐγρηγορός, ὑγιές, μήτε συγκλεῖον σφόδρα, καὶ κατηφές, μήτε διακεχυμένον, καὶ ὀρθόν· τοῦτον ἡμεῖς κύριοι δημιουργῆσαι τὸν ὀφθαλμόν, καὶ ὀξυδερκῆ ποιῆσαι καὶ καλόν. ὅταν γὰρ αὐτὸν μὴ πρὸς τὸν καπνὸν ἄγωμεν, μηδὲ πρὸς τὴν κόνιν, (τοιαῦτα γὰρ πάντα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα,) ἀλλὰ πρὸς τὴν αὔραν τὴν λεπτήν, πρὸς τὸν κοῦφον ἀέρα, πρὸς τὰ μετέωρα, καὶ ὑψηλά, καὶ ἡσυχίας γέμοντα πολλῆς, καὶ καθαρότητος, καὶ πολλῆς τῆς τέρψεως, ἀνακτησόμεθα ταχέως αὐτόν, καὶ ῥώσομεν ἐντρυφῶντα τῇ τοσαύτῃ θέᾳ. εἶδες πλεονεξίαν, καὶ πλοῦτον πολύν; μὴ ἀναγάγῃς ἐκεῖ τὸν ὀφθαλμόν σου, βόρβορός ἐστι τὸ πρᾶγμα, καπνός ἐστιν, ἀτμὸς πονηρός, σκότος καὶ στενοχωρία πολλή, καὶ φροντίδων πνῖγος. εἶδες δικαιοσύνην ἀσκοῦντα ἄνθρωπον, ἀρκούμενον τοῖς αὐτοῦ, καὶ πολλὴν ἔχοντα τὴν εὐρυχωρίαν τῆς ἀνέσεως, οὐδὲν μεριμνῶντα, οὐδὲ φροντίζοντα τῶν ἐνταῦθα; στῆσον αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ μετεώριζον, καὶ πολλῷ καλλίονα αὐτὸν ἐργάσῃ, καὶ λαμπρότερον, οὐ τοῖς τῆς γῆς ἄνθεσιν βόσκων, ἀλλὰ τῇ τῆς ἀρετῆς σωφροσύνῃ, τῇ ἐπιεικείᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. ΟΥΔΕΝ ΓΑΡ ΟΥΤΩΣ ΤΑΡΑΤΤΕΙ ΟΦΘΑΛΜΟΝ, ΩΣ ΣΥΝΕΙΔΟΣ ΠΟΝΗΡΟΝ. Ἐταράχθη, φησίν, ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου· οὐδὲν οὕτως σκοτοῖ· ταύτης αὐτὸν ἀπάλλαξον τῆς ἐπηρείας, καὶ ποιήσεις σφοδρόν, καὶ ἰσχυρόν, ἀεὶ τρεφόμενον ἐλπίσιν ἀγαθαῖς. γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς, καὶ τοῦτον, καὶ τὰς ἄλλας τῆς ψυχῆς ἐνεργείας κατασκευάσαι τοιαύτας, οἵας ὁ Χριστὸς βούλεται· ἵνα τῆς ἐπικειμένης ἡμῖν κεφαλῆς ἄξιοι γενόμενοι, ἀπέλθωμεν ἔνθα θέλει. φησὶ γάρ, θέλω, ἵνα ὅπου ἐγώ εἰμι, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ὁρῶσιν· ἧς γένοιτο ἀπολαῦσαι πάντας ἡμᾶς.

Hæc plenissimè ac pleno ore Chrysostomus. LVX QVADRAGESIMA NONA; QVOD NON MODO CHRISTVS VERVM ET PROPRIVM CORPVS SACRIFICAVIT IN COENA; ET DISCIPVLIS SVIS, ID EST, SACERDOTIBVS, OFFERENDVM PRÆCEPIT, SED ETIAM QVOD NIHIL ALIVD OFFERRE AC SACRIFICARE POTVERIT: Impossibile « v. 4.
enim est, Sanguine Taurorum & Hircorum auferri peccata. Ideo «
Ingrediens mundum, dicit: Hostiam & Oblationem noluisti, Cor- « Psal. 39. v. 7.
pus autem aptasti mihi. Holocautomata, & pro peccato, non tibi «
placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de «
me: Vt faciam, Deus, voluntatem tuam. Superiùs dicens, Quia Hostias «
& Oblationes, & Holocautomata, & pro peccato noluisti, nec placita «
sunt tibi quæ secundùm Legem offeruntur. Tunc dixi, Ecce venio, «

HEBR. X. » vt faciam, Deus, voluntatem tuam: Ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων, καὶ τράγων, ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. Διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει, Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, Ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας, οὐκ εὐδόκησας. τότε εἶπον, Ἰδοὺ ἥκω, (ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ,) τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου. Ἀνώτερον λέγων, Ὅτι Θυσίαν, καὶ προσφορὰν, καὶ Ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας, οὐκ ἠθέλησας, οὐδὲ εὐδόκησας (αἵτινες κατὰ τὸν νόμον προσφέρονται) τότε εἴρηκεν, Ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου. Perroniana Traditio est, hunc lectissimum fortissimumque esse Apostolicum locum, ac Theologici inter apices Iuris, & totius Scripturæ tanquam arietem, ad Vmbraticorum pulsandam profligandamque Hæresim, in eumque modum pro Realitate Corporis Christi in Eucharistia vrgendum esse. Argumentatur Paulus; Christus obtulit Sacrificium in Cruce: Ergo verum ac proprium Corpus suum in Cruce sacrificauit. Probat Consequentiam; Nihil offerre potuit eorum omnium quæ secundùm Legem
» offerebantur: cùm scriptum sit: Quia Hostias & Oblationes, & Ho-
» locautomata, & pro peccato, noluisti, NEC PLACITA SVNT TIBI
» QVÆ SECVNDVM LEGEM OFFERVNTVR. Igitur aut nihil obtulit, cùm nihil offerre potuerit quod non fuerit antea quandoque in Lege oblatum; aut, si quid immolauit, verum propriumque Corpus immolauit, non aliquid figuratiuum aut vicarium quod eius loco substitueretur, quandoquidem cætera reiecta ac reprobata essent. Atque hoc genere argumentationis percellit funditusque euertit Phantasticos illos Paulus, qui vel angariatum Simonem pro Christo mactatum, vel Christum non verè passum fabularentur: eò vsque adigens argumentum vt vtrimque feriret; atque alterutrum Aduersarij fateri cogerentur, Vt aut quid non placitum & abominandum Christus offerret, (quod dictu nefas;) aut quòd non aliud quidpiam quàm suum Corpus verè propriéque in Cruce obtulerit. Ex quo Apostolico DE REALITATE SACRIFICII CRVCIS argumento, par consectariumque conficitur argumentum PRO REALITATE INCRVENTI SACRIFICII FACTI IN COENA. Quod enim (inquiebat PERRONIVS) ego ipse Paulus ad Crucem, id ad Cœnam trahere licet: vt si à Christo in Cœna sacrificatum sit; quod perfectum fuisse, ex Tractatu DE SACRIFICIO, supra omnino probatum atque conclusum est, ex impletione Melchisedechicæ Figuræ; necessarium quoque est haud aliud quàm verum ac proprium Corpus in Institutione Eucharistiæ incruento ritu immolasse. Ex quo certum est, eodem dato Antecedente, idem confici Consequens; nec probationem, quin pro Cruce vacillet, pro Eucharistia posse claudicare. Atque hæc de PERRONIANO Inuento. Quo sanè loco minimè prætermittendum videtur, quod aliquot annis ante Gregorium Ioanne Tertio sedente, Chariberto regnante, in Secundo Turonensi Concilio, Canone secundo statutum est. quod quidem & argumentum à Cruce petitum & veritatem Eucharistiæ contra Imaginatios, siue Vmbra-

ticos in ratione disciplinæ inuoluit, & hanc Theologiam Veterem planè insinuat. VT CORPVS DOMINI IN ALTARI (inquit Synodus, & cum ea Prætextatus, IN CHRISTI NOMINE EPISCOPVS ECCLESIÆ ROTHOMAGENSIS; qui secundùm Patrum statuta, Relegit, Consensit, Subscripsit,) NON IN IMAGINARIO ORDINE, SED SVB CRVCIS titulo componatur. Notum scilicet disciplinâ Patrum erat, & venerandas esse Imagines, nec tamen inter Imagines Eucharistiam reponendam; ne Imago, non Res ipsa videretur: & quidquid de Veritate Sacrificij Crucis creditur, de Mystico Eucharistiæ Sacrificio, quod per Altare signatur, credendum esse, si modò exceperis, quòd non ritu cruento, sed incruento; non ad titulum Redemptionis, sed Religionis; nec per se propitiatorium, sed per applicationem propitiationis Crucis, quæ Sacrificali Commemoratione fit. Denique notum erat, Eucharistiam Corpus Domini esse, nos habere ALTARE, de quo edere potestatem non habent qui Vmbræ, Figurisque, ac Tabernaculo deseruiunt: Crucem non modò pingi, sed & in titulum erigi; in Altari celebrari Missas (vnde sequenti Canone, scilicet quarto, legitur: VT LAICI SECVS ALTARE, QVO SANCTA MYSTERIA CELEBRANTVR, INTER CLERICOS TAM AD VIGILIAS QVAM AD MISSAS STARE PENITVS NON PRÆSVMANT, SED PARS ILLA QVÆ A CANCELLIS VERSVS ALTARE DIVIDITVR, CHORIS TANTVM PSALLENTIVM PATEAT CLERICORVM; AD ORANDVM VERO, ET COMMVNICANDVM, LAICIS ET FOEMINIS, SICVT MOS EST, PATEANT SANCTA SANCTORVM) & nouum non esse quòd extra sumptionem, in Ecclesia Catholica Sacro-Sanctum Corpus Christi in Altari adseruetur. Atque hoc est, REX IACOBE, fortissimum Concilium, cuius Canone primo Apostolica planè constantia, fiduciaque, ac Euangelica loquendi libertas, quæ vno verbo in Sacris Scripturis παῤῥησία dicitur, non modò audita, sed & scripta est, antequam Turonenses Patres facturi vigesimum secundum Canonem essent, DE INCESTIS CONIVNCTIONIBVS, quo Regia Chariberti impotentia terreretur; qui, vt Gregorius habet Turonicus, libro quarto, capite vigesimo sexto, Historiæ Francorum, Marcovefam, Conjugis suæ Meroflendis sororem, sibi vetitis nuptiis copularat: quam ob causam, posthac contumax atque impœnitens, à Sancto Germano, Parisiensi Episcopo, excommunicatus est. Placuit itaque Sancto Concilio (ipsa Primi Canonis verba sunt,) INTERPOSITA VIRTVTE DOMINI MARTINI, in Sancta Basilica sua conscribi, vt BIS ad Synodum annis singulis Metropolitanus & Comprouinciales sui in locum, quem DELIBERATIO METROPOLITANI elegerit, Deo propitiante conueniant, aut si necessitas, sicut hactenus, ineuitabilis præpedierit, vel SEMEL in anno sine cuiuslibet excusatione personæ, id est, Regiæ vel Priuatæ; sine cuiuscumque vtilitatis obstaculo, præter infirmitatis certissimæ labore præuentum, nullius occasione velaminis habeat vnusquisque concursum: sed (sicut dictum est) NEQVE PER IMPEDIMENTVM ORDINATIONIS REGIÆ, neque sub

HEBR. X.

HEBR. X. » occasione vtilitatis, aut causæ propriæ debeat à Concilio separari:
Rom. 8. v. 35. » Apostolo prædicante: Quis nos separabit à Charitate Christi? tribula-
» tio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an
» gladius? & reliqua. NON DEBET SPIRITVALI OPERI ETIAM REGALIS
» PRÆFERRI PRÆCEPTIO, cùm primum IN ECCLESIA sit mandatum:
Deut. 6. v. 5. » Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima
» tua, & ex tota Virtute tua. Vnde non debet Præcepto Domini persona
» cuiuslibet hominis anteponi, NEQVE DEBET TERRENÆ CONDITIO-
» NIS ACTIO VEL PERSONA TERRERE QVOS CHRISTVS SPE CRVCIS
» ARMAVIT. Si quis Episcopus (vt superiùs dictum est) ad Synodum veni-
» re distulerit, vsque ad MAIOREM SYNODVM, à Metropolitano & Com-
» prouincialibus maneat excommunicatus, nec ei ex alia Prouincia vllus
» Episcopus interea communicare præsumat. IPSE ENIM SVÆ DIVISIO-
» NIS PRÆPARAT INSTRVMENTA, QVI CVM SVIS FRATRIBVS IN MEM-
» BRIS ECCLESIÆ NON CONCORDAT. Hactenus Turonica Synodus & mixta priscâ illâ Rothomagensi disciplina atque grauitate Turonensis Pietas ac Virtus captiuans intellectum in obsequium Fidei. Sed vt ad Veritatem Eucharistiæ redeamus, quandoquidem superiùs mille locis, vberrimè à me explicata est, vnum dumtaxat aut alterum Eucharisticum Monitum addendum hoc loco opportunè videtur. Atque in primis, quot modis Mystica Eulogia ab Antiquis Theologis Græcis Sanctificari dicatur: ex iis quippe omnino apparet, quod latet; & quò magis legitur dictum, eò plus creditur mysterium. Primò enim Panis dictus est, Ἁγιάζεσθαι, & Καθαγιάζεσθαι, id est, SANCTIFICARI, SACRARI, & CONSECRARI: Secundò, Μεταποιεῖσθαι, quod TRANSFIGVRARI, TRANSFIERI, TRANSPONI, TRANSMVTARI, apud Græcos significat: Tertiò, Μεταβάλλεσθαι, siue, COMMVTARI, VERTI, CONVERTI, TRANSMITTI, TRANSFERRI, TRANSADIGI, TRANSMVTARI: Quartò, Μετασκευάζεσθαι, hoc est, TRANSFVNDI, TRANSVASARI; Quintò, Μεταστοιχειοῦσθαι, seu TRANSELEMENTARI, TRANSMATERIARI, TRANSFORMARI, TRANS PRIMA ELEMENTA RESOLVI, vel, VT ELEMENTA IN SE INVICEM CONVERTI: Sextò, Μετουσιάζεσθαι, quod idem est ac TRANSSVBSTANTIARI, TRANSIRE IN CORPVS CHRISTI, SVBSTANTIALITER COMMVTARI, COMMVTARI SECVNDVM INTERIOREM ESSENTIAM, (quæ vltima locutio Lanfranci vetus Anglicana fuit:) Septimò, Μεταρρυθμίζεσθαι, id est, TRANSNVMERARI; ac si diceres, alia iam à Substantia Panis numeranda Substantia est, alio loco reponenda, nec inter communes Panes sed inter vera propriaque humana corpora, collocanda, vt pote iam Deificum ex nostra substantia Corpus quod ad nos redit per Eucharistiam Sumptum, à quibus visum est recessisse per Incarnationem Adsumptum. Verè nimirum ac propriè Christus est, quem homo sumit, sed qui hominem adsumit, miro Frumenti sui artificio: de quo magnum illud Magnus rectè legentibus Augustinus, libro duodecimo contra Faustum Manichæum, Christum Fausto in Veteri Testamento demonstrans:
» IPSE MIHI IN IOSEPH INNVITVR, QVI PERSEQVENTIBVS ET VEN-

DENTIBVS FRATRIBVS, IN ÆGYPTO POST LABORES HONORA- «HEBR. X.
TVR. DIDICIMVS ENIM LABORES CHRISTI IN ORBE GENTIVM, «
QVEM SIGNIFICABAT ÆGYPTVS PER VARIAS PASSIONES MARTY- «
RVM: ET NVNC VIDEMVS HONOREM CHRISTI IN EODEM ORBE «
TERRARVM, EROGATIONE FRVMENTI SVI SIBI OMNIA SVBIVGAN- «
TIS. Sed satis superque DE EVCHARISTIA actum est. LVX QVINQVA- «
GESIMA: QVOD QVI BONA OPERA TOLLIT, TOLLIT DE MEDIO FVN-
DITVSQVE EVERTIT CHRISTIANAM SOCIETATEM; Et consideremus « v. 24.
inuicem in PROVOCATIONEM CHARITATIS & Bonorum Operum: «
Καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς ΠΑΡΟΞΥΣΜΟΝ ΑΓΑΠΗΣ καὶ καλῶν ἔργων. Tres sunt in hac nostra Exhortatione Apostolica gradus obseruandi. Primùm enim hortatur ad Fidei Plenitudinem; Deinde ad Spei Firmitatem; Tertiò, ad Opera Charitatis. Quod autem Interpres PROVOCATIONEM dicit, Græcè, παροξυσμὸν posui: quæ vox propriè quidem IRRITATIONEM, EXASPERATIONEM, ACREM DISCEPTATIONEM significat. Sed hîc à me in bonam partem sumitur, sic tamen vt tacitè eos de vitio peculiariter per hanc vocem significato arguam, subindicans ac monens vt illud in contrarium vertant; quasi dicam; Sunt inter vos qui Fratrum infirmitatibus offensi dissidia suscitant, conuentus deserunt, immo defectionem moliuntur: contrà vos adhortor vt Fratrum infirmitates, ac vitia dissimulantes, potiùs inuicem vos consideretis, secundùm ea quibus ad Charitatem & Bona Opera mutuò præstanda prouocémini. Considerate proximorum virtutes, vt eas imitemini; miserias, vt subleuetis: animi verò infirmitates supportate, nec aliter in eas intendite, quàm vt corrigantur. Quò spectant exhortationes, quæ infra habentur: PACEM SEQVIMINI cum omnibus, & Charitas Frater- « Hebr. 12.
nitatis Maneat in vobis; (capite duodecimo.) LVX QVINQVAGESI- « v. 14.
MA PRIMA; QVOD VNITAS TEMPLI SERVANDA, QVODQVE NON DESERENDA COLLECTIO FRATRVM; ET QVAM LAPSVI AC SCHISMATI PROXIMI QVI DECLINANT SYNAXES ET ECCLESIASTICOS CONVENTVS, CVM SIT SEMPER MANENDVM IN RADICE VNITA-
TIS: Non deserentes COLLECTIONEM (Græcè, tricomposito vocabu- « v. 25.
lo, Ἐπισυναγωγὴν, parum vsitata voce, sed quâ vti volui ad Hebræos scribens, ne à vocabulo Synagogæ, quod Hebræorum Cœtui quodammodo proprium erat, longiùs recedere viderer) nostram, SICVT «
CONSVETVDINIS EST QVIBVSDAM, sed consolantes: & tantò magis, «
quantò videritis appropinquantem Diem: Μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ΕΠΙ- «
ΣΥΝΑΓΩΓΗΝ ΕΑΥΤΩΝ, ΚΑΘΩΣ ΕΘΟΣ ΤΙΣΙΝ, ἀλλὰ παρακαλοῦντες, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν Ἡμέραν. Quem Apostolicum meum locum DE VNITATE SERVANDA, quanto iudicio, quanta sapientia, Deus bone, quo zelo, qua æquitate, quo exemplo ille ille Antiquorum Senatorum, Senator certè integerrimus, magnus ille, Martiniani instar, Amator Pauli, PAVLVS SCARONIVS, in AVGVSTINIANA GALLICANI CLERI ACADEMIA, & proposuit, & exposuit! Ergo quamuis sedatè diceret, sic in omni genere amplificationis exarsit; vt quod pro Christianis Romanus Senator vt Re sic

HEBR. X. nomine prudens, Prudentius, Carmine suo aduersùs Symmachum Ethnicosque tentauerat, id pro Catholicis Oratione perficeret contra Symmachianos hodiernos; qui (quod Lirinensis prohibet,) cùm omnia dicant noua, nihil tamen dicunt nouè; quique Collectionis ceu Stationis desertores, Separationi suæ FALSI-NOMINIS Antiquitatis SCIENTIAM obtendunt, ac Seditionem suam, tanquam auctore Paulo coortam, apud leuissimos auditores prædicant. Nec ferre certè ACADEMIÆ PRÆSES diutius potuit, quin, vt in Veteribus olim Conciliis mos fuit, GLORIOSISSIMO IVDICI acclamaret, & Multos Annos & felicissimi illius sæculi reditum, quo, vt quondam visi REGES APOSTOLI, iam SENATORES APOSTOLI viderentur. Atque ita cùm Christiano plausu Spiritualis ille (veterum Apostolicorum in morem) Conuentus sanctè admurmurasset, cum ardentiori retinendæ Vnitatis feruore è SACRA ACADEMIA apud Augustinianos celebrari solita discessum est. Sed quia præter Vnitatem, rerum quoque nostrarum Posteris retinenda Memoria est; quis hic fuerit EPISCOPALIS SCHOLÆ status, in quo nihil, ne inuidia quidem (absit tamen dicto inuidia) defuit, hoc LAVRENTII BOCHELLI grauissimi Scriptoris, consummatique Parisiensis Patroni, ad perpetuam Rei Litterariæ memoriam, monimentum declarat.

» SACRÆ ACADEMIÆ APVD AVGVSTINIANOS
» STATVS.

» Exurge qui dormis, & illuminabit te Christus. Hanc Eremita-
» rum quam vides casulam, nobile Regum Regis Palatium est:
» Heic vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ:
» Vbi Regiæ Pœnitentiæ crypta quondam fuit; nunc cælo patente
» & leuato velo diuina exaudiuntur oracula. Heic Viocurus Hermes
» Erranti comiter monstrat viam; Heic reciproci de Religione fluctus
» ex Veterum Patrum sententia placidè componuntur; Heic nullus
» fragor, strepitus nullus, sed templum summo Deo, sine ictu mal-
» lei aut incudis, exstruitur. Heic per deuios ignorantiæ calleis, & to-
» phi scabritiem, incedentes rectæ restituuntur orbitæ, & maioris a-
» bollæ facinorosi ad meliorem frugem inuitantur. Heic riuuli de
» fontibus Saluatoris scaturientes in animas beneuolas instillantur.
» Dicam verbo: Dia hæc est & Cælestis Academia, procurante no-
» bilissimo & doctissimo Neustriæ Archipræsule FRANCISCO HAR-
» LÆO, instigante Clero Gallicano, Regis Christianissimi auctoritate
» præuia, Senatu adprobante, Parisiensi Antistite consentiente, vni-
» uerso populo Christiano adplaudente, ambitu procul, solida in
» proximum Charitate, & leni veluti cum Christo susurro instituta.
» In ea Patrum Orthodoxorum vetustas, instar Aquilæ, renoua-
» tur; ex illorum scriptis, somnia delirantium sine fuco & fallacia
» confutantur; Cælestis Hierarchiæ triumphus miro acumine reuela-
» tur; qui huius sæculi & militiæ stat Ecclesiasticus Ordo, confirmatur.
» Succedit optimè de Lycæo meritus, per quem Principis Philo-

ſophorum Politeia, huic noſtræ ſuppar, linguâ vernaculâ exponitur, « HEBR. X.
Regum Monarchia ſtabilitur, fidum ſubditorum erga Principes «
obſequium imperatur, Pax & mutua beneuolentia commendarur. «
Demum harmonicis antiquæ Poëſeos regulis ad Dauidis lyram «
& dramata Salomonis, quoad fieri poteſt, nec inficetè adplicatis, «
Auditorum animi, longo per ſacros tramites decurſu propè fatiga- «
ti recreantur. «

Hæc LAVR. BOCHELLVS, in Senatu Pariſ. Aduocatus, neſcius ne eſ- «
ſes, & obtrectatorum nequitiæ, per Mnemoſynon iſtud, «
obuiam itum volui. Anno M. DC. XXIV. «

LVX QVINQVAGESIMA SECVNDA; QVOD SECVNDVM DOCVMENTA
APOSTOLICA VALDE METVENDÆ SINT PVRGATORIÆ POENÆ: TER- « v.27.
RIBILIS (Græcè, ΦΟΒΕΡΑ, FORMIDABILIS) autem quædam exſpectatio «
Iudicij, ET IGNIS ÆMVLATIO, quæ conſumptura eſt (Græcè, QVI CON- «
SVMPTVRVS, vel potiùs COMESTVRVS, DEVORATVRVS EST, ἐσθίειν
μέλλοντος· & ad Ignem, non ad Æmulationem refertur: quod & Am-
broſianus & Syra verſio ſequuntur) aduerſarios: ΦΟΒΕΡΑ δέ τις ἐκ- «
δοχὴ κρίσεως, ΚΑΙ ΠΥΡΟΣ ΖΗΛΟΣ, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους. Mul-
torum quippe de Pœnis Purgatoriis Commentarius eſt huius loci, &
rectè quidem. vt ſenſus ſit, Qui ſemel ſuſcepta fide, in grauia Pecca-
ta lapſi fuerint, manet eos Terribile Iudicium Dei, quod poſt hanc
vitam Iuſtus Iudex exercet, etiam in eos qui non actâ plenè Pœni-
tentiâ à Peccatis conuerſi ſint: ſeruantur enim Igni Purgatorio;
qui eſt ÆMVLATIO, ſeu Repræſentatio quædam, illius IGNIS qui
conſumet Impios, id eſt, Ignis Æterni. Hunc verò ſenſum ex ipſis
verbis probant. Enimvero in Gehenna non eſt Æmulatio Ignis
Aduerſarios conſumpturi; ſed ſicut ibi verè ſunt Aduerſarij, ita eſt
ipſe Ignis Aduerſarios Conſumens, id eſt, affligens & crucians: at
in Purgatorio, vbi non ſunt Aduerſarij, ſed Filij tantùm, eſt illius
Ignis Aduerſarios conſumentis Æmulatio, ſiue ſimilitudo quædam,
ob Pœnæ grauitatem. Facit ad propoſitum, quòd nonnulli Græco
vocabulo retento, vertere maluerunt, ET IGNIS ZELVS, ΚΑΙ ΠΥΡΟΣ
ΖΗΛΟΣ: idque ob peculiarem illius vocis ſignificationem, tantope-
re à Græcis Commentatoribus commendatam, atque explicatam.
Monent enim obſeruandum eſſe, quemadmodum Apoſtolus, Ignem
veluti armarit, immo animarit, vitamque & vires ei tribue-
rit, qui inſtar irritatæ feræ, inimicos & apprehendat & deuoret.
vt ſit in Verbis Apoſtoli Proſopopœia quædam cum Hebraï-
ſmo latente. Nam Hebræis ZELARE dicitur qui dolore &
iuſtæ vltionis deſiderio commouetur, nihilque boni irremunera-
tum, nihilque pariter mali inultum ferre poteſt. Vnde & paſſim
Deus vocatur ZELOTES, vt Exodi vigeſimo & trigeſimo quarto. Exod. 20. v. 5.
Sic igitur Ignem deſcribit Apoſtolus Zelantem pro gloria Dei, & & 34. v. 14.
quaſi dolentem, eiuſque iniurias vbique vehementer vindican-
tem. Ignem verò Corporeum hoc loco intelligi non dubium eſt:
ſicut & alibi, cùm de Pœna Damnatorum Scriptura loquens, Ignem

HEBR. X. nominat, niſi iam turpi ei, quem, vt in Propheta eſt, Decaluauit
Iſ. 3. v. 17. Dominus, Caluino; qui Ignem aduerſarios deuoraturum, crucia-
tum malæ conſcientiæ exponit, & quæ Theologi de Igne Corpo-
reo diſputant, ſuo more falsè irridet. Nobis ex aduerſo ſufficiat,
quòd eam Ignis interpretationem Orthodoxi Patres iam olim in
Origene damnarunt. LVX QVINQVAGESIMA TERTIA; QVOD
QVI SEMEL CHRISTI SANGVINE FVERIT VERE SANCTIFICA-
v. 29. » TVS, POSSIT EAM SANCTITATEM PECCANDO AMITTERE: Quantò
» magis puratis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculca-
» uerit, ET SANGVINEM TESTAMENTI pollutum duxerit, IN QVO
» SANCTIFICATVS EST, ET SPIRITVI GRATIÆ contumeliam fece-
» rit? Πόσῳ (δοκεῖτε) χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπα-
τήσας, ΚΑΙ ΤΟ ΑΙΜΑ ΤΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ κοινὸν ἡγησάμενος, ΕΝ Ω ΗΓΙΑΣΘΗ,
ΚΑΙ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΤΗΣ ΧΑΡΙΤΟΣ ἐνυβρίσας; LVX QVINQVA-
SIMA QVARTA; QVOD HORRENDA SIT SERA NV-
MINIS VINDICTA POST MORTEM, ETIAM IN ANI-
MAS SEPARATAS, QVÆ FLAMMIS PVRGATORIIS LV-
v. 31. » STRANTVR: Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis:
Φοβερὸν δὲ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. Qui ſuperiora de Pœnis fu-
turi ſæculi Temporaris atque Purgatoriis, vt proximè diximus, ex-
ponunt, iidem etiam hanc Apoſtolicam ſententiam iure ac meri-
to referunt ad illarum pœnarum exaggerationem, quæ quamuis
miſericordiâ temperentur, tamen, ſi creditur Auguſtino, in Pſal-
mum trigeſimum ſeptimum ſcribenti, longè grauiores ſunt quàm
quidquid poteſt homo in hac vita pati. Vnde hoc Epiphone-
ma ſermonem DE VOLVNTARIE PECCANTIBVS claudens,
duo præſertim complectitur; nempe ſupplicij grauitatem pec-
cato reſpondentem, & eius impoſſibilitatem euadendi. Nam Ho-
mo Iudex flecti poteſt, aut falli, aut vi quapiam impediri, ne
ſontem puniat, aut certè non quantum meretur: at horum ni-
hil in Deo locum habet. Deinde Mortalis Homo punitionem
vltra mortem extendere poteſt: Deus autem, vt ſemper viuens,
æternas pœnas ſeruat peccatoribus poſt mortem. Quò reſpiciens
Luc. 12. v. 5. » Saluator; Timete eum, inquit, qui poſtquam occiderit, habet po-
» teſtatem mittere in gehennam, (Lucæ duodecimo.) LVX QVIN-
QVAGESIMA QVINTA; QVOD OPERA EX FIDV-
CIA AC SPE CÆLESTIVM BONORVM PROFE-
CTA, CVIVSMODI PATIENTIÆ OPERA SVNT, MA-
GNO DEI DONO, MAGNVM HABENT APVD DEVM
v. 35. » MERITVM AC MERCEDIS RETRIBVTIONEM: Nolite
» itaque amittere confidentiam veſtram, quæ MAGNAM habet
» REMVNERATIONEM: Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις
ἔχει ΜΙΣΘΑΠΟΔΟΣΙΑΝ ΜΕΓΑΛΗΝ. Itaque Græcus Codex
habet, ΜΙΣΘΑΠΟΔΟΣΙΑΝ, quam ſemel & iterum repetit ca-
pite ſequenti; quæ non tam ſonat REMVNERATIONEM, quàm
propriè, MERCEDIS RETRIBVTIONEM. Quod notandum

ptopter Hæteticos, qui Merita Bonorum Operum negant. nam vbi HEBR. XI.
Merces, ibi Meritum : sunt enim hæc ad inuicem relata. Quare
frustra laborant suamque imperitiam Aduersarij ostendunt, cùm à
Mercede, quam toties in Euangelio nominatam negare non pos-
sunt, Meritum separare conantur. Tantum nobis retinendum, (qua
in re calumniam illi Catholicis faciunt ;) omne nostrum Meri-
tum esse Dei donum. LVX QVINQVAGESIMA SEXTA;
QVOD TANTA SIT FIDES BONORVM OPERVM AC
EORVM RETRIBVTIONIS, VT SI AD DVO CAPITA RE-
DIGERETVR SVMMA CREDENDORVM, E DVOBVS NE-
CESSARIIS AD FIDEM EXPLICITAM, QVIBVS CÆTE-
RA SVBINTELLIGVNTVR AC COMPREHENDVNTVR,
ALTERVM CAPVT FORET, SIVE OMNINO STATVEN-
DVM ESSET DE DIVINA OPERVM REMVNERATIO-
NE QVIBVS VNIVERSA DEI PROVIDENTIA CONTI-
NETVR : Sine Fide autem impossibile est placere Deo. credere « v.6.
enim OPORTET accedentem ad Deum, QVIA EST, ET IN- «
QVIRENTIBVS SE REMVNERATOR SIT : Χωρὶς δὲ Πίστεως, «
ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. πιστεῦσαι γὰρ ΔΕΙ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ΟΤΙ
ΕΣΤΙ, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΕΚΖΗΤΟΥΣΙΝ ΑΤΤΟΝ, ΜΙΣΘΑΠΟ-
ΔΟΤΗΣ ΓΙΝΕΤΑΙ. Græcè autem, REMVNERATOR, MI-
ΣΘΑΠΟΔΟΤΗΣ, propriè MERCEDIS REDDITOR est. quæ
vox Hæreticos vrit, Operum Bonorum Merita negantes, idque eo
magis hoc loco, quòd non simpliciter Apostolus dicat, inquirenti-
bus se Remuneratorem esse; sed hoc ipsum affirmet oportere cre-
dere, sic, vt sine illa Fide placere Deo impossibile sit. LVX QVIN-
QVAGESIMA SEPTIMA ; QVOD HOMINIS IVSTIFICATI IVSTI-
TIA VERE PER BONA OPERA AVGETVR: Et Iustitiæ quæ per Fi- « v.7.
dem est, heres est institutus: Καὶ τῆς κατὰ Πίστιν Δικαιοσύνης, ἐγένετο κληρο- «
νόμος. Si Græcam Proprietatem quæras, sensum ita clatiùs explices;
Et eius quæ secundùm Fidem est Iustitiæ factus est heres. IVSTI-
TIA QVÆ PER FIDEM, vel, SECVNDVM FIDEM, ΚΑΤΑ ΠΙΣΤΙΝ, EST,
notatio est Veræ Iustitiæ, quam alibi Apostolus IVSTITIAM FIDEI
vocat, de qua contra Iudæos, Operum Iustitiam sectantes, multa in
Epistolis nostris ad Romanos, & ad Galatas, & nonnulla ad Philip-
penses, capite tertio, disputantur. Est enim ea Iustitia quæ per Fi-
dem obtinetur, sine Operibus Legis; id est, sine vllo merito no-
strorum Operum, quibus Iustitiæ Donum aduocemus. Nam Ope-
ra verè bona & salutaria non præcedunt Iustificandum, sed se-
quuntur Iustificatum, vt loquitur Augustinus, libro De Fide & Operi-
bus, capite decimo quarto: hoc est, Gratiam Dei, qua nos renouat, non
præcedunt, sed sequuntur, suntque eius effectus. Prima autem perfe-
cta Gratia Fides est. Itaque hoc loco, non de Prima sed Secunda Iusti-
ficatione, quæ Iustificatio Operum dicitur, sermo est, qua per Heroï-
cam Fidem, ac egregium Opus Fidei, Iustitia Noë, vt quondam Abra-
hæ (de quo ad Romanos tam multa) non solùm declarata ac probata

HEBR. XI. verumetiam aucta coram Deo fuit, vt ad quartum Romanorum docetur. Sensum hunc de Noacena Hereditate Iustitiæ, breuiter & disertè Theophylactus tradit, nec ampliùs hìc vrgendum Chrysostomus putat. Quæ sanè expositio ei placeat necesse est, qui intelliget alludi ad Scripturam, quæ statim post verba pronunciati Diluuij, testatur, Noë coram Domino Iustum ac perfectum fuisse; quasi ex eo Iustum velit, quia Deo Diluuium prædicenti crediderit: eo scilicet heroïco Fidei genere, quo proximè à me dictum est, Mundum per Arcam damnasse, quam in salutem domus suæ aptauerat.

v. 7. » Fide Noë, responso accepto de iis quæ adhuc non videbantur, me-
» tuens, aptauit Arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit
» Mundum. vt sensus sit: Noë dum pro salute suæ domus Arcam immensæ molis fabricat, & in eo opere multos annos consumit, palàm verbo factoque, monens metuendum esse Diluuium, excusationem hominibus abstulit, eosque exitio, quod credendo & pœnitentiam agendo præcauere nolebant, dignos arguit. Qui sensus omnium conuenientissimus, & ob hanc antithesim iucundissimus est; Arcam fecit qua Familiam suam seruauit, & Mundum condemnauit. LVX QVINQVAGESIMA OCTAVA; QVOD IN ADIMPLETIONE BENEDICTIONIS AC PROMISSIONIS ABRAHÆ FACTÆ NON TANTVM ECCLESIÆ VNITAS AC VNIVERSALITAS, SED ET SPLENDOR AC DIGNITAS FIGVRATA ATQVE DECLARATA
v. 12. » EST: Propter quod & ab VNO orti sunt, & hoc emortuo, TAN-
» QVAM SIDERA CÆLI IN MVLTITVDINEM, & sicut Arena quæ
» est ad oram Maris, INNVMERABILIS: Διὸ καὶ ἀφ' ΕΝΟΣ ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, ΚΑΘΩΣ ΤΑ ΑΣΤΡΑ ΤΟΥ ΟΥΡΑΝΟΥ ΤΩ ΠΛΗΘΕΙ, καὶ ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ἡ ΑΝΑΡΙΘΜΗ-
Rom. 4. v. 18. ΤΟΣ. Etenim hæc Stellarum comparatio adsumpta à Deo fuit in Promissione Seminis Abrahæ, non solùm ad numerum significandum, sed vt cum numero splendor ac nobilitas illius Populi declararetur. Vnde ad significandum numerum aliarum rerum, nusquam legimus in Scripturis hanc comparationem adhibitam, sicut alteram de Arena Maris. Appositè autem prædicti Ecclesiæ Catholicæ Filij per Stellas, qui & Vocationis Cælestis participes, & Stella duce COMMVNIO GENTIVM futuri essent. Nec enim sine mysterio factum credibile est, vt quod de Stellis dictum, per Stellam impleretur; idque Regum, & quod amplius est, Regum Gentium, ministerio: vt sui Regij Officij DE IVVANDA ECCLESIA Reges diuino ac omnium Mysteriorum primo monerentur, ne præter Communionem omnium Gentium Ecclesiam quærerent, neue quidpiam aliud in Schismate quàm DE REDVCENDA SEPARATA PARTE AD VNITATEM TOTIVS cogitarent, sicque ad Cælestem Patriam semper adspirarent. LVX QVINQVAGESIMA NONA; QVOD IACOB
Hebr. 11. v. 21. » MORIENS IMAGINEM FIDE ADORAVIT: FIDE Iacob moriens sin-
» gulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit FASTIGIVM VIRGÆ
» EIVS: ΠΙΣΤΕΙ, Ιακὼβ ἀποθνήσκων, ἕκαστον τῶν υἱῶν Ιωσὴφ εὐλόγησε·

KAI

ΚΑΙ ΠΡΟΣΕΚΥΝΗΣΕΝ ΕΠΙ ΤΟ ΑΚΡΟΝ ΤΗΣ ΡΑΒΔΟΥ ΑΥΤΟΥ. In Regio enim Filij sui Sceptro Iacob, Regiã Christi potestatem repræsentari vidit: & quod prędictum erat, vt ex trigesimo septimo Geneseos patet, à Sole, id est, Patre suo, Iosephum adorandum, implens; nõ iam oculis sed Fide Potestatem filij aspiciens, eum qui in Sole, id est, in Ecclesia, quæ quocumque sol diffunditur, diffusa est, Tabernaculum suum positurus erat, ex Symbolica Imagine adorauit: ita tamen vt verè diceretur fastigium Virgæ seu Sceptri adorasse: cui simile quid cùm Catholici dicunt, Sectarij Pharizaicè scandalizantur. LVX SEXAGESIMA; QVOD IMPIE ET CONTRA MOYSIS FACTVM APOSTOLICE CELEBRATVM, SECTARII BONORVM OPERVM MERITA NEGENT, AC SERVILE ESSE PVTENT INTVITV REMVNERATIONIS DEVM COLERE: Maiores DIVITIAS æstimans Thesauro Ægyptiorum, (Græcè, THESAVRIS QVI IN ÆGYPTO ERANT, τῶν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν,) IMPROPERIVM CHRISTI: ADSPICIEBAT ENIM IN REMVNERATIONEM: Μείζονα ΠΛΟΥΤΟΝ ἡγησάμενος τῶν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν, ΤΟΝ ΟΝΕΙΔΙΣΜΟΝ τοῦ Χριστοῦ. ΑΠΕΒΛΕΠΕ ΓΑΡ ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΙΣΘΑΠΟΔΟΣΙΑΝ. Grecè igitur non tam ADSPICIEBAT, quàm RESPICIEBAT, ἀπέβλεπε, Fidei scilicet oculo, (nam Heroicæ cuiusdam Fidei effectum fuisse ex meis verbis patet) eum qui post tempestatem tranquillũ facit, & post afflictiones, quas cum Populo Dei tolerabat, sequuturam Populi liberationem; quæ vtique futura erat merces quędã Patiẽtiæ prioris: Deinde ac potissimùm Fidei suæ oculos ad Bona Cælestia adtollebat, quæ Deus cultoribus suis, pro mercede ac præmio piorum laborum, se redditurũ promisit. Ergo falsum quod Nouatores iactitant; quandoquidem doceam Moysen afflictiones & opprobria ferentem in Remunerationem adspexisse; & eius ac Patriarcharum Exemplis Hebræos Christianos vt idem faciant, hortor. Ne verò per hoc vel Gratiæ vel Gloriæ Dei derogatum quidquam videatur; certissimè teneamus hæc duo: Omne Meritum nostrum esse Dei donum; & Omne Præmium nostrum ad Dei gloriam esse referendum. Hæc de Spiritu siue Dogmate huius loci. Est autem, quod ad Litteram adtinet, apprimè notandũ, quòd pro, MAIORES DIVITIAS, Ambrosius, libro de Paradiso, MAIOREM HONESTATEM; & libro secundo, de Abel, capite quarto, MAIVS PATRIMONIVM legit. Et certè Vetus ille, quisquis est, Interpres Librorũ Sapientiæ & Ecclesiastici (neque enim idem est omnium Sacrorũ Librorum Vulgatæ Editionis Interpres, vt eruditi norunt) Πλοῦτον, non DIVITIAS, sed assiduè vertit HONESTATEM, vt Sapientiæ septimo, octauo, & decimo; & Ecclesiastici vndecimo, decimo tertio, vigesimo quarto, & trigesimo primo, videre est. Cætera huius loci in ROMA tua TRIVMPHANTE, siue Secundo Libro, REX IACOBE, habes, cùm occasione Romani Triumphi, DE SACRA PONTIFICVM AC REGVM CONCORDIA actum est. LVX SEXAGESIMA PRIMA; QVOD LIBRI MACHABÆORVM NVMERANDI SVNT IN CANONE SCRIPTVRÆ: Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent Resurrectionem: Ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων. Ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν· ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀνα-

Marginalia: HEBR. XI. — Genes., 7. v. 9. — Psal. 18. v. 6. — «Hebr. 11. v. 26. « « « — Tob 3. v. 22. — Sap. 7. v. 11. & 11. 8. v. 8. 10. v. 11. — Ecclesi. 11. v. 14. & 24. 13. v. 2. 24. v. 23. 31. v. 1. — «Hebr. 11. v. 34 « « «

HEBR. XI. γάσιως τύχανι Cæcus enim est qui non videt, quàm hoc loco adluditur ad Iudam Machabæum & Fratres eius, qui FACTI FORTES IN BELLO, fortitudinem suam pugnando cum hostibus, Deo animum addente, egregiè declararunt. Nec desunt, teste Oecumenio, qui per, DISTENTI SVNT (Græcè, ἐτυμπανίσθησαν, quasi dicas, TYMPANIZATI SVNT, hoc est, tympani in morem pulsati, vt pro, TYMPANVM PVLSARE, quod apud Græcos, Τυμπανίζειν dicitur, Latinè Suetonius, in Augusto, TYMPANIZARE dixit,) Excoriationem intelligunt; eamque ad Sanctos Machabæos

2. Mach. 7. v. 4. Martyres referunt; quorum primis duobus cutem capitis abstractam fuisse, historia Passionis eorum, secundo Machabæorum septimo testatur. Quale etiã supplicij genus, quod Græci, Τύμπανον, siue Τυμπανισμόν, Latini, FVSTVARIVM, appellant, ibidem Eleazarum Martyrem (capite sexto) perpessum legimus: estque semel & iterum in Codice Græco ea vox, quam communi SVPPLICII vocabulo Latinus Interpres reddidit. Simile quoque Septem Fratrum Machabæorum fuisse supplicium, ea-

2. Mach. 7. v. 1. dem Scriptura significat, cùm dicit eos flagris & taureis cruciatos (capite septimo.) Itaque ex his omnibus manifestũ est, quòd id Græca voce, quã Interpres vertit, DISTENTI SVNT, significatum velit Apostolus, necnon ad causam respiciat; nimirum ad Martyres Machabæos, Eleazarũ inprimis, deinde ad Fratres septem, quibus & Matrem Theodoretus adiũgit. Neque displicet hæc sentẽtia Theophylacto & Oecumenio, ad quam Syrus Interpres Apostoli mentẽ refert, videlicet ad Noué Martyres iam-

Hebr. 11. v. 35. » iam memoratos. Et certè sequentia optimè quadrant: Non suscipientes

2. Mach. 6. » redẽptionem. Vnde Eleazarus ad Deũ: Tu scis quia cùm à morte possem

v. 30. » liberari, duros corporis sustineo dolores. Similiter & de reliquis, ac nominatim de nouissimo Fratrũ, ac Matre, legitur, non solùm potuisse eos à morte liberari, si Tyranno vellent obsequi, verumetiam ad opes euehi & honores. Percommodè verò ad excitandam Neophytorum Hebræorum fidem, horum Martyrum exemplis vsus sum, nec admodum tunc antiquis, quòd in illis, exstincta iam spe præsentis, singulariter eluxisset Fides futurorum & non apparẽtium bonorum, quam initio capitis definiuit. Quæ cùm ex Machabæorum libris, deprompta sint, validum sanè pro sacra eorum librorum auctoritate argumentum est, cùm Sanctos, quorũ hoc capite vel expresse vel tacitè gesta refero, omnes ex sacris litteris depromam, id est, iis quæ tunc à Fidelibus erant pro sacris receptæ.

Hebr. 11. v. 38. » Porrò haud dubiũ est, quin, vbi paulo post diximus: In solitudinibus er-

» rantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ; etiam ad Antiochi tempora respexerim, quãdo Matathias eiusque filij, in montes fugerunt relictis omnibus quæcũque in ciuitate habebant; quos & alij secuti sunt in deserta loca se recipientes, vt liquet ex primo Machabæorũ, secundo; & secundo Machabæorum, quinto. Adde quòd sub Antiocho Dei cultores ad spelũcas cõuenerint Sabbati celebrãdi causa; tametsi ne sic quidẽ latẽre potuerunt vt crudeles hostium manus euaderent (secundi Machabæorum sexto.) LVX SEXAGESIMA SECVNDA; QVOD SIT A VERITATE

HEBR. XII. APOSTOLICA ALIENVM ID QVOD AD TOLLENDAS FIDELIVM PRO PECCATIS SATISFACTIONES, ET DESTRVENDVM PVRGATORIVM ANIMARVM FABVLATVR AC IMPIE DOCET CALVINVS, VIDELICET, DEVM NON PVNIRE IVSTORVM PECCATA, SED IMPIORVM TANTVM; CÆTERVM

IVSTOS AD HOC SOLVM POENIS TEMPORALIBVS IN HAC VITA HEBR. XII.
AFFLIGI A DEO, VT AD VIRTVTEM EXERCEANTVR, ET PROBATI
APPAREANT: QVASI ITA CHRISTVS IN SE SVSCEPERIT POENAS PEC-
CATIS NOSTRIS DEBITAS, VT NOBIS IN GRATIAM RECEPTIS NVL-
LA IAM RELIQVA SIT POENA PRO PECCATIS SVBEVNDA: Quem e- « v.6.
nim negligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem «
recipit. Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται.
In quibus verbis Sapientis, Prouerbiorum tertio, quæ iuxta Septuagin-
ta Interpretum Trãslationem retuli, cùm in Exordio, quod huc trans-
ferre haud necesse fuit, auditur DISCIPLINA siue CORREPTIO, (Græcè
enim παιδεία, est vocabulum deductum à puero, quo propriè significa-
tur disciplina siue institutio coniuncta cum castigatione vitiorum eius
qui instituitur; qualis est institutio puerorum,) deinde in hoc textu CA-
STIGATIO, FLAGELLATIO, & cætera huiusmodi, punitionem peccato-
rum significant, tametsi destinatam ad emendationem & salutem eo-
rum qui puniuntur. Vnde etiam patet, hunc Apostolicum locum ap-
positè pro Pœnis Satisfactoriis à Catholicis vsurpari. LVX SEXAGESI-
MA TERTIA; QVOD IVSTITIA CHRISTIANA INTERIOR EST, AC
INHÆRENS: Deinde PATRES quidem CARNIS NOSTRÆ eruditores « v.9.
(Græcè, παιδευτὰς, quasi dicas DISCIPLINATORES, id est, vt alij vertunt, «
CASTIGATORES) habuimus, & reuerebamur eos: num multo magis ob- «
temperabimus PATRI SPIRITVVM, & viuemus? Et illi quidem in tem- «
pore Paucorum dierũ secundùm voluntatem suam erudiebant (Græcè, «
CASTIGABANT, ἐπαίδευον) nos: HIC AVTEM AD ID QVOD VTILE EST, IN «
RECIPIENDO SANCTIFICATIONEM EIVS. (Græcè, HIC VERO AD ID «
QVOD CONDVCIBILE EST AD PARTICIPANDVM SANCTIMONIAM «
EIVS: ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον, εἰς τὸ Μεταλαβεῖν τῆς Ἁγιότητος αὐτοῦ.) Εἶτα τοὺς μὲν «
τῆς ΣΑΡΚΟΣ ΗΜΩΝ ΠΑΤΕΡΑΣ εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα· οὐ πολ-
λῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ ΠΑΤΡΙ ΤΩΝ ΠΝΕΥΜΑΤΩΝ, καὶ ζήσομεν;
Οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαίδευον· Ο ΔΕ ΕΠΙ ΤΟ
ΣΥΜΦΕΡΟΝ, ΕΙΣ ΤΟ ΜΕΤΑΛΑΒΕΙΝ τῆς Ἁγιότητος αὐτοῦ. LVX SEXAGESI-
MA QVARTA; QVOD DISCIPLINA MONASTICA OPTIMVM MEDIVM
SIT AD CHRISTIANAM IVSTITIAM AVGENDAM: Omnis autem DI- « v.11.
SCIPLINA in præsenti quidẽ videtur nõ esse gaudij sed mœroris: postea «
autem Fructũ Pacatissimum EXERCITATIS per eam reddit IVSTITIÆ: «
Πᾶσα δὲ παιδεία, πρὸς μὲν τὸ παρὸν, οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ ΚΑΡ- «
ΠΟΝ ΕΙΡΗΝΙΚΟΝ τοῖς δι' αὐτῆς ΓΕΓΥΜΝΑΣΜΕΝΟΙΣ ἀποδίδωσι, ΔΙΚΑΙΟΣΥ-
ΝΗΣ. Notandũ enim pro EXERCITATIS haberi in Græco γεγυμνασμένοις,
quod propriè de iis dicitur, qui nudi exercentur in Palæstra. quod hu-
militatis & patientiæ genus varij apud nos Monachi propter Re-
gnum Cœlorum certatim Apostolicè consectantur. Porro Trans-
fertur ea vox ad significandum omne vehementioris exercitij ge-
nus. Vrgent hanc Metaphoram Chrysostomus & Theophylactus,
monentque, castigationem vocari γυμνασίαν, vtpote quæ Fideles,
tanquam Athletas quosdam, ipso patientiæ exercitio robustiores
atque inuictos reddat. LVX SEXAGESIMA QVINTA; QVOD LIBERVM
ARBITRIVM SEIPSVM MOVET AD OPERA BONA: Et GRESSVS re- « 13.
ctos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem

HEBR. XII. » sanetut: Καὶ ΤΡΟΧΙΑΣ ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτρα-
» πῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον. Hæc pars ex quarto Prouerbiorum à me desumpta
est, vbi loco eius quod ex Hebræo Hieronymus vertit, DIRIGE SEMI-
TAM PEDIBVS TVIS, apud Septuaginta sunt hæc eadem verba quæ hîc
leguntur. Quod Interpres vertit GRESSVS, Græcè est, Τροχιάς. Dicitur
autem Τροχιά, Theophylacto auctore, Vestigium rotæ currus, vel Terra
pedibus currentiũ subiecta: illam, ORBITAM; hanc, SEMITAM Latini
vocant. Vnde & hoc loco, tam ex Græco quàm ex Syro, alij ORBITAS,
alij SEMITAS vertunt. Vtrumque autem optimè sensui quadrat, quem
Vulgata expressit. Non enim aliud est Orbitã aut Semitam rectam fa-
cere pedibus suis, quàm rectos facere ac tenere gressus actionum sua-
rum. Ex quo liquet quàm in hoc Prophetico atque Apostolico testi-
monio, manifesta significatio sit Liberi Arbitrij, se ipsũ, auctore Deo,
ad Opera Bona mouentis. LVX SEXAGESIMA SEXTA; QVOD MAXI-
ME EPISCOPALE SIT CVRARE VT GRATIA ET PAX SERVENTVR,
v.15. » QVARVM ALTERA HÆRESIM, ALTERA SCHISMA PELLAT: CONTEM-
» PLANTES ne quis desit Gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursũ ger-
minãs IMPEDIAT, (Augustinus, Molestet, legit, Sermone decimo sexto
de Verbis Apostoli,) & per illam inquinẽtur multi. ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΝΤΕΣ,
μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς Χάριτος τοῦ Θεοῦ, μή τις ῥίζα πικρίας, ἄνω φύουσα, ἐνοχλῇ, καὶ διὰ
ταύτης μιανθῶσι πολλοί. Vbi quod Latinus Interpres reddidit CONTEM-
PLANTES, Græcus codex, Ἐπισκοποῦντες, id est, INSPICIENTES, aut, SV-
PERINTENDENTES: eorũ scilicet in morem, qui inde apud Christianos
EPISCOPI dicti sunt, quorum Contemplatio Opus, & Opus Contem-
platio est. Cæterùm huius loci vltima pars ferè verbatim, ex vigesimo
nono Deuteronomij sumpta est. LVX SEXAGESIMA SEPTIMA; QVOD
IVS SACERDOTII SANCTVM EST, ET QVOD PROFANVS SIT, QVI
AVCTORITATE POLITICA AVT PROPRIA, ID AB VNO AD ALIVM
v 16. » TRANSFERT: Ne quis fornicator aut PROPHANVS, vt Esau, qui propter
» vnã escã VENDIDIT, (Græcè, REDDIDIT, ἀπέδοτο) Primitiua (Græcè, PRI-
» MOGENITIVA πρωτοτόκια) sua: Μή τις πόρνος, ἢ ΒΕΒΗΛΟΣ, ὡς Ἡσαῦ, ὃς
ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ΑΠΕΔΟΤΟ τὰ Πρωτοτόκια αὐτοῦ. Ius Primogenituræ, Ius Sa-
cerdotij fuit. Hebræorum enim Traditio est, ante Legem & institutum
in Populo Dei Sacerdotium Aaronicum, Primogenitos, fuisse suo iure
Sacerdotes. Cuius Traditionis Hieronymus meminit, libro Quæstio-
num Hebraicarum super Genesin, & Epistolâ centesimâ vigesimâ sex-
tâ ad Euagrium; testatúrque, Hebræos, illud Genesis vigesimo septi-
Genes.27. » mo; ET VESTIBVS ESAV VALDE BONIS INDVIT EVM; de Sacerdota-
v.15. » libus interpretari. Dicunt ergo qui hanc Traditionem admittunt; Esau
propter vendita Primogenita Profanum fuisse, hoc est, Irreligiosum
ac Sacrorum violatorem, eò quòd ius Primogenituræ, cui Sacerdotium
adnexũ erat, tam vile habuerit, vt illud pretio venderet: vnde & Simo-
nis crimen ei impingũt. Cùm autẽ Græcus Codex, nõ tam, VENDIDIT,
quàm REDDIDIT, vt obseruatum est, dixit, trãsferri nequaquã sine Sa-
crilegio auctoritate propria posse Sacerdotium, satis insinuandum reli-
quit. LVX SEXAGESIMA OCTAVA; QVOD ANTIQVI FIDELES MVLTA
FIDE DIGNA PER TRADITIONEM ACCEPERINT, QVÆ SCRIPTA NON
ERANT; VT NE MIRENTVR ADVERSARII, IN ECCLESIA CHRISTI,

PRÆTER SACROS LIBROS, ETIAM TRADITIONIBVS ESSE LOCVM: Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus: Μωσῆς εἶπεν, Ἔκφοβός εἰμι, καὶ ἔντρομος. Vbi enim habetur illud quod Moysen affirmo dixisse, nisi in Verbo Tradito? in Scripto enim ne huius rei verbum quidem. Caluinus, ne quidquam tale fateri cogatur, quod hîc propositũ ac meis verbis conclusum est, scilicet sacrarum auctoritatem Traditionum; huiusmodi commentum huc adduxit; Moysen non sui sed Populi nomine sic loquutum, cuius mandata quasi internuncius ad Deum referebat, vt qui veluti commune os omnium esset. At hoc cauillo, non potest effugere Caluinus quod metuit: nam siue Populi nomine, siue suo, Moyses ita loquutus est, non tamen ostendere poterit Caluinus vbi scriptum sit hoc Moysen dixisse. Quare sic quoque Traditionem agnoscat necesse est. Deinde friuolum planè est quod adfert. Non enim Moysen introduxi tanquam aliquid nomine populi dicentem, sed distinctè de vtroque loquutus sum, Priùs de Populo, Deinde de Moyse: ac si dicerem; Non solùm Populus perterritus fuit horrendis illis visis, verùm etiam Moyses adeo quidem vt diceret, EXTERRITVS SVM ET TREMEBVNDVS. Lutherus verò, & quicumque alij ex hoc loco conuellere nituntur huius Epistolæ auctoritatem, tanquam Apocrypha citantis, non vident se pari ratione detrahere Epistolis ad Timotheum secundæ, & Iudæ Apostoli, in quibus itidem aliqua quæ sunt extra Canonem Scripturæ referuntur. Christianè itaque Catholici negãt, quidquam horum Apocryphum esse, sed omnia dicunt eiusmodi, quę Fideli Maiorum Traditione per manus ad Apostolos vsque delata fuerunt.

HEBR. XII. v. 21.

LVX SEXAGESIMA NONA; QVOD ANIMÆ IVSTORVM PLENE PVRGATÆ STATIM ADMITTANTVR AD DEVM CLARE VIDENDVM, ET QVOD ALIQVI SVNT SPIRITVS, SIVE ANIMÆ SEPARATÆ IVSTORVM NONDVM PERFECTORVM, SIVE, NONDVM CLARA DEI VISIONE BEATORVM AC CONSVMMATORVM; QVI QVIDEM NON ALII SVNT, QVAM QVOS IVSTITIA DEI VSQVE AD VLTIMVM QVADRANTEM REMORATVR, AC DETINET IN POENIS, EO QVOD ADHVC PVRGANDVM ALIQVID HABEANT; ET QVOD EX HOMINIBVS IN TERRA CHRISTO MILITANTIBVS, ET SPIRITIBVS IVSTORVM PERFECTORVM, SEV ANIMABVS IN CÆLO CVM CHRISTO REGNANTIBVS, VNA CONSTITVATVR ECCLESIA; VT PROINDE PER CHARITATEM MVTVA SIT VTRIMQVE COMMVNIO; QVA FIT VT ET NOS ILLARVM SANCTARVM ANIMARVM SVFFRAGIA, VELVT IVRE AMICITIÆ REQVIRAMVS, ET ILLÆ SVAM OPEM AC PATROCINIVM NOBIS NON DENEGENT; VTIQVE VALITVRVM PER TESTAMENTI NOVI MEDIATOREM IESVM, ET SANGVINIS ADSPERSIONEM, MELIVS LOQVENTEM QVAM ABEL. Sed accessistis ad SION MONTEM, & CIVITATEM DEI VIVENTIS, Ierusalẽ Cælestem, & multorum millium Angelorum Frequẽtiam (Græcè, ET MYRIADVM ANGELORVM COETVM SIVE CONVENTVM, Καὶ μυριάσιν ἀγγέλων Πανηγύρει: quã rectè Ambrosius, libro secundo De Abel & Cain, cap. secũdo, CELEBRITATEM vertit; ex qua Orationes Panegyricæ quæ in huiusmodi conuẽtibus habebantur,) & ECCLESIAM PRIMITIVORVM (Græcè, PRIMOGENITORVM, πρωτοτόκων,) & Iudicem omnium Deum,

v. 22.

HEBR.XIII. » & SPIRITVS IVSTORVM PERFECTORVM, & TESTAMENTI NOVI
» MEDIATOREM IESVM, & SANGVINIS ASPERSIONEM (Græcè, SAN-
» GVINEM ASPERSIONIS, αἵματι ῥαντισμοῦ,) meliùs loquentem quàm
» Abel, VIDETE NE RECVSETIS LOQVENTEM: Ἀλλὰ προσεληλύθατε
Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, Πα-
νηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων, ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, καὶ κριτῇ Θεῷ
πάντων, καὶ ΠΝΕΥΜΑΣΙ ΔΙΚΑΙΩΝ ΤΕΤΕΛΕΙΩΜΕΝΩΝ, Καὶ ΔΙΑΘΗΚΗΣ
ΝΕΑΣ ΜΕΣΙΤΗ ΙΗΣΟΥ, ΚΑΙ ΑΙΜΑΤΙ ΡΑΝΤΙΣΜΟΥ, κρείττονα λαλοῦ-
ντι παρὰ τὸν Ἄβελ. ΒΛΕΠΕΤΕ ΜΗ ΠΑΡΑΙΤΗΣΗΣΘΕ ΤΟΝ ΛΑΛΟΥΝΤΑ.
LVX SEPTVAGESIMA; QVOD REGNVM CHRISTI ÆTERNVM EST,
ATQVE IMMOBILE, ET QVOD ECCLESIA PROPTER INDEFE-
CTIBILITATEM, ET EO QVOD PORTÆ INFERI, NEMPE SCHISMA-
TA AC HÆRESES NON PRÆVALEBVNT ADVERSVS EAM, REGNVM
v.28. » IMMOBILE APOSTOLICE VOCETVR: Itaque REGNVM IMMOBILE
» ſuſcipientes, habemus gratiam, per quam ſeruiamus placentes, (Græcè,
» BENE PLACENTER, εὐαρέστως,) Deo, cum metu (Græcè, PVDORE ſeu VE-
» RECVNDIA, αἰδοῦς, vt Primæ Timothei ſecundo vertit Interpres) & re-
» uerentia. Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt: Διὸ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ
ΑΣΑΛΕΥΤΟΝ παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν, δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ
Θεῷ, μετ' αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας. Eſt autem hoc loco, HABERE GRATIAM,
ἔχειν χάριν, Apoſtolico ſtylo, Gratiam Chriſtianiſmi firmiter appre-
hendere ac tenere, nec vllis tentationibus ab ea diuelli, vt & Syrus
Interpres agnouit, & eo ſenſu quo ſupra paulo ante Epiſcopale eſ-
ſe diximus, aduertere NE QVIS DESIT GRATIÆ DEI, id eſt, NE
QVIS DEFICIAT A FIDE, ATQVE CHRISTIANITATE. En autem
per REGNVM IMMOBILE, hortatio ad Reges, ne Terrenis rebus mo-
bilibus fidant, deluſi præſenti facie rerum; ac ne deluſoribus cre-
dant, qui defeciſſe Eccleſiam fingunt. LVX SEPTVAGESIMA PRIMA;
HEBR.XIII. QVOD HOSPITALITAS, ET MERITVM ET PRÆMIVM APVD DEVM
v.2. » HABEAT; Et HOSPITALITATEM nolite obliuiſci: PER HANC ENIM
» PLACVERVNT QVIDAM ANGELIS HOSPITIO RECEPTIS: Τῆς φιλο-
ξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες, ξενίσαντες ἀγγέλους. LVX
SEPTVAGESIMA SECVNDA; QVOD ECCLESIA, VNITAS EST, CVIVS
MYSTERIO, QVOD CATHOLICIS ANGLIS FIT, OMNIBVS FIERI CRE-
DENDVM EST, ET QVOD PRO ANGLIS SVSCIPIENDA DEFENSIO
v.3. » FVIT: Mementote Vinctorum tanquam SIMVL-VINCTI: Μιμνήσκεσθε
τῶν δεσμίων, ὡς ΣΥΝΔΕΔΕΜΕΝΟΙ. Hæc eſt enim vis Catholicæ Vnitatis,
vt ſi qui in Anglia Vincti ſint, tanquam in eodem carcere incluſos, &
iiſdem vinculis colligatos, reliqui ſe veri Catholici credant. LVX
SEPTVAGESIMA TERTIA; QVOD TENENDA AC SEQVENDA EPI-
SCOPORVM FIDES, ET QVOD QVI SE AB EPISCOPIS SEPARAT, A CHRI-
STO SE SEPARAT, ET QVOD QVI SE SEPARAT AB ECCLESIA PRÆSEN-
TI, AB ANTIQVA ILLA APOSTOLICORVM TEMPORVM QVOQVE SE-
PARATVR, ET QVOD PRÆPOSITI SIVE EPISCOPI, ET ALTARE, SINT
v.7. » CORRELATIVA: Memétote PRÆPOSITORVM veſtrorũ qui vobis loqu-
» ti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitũ conuerſationis, imitamini
» Fidem. Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſæcula. Doctrinis Variis &

peregrinis nolite abduci. Optimũ est enim gratia stabilire cor, nõ escis HEBR. XIII.
quæ nõ profuerũt ambulãtibus in eis. Habemus ALTARE de quo edere non habent potestatem qui Tabernaculo deseruiunt: Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς μιμεῖσθε τὴν πίστιν. Ἰησοῦς Χριστὸς, χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Διδαχαῖς ΠΟΙΚΙΛΑΙΣ, ΚΑΙ ΞΕΝΑΙΣ, μὴ περιφέρεσθε. καλὸν γὰρ, χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν, ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες. ΕΧΟΜΕΝ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΝ, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν, οἱ τῇ Σκηνῇ λατρεύοντες. Cùm autem è Codice Græco legis, Ἀναθεωροῦντες, non simpliciter, INTVENTES, vt fert Latina Editio Vulgata, nec CONSIDERANTES, aut CONTEMPLANTES, intellige; sed cùm vox illa considerationem iteratam, ac priùs intermissam, significet; putes idem esse ac si dicerem, RECONSIDERANTES; velut innuens, quòd ab huiusmodi consideratione cessatum fuisset: quod vtinam nostra Anglia, pro qua, Legatione fungor, ita sibi dictum existimet, vt relictis Doctrinis Variis & Peregrinis redeat ad Vnitatem in qua sola inueniat Antiquitatem. Haud plura hoc loco in hunc Apostolicum nostrum locum DE EPISCOPIS dicenda sunt, si meminisse velimus, nos supra cùm DE HÆRESI AC SCHISMATE, necnon & DE SACRIFICIO ageremus, accuratè explanasse. LVX SEPTVAGESIMA QVARTA; QVOD OFFICIVM ECCLESIASTICVM ET ELEEMOSYNA, MAGNI SINT MERITI APVD DEVM: Exeamus igitur ad eum v.13.
extra castra, improperium eius portantes. Non enim habemus hîc manentem Ciuitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, FRVCTVM LABIORVM CONFITENTIVM NOMINI EIVS. Beneficentiæ autem & Communionis nolite obliuisci: TALIBVS ENIM HOSTIIS PROMERETVR DEVS: Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν, ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες. Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν. Δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διὰ παντὸς τῷ Θεῷ, ΤΟΥΤΕΣΤΙ ΚΑΡΠΟΝ ΧΕΙΛΕΩΝ ΟΜΟΛΟΓΟΥΝΤΩΝ ΤΩ ΟΝΟΜΑΤΙ ΑΥΤΟΥ. Τῆς δὲ Εὐποιΐας καὶ Κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· ΤΟΙΑΥΤΑΙΣ ΓΑΡ ΘΥΣΙΑΙΣ ΕΥΑΡΕΣΤΕΙΤΑΙ Ο ΘΕΟΣ. Quamuis autem, εὐαρεστεῖται, non propriè sit PROMERETVR, quod Passiuè, quamuis parum Latinè, dixit Interpres meus; sed, PLACATVR, vt Augustinus legit, libro decimo de Ciuitate Dei, capite quinto; aut, CONCILIATVR, vt Caietani Versio fert; vel potiùs, vt Alij, DELECTATVR, vel, PLACETVR: attamen Antiquæ illius Editionis illa vox PROMERETVR, & vim Commentarij habet, & Antiquæ Fidei testimonium. Vnde Meriti nomen absque nouitatis aut ambitionis suspicione Catholici iure ac meritò retinere potuerunt. Græcum verò verbum, delectari significat, & hilariter affici re quapiam, eamque sibi placitam habere. Cæterùm magna Eleemosynæ commendatio est, cùm & Titulo Christianæ Magnificentiæ ac liberalitatis Beneficentia, Εὐποιΐα, & Titulo Catholicæ Communitatis, Communio, Κοινωνία, amplissimè laudatur. LVX SEPTVAGESIMA QVINTA; QVOD IVRIS DIVINI SIT

HEBR. XIII » exacta Obedientia Prælatorum, id est, quæ Prælatis exhibetur. Obedi-
v. 17. » te Præpositis Vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi ra-
» tionem pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant
» & non gementes. hoc enim non expedit vobis: Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις
ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀπο-
δώσοντες· ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες. ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦ-
το. Vt à Præpositis ad Altare profectus eram, sic ab Altari rursus ad
Præpositos rediens, Duabus superioribus Hostiis, addidi Tertiam, quæ
Obedientiæ est. Ergo demonstrat hic locus, (quod noui Hæretici ne-
gant) Ecclesiarum Prælatos, habere potestatem præcipiendi ac Leges
ferendi, quibus Christiani obedire teneantur. Sunt enim adinuicem
relata; Obedientiæ Lege teneri, & Præcipere. Constat autem, Aposto-
lum loqui de Ecclesiasticis Præpositis, id est, Episcopis. vnde statim
de industria additum est, PERVIGILANT; vt ad Nomen Episcopi, va-
rio licèt verbo, allusum fuisse facilè credi possit. In eo autem quod
adiunxi, ET SVBIACETE, καὶ ὑπείκετε, Theophylactus & Oecumenius
indicari dicunt exactam illam Obedientiam, vt si operibus etiam
seruiendum illis sit, non detrectent. Significat enim Vox Græca, ce-
dere, locum dare, summittere se, & obsequiis subiectionem osten-
dere. LVX SEPTVAGESIMA SEXTA: QVOD NVLLAM MEDIATORI
v. 18. INIVRIAM FACIT INVOCATIO SANCTORVM: Orate pro nobis: Προσ-
εύχεσθε περὶ ἡμῶν. Cur enim vicissim Paulum ac cæteros non rogetis
Sanctos eâ Apostolicâ formulâ, ORATE PRO NOBIS? An quod A-
postolicum est, argui potest Nouitatis? Num ex Italia licet procul
dissitos Orare Sanctos qui Terrestrem Ierusalem incolunt, Et non
licet eos qui Cælestem, vobis qui Cælestis Vocationis participes estis?
LVX SEPTVAGESIMA SEPTIMA; QVOD IN VERBIS CONSECRA-
TIONIS CALYCIS QVÆ RECITANTVR IN CANONE MISSÆ, RECTE
CHRISTI SANGVIS VOCATVR SANGVIS, NON MODO NOVI SED ET
v. 20. » ÆTERNI TESTAMENTI: DEVS autem PACIS, qui eduxit de mortuis
» Pastorem Magnum Ouium IN SANGVINE TESTAMENTI ÆTER-
» NI, Dominum nostrum Iesum Christum: Ο δὲ ΘΕΟΣ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ ὁ
ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν Ποιμένα τῶν Προβάτων, τὸν Μέγαν, ΕΝ ΑΙΜΑΤΙ ΔΙΑΘΗ-
ΚΗΣ ΑΙΩΝΙΟΥ, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν. Diui Thomæ obseruatio est, qui
notat, in tribus Euangeliis, & apud me, primæ Corinthiorum vnde-
cimo, Christi Sanguinem, vocari Sanguinem NOVI TESTAMENTI; hîc
autẽ, Sanguinem TESTAMENTI ÆTERNI. Adde quòd nec illud adiun-
ctum, ÆTERNI, Ecclesiæ prætermittendum fuit, vt toties Æternitatis
suæ memoriam, quoties fœderis Sponsi sui recordationem, renoua-
ret, nullaque suspicio subesse posset vel defectionis, vel mutatio-
nis. Atque hic Epistolæ nostræ ad Hebræos finis, in Christi Regno,
CAP. LIX. » cuius, quidquid sit, non erit finis. ROGO autem,
v. 22. » VOS, FRATRES, vt sufferatis VERBVM SOLATII. (id quondam apud
Hebræos nostros peroraturus dixi, Græcè illud appellans, Λόγον πα-
ρακλήσεως, id est, SERMONEM CONSOLATIONIS, &, vt alij reddunt,
» EXHORTATIONIS.) Etenim perpaucis scripsi vobis. Quæ cùm de lon-

gissima Epistola propter mysteriorum magnitudinem, cui nihil par HEBR. XIII
esset, dicere potuerim, Ecclesia vix nascente, nedum inuoluta tot diffi-
cultatibus rerum, quot nunc annis sæculorum; quid iam dicendum est
pro Muneris dignitate suscepti, cuius causâ aut breuiter dictum fuisse,
quicquid dictum sit, si non omnia dicantur, censendum est; aut infinita
recensendum, quæ nec Regum Maiestas, ferre, nec Auditorum animus
referre, nec vnum in locum adferre temporis angusti ratio rerumque
humanarum inuida varietas sinit? At quomodo paucis, quæ tanta, tam-
que multa, inquit Chrysostomus? Respondet meus Interpres; Pauca
esse quæ scripsi, si conferantur cum iis quæ dicturus eram, si præsens fuis-
sem: τοσαῦτα δὲ γράψας, ὀλίγα αὐτά φησιν εἶναι), πρὸς ἃ ἔμελλε λέγειν. Illustrat
versiculo illo tertij Ephesiorum: Sicut scripsi vobis in breui, prout po- « Ephes. 3. v. 3.
testis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. Apo- «
stolicam præterea Sapientiam commendat mitus Sapientiæ scrutator
noster Oris Aurei Ioannes, quòd non dixerim verbum ADMONITIONIS
sed SOLATII, hoc est, CONSOLATIONIS, ADHORTATIONIS: οὐ λέγει, παρα-
καλῶ ὑμᾶς, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς ΠΑΡΑΙΝΕΣΕΩΣ, ἀλλὰ τῆς ΠΑΡΑΚΛΗΣΕΩΣ,
τουτέστι, τῆς ΠΑΡΑΜΥΘΙΑΣ, τῆς ΠΡΟΤΡΟΠΗΣ. Quod in hoc toto genere di-
cendi etiam nunc à me diligenter seruatum, quod simplex ac Apologe-
ticum fuit, ne à laude atque commendatione nostra recederem: cùm ne-
mini molestum, vnicuique autem honestum, &, vt licitum, obuium sit
quod hîc vnum à me factum est, seipsum interpretari. ATQVE HIS AD «
VOS (Orientalis Ecclesiæ Theologi admiranda planè sententia est, O-
ratione secunda IRENICA, id est, DE PACE, quæ decima tertia Theo-
logica Oratio est) AC PAVCIS A ME PHILOSOPHATVM EST DOGMA- «
TICE ET NON DISPVTATORIE; PISCATORIE ET NON ARISTOTE- «
LICE; PNEVMATICE, ET NON VETERATORIE; ECCLESIASTICE, ET «
NON DECLAMATORIE; VTILITER ET NON AMBITIOSE: VT QVI «
ADVERSVM NOS CONCIONES HABETIS, ATQVE IN PVBLICIS CON- «
VENTIBVS VOS IPSOS IACTATIS, IN EOQVE VNO CONCORDES «
ESTIS; NOS IDEM SENTIRE, EODEM MODÒ INSPIRARI, IDEM SPI- «
RARE INTELLIGATIS. Nec, vt qui fame premuntur, exigua nostra, siue «
peccata siue ludicra dicenda sunt, colligatis, atque in vulgus spargatis. «
Extremæ quippe miseriæ est, non propriis viribus, sed aliorum imbecil- «
litate niti atque confidere. En mutuas dextras, inspectantibus vobis, «
iungimus. En quid Trinitas, quam nos æquè celebramus & adoramus, «
effecerit? Hoc vos benigniores, rectiúsque de Religione sentiẽtes efficiet: «
atque vtinam exaudiamur. Vtinam hæc dies, dies Inclytus & Sanctus «
vocetur, non contradictionis, sed latitudinis: non tentationis moni- «
mentum, sed triumphale Festum; vt mutua nostra concordia, totius- «
que penè Terrarum Orbis, qui partim iam ante sanus erat, partim sani- «
tatem nunc recepit, partim sanus esse incipit, vobis quoque salutis atque «
instaurationis causa sit. O sancta & adoranda & LONGANIMIS Trinitas «
(LONGANIMIS ENIM ES, QVÆ EOS A QVIBVS SCINDERIS, TANDIV TO- «
LERAS!) O Trinitas, cuius ego, vt cultor, ac minimè fictus præco essem, «
iampridem dignus habitus sum! O Trinitas omnibus aliquando, vel per «

HEBR. XIII. » illuminationem, vel per pœnas agnoſcenda, vtinam hos quoque, qui
» nunc contumeliis te afficiunt, adoratores accipias, nec quidquam, ne ex
» minimis quidem amittamus, vel etiamſi mihi propterea aliqua gratiæ
» iactura facienda ſit: non enim tantum dicere audeo, quantum Apoſto-
» lus. Quid? Hæc vobis minùs grata ſunt, ac lingua diſtorquetur, &
» contradictionem parturit? Hanc quoque aliquando videbimus, aut qui-
» bus plus otij, quàm nobis, ſuppetit, ac lepidos & elegantes veſtros fœ-
» tus, immo abortus cognoſcemus, cùm ruptis, aut dura & ſolida diſputa-
» tione confractis Aſpidum ouis, vrina ea & ſubuentanea eſſe apertè de-
» monſtrauerimus, abditumque in ipſis impietatis Baſiliſcum in medium
» protulerimus; Baſiliſcum quidem illum, cæterùm mortuum, & imper-
» fectum, ac motu carentem, ipſiſque partus doloribus immortuum, ac,
» priusquam gignatur, exſtinctum, (libet enim verbis veſtris vti, vt non-
» nihil gratiæ apud vos merear) ob conceptionem non minùs deteſtabi-
» lem, quàm ob abortum miſerabilem. Hoc nobis, mihi credite, daturus
Pſ. 90. v. 13. » eſt ille, qui poteſtatem nobis dedit ſuper Aſpidem & Baſiliſcum ambu-
Luc. 10. v. 19. » landi, & calcandi ſupra Serpentes & Scorpiones: qui etiam Satanam, vel
» tanquam fulgur è cœlo lapſum (ob antiquum ſplendorem, vel Serpen-
» tis inſtar fugientem, ob poſteriorem obliquitatem, & immutationem
» in eum ſtatum, vt iam humi repat) ſub pedibus noſtris breui conteret: vt
» à malis paulum quiddam reſpiremus, fugato prorſus dolore, & mœrore,
» ac gemitu, nunc & in poſterum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui
» gloria & robur in ſæcula ſæculorum, Amen: ΤΑΥΤΑ ΩΣ ΕΝ ΒΡΑΧΕΣΙ ΠΕΦΙΛΟΣΟΦΗΤΑΙ ΠΡΟΣ ΥΜΑΣ, ΔΟΓΜΑΤΙΚΩΣ, ΑΛΛ' ΟΥΚ ΑΝΤΙΛΟΓΙΚΩΣ· ΑΛΙΕΥΤΙΚΩΣ, ΑΛΛ' ΟΥΚ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΙΚΩΣ· ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΩΣ, ΑΛΛ' ΟΥ ΚΑΚΟΠΡΑΓΜΟΝΙΚΩΣ· ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΣ, ΑΛΛ' ΟΥΚ ΑΓΟΡΑΙΩΣ· ΩΦΕΛΙΜΩΣ, ΑΛΛ' ΟΥΚ ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΩΣ· ΙΝΑ ΓΝΩΤΕ ΤΟ ΑΥΤΟ ΦΡΟΝΟΥΝΤΑΣ ΗΜΑΣ, ΟΙ ΚΑΘ' ΗΜΩΝ ΔΗΜΗΓΟΡΟΥΝΤΕΣ, ΚΑΙ ΠΑΝΗΓΥΡΙΖΟΝΤΕΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΜΟΝΟΝ ΟΜΟΝΟΟΥΝΤΕΣ, ΕΝ ΕΜΠΝΕΟΜΕΝΟΥΣ, ΕΝ ΠΝΕΟΝΤΑΣ, καὶ μὴ καθάπερ οἱ λιμώττοντες συρμολογῆτε τὰ μικρὰ ἡμῶν, εἴτε πλάσματα χρὴ λέγειν, εἴτε καὶ παίγνια, ὡς ἔστι τῆς ἄκρας κακοδαιμονίας, μὴ ἐν τοῖς ἰδίοις ἰσχυροῖς, ὃ ἀσφαλὲς ἔχειν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑτέρων σαθροῖς. ἰδού, δεξιὰς δίδομεν ἀλλήλοις, ἐν ταῖς ὑμετέραις ὄψεσιν. ἰδοὺ τῆς Τριάδος τὰ ἔργα, τῆς ὁμοίως ἡμῖν δοξαζομένης τε καὶ προσκυνουμένης. τοῦτο ὑμᾶς χρηστοτέρους ποιήσει, καὶ ὀρθοδοξοτέρους, ὡς ὄφελόν γε καὶ ἀκουσθείημεν, καὶ γένοιτο, τὴν ἡμέραν ταύτην, ἡμέραν γενέσθαι κλητήν, ἁγίαν, μὴ ἀντιλογίας, ἀλλ' εὐψυχίας· μὴ πειρασμοῦ μνημόσυνον, ἀλλ' Ἑορτὴν Ἐπινίκιον, ἵνα ὁ ἡμᾶς συμφέρῃσιν ἀλλήλοις, καὶ μικροῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ἧς τὰ μὲν ὑγιῶς εἶχε, τὰ δὲ νῦν ἀπέλαβε τὴν ὑγείαν, τὰ δὲ ὑγιαίνειν ἄρχεται· τοῦτο καὶ ὑμῖν αἴτιον γένηται σωτηρίας, καὶ ἀναπλάσεως· ὦ Τριὰς ἁγία καὶ προσκυνητή, καὶ ΜΑΚΡΟΘΥΜΕ· ΜΑΚΡΟΘΥΜΟΣ ΓΑΡ Η ΕΠΙ ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΑΝΑΣΧΟΜΕΝΗ ΤΩΝ ΣΕ ΤΕΜΝΟΝΤΩΝ· ὦ Τριάς, ἧς ἐγὼ κατηξιώθην καὶ λάτρις εἶναι, καὶ κῆρυξ ἐκ πλείονος ἀνυπόκριτος· ὦ Τριὰς ἡ πᾶσί ποτε γνωσθησομένη, τοῖς μὲν τῇ ἐλλάμψει, τοῖς δὲ τῇ κολάσει, δέχοιο καὶ τούτους προσκυνητάς, τοὺς νῦν ὑβριστάς, καὶ μηδένα ζημιωθείημεν, μηδὲ τὸν ἐλάχιστον, κἂν ἐμέ τι ζημιωθῆναι δέοι τῆς χάριτος. οὐ γὰρ τολμῶ τοσοῦτον, ὅσον ὁ Ἀπόστολος, φθέγξασθαι· ἀλλ' οὐ ταῦτα φίλα ὑμῖν. συστρέφεται δ' ἡ γλῶσσα, καὶ ὠδίνει τὴν ἀντίρρησιν. ὀψόμεθα καὶ ταύτην ποτέ, ἢ οἷς μᾶλλον ἡμῶν χρῆ-

λὴ πρόσεισι· γνωσόμεθα καὶ τὰ κομψὰ ὑμῶν γεννήματα, ἢ ἐξαμβλώματα. ἐπειδὴ αὐτὰ ᾠὰ τῶν ἀσπίδων ῥήξαντες, ἢ συντρίψαντες, λόγῳ σκληρῷ καὶ ἀντιτύπῳ, οὔρια καὶ ἀνεμιαῖα ταῦτα ἐλέγξωμεν, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς τῆς ἀσεβείας κρυπτόμενον βασιλίσκον, εἰς μέσον ἀγάγωμεν, εἰ καὶ βασιλίσκον, ἀλλὰ νεκρόν τε, καὶ ἀτελῆ, καὶ ἀκίνητον. τοὺς ὠδῖσιν ἐναποθανόντας, καὶ πρὶν γεννηθῆναι, ἐκ ὄντα, κατ᾽ ὑμᾶς εἰπεῖν, ἵνα τι μικρὸν ὑμῖν καὶ χαρισώμεθα, οὐ μᾶλλον μισητὸν τῆς συλλήψεως, ἢ ἐλεεινὸν τῆς ἀμβλώσεως. τοῦτο δώσει ἡμῖν, ὅτι οὐδ᾽ ὁ δοὺς ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβαίνειν, καὶ περιπατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ Σκορπίων, ὃς καὶ συντρίψαι τὸν Σατανᾶν ἐν τάχει ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν, εἴτε ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα, διὰ τὴν παλαιὰν λαμπρότητα, εἴτε ὡς ὄφιν φλέγοντα, διὰ τὴν ὕστερον σκολιότητα, καὶ τὴν εἰς τὸ χαμαιρπὲς μεταποίησιν, ἵνα μικρόν τι τῶν κακῶν ἀναπαυσώμεθα· ἀποδράσης παντελῶς ὀδύνης, καὶ λύπης, καὶ στεναγμοῦ, νῦν τε, καὶ ὕστερον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ Ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ac eò libentiùs Gregoriana ista vsurpare in hoc extremo nostro sermone visum est, quòd ad illa Euippus Episcopus Metropolis Neocæsareæ, Petrus Comanus, Ioannes Polemonij, Gratianus Cerazuntis ac reliqui Prouinciæ Ponti Episcopi, Synodicâ suâ ad Leonem Imperatorem, quæ Parte Tertia Chalcedonensium Actorum adseruatur, postquam pro recipienda quæ Chalcedone habita fuerat Oecumenica Synodo contra Alexandrinæ Sedis Tyrannum atque inuasorem, satis à se disputatum cernerent, ad illa, inquam, Gregoriana nostra alludunt, sicque Sermonem claudunt: HÆC ERGO BREVITER PISCATORIE, ET NON ARISTOTELICE SVGGESSIMVS. SI QVID VERO INERVDITE DICTVM EST, AVT VELVT IGNORANTIBVS COMPOSITIONEM ORNATVMQVE SERMONIS, AVT VELVT A NEGOTIIS LONGE POSITIS, VENIAM SVPPLICAMVS, VESTRAM TRIBVERE PIETATEM. Sed subacto mihi ingenio opus est, vt agro, non semel arato sed nouato & iterato, quò meliores fœtus possit & grandiores edere. Subactio autem est, vsus, auditio, lectio, literæ, & PIA AFFECTIO quæ Fidei tanquam Orbita est. Cæterùm ad te, REX IACOBE, conuertor, ac potiùs reuertor, atque hortor vt Gratiæ Dei non desis, & inter Vasa Misericordiæ fias vas mecum, vt dum apud te effundor, ipse infundaris, sensibusque imis nostra omnia reponas; ac te non tam pungat scientia rerum quàm conscientia factorum. Quòd si sciens prudensque veritatem Dei in iniustitia detines, & SACRAMENTVM REGIS abscondens, OPERA DEI confiteri ac reuelare minimè honorificum ducas, Vide ne recuses DE CÆLIS LOQVENTEM, Illum illum, QVI DICIT REGI, APOSTATA: QVI VOCAT DVCES IMPIOS: QVI NON ACCIPIT PERSONAS PRINCIPVM: NEC COGNOVIT TYRANNVM, CVM DISCEPTARET CONTRA PAVPEREM: OPVS ENIM MANVVM EIVS SVNT VNIVERSI; SVBITO MORIENTVR, ET IN MEDIA NOCTE TVRBABVNTVR POPVLI, ET PERTRANSIBVNT, ET AVFERENT VIOLENTVM ABSQVE MANV: OCVLI ENIM EIVS SVPER VIAS HOMINVM, ET OMNES GRESSVS EORVM CONSIDERAT. NON SVNT TENEBRÆ, ET NON EST VMBRA MORTIS, VT ABSCONDANTVR IBI QVI OPERANTVR INIQVITATEM: NEQVE ENIM VLTRA IN HOMINIS POTESTATE EST, VT VENIAT AD DEVM IN IVDICIVM. CONTERET MVLTOS, ET INNV-

HEBR. XIII.

Hebr. 12. v. 25

Iob. 34. v. 18.

HEB. XIII. » MERABILES, ET STARE FACIET ALIOS PRO EIS. NOVIT ENIM
» OPERA EORVM: ET IDCIRCO INDVCET NOCTEM, ET CONTERENTVR. QVASI IMPIOS PERCVSSIT EOS IN LOCO VIDENTIVM: QVI QVASI DE INDVSTRIA RECESSERVNT AB EO, ET OMNES VIAS EIVS INTELLIGERE NOLVERVNT: VT PERVENIRE FACERENT AD EVM CLAMOREM EGENI, ET AVDIRET VOCEM PAVPERVM. IPSO ENIM CONCEDENTE PACEM, QVIS EST QVI CONDEMNET? EX QVO ABSCONDERIT VVLTVM, QVIS EST QVI CONTEMPLETVR EVM, ET SVPER GENTES, ET SVPER OMNES HOMINES? QVI REGNARE FACIT HOMINEM HYPOCRITAM PROPTER PECCATA POPVLI. QVIA ERGO EGO LOCVTVS SVM AD DEVM, TE QVOQVE NON PROHIBEBO. SI ERRAVI; TV DOCE ME: SI INIQVITATEM LOCVTVS SVM, VLTRA NON ADDAM. NVNQVID A TE DEVS EXPETIT EAM, QVIA DISPLICVIT TIBI? TV ENIM COEPISTI LOQVI, ET NON EGO: QVOD SI QVID NOSTI MELIVS, LOQVERE. VIRI INTELLIGENTES LOQVANTVR MIHI, ET VIR SAPIENS AVDIAT ME. Cæterùm quæ mearum

2. Timot. 4. v. 7. erant partium, impleui; &, vt meis verbis, alio sensu vtar, Bonum Certamen Theologicum certaui, Cursum Orationis consummaui, Fidem tibi tuoque Regno seruaui. In reliquo reposita est Corona, Corona Iustitiæ, ad quam per Coronam Britanniæ Viâ Regiâ, id est, non Sanguinariâ, sed Lacteâ, vno verbo, IACOBÆA ac Catholicâ, REX IACOBE, tendas, nec funestum illud DE REGIBVS APOSTATICIS Luciferiani Commentarij genus, ad tua tempora extendi patiare; quod si dissimulauerit indulgentior ætas, vbi semel sperari desitum erit, etiam cum dedecore famæ vindex zeli seueritas acerbiùs resumet. Hæ sunt Regiæ Leges apud Christianos notæ & Conscientiæ & Famæ: quas si prima fronte repuletis, vnum illud ex tertia Epistola Paciani addendum videtur: » SI CONSVLENTIS ANIMO REQVISISTI, AMANTER OSTENSVM EST; SI LACESSENTIS, HAVD SEGNITER DISPVTATVM.

CAP. LX. QVÆ CVM PAVLVS dixisset, quia veram causam habebat, breui perorauit, & tanquam suo Tertio Cælo receptus audisset Arcana Verba, quæ non licet homini loqui, oculis auribusque nostris ereptus est, nescio quid ante » haud satis auditum addens, quo te videretur, OPTIME REX, ad alias curas, aliam Coronam, aliud Regnum inuitare.

» Illic cum lacrymis ipsos modulata dolores
» Verba sono tenui mœrens fundebat; vt olim
» Carmina iam moriens canit exsequialia Cygnus.

» Macte ergo virtute: quem sequutus es SAVLVM, sequere PAVLVM, & » quia interpretari ac dicere per Monita eius licet, quem sequutus es Errantem, sequere Prædicantem. Nec molesta tibi, DOCTISSIME REX, sit acclamatoria nostra vox, si AD CONFOEDERANDAM DISCIPLINAM hortatione sua Apostolicum illud, tanquam Nauticum Celeusma, prosequatur. Scis, IACOBE, qui sapienter omnia scis, quàm anxiè, quàm indignè patimur Christiani Pastores, vbi semel impleta DE CONVERSIONE REGVM AC FORTITVDINE GENTIVM Prophetia est, quidquam detrahi spei nostræ, nobisque, quibus omnia in Religione communia, communem diuidi

Deum, Regesque nostros regnare vt militent, non militare vt regnent. HEBR. XIII.
Iam ex dictis nostris intelligis quid velim, & quorsum Regia hæc tuis auribus ingeram immo inculcem. Iustum est, te Regem, te Doctissimum Regem, te Regio Titulo ECCLESIÆ DEFENSOREM, ferre, pati, sinere, vt tu ac omnia tua in Defensione Partis, non in Salutem Totius operam suam impendant? Christianum est, vt Reges, CHRISTIANÆ VNITATIS CVSTODES, Potẽtia Regia, & Gladio, quæ iam votiua, nec sua sed Christi, immò Christi Ecclesiæ & Prophetice data & Euangelice consecrata, non ad cogendam ad Vnitatem Partem, sed ad iuuandum Communionem Præcisam, dicam vtantur... potiùs abutantur? Humanum est fauere rixantibus cum Matre Filiis, alere discordiam Fratrum, seditionem Ciuium fouere? Et tamen illi ipsi sumus, & vnicæ Matris Catholicæ Filij; & ex vna hereditate Fratres, & in vna communitate Ciues: quorum, liberè nunc dicam, (quoniam sic loqui Pontificem decet, plus Cælestem tuam quàm Terrenam, plus Æternam quàm Temporariam Coronam amantem) quorum, inquam, nec tuta apud te obedientia est, nec apud Anglos tuos quieta concordia, nec in Regno tuo innocentia libera. En potiùs Regem patronum illic Filius iste inuenit, de quo scriptum est, totiesque ex Augustino auditum: FILIVS MALVS IPSE SE IVSTVM DICET, EXITVM AVTEM SVVM NON ABLVET: quòd affinitate nominis vt consanguinitate doctrinæ, Primum illum Episcopũ Anglorum tibi è cælo clamantẽ, si seriò DE FVTVRO REGNO, sancta quadam ambitione cogitas, vnus tibi repræsentare potes. Quid enim, quæso, aliud Britãnicus ille tuo Regno inclamare potest, quàm quod Toto Orbe fulminat, &, mirum, vt exstinguat, etiam futura Schismata, Magnus ille Africanus? cui haud alia maior nostrarum Apologia atque defensio, & rerum & legum, quàm Zelus Principum, quàm Maiestas Regum. Inauditum scilicet tunc inter bonos erat, bonum aliquem Principem, quidquam sibi antiquius ducere, quàm nuditatem Patris reuerenter tegere, & castè demissis atque adorantibus oculis, Ecclesiarum discordiam ceu Filiarum, ad Vnitatis, tanquam Matris, sinum complexumque referre. Est quippe in eo situm Principis Christiani Officium, vt Totum à diuisione Partium sartum tectum muniat, inuetque Magnum in reducenda oue Pastorem, ibique sua debere credat auxilia, vbi tot videat Vnitatis insignia, quot insignium priorum Regum Piorum Dona. Nec miratis, SAPIENTISSIME REX, si tam seuera est Catholica nostra DE CÆSARIS RESPECTV Disciplina, qui nosti cuius ea sit vox in Apologetico aduersùs Gentes: NOSTER EST MAGIS CÆSAR, VT A NOSTRO DEO CONSTITVTVS. Vnus « enim omnium Deus est, attamen eorum solùm est, qui de eo sentiunt, vt par est, & vt à Patribus atque à Maioribus acceptum est, & vt Vnitate & in Vnitate colendus est. Ergo Cæsar noster est, Reges nostri, Tu noster; atque eò magis, quò Nostrum, quia Fidei, Defensorem, negare te non potes. Aude igitur aggredi partes Regis Defensoris, & procul à te abiice Partem Lutheri Desertoris. Cape cõsilia te DOCTISSIMO REGE digna, cuius quidquid aliorum est, non tuum mihi crede, sed alienum est; vnde tot peregrina mala vel Britannia tua maiora inuehuntur. Quid cùm vel Scientiâ, vel Conscientiâ tuâ vrgeris, ad futurum Concilium prouocas, non ad Futurum illud Regnum in quo in Vnitate viuemus, si modò hîc in Vnitate

Prouerb. 14. iuxta LXX.

HEB. XIII. vixerimus, in qua si compatimur & conregnabimus? Quæ enim exspectatio, aut quæ vel minima dilatio temporis? dies enim adfert & hora potius, nisi prouisum est, magnas sæpe clades. Certus autem dies, non vt sacrificij sic consilij expectari solet, cùm bellum nefarium contra Aras & Focos non comparari sed geri iam videmus. Valeat apud te futurum nomine auctoris faustum illud Augustini inuentum, cuius in simili re & quondam consilium fuit; non vt CONCILIVM, sed vt COLLATIONEM instituerct Africa, vt Schisma componeretur Donati; quod in immensam molem excreuerat, & Circuncellionum furore deflagrabat. Et nos maritimi tranamus maria, vt Propheticè, in Iacob Patriarchali Benedictione Zabulon, de Patriarchalibus Sedibus Maritimis dictum est, vndo ad Insulas Euangelium inuehendum; ZABVLON IN LITTORE MARIS HABITABIT; ET IN STATIONE NAVIVM PERTINGENS VSQVE AD SIDONEM; & rursus in illa Mosis ad Zabulon & Issachar: POPVLOS VOCABVNT AD MONTEM: IBI IMMOLABVNT VICTIMAS IVSTITIÆ; QVI INVNDATIONEM MARIS QVASI LAC SVGENT. Et non ambitiosè, sed religiosè ad Apostolicum Præceptum pro Regibus nihil non facimus, in quorum salute inclusa est omnium salus, & quibus, quod olim nostri Christiani Veteres Imperatoribus, Tertulliano teste, precamur: VITAM PROLIXAM, IMPERIVM SECVRVM, DOMVM TVTAM, EXERCITVS FORTES, SENATVM FIDELEM, POPVLVM PROBVM, ORBEM QVIETVM, QVÆCVMQVE HOMINIS ET CÆSARIS VOTA SVNT. Addo REDIVIVAM ANGLIAM, vix dicere ausim Conuersam, at ad Vnitatem Reuersam, quam Libro Primo posui, ac proposui, immò exposui; quam Secundo Libro qualis inter Veteres Anglos erat, descripsi ac composui; quam denique auctore Paulo, Tertio Libro, & Anglorum, immò & Angelorum, humeris imposui, atque omnium quotquot cælo terráque Dei nostri, qui VNITAS est, participes, ac diuinæ naturæ quæ VNVM quoddam est, consortes esse volunt. Non se hîc Britannici tui Nouatores in Veteri mea Anglia agnoscent, sed à te, DOCTISSIME REX, si tantillùm reflectas ac compares, quales sint, id est, vt nuper nati, suisque moribus viuentes, agnoscentur. Vt igitur in præstigiis fit, qui sint audacter mone: nec ægrè feras si te quoque pariter monuerint qui sis. Nemo vestrûm pœnitebit sui, si ad se voluerit redire. Nec sum animi dubius, quantis fluctibus inuidiæ exposita videatur nostra Pastoralis Simplicitas. Si tamen Regia aliqua manus hunc Librum ceu Infantulum illum vagientem paruulum, qui Populi postea liberator fuit, cernens (nam Regum sunt oculatæ manus) miserta eius, Pastoribus tuis, donec adoleuerit, alendum tradat, & in vsum generosissimi Filij, VALLIÆ PRINCIPIS, adoptet; quadrabit & Moysis nomen; QVIA DE AQVA TVLI EVM, vt is qui per Moysen loquutus est, de Moyse loquitur; tuæque saluti ac tui Regni subseruiet. Neque verò vt trimestris ille puer, celari iam potest: sumpta fiscella scirpea, lita bitumine ac pice, positus intus Liber, & expositus in carecto ripæ fluminis; STANTE PROCVL (spe) SORORE EIVS, ET CONSIDERANTE EVENTVM REI: Cæterùm vt Libro quinto ad Constantinum illum Magnum Lactantius olim; SVA

Genes. 49. v. 13. Deut. 33. v. 19. Exod. 2. v. 10. Ibid. 4.

SIBI HABEANT REGNA REGES, SVAS DIVITIAS DIVITES, VT « HEBR. XIII.
LOQVITVR PLAVTVS, SVAM VERO PRVDENTIAM PRVDENTES: RELINQVANT NOBIS STVLTITIAM NOSTRAM, QVAM VEL EX HOC APPARET ESSE SAPIENTIAM, QVOD EAM NOBIS INVIDENT. Vides, SAPIENTISSIME REX, Animum, vt Librum, quem Epistola quadam nostra DE VNIONE BRITANNORVM, ad Summum Pontificem VRBANVM sic libere, sic antiquè expressi, vt ne quo amborum vestrûm caream officij ac diligentiæ meæ pro mea parte ac cura erga Rempublicam Christianam teste: Eam extremo hoc loco, tanquam Fidei meæ obsidem, vt voluntati tuæ satisfaciam, appositurus sum atque missurus.

FRANCISCVS, ARCHIEPISCOPVS ROTHOMAGENSIS, NORMANIÆ PRIMAS,

VRBANO OCTAVO, PONT. MAX.

S. P. D.

CVM, apud Platonem, in Piræëum Socrates venisset ad Cephalum locupletem & festiuum senem, quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex: deinde, cùm ipse quoque commodissimè locutus esset, ad rem diuinam dicit se velle discedere, neque postea reuertitur. Credo, Politicum illum Doctorem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutiùs retinuisset. Multò ego satiùs hoc, VRBANE, mihi cauendum in te putaui, qui ea dignitate iisque honoribus auctus es, vt vix satis decorum videatur, te plures dies nobiscum, vt ita dicam, otiosè versari, atque legendis nostris hac ætate consumere, qua meritissimò quisque sibi natum datumque Pontificem credit, estque tibi grauis Aduersaria constituta & parata, incredibilis quædam, quam concitasti, exspectatio tui. Ac primus quidem Poëticus noster ad te sermo, cæsis apud Amaltheam tuam victimis, gratulatorius fuit, homineque haud indignus ad Reipublicæ gubernacula vix admoto; at secunda cætera, quamquam Epistolaria erunt, tanquam familiares & ioculatoriæ disputationes, non multæ grauitatis & plurimi otij sunt, quo nunquam is laudabiliter abundat, per quem reliqui otio abundare debent. Et certè, vt more disciplinæ nostræ, tibi, velut Domini Oeconomo, reddam rationem Prouincialis Villicationis nostræ; priuata otia nobis esse desierunt, vbi publica negotia, omniaque in peius ruere cœpêre. Britannici Coniugij exitus exspectatur; & acerbi diuturnique belli, quo, id est Anglicano Schismate, vicinis & finitimis nobis è litore immo è portu Apostolicam Sedem miserabiliter implorantibus, ingens Dei Ecclesiæ pars circunstantibus licèt fluctibus fletibusque vndique, cum toto penè Oriente deflagrat. Arduum lentumque negotium: constat enim aditus Insulæ esse munitos mirificis molibus; paucique rem aggrediuntur vt par est, & constãtia magis ac integritate; quàm, vt mihi videtur, consilio aut ingenio curant. Vnus in arcem admissus Cardinalis Senonensis, PERRONIVS, tametsi exstinctus, satis adhuc prælucet, vt Angliæ præbeat facem aliquis PAVLVS PRÆDICANS, Anglicanæ Ecclesiæ princeps ac singularis Patronus, Apostolusque atque arbiter honorarius. Noui sanè argumenti liber, meâ

HEBR. XIII. » quidem arte atque operâ, at ex Perroniana nostra Schola atque Disci-
» plina, Latinè tamen, mox cum ROMA nôstra TRIVMPHANTE eden-
» dus. Quòd si Sacram Pontificum ac regum Concordiam adsequor, fe-
» licitate quidem cunctos vicero, at laude DOCTISSIMVM PONTIFICEM
» cum DOCTISSIMO quoque REGE copulabo; manuque haud mutam
» PACIS IMAGINEM præferam, quam Callixto Secundo Pont. Max. SY-
» NODI PACIS, hoc est, Lateranensis Oecumenicæ Primæ, Pro celebran-
» da inter Ecclesiam & Imperium Pace, (siue, vt locuti olim, OB RE-
» CONCILIATIONEM REGNI ET SACERDOTII; vel, DE FACIENDA IN-
» TER REGNVM ET SACERDOTIVM CONCORDIA) auctori adpingere &
» Scriptores & Pictores solent. Varium ingenium Nouitatis, nec me ar-
» tifice minus, nec vobis profectò auctoribus maius facere quidquam
» potest; tantumdem Ecclesiæ, Pace redditurum, quantum Bello detra-
» xerit. Quare incumbamus, ô noster VRBANE, ad illa præclara studia,
» & eò vnde discedere non oportuit, aliquando reuertamur. Habes res
» in Anglo-Romanis Romanas, quarum sunt Imperij fines non Terræ,
» sed Cæli regionibus, te duce atque auspice, terminandi.
» --- tibi res antiquæ laudis & artis
» Ingredior, Sanctos ausus recludere Fontes.
» Cætera demùm nostra, ex VALIDI-MONTIS ABBATE, Vicario meo
» Generali, audies; dum tua, VRBANE, grandia facta audiam, &, si non
» clariùs, at certè cunctis amantiùs, pangam. Vale, Pridie Id. Quint.
» DOCTISSIMO PONTIFICE SEDENTE.

Hæc ego ad VRBANVM Pontificem Summum, à quo Apostolici huius Operis vltimam manum ac summa omnia mecum Christianus Orbis exspectat; si modò, vt boni sperant, in Gregoriana tempora reuoluimur. Nec nobis Gregorius deest, vbi Pontifex Vigilantissimus est; nec MELLITVS ille Abbas, inter præcipuos Missionis Anglicanæ Duces, vbi is est qui non modò PINDARVS CHRISTIANVS; sed & cui sunt insignia Apes; quæ nuper propositis illis à me Parthenicis Præmiis ALVEARIO APIBVSQVE ARGENTEIS celebrata ROTHOMAGO per vniuersam Angliam audiuntur. Nec deerunt parata, Deo duce, Gallo-Britannici Coniugij Gregoriana Fœdera, quibus Aldibergæ nostræ faciles Christianique mores Aldiberti sui Regium animum ad antiquæ Pietatis ac Pacis laudem inflammet. Restat vt quod Patrum nostrorum memoriâ in Constantiensi Synodo, Sessione decima septima, DE RECESSV IMPERATORIS, QVEM CONCILIVM BENEDIXIT, in Publicis Litaniis cum Sa-
Ephes. 3. v. 14. cerdotali Benedictione est adclamatum, id nunc, flectens genua mea
» ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, Tibi OPTIME REX, precer:
» VT ECCLESIAM TVAM, ET REGEM HIC PRÆSENTEM, ECCLESIÆ TVÆ
» ADVOCATVM ET DEFENSOREM, AD PERFECTAM REDINTEGRA-
» TIONEM VNITATIS ECCLESIÆ PRÆFATÆ ITER ARRIPIENTEM
» DIRIGERE, PROTEGERE, ET CONSERVARE DIGNERIS.

FINIS.



INDEX

GRÆCARVM DICTIONVM

QVÆ HOC OPERE EXPLICANTVR, DISTINGVNTVR, ELVCIDANTVR, ALITER LEGVNTVR, VEL ΕΜΦΑΤΙΚΩΤΕΡΑΙ SVNT.

Numerus Paginam notat: Literæ, A, B, C. locum in Pagina: A, initium Paginæ: B, medium: C. finem.

A



INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVÆ HOC OPERE CITANTVR, PERNECESSARIVS ET ACCVRATVS: TAM EORVM quæ cum Textu, quàm quæ eo carent.

EX VETERI TETAMENTO.

Numerus, Paginam notat: literæ, A, B, C, *locum in Pagina*: A, *Principium*: B, *medium*: C, *finem*.

EX GENESI.

EX libro EXODI.

EX LEVITICO.

EX NVMERIS.

EX DEVTERON.

EX LIBRO IOSVE.

EX LIBRO IVDICVM.

EX LIBRO PRIMO REGVM.

EX LIBRO SECVNDO REGVM.

EX LIBRO TERTIO REGVM.

EX LIBRO QVARTO REGVM.

EX LIBRO I. PARALIP.

EX LIBRO IOBI.

EX PSAL-

EX PSALMIS.

Ex Psalmis, loca sine Textu.

EX PROVERBIIS.

Ex Prouerbiis loca sine Textu.

EX LIBRO ECCLESIASTÆ.

EX LIBRO ECCLESIASTICI:
Qui debuit subsequi librum Sapientiæ.

EX CANTICIS.

EX LIBRO SAPIENTIÆ.

EX ISAIA.

Ex Isaia loca sine Textu.

EX IEREMIA.

Ex Ieremia, loca sine Textu.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, EX NOVO Testamento.

EX MATTHÆO.

Ex Luca, Loca sine Textu.

EX IOANNE.

Ex Ioanne loca sine Textu.

EX ACTIS APOSTOLORVM.

Ex Actis Apostolorum loca sine Textu.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Ex Epistola ad Romanos loca sine Textu.

EX PRIMA AD CORINTHIOS.

Ex prima ad Corinthios, loca sunt Textu.

EX SECVNDA AD CORINTHIOS.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Ex Epistola ad Ephesios, loca sine Textu.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

Ex Philipp. loca sine Textu

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

Ex Coloss. loca sine Textu.

EX SECVNDA EPISTOLA AD TIMOTHEVM.

EX EPISTOLA AD TITVM.

Ex Epistola ad Titum loca sine Textu.

EX EPISTOLA AD PHILEMONEM.

Ex Epist. ad Philem. locus sine Textu.

EX EPISTOLA AD HEBRÆOS.

Ex Epistola ad Hebræos, loca sine Textu.

EX EPISTOLA IACOBI.

Ex Epistola Iacobi, loca sine Textu.

EX PRIMA EPISTOLA PETRI.

Ex prima Epistola Petri, loca sine Textu.

EX SECVNDA EPISTOLA PETRI.

EX PRIMA EPISTOLA IOANNIS.

EX III. EPISTOLA IOANNIS.

Locus sine Textu.

EX EPISTOLA IVDÆ.

EX APOCALYPSI.



INDEX
RERVM SELECTIORVM
ET INSIGNIORVM QVÆ HOC OPERE TRACTANTVR: LOCVPLETISSIMVS & accuratissimus.

Numerus Paginam notat: Literæ, A, B, C, locum in Pagina: A, Initium: B, medium: C, finem.

A

C

D

F

G

I

L

P

S

T

S

FINIS.

SVMMA PRIVILEGII.



CAVTVM est authoritate Regia, ne quis alter in regno Franciæ, præter ANTONIVM STEPHANVM, Typographum Regium, FRANCISCI *Archiepiscopi Rothomagensis, Normaniæ Primatis, Apologiam Euangelij*, pro Catholicis, *ad* IACOBVM *Majoris Britanniæ Regem*, intra decennium imprimat aut diuendat: publicationis exemplarium, si quis secus fecerit, multa indicta, prout ampliùs in ipso diplomate continetur. Luteriæ Parisiorum, die 15. Febr. Ann. Sal. 1625.

SALOMON.

